alterius Conſtantini poſterioris, & . l. iuriſiu-
randi. fuerit primi Conſtantini. & . ll. ſituatæ in
tit. C. de falſis. à prin. vſq; ad. l. ſi quis decurio.
fuerint Imperatorum, qui fuerunt intermedij
inter primum Conſtantinum, & inter illum qui
conſtituit. l. ſi quis decurio. Secundo probat
ſic, nam ſi dicimus, quòd Marcus auctor. l. 1. ff.
ad. l. Corne. de falſis. fuerit Imperator, ille cœ-
pit regnare anno. 162. & fuit ante primũ Con-
ſtantinum, per annos. 147. Vnde ſequitur ſe-
cundum eum prædicta cõcluſio, quòd lex cor-
nelia fuit ante l. iuriſiuran. quod dicit à legiſtis
nunquam fuiſſe conſideratum. Sed aduerte,
quia Ioan. Andr. in hoc fortiter errat. Nam
Marcus auctor. d. l. 1. nõ erat Imperator, ſed Iu
riſconſultus. Et quòd non fuerit, oſtendo cla-
riſſimè, quia in. d. l. 1. §. qui in rationibus. ipſe
Marcus facit mentionem qualiter per. l. corne.
de fal. diuus Seuerus damnauit præfectum ægi-
pti, qui Seuerus incœpit regnare ante Marcum
Imperatorẽ, nam Marcus incœpit regnare an-
no. 162. & Seuerus. 195. anno. & ſic per annos
. 33. poſtea fuit Seuerus quã Marcus, ergo nõ
potuit Marcus facere mentionem de eo qui po
ſtea fuit. Nec fuit aliquis Seuerus ante Marcũ
Imperatorem, vt patet in cronicis, & ſic argu.
prædictum nõ eſt probatum per Io. An. Vnde
ego aliqualiter euidenter probo. Marcus au-
ctor. d. l. 1. vt dixi facit mentionem de Seuero,
quòd per. l. corne. damnauit &c. Et tñ Seue-
rus fuit ante primum Conſtantinum per annos
. 114. ergo lex corne. præceſſit. l. iuriſiuran. ſal-
tem per dictum tempus. Item probo & aliter,
quia. l. 1. C. ad. l. corne. de fal. fuit Antonini, qui
ſi fuit Antoninus Pius cępit regnare anno. 140.
ſi fuit Antoninus Caracalla. cœpit regnare an-
no. 213. & . l. 2. eo. tit. cum pluribus ſequẽtibus
vſq; ad. l. qui falſas. fuerũt Alexandri, qui cœpit
regnare anno. 224. & . l. qui falſas. fuit Philippi,
qui cœpit anno. 246. & . l. ipſe. quæ ſequitur, fuit
Valeriani, qui cœpit anno. 255. & etiam om-
nes. ll. ſequentes vſq; ad. l. ſi quis decurio. quę
fuit Conſtantini. omnes aliæ dictæ. ll. fuerunt
prædeceſſorum, ergo. l. cornelia ante conſtanti-
num, ẽt primum, & ſic de neceſſitate ante. l. iu-
riſiuran. Si ergo fuit ante. l. iuriſiuran. non exi-
gebatur iuramentum à teſte. vt ſupra probatũ
eſt, & tamen puniebatur. l. cornelia de falſis, vt
probatur in dictis iuribus, ergo iuramẽtum nõ
eſt cauſa. ꝙ teſtis puniatur de falſo. per. l. cor-
neliam. Tertio principaliter probatur redeun-
do ad principalem quæſtionem, clarum eſt
83 quòd pœna falſi tenetur, qui teſtem † corrum-
pit. 22. q. 5. c. ſi quis cõuictus, & . ff. eod. l. 1. &
. l. lege cornelia. §. 2. & . l. falſi pœna. Itẽ, & qui
84 falſum † teſtamentũ ſignauit, vt in. l. 2. & in. l.
paulus. §. 1. ff. eo. tit. cùm ergo iſti non iurent,
ergo

ergo concluditur, quòd iuramentum nõ eſt de
ſubſtantia falſi. nec mirũ; quia mẽtiendo com-
miſit falſum. 22. q. 2. c. beatus. §. ille. & . c. cum
humilitatis, in fi. & c. omne gen⁹. & in authen.
de inſtru. caute. in prin. Item quia, & teſtis di-
citur quis antequam iuret, de capel. mo. c. dile-
85 ctus. cum ergo huic non deſit nomẽ falſi † te-
ſtis, nec falſi teſtimonij, nec falſæ atteſtationis,
ergo nec deerit pœna; quòd non deſit nomen
falſi teſtis probatur prouerbiorum. c. 12. qui
mentitur teſtis eſt fraudulentus, & c. 19. falſus
teſtis nõ erit impunitus; & Matthei. c. 26. verſ.
nouiſſimè venerũt duo falſi teſtes, & c. ad idem
. 11. q. 3. c. inter verba. & c. exiſtimãt. in fi. & c.
forus de ver. ſig. vbi teſtes dicuntur qui ſuper
ſtatu &c. De ſecundo, videlicet, quòd non de-
ſit nomen falſi teſtimonij probatur. 4. q. 3. c. ſi
teſtes. §. alia. ſup̃ de coha. cle. & muli. tua. vbi
periurium, & falſum teſtimonium non ponun-
tur vt diuerſa. De tertio autem, videlicet de
falſa atteſtatione, probatur. 28. diſt. in. c. de
Syracuſanæ. Præterea, & . l. 1. & . l. lege corne-
lia. §. 2. & . l. eos. ff. eod. duplicant has dictiones
teſtimonia, & atteſtationes, quaſi velint, quòd
in teſtimonijs nõ iuratorum ita cõmittatur fal-
ſum, ſicut in atteſtationib⁹ iuratis. Quarto pro-
bo, quia ad eſſe falſi teſtimonij, & eius pœnam
86 non † requiritur, quòd valeat, vt patet Marci.
c. 14. ibi, multi falſum teſtimoniũ dicebant ad-
uerſus eum, & conuenientia non erant; hoc eſt
87 non probabant. Simile in electione, † quæ li-
cet non valeat ex defectu materiæ, vel formę, tñ
eſt locus pœnæ, de qua in . c. cum in cunctis, &
in. c. quia propter. s̃. de elect. & idem ferè oſten
ditur in omnibus pœnis, & delictis, vt in . l. 1.
. C. de ſepul. vio. & in reg. non præſtat. de re.
iur. lib. 6. Quinto probo, aut iſte deliquit non
iurando, aut non deliquit, primo caſu, ex ac-
cumulatione delicti, debet fieri deterior, non
melior conditio ſua. vt in. c. 1. infra de pœ. vbi
dicam. & falſitas etiam committitur ſuprimen
do, vt hic. ideò cum iſte ſuppreſſerit iuramen-
tum, & falſum dixerit, & per conſequens in
duobus peccauerit, debet fortius puniri, quam
ſi eſſet iuratus. Secundo caſu ſi nõ dicitur deli-
quiſſe, dic, quòd aut hoc contingit, quia fuit
remiſſum per partem, & fortius debet puniri,
cum voluerit dãnificare partẽ, quæ tam libera-
lis fuit, vt voluerit credi illi ſine iuramẽto. facit
. l. presbi. C. de epiſ. & cle. & . 5. q. vlt. in . c. quia
. §. presbiteri. Si verò id contingit per dolum,
vel per obliuionem iudicis, vel tabellionis, non
propterea debet lędi ius partis, quã dolosè per
falſum lædere voluit. ſup̃ de conuerſ. congiu. c.
dudum. & . s̃. de reſcri. c. ad audientiã cũ ſimil.
Sexto & vltimo inducit. l. ſi quis legatũ. primo,
& ſecundo reſp. ff. eo. & regula quæ vult, quòd
88 in atrocioribus ſufficit affectus, † vt in. l. ſi quis
nõ dicam. C. de epi. & cle. & in. l. 2. C. de ſepul.
vio. cum ſimil. Sol. dicit Io. Andr. quòd talis
tenetur per legem diuinam, canonicam, & ciui-
lem. per legem diuinam, vt habetur Daniel. c.
. 13. vbi illi duo ſeniores, ſine iuramẽto ſunt te-
ſtificati falſum contra Suſannã, & fuerunt dam-
nati de falſo, & pœna mortis. Per . l. canonicã
probatur per. c. nuper. s̃. de biga. vbi probatur,
quòd propter intentionem, cum opere ſecuto,
ille qui verè bigamus non eſt, tenetur pœna bi-
gamię. Vnde ſi carens noĩe propter affectio-
nem, & opus, pœnã patitur, fortius iſte, qui
non caret nomine, vt probatum eſt in tertio ar-
gumento. De iure etiam ciuili probatur. in. d. l.
ſi quis legatum. vbi in prin. dicitur. quòd ſibi
aſcribens legatum in teſtamento, licet legatum
ſit inutile, quia erat rei ſacræ, tamẽ tenetur pœ
na. l. corne. de falſis. Ad idem, quod ibi dicit
in ſecundo reſpõſo, ſi teſtamentũ habet figurã,
& formã viſibilem exteriorẽ, licet non teneat,
quia nullum ratione præteritionis, tñ aſcribẽs
ſibi legatum in eo, tenetur pœna legis corneliæ
de fal. Cum ergo in caſu noſtro ſ̃m Richar.
Malumb. teſtimonium habeat ſuam figuram,
quia teſtis inter acta depoſuit, ſicut deponunt
iurati, ergo locus erit pœnæ. Si verò deficeret
89 eſſe, & forma; vt quia priuatim extra † acta ta-
bellio dictũ ſuũ recepit, ceſſat pœna. Sed an tũc
aliter veniat puniẽdus? dicũt Richar. & Io. An.
quòd ſi depoſuit in priuata cedula, vt ponere-
tur in actis, & ſic factum eſt; non punitur vt fal-
ſus teſtis, ſed vt ex genere de falſo, vt in. l. 1. §.
qui in rationibus. ff. eo. Si verò ad id non fecit,
ſed dolosè mendatio voluit alium lædere, ciuili-
ter tenetur illi de dolo. vt. ff. de furtis. l. falſus. §.
ſi qs nihil in p̃ſona; & criminaliter tenetur pęna
ſtellionatus, vt in. l. 3. ff. de crimi. ſtelliona. ibi,
item ſi quis impoſturã. Si verò neminẽ lędere
voluit, non tenetur, nec aliquo modo punitur.
vt. ff. de dolo. l. quod vẽditor. facit. ff. de euict. in
. l. fundum cuius. §. fi. & . ff. de interro. ac. in. l.
de ætate. poſt princ. Et ad contraria, dic reſpõ-
ſum eſſe ex ſupradictis, nam negatur quòd iu-
ramentum ſit de eſſe ſubſtãtiali teſtimonij, per
dicta in primo & ſecũdo articulo pro hac parte.
90 Ad aliud argumentum de auctoritate † Exodi
reſpondet, quod non intendit id, ad quod alle-
gatur; ſed intelligitur hoc modo, videlicet, nõ
iungas fidem, vel poteſtatem, vt pro impio &c.
facit. c. 1. & . c. intimauit. & . c. ſicut ſupra. de teſti.
91 Ad auctoritatem Salomonis † reſpondetur, ꝙ
differẽtia eſt inter linguam mendacem, quæ nõ
aſſumit formam teſtimonij, & teſtem fallacem.
Ad tertium argumentũ reſpõdetur per ea quæ
dicta ſunt in. 4. arg. pro hac parte. Ad alia patet
reſponſio per argumẽta formalia ſup̃ facta. Bal.
verò in. l. fi. ad fi. C. ſi ex falſis inſtr. argumẽtatur
pro, & cõtra, & potius videtur inclinare in ſen-
tentiam, quòd non ſit puniendus, ſi certum eſt
quòd non iurauit. Sed idem Bal. in. l. iuriſiuran.
. C. de teſti. in fin. q. dicit, quòd aut teſtis nullo
modo iurauit, & punitur crimine ſtellionatus,
& ſic pœna extraordinaria; aut depoſuit iura-
tus, ſed nõ ſolemniter; & tunc punitur directè
pœna. l. corneliæ. quia licet teſtimonium nõ ha-
beat eſſe, habet tamen figuram eſſe; iuramento
autẽ non interueniente, nec habet figuram, nec
ſubſtantiam. & ideò punitur ſolum in hoc, quia
offendit



offendit aures iudicis, vt. l. nulli. C. de teſti. Sed
tu aduerte, quia idem Bal. latius reaſſumit hanc
quæſtionem in. l. 1. C. de ſepul. vio. vbi dicit, ꝙ
Dyn. tenuit, quòd talis punitur pœna falſi, per
ea quæ dixi in fi. arg. pro hac parte, & per. l. im
puberem. §. ſed & ſi ei ſeruo. ff. eod. quia talis
teſtis facit iniuriam p̃tori, & maieſtati cui vide-
tur obrepere, per. l. ſi quis obrepſerit. ff. eod. &
ipſum in ſuſpitionem adducit. & ſic aliquid ope
ratur contra partem. Et prædictam opi. Dyn.
tenuit etiam Rayne. æquiparando teſtes non iu
92 ratos, † & priuatam ſcripturam, vt in. l. damus.
C. eod. & in. l. fin. C. de fi. inſtru. Nec obſtat. l. ſi
quis legatum. in tertio rñ. quia illa nõ loquitur
in vero falſo, ſed quaſi falſo, ꝙ non procedit ex
animo. Et Bal. tamen in. d. l. 1. concludit, quòd
ſi teſtis depoſuit non iuratus, quòd cum iſte nõ
videatur depoſuiſſe in forma teſtis, quòd non
debet puniri tanquam falſus teſtis, niſi ſit talis,
cui ſine iuramento credi debeat; quia tunc pu-
niretur. arg. l. diuus. ff. de cuſto. reo. & . l. 1. ff. de
ven. inſpi. Si verò teſtis eſt iuratus, dicit, quòd
punitur, nec curat, an valeat dictum ſuum, vel
non, vt quia erat infamis, vel quia depoſuit poſt
terminum, nam dictũ teſtis reprobati nõ valet;
& tamen debet puniri de falſo. Ex prædictis igi
tur apparet, quòd hæc quęſtio eſt valde dubia;
93 quicquid † tamẽ ſit, ego arbitror ita diſtinguen
94 dum, † quòd aut nos loquimur de iure antiquo
ante legem iuriſiurandi, & hoc caſu plus placet
deciſio Ricar. Ioan. And. & Barto. per rationes
ſupra pro hac parte allegatas; nam dicto tempo
re non erat iuramentum de ſubſtantia formali
95 teſtimonij, † vt dictum eſt; pro quo etiam alle-
go q̃d dicitur in lege diuina ſimpliciter, in ore
duorum, vel trium ſtat omne verbum, vt in. c.
in omni. ſupra de teſtib. cum ſimi. Vnde pon-
dero, quòd ſimpliciter dicit in ore. aut nos lo-
quimur de iure nouo poſt illã. l. iuriſiurandi. &
hoc caſu arbitror diſtinguendum, quòd aut eſt
talis perſona, cuius teſtimonium debet valere
ſine iuramento, & hoc caſu talis falſidicus pu-
niatur de falſo. l. corneliæ. Facit quod dicimus
in teſtamento regulariter imperfecto reſpectu
perſonæ teſtantis, vel inſtitutorum, vel materię,
vt in. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & . §.
ſi quis autem. C. de teſta. & in. l. 1. C. de fideicõ.
& in. l. in teſtamento. ff. de fideicom. lib. & in. c.
relatum. & in. c. cum eſſes. ſupra de teſta. & toto
titulo. ff. & . C. de milita. teſta. coniuncta. l. 1. §.
hoc interdictum. ff. de tabu. exhiben. & coniun
ctis ijs quæ dicit Bart. in. l. ſi quis legatum. poſt
prin. ff. eod. Aut non eſt talis perſona, cuius te-
monium formaliter valeat ſine iuramento, p̃ut
eſt regulariter hodie; & hoc caſu dic, quòd aut
partes expreſsè remiſerunt iuramentum, & pu-
nitur vt falſidicus teſtis. Aut non remiſerũt, ſed
fuit omiſſum, & hoc caſu fortè poſſet attenta-
ri, quòd non puniatur tanquam falſarius teſtis
pœna. l. corneliæ. quia cum. d. l. iuriſiurandi. &
alia iura pro ſubſtantia formali requirant iura-
mentum, ergo defectus iuramenti, qui eſt in eui
denti, ex toto facit deficere ipſum teſtimoniũ,
& per conſequens tãquam falſus teſtis non de-
bet puniri, facit. d. l. ſi quis legatum. tertio rñſo.
nec obſtat ſi diceretur, ꝙ non eſt verum, quòd
96 ſit de forma ſubſtantiali, † quia ſi eſſet, non poſ-
ſent partes remittere, quia illud argumentum
procedit in quantum iura expreſsè non permit
terent remiſſionem partium, prout faciunt, vt
in. c. tuis. ſupra de teſti. cum alijs iuribus ſupra
allegatis. ſed omiſſio reddit teſtimonium nul-
lum, nam potentior pars videtur eſſe iuramen-
tum, ꝙ patet, quia depoſitio refertur ad diem,
& locum iuramenti, vt tradit Io. And. in. c. ſigni
ficauit. ſupra de teſti. & Bal. in authẽ. ſed ſi quis
ab aliquo. & in. l. ſi quando. & ibi etiam Bar. C.
de teſtib. & Bal. in. l. 2. C. vt lit. pen. & in. l. 2. C.
de ſacroſan. eccle. & dixi latius in cle. 1. de offi.
deleg. vtrum autẽ alia pœna veniat puniendus,
poſſet dici, ꝙ ſi damnificare põt partem, quod
quando ſit vidimus in. c. cum olim eſſemus. ĩ.
de priuileg. & traditur in alijs iuribus allegatis
ſupra in princ. licet non poſſet puniri tanquam
falſus teſtis. poteſt tamen puniri ex genere de
falſo, vt dicit. s̃. Io. And. per. l. damus. C. eod. vel
poſſet dici ſecundum Cy. & Bal. ꝙ puniatur pœ
na ſtellionatus, vel aliter tanquam mendax. Et
ideò aduerte ad modum cõcludendi in libello;
quia ſi concluderes, ꝙ puniretur tãquam teſtis
falſidicus, nõ obtineres, retenta dicta opin. Et ſi
velles tenere, ꝙ puniatur pœna ſtellionatus po
tes dicere, ꝙ non obſtat. l. damus. & æquipara-
97 tio quam feci ſupra, ſecundum Rayn. † quia illa
98 lex poterit intelligi, † vt ibi dicit glo. ꝙ loquitur
in priuata ſcriptura, cui fides ſaltem adhibenda
ſit per comparationem; nec obſtat, ꝙ in atro-
99 cioribus punitur affectus; † quia quando deeſt
forma ſubſtantialis, non eſt verum; vt eſt tex. in
d. l. ſi quis legatum. in tertio reſpon. vbi tex. di-
cit, ꝙ ille qui aſcripſerat ſibi, non tenetur, ſi te-
ſtamentum non eſt perfectum. Et ſubditur ibi
prius enim oportet aliquod eſſe teſtamentum,
vel non iure factum, nam & falsũ teſtamentum
rectè dicitur; ꝙ ſi adulterinum nõ eſſet, verum
teſtamentum rectè diceretur. Sic & in propo-
ſito ille falſus teſtis rectè dicẽdus eſt, qui ſi adul-
terinus nõ eſſet, diceretur verus. Ergo conatus
in hoc nõ nocet, ſicut ibi non nocet; nec eſt ve-
rum, quòd iſte habuerit affectum ferẽdi falſi te-
ſtimonij, cũ ipſe non iurauerit, ſed ſolum atten-
tauit, & perfecit falſum per mendaciũ, & p̃pter
hoc puniendus eſt, vt dictum eſt. Cogitabis tñ
100 nam quęſtio valdè dubia † eſt, vt dixi; & iſta de-
ciſio videtur dubia, attentis ijs quæ dixit Bar. in
d. l. ſi quis legatum. in materia falſi inſtrumenti,
ſeu falſi teſtamenti; videt̃ tamen diſtinctio ſatis
ęqua, & rationabilis. Inſuper aduerte, quia Bar.
in. d. l. ſi quis legatum. in fi. ex deciſione ſua, &
ex deciſione Richar. infert, quòd licet teſtis de-
ponat extra articulum, ꝙ nihilominus debeat
101 puniri de falſo, † quia non videtur peccatum in
forma, licet videatur deponere non iuratus; &
hanc quæſtionem tangit Cyn. in. d. l. 1. de ſepul.
viol. ſed non decidit. Sed de hoc dicto ego ſa-
102 tis dubito; † moueor, quia iſte nullo modo po-
teſt

teſt dici falſus teſtis, licet poſſet dici mendax;
quia iſte ſuper hoc extrinſeco, nec à partibus
productus eſt, nec à iudice receptus, vt teſtis,
nec iuratus. vnde pro ſuperuacuo debet habe-
ri. arg. l. q̃ extrinſecus. ff. de verb. obl. vnde dice-
103 rem, ꝙ ſi iſte omnino † extrinſecè ab eo, ſuper
quo productus fuit in teſtem, falſum depoſuit,
peccat, vt mendax, ſed non vt teſtis ſuper ſtatu
cauſæ. vt in. c. forus. §. teſtes. ȷ̃. de verb. ſign. Se-
cus ſi id, ſuper quo interrogaretur, non eſt om-
104 nino extrinſecum ab articulo, ſeu ab eo, ſuper
quo producitur, vt quia interrogatus an ſit cõ-
ſanguineus, vel inimicus, reſpondet falſum, quia
licet talia ſint extrinſeca à capitulis, non tamen
ſunt extrinſeca à teſtimonio, ad hoc, vt videat̃
quanta fides ſit adhibenda teſti. & adde ad ea q̃
dixi ſupra in reprobatione Ang. in eo qui dicit
ſe inimicum. Sed quæro, iuxta prædicta, quid
ſi teſtis ignorans, deponit falſum. Sol. dic, ꝙ talis
105 non tenetur pœna. l. corneliæ de falſis, vt pro-
batur in. l. nec exemplũ. C. eo. Facit tex. noſter
dum dicit contemnit, & dum dicit fallit, & qđ
dixi ſupra in rub. in diffinitione falſitatis, ſecun-
106 dum Hoſti. Sed an hoc caſu ſit peccatũ † mor-
tale; beatus Tho. ſecunda ſecundæ quæſtio. 71.
artic. 4. concludit, quòd cum falſum teſtimo-
nium habeat triplicem difformitatem, prout
hic dicitur, vno modo ex periurio, quia teſtes
regulariter non admittunt niſi iurati, & ex hoc
capite ſemper eſt peccatũ mortale; & ideò dici-
tur prouerbiorum. c. 12. falſus teſtis non erit
impunitus. Secundo modo ex violatione iu-
ſtitiæ, & hoc modo eſt peccatũ mortale in ſuo
genere, ſicut & quęlibet alia iniuſtitia; quod in-
107 telligo, quòd ſi nocuit patti † tenetur reſtitue-
re; Si verò non nocuit, non tenetur. Tertio mo
do conſideratur ex ipſa falſitate, & ſecundum
hanc conſiderationem non eſt pct̃m mortale.
vt. 22. q. 2. c. homines. & c. is autem. niſi fortè
diceres, quòd propter non adhibitam diligen-
tiam in reſpondendo, iſte diceretur peccare.
Circa ſecundum articulum, videlicet qua pœna
veniat puniendus falſidicus teſtis. tex. glo. &
Doct. vario modo loquuntur. Ego verò arbi-
tror ita diſtinguendum, ꝙ aut loquimur de iu-
108 re antiquo ſecundum legem Moſaycam † vete-
ris teſtamenti, & dic; vt habetur Deutero. c. 19.
vbi formaliter dicitur, cum diligentiſſimè per-
ſcrutantes inuenerint falſum teſtem dixiſſe cõ-
tra fratrem ſuum, reddant ei, ſicut fratri ſuo fa-
cere cogitauit, vt audientes cæteri timorem ha
beant, & nequaquam talia facere audeant, nec
mifereberis eius, ſed animam pro anima, oculũ
pro oculo, dentem pro dente, manum pro ma-
nu, pedem pro pede exiges, concordat. 23. q. 5.
c. hæc imago. Aut nos loquimur de iure ciuili
109 † nouo, vel canonico. Et diſtingue, ꝙ aut lo-
quimur de iure ciuili, aut iure canonico. Primo
caſu dic, quòd aut agitur contra eum ad pœnã
ordinariam. l. corneliæ de falſis. Aut ex officio
propter cõtemptam iudicis maieſtatem; primo
caſu adhuc ſubdiſtingue, quòd aut loquimur de
teſte, qui non iuratus depoſuit falſum, & dic

vt dixi in. q. præcedenti. Aut de teſte qui fal-
ſum depoſuit iuratus, & in forma iudicij, & hoc
caſu ſubdiſtingue, quòd aut agitur criminaliter
aut ciuiliter. Si ciuiliter dic, quòd tenetur ad ſa-
tisfactionem iuxta modum lęſionis, vt hic dicit
glo. fi. & probatur in. l. qui nomine. ff. eo. Facit
etiam tex. noſter, non tñ agitur tunc ad veram
pœnam, & fortè etiam tenetur ad intereſſe, ſi is
contra quem teſtificatus eſt, non eſt damnifica-
tus in pecunia, ſed in perſona, vt in mutilatione
membri, vel ſimili; vnde habetur ratio impen-
ſarum factarum in cura, & ratio ammiſſionis
operarum tàm in præteritum, quàm in futurũ;
non autem ratio deformitatis, aut pulchritudi-
nis; quia liberum corpus nõ recipit æſtimatio-
nem. vt hæc probatur in. l. pen. ff. ſi qua. pau. fe.
dic. & fortè haberetur ratio iſtius deformitatis
per alium reſpectũ, vt puta, quia prius recepiſſet
amplam dotem, nunc ſolum paruam; quia ta-
men, vt dixi, hæc non eſt criminalis pœna, non
propterea tollitur, quin poſſet accuſari crimi-
naliter, ſm ea quæ dixi in. c. de his. de accuſa.
Si verò criminaliter agitur. l. corne. de fal. D. m.
hic videtur ſubdiſtinguere, quòd aut executio
eſt facta per falſas atteſtationes doloſas in cauſa
criminali, & eſt talis quę non poteſt retractari;
vt puta, quia fuit aliquis dãnatus vltimo ſuppli-
cio, hoc caſu dicit. D. m. quòd eſt pœna mortis,
per. l. 1. §. 1. ff. ad leg. corn. de ſic. Sed aduerte,
quia D. m. fortiter errat; Nam hoc caſu plura
requiruntur, requiritur enim ꝙ quis dolo dixe-
rit falſum teſtimonium, non in cauſa criminali,
ſed in iudicio publico rei capitalis. Nec requi
ritur quòd ſit executio facta, vt voluit. D. m. ſed
ſatis eſt perhibuiſſe falſum teſtimonium ex do-
lo in iudicio publico rei capitalis; & ratio eſt in
promptu, quia ſi ille qui gladio voluit occide-
re, licet non occiderit, tenetur pœna. l. corne. de
ſicc. ſicut ſi occidiſſet; vt in. l. is qui cum telo. C.
ad leg. corne. de ſicca. ita & iſte; & ideò ſiue fue-
rit facta executio, ſiue non, habet locum. Item
aduerte, quia errat in alio, quia iſta non eſt pœ-
na ex. l. corne. de fal. ſed ex. l. corne. de ſicca. Et
ideò diligenter eſſet aduertendum ad formam
libellandi, nam ex. l. corne. de fal. non conclude-
retur dicta pœna. Si tamen ex forma ſtatuti nõ
puniretur pœna. l. corne. de ſic. niſi qui verè in
terfeciſſet effectualiter, prout communiter eſt
in Italia, ſed eſſet alia pœna eius, qui attentauit
homicidium, & non perfecit, nec per ſe ſtetit.
Tunc non facta executione, arbitrarer, ꝙ ſi in-
tentaretur non lex cornelia de falſis, ſed illa de
ſicca. quòd iſte falſus teſtis puniretur pœna ſta-
tuti. Sed facta executione mortis, puniretur pœ
na mortis. & hoc modo poteſt ſibi vendicare lo
cum. c. hęc imago. & fortè eſſet iuſtum, quòd ha
beret locum hoc caſu lex Moſayca, argumento
d. l. 1. §. 1. ff. ad. l. cor. de ſicca. coniuncta. l. Mo-
ſaica. Facit qđ not. glo. 3. q. 9. c. nihilominus. &
2. q. 3. in ſumma. Si verò loquimur de vera na-
turali pœna. l. corne. de fal. dic, ꝙ aut loquimur
de homine nobili, & in dignitate poſito, & eſt
pœna deportationis, & publicationis bonorũ.
vt in



vt in. l. 1. in fi. ff. eod. Aut eſt homo plebeius, &
ignobilis, liber tamen, & eſt pœna damnationis
in metallũ. vt in. l. ſi quis aliquod. §. qui viui. ff.
de pœn. Aut eſt ſeruus, & eſt pœna vltimi ſup-
plicij. Si verò agitur nõ ad pœnam ordinariã,
ſed propter cõtemptã iudicis maieſtatẽ, & hoc
caſu dicam latius in. c. ſuper his. ȷ̃. de pœnis.
110 Si verò loquimur de iure canonico, † dic, ꝙ aut
agitur ciuiliter, aut criminaliter ad pœnã, aut ad
pniam; Primo caſu, dic, vt dixi ſupra. Secundo
caſu, tex. 5. q. fi. in. c. pſbyt. aliàs eſt. c. quia. §.
præsb. 2. diſtinguit, ꝙ aut quis dixit falſum te-
ſtimoniũ in cã pecuniaria, & ſuſpẽditur à diui-
no miniſterio per tres annos. Aut in crimina-
li, & hoc caſu, aut ſunt Presb. vel Diaco. falſidici
teſtes, & hi clericali honore nudati debẽt ſubdi
pęnis legitimis. Qđ intelligit ibi glo. dupliciter,
primo de pœnis iuris ciuilis, ſecundo de cano-
nicis, videlicet ſecundum. c. ſi Eps. l. di. vbi dici-
tur, quòd Epiſcopus, Presbiter, vel Diaconus
debet deponi ab officio, & detrudi in monaſte
rium, & ibi quam diu vixerit, tantũ laicam com
munionem recipere. Cęteri verò clerici, ſiue in
cauſa criminali, ſiue in cauſa ciuili, debẽt legiti-
mè coerceri, vt ſubdit. tex. in. d. c. presb. Sed
Archid. ibi poſt Bernar. hiſpan. videtur eos in-
diſtinctè deponendos eſſe, etiam in primo caſu.
& ſic tàm pro cauſa pecuniaria, quàm pro cri-
minali, per. d. c. ſi epiſco. Et addit plus, ꝙ de-
poſitus per eccleſiaſticum Iudicem pro tali cri
mine, vel ſimili, poteſt puniri à Iudice ſecula-
ri pro eodem. ſicut accidit quando diuerſis le-
gibus quis tenetur pro eodẽ crimine. Facit. 23.
q. 5. in. c. relegentes. dixi in. d. c. de his. ȷ̃. de ac-
cuſa. Alibi dicit tex. quòd à teſtimonio ſunt re-
mouendi, & quòd notantur infamia. 22. q. 5.
ſi quis conuictus. & glo. in. d. c. nihilominus.
quæ ẽt allegat. c. quicunq; 6. q. 1. vbi tex. vult
quòd periurus, & glo. intelligit de teſte, debet
pœnitere per quadraginta dies, & ſeptẽ ſequẽ-
tes annos, & nunquam debet eſſe ſine pœniten
tia, & nunquam debet in teſtimonium recipi.
Sed ꝙ dicitur ſupra de infamia, non eſt verum,
ſi intelligis de ciuili; quia ipſo facto, ſeu ipſo iu-
re falſus teſtis non infamatur, vt in. l. 1. ff. de in-
111 fami. Et ideò debes intelligere † de infamia de
facto, vel de infamia canonica. nec enim quia
112 eſt periurus, † eſt infamis infamia ciuili, vt tra-
ditur in dictis iuribus. niſi in caſu. l. ſi quis ma-
ior. C. de tranſac. Sic ergo vera eſt concluſio, &
Com. op. cõis * ꝙ talis debet deponi. vt in. d. c. ſi Epiſ. cũ
hoc crimen ſit grauiſſimum. Facit. c. tuæ. & ꝙ
ibi dicam infra de pœnis. Tertio caſu quando
agitur ad pœnitentiam, glo. fin. hic in princ.
dicit quòd ſeptennis pœnitentia iniungitur.
Tu dic, quòd etiam debet ieiunare per quadra-
ginta dies; & agere alias pœnitentias de qui-
bus in iuribus allegatis. Ex cauſa tamẽ ſacerdos
poſſet eam minuere; quia hodie pœnitentiæ
ſunt arbitrariæ. vt in. c. menſuram. de pœni.
diſt. 1. Circa tertium principalem articulum,
videlicet an producens falſum teſtem incidat
in pœnam. l. corn. de fal. dic vt dicam in. c. ad

falſariorum. ȷ̃. eod. titu. Circa quartum prin
cipalẽ articulum, de effectu ſententiæ latæ per
falſas atteſtationes, dicam tibi in. c. ſequẽti. vbi
bene conuenit. Glo. fi. quærit an ſicut iſte teſtis
falſidicus eſt obnoxius tribus perſonis, debeat
triplici pœna puniri, & qua pœna. vnde finali-
ter hic veniret tractanda materia, an & qñ com
mittens plura delicta vno actu, aut facto, vel di-
cto debeat puniri pluribus pęnis. Sed quia ma
teria tractata, fuit ſatis longa, idcirco dic de hac
materia, vt dicã tibi latè in. c. 1. infra de pœnis.

## Capitulum. Super Eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia lata per falſas ſcripturas non debet exe cutioni mandari. & nu. 5.*

2 *Executor merus poteſt admittere exceptionẽ falſitatis, & illam referre ſuperiori.*

3 *Falſi ſuſpectus poteſt capi, & detineri, donec veritas reperta fuerit.*

4 *Executor an, & quando, & qualiter poſſit admittere exceptiones. remiſſiuè.*

5 *Sententia lata per probationes falſas, vel per falſas literas an valeat, examinatur. & nu. 6. cum pluribus ſeq.*

*Poſito quòd valeat, vel quòd ſit nulla. quo remedio ſuccurratur aduerſus eã; examinatur.*

*Quid probandũ incumbat intentanti aliquod remedium ſibi competens aduerſus ipſam. examinatur.*

*Quanto tempore durent remedia competentia aduerſus talem ſententiam. Examinatur.*

7 *Nullum non firmatur tractu temporis.*

8 *Nullũ nõ retractatur per reſtitutionẽ in integrũ.*

10 *Sententia lata vigore falſarum literarum, ſeu falſi reſcripti eſt nulla ipſo iure, quò ad veritatem; licet ſecus quò ad opinionem. Et ita intelligenda eſt.*

11 *Glo. pen. in. c. cum venerabilis. ſupra de except. & Bart. in. l. fin. C. ſi contra ius, vel vtil. pub. & Inno. in. c. ſuper literis. de reſcrip.*

12 *Sententia lata per falſum inſtrumentum procurationis, ſeu virtute falſi mandati, eſt pariter nullą; ſicuti quãdo eſt lata per falſas literas.*

13 *Sentẽtia decreti lata per falſas ꝓbatiões eſt nulla.*

14 *Sentẽtia diffinitiua per falſas probationes lata cõtra minorẽ, eſt nulla ſecundum communẽ opi.*

15 *Idem dicendum eſt, ſi ſit lata cõtra rempublicam, aut contra eccleſiam.*

16 *Sententia lata contra maiorem contumaciter abſentẽ dolo præſentis doloſè falſas probationes producentis, eſt nulla ipſo iure ſecundum cõmunem. Declaratur tamen infra nu. 30.*

17 *Sententia lata contra abſentẽ licet per falſas probationes, etiam falsò inductas eſt valida; ſed venit retractanda per viam reſtitutionis. Diſtinguitur tamen infra.*

18 *Falſitatis exceptio poteſt opponi cõtra ſententiã; ergo ſentẽtia eſt nulla, nõ eſt bona cõſequẽtia.*

19 *Exceptionis remedium eſt minus plenum, quàm beneficiũ reſtitutiõis; ideò ipſum nõ excludit.*

*Actor*

20 Actor ſemel expulſus per exceptionem, poteſt iterum agere; Secus in eo, qui petijt reſtitutionem, & reportauit contra ſe ſententiam.

21 Sententia lata contra abſentem ignorāte victore, & ſine ipſius dolo, per falſas tamē probationes, valet; & competit reſtitutio, ſecundum communem. Quæ tamen infra declaratur.

22 Contumax dicitur eſſe in dolo, vel culpa.

23 Cōtumacia facit ceſſare ordinarium auxilium appellationis, Ac multo magis auxiliū extraordinarium reſtitutionis. & infra nu. 27.

24 Dolus actoris præponderat culpæ rei.

Dolus apertus præponderat dolo præſumpto.

Dolus in committendo, præponderat dolo in omittendo.

Dolus, quando tractatur de lucro captando, præponderat dolo, quando tractatur de damno euitando.

25 Raphaelis Fulgo. opi.in.§. Marcellus.l.ſi prætor.ff.de iudi.cōtra communē intellectum.§. cōmendatur de ſubtilitate: & tenetur ab authore.nu. 32. probando eam multipliciter.

26 Contumax verus non poteſt in integrum reſtitui, cum nec poſſit etiam appellare.

28 Sententia lata contra abſentem per falſas probationes, non tamen falsò inductas, tenet; nec datur reſtitutio.

29 Defenſionem ſui, cū ſit de iure naturæ, nemo ſciens præſumitur omittere.

31 Iudicis animus non ſemper ad vnam ſpeciem probationis inclinat.

33 Veritas magis amica, licet amicus Socrates, amicus Plato.

34 Contumax non debet eſſe melioris conditionis, quā obediens.

35 Sententia lata contra abſentem ex legitima cauſa impeditum per falſas probationes falsò factas, eſt ipſo iure nulla.

36 Regulariter tamen ſententia lata contra abſentem legitimè impeditum, non eſt nulla; ſed contra eam reſtitutio competit.

37 Quòd non procedit, quando Iudex ſcit talem abſentiam; quia tunc etiam ſi ſententia ſit lata abſq; dolo præſentis, vel falſis probationibus, eſt nulla.

38 Imol. in .c.cum in iure. de offi. delega. vbi dicit pendere appellationem in.d.§.Marcellus.reprehenditur.

39 Sententia lata per falſas ꝓbationes cōtra ꝓſentem falsò inductas, quas iudex ſecutus fuit, tenet.

40 L.qui agnitis.ff.de excep.multipliciter declaratur.

41 L. Diuus.ff. de re iudi. traditur intellectus.

42 Sententia lata per falſas probationes, quas Iudex fuit ſecutus, etiam falsò productas cōtra præſentem, vel abſentē contumacē, interim valida eſt. Si tamen criminali iudicio probatum ſit ſupradicta interueniſſe, retractatur.

43 Sententia lata per falſas probationes abſque dolo præſentis, etiam ſi Iudex ſit illam ſecutus, tenet: nec competit reſtitutio. ſed ſolum appellandi remedium, vel ſupplicationis, etiam ſi ſit lata contra præſentem contumacem non legitimè impeditum.

44 Titulus.C.ſi ex fal. inſtru. habet locum, etiam qū producens eſt bonæ fidei, ſecūdum cōmunem. Quæ tamen communis opi. ab auctore decem rationibus reprobatur.

45 Sentētia nō retractatur ꝑtextu iniuſtitiæ per viā reſtitutionis; ſed ſolum per viam appellationis, vel ſupplicationis, vel ſimilis remedij.

46 Sententia lata per falſas probationes, etiam conſentiente parte, ſubducta tamē per dolum ad conſenſum præſtandum, valet: Sed poteſt peti in integrum reſtitutio.

47 Vſurarius, ſi vt ſibi debitum vſurarium eſſet magis ſecurū, voluit, quòd debitor pateretur iudicium agitari contra ſe, & quòd opponeretur de debito vſurario, & quòd nihilominus deficeret in probatione, vtrum aliquod remedium debitori detur contra ſententiā, quam contra ſe reportat.

48 Sententia latà iniuſtè, ex eo, quòd pars aliquid dolo tacuerit, quod ſi fuiſſet expreſſum, ſuccubuiſſet, non eſt nulla; nec competit reſtitutio; etiam ſi ſit lata contra abſentem contumacē.

49 Limita tamen in exceptione magni præiudicij; Et maximè in peremptoria.

50 Reſcriptum impetratum, in quo tacetur exceptio peremptoria non valet.

51 Et ſi eſt ad beneficia, vitiatur ipſo iure.

52 Reſcriptum facilius vitiatur quàm ſententia.

53 Reſcriptum debet habere in ſe omnem puritatem.

54 Proceſſus, in quo mentio appellationis facta non fuit, prout neceſſariò fieri debebat, valet, ſi iudice ignorante, et abſq; dolo partis ſit factus.

55 Inſtrumentum de non petendo, ſi fuerit repertum poſt ſententiā, per quā creditor qui dolosè tacuit veritatem, obtinuit; vtrum remedium aliquod aduerſus talem ſententiam competat.

56 Inſtrumentum falſum in parte continente capitulum ſeparatum, nō dicitur eſſe falſum in alijs partibus, quas iudex ſecutus eſt in iudicando; Ideoq; ſententia vigore ipſius lata, retractari non poteſt; niſi per appellationem, vel aliud ſimile remedium.

57 Sententia interlocutoria, quantumcunq; ſit lata ex falſis probationibus falsò factis, non habet locum reſtitutio, ſi modicum afferat præiudicium.

58 Sententia lata ſuper edicto .D. Adriani, quomodo in caſibus præmiſſis procedat. remiſſiue.

59 Sententia diffinitiua lata contra reum, quando nulla eſt, & vigore ipſius nihil erat promiſſum, nec ſolutum; poteſt fieri, vt de facto retractetur, prout de facto proceſſit.

60 Sentētia diffinitiua nulla quando eſt lata pro reo, poteſt actor agere primitiua actione; & excipiente reo de ſententia, poterit replicare de eius nullitate.

61 Exceptiones, & replicationes intētionis, & facti, ſunt impropriè exceptiones, & replicationes.

62 Sententiæ nullæ vigore, quādo ignoranter aliquid eſt promiſſum, nondum tamen ſolutum, qualiter aduerſus ipſam ſuccurratur.

Item quando vigore ipſius aliquid eſt ſolutum, quod remedium competat.





Supradicta habēt locum etiam in interlocutoria, & præcepto de ſoluendo, ratione confeſſionis, agnitionis, uel recognitionis factæ de falſo inſt. ex iudicis mandato.

Quin & contra iudicem poteſt agi ratione doli, vel ignorantiæ, ad litis æſtimationem, & ad intereſſe, vel expenſas actione in factū, vel actione de dolo.

Eiſdemq; actionibus poteſt agi contra teſtem falſarium, ac notarium, qui falſum fabricauit inſtrumentum.

63 Sententia quando non eſt nulla, & non tranſiuit in rem iudicatam, poteſt retractari remedio appellationis, vel alio ſimili.

64 Sententia ſi tranſiuit in rem iudicatam, & nihil eſt promiſſum, nec ſolutum vigore ipſius, poteſt reus ſi contra ipſum lata ſit excipere de falſo contra executionem.

At actor ſi contra ipſum ſit lata, poteſt iterum agere actione primitiua, & replicare de falſo contra reum excipientem de abſolutoria.

65 Exceptio ac replicatio in terminis huius capituli num competat abſque aliquo præambulo reſtitutionis, auctor affert hinc inde opiniones, adhærens tandem affirmatiuæ.

66 Reſtitutionis, & exceptionis, vel replicationis remedium an ſimul intentari poſſint in terminis huius capituli, plures recitantur opiniones.

67 Io. Andr. in Cap. cum venerabilis de exceptio.

68 Io. Andr. alia in. d. Cap. cum venererabilis.

69 Bart. in . l. diuus . ff. de re iudi. quæ reiectis alijs opinionibus ab auctore tenetur.

70 Criminale iudicium. l. Corneliæ de falſo an competat in terminis huius Cap. vt ſententia in irritum reuocetur.

Poſt dictū criminale iudicium, quæ alia remedia dentur ſi vigore ſentētiæ nihil fuerat ſolutum, vel promiſſum.

Itē quæ quādo aliquid eſt promiſſum, vel ſolutū.

Supradicta etiam procedunt in præcepto de ſoluendo ratione confeſſionis, recognitionis, vel ſubſcriptionis ex mandato iudicis.

71 Sententia exiſtente valida in terminis huius Cap. quæ remedia competant aduerſus teſtes, iudicem, & notarium. & vſque ad nu. 74.

Principali tamen in iudicio contra iſtos non infertur præiudicium niſi fuerit citatus.

72 Via vna electa regulariter alteri præiudicatur.

73 L. 2. ff. de carbo. edi. intellectus.

74 Criminaliter quando agitur vt principalis, vel tertius in materia huius. c. puniatur, quæ remedia competant, & qualiter.

75 Remedia ſupradicta intentanti quid probandum incumbat.

76 Appellationis, & ſupplicationis remedium quanto tempore duret.

77 Condictio indebiti, & condictio ſine cauſa durat triginta annis regulariter.

78 Actio in factum, quando agitur ciuiliter ad intereſſe contra teſtes, notarium, vel iudicem, durat eodem ſpatio temporis.

Limita in iudice quando eſt præfixus terminus volentibus agere, prout hodie fit comuniter in ſindicatib

79 Terminus conſtitutus ad agendum abſoluit quem, ſicut ſententia.

80 Officij iudicis imploratio vt ſnīa nulla reuocetur de facto, prout de facto proceſſit, eſt perpetua.

81 Sententia nulla nunquā tranſit in rem iudicatam.

82 Reſtitutio in integrum, quia quadriennio præſcribitur, intra dictum tempus debet intentari ſecundum comunem.

83 Fulgo.in.l. ſi ex falſis.C.de tranſact.tenet reſtitutionē durare triginta annis. Quod tamen declaratur nu. 85.

84 Paul. de Caſt. ibidem durare viginti annis tenet quod pariter declaratur nu. ſeq.

85 Concordat auctor ambas opin. ſumens tamen op. Caſtren. & Fulg. pro vna opin. et dicit quod ſi pars innititur ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, non audietur, niſi intra quadriennium; ſed vſque ad triginta annos audietur, ſi innititur ex principalibus cōſtitutionibus, de quibus in

86 L. diuus. ff. de re iudi. quæ hic declaratur. repræhendendo.

Bal. in. d. l. tradentē ipſius intellectum.

87 L. qui agnitis . ff. de excep. quæ hic declaratur.

88 Reſtitutionis remedium ex principalibus conſtitutionibus excedit remedium reſtitutionis ex edicto ꝑtoris in quātitate tēporis dato initio, ſed remediū prætoris excedit reſpectu initij.

Poteſt tamen per indirectum quandoq; agi ex principalibus conſtitutionibus.

89 Reſtitutio aduerſus omiſſam reſtitutionem regulariter non datur, niſi in caſu ſpeciali hic ab auctore allegato.

90. Io. Andr.in. c. cum venerabilis, de excep. vbi vult remediū exceptionis durare tantū quadriennio, repræhenditur, cum nu. ſeq.

91 Cyn. in. l. quærelam. C. ad. l. Cornel. de fal. vbi vult poteſtatē accuſandi durare poſt quadriennium viginti annis, pariter reprobatur.

Communis op. poſtea refertur. quæ vult dictum remediū exceptionis eſſe perpetuū, & in hoc

92 L. necnon. §. exemplo. ff. quibus ex cau. maio. traditur intellectus.

93 L. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. traditur intellectus.

94 Replicatio in terminis huius. c. an eodē modo præſcribatur quo exceptio.

95 Annalia ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum, an verò ſint perpetua ad replicandum referuntur hincinde opiniones, relinquendo ipſas ſub dubio.

96 Exceptio præſcriptionis ſi opponatur ſimpliciter in materia huius. c. cautela ſecurior eſt.

97 Falſi quærela durat. 20. annis de iure ciuili.

L. quærelam. C. ad. l. Corn. de fal. procedit quando agitur ad meram pœnam delicti.

98 Crimina impedientia ordinis executionem, & beneficij retentionem nulla præſcriptione etiam poſt peractam pœnitentiam, tolluntur.

99 In non impedientibus verò, qualis eſt accuſatio falſi, tollitur directa accuſatio temporibus præfixis a iure ciuili, ſed reſpectu pœnitentiæ ſemper durat.

1 SVPER EO. Sententia † lata
per falſas literas non debet exe-
cutioni mandari. h. d. diuiditur in
duas, primo commendat eum cui
ſcribit. ſecundo inſtruit. ſecunda ibi, mãdantes.
2 Nota primo quòd merus executor † poteſt ad-
mittere exceptionem falſitatis, & illam referre
ſuperiori; de quo articulo dic, vt dixi in.c.olim.
ſup̃ de re iudic. & in.c. præterea. cum ſeq. ſup̃
3 de offi. dele. Vltimo not. quòd ſuſpectus † de
falſitate poteſt capi & detineri, donec veritas
comperta fuerit. facit quod not. 19. diſtinct.
c. in memoriam. Glo. 1. tangit duos articu-
los, primus an ſententia lata per falſas lite-
ras, vel probationes ſit nulla. Secundus infra
quantũ tẽpus poſſit retractari. de prima q̃ſtione
dic, vt dicam infra in primo articulo principa-
li. de ſecũda queſtione dic, vt dicã infra in quar-
to articulo principali. Glo. 2. colligit ex tex.
deinde opponit, & ſoluit per remiſſionem. in fi.
4 glo. dic, quis executor, † & an, & qñ, & qua-
liter poſſit admittere exceptiones, & ſuperſe-
dere ſuper executione vide Bar. & Io. de Imo.
in.l. à diuo pio. in prin. ff. de re iudi. & vide ꝙ
plenè dixi poſt Doct. in.c. de cætero. ſupra de
re iudi. Sed an per huiuſmodi exceptionem,
videlicet quòd ſententia ſit lata per falſas pro-
bationes, debeat executor retardare executio-
nem, dicam latè infra in. 2. articulo principali.
Glo. fin. format vnam queſtionem, dic vt dicã
infra in ſecundo articulo principali. Extra glo.
dic, quia materia huius decretalis eſt difficilis
& ſubtilis, & intricata; quotidiana tamẽ, prati-
cabilis, & vtilis; & ideò vt ipſam clarã habeas,
per ordinẽ proſequor quatuor principales arti-
5 culos. Primus erit, an ſententia † lata per pro-
bationes falſas, vel per falſas literas valeat, an
verò ſit nulla. Secundus erit, poſito quòd va-
leat, vel ꝙ ſit nulla, quo remedio ſuccurratur
aduerſus eam. Tertius, quid probandum in-
cumbat intentãti aliquod remedium ſibi com-
petens. Quartus & vltimus erit, quanto tem-
pore durent prædicta remedia. Ad primũ er-
go redeundo, videlicet an ſententia valeat, vel
ſit nulla. glo. 1. hic dicit, quòd vbi ſententia
6 eſt lata † per falſas literas eſt nulla. Sentit ta-
men, quòd ſi aliter eſſet lata, vt per falſas proba-
tiones, valeret; & deberet peti ipſius retracta-
tio. glo. verò in.c. præce. refert opiniones; dicit
enim, quòd quidam voluerũt quòd eſſet nulla:
quidam, vt Azo. quòd eſſet aliqua, ſed quòd
daretur exceptio. Glo. 2. in fi. in.c. licet cauſam,
ſup̃ de probat. dicit ꝙ tenet, ſed eſt retractan-
da. glo. autem pe. in.c. cum venerabilis. ſup̃ de
excep. concludit, quòd ſententia lata per falſas
probationes, ſeu per falſa inſtrumenta, quantũ
ad opinionem interim cenſetur valida, donec
conſtet de falſitate; poſtquam autem de falſita-
te conſtabit, retro apparebit ipſam fuiſſe nullã;
& dictã opi. ſequitur ibi Hoſti. Sed aduerte an-
tequam tranſeam ad alias opi. quę variæ ſunt in
hoc articulo, debes intelligere fundamẽtum hu-
ius difficultatis, vnde tàm variæ inſurrexerunt
opi. nam quòd ſit nulla, videtur ꝓbari per tex.
in.l. qui agnitis. ff. de excep. vbi tex. vult, quòd
contra eam competat exceptio, ergo eſt nulla:
Ita arguitur in glo. pe. in. d.c. cum venerabilis.
Et pro hac opi. facit.l. 1. 2. & . 3. C. ſi tutor ex
fal. allegat. ſecundum vnum intellectum. &
quòd not. glo. in.l. querelam. C. de falſis. & Io.
And. in .d.c. licet cãm. qui omnes volunt quòd
contra talem ſentẽtiam poſſit opponi exceptio,
falſi; & videtur caſus in.c. cum venerabilis. ſu-
pra de excep. Item quòd ſit nulla, videtur pro-
bari per tex. in.l. ſi p̃tor. §. marcellus. ff. de iudi.
ſecundum * communem opi. In cõtrarium ta- Cõm.op.
men facit, quia ſi eſſet nulla, non firmaretur tra-
7 ctu † temporis: vt in reg. non firmatur. de reg.
iur. lib. 6. Sed talis ſententia firmatur tractu tẽ-
poris, vt infra dicã in quarto principali articulo.
ergo &c. Et pro hac opi. videtur eſſe tex. in .l.
diuus. ff. de re. iudi. vbi tex. vult, quòd retracte-
tur per in integrum reſtitutionem: ergo valet;
8 quia aliter non poſſet † retractari, facit etiam
.d.c. licet cauſam. Et hãc opi. tenet gl. in.d.l. qui
agnitis. vbi dicit, quòd ita demum competit ex-
9 ceptio, prout in illo tex. dicitur, ſi petita † eſt re-
ſtitutio. Et hanc ſentẽtiam tenet ſpecu. in ti. de
execu. ſent. §. fin. in fi. vbi concludit, quòd
exceptio, quòd ſententia fuerit lata per falſas
probationes, non impedit executionẽ, niſi pe-
tita demum in integrũ reſtitutione. Et eãdem
ſententiam tenet idem Specu. in titu. de ſent.
.§. quoniam. ver. in ſumma. vbi expreſſe tenet
quòd ſententia teneat. & pro hac etiam parte
poſſet allegari. d. §. marcellus. ſecundum alium
intellectum. dicit tamẽ Hoſti. quòd licet hæc vi-
deãtur contraria, tamen dicit quòd ita poſſunt
concordari; quòd dum dicitur quòd ſit nulla,
reſpicit veritatẽ. Sed dum dicitur per glo. ꝙ in-
terim tenet, reſpicit opinionẽ; cui ſtatur quãdiu
veritas eſt occulta: argu. c. nuper. ſup̃ de biga. &
.ff. de offi. p̃ſi. in.l. barbarius. manifeſta verò veri-
tate, ꝓnũtiatur nulla quò ad veritatẽ, & retracta
tur quò ad opinionẽ. & ita dicit Hoſti. intelligẽ-
dum ꝙ ipſe not. in ſum. in tit. de re. iudi. Sed
tu cõclude ex dictis Doc. & glo. cõmuniter pro
concordantia iurium quæ videntur diſcordare,
10 quòd aut ſententia † eſt lata vigore falſarum lit-
terarum, ſeu falſi reſcripti, & hoc caſu ſententia
eſt nulla ipſo iure tex. eſt hic; & ratio aſſignatur
hic in glo. 1. quia tales literę nullã tribuunt iu-
riſdictionem. poſſet tamen dici, ꝙ eſt nulla quò
ad ius, & quò ad veritatem, & ſic in ſe. Sed an-
tequam appareat de falſitate literarum poſſet
dici aliqua quò ad opinionem; & ita procedat
11 quod dicit glo. † pe. in. d.c. cum venerabilis. fa-
cit tex. noſter, & quod traditur per Inno. in.c. ſu
per literis. ſupra de reſcrip. & per Bar. in.l. fin.
C. ſi contra ius vel vti. pub. aut ſententia eſt la-
12 ta per falſum inſtrumentũ † procurationis, ſeu
virtute falſi mandati, & idem dicendum eſt vt
in.c. in noſtra. ſup̃ de procura. & probatur. in.l.
licet. C. de procurat. Aut eſt lata vigore falſa-
rùm probationum, & hic eſt maior difficultas.
vnde diſtingue, Quòd aut loquimur in ſenten-
tia



tia decreti, aut in ſentẽtia diffinitiua, aut in ſen-
tentia interlocutoria. Primo caſu dic, ꝙ ſentẽ-
13 tia † eſt nulla; text. eſt ſingular. in.l. & ſi p̃ſes.
C. de præd. & al. reb. mino. & ibi Bal. & Doc.
& .ff. de fideicom. lib. in.l. cũ vero. §. ſubuentũ.
& .ff. de tutorib. & curato. dat. ab ijs. in .l. ſciæ
egreſſę. & .l. tutor ſi petitus. Secũdo caſu de ſen
tẽtia diffinitiua, ſubdiſtingue, ꝙ aut ſententia eſt
lata contra minorem, aut contra maiorem; pri-
14 mo caſu dic, quòd ſententia † eſt nulla ſecũdum
Cõm.op. *cõmunem opi. doct. alle. l. 1. & . 2. C. ſi ex fal.
inſtru. Sed illa iura non video quòd loquantur
in minoribus. tenet Bar. in. d.l. diuus, & vt dixi
communiter ſequuntur Doct. Sed melius facit
iudicio meo tex. ſecundum intellectũ Din. in.l.
qui teſtamẽto. ff. de excuſa. tut. Et ad idem alle-
gatur etiam glo. in.l. ſi quis ad quẽ. ff. de acqui.
hæred. tangit Barto. in.l. ſcire oportet. §. con-
ſequẽs. ff. de excu. tu. & ꝓbatur etiã in. d.l. & ſi
præſes. & hoc fauore minorũ. Et ex hac ratio-
ne. d.m. in. d.c. licet. vbi tenet hanc eandem op.
dicit idẽ eſſe in ſententia lata contra eccleſiã. ar.
c. 1. ſupra de reſti. in inte. Tu dic, quòd eadem
15 ratione idem dicendum eſt in ſentẽtia lata † cõ-
tra rempublicã. arg. no. in.l. 1. C. de iur. reipub.
lib. 12. vbi pupillus, & res publica æquiparãtur.
Cõm.op. Si vero eſt lata contra maiorem, maior eſt diffi-
cultas. communis * tamen opinio eſt, quòd aut
16 eſt lata contra abſentem contumacem † dolo
præſentis doloſè falſas probationes producen-
tis, & eſt nulla ipſo iure. vt dicitur in. d. §. mar-
cellus. ſecũdum vnum intellectum, & ſequun-
tur ibi glo. & Bart. facit ꝙ not. Inn. in.c. cũ ber-
toldus. ſup̃ de re. iudi. ſecundũ tertiũ intellectũ
quem ibi poſui, & .c. cum dilecta. ſup̃ de reſcr. &
ibi per Inno. ſi verò eſt lata ſententia contra ab-
17 ſentem † licet per falſas probationes, etiam falsò
factas, ſententia eſt valida; ſed venit retractanda
per viam reſtitutionis; ita loquitur .d.l. diuus. &
hanc † opi. videtur ſequi .d.m. in.d. c. cum ve-
nerabilis. & latius in.c. licet cauſam. vel ſecundũ
Io. de Imo. etiam valet ſentẽtia ſi eſſet lata cõ-
tra abſentem, & per falſas allegationes, ſeu pro-
bationes, dum modo non falsò factas. pro quo
facit. d. §. marcellus. à cõtrario, dum dicit, ſi per
dolum ſciens falſo aliquid allegauit. Sed aduer-
te, quia contra hoc fortiter videntur obſtare. l.
qui agnitis. & alia iura quæ ſup̃ allegaui in princ.
ad probandum ꝙ hæc ſententia ſit nulla; vnde
Io. An. multum dubitauit in. d.c. cum venerabi-
lis. in gl. pe. & ibi videtur cõcludere, quòd quã-
do ſententia eſt lata cõtra reum per falſas proba
tiones, competat exceptio, & non detur re-
ſtitutio, per iura ſupra allegata. Sed vbi eſſet da-
ta contra actorem pro reo, tunc ſi agitur actio-
ne primitiua, & excipiatur de ſententia, nõ po-
teſt replicari de falſitate; ſed eſt neceſſaria reſti-
tutio; ita loquitur. l. diuus. Secus autem ſi nõ
ageretur primitiua actione, ſed tertius pete-
ret caſſari fortè electionẽ, vel quid ſimile, pro-
pter aliqua crimina; nam licet reus diceret ſe
abſolutum, poterit replicari quòd ſententia nõ
valeat; quia lata per falſas probationes; & ſic
huic tertio nõ erit neceſſaria reſtitutio. Sed hæc
opinio vt dicit. Io. de Imo. in. d.l. diuus. eſt cõ-
tra illam legem coniuncta glo. 1. quæ intelligit
literam in reo condemnato, & tamen dicit dan-
dam reſtitutionem. & ideo non videtur bona;
& eam reprobat Bar. ibi; licet non faciat mẽtio-
nem de Io. An. Dicit ergo Io. de Imo. ſecun-
dum Bart. & melius, quòd non valet hæc con-
18 ſequentia, † poteſt excipi de falſo contra ſen-
tentiam, ergo eſt nulla. potius ſequitur contra-
rium, cum exceptio propriè ſit actionis exclu-
ſio. vt in.l. 2. ff. de excep. nec ob. ſi diceretur re-
ſtitutio in integrum debet excludi per medium
exceptionis; quia reſpondit ipſe, quòd hoc nõ
19 ſequitur; quia remedium † exceptionis eſt
minus plenum, ideò non excludit beneficiũ re-
ſtitutionis, quod eſt magis plenum. & eſt glo.
ſingularis ſecundum eum in.l. in cauſę. la .2. in
prin. ff. de mino. facit ꝙ no. in.l. ſi. C. ſi aduer. rẽ
iudi. & in.l. in ꝓuinciali. §. 1. ff. de ope. no. nũc.
& hoc etiam videtur ſenſiſſe Io. An. ſuper .d.
glo. pe. qui allegat. c. 2. cũ ibi not. de reſti. in inte.
lib. 6. ſed modicũ facit. Et quòd remedium re-
ſtitutionis plenius ſit, patet, per exceptionem
non conſequitur quis niſi repulſionem actoris:
vt in.c. 2. ſup̃ de or. cog. vnde licet actor ſic re-
20 pelleretur, poſſet tamen iterum † agere primi-
tiua actione, & probare per veras probationes,
licet alias fuerit repulſus propter falſas. Secus ſi
petita eſſet reſtitutio in inte. contra ſententiam,
& reus petijſſet abſolui actore non probante,
quo caſu ſi fuiſſet abſolutus, non poſſet amplius
agi; Et ſic patet quòd pinguius eſt iure reſtitu-
tionis, & quòd exceptio poteſt cõcurrere cum
remedio reſtitutionis. Et hãc opi. ſequitur Io. de
Imo. in. d.l. diuus. Sed tu aduerte, & vt habeas
verum intellectũ iſtius articuli, & . §. marcellus.
qui difficilis eſt, procedam per cõcluſiones. Sit
ergo prima concluſio ſecundum Doct. quòd
21 ſententia † lata contra abſentem ignorante vi-
ctore, & ſine ipſius dolo, per falſas tamen pro-
bationes, valet, & competit reſtitutio ſecundũ
Doct. * communiter in .d. §. marcellus. & di- Cõm.op.
cunt quidam probari in prin. illius. l. & intellige
hanc concluſionem, & ſequentes ſemper cum
dicam contra abſentem. ſ. legitimè citatum, &
contumacem; alias autem ſemper eſſet nulla ex
defectu citationis; vt in cle. paſtoralis. de re. iud.
Itẽ ſemper intellige cõcluſiones quas ſubijciã,
ſi modo ſententia non ſit lata per falſas literas,
vel per falſum mandatum, vel ſit ſententia de-
creti, aut interlocutoria, vel non ſit lata contra
minorem, eccleſiam, vel rempublicam. Sed re-
deundo nunc ad. §. marcellus. & ad intellectũ
communem; debes ſcire, ꝙ dñs Raphael Fulgo.
ibi, dicit, quòd dicta concluſio nõ eſt vera; quia
ſi vera eſſet, hoc caſu admitteretur querela, ꝙ
tamen ibi negatur ſecundũ eum. arbitror quòd
velit inducere à contrario ſenſu. vnde dicit ipſe,
quòd veritas eſt, quòd in caſu prædicto ſenten-
tia tenet, nec datur reſtitutio. Secus ſi eſſet la-
ta dolo pręſentis per falſas ꝓbationes vt ſtatim
dicam; & ſubdit ipſe, quòd ratio differẽtiæ eſt,

22 quia abſens per contumaciam fuit in dolo † ſi-
ue in culpa; argu.l. non enim.ff.ex qui. ca.ma.
ꝑterea ſi cōtumacia facit ceſſare ordinariū auxi
lium appellationis, vt in cle. 1. de do. & contu.
& in.l.& poſt edictum.§. fin. ff.de iudi. fortius
23 debet facere ceſſare † auxilium extraordinariū
reſtitutionis; argu. d. l. in cauſæ. in prin.ff. de
mino. & hoc quando pars non fuit in dolo. Si
24 verò fuerit in dolo, tunc dolus actoris † ꝑpon-
derat culpæ & contumaciæ rei. Et ſi poneres
quòd abſēs eſſet in dolo, dicit ipſe ꝙ eſt in dolo
præſumpto, & non aperto. poſſes etiam dicere
quòd dolus abſentis eſt in omittendo, præ-
ſentis in faciendo. Et ideò præponderat dolus
præſentis. Et præterea ſi dolus vtriusq; eſſet
par, debet tamen præponderare dolus præſen-
tis; quia præſens tractat de lucro, & abſens de
damno. vnde dicit concludendum eſſe, quòd
dicta ſententia non tenet; dicit tamen non eſſe
recedendum à communi opinione. Et hæc
25 conſideratio ſatis fuit ſubtilis, † & mihi videtur
quòd bene poſſet ſuſtineri de iuris rigore,
per tex. in.l.diuus.ff.de re. iudi. à cōtrariò ſen-
ſu, ibi, conſpiratione aduerſariorum. Item pro-
batur alia ratione, quia non debet eſſe melioris
conditionis inobediens, quam obediens. vt in
.c. contingit.ſuꝑ de dolo.& contu. Sed ſenten-
tia lata contra præſentem etiam per falſas pro-
bationes ſine dolo partis obtenta, non eſt nul-
la, ſed valet. nec datur reſtitutio. Sed ſolum cō-
petit appellandi ptās; vt dicit Bal. in.d.§. mar-
cellus.ff.de iudi. per.l.ſub ſpecie. C. de re iudi.
& per not.in.c.cum bertoldus.ſupra de re. iudi.
& in .c. cum dilecta. ſuꝑ de reſcri. igitur &c.
Aduerte tñ, quia hoc non videtur procedere
ſine dubitatione; Et incidit in aliam q̄ſtionē de
qua dicam infra in.6. concluſione. Item aduer-
te, quia non placet mihi ratio domini Raphae-
lis; quæ fuit quòd cum ille abſens ſit cōtumax,
& per conſequens non poſſet appellare, ergo
26 non poteſt † in integrum reſtitutionem poſtu-
lare; quia aſſumptum nō eſt verum ſimpliciter,
ſed ſolū in vero & manifeſto contumace; ſiñ ꝙ
latiſſimè dixi in.d. cle.1. de do. & contu. Præ-
terea poſt lapſa tempora ad appellandum, com-
petit reſtitutio aduerſus ſentētiam dolo latā per
falſas probationes; vt dicā in. 2. mēbro princi-
pali: ergo &c. Poſſet tñ ad hoc reſpōderi, quòd
hoc contigit facto ipſius partis, ſed non iuris di-
ſpoſitione; ſecus ſi ex iuris diſpoſitione tolle-
retur appellatio; nam tunc videtur argumen-
tū procedere. Et ideò tunc videretur ſatis iuſtū,
ꝙ propter manifeſtā contumaciam abſentis, cū
denegaretur ſibi à iure beneficium appellādi ꝙ
eſt ordinarium, ergo debet denegari reſtitutio
27 † quæ eſt auxiliū extraordinarium. Et ſi tu di-
ceres, idem argumentum procedit, quando
dolo præſentis per falſas ꝓbationes contra ma-
nifeſtum contumacem ſententia eſt lata, ꝙ cum
non poſſit appellare, nec debeat in integrum
reſtitutionem poſtulare, cuius contrarium ſta-
tim dicetur in ſequenti concluſione: reſpōdeo,
quòd ſi teneremus cōmunem opi. ꝙ ſententia
ſit nulla, prout ſtatim dicam, reſpōſio eſt aper-
ta, quia non eſt neceſſaria reſtitutio. Sed quia
ſi teneremus opi. quòd ſententia teneat, prout
ego tenebo, potes dicere, quòd diuerſa eſt ratio
denegandi vnū remedium, & concedendi aliud;
nam manifeſto contumaci denegatur ptās ap-
pellandi, quia contemnit Iudicē. Sed ex æqui-
tate quadam conceditur reſtitutio, ne præſens
ex dolo ſuo commodum reportet. Sit ergo cō-
28 cluſio, quòd ſententia lata † contra abſentem
etiā per falſas probationes, non tamē falsò indu
ctas, tenet; nec datur reſtitutio; Nec obſtat ꝙ
abſens debet eſſe melioris conditionis, quia nō
potuit iura ſua allegare, quæ tamen potuit præ-
ſens allegare; quia reſpōdeo, quia cū hoc con-
tigerit culpa ſua, ſibi imputare debet. vt in re.
damnum. de re. iur.lib.6. Præterea ſi præſens
non allegauit iura, præſumendum eſt quòd illa
ignorauerit; quia nemo preſumitur iactare ſuū,
29 & defenſionem † quæ eſt iure naturalis omit-
tere, vt in .l. cum de indebito. de probat. & in
.l.vt vim.ff.de iuſti. & iur. cum ſi. Et tamē con-
tra abſentem tenet vt dixi. Secunda principalis
30 concluſio ſit, quòd ſententia † lata cōtra abſen-
tē per falſas probationes dolo præſentis indu-
ctas, quas iudex fuit ſecutus, eſt nulla. iſte eſt
tex. ſecūdum cōem opin.in.d. §. marcellus. &
hoc ſequuntur glo. communiter* & Doct. Bar. Cōm.op.
Bal.& Ange. vnde vidétur hæc neceſſaria. Pri-
mo abſentia cum contumacia. Secundo ꝙ per
probationes falſas. Tertio quòd dolo præſen-
tis. Quarto quòd iudex fuerit ſecutus illas pro-
bationes. quod arbitror neceſſarium per not.in
.c. cauſamq;. ſupra de re. iudi. ibi, iudicis ani-
31 mus non ſemper ad vnam ſpeciē † probationis
inclinat. & per nota. in. c. in præſentia.ſupra de
renun. & in.l.3.§. eiuſdem. ff. de teſti. Sed tu
aduerte, quia vt ſuꝑ dixi, dñs Raphael vult ꝙ
talis ſententia ſit valida, & quòd ſolum compe-
tat reſtitutio; & ita intelligit.§.marcellus. non
tamen aliter probat hanc concluſionem, niſi ꝙ
aſſignat rationem diuerſitatis inter hanc & prę-
cedentē. mihi videtur quòd hæc opi. ſit ipſa ve-
32 ritas. & licet durū videatur contra opi.† ita cō-
muniter approbatam inſiſtere, tamen amicus
Socrates, & Amicus Plato, ſed magis amica
33 † eſt veritas. dico igitur, quòd dicta opi. proba-
tur multipliciter primo, per.l.diuus.de re. iudi.
vbi dicitur, quòd ſententia valet, ſed concedi-
tur reſtitutio, & tamen tex.ibi expreſſè loqui-
tur, quando prædicta interuenerunt, videlicet
dolus obtinentis. ibi, cōſpiratione aduerſario-
rum. & ibi, pecunia corruptis. Item falſæ pro-
bationes. ibi, ex falſis teſtimonijs. & quòd Iu-
dex fuit illas ſecutus. ibi, religionē iudicis cir-
cumuentā. & tamen dicitur ibi, quòd competit
reſtitutio, ergo ibi ſententia nō eſt nulla. ergo
cū ille textus ſimpliciter & indiſtinctè loqua-
tur, indiſtinctè eſt intelligendus. Præterea &
fortius, aut tu vis quòd ille tex. loquatur quan-
do ſententia eſſet lata etiam contra abſentem, &
per illam.l.clarè confunditur communis opin.
Aut quando eſſet lata contra contumaciter ab-
ſentem



ſentem, & adhuc alio fortiſſimo argumēto con-
uincitur, quia non debet eſſe melioris cōditio-
34 nis contumax † quàm obediens; Sed ſi ſenten-
tia eſt lata contra præſentem pro præſente do-
loſo, & tunc nō eſt nulla, vt .d. l. dicitur; ergo
multo minus ſi lata eſt contra abſentē. Nō ob.
.§. marcellus. quia tex. ibi non dicit ꝙ ſen-
tentia ſit nulla, ſed quòd competit querela in
integrū reſtitutionis, vel exceptionis propriæ,
vt ſtatim dicam; & pro hac ſententia allego. d.
.§.marcellus. qui hoc exꝑſsè videtur velle iudi-
cio meo; nam tex.d.l.ſi prætor. ponit tres ca-
ſus; Primus eſt in principio; quòd ſi ratione
exceptionis ſimplicis iniuſtitię quis vellet retar
dare, ſeu impedire executionem ſentētiæ, quòd
executor nō debet de iniuſtitia cognoſcere; ne
deluſoria fiant decreta, hoc eſt ſentētiæ & edi-
cta prætorum .i. iudiciū. deinde in verſ. mar-
cellus. quòd ſi per dolum præſentis contra ab-
ſentem per falſas probationes quas Iudex fuit
ſecutus ſententia ſit lata, ꝙ iudex debet quere-
lam rei admittere; hoc eſt in integrum reſtitu-
tionem, vel exceptionem, quæ ſit actionis ex-
cluſio. Deinde ſequitur tertio loco verſ. paulus
not. vbi textus vult, quòd ſi ſententia eſt lata
contra abſentem cauſa reipublicæ, aut morbo
impeditum, ꝙ actio iudicati in eo caſu in reum
denegatur; ergo ſententia eſt nulla; vel prętor
exequi non debet iudicatum; & ſic etiam ſen-
tentia eſt nulla, cum ex ea non competat officiū
iudicis; vnde ſi verſ. Paulus. loquitur qñ ſenten-
tia eſſet lata per falſas probationes falſo factas,
quòd ſentētia eſt nulla, & iſte abeſt ex iuſta cau-
ſa, & ſic non contumaciter; non ita debet eſſe
quādo ſententia lata eſſet contra abſentem con-
tumacē, cum iſte minus iuris debeat detinere.
Si verò intelligeres de quacunq; ſententia lata
contra abſentem ex cauſa reipublicæ, vel alia
iuſta cauſa, adhuc pondero tex. qui dum vult
dicere ſententiam nullam, nō vtitur verbis illis,
querelā admitti debere, prout dicit verſ. mar-
cellus. ſed alijs verbis denotantibus ſententiam
35 nullam. Tertia concluſio ſit, ꝙ ſententia † lata
contra abſentem ex legitima cauſa impeditum
per falſas probationes falsò factas, eſt ipſo iure
nulla; hæc concluſio probatur in.d.verſ. paulus
no. ſecūdum vnum intellectū quem ſupra po-
ſui, qui ſatis videtur bonus, ex eo quia cū dicta
verba poſita in tex. innuant ſententiam nullam;
ergo potius eſt intelligendus ſi lata fuit per fal-
ſas allegationes falſo factas, ad hoc vt proſequa
tur eundē caſum; & quia ſententia lata contra
36 abſentem cauſa reipublicæ † regulariter nō eſt
nulla, ſed contra eam competit reſtitutio. vt
in.l.1.C. ex quibus cau. ma.& in.l. fi. ff. de. in
inte. reſti. Aduerte tñ, quia ſi Iudex ſciuit ta-
37 lem abſentiam, ſentētia † eſt nulla, etiam ſi ſit la-
ta abſq; dolo præſentis, vel falſis ꝓbationibus;
vt traditur in .l. quæſitū.ff. de re. iudi. vbi vide.
Et quòd iuriſcon. in .d.l. ſi prætor verſ. paulus
not. proſequatur eundē caſum de quo in verſ.
marcellus. ꝓbatur ibi in tex. dum dixit, eo ca-
ſu in eum delegandam, &c. vnde intelligo eo
caſu .ſ. proximo ſuperiori. Et pro intellectu
dicti verſ. marcellus. vide etiam Inno. in .c. cū
in iure .ſuꝑ de offi. dele. vbi dixit, quòd ſenten-
tia non erat nulla, ſed aliqua; intelligit tamen
38 quòd ibi pēderet † appellatio; quod mihi non
placet; quia non eſt veriſimile, quòd ſi penderet
appellatio, peteretur ibi executio rei iudicatę.
Et vide etiam aliquid per Inno. in.c. de cętero.
ſuꝑ de re iudi. tangit etiam intellectum. d. l.ſi
prętor. & omnium reſponſorum ſuorum. An-
ge. in .l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb.
oblig. in princ. vbi etiam tenet ꝙ in verſ. mar-
cellus. etiam ſententia ſit nulla; & plura ponit
circa hanc materiā, quæ omitto ne ſim nimium
prolixus. Quarta concluſio ſit, quòd ſentētia la-
39 ta † per falſas probationes contra præſentē fal-
sò inductas, quas Iudex ſecut⁹ fuit, tenet; hęc cō
cluſio probatur in.l.diuus .ff.de re. iudi. & in .l.
pe.c.ſi ex fal.inſtru. & .l. fi. eo. ti. vbi dicitur ꝙ
iudicati executio ſuſpenditur; ergo videtur va-
lere; & probatur in.c.accepimus.ſupra de fide
inſtru. Nō ob .l. qui agnitis. quia poteſt reſpō-
deri multipliciter vt dixi, vno modo ſecundum
Io. An. ſecūdo modo vt ibi dicit glo.ſ.median-
40 te in integrum reſtitutione; † pro qua facit, ꝙ
ille tex. allegat conſtitutiones de quibus in .d.l.
diuus. Tertio reſpondetur, quòd aut præceſſit
probatio & pronunciatio ſuper falſitate, & nō
datur exceptio; vt in .d.l.qui agnitis. ibi, ſi po-
ſtea falſa inueniatur; & ſic hoc contingit ex alio
remedio de quo ſtatim dicam. Aut adhuc non
erat cognitum de falſitate, & ſententia tenet, &
eſt neceſſaria reſtitutio per .l.directa cōtra ſen-
tentiam; non obſtat tex.ibi in fin. dum dicit,
quæ nunc falſa dicuntur, quia intelligitur ex
eo quòd probata ſunt falſa. Vel quarto dicen-
dum & melius iudicio meo, quòd ibi tex. non
loquitur de exceptione rei iudicatæ; ſed loqui-
tur de exceptione orta ex inſtrumēto falſo ſub-
ſcripto dolo aduerſarij, licet ex præcepto, vel
interlocutione iudicis; vnde dicitur ibi quòd ſi
ſoluit poteſt repetere; & ſi cōtra te petentem
opponitur de inſtrumēto ſubſcripto ab eo qui
repetit, dicitur ꝙ non habet locū talis præſcri-
ptio, hoc eſt talis excepio talis ſubſcripti inſtru-
mēti, ſi inſtrumentū falsū dicitur; vel ſi nō eſſet
ſolutū, & creditor ageret vigore falſi inſtrumēti
ſubſcripti, & pars aduerſa opponeret de falſita-
te & probaret, non obſtat præſcriptio; hoc eſt
nō obſtat replicatio agentis dicētis inſtrumen-
tum fuiſſe ab illo ſubſcriptum iudicis mādato;
& ſic non ſumus propriè in terminis .l.diuus. &
verba præcedentia ſunt allegationes partis: &
41 iſte eſt verus intellectus † illius. l. iudicio meo,
qui nouiſſimus eſt. facit.l. ſi ex falſis. C.de tran-
ſact. Quinta cōcluſio ſit, licet ſententia lata per
42 falſas probationes † quas iudex fuit ſecutus etiā
falſo productas, contra præſentem, vel abſen-
tem cōtumacem, interim valida ſit, ſi tamen in-
ter partes ipſas in criminali iudicio, vel ſimili,
probatum eſt probationes illas falſas fuiſſe, &
falsò inductas, & iudicem fuiſſe ſecutum illas,
ſententia in irritum reuocatur; & ex tunc illi qui

 obtinuit

obtinuit non competit exceptio rei iudicatæ;
hæc cõcluſio probatur in.l. falſam.C.ſi ex falſis
inſtru. vbi dicitur, quòd cauſa iudicati non re-
uocatur in irritum, niſi poſtquam probatum
fuerit probationem illam fuiſſe nullã. ad idem
.l. fi.eo.tit.& .l.2.eo.ti.vbi textus dicit, cum de
crimine docuerint. & pro hac concluſione facit
.c. accepimus. ſuꝑ. de fi. inſtru.&.d.l. qui agni-
tis. ibi, poſtea falſa inueniantur. & iſto modo
poteſt intelligi glo. penul. in .d.c. cum venera-
bilis. quæ vult quòd interim valeat. Sexta con-
43 cluſio ſit,ſententia lata † per falſas probationes
purè,& abſq; dolo præſentis tenet, etiam ſi iu-
dex fuit illas ſecutus: nec competit reſtitutio,
ſed ſolum appellandi remedium, vel ſupplica-
tionis; Siue etiam ſententia ſit lata contra
præſentem contumacem, quem non excuſet
legitimum impedimentum. hanc concluſio-
nem videtur ſentire Bal. in.d.§. marcellus. qui
allegat.C. de re.iudi.l.ſub ſpecie. & Inno. in .c.
cum bertoldus. ſuꝑ. de re. iudi. in verbo con-
ceſſimus. ibi tamen Inno. hoc non dicit, niſi
quaſi à contrario: dicit enim,quòd ibi ideò co-
gnoſcitur de ſententia, etiam poſtquam tranſi-
uerint tempora ad appellandum, quia iudex
apertè fuerat circunuentus; ergo à contrario,
ſecus ſi non fuerat circunuẽtus; allegat etiam
Bal. nota.per Inno.in.c.cum dilecta.ſuꝑ. de re-
ſcrip.vbi Inno.in verbo conſcientiã,dicit,quòd
ſentẽtia diffinitiua reuocatur, ſi per obreptio-
nem dolo malo ſit illicita.per .l.cum à te. ff. de
dolo.&.l.ſi prætor.ff.de iudi. Si autem ſine do-
lo malo contra veritatem dicatur lata, non re-
uocatur, vt .d.l.ſi p̄tor.ita dicit Inno. vnde not.
diligenter, quòd allegat.l.ſi prætor. quòd va-
leat, & nõ reuocetur,quando ſine dolo, & hoc
probatur ibi in prin. Item allegat quòd valeat
& reuocetur quando cum dolo: & hoc intel-
ligo, quòd velit probare per.§. marcellus
in .d.l. ſi prætor. & ſic facit etiam pro ſecunda
concluſione quam ſupra poſui. Aduerte tamen
quia glo. ſuper verbo ꝑcipimus,in .d.l.ſi ex fal-
ſis .C.de tranſac.ſentit, quòd ſatis eſt quòd ſen
tentia ſit lata per falſas probationes, nec diſtin-
guendum ſit, vtrum pars obtinens ſciuerit, vel
ignorauerit, & ſic an fuerit in dolo, vel non: &
hanc ſententiam ſequitur ibi Bar. & etiam Bal.
qui nullam facit mentionẽ de eo quod dixit in
Cõm.op. .§.marcellus. & ſequuntur cõmuniter * Doct.
etiam moderniores. vnde volunt, ꝙ &.l. diuus.
44 & totus tit.c. ſi ex fal. inſtru. † habeat locum
etiam ſi producens fuerit bonæ fidei, & nihilo-
minus poſſit aduerſarius aduerſus ſententiam
petere in integrum reſtitutionẽ; & hoc etiam
tenet expreſsè Bar. in.l.ſi is ad quẽ.ff.de acqui.
hær. hæc tamen communis opi. mihi non pla-
cet. Primo propter tex. in .d.l.diuus à contra-
rio. Secudo per.§.marcellus.vt ſuꝑ intellexi.
Tertio quia ſententia iniuſtè lata pro actore vt
plurimum fertur per falſas probationes; quia
non eſt præſumptio contra iudicem,quòd velit
iniuſtitiam facere, vel quòd per ignorãtiam in-
iuſtè iudicauerit: & ſententia talis non retra-
45 ctatur † prætextu iniuſtitiæ per viam reſtitu-
tionis, ſed ſolũ per viam appellationis, vel ſup-
plicationis, vel ſimilis. Quarto quia nunquam
reperitur quòd tit. ex quibus cauſis ma. habeat
locum ratione ſolius iniuſtitiæ. Quinto quia
ſi cauſa cognita etiã nullis ꝓbationibus factis,
vel minus ſufficientibus ſentẽtia fuit lata abſq;
dolo partis, vel iudicis, ſententia non retracta-
tur; ergo multò minus in caſu noſtro, cum ali-
quid probatum ſit, & nihil per dolum partis ſit
commiſſum: niſi fortè diceres ad hoc, quòd ſi
nihil probatũ eſſet, pars appellaſſet; vnde ſaltẽ
videtur circunuẽta pars victa re ipſa, ꝓpter fal-
ſas probationes. Sexto per.l.ſi prætor. in prin.
.ff.de iudi. vbi tex. ſimpliciter dicit, quòd ra-
tione iniuſtitiæ non retardetur ſententiæ exe-
cutio; & ſolum excipit duos caſus de quibus in
ver. marcellus. & ver. paulus. facit quod ſtatim
dixi ſecundum Inno. Septimo quia ſecundum
hoc nulla eſſet differentia an ſententia eſſet lata
per falſas ꝓbationes cõtra præſentẽ dolo ipſius,
quod tamen vnicuiq; diſcreto debet videri ab-
ſurdum. Octauo quia contraria opi. nullo iure
fundatur. facit.l. illam.C. de collat. Nono quia
titulus.c.ſi ex falſis inſtrumentis. ſi rectè pon-
derentur omnes.ll.illius tituli, de neceſſitate lo-
quitur quãdo dolo partis aduerſæ lata eſt ſen-
tentia. nam.l.1.dicit,quòd res iudicata non ob:
volenti accuſare falſas tabulas. Et .l. 2. dicit, cũ
de crimine docuerint. & ſimiliter illa iura volũt
qñ cognoſcitur de falſo contra partẽ. Sed de fal
ſo non poteſt pars accuſari niſi ratione doli ſui.
.ff.eo.l.quid ſit falſum. & in.l.diuus. & in .l. nec
exemplum.c.eo.tit. Vltimo probatur per.l. ſub
prætextu.C. de tranſa.vbi tex. expreſsè vult ita
demum competere reſtitutionẽ aduerſus tran-
ſactionem factam vigore falſorum inſtrumen-
torum, ſi dolus partis interuenit, & vt ita intel-
ligit .d.l.ſi ex falſis. Secus ſi dolus non interue-
nit. vt.d.l. ſub prætextu.& ad idem.l. ſub ſpecie
.C. de re.iudi. &.l. admonẽdi. ff.de iureiur. nec
ob.l. in ſumma.§.1.ff.de condi.indebi.per quẽ
tex. videtur moueri glo. in.d. l.ſi ex falſis. quia
ille tex. debet intelligi quòd repetitio dabitur
mediante in inte. reſti. vt.d.l. ſub prætextu. vel
dic vt dicam iu ſecũdo mẽbro principali. Septi-
46 ma concluſio ſit,quòd ſententia lata † per falſas
probationes etiam conſentiente parte ſub du-
cta tamen per dolum ad cõſenſum præſtandum
valet, ſed poteſt peti in integrum reſtitutio, nec
conſenſus excuſat obtinentẽ à dolo; hanc con-
cluſionem tenet Bal. in .d. §. marcellus. allegat
Inno. in. c. grauis. ſuꝑ de depoſi. & hæc con-
cluſio ſimiliter facit ad illum articulum,ſi vſura-
47 rius † vt ſibi debitum vſurarium eſſet magis ſe-
curum,voluit quòd debitor pateretur iudicium
agitari contra ſe, & quòd opponeret de debi-
to vſurario, & quòd nihilominus deficeret in
probatione, ad hoc vt ſententia contra eum la-
ta tranſiret in rem iudicatã, eo modo quo poſ-
ſet tranſire; vtrum ipſi conuicto detur reme-
dium aliquod; facit enim hoc dictum Bal. quòd
ſic. Sed tu dic de hoc articulo vt dixi ſuꝑ.in Ru-
brica

brica de vſu. Octaua concluſio ſit, quòd ſen-
48 tentia lata † iniuſtè ex eo quòd pars aliquid
dolo tacuerit, vt puta quia tacuit exceptio-
nem aliquam reo competentem, quæ ſi fuiſſet
expreſſa ſuccubuiſſet, quòd talis ſententia te-
net, nec competit reſtitutio, etiam ſi lata ſit
cõtra abſentem contumacem. Primam partem
cõcluſionis huius tenet Bar.in.l. 1. C. de ſatiſd.
& Bal. in. l. ſub ſpecie. C. de re iudi. Ego verò
addidi illa verba, etiam ſi contra abſentem,con-
tumacem quia eadem eſt ratio vt valeat contra
abſentem contumacem, & maior, ſecundum
quod dixi ſuꝑ in prima, & ſecunda conclu-
ſionibus. Sed aduerte, quia hoc videtur pro-
cedere ſi exceptio eſt dilatoria, ſeu parui præ-
49 iudicij. Sed ſi eſſet exceptio peremptoria, † aut
dilatoria magni prçiudicij,non videtur hoc pro-
cedere, & maximè in peremptoria; facit quod
50 in ſimili dicimus, quòd reſcriptum † impetra-
tum in quo tacetur exceptio perẽptoria,nõ va-
let, vt traditur in. c. ex parte. B. ſuꝑ. de fo. cõ-
pe. & ibi per Io. An. ſuper. glo. fi. & ſuꝑ de re-
ſcript.c.cũ dilecta.& de lit. cont.c.1. lib. 6. per
Ino.& Hoſt. in.c.ſuper literis.ſuꝑ.de reſcrip.&
51 ſi eſt ad beneficia,† vitiatur ipſo iure.vt traditur
in dictis iuribus.& in.c.conſtitutus.de reſcript.
& in .c.fi. de præſumpt. & per Inno.in.c.paſto-
ralis. ſuꝑ de excep. Sed poſſes dicere, ꝙ ratio
diuerſitatis poteſt eſſe, quia facilius vitiantur li-
52 terę, † quã vitiatur ſentẽtia.& ꝑterea in cõten-
tioſis videtur etiã requiri factũ hominis,vt op-
ponatur exceptio ſubreptionis. vt traditur in
.d.c. ſuper literis. & ſic etiam in caſu noſtro
debet reus opponere exceptionem. Et ſi oppo-
neret, actor ſuccumberet; licet ſecus ſit in lite-
53 ris ad beneficia, in quibus debet adeſſe † omnis
puritas. Sed aduerte iterum,quia vltra prędicta
prædictę concluſioni fortiter obſtat, quia aut
iſte ſciens exceptionem peremptoriam aduer-
ſario competere, petebat debitum, & per con-
ſequens doloſè agebat; ergo inducens proba-
tiones videtur inducere ſuper eo ꝙ effectuali-
ter non debetur; & ſic per indirectum videtur
commiſſus dolus in faciendo; ergo deberet ſal-
tem poſſe occurri contra talem ſententiam, ſi-
cuti eſſet lata per falſas probationes dolo indu-
ctas. Ad idem etiam induco notabile dictum
Inno. & Io. An. in. c. fi. ſuꝑ de accuſa. in ver-
bo aſſignãtes. vbi vult qđ ſi appellatũ fuit à iu-
dice delegato ad vnum articulum, & hoc non
54 obſtante delegatus proceſſit, † & deinde ſim-
pliciter retulit proceſſum deleganti, nec retulit
appellatum eſſe, quòd proceſſus factus contra
appellantem non citatum valet ita demum ſi iu-
dex ignorauit, & aduerſarius doloſè non ſubti-
cuit appellationem. Secus ſi doloſè ſubticuiſ-
ſet. allegat .d.l. ſi prętor.§. marcellus. & ſic vo-
lunt quòd. §. marcellus. habet locũ etiam in il-
lo qui per dolum ſubticuit appellationem ad-
uerſario competentem. Et ideò prædicta con-
cluſio non procedit ſine magna dubitatione. Et
fortè poſſet teneri contraria cõcluſio, videlicet
quòd ſententia lata iniuſtè contra abſentẽ, vel
præſentem per dolum præſentis tacentis exce-
ptionem peremptoriam, vel aliquod ius magni
præiudicij conpetens aduerſario ignoranti,quo
expreſſo iudex contra actorem pronuntiaſſet,
valet. Sed aduerſus eam cõpetit vel in integrum
reſtitutio, vel actio in factum, ſecundum quod
ſtatim dicam. Aduerte tamen, quia cõtra hanc
concluſionem facit quod tradit Bal. in. l. ſub
ſpecie. C. de re. iudi. vbi dicit, quòd ſi creditor
qui fecit pactum de non petendo, egit & ob-
tinuit, & poſtea compertum eſt inſtrumentum
55 † de non petendo, quòd licet videatur dici poſ-
ſe, quòd reo cõſulatur per reſtitutionem in in-
tegrum, quia ſententia eſt obreptitia, per.l.ſer-
uo inuito. §. cum prætor. ff. ad trebel. tamen
contrarium tenendum eſt, quia talis non obri-
pit, cum nõ teneatur facere mentionẽ de exce-
ptione reo competente. vt inſtitut. de repli-
cat. in principio. &. ff. de pact. in .l. ſi vnus.
§. pactus ne peteret. Subdit tamen poſtea
Bal. quòd ſi actor ſcienter peteret debitum ſo-
lutum, & reus fuit condemnatus, quia non
potuit probare ſolutionem, quòd habet exce-
ptionem aduerſus condemnationem; & ſi ſol-
uit, poteſt repetere vt indebitum. per nota.per
glo.in.l.iulianus.ff.de condi.indebi. Et quia ta-
lis dicitur falſo agere, & tenetur crimine ſtellio-
natus.vt.l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus.ff. man-
dati.& idem etiam tenet Bal. in.l. 1.ff.de condi.
indebi. vbi cõcludit,quòd competit actio in fa-
ctũ, licet non competat actio indebiti. quan-
quam Ia. de are. pe.& Cy. voluerint quòd nul-
lum cõpetat remedium. vide ibi per eum, quia
propter prolixitatem non inſiſto. & quia mate-
ria eſt longa, vide per doc. in .l. admonendi. ff.
de iureiuran. Sed quæro iuxta prædicta, quid
56 ſi inſtrumentum † eſt falſum in parte, & non in
toto, vt puta quia eſt falſum in vno teſte,& verũ
in alijs, vel falſum in vno capitulo, & in alijs ve-
rum, an ſententia dicatur lata ex falſo inſtru-
mento, & an valeat.Bal.in.l. 1.C. ſi ex falſis in-
ſtrum. arguit quòd non, quia vtile per inutile
non vitiatur &c. In contrarium allegat notata
in .c.quanto.ſuꝑ de his quę fiunt à prælat. &. 3.
q.9.in .c. pura. & ſuꝑ de hæret. c. fraternitatis.
Et tandem remittit ſe ad nota.in.l.ſi ex falſis .c.
de tranſac. & ibi Bal.ſolum proſequitur articu-
lum an & quando ratione falſitatis commiſſæ
in vno articulo,inſtrumentum reddatur falſum
in totum; de qua materia dic vt latiſſimè dixi
in. d. c. fraternitatis. Sed quantum ad propo-
ſitum ego arbitror ita dicendum, quòd in caſi-
bus in quibus inſtrumentum in totum reddi-
tur falſum, deciſio eſt clara. Sed in caſib' in qui-
bus in totum non redditur falſum, Bal. videtur
velle quòd valeat ſi capitula ſunt ſeparata. Tu
verò dic, quòd aut iudex in proferenda ſentẽtia
fuit ſecutus totum inſtrumentum,aut eam par-
tem in qua erat falſitas, & procedunt cõcluſio-
nes de quibus ſupra dixi. Alias ſi capitulum il-
lud tanquam ſeparabile non eſt falſum, nec ra-
tione alterius falſitatis eſt inualidum, & Iudex
illud ſolum fuit ſecutus, dico quòd ſentẽtia te-
net vt

net vt .d.l.ſi ex falſis. nec poteſt retractari niſi
per viam appellationis vel ſimilis remedij. Cir-
ca tertium & vltimũ caſum huius primi mem-
bri videlicet de ſententia interlocutoria Bal. in
57 .d.§.marcellus. dicit, ꝙ interlocutoria † quam-
tumcunque ſit lata ex falſis probationibus falſo
factis, non habet locum reſtitutio, ſi modicum
afferat præiudicium. allegat not. per Inno. in. c.
coram fœlicis. ſuṗ de reſtitu. in integr. in ver-
bo interlocutum. vbi dicit, quòd propter mini-
mam rem, ſeu parui præiudicij non datur re-
ſtitutio. per. l. ſcio. ff. de in inte. reſti. & ſatis pla-
cet, ſi eſſet parui præiudicij vt ipſe dicit. Secus ſi
magni; & maximè ſi nõ eſſet interlocutoria pu-
ra, ſed habens vim diffinitiuæ, ſeu mixta. per. d.
.l. qui agnitis. ff. de excep. intelligendo vt ſuṗ
dixi. Et adde quæ ſtatim dicã in ſequenti mem-
bro. Et quæ dicatur ſententia interlocutoria, &
quæ mixta, vide quæ latiſſimè dixi de re. iudi. in
Rubrica. Quid autem de ſententia lata ſuper
58 edicto † diui Adri. vide Bal. in. l. pe. c. ſi ex fal-
ſis inſtru. Circa ſecundum principale membrũ
videlicet quo remedio ſuccurratur aduerſus ſen
tentiam latã per falſas probationes, glo. in ſimi.
in. l. ſi ex falſis. C. de tranſac. ponit quattuor re-
media, ſcilicet per criminalem accuſationem de
falſo; & per actionem in factum ad intereſſe; per
exceptionem ſi reus fuit condemnatus; & per
replicationem ſi reus fuit abſolutus. Bal. ibi
dicit quòd ſunt ſex modi, tres ciuiles, & tres
criminales. Alij aliter dicunt. tu verò latius
diſtingue, quòd aut loquimur in ſententia diſ-
finitiua, aut ſententia interlocutoria, ſeu præ-
cepto facto per iudicem de ſoluendo vel agno-
ſcendo debitum ſecundum formam. l. ſi debi-
tori. ff. de iud. & .l. qui agnitis. ff. de except. Pri-
mo caſu, adhuc ſubdiſtingue, quòd aut ſumus
in caſibus in quib⁹ dixi quòd ſentẽtia eſt nulla,
& adhuc ſubdiſtingue, quòd aut quis vult agere
contra aduerſarium, aut cõtra tertium. Si con-
tra aduerſarium, adhuc ſubdiſtingue, quòd aut
adhuc nihil erat promiſſum nec ſolutum, aut fa
cta erat promiſſio, aut facta ſolutio. Primo caſu
dic, quòd is contra quem lata eſt ſententia, po-
59 teſt petere vt ſententia retractetur de † facto,
prout de facto proceſſit. & ita intelligo glo. 1.
hic in princ. facit etiam quod not. 2. q. 6.
in. c. arguta. & in. l. 1. ff. de feri. & quod no.
glo. in. l. minor. in princ. ff. de euict. Et
alia plura iura cõcordantia vide in .c. ſuper his.
ſuṗ de accu. in tertio mẽbro quod ibi poſui. &
ſatis mihi placet hoc, qñ directa via ſuccum-
bens vellet agere. Aduerte etiam, quia reus cõ-
tra quem lata eſſet talis ſententia, habet aliud
remedium, quia poterit expectare donec actor
agat contra eum actione iudicati, vel in factum
ex ſententia, vel intentet officium iudicis pro
exequenda ſententia, & tunc poterit reus exci-
cipere, & opponere de nullitate ſententiæ; nec
poteſt actor replicare ꝙ ſentẽtia trãſiuit in rẽ
iudicatã. vt in cle. 1. de re. iudi. & in. l. expreſſim
.ff. de appel. Si autem eſſet lata pro reo contra
60 actorem, tunc actor † etiã poteſt agere primi-
tiua actione; & ſi reus excipiet de abſolutoria la
ta pro eo, poterit actor replicare de nullitate
ipſius ſentẽtiæ. vnde in caſibus p̃dictis nõ poteſt
cõpetere reſtitutio, quia reſtitutio eſt ſpẽs reſci-
ſionis, & ꝙ nullum eſt, non poteſt reſcindi, vt in
iuribus vulgatis. & ideò tales exceptiones & re-
61 plicationes de quibus dixi, non ſunt † propriè
exceptiones, & replicationes; ſed vocantur ex-
ceptiones, & replicationes intentionis, & facti;
quia quid nullum eſt, propriè aduerſus ſe non
generat exceptionem, quæ ſit actionis exclu-
ſio; nec replicationem, quę ſit propriè exce-
ptionis excluſio. ſecundum nota. in. l. 2. ff. de
excep. & per glo. 3. in. c. 1. de lit. cõt. libro. 6.
cum ſi. Si verò aliquid erat promiſſum vigore
ſententiæ nullæ, ſed adhuc non erat ſolutum,
62 dic, quòd ſi talis promiſſio † de ſoluendo fuit
ignoranter interpoſita per viam tranſactionis,
eo tunc quo potuiſſet interuenire tranſactio,
poſſet hoc caſu peti reſtitutio aduerſus talem
tranſactionẽ. vt in. l. ſi ex falſis. C. de tranſac.
qua conceſſa, remanerent remedia de quibus
ſuṗ. Si verò promiſſio, ſeu cautio de ſoluendo
eſſet ſimpliciter interpoſita, & ignoranter, ar-
bitror quòd tunc cõpetat condictio indebiti
aduerſus hanc promiſſionem. vt in. l. 3. C. de
condi. indebi. & in. l. 1. ff. de condi. ſine cauſa.
in princ. Poſſet etiam expectare is qui pro-
miſit, donec ille ageret, & opponere exceptionẽ
doli, ꝙ dolo faciat petere quod eſt reſtituturus.
vt in præallegata. l. 3. C. de condi. inde. tradit
Bar. in. l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clam. dixi in
cle. 1. de ſequeſ. poſſ. & fruc. Si verò cõdemna-
tus ſoluiſſet vigore ſententiæ nullæ, dico quòd
competit cõdictio indebiti. & hoc caſu intelli-
go glo. fi. hic. & probatur in. l. 1. & . 2. C. ſi ex fal.
inſtru. facit bonus tex. & ibi tenet Bar. in. d. l.
qui agnitis. ff. de excep. & in. l. fi. C. ſi ex fal. inſtr.
& tenet Bal. in. l. pe. eo. ti. facit etiam quod not.
in. l. 1. C. de condi. indebi. & per tot. tit. intellige
tamen vt dixi, ſi modo ſoluit ignoranter, quia
aliter non habet locum indebiti condictio. vt in
.l. 1. & per tot. ti. ff. & C. de condi. indebi. Et
ideò in omnibus caſibus in quibus ſupra dixi
quòd ſentẽtia eſt nulla, vt puta quia lata per fal-
ſas literas, vel falſum procuratorem, vel contra
pupillum, furioſum, vel eccleſiã, vel contra ab-
ſentem cauſa reipublicæ, aut alias legitimè im-
peditum, competunt dicta remedia. & ſi ali-
quid ignoranter ſit ſolutum, competit con-
dictio indebiti, vt dictum eſt. facit, ꝙ not. Bal-
in. d. l. 1. C. de condi. indebi. per. l. 1. C. de ſen.
adu. fiſc. latiſ. Et idem quaſi in omnibus, &
per omnia arbitror dici poſſe in alio caſu, quã-
do iudex interlocutus fuiſſet, vel feciſſet præce-
ptum de ſoluendo ratione confeſſionis, agni-
tionis, vel recognitionis factæ de falſo inſtru-
mento ex iudicis mandato, quando tale man-
datum eſſet nullum, & reus prædicta feciſſet
ignoranter. arg. d. l. ſi ex falſis. C. de tranſact. &
eorũ quę ſupra dicta ſunt. Et ad prędicta vide
quæ dicit Bal. in. d. l. 1. C. de condi. indebi. in. 5.
.q. Secundo verò caſu quando vellet agere con-
tra



tra tertium dic, quòd contra iudicem poteſt
agere ratione doli, vel ignorantiæ ad litis exti-
mationem, & ad omne intereſſe in quo læſus
eſt, vel ad expenſas ad quas agitur, vel actione
in factum, vel actione de dolo, de quibus omni-
bus dic. vt in .l. 1. & . 2. C. de pęn. iudi. qui ma.
iudi. & in .l. diuus .ff. de var. & exor. cogni.
latè per Bar. in quęſtione quę incipit, Iudex per
imperitiam. Et latè per Bal. in .l. 1. §. profici-
ſci. de offi. proconſul. & leg. in repeti. Et latè
etiam per eum in .c. 1. §. iudices. de pace. iura.
fir. Si verò vellet agere contra teſtem qui fal-
ſum depoſuit ſcienter, vel contra notarium qui
falſum fabricauit inſtrumentum, poteſt agere
vel actione in factum, vel de dolo, ad intereſſe,
vel expenſas. vt probatur in. c. præced. in glo.
fi. & tradit. d. m. in .c. licet cauſam. ſupra de
probatio. & docto. in .d. l. diuus. facit. l. qui
nomine. ff. de fal. Si verò ſententia eſt aliqua,
ſimiliter ſubdiſtingue principaliter duo mem-
bra, primum quo remedio ſuccurratur ſibi cõ-
tra aduerſarium. ſecundum quo remedio con-
tra tertium. Circa primum diſtingue, quòd
aut ſententia adhuc non tranſiuit in rem iudi-
63 catam, † & poteſt intentare remedium appel-
lationis, aut ſimilia remedia, ſecundum ea quæ
traduntur in ti. de app. & in auth. q̃ ſupplicatio
C. de preci. impe. offe. Si verò ſententia tranſi-
64 uit in rem iudicatam, † ſubdiſtingue, quòd aut
nihil eſt promiſſum, aut ſolutum; aut aliquid
eſt promiſſum, & ſolutum, vigore talis ſenten-
tiæ. primo caſu dic, quòd ſi contra condemna-
tum ageret vigore talis ſententiæ actione in fa-
ctum, & iudicati, poteſt opponi quòd talis
ſententia non meretur executionem; quia lata
per falſas probationes falſo inductas. & hoc
caſu talis erit propriè excep. quæ eſt actionis
excluſio. Si verò actor ſuccubuiſſet, & iterum
ageret primęua actione, & reus abſolutus exci-
peret de ſententia abſolutoria, poſſet actor re-
plicare quòd illi non eſt ſtandum, quia lata fuit
per falſas probationes, & per dolum. & iſta eſt
etiam propriè replicatio, cum ſit exceptionis
excluſio. & ſic non eſt locus in effectu in di-
ctis duobus caſibus præſcriptioni rei iudicatæ;
hoc eſt exceptioni, vel replicationi. facit. d. l. qui
agnitis. ff. de excep. Aduerte tamen, quia in
his duobus remedijs duæ inſurgunt dubitatio-
nes. Prima eſt, qualiter detur exceptio, & re-
plicatio. Nam quidam volunt quòd nõ poſſint
65 dari, niſi petita † prius reſtitutione. vt not. in. d.
.l. qui agnitis: & tenet Pe. in. l. querelam. c. eo.
Sed contra hanc opi. videtur eſſe tex. in .c. licet
cauſam. ſuṗ de proba. & in. c. cum venerabilis.
ſupra de except. in quibus dicitur, quòd datur
exceptio; & tamen nihil dicitur, quòd prius de-
beat peti reſtitutio. Sed dicit Pet. & ſequitur
Cy. quòd dicta iura proceſſerunt ex errore ca-
noniſtarum, qui male intellexerunt iura ciuilia.
Sed honeſtiori modo potuiſſet ſoluere, dicen-
do, quòd cum illi tex. velint quòd habeat locũ
exceptio falſi poſt ſententiam, debeãt intelligi
petita prius reſtitutione. Et quamuis hæc ſolu-
tio videatur continere diuinationem, tamen tã-
quam magis honeſta eſſet amplectenda. Et pro
ea etiam facit. l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de
iureiuran. Et quod no. in. l. necnon. §. exemplo.
.ff. ex quib. cau. ma. facit etiam, quia ſi talis ſen
tentia eſt aliqua, & ſic tranſiuit in rem iudicatã,
vt dictum eſt, ergo debet ſtare eius virtus, do-
nec eneruetur per ſufficiens remediũ, & ſic per
reſtitutionem. vnde antequam ſit reſciſſa, non
poterit excipi; per id quòd in ſimili habetur in
.d. §. ſi minor. Et hoc modo poteſt intelligi glo.
in .d. c. cum venerabilis. & glo. in .l. ſi is ad
quem .ff. de acqui. hær. & ſimiles, quæ volunt
quòd talis ſententia non valeat; vt intelligamus
.ſ. in effectu, petita prius reſtitutione; vt ſtet
veritas rei iudicatæ, donec eneruetur per mediũ
ſufficiens vt dictum eſt. Itẽ aduerte, quia præ-
dictæ opi. obſtat. d. l. qui agnitis. ſecũdum vnũ
intellectum, ſecundum quem videtur in effectu
concordare cum .d. c. licet cauſam. & .d. c. cum
venerabilis. Secunda opi. principalis fuit, quòd
ipſo iure abſq; aliquo præambulo reſtitutionis
in integrum competant exceptio, & replicatio;
hoc tenet glo. in. l. querelã. C. eo. tit. Et hæc opi.
plus placet. Io. de Imo. in. d. l. diuus. ff. de re iud.
& etiam mihi, per .d. c. cum venerabilis. & .d. c.
licet cauſam. quibus in veritate bene nõ reſpon-
detur. articulus tamen eſt ſatis dubitabilis, & in
vtranq; partẽ ſuſtentabilis. Secunda principa-
lis dubitatio eſt, an remedium exceptionis, vel
66 replicationis, concurrat † cum remedio reſtitu-
tionis in integrum, ita vt vtrumq; poſsit inten-
tari. Et circa hoc variæ ſunt opi. Prima Io. An.
in .d. c. cum venerabilis. qui vult quòd reo cõ-
67 demnato detur exceptio † ſine reſtitutione. ſed
reo abſoluto actori agẽti primitiua actione cõ-
tra reum abſolutum excipientem de abſoluto-
ria, non detur replicatio, ſed neceſſaria ſit in in-
tegrum reſtitutio. Secunda opi. eſt Ange. qui
directè per cõtrarium voluit, quòd etiam ſi lata
eſt ſentẽtia cõtra reum, ꝙ poteſt excipere, & ẽt
petere reſtitutionẽ. Si vero reus fuit abſolutus,
& actor ſuccubuit, dicit quòd non eſt neceſſaria
ipſi actori reſtitutio, ſed agit primitiua actione.
Et ſi reus excipiet de abſolutoria, replicabit de
dolo. caſus eſt notabilis ſecũdum eum in. l. cum
à te .ff. de dolo. & in .d. l. qui agnitis. Et ſic
videtur velle, quòd competat replicatio ſine
reſtitutione; cuius contrarium voluit Io. An.
hæc opi. Ange. videtur habere ſatis coloratam
rationem diuerſitatis inter exceptionem &
replicationem, quoniam reo per ſolam exce-
ptionem non eſſet plenè conſultum, cum non
ſit in poteſtate ſua quando actor agat, & ſic
quando poſſit excipere. facit. l. purè. in .fi. ff.
de do. excep. vnde ad hoc vt poſſet conſequi
abſolutoriam perpetuam, intereſt ipſius rei ha-
bere reſtitutionẽ. ſecundum Bar. in .d. l. diuus.
& dixi ſupra in princ. primi membri. Sed di-
cit Io. de Imo. quòd dicta opi. videtur contra
.d. l. diuus. quæ ſimpliciter loquitur, & ſic de-
bet habere locum etiam in reo abſoluto, quo
caſu etiam actor per abſolutoriã rei eſt oppreſ-
ſus

ſus;ergo debet ſibi cõpetere reſtitutio, ſicut cõ
petit reo condemnato. Et quamuis actor poſ-
ſet agere primitiua actione, & ſi excipiatur de
abſolutoria,poſſet replicare de dolo,tamen hoc
remedium non eſt ita plenum, & expediens,
ſicut remediũ reſtitutionis; quia eſſet opus no-
ua inſtantia, & noua petitione, & nouis actis
fiendis in iudicio. Et ſic occurrerent multę ex-
penſæ, quæ ceſſarent ſi competeret reſtitutio,
cum reſtitutio reſtituat ad tempus ſententiæ,&
ſic ex antiquis actis ſit ferenda ſentẽtia iuſta. fa-
cit quod no. in ſimili in .l. fi. C. ſi aduerſ. rem
iudi. & quod no. in .l. 1.& 2.C. ſi ſęp. in inte.
reſti. poſtu. Sed tu aduerte, quia hoc vltimum
videtur mihi parui effectus. nam etiam ſuper
petitione reſtitutionis principaliter intentanda
erit porrigendus libellus, & alia acta fienda,
& probationes, quæ ſunt neceſſariæ, & ne-
ceſſaria ad obtinendum in iudicio reſti. in
inte. quę habita recta conſideratione longè vi-
dentur maioris diſpendij, quã ſi ageretur actio-
ne primitiua; maximè cum cætera acta pro-
batoria valida, & iuſta, inter ipſas partes nõ pe-
68 reant. Tertia fuit opi. quam † etiam tangit Io.
Andr. in .d. c. cum venerabilis. in glo. pen. &
etiam tangitur in .d. l. querelam. qui volunt,
quòd reo detur exceptio, ſed non duret niſi
quadriennio, infra quod tempus etiam po-
teſt peti reſtitutio; de quo dicam in quarto
& fi. membro principali. Alia fuit opi. quòd
69 iſta duo remedia poſſunt ſimul † concurrere;&
hanc tenuit Bar.in.d.l.diuus. & mihi placet. Et
de vita vtriuſq; remedij dicemus in vltimo mẽ-
bro principali. Habes igitur duo remedia, vi-
delicet exceptionis,& replicationis,& etiã reſti
tutionis. Arbitror etiam ꝙ competat aliud re-
70 medium,videlicet quòd prius agatur † criminali
iudicio.l.corneliæ.de fal.& ſi ꝓnũciabitur con-
tra aduerſarium,quòd falſas probationes dolo-
sè induxit,cum immediatè ſententia in irritum
reuocetur, vt ſup̄ dixi, per.d.l.qui agnitis. ibi,ſi
poſtea falſa inueniãtur. & melius in.l.falſam.C.ſi
ex fal.inſtru.ibi,in irritum. & per totum illum
titu.dicerẽ,quòd hoc peracto poterunt compe-
tere remedia, quæ dixi ſup̄ cõpetere in alio mẽ
bro,quando ſententia eſt nulla, & nihil eſt ſolu-
tum,vel promiſſum. & pro hoc facit quod not.
Spec.in tit.de ſen.§.fi.verſ.in ſumma. Item fa-
cit quod no.Inno.in.c.licet cauſam. ſup̄ de ꝓb.
vbi vult, quòd etiam per illam viam.l.corneliæ
de fal.retractetur ſententia. refert tamen quoſ-
dam dicere,quòd hoc caſu, ex quo agitur crimi
naliter,non retractatur ſententia. Ioan.de Imo.
in.d.l.diuus.dicit, quòd iſta ſecunda opi. poteſt
habere locũ,ſi nihil aliud petitur à iudice. Sed
ſi incidẽter imploretur eius officium ſuper re-
tractatione ſententiæ,tunc poterit, argum.l.in-
terdum.§.qui furem.cum ibi not.ff.de furt. Et
hoc modo poteſt habere locum prima opi.Ego
verò arbitror, quòd vtroq; caſu irrita fuit ſen-
tentia. vnde reus remouebit actorem qui obti-
nuit, per viam exceptionis nullitatis. Et actor
qui ſuccubuit remouebit exceptionem à reo vi
ctore oppoſitam de abſolutoria per viam repli-
cationis. videlicet quòd talis abſolutio ſit à iu-
re irritata per.d.l.falſam. & per.d.l.qui agnitis.
nam cum inter eaſdem perſonas ſint factæ dictę
probationes,nõ mirum ſi iura prædictum effe-
ctum inducunt. Aduerte tamen,quia prędicta
procedunt, qñ accuſatio criminalis intenta-
retur contra partem aduerſam,quæ fuit in dolo
producendo falſos teſtes. Secus ſi accuſarentur
falſi teſtes,vel notarius qui confecit inſtrumen-
tum falſum; nam hoc caſu res inter alios acta,
non pręiudicaret principali, qui obtinuit; niſi
fortè fuiſſet citatus in prædicto iudicio, vt cõ-
pareret ſi ſua putauerit intereſſe.per no.per Cy.
& doct.in.l. 1.C.de aduo.diu.iud. Si verò ali-
quid eſſet promiſſum, vel ſolutum, vigore talis
ſententiæ validæ, licet iniuſtę, non poteſt com
petere condictio indebiti, nec condictio ſine
cauſa. per not. in.l.iulianus.ff.de condi.indebi.
Et de materia videas ibi, quia ampla,& difficilis
eſt. & hoc intelligo, quando quis vellet agere
directa via condictione indebiti, vel ſine cauſa.
Sed ſi prius ageretur q̃rela falſi, & criminali ac-
cuſatione, & probatum eſſet inſtrumenta, vel
atteſtationes,propter quas iudex dedit ſenten-
tiam falſas fuiſſe,hoc caſu,quia ſententia prędi-
cta à iure in irritum reuocatur,arbitror ꝙ com
peteret cautionis præſtitæ, & ſoluti repetitio.
per tex.in.l.fi.C.ſi ex fal.inſtru. vbi tex.forma-
liter dicit,quòd ſi falſis inſtrumentis circũuentã
religionem iudicantis crimine falſi poſtea illa-
to, manifeſtis probationibus fuerit oſtenſum,
dari debet ſoluti repetitio. ad idẽ.d.l.qui agni-
tis.in fi.dum dicit,ob hoc,quòd per errorem ſo
lutio facta eſt, vel cautio de ſoluendo interpoſi-
ta proponitur,ex ijs inſtrumentis,quę nunc fal-
ſa dicuntur,hoc eſt, falſa oſtenſa ſunt, præſcri-
ptioni locum non eſſe,hoc eſt,non eſt locus ex-
ceptioni,quòd non poſſit repeti,quod ſolutum
eſt vigore præcepti, aut ſententiæ, quæ tranſi-
uit in rem iudicatam. Arbitror etiã,quòd com
petere poſſit cõdictio ſine cauſa; quia paria ſũt
à principio cauſam non affuiſſe, vel poſtea de-
ueniſſe ad nõ cauſam, ad hoc vt competat con-
dictio ſine cauſa.vt in.l.fi.ff.de condi.ſi.cauſa.
Item arbitror quòd competat reſtitutio in in-
tegrum.& aduerſus ſolutionẽ, & aduerſus ſen-
tẽtiam, & ex clauſula generali ſi qua mihi iuſta
cauſa &c. ſecundum doc.in.l. 1.in fi.ff.ex quib.
cau.ma. vel ex conſtitutionibus principum. vt
in.d.l.diuus.ff.de re iudic. vnde ſicut ex prima
clauſula minori qui ſoluit ex ſententia ex qua
fuit læſus competit reſtitutio. vt in tit.C.ſi ad-
uer.rem iudi.coniuncto tit.ſi aduer.ſol. per to-
tum. ita debet etiam competere maiori igno-
ranter ſoluenti. Et prædicta intellige, quando
ſententia non eſſet deducta ad irritum, & ad
nullitatẽ;quia tunc non poſſet competere reſti-
tutio, vt dixi in primo membro. Sed condi-
ctio indebiti, & ſine cauſa, vel quòd de facto
reuocaretur,ſi nihil eſſet ſolutum, vt ſupra dixi.
Item quę de reſtitutione dicta ſunt, intellige ꝙ
concedatur,quando competũt tempora; quod
quando



quando ſit,dicam in quarto articulo principali.
Item arbitror prædicta procedere etiam in prę-
cepto de ſoluendo ratione confeſſionis, reco-
gnitionis, vel ſubſcriptionis ex mandato iudi-
cis,ſecundum ꝙ dicitur in.d.l.qui agnitis.intel-
ligendo reſpectu huius ſecundi membri, quan-
do præceptum non eſſet nullum; de quo dixi in
membro præcedenti. Secundo caſu principali
71 quãdo valeret ſentẽtia,† vel præceptum,& quis
vellet agere non contra principalem,ſed contra
tertium,dic ꝙ aut vult agere contra iudicem,&
hoc caſu dic,vt dixi in alio membro principali,
quando ſententia eſt nulla. In hoc tamen caſu
maius veniret intereſſe,vt de ſe patet,cum dica-
mus ꝙ hæc ſententia valeat. vide in iuribus ibi
allegatis. Aut agitur contra teſtes qui falſum
depoſuerunt, vel contra notarium qui falſum
inſtrumentum fabricauit, & poteſt agi actione
in factum, vel actione de dolo ad intereſſe, vel
expenſas,vt dixi in alio membro. Sed aduerte,
quia cum loquamur de ſententia valida,hoc ca-
ſu non ꝓpterea retractaretur ſentẽtia, nec prę
iudicatur aduerſario principali qui obtinuiſſet,
quia res inter alios acta &c. niſi fuiſſet citat⁹, vt
compareret ſi ſua putauerit intereſſe,ſecundum
ꝙ ſup̄ dixi.dũ tamẽ dixi,quòd poteſt agi actio-
ne in factum,vel de dolo,contra teſtes,vel con-
tra notarium, intellige quando teſtis,vel nota-
rius,tenetur de dolo ſuo;nam contra delinquẽ-
tem poteſt agi ciuiliter,& criminaliter. vt.l.da-
mus.&.l.fi.C.eo. & in.l.ſi ex falſis.C.de tranſa.
& in.l.in eum.ff.de accuſ.& in.c. 1. ſup̄ eo.& per
72 vnam viam electam † regulariter alteri præiudi-
catur. vt in.l. 1.C.quando ciuil.act.præiudi.cri-
mi.niſi in caſu.l.corneliæ de ſic. per.l.prætor e-
dixit.§.1.ff.de iniur. ſecundum lec.Iac.de Are.
ibi; quam ſequitur Bar. in.l.2.ff.de carbo.edic.
Secus ſi vellet agere contra teſtes,vel notarium,
aut contra tertium,non propriè ex delicto ſuo,
ſed ex delicto principalis, nam hoc caſu crimi-
noſo viuente, & non condemnato, nõ põt agi.
73 Secus eo condemnato,vel mortuo. † ita debet
intelligi.d.l.2.ff.de carbo.edic. & ibi tenet Bar.
&.l.1.C.vbi cauſæ fiſc. & debet intelligi glo. &
quod no.Bar.in.l.qui agnitis. in fi.ff.de except.
Et glo.& Cy.plenè in.l.fin.C.de fi. inſtrum. ali-
quid tangitur in.l.2.C.de fi.inſtrum. & ita de-
bet limitari, & declarari tex.in.c.præcedenti.
Competit etiam ſecundũ Bal.in.l.1.C.de con-
di.indeb. actio in factum, etiam ſi probationes
non eſſent adeo falſæ,quòd ex illis daretur accu
ſatio de falſo, dummodo competeret aliqua
actio criminalis, vtputa ſtellionatus, vel ſimilis.
etiam per.l.qui nomine.ff.eod. Secundo caſu
74 principali, videlicet quæ remedia † competãt,
quãdo ageretur per viam criminalis, Bar.in.d.l.
ſi ex falſis.C.de tranſac.dicit,ꝙ competunt tria
remedia, videlicet, inquiſitio, accuſatio, &
via emergentiæ, hoc eſt via extraordinaria, ad
tuendam lęſam maieſtatem iudicij.Tu dic,ꝙ de
hoc crimine ſicut de cæteris criminibus poteſt
agi principaliter quinque modis, de quibus
dixi in.c.qualiter.il.2. ſup̄ de accuſa. in.19.not.
poteſt etiã puniri tã principalis, qui dolo falſas
probationes induxit, quàm notarius,principa-
liter per dictos quinque modos principales. vt
in.l.1.ff.eo.&.l.1.C.eod.& principaliter.l.cor-
nelia de falſis.vt in.c.præced. Et incidentur,ſeu
emergentur. per.l.nullum.C.de teſti. tangit gl.
in.c.præced.de quo latius dicam in.c.ſuper his.
infra de pœnis. & quando ſit puniendus produ
cens falſum teſtem, ſeu falſum inſtrumentum,
dicam infra eod.c.ad falſariorum. Aduerte ta-
men,quia differentia eſt, an ſentẽtia ſit lata cõ-
tra principalem,vel contra tertium, in cauſa cri
minali in qua pronunciatum ſit probationes fal
ſas;quia primo caſu prçiudicabitur inter dictas
partes,etiam quò ad cauſam ciuilem, & validi-
tatem ſententiæ. & licet varietur modus agen-
di, tamen propter eaſdem perſonas hoc tenen-
dum videtur,vt ſup̄ dixi. Secus ſi cõtra tertiũ;
quia res inter alios acta &c. Competit tamen
quandoq; propter falſas probationes, ſeu ob-
reptiones, crimen ſtellionatus, vt traditur in.l.
damus.C.eo. & in.l.qui nomine.ff.eod. & tunc
ex illa competit actio in factum ciuiliter, vt ſup̄
dixi ſecundum Bal.in.l.1.C.de condi.indebi.
Circa tertium principalem articulum, videlicet
quid probandum incumbat intentãti aliquod
ex prędictis remedijs, ſatis põt patere ex p̄cedẽ
tibus,& ex naturis cauſarum, & actionũ, quas
quis intentat. Sed an teneatur probare in te-
75 ſtibus,† quòd corrupti falſum depoſuerunt, vel
quòd falſum ſimpliciter depoſuerint, vel quòd
ſimpliciter corrupti depoſueriut,dic vt traditur
per Bal.in.d.l.1.C.de condi.indeb.in fi.q.Et la-
tius per.d.m.& docto.in.c.licet cauſam. ſup̄ de
proba.& per Bar.in.l.diuus.ff.de re iudi. vbi la-
tiſſimè per Io.de Imo. Sed nõ inſiſto propter
præcedentem prolixitatem. & vide aliquid per
docto.in.c.ſicut. de teſtib. Circa quartum &
vltimum articulum principalem,videlicet quã-
to tempore durent dicta remedia, non ſeruabo
ordinem præcedentium articulorum,ſed expe-
diendo prius caſus minus dubitabiles, dico ꝙ
aut loquimur de remedio appellationis, & ſup-
76 plicationis, † & de his dicendum eſt,vt in auth.
ei qui.cum ſeq.C.de temp.ap.& in corpore vn-
de ſumitur.& ſup̄ de app. per tot. & in auth. q̃
ſupplicatio. & in corpore vnde ſumitur.C.de
preci.impera. offer. vide quod dixi ſup̄ de app.
77 in rub. † aut loquimur de condictione indebiti,
vel de condictione ſine cauſa,& non eſt dubium
quòd durent triginta annis regulariter, vt in.l.
omnes. & in.l.ſicut.C.de præſcript.30.aut.40.
ann.Et idem videtur dicendũ,ſi ageretur actio-
78 ne in factum † ciuiliter ad intereſſe cõtra teſtes,
vel cõtra notarium,per iura præallegata. & hoc
tenet glo.& doct.&.d.m.in.d.c.licet cauſam.&
traditur in.l.querelam. & in.l.damus.C.eod.
Idem,etiam arbitror ſi cõtra iudicem ageretur,
niſi eſſet præfixus terminus volentibus agere,
prout hodie communiter fit in ſindicatibus
officialium;quo caſu ſiue loquamur in ciuili,vel
in criminali, infra terminum cõſtitutum agi de-
bet; poſt terminum verò agi non poteſt. vt in
.Litia.

.l.titia.ff.de accuſa. & in.l.ſi ea.C.qui accu. non
poſſ.& in.c.licet. ſuꝑ de accuſa. & in.c.conque-
rente. ſuꝑ de off. ordi. & in.c.cū in tua. ſuꝑ qui
ma.accu.nō poſ.nā terminus cōſtitutus ad agē-
79 dū,†abſoluit quē ſicut ſentētia.l.ſed ſi vnius.§.
ſi autem . ff.de iniur. & in.l.facta.§.ſi quis bo-
norum.ff.ad trebel.& in.l.diffamari.C.de inge-
nu. manu. Si verò loquamur in imploratione
officij iudicis, vt ſententia nulla reuocetur de
facto, prout de facto proceſſit, arbitror quòd
80 hæc imploratio ſit perpetua;† quia vt dixi in ſe-
81 cundo articulo principali, † ſententia nulla nū-
quam tranſit in rem iudicatam . facit regula
non præſtat impedimentum.de reg.iur.lib.6.
Si verò quis vellet attentare remedium reſtitu-
tionis in integrum, eo caſu quo poteſt, vel eſt
Cōm. opi neceſſarium intētari,communis opi.* doct. eſt,
quòd debet intentari, infra quadriennium . ita
volūt in.d.c.licet cauſam. &.d.l.diuus. & in alijs
iuribus ſupra allegatis . & ratio eſt, quia tanto
82 tēpore † præſcribitur iſtis reſtitutionibus.vt.l.
fi.C.de temp.in integ.reſtit. quòd tempus non
ſolum habet locum ratione minoris ætatis, ſed
etiam in eccleſijs. vt in cle.vni. de reſti. in integ.
& etiam in maioribus.vt traditur in.l.fin. & iſta
eſt communis opin. vt dixi. Sed tu aduerte,
quia dñs Raph.Fulg. in.l.ſi ex falſis.C.de tran-
83 ſact.† vult, quòd hæc reſtitutio duret triginta
annis,quoniam actiones iure ciuili ſunt perpe-
tuæ,hoc eſt,durant triginta annis.vt in.d.l.om-
nes.&.d.l.ſicut. ſed iſta eſt huiuſmodi, vt patet
ex.l.diuus.ff.de re iudic. & ex.l.qui agnitis .ibi
principalibus conſtitutionibus. & hanc tenet
d. Pau. de Caſt. in.d.l.ſi ex falſis. & in.l.admo-
84 nendi.ff.de iureiur. † Subdit tamen.d.Pau. ꝙ
dici poſſet,quòd duret viginti annis,quia tanto
tempore durat accuſatio falſi, & ſtatim dicam,
quòd etiam dicit ſibi placere. Sed hæc vltima
mihi non placet;quia non valet argumentū,tan
to tēpore durat accuſatio, ergo & ciuilis actio,
vt patet ex cōdictione indebiti,ſine cauſa, & a-
ctione in factum,& ſimilibus; & ideo plus pla-
cet præcedens opin. quæ eſt valde notabilis, &
magni effectus,& memoriæ commendanda.
Dicerem tamen pro ſaluanda vtraque opin. ꝙ
85 aduertendum eſt ad modum agendi; † nam ſi
pars initur ex clauſula generali, ſi qua mihi iu-
ſta cauſa &c.& ſic ex edicto prætoris.per.l.1.in
fi.ff.ex qui.cau.ma.non audietur,niſi infra qua-
driennium, & ſic procedat opin. communis.
Sed ſi ſimpliciter initeretur ex principalibus
conſtitutionibus, de quibus in.d.l.diuus. &.l.
qui agnitis; tunc durabit triginta annis, ita lo-
quitur opi.Raphael.& Pau. & aduerte diligen-
ter,quia arbitror quòd inter hæc longa ſit diffe-
rentia in tempore, quo alterutra incipiat cur-
rere, nam reſtitutio in integrum quæ durat
quadriennio ex edicto prætoris non incipit
currere, niſi à tempore ſcientiæ falſorum inſtru
mentorum, quia tempus reſtitutionis eſt vti-
le quantum ad vnum inſtans,hoc eſt, quantum
ad principium. vnde dicit Bal. quòd ſi quis ſta-
ret per centum annos, & probabiliter ignora-
ret, poſſet petere reſtitutionem in integrum;
86 quòd dicit menti tenendum. † & ita dicit intel-
87 ligēdam.l.diuus.† &.l.qui agnitis. primum di-
ctum Bal. mihi placet. Sed non placet inquan-
tum dicit,quòd ita ſint intelligendæ.l.diuus. &
.l.qui agnitis. nam ſi ex illis conſtitutionibus
ageretur poſt triginta annos, licet probaretur
ignorantia, arbitror quòd agens ſuccumberet
oppoſita exceptione præſcriptionis; quia hoc
caſu tempus incipit currere etiam ignoranti,
quoniam pręſcriptio longiſſimi temporis,qua-
lis eſt iſta, currit etiam contra ignorantem. vt
.d.l.ſicut.C.de præſcrip.trig.vel quadrag.anno.
& in.l.fi.C.de præſcri.lon.tem.vnde data igno-
rantia,& tranſactis triginta annis, eſſet petēda
in integ. reſtitutio ex edicto prætoris, ex clau-
ſula generali, non ex illis conſtitutionibus.
Sed data ſententia, quæ duraſſet quadriennio,
poſt quadriennium non poſſet petere in integ.
reſtitutionem ex edicto prætoris,ſed poſſet pe-
tere ex principalibus conſtitutionibus, ſi eſſe-
mus infra triginta annos. Ex quo ſequitur, ꝙ
hæc remedia ad inuicem ſe habent, vt exceden-
tia,& exceſſa; excedit enim remedium reſtitu-
88 tionis,† quod oritur ex cōſtitutionibus,in quā-
titate temporis dato initio,ſed remedium præ-
toris excedit reſpectu initij. Et ex prædictis
no.diligenter, & aduerte ad modum agendi ne
ſuccumbas. data tamen ignorantia ſi eſſent tran
ſacti triginta anni, licet non poſſet agi directo
ex principalibus conſtitutionibus, poſſet tamē
vt arbitror, aduerſus dictam præſcriptionē tri-
ginta ann. propter ignorātiam impetrari reſti-
tutio in integrum ex clauſula generali, vt ſim-
pliciter voluit Bart. in.l.1.§.ſi quis autem.ff de
itin.actuq; priua.vbi voluit per illum tex.quòd
licet aduerſus ignorantem currat præſcriptio
longiſſimi temporis, tamen detur reſtitutio.
Et idem etiam voluit in.l.genero.ff.de his qui
not.infa.& Bal.in.l.quoties.C.de preci. imper.
offer. & Bar. de Sali.in.l.fi.C.de iure delibe. &
ſic habes caſum ſingularem, in quo datur reſti-
tutio aduerſus omiſſam reſtitutionē,cuius con-
89 trarium eſt † regulariter, ne detur proceſſus in
infinitum. vt dixi in cle.vni. de reſtitu. in integ.
Sed aduerſus quadriennium tranſcurſum non
datur reſtitutio, quia non datur reſtitutionis
reſtitutio vt dixi. & in hoc excedit beneficium
illarum reſtitutionum beneficium prætoris.
Vnde poſt triginta annos quibꝰ data eſſet igno
rantia,poſſet petere pars, vel reſtitutionem ad-
uerſus ſñiam ex edicto ꝑtoris, vel reſtitutionē
aduerſus omiſſam conditionē impetrandæ re-
ſtitutionis ex illis principalibꝰ cōſtitutionibus.
Sed primum remedium eſt magis directum, &
hæc notabis perpetuò, quia nouiſſima ſunt, &
veriſſima iudicio meo, & à doctoribus nullibi
tacta,quòd legerim.ſunt etiam prætereа magni
effectus, vt de ſe paret. Cæterum quia ſupra
dixi, quòd cōpetit etiam remedium exceptio-
nis,quanto tempore durat hoc remedium? &
in hoc maior conſiſtit difficultas per ea quæ di-
cta fuerunt ſupra in.2.articulo principali.Ioan.
And.



90 And.in.c.cum venerabilis.ſupra de except.† ꝙ
duret quadriennio; quæ opinio videtur proce-
dere retenta illa opi.de qua dixi in dicto ſecun-
do articulo,quòd non poſſit prius opponi ex-
ceptio,quā petita ſit reſtitutio;& ſic non poſſet
durare maiori tēpore,quàm illa reſtitutio, per
ea quæ habentur in.l.necnon.§.exemplo.ff.ex
qui.ca. ma. & in.l.nam poſtea.§.ſi minor.ff.de
iureiur.Cy.in.l.querelam.C.eo.in quadam ad-
ditione voluit,quòd tempus opponendæ exce-
ptionis non currat, niſi tranſcurſo tempore po
91 teſtatis accuſandi de falſitate;vnde cum † tēpus
opponendæ exceptionis non currat niſi tran-
ſcurſo tempore poteſtatis accuſandi,cum tem-
pus illud duret viginti annis. vt.l.querelam.C.
eo.ſufficiet de falſitate conſtare infra illud tem-
pus,& poſt illud tempus habebit quadrienniū,
infra quod poterit petere reſtitutionem in inte-
grum, & excipere. Hæc opin. non placet Io.de
Imo.in.d.l.diuus. quia ſicut de falſo poteſt do-
ceri accuſando infra.xx.annos,ita ciuiliter agen
do ſine accuſatione. Præterea non placet mihi
dicta opi. quia poſtquàm in criminali probata,
& obtenta eſt falſitas,nō eſt neceſſaria, imò nec
competit in integrum reſtitutio, cum ſententia
fuerit iam deducta in irritū. vnde non ſupereſt
quid reſcindendum ſit,vt ſupra latius dixi. Bar.
verò in.d.l.diuus. & ibi Io. de Imo. licet multū
Cōm.op. dubitauerit.&.d.m. & cōiter* Doc.in.d.c.licet
cauſam.ſupra de probat. volunt quòd talis exce
ptio ſicut reliquæ exceptiones,ſit perpetua.per
.l.purè.§.fi.ff.de except.do. non tamen reſpon
92 dent†ad.d.l.necnon.§.exemplo.ff.ex quib.ca.
ma.& ad.l.nam poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiur.
93 vnde tu poteſt reſpondere,†quòd loquuntur in
alijs caſibus, in quibus nullo modo competit
exceptio,vel replicatio, niſi habita prius reſtitu
tione. Sed in caſu noſtro ſpecialiter propter
dolum aduerſarij,& falſas probationes, cōpetit
remedium exceptionis,replicationis, & reſtitu
tionis,& poſſunt ſimul concurrere, per.c.licet.
&.c.cum venerabilis. vnde poſſunt hæc reme-
dia ſimul competere,vt ſupra dictum fuit in ſe-
cundo membro principali. Aduerte tamen,
94 quia licet docto.†idem videantur velle in repli-
catione,tamen ego fortiter dubito;quia licet ea
95 quæ annalia† ſunt ad agendum,perpetua ſint ad
excipiendum.vt.in.l.purè.in fi.ff.de dol.excep.
tamen non ſunt perpetua ad replicandum. vt
not.glo.in.l.quæſitum.§.pen ff.de pecu. & ibi
tex. notab. ſecundum vnum intellectum. tra-
ditur etiam in.l.ſi mulier.ff.de don. inter vir. &
vxor. Fortè dici poſſet, ꝙ ſi actor ageret pri-
mitiua actione poſtquàm præſcriptū eſſet ipſi
primitiuę actioni,quòd ſi reus exciperet de pre
ſcriptione,non eſt dubium,quòd non eſſet lo-
cus replicationi,de qua quærimus; cum in hoc
caſu reus nō excipiat de abſolutoria,ſed ſolū de
præſcriptione primitiuæ actionis. Sed ſi reus
omitteret exceptionem præſcriptionis,& ſolū
opponeret de ſententia abſolutoria pro ſe lata,
an poſſit actor replicare, non obſtante quòd
ſint lapſi.xxx. vel xl. aut.l.anni, quòd ſententia
fuit lata per dolum, & per falſas probationes,
maius eſt dubium. videtur tamen dicendum
quòd ſic; quia ſicut ſe habet exceptio ad actio-
nem,ita ſe habet replicatio ad exceptionem. vt
not.in.l.1.&.2.ff.de except. ſed exceptio con-
tra actorem de ſententia condemnatoria lata
per dolum,& falſas probationes,eſt perpetua,
vt dictum eſt; ita eadem ratione videtur idem
dicendum in replicatione. In contrarium ta-
mē fortiter ſtringit diuerſitas rationis,nā in po
teſtate rei nō fuit facere quādo actor ageret; &
ideò exceptio debet eſſe perpetua.vt in.d.l.pu-
rè.in fi. Sed in poteſtate actoris,qui habet repli
care,bene fuit agere quando vellet; vnde debe-
bat ſibi prouidere in tempore agendo, vt poſ-
ſet exceptionem rei replicando tollere. vt not.
in.d.l.purè.in fi. & probatur in.d.l.quæſitum.
in.§.pen. cogitabis, quia nunc venit in mentē.
96 Eſſet tamen cautela† ſecurior, vt reus ſimplici-
ter opponeret exceptionem præſcriptionis.
Quantum autem ad vltimum caſum iſtius vlti-
mi membri, videlicet quanto tempore duret
accuſatio criminalis;dic breuiter,quòd quere-
97 la falſi † durat per.xx.annos. vt in.l.querelam.
C.eod.quod dicunt doct.procedere de iure ci-
uili, nam de iure canonico crimina nunquam
præſcribuntur tempore, vt voluit Vinc. & ſe-
quūtur * docto. &.d.m. in.d.c.licet cauſam. & Cōm. op.
probatur.24.q.3.in.c.ecce.& hac ratione Ber-
nar.Compoſt.antiquus doct. voluit, quòd iu-
dex etiam poſt centum annos poſſit reuocare
ſuum errorem; quia ſecundum canones vſque
ad centum annos,& vltra,poſſet accuſari; ergo
& ſententiam erroneam poterit retractare. Et
ſic voluit, quòd accuſatio criminis de iure cano
nico ſit perpetua. facit quod not.glo.33.q.2.
in.c.admonere. D.Ant.in.d.c.licet.dicit,quòd
inquantum ageretur ad meram pœnam delicti,
debet obſeruari.l.querelam. Secus ſi ad pœ-
nitentiam. vt in.d.c.admonere.D.m.latius ex-
ordiendo diſtinguit, quòd aut ſunt crimina
quæ impediunt ordinis executionem, & bene-
ficij retentionem, etiam poſt peractam pœni-
98 tentiam,& nulla obſtat præſcriptio† temporis;
quia in iſtis deuiamus à communibus regulis.
vt in.c.inquiſitionis. in princ. ſupra de accuſa.
& ratio in iſtis eſt euidentiſſima, propter pec-
catum; quia peccata nedum alleuiantur tem-
pore,ſed grauantur. vt in.d.c.fin. ſupra de con-
ſue.& in.c.cum in eccleſiæ.ſupra de ſimo. & ita
intelligit quod no.gl.in.d.c.admonere. In alijs
verò non ſic impedientibus,qualis eſt actio fal-
ſi,tollitur directa accuſatio temporibus præfi-
xis à iure ciuili,cum non reperiatur aliquid ſta-
tutū de iure canonico. Facit quod not.in.c.1.
infra de oper.no. nuncia. & ibi vide remiſſio-
99 nes. Sed reſpectu pœnitentiæ peragēdæ† ſem-
per durat. ita poteſt procedere quod not.glo.
in.d.c.admonere. & ita intelligit etiam d.An.
Facit quod not.infra de ſenten. excommu.c.vt
famæ. &.25.diſtin.in.c.qualis. & hoc ſatis mi-
hi placet.

## Cap. III. Ad audientiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus falſans ſigillum principis deponitur, & ei caracter imprimitur, & in exilium mittitur.*
2 *Falſans ſigillũ principis punitur pœna degradationis. ſ. depoſitionis verbalis, & pœna impreſſionis alicuius caracteris, & pœna exilij.*
3 *Iudex eccleſiaſticus non debet imponere aliquam pœnam, per quam veriſimiliter dubitari poteſt, vt inde mors citò perueniat.*
4 *Degradationis pœnam in quibus caſibus eccleſia ponat. remiſſiuè.*
5 *Pęna impreſſionis caracteris infligitur in caſu atroci in loco apparenti, vt in facie, vel manu, ab eccleſia, vt alijs terrori ſit.*
6 *Iudices regulariter non debent bullare aliquem in facie, vel aliàs ei faciem deturpare.*
7 *Pęna impreſſionis caracteris eſt quaſi maior pœna quam habeat ius canonicum, cum attingat quaſi ſententiam ſanguinis.*

AD AVDIENTIAM. Clericus fal-
1 ſans † ſigillum principis deponitur, & ei caracter imprimitur, & in exilium mittitur. h.d. cõmunis diuiſio. ſecunda ibi, fraternitati. Nota primo, quòd falſans ſigillum regis, vel principis, debet triplici pœna puniri. Prima eſt degradationis,
2 hoc eſt, verbalis depoſitionis, † quia ſi actualiter degradarętur, traderetur curiæ ſæculari, nec remaneret in iuriſdictione eccleſiæ, ꝓut hic remanet. vt in.c. degradatio. de pœn. lib. 6. & de hoc aliquid in glo. 2. Secũda pœna eſt alicuius caracteris impreſſio, & de hoc in glo. fi. Tertia eſt exilij, & ſic patet, ꝙ eccleſia habet pœnam exilij. cõcordat. c. fi. ſup̃ de calum. Et ex hoc vltimo colligitur, quòd officialis propter maleficiũ valde abominabile, & maximè condemnabile, poteſt ipſum punitum expellere de prouincia, & iuriſdictione ſua. nam hoc intereſſe videtur boni præſidis. vt in. c. 1. ſup̃ de offi. ordi. & in. l. congruit. ff. de off. præſi. Secundo no. quòd iudex eccleſiaſticus non debet imponere aliquam
3 pœnam, † per quã veriſimiliter dubitari poſſit, vt citò inde mors perueniat. quod eſt contra ep̃os qui condemnãt ad perpetuos carceres ita atroces, & attenuant adeò victum, quòd inde mors eſt ſecutura; nam per mortem incidunt in irregularitatem; de quo dic, vt latius dixi in 58. q. 7. membri principalis. in. c. ad audiẽtiam. ſup̃ de homi. Glo. 1. quærit ad intellectum literæ, & ſoluit. Glo. 2. allegat, opponit, & ſoluit. In fi. dic, vt de hoc traditur in. c. cum non ab homine. ſup̃ de iudic. Et alios caſus in quibus
4 eccleſia ponit pęnam † degradationis, habes ſup̃ de hæret. in. c. ad abolendam. Et de diuerſis ſpeciebus pœnarum latè tradit Innoc. & poſt eum Io. Andr. & d. An. in. c. qualiter. il. 2. ſup̃ de accuſ. Glo. fi. duo format contraria, & ſoluit. In eadem glo. ibi, ſol. dic, ſecundum Lau. In ea glo. ibi, debet infligi. dic, ſecundum Inno. & doct. in
5 loco apparenti, vt in manu † vel facie; vt ſit alijs in exemplum, & ſic vt alij terreantur. facit tex. noſter ibi, inter alios. & . 4. diſt. c. factæ. cum ſi. In ea gl. ibi, ſi quis in metallum. dic vt dicit Bal. in Rub. C. de manumiſ. vindic. quòd iudices nõ
6 debent bullare, † ſeu caracterare, vel ſignare in facie, aut naſum incidere, aut oculos effodere, vel quid ſimile, per qđ facies deturpetur. Eſt ergo hic caſus ſpecialis, vt dicit glo. propter criminis atrocitatem. ego adderem rationem rationis; quia eccleſia quantum ad ſuam pœnam ꝓpriã, non videtur quaſi habere maiorem pœ-
7 nam, cum attingat quaſi † ſententiã ſanguinis.

## Cap. IIII. Dura.

*SVMMARIVM.*

1 *Literas in curia non debemus recipere niſi de manu Papæ, vel officialium ad hoc deputatorum; perſonæ tamen notabiles per nuntios recipere poſſunt. & nu. 8.*
2 *verba ſtatuo ſub pœna excommunicationis, non imponunt ipſo iure excommunicationẽ, etiam ſi à Papa talia verba eſſent prolata.*
3 *Pœna iſtius decretalis à contrario ſenſu non habet locum extra curiam.*
4 *Nuntius eius qui debet aliquid per ſe facere, & ex conceſſione aliqua poteſt vti nuntio, debet eſſe idoneus, alias factum nuntij ſibi imputatur.*
5 *Excõmunicari poteſt quis pluries pro eodẽ facto.*
6 *Literæ an poſſint impetrari per ſeruum, per hæreticum, per excommunicatum. remiſſiuè.*
7 *Literas ad lites, & beneficia, impetrari poteſt quicunq; habens ſpeciale mandatum.*
*Coniũctus quoq; pro cõiũcto. & amicus pro amico ſine mãdato poſſet hm̃oi literas impetrare.*
9 *Abbas, magnus prælatus, & epiſcopus, dicuntur eſſe magnę authoritatis.*
10 *Pœna huius decretalis ſecũdum Io. Andreæ in curia hodie non eſt in vſu.*
11 *Excommunicationem an incurrat ipſo facto laicus contrafaciens huic cap. & an clericus pariter contrafaciens incurrat excommunicationem, ac ſuſpenſionem, pariter ipſo facto.*
12 *Excõmunicatio incurritur ipſo iure per iſta verba, excommunicationi ſubiaceat.*
13 *Suſpenſio quando eſt ſequela ad excommunicationem tollitur ſublata excommunicatione, ſecus quando ſuſpenſio eſt facta ſeparatim per ſe.*

DVRA ſæpe mandata. Exiſtens in
1 curia literas apoſtolicas nõ debet recipere, † niſi de manibus papæ, vel officialiũ ad hoc conſtitutorũ. perſonæ tamen notabiles per nuncios recipere poſſunt. Contrafacientes ſi laici ſint, ſubiacent excommunicationi. Si clerici, ab officio, & beneficio ſuſpenduntur. hoc primo. et per excõicationis pœnam prouidet cõtra nõ reſignãtes, nec deſtruẽtes literas falſas, infra. xx. dies, & abſolutionẽ ſeruat papę, & factũ in conrarium vitiat. hoc ſecũdo. Diuiditur in duas partes, ſicut duo ponit dicta. ſecunda ibi, adijcientes. prima

pars



pars ſubdiuiditur, quia primo prohibet, ſecũdo pœnam adiungit, ibi, ſi quis autem. Not. pri-
2 mo ex principio, quòd per hæc verba, † ſtatuo ſub pœna excommunicationis, non imponitur excommunicatio ipſo iure, etiam ſi à papa talia verba eſſent prolata. facit quod not. in. c. 1. ſup̃ de ſagit. vide quod dixi in. c. iudæi ſiue. ſupra de iudę. Secundo not. ibi, apud ſedem apoſtolicem. argu. à contrario ſenſu, quòd pœna iſtius decretalis non habet locum, niſi recipiens ſit in
3 curia. † Secus ergo ſi extra curiam. Et curia dicitur eſſe ibi, vbi eſt papa cum ſua curia, ſecundũ Hoſtien. & Io. And. ꝓbatur in. c. ego. N. ſupra de iureiu. d. Do. in. c. 2. de pręben. lib. 6. Tertio not. ibi, idoneum, quòd qui tenetur aliquid per ſe facere, ſi facit per nuntium ex conceſſio-
4 ne aliqua, nũtius talis debet eſſe † idoneus; alias imputatur ei. quod facit ad illam quæſtionem de remittente rem per nuntium. de qua dic vt dixi in. c. fi. ſupra de furt. Quarto & vltimo no.
5 ibi, frequẽtius, ꝙ pro eodẽ facto † poteſt quis pluries excommunicari. facit. c. cum pro cauſa. infra de ſentẽ. excom. aliquid tetigi in. c. reprehenſibilis. ſupra de app. de quo articulo dic, vt latius dicam in. c. ita quorundam. ſupra de iudę. Glo. 1. poteſt expediri per contrarium, dic vt in ea. Glo. 2. colligit argumentum, & in effe-
6 ctu tractat tres articulos. Primus eſt, † an literę poſſint impetrari per excommunicatum. ſecundus an per ſeruum. tertius an per hæreticum. Sed non eſt materia noſtra. de primo dic, vt hodie latè habetur in. c. 1. de reſcrip. lib. 6. de alijs duobus dic, vt in iuribus in glo. allegatis. Gl. 3. format quęſtionem, & ſoluit, & infert ad intellectũ literæ. in fi. dic, hæc glo. attingit duas dubitationes. Prima eſt contra intellectum tex. noſtri. Secũda eſt an contrafaciens ſit excõmunicatus ipſo facto, vel non. Circa primam dic, quòd aut loquimur de impetratione, aut receptione; primo caſu dic, quòd indiſtinctè quis poteſt per alium impetrare, dummodo tradat
7 illi ſpeciale † mandatũ; qđ ꝓcedit tàm in literis ad lites, quàm ad beneficia. Quinimò amicus pro amico, & coniunctus pro coniuncto admittitur ſine alio mandato. vt not. glo. in. c. nonnulli. de reſcrip. de quo tamen dic vt ibi. et limita ſecundum not. in. c. 1. de reſcrip. lib. 6. et his caſibus non habet locum tex. noſter; & hoc vult dicere glo. dum dicit, imò indifferenter. Secundo caſu diſtingue, quòd aut quis eſt in cu-
8 ria, & non poteſt recipere niſi de manibus † papæ, vel officialium ad hoc deputatorum, qui ſũt bullatores, ſecundum Innoc. vel vicecãcellarius, vel officiales cameræ, & ſimiles ſecundum Hoſtien. & hoc caſu habet locũ pœna tex. noſtri;
9 niſi ſit perſona magnę auctoritatis, vt abbas, magnus prælatus, epiſcopus, & ſimiles, ſecundum Io. And. ſi verò extra curiam, tunc poteſt recipere literas de manibus alterius, dummodo ille ſit idoneus; ſicut dicimus in nuncio perſonę magnæ authoritatis, & quòd ille nũtius debet illas recepiſſe à manibus papæ, vel eius officialium. quod probat tex. dum dicit, iuxta formam prædictam. Sed dicit hic Io. Andr. quòd quicquid
10 dicatur, curia hoc hodie non ſeruat; † imò etiã quilibet paruę conditionis mittitur ad bullatorem, & literas recipit ab illo. Et fortè ſecundum Hoſt. fuit huius literæ intentio, punire illũ qui per ſe, vel alium literas à falſario, vel ſuſpecto, vel non noto, reciperet; conſueuerunt enim falſarij falſas literas fabricare, & curialibus tradere, ſimulantes illas ex cancellaria obtinuiſſe; & iſto modo poteſt intelligi glo. in ver. ſed hoc intellige. Circa ſecundã, an cõtrafaciens ſit ex-
11 cõmunicatus ipſo facto, † dic ꝙ aut loquimur in laico, aut in clerico. Primo caſu, Inno. hic, vult ꝙ requiratur ſententia. Goffr. verò & Hoſt. tenent hic, ꝙ ipſo facto. idem etiam tenent Io. & Phi. infra eod. ad falſariorũ. & hoc placet hic. d. m. quia per illa verba, excõmunicationi ſubiaceat, fertur ſententia ipſo iure. & pro hoc vide ꝙ dixi in glo. pen. in. c. 3. ſup̃ de rapto. & ibi vide remiſſio. Secundo caſu contra clericũ qui-
12 dam voluerũt, † ꝙ clericus non patiatur niſi ſuſpenſionem, & ꝙ neceſſaria ſit ſententia, quia tex. noſter dicit, damnetur. ſed excõicationẽ non patiatur. dicit tamen hic Hoſt. ꝙ põt dici, ꝙ talis clericus ſit excommunicatus, quia plus deliquit. ſimile ſupra de hęr. c. excõicamus. §. ſi verò. Poſſet fortè dici, ꝙ non ſit excommunicatus, ſed quòd debet excommunicari; ſicut nec eſt ſuſpenſus, ſed debet ſuſpendi. et pro hoc facit tex. noſter. in princ. dum dicit, ſub pœna excommunicationis, coniuncto. j. notabili ſupra collecto, in quo dixi, quòd per illa verba nõ imponitur pœna excommunicationis ipſo iure. Glo. ſuper verbo euadere, format tres. q. In ea glo. ibi, ad falſariorum. dic quòd illud. c. habet locum in falſantibus literas per ſe, vel per alium. ſed tex. noſter habet locum in vtẽtibus, aut retinẽtibus literas falſas per alium, nec hic talis eſt excõicatus ipſo iure, ſecundũ Hoſt. nam cõmittitur excõicatio epiſcopo. in ea. glo. ibi, reſpon. qđ ſi fecerit. dic ꝙ hęc opi. fuit Tan. vinc. & phi. In fi. dic, et pro dicta diſtinctione facit. l. 1. §. cauſa. & . l. ob quæ vitia. & . l. quęritur. §. fin. ff. de edi. edic. Extra glo. opponitur, nam dicitur hic, quòd excõicatus ſuſpenditur. ſed contra quia talis ſuſpẽſio in excõicato eſt ſuperflua, quia per excõicationẽ, quis immediatè efficitur ſuſpenſus. 3. q. 4. c. engeltrudam. & infra de ſen. excõ. c. à nobis. & ſup̃ de ęta. & quali. c. bonæ. Solut.
13 ſecundum Goffr. ſuſpenſio qñ eſt ſequela † ad excõicationem, parui eſt effectus, quia tollitur ſublato principali, vt in reg. acceſſorium. ſecus qñ ſuſpenſio eſt facta ſeparatè per ſe; nam tunc multũ operatur, & ita loquitur tex. noſter. concordat qđ tradit Io. Andr. in. c. ex tuæ. ſup̃ de cle. non reſi. & tenet Hoſt. facit. l. 3. C. ſi re. vel accu. mor. fu. & qđ dixi in. c. ita quorundã. ſup̃ de iudę. vel ſecundo ſecundũ Hoſt. dic, quòd pęna excõicationis nõ concernit clericos, vt probant ſequentia verba. allegat Hoſtien. ſimile in. c. præterea. ſupra tit. 1. Aduerte tamen, quia vt ſupra dixi in glo. 3. Hoſti. videtur velle, quòd etiã clericus ſit excõicatus. Sed dic vt ibi dixi.

Et ideò præcedens ſolutio videtur melior, &
ſubtilior.

## Cap. V. Licet ad regimen.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſandi literas apoſtolicas nouem modi ponũtur*
2 *Diſcere non debemus, quæ ſi ſciremus dediſcenda forent.*
3 *Falſitas circa ſciſurã fili canapis de literis iuſtitiæ, intelligitur etiam de literis gratię, quę habẽt filum ſericum.*
4 *Falſitas quomodo in quinto modo deprehendatur remiſſiuè.*
5 *Falſitatis alij ſeptem modi in glo. ponuntur.*

LICET AD REGIMEN. ponit no-
1 uem modos † falſandi literas apo-
ſtolicas. h. d. Et dicit Abbas, &
poſt eum doctõ. quòd hæc decre-
talis legenda eſt cum bulla ad oculum demon-
ſtrata, & ita ego faciam. Nota primo nouem
modos, per quos falſitas committitur in literis
apoſtolicis. & dicit hic Goff. quòd qualiter iſta
fiant, non eſt adhibenda doctrina; ſunt enim
quædam quæ melius eſt neſcire, quàm ſcire.
38. diſt. quamuis in fi. vnde Seneca ad Lucillum
2 epiſtola. 76. monet ipſum ne diſcat † quæ forent
dediſcenda ſi ſciret. vnde etiam Marcus Varo
notabiliter dicit, quòd quędam ſunt eradenda
de animo ſcientis, quia inſerendi verum locum
occupant. Item Hieronimus ad clerum inquit,
non diſcat puer, quod ei poſtea dediſcendum
eſt; difficiliter enim eradicatur, ꝙ rudes animi
receperunt. Sed vt dicit idem Goff. hic, legimus
quædam vt cognoſcamus, & reprobemus. 37.
diſt. legimus. nam prudentis eſt eligere bonum,
& reprobare malum. Et ideò & hæ falſitates ad
hunc effectum cognoſcuntur. Nota iſtos no-
uem modos. Primus ponitur in ver. prima. &
dicit Hoſtiẽ. & Io. And. quòd idem eſt vbi vera
bulla apponitur falſis literis; quod clarè nõ ex-
primit hæc litera, quia de raro accidit, vt. l. nam
ad ea. ff. de legib. Sed mihi videtur, ꝙ primus
modus ſatis clarè ponatur in ver. illos quoque.
Secundus modus ponitur in ver. ſecunda. & di-
cit Io. And. quòd iſte modus eſt difficilis; dicit
tamen quòd ita fieri poteſt, videlicet includẽdo
bullam in loco calido, ita quòd nõ liqueſcat, ſed
tenera fiat; verum quia in extractione, & in im-
miſſione poſtea fienda, dilatatur foramen, vn-
de poſtea neceſſe eſt ſupprimere, & maleare;
quaſi de difficili eſt, quòd non appareat aliqua
obtuſio, vel tumiditas, vt dicit tex. hic in fin.
Tertius modus ponitur in ver. tertia. quemad-
modum ſic intellexit Hoſtien. & ſequitur Ioã.
And. quod incidatur verum filum ſub plicatu-
ra veræ literæ, & extrahatur de litera, & immit-
tatur literæ falſæ, & reſarciatur filũ, & eius ſciſ-
ſura, cum filo ſimilis canapis. & ſubdit, quòd
canape eſt ſpecies lini, ex quo fiunt funes, & fi-
lum, ſeu cordula. iſtud tamen videtur procede-
re in literis de iuſtitia. Sed quod dicitur de li-
3 teris de iuſtitia de filo canapis, † idem dicẽdum
in literis gratioſis de filo ſirico. hæc tamen fal-
ſitas faciliter detegeretur inſpecta plicatura.
vel intellige, quòd ex parte ſuperiori bullæ to-
tum filum incidatur contra bullam, & poſtea
cum filo canapis ſimili vera bulla appenditur
literæ falſæ; & iſtud filum aliquantulum indu-
citur intra bullam ſecundum eum. iſte tamen
modus de facili poſſet deprehendi per tractio-
nem fili, qui de facili trahetur. Quartus modus
ponitur in ver. quarta. & poteſt contingere hoc
modo; alterum filum duntaxat incidendo inter
plumbum, & apponendo verum plumbum cũ
vero filo literis falſis plicando, & poſtea filum
inciſum reducendo inter plumbum. & hic mo
dus non deprehenditur ita de facili ſicut præ-
cedens; nam trahendo vtrumque filum, non ita
de facili extrahetur: vnde vt facilius deprehen-
di poſſit, quodlibet filum de per ſe ſimpliciter
trahendum eſt, vt poſſit intelligi ſi in totum ex-
trahetur vnum filum de bulla, deinde intromit-
teretur appoſita iam vera bulla falſis literis, &
eſt magis ſimilis ſecundo modo. Quintus mo
dus ponitur in verſi. quinta. & eſt clarus in ſe.
& dum dicit per raſuram tenuem, ſubaudi, ma-
ximè, quia idem eſt ſi nõ eſſet tenuis; ſed hoc
dictum fuit, quia difficilius perpenditur. Per
4 quem autem modum † hæc falſitas poſſit dete-
gi, docet hic glo. fin. et qualiter iſtud de raſura
debeat intelligi, tractat glo. 3. Tu dic vt latius
dicam in. c. fi. infra eod. Sextus modus, & Se-
ptimus qui ponuntur in verſi. ſexta. & ſequen-
ti, ſunt clari. Et vt dicit Ioan. Andr. hic, duæ
falſitates non poſſunt de facili exerceri in pa-
piro. et in eo quod tex. dicit, in cæteris. dicit
Ioan. And. vtputa tibertino, vel furfure, & ſimi-
libus. Hoſtien. etiam dicit eſſe quandam her-
bam cuius nomen ipſe ſupprimit, cum qua fit
abolitio ſine raſura. et dicit Ioan. Andr. ſe ex-
pertum eſſe cum quadam aqua ſtillata. Et quod
dicit tex. in verſi. ſeptima. de abraſione, intelli-
ge, tenuiſſima. et ſimilis modus committitur
per iſtos falſatores lapidum pręcioſorum. et vt
dicit hic Hoſtien. & Ioan. And. hic ſextus mo-
dus non ita de facili poteſt apparere, ſicut ſe-
ptimus. Octauus modus ponitur in ver. eos.
de quo dictum fuit in præcedenti cap. Et not.
quia tex. dicit ſcienter, vnde dicit Hoſtien. quòd
excuſatur qui miſit nuntium idoneum ſi exceſ-
ſit extra curiam, & ille ſine conſcientia ſua fal-
ſitatem commiſit. argumento. c. ſignificante.
de pigno. Nonus & vltimus modus ponitur
in verſi. illos. Et vt dicit hic text. difficile eſt
deprehendere has duas falſitates, niſi ex for-
ma dictaminis, & ex forma ſcripturæ; Nam
habent ſcriptores apoſtolici certum modum,
& ſtilum, vt patet, qui in literis attendendus
eſt. vt videmus in. c. ſeq. Et ſic habes, quòd nõ
ſolum fit comparatio ſcripturæ ad ſcripturam
reſpectu formæ, quinimò & reſpectu dicta-
minis, & ſignorum quorundam, quibus vtun-
tur curiales; adeò quòd difficile alij poſſunt

eos



eos imitari; nam etiam minimo ſigno, aut
certa lineatura non appoſita, cognoſcet curialis
expertus, quòd illa litera non emanauit ab offi-
cialibus conſtitutis ad hoc. Glo. 1. ponit alios
5 ſeptem modos, † quibus committitur falſum,
& ſubdit de pœna. in eadem glo. ibi, aliquo ta-
lium modorum. intellige de nouẽ modis poſi-
tis in textu, vt referatur ad ſtatim proximè di-
cta, quia de ijs ſeptem, de quibus ponit glo. nõ
bene diceret. Et propterea non videtur bene
dicere in octauo modo poſito in tex. quia in il-
lo caſu non patitur pœnam, de qua dicit glo. no
ſtra. ſed puniri debet ſecundum præcedentem
diſtinctionem. Glo. 3. quærit, & ſoluit. in fi.
dic de hac materia, vt dicam in. c. fi. infra eod.
Glo. penul. fortificat tex. dic vt in ea. Glo. fin.
dat cautelam ad cognoſcendum raſuram, dic
vt in ea, & eam perpetuò memoriæ com-
mendabis.

## Cap. VI. Quàm graui.

*SVMMARIVM.*

1 *Literæ dicuntur falſæ in quibus Epiſcopus appellatur filius, vel inferior frater, vel vni ſcribitur in plurali. & nu. 8.*
2 *Stilus Romanæ curiæ in literis apoſtolicis eſt attendendus.*
*Literæ contra ſtilum Rom. curiæ emanatæ falſæ præſumuntur. ibidem.*
3 *Papa quare appellat Epiſcopos fratres, inferiores uerò filios.*
4 *Fratres appellari poſſunt qui fraterna amicitia, & charitate ſunt coniuncti.*
5 *Cardinalibus, præsbiteris, diaconis, ſeu ſubdiaconis ſi ſcribat Sum. Pont. appellat eos filios; ſi verò cum eis permixti ſint Cardinales Epiſcopi, eoſdem fratres appellat.*
6 *Collegium denominatur à dignioribus.*
7 *Papa ſcribens principibus laicis cuiuſcunq; conditionis ſint, eos appellat filios.*
*Regesq; vocat cariſſimos, inferiores verò dilectos. ibi.*
*Limitantur tamen ſupradicta in principibus infidelibus, & non baptizatis. ibidem.*
8 *Papa vni non loquitur in plurali.*
9 *Pluralis locutio ſi alloquamur vnum, etiam principem, eſt impropria; nam & omnipotenti Deo loquimur in ſingulari.*
*In hoc conſuetudo romanorũ alloquẽtium quencunq; in ſingulari approbatur. ibi.*
10 *Falſitas vt deprehendatur debet quis diligenter ad multa animaduertere.*
11 *Iudicantem cuncta rimari oportet, ne incognita pro cognitis habeat.*
12 *Epiſcopum fratrem, non patrem vocare debent inferiores clerici.*

QVAM GRAVI. Literæ dicun-
tur falſæ, in quibus epiſcopus ap-
1 pellatur filius, † vel inferior frater,
vel vni ſcribitur in plurali. hoc di-
cit. diuiditur. primo ponitur Papæ admira-
tio. ſecũdo ibi, cum ſcire, inſtruit in his quæ ſũt
de ſtilo curiæ. tertio ibi, propter quod, genera-
liter inſtruendo concludit. Nota primo, quòd
2 in literis apoſtolicis † attendendus eſt ſtilus Ro-
manę curię. facit. c. ex literis. ſupra de conſtit.
& c. 2. ſupra de temp. ordi. & c. ad hæc. infra de
ſenten. excom. & c. in cauſis. ſup̃ de re iud. adeò
quòd emanantes contra ſtilum præſumuntur
falſæ. & vide glo. in. c. cauſam. el. 2. ſupra de te-
ſti. quæ dicit, quòd ſi aliquid conceditur deuiãs
à communi curſu priuilegiorum, ſeu ab ęquali-
tate, literæ præſumuntur falſæ, & non emanaſſe
à ſede apoſtolica. vt in. d. c. ex literis. & in. c. ꝙ
ſuper his. ſupra de voto. Secundò no. quòd de
conſuetudine, & ſtilo Romanæ curiæ eſt, quòd
cum papa ſcribit epiſcopis & ſuperioribus, ap-
3 pellat † illos fratres: Et ratio poteſt eſſe, quia
papa illis non eſt maior, ſed ęqualis; intellige in
ordine; in adminiſtratione tamen eſt maior.
22. diſt. c. in nouo. & ibi bonus tex. cum glo. fa-
cit quod not. in prohe. 6. Olim tamẽ papa quã-
doque epiſcopos non appellabat fratres. 2. q. 7.
in. c. lator. Alios vero inferiores prælatos quoſ-
cunque appellat filios; quia & in ordine, & in
adminiſtratione eſt maior illis. licet Bal. in. l. ne-
mo dubitat. §. 1. ff. de hære. inſti. dicat, quòd va
lent literæ, ſi papa in illis appellat aliquem ab-
batem fratrem ſuum, per illum tex. ſed malè di-
cit. nec obſtat ille tex. quia loquitur in alia ma-
4 teria, † quòd ille qui fraterna amicitia, & chari-
tate, ſeu affectu eſt coniunctus, poteſt appellari
frater. Quid autem de cardinalibus? dicendum
5 quòd ſi † ſcribit epiſcopis cardinalibus, vel per-
mixtim vbi ſunt epiſcopi, presbiteri, & diaconi
cardinales, appellat eos fratres. vt infra. c. proxi.
Et ratio poteſt eſſe, quia debet collegium deno
6 minari † à dignioribus; quia magis dignũ &c.
Si verò ſcribit ſigillatim cardinalibus non epi-
ſcopis, ſed prębiteris, aut diaconis cardinali-
bus, eos appellat filios. vt in. c. rainaldus. ſupra
de teſta. & in. c. dilecto. ſupra de pręben. & hoc
procedit quãdo ſcribit etiam eccleſiaſticis per-
ſonis. Sæculares autem principes cuiuſcun-
7 que dignitatis, † filios appellat; & ratio de ſe
patet. Aduerte tamen, quia olim imperator
præmittebat nomen ſuum. 97. diſtinct. in. c. vi-
ctor. & vide. C. de ſum. trinit. in epiſtola inter
claras. vbi papa præmittit imperatorem. Olim
apud antiquos oratores, licet minor ſcribe-
ret maiori, etiam Cæſari, præmittebat nomen
ſuum. eſt tamen differentia in ſtilo, etiam circa
iſtos; quia reges vocant cariſſimos, inferio-
res verò dilectos; quod intellige, ſi modo ſint
chriſtiani; quia infideles, & nõ baptizatos, nec
filios, nec cariſſimos vocare debet. vt de ſe
patet ſecundum Hoſtien. & Ioan. Andr. Ter-
8 tio not. † quòd papa vni non loquitur in plu-
rali, vt vos, ſiue veſter; immò dic, quòd &
inferiores cum loquuntur vni ſuperiori, non
debent loqui in plurali; quia locutio eſt ine-
pta, & impropria; nam & omnipotenti Deo
9 † non loquimur in plurali. Sed dicimus, tu



ſolus

ſolus ſanctus. Et olim ab omnibus hoc erat
in vſu, vt tangit glo.2. hic, & hodie hanc ſer-
uant conſuetudinem Romani, & ferè omnes
circunſtantes, & mihi ſummè placet; nam ex
corrupta conſuetudine, & à pluribus volenti-
bus plus ſapere quàm oporteat ſapere, impro-
priè ob quandam abuſiuam reuerentiam fue-
rat inducta abuſiua locutio, & corruptela, vt
vni quis loquatur in plurali; quó caſu inſurgit
dubietas ad euitandam malam grammaticam,
vtrum cætera verba quæ adiunguntur, debeant
eſſe pluralia, aut ſingularia, vt nos talis pronun-
cio, aut pronunciamus, & ſic de ſingulis. Cir-
ca quod vide Catolicon in rub. quando dicen-
dum ſit vni vos, in fi. tractatus numeri nomi-
nis, & ante tractatum de figura nominis. & vi-
de Io. And. c. ad hæc. ſupra de præben. qui di-
cit, quòd hoc eſt contra naturam recti ſermo-
nis, vt vni loquamur in plurali. Et aduerte,
quia ſi rectè ponderabis tex. noſtrum, hic tex.
continet incongruam latinitatem, cum dicit
apoſtolicam ſedem conſuetudinem tenere &c.
& ſub eadem oratione coniungit verſ. cæteros,
& poſtea dicit in noſtris literis appellamus, nã
deberet dicere, vt in noſtris literis filios appel-
let. ſ. cõſuetudo apoſtolica. Vltimo not. quòd
in deprehendenda falſitate debet quis diligen-
10 ter ad multa † animaduertere; videlicet ad bul-
lam, & ad filum, & ad qualitatem, & quantitatẽ
cartæ, & ad continentiam literarum, & ad mo-
dum ſcribendi, & ad alios modos, de quibus
etiam dictum fuit in præcedenti capitulo, vt be
ne inſtruunt hæ duæ decretales; quoniam iudi-
11 cantem cuncta rimare oportet, † & ordinem
rerum plena inquiſitione diſcutere. xxx. q. v. c.
iudicantem. ne in errorem incidat, vt falſum
pro vero, & verum pro falſo accipiat, vt hic;
quoniam inquit Cicero primo officiorum, cũ
in cæteris rebus, tum maximè in iudicando, vi-
tium illud vitandum eſt, ne incognita pro co-
gnitis habeamus hisq; temerè aſſentiamus.
Glo. 2. colligit ex tex. deinde ſentit contrariũ,
& ſoluit, & in fine format vnam quæſtionem.
in fi. gl. dic. vide circa hoc glo. 95. diſt. in. c. eſto
ſubiectus. quæ etiam dicit, quòd clerici infe-
riores debent cauere ne epiſcopum vocent fra-
trem, quoniam debent vocare patrem.

## Cap. VII. Ad falſariorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Falſantes literas papales per ſe, vel per alios ſunt excõmunicati; ſi verò ſunt clerici degradantur, ac curiæ ſæculari traduntur. & nu. 3.*
*At falſis literis vtens, ſi clericus eſt officio, & beneficio priuatur, ſi laicus excõmunicatur ibid.*
2 *Statutum valet vt reſpectu ſtatutorum, vel aliorum gerendorũ non poſſit quis allegare ignorantiam.*
3 *Falſans literas apoſtolicas per ſe, ſi eſt clericus eſt excommunicatus ipſo facto. & nu. 5.*
4 *Excõmunicatio infertur ipſo iure per hæc verba, anathematis vinculo decernimus innodatos.*
5 *Falſans literas per ſe, qui eſt clericus omnibus officijs, & beneficijs perpetuò eſt priuatus.*
*Item degradatur, & degradatus traditur curiæ ſæculari.*
6 *Incorrigibilitas non requiritur in terminis huius decretalis ad hoc, vt poſſit quis tradi curiæ ſæculari, & eſt ſpeciale.*
7 *Degradatus non eſt immediatè ſubiectus ſæculari poteſtati antequam tradatur.*
8 *Falſatoribus ſecundum .ll. ſi ſunt liberi pœna deportationis, & bonorum publicationis infligitur; ſeruis verò vltimum ſupplicium ſecundum commu.*
*Limitatur in libero ignobili, cuius pœna eſt damnationis in metallum. ibidem.*
9 *Falſantes literas inferiorum, nõ autem principum leuius debent puniri ſecundum commu.*
*Fallit tamen iſtud de iure ciuili. ibidem*
10 *Pœna aggrauatur ex qualitate perſonæ, in quam committitur delictum.*
*Item & ex qualitate delinquentis. ibid.*
11 *Falſans literas Capituli, vel alterius prælati, an puniatur pœna ſuſpenſionis, an pœna arbitraria.*
12 *Falſans literas imperatoris an ita grauiter puniri debeat, ſicuti falſans literas papæ.*
13 *Papa longe præſtat imperatori.*
14 *Pœna quando imponenda eſt, mitior pars eſt eligenda.*
15 *Falſantes literas papales, ſi ſunt laici, ſunt excõmunicati ipſo facto.*
16 *Eccleſiaſtico foro ſubijcitur delinquens in rem eccleſiaſticam.*
17 *Falſatores laici an ſint ipſo facto priuati officijs, & dignitatibus.*
18 *Clerici non debent eſſe deterioris conditionis quam laici.*
19 *Falſantes literas papales per alium, ſiue ſint laici, ſiue clerici, an puniri debeant eadem pœna qua puniuntur falſantes per ſe.*
20 *Facere per ſe videtur, qui per alium facit. & ampliatur etiam in delictis. num. 22.*
21 *Mutatum quod non eſt, cur ſtare prohibetur?*
23 *Falſis literis apoſtolicis clerici vtentes ſpoliantur officijs, & beneficijs eccleſiaſticis, laici verò ſunt excommunicati.*
*An verò clerici etiam ſint excommunicati variæ opiniones referuntur. ibidem.*
*Vtentes in terminis huius. c. intellige, qui ab vſu non deſiſtunt infra viginti dies. ibidem.*
24 *Falſam monetã expendens mitius punitur, quam ipſam falſam fabricans.*
*Quòd tamen limitatur. remiſſiuè.*
25 *Intellectus duplex huius tex. in finalibus verbis refertur.*
*Statuimus verbum poteſt eſſe preſentis, & preteriti temporis. ibidem.*
26 *Ignorantia legitima excuſat, & numeris ſequen. vſq; ad num. 33.*
27 *Ignorantiæ legitimæ probatio non cenſetur excluſa per diſpoſitionem, qua caueatur, quod non admittatur allegatio ignorantiæ.*

28 *Pœna*



28 *Pœna non imponitur abſq; culpa, ſeu dolo.*
29 *Literæ papales cum multa diligentia, et exquiſita curioſitate fiunt.*
30 *Vitium rei propriæ non excuſat.*
31 *Practica probandi diligentiam. remiſſiuè.*
33 *Negligentia eius qui per ſe tantum diligentiam fecit, & non conſuluit peritiores, punitur pena arbitraria.*
34 *Ignorantia craſſa punitur pœna huius capituli.*
35 *Culpa lata non æquiparatur dolo in delictis.*
36 *Dolus in vtente literis apoſtolicis punitur pœna legis Corneliæ de falſis.*
37 *Falſi pœna punitur qui doctoreis, vel militaribus inſignijs falsò vtitur.*
38 *Doloſum non excuſat pœnitentia ad euitandum pœnam: ſecus ignorantem.*
39 *Inſtrumẽtis falſis vtens, probabili atq; iuſta ignorantia ductus, excuſatur.*
40 *Teſtis falſum dicens ſuper capitulò vero non facit producentẽ, niſi ſit probata ſubornatio, teneri de falſo; ſecus ſi capitulum ſit falſum. nu. 43.*
41 *Teſtis inſtrui poteſt à producente, vt poſſit plenam dicere veritatem.*
42 *Teſtis inſtructus a producẽte, licet interrogatus an fuerit inſtructus, dicat quod non, nõ eſt periurus, quia intelligitur de illicita inſtructione.*
44 *Falſum inſtrumentum, & falſum teſtem ſi quis bona fide producat, quod ſit remedium ſi appareat falſum, remiſſiuè.*
45 *Falſis literis utens per procuratorem ſpecialiter ad hoc conſtitutum, qua pœna puniatur.*
*Et qua vtens falſis inſtrumentis ibi.*
46 *Mandatarius retento eodem themate, quomodo ſit puniendus.*
47 *Mandans in aliquo delicto, acrius punitur, quàm mandatarius.*
48 *Mandans non tenetur ex facto mandatarij circa vſum falſarum literarum, ſi illi hoc ſpecialiter non dedit in mandatis.*
49 *Mandatum generale non extenditur ad delictum.*
50 *Literæ ſiue ſint gratioſæ, ſiue ad lites, an habeat locum diſpoſitio huius capituli, remiſſiuè.*
51 *Fautores, & defenſores intelliguntur in hoc tex. qui præſtant auxilium patrocinando, intercedendo, & ſimilia agendo.*
*Non qui directe preſtant auxilium ad ipſum actũ falſitatis, quia maiori pœna digni ſunt, tanquã ſocij criminis. ibidem.*
52 *Ignorancia præſumitur in delictis.*
*Limitatur tamen in ijs, in quibus diligens inquiſitio, requiritur.*
53 *Deprehendi in aliquo delicto, poteſt intelligi criminaliter, aut ciuiliter.*
*Dic tamen in pœnis inflictis ipſo iure eas habere locum non ſolum in deprehenſo ciuiliter, ſed etiam in delinquente omnino occulto, ibi.*
*Secus in pœnis requirentibus ſententiam iudicis, quia neceſſaria eſt deprehenſio criminalis. ibi.*

AD FALSARIORVM. Qui per ſe,
1 vel alios falſant † literas papæ ex-
communicati ſunt cum ſuis fau-
toribus. & clerici officijs, vel be-
neficijs priuati ſunt; & degradati traduntur cu-
riæ ſæculari, per quam laicus legitimè punitur.
qui vero falſis literis vtitur, ſi clericus eſt, offi-
cio, & beneficio priuatur. Si laicus excommu-
nicatus eſt. h. d. vel breuius. Primo punit fal-
ſantes literas papæ per ſe, vel per alios. ſecun-
do punit vtentes literis falſis, ibi, qui verò.
2 Nota primo ſingulariter ex princ. † quòd valet
ſtatutum, vt reſpectu ſtatutorum, vel aliorum
gerendorum, non poſſit quis ignorantiam alle-
gare, ſeu non proſit ignorantia ad idem quòd
not. Bar. in. l. diuus. C. eod. Vltimo not. quòd
tex. noſter loquitur de clericis, & de laicis. item
loquitur de falſantibus per ſe, vel per alios, &
de fautoribus, & defenſoribus. item de vtenti-
bus falſis literis, & verba ſunt ſatis ambigua;
adeò quòd in pœnis de facili poſſet quis errare.
vt ergo plena habeatur notitia, & intellectus
prædictorum, & tex. noſtri omiſſis alijs nota-
bilibus quæ ex infra dicendis apparebunt, exa-
minabo hic infraſcriptas concluſiones. Prima
erit, qua pœna puniantur falſantes literas apo-
ſtolicas per ſeipſos. & quid de pœnis falſantiũ
literas inferiorum. Secunda qua pœna punian
tur falſantes per alios. Tertia qua pœna pu-
niantur vtentes per ſe. Quarta qua pœna pu-
niantur vtẽtes per alios. Quinta qua pœna pu
niantur fautores, & defenſores. Sexta qui, &
quando excuſentur propter pœnitẽtiam. Cir-
ca primam queſtionem, videlicet qua pœna
ſint puniẽdi falſantes per ſe literas apoſtolicas,
diſtingue, quòd aut loquimur in clericis, aut in
3 laicis. primo caſu dic, † quòd clericus eſt excõ-
municatus ipſo facto; quòd patet ibi, dum di-
4 cit, anathematis vinculo decernimus † innoda-
tos, per quæ verba excommunicatio infertur
ipſo iure. vt in. c. dura. in glo. 3. ſup̃ eod. Item
5 omnibus † officijs, & beneficijs perpetuò eſt
priuatus, vt in verſ. ſtatuentes. Item & tertio
degradatur, & degradatus traditur curiæ ſæcu-
lari, vt puniatur ſecundum. ll. ſæculares. & ex
hoc habes duo ſingulariter notare, primo ca-
ſum ſpecialem, in quo non requiritur alia incor
6 rigibilitas, † ad hoc vt clericus poſſit tradi ſæcu-
lari poteſtati puniendus, de quo dic vt dicitur
in. c. nouimus. de verb. ſignifi. Secundò colli-
7 gitur, quòd per ſolũ actum degradationis † cle-
ricus non videtur immediatè eſſe ſubiectus ſæ-
culari poteſtati, antequàm tradatur, de quo di-
cam in. d. c. nouimus. Sed quæro circa prædi-
cta, quę pœna ſit imponenda ſecundum. ll. ta-
libus falſatoribus. Sol. glo. hic ſuper verbo, le-
8 gitimas conſtitutiones dicit, † quòd in libero
homine eſt deportatio, & omnium bonorum
publicatio. In ſeruo eſt vltimum ſupplicium.
vt in. l. 1. §. fi. ff. eo. & Inſtit. de pub. iudi. §. item
lex cornelia de falſis. & . l. vbi falſi. C. eod. & ſe-
quuntur omnes doct. hic. Tu dic, quòd id ꝙ
dicit glo. de deportatione, procedit in libero
homine nobili, aut in dignitate poſito. ſed in
homine ignobili, & plebeio, eſt pœna damna-
tionis in metallum, per. l. ſi quis aliquid. §. qui
viui. ff. de pœ. ita dicit Bar. in. d. l. 1. §. fi. ff. eod.
in ſer-

In ſeruo verò vt dixi, eſt pœna vltimi ſupplicij.
Item aduerte, quia prædicta glo. in verſ. legiti-
mas. ſubdit, quòd prædicta habent locum in fal
9 ſantibus literas principis; † ſecus in falſantibus
literas aliorum inferiorum. Et glo. hanc com-
Côm. op. muniter ſequũtur docto.* hic. Sed tu aduerte,
quia arbitror quòd glo. prædicta non procedat
de iure ciuili; quoniam de iure ciuili quò ad cri-
men falſi, & eius pœnam, non diſtinguitur an
quis falſauerit literas principis, vel inferioris,
vel teſtamentum, vel aliud inſtrumentum pu-
blicum, vel priuatum, ſiue continentur in tabu-
lis cereis, ſiue ligneis, vel ſimili materia. vt in .l. 1.
§. qui in rationibus. & .l. paulus. ff. eod. & hoc
tenet Azo. in ſumma. eo. ti. in princ. vnde arbi-
tror, quòd hæc glo. ſolum procedat de iure ca-
nonico, vt mitius puniatur qui falſauit literas
inferiorum. vt in .c. ad audientiam. ſupra eod. Et
acrius qui falſauit literas principis, vt hic. Et ꝑ-
fecto meliori diſtinctione mouetur ius canoni-
10 cum, quàm ius ciuile; † quoniam ex qualitate
perſonæ in quam committitur delictum, quan-
doq; aggrauatur pœna. vt no. glo. 2. in .c. 1. ſuꝑ
de calum. & ibi vide remiſſiones. & ꝙ ibi di-
xi ſecundum Ariſt. & vide quod not. glo. fi. in
.c. cũ non ab homine. infra de ſen. excom. ſicut
econtra aggrauatur delictum reſpectu agentis,
ſeu committentis, ſiue cauſæ efficientis. vt ſuꝑ
dixi; quia mitius punitur nobilis quàm ignobi-
lis; & vtrunq; probatur in .l. aut facta. §. per-
ſona. ff. de pœn. De iure enim canonico falſans
literas papæ punitur pœna grauiori, de qua hic
in tex. Falſans verò literas alterius principis in-
ferioris, punitur pœna, de qua in .c. ad audien-
11 tiam. ſuꝑ eo. Falſans verò literas † capituli, vel
alterius prælati, punitur pœna de qua in .c. tàm
literis. in fi. de teſti. quia ſuſpenditur. dicit tamẽ
ibi .d. m. quòd putat, quòd pœna ſit arbitraria,
cum pœna illa non eſſet ordinariè impoſita, cũ
nõ ageretur ibi ad pœnam. Quare putat, quòd
ſecundum qualitatem prælati, vel capituli, cu-
ius ſigillum, vel literæ falſantur, & ſecundũ qua-
litatem negotij in quo falſitas committitur, iu-
dex arbitrabitur pœnam. vt .c. olim. de reſcrip.
& .c. cum olim. 2. de offi. dele. & allegat tex. in
.c. ſi epiſcopus .l. di. vbi præsbiter, aut diaconus
falſans cartam deponitur. Et pro prędicta con-
ſideratione faciunt quę ſuꝑ dixi. Ego arbitror
dictam conſiderationem eſſe bonam, quando
non eſſet actum ad naturalem pœnam delicti; vt
fuit in .d. c. tàm literis. vel literę nõ eſſent omni-
no falſę ex toto, vt ibi; quia licet non cõſenſiſ-
ſet totum capitulum, vel maior pars, tamen cõ-
ſenſerunt aliqui. Secus ſi actum fuiſſet ad natu-
ralem pœnam delicti, nec adeſſet aliqua excuſa-
tio; quia tunc ſeruanda eſſet pœna. c. ad audien-
tiam. ſuꝑ eo. & .c. ſi epiſcopus .l. di. Sed tamen
vt dixi, de iure ciuili non reperio expreſsè de-
terminatum in crimine falſi, ꝙ reſpectu eius, in
quem cõmiſſum eſt delictum falſi, propter ma-
iorem excellentiam aggrauetur pœna. imò tex.
videtur innuere cõtratium in .d. §. qui in ratio-
nibus. vt ſuꝑ dixi. arbitror tamen, ꝙ ex regu-
la generali prædicta per quam aggrauatur pœna
reſpectu perſonę in quam delictum cõmiſſum
eſt, vt ſupra dixi, iudex poſſet maiorem pœnam
imponere falſantibus literas principis, quã infe-
rioris. & pro hoc no. tex. in .l. maiorem .C. eo.
tit. qui tex. not. probat, quòd talis falſans lite-
ras principis ſit acrius puniendus, quàm ſoleat
puniri falſitas; ꝙ not. Facit etiam quia ex cauſa
iudex poteſt augere pœnam. vt in .l. quid ergo.
.§. pœna grauior .ff. de infa. in .l. et ſi ſeuerior
.C. de infami. 2. q. 3. c. ſi quem. §. notandum.
et ſuꝑ de raptor. c. in archiepiſcopatu. per Cy.
in .l. 1. C. ad .l. Iuli. de vi. publi. per Bal. in .l. 1. §.
.1. ff. ad turpil. & in .l. acta. §. 1. ff. de re iudi. &
in .l. hodie. ff. de pœn. Sed hæc videtur eſſe legi-
tima cauſa, & diſcreta cõſideratio, vt diſtingua-
mus perſonas, in quas delictum committitur. vt
in .d. l. aut facta. §. perſona. ff. de pœn. ergo &c.
Sed iuxta prædicta ſequitur alia notabilis dubi-
tatio, vtrũ eadem pœna qua hic puniendi ſunt
12 clerici † falſantes literas apoſtolicas per ſe, ſint
puniẽdi clerici per ſe falſantes literas principis,
ſeu Imperatoris. Et videtur dicẽdum quòd nõ,
per prædicta; quia non videtur eſſe tãtus exceſ-
ſus contra principem, quantum contra apoſto-
13 licum; cum longè pręſtet Papa † Imperatori. vt
in .c. cũ inferior. ſuꝑ de maio. & obe. & in pœ-
14 nis benignior † pars ſit eligenda. vt in regula.
in pœnis. de re. iur. lib. 6. facit. c. ad audientiam.
ſuꝑ eo. et hoc mihi placet. licet glo. prædicta
in ver. legitimas. videatur vniformiter loqui de
literis principis, & papæ. pro qua tamen glo.
videtur facere, quia cum delictũ ſit valde atrox,
videtur eſſe locus degradationi, & traditioni cu
riæ ſeculari, ſecundum ea quæ traduntur in .c.
cum non ab homine. ſuꝑ de iudic. de quo dic,
vt dicam in .c. nouimus. infra de verb. ſig. Se-
cundo caſu principali, videlicet de pœna laico-
rum, dic ꝙ de iure canonico ſunt excommuni-
15 cati † ipſo facto, ſicut clerici. & ſic eſt caſus, in
quo delinquens in rem eccleſiaſticam ſubijcitur
16 foro † eccleſiaſtico. alios caſus habes in .c. fi. de
except. lib. 6. & 11. q. 1. in ſumma. & per .d. m.
in .c. cum ſit generale. ſuꝑ de fo. compe. ali-
quid dicitur in .c. 1. de offi. ordi. Sed poſſet quis
17 dubitare, an ſint † ipſo facto priuati officijs, &
dignitatibus, ſicut clerici; & fortè dicendum
quòd ſic; nam propter ſimplicẽ vſum ſunt ex-
cõmunicati ipſo facto, vt ſtatim dicã. & hanc
pœnam poteſt imponere eccleſia, etiã laicis, ra-
tione delicti eccleſiaſtici. vt in .c. excõmunica-
mus. ſuꝑ de hære. & quia non debent eſſe dete-
18 rioris † conditionis clerici, quàm laici. In con-
trarium tamen facit, quia tex. noſter in ver. ſta-
tuentes, ſolum loquitur de clericis, et pœnæ
ſunt in benigniorẽ partẽ interpretandę vt dictũ
eſt. ergo &c. Circa ſecundam quęſtionẽ prin-
cipalẽ, videlicet qua pœna ſint puniendi qui per
alios falſant literas apoſtolicas; glo. hic in ver.
19 legitimas. in fi. dicit, ꝙ eadem pœna † impo-
nitur, quæ imponitur falſantibus per ſe; de qua
dictum fuit in quæſtione præcedenti. mouetur
per tex. noſtrum, dum dicit, per ſe, vel alios. &
hanc



hanc opi. ſequitur Io. An. in ſum. & in verb. per
alios. dum allegat regulã qui per alium. de reg.
iur. lib. 6. Et Hoſti. clarius; quem referẽdo ſe-
quitur Io. An. in ver. qui per ſe. dum ſupplet ad
Côm. op. tex. vel per alios. & ſequitur .d. An. & eſt * cõ-
opi. doct. Ego arbitror quòd in laicis, nõ ſit du-
bium, quia regula procedit etiam in delictis, ꝙ
20 qui per alium facit † per ſe ipſum facere vide-
tur; vt in .d. regula. qui per alium. & in .l. po-
teſt quis. de re. iur. lib. 6. dixi in .c. ad audientiã.
ver. 68. quæro. in quarto membro primi mem
bri principalis. Et eadem ratio videtur etiam
ſtringere in clericis. Sed in ipſis facit me du-
bitare tex. noſter, dum dicit, ita quòd qui per
ſe. nam prius in ver. præcedenti præmiſit de
committentibus per ſe vel alios, adijciendo pœ
nam excõmunicationis; deinde in ver. ſtatuen-
tes, dum ſubiunxit aliam pœnam, ſimpliciter lo
quitur de falſarijs; tandem in ver. ita quòd qui
per ſe. vbi ſubiungit pœnam actualis degrada-
tionis & traditionis poteſtati ſeculari, non lo-
quitur dicendo per ſe vel alios, nec loquitur ſim
pliciter de falſantibus, ſed expreſsè dicit quòd
qui per ſe &c. ergo videtur excludere ab hac
pœna falſitatis falſantes per alios. vnde pœna
talium videtur dependere à diſpoſitione aliorũ
21 iurium; quia quod non mutatur &c. † vnde ad
hoc vt habeat locum degradatio, & traditio, vi-
detur ꝙ requiratur incorrigibilitas. niſi dice-
res, quòd hoc ſit, quia delictum ſit valde atrox.
de quo dic vt dixi in .d. c. nouimus. Et hoc caſu
fortè hæc ſecunda opi. videtur magis tenenda;
22 quia in iure, etiam in delictis, † videtur æqui-
parari qui per ſe facit, & qui per alium. vt ſuꝑ di-
xi. ergo videtur quòd diſpoſitio facta in vno,
extendatur ad reliquum. vt not. in .l. ſi quis ſer-
uo .C. de furt. & in .c. 2. ſuꝑ de mut. petit. in .c.
ſi poſtquam. de elec. lib. 6. in .c. conſtitutionẽ.
de regula. in .6. & in cle. 1. de offi. vica. cum ſi.
et ſatis dicitur diſpoſitio facta in vtroq; caſu, ſi
eſt facta in vno. vt dictis iuribus. In contrarium
tamen fortiter ſtringit tex. noſter, inducendo
vt ſuꝑ induxi. cogitabis quia non tangitur per
doct. Circa tertiã quæſtionẽ principalem qua
quæritur, qua pęna ſint puniẽdi falſis literis apo
ſtolicis vtentes. tex. hic in ver. qui verò. diſtin-
guit inter clericos, & laicos, vt clerici debeant
23 ſpoliari † officijs & beneficijs eccleſiaſticis, lai-
ci verò ſint excõmunicati; & ſic videtur, quòd
clerici vtentes falſis literis apoſtolicis, non ſint
excommunicati ipſo facto. Hoſt. tamen hic ſen-
tit oppoſitum, dicens quòd ſunt excommuni-
cati, & ſpoliandi officijs, & beneficijs. Sed .d.
m. placet primum dictum, quia tex. iſte aper-
tè diſtinguendo inter clericos & laicos, in cleri-
cis nihil dicit de excommunicatione; & in pœ-
nis, vt dixi, benignior pars eſt eligenda. Et ſa-
tis videtur quòd ſint ſpoliandi officijs, & be-
neficijs, nec debent affligi duplici pœna. vt in .c.
at ſi clerici. ſupra de iudi. in fi. Sed aduerte, quia
etiam laici alijs pœnis puniuntur ſecundum le-
ges ciuiles. Et præterea pro opi. Hoſti. facit,
quia clerici magis vidẽtur delinquere quam lai-
ci, vt ſuꝑ dixi; laici verò vt dictũ eſt ſunt excõ-
municati ipſo facto, & videtur abſolutio reſer-
uari papę, ſecũdum Io. An. hic per .c. dura. ſuꝑ
eod. Et ex prędictis, coniunctis ijs quæ dixi in
prima quæſtione, habes quòd mitius puniantur
vtentes, quam falſantes. nam illi falſantes ſunt
ipſo iure priuati, & excommunicati, & degra-
dati traduntur ſeculari poteſtati. vtentes verò
duntaxat, ſi ſunt clerici ſpoliantur; & ſi laici, ſunt
excommunicati. quod intelligit Hoſtien. ſi ab
vſu non deſiſtunt infra viginti dies. vt in .c. du-
ra. ſupra eod. quod non placet .d. m. Sed dic, vt
de hoc dicam infra in .vj. principali quęſtione.
Item ex prædictis infertur argumẽtum ad quę-
ſtionem, quòd mitius puniendi ſunt expenden-
24 tes falſam † monetam, quàm fabricantes, ſeu fal
ſantes monetam. Fallit tamen in caſibus nota-
tis per Bart. in .l. lege cornelia. la. 1. ff. eod. vide
aliquid per .d. m. in .c. quanto. ſupra de iureiur.
Item aduerte, quia tex. noſter in fi. vult, quòd in
iſtis, & in illis malitia grauius puniatur, quàm
negligentia. quæ verba glo. pen. dupliciter intel
ligit, & vterque intellectus eſt ſatis bonus, ſed
magis placet ſecũdus. Sed dubitatur circa prę-
25 dicta, quid intendat litera dum dicit, † quod &
de ijs qui falſas literas &c. Sol. duplex eſt intel-
lectus: primus quòd ſi verbum, ſtatuimus, eſt
præſentis temporis, videtur tex. extẽdere pro-
uiſionem iſtam ad eos, qui per ſuggeſtionem fal
ſitatis impetrant literas à papa. Secundus eſt
intellectus, intelligendo quòd verbum, ſtatui-
mus, ſit præteriti temporis, & ſic eſt ſenſus, ꝙ
ſicut eſt differẽtia in .c. ſuper literis. ſupra de re-
ſcrip. an per malitiam, vel ignorantiam quis ſug-
geſſerit falſum, ita & hic in modo puniendi di-
ſtingui debeat inter malitiam, & ignorantiam;
& hoc mihi plus placet. Sed contra tex. noſtrũ
hic in fi. diſtinguentem inter malitiam, & negli-
gentiam. videtur obſtare tex. noſter in prin. qui
ſentit quòd ignorantia non excuſet, & hoc vi-
detur ſentire glo. 1. hic. Sol. doct. non tangunt.
Ego arbitror pro intellectu iſtius quæſtionis
diſtingui debere inter legitimam ignorantiam,
& negligentiam affectatam, ſeu craſſam igno-
26 rantiam, & dolum. Primo caſu dic, † quòd con-
ſtitutus in legitima ignorantia, nullo modo ve-
nit puniendus, vt puta ſi adhibuit illam diligẽ-
tiam, quam potuit adhibere per ſe, & per alios
peritiores, vt dicit glo. in .c. dura. in glo. ſuper
verſic. euadere. ſupra eodem. Et ſentit etiam
hic glo. 1. & latius & melius glo. 2. hic. quam
perpetuo notabis, quia ex ea plura ſingulariter
inferuntur. primo quòd licet in aliqua diſpoſi-
27 tione caueatur, quòd non admittatur † allegatio
ignorantiæ, non tamen excluditur ille, qui alle-
gat, & offert probationem legitimæ ignoran-
tiæ. alias autẽ ſequeretur abſurdum, quòd quis
28 puniretur ſine culpa, † cõtra .c. 2. ſupra de con-
ſtitut. Et hoc indubitanter procedit, quando ad
pœnam imponendam ex natura delicti ius re-
quirit dolum, prout eſt in crimine falſi. et ſi ius
præſumit ſcientiam, præſumitur dolus, vt hic in
glo. 1. Secus vbi ſimpliciter puniretur factum
ſine

ſine dolo, prout eſt in quaſi falſo. vt no. Bar. in
.l. diuus.ff. eo. Sed aduerte, quia fortè non eſ-
ſet abſurdum intelligere tex. noſtrum in prin.
ſimpliciter, ita ꝙ etiam oblata probatio ignorã-
tiæ non ſufficiat; quia tex. videtur velle punire
etiam ignorantiam. facit quod no. Bar. in .d.l.
diuus. & ratio poteſt eſſe, ad hoc quòd in iſtis
talibus tollatur omnis occaſio & materia frau-
dis. Et licet hoc prius ſenſerim dubitando, ta-
men poſtea reperi Goff. quem refet Hoſti. in
ſum. eod. tit. §. 2. ver. præterea vſu. vbi dicit,
ꝙ ſpeciale videtur eſſe in falſario do. Papæ, vt ſi
quis vtatur falſis literis apoſtolicis etiã ignorã
ter, non excuſetur, per tex. noſtrum. Et ratio
29 eſt; quia literæ papales † cum multa diligentia
& exquiſita curioſitate fiunt, vt ſup̄ de reſcr. cũ
adeò .35. q. 9. in .c. apoſtolicæ. vel ſecundum
Goff. poteſt dici, ꝙ tex. noſter loquitur cũ quis
vtitur falſis literis à ſede apoſtolica obtẽtis, vbi
30 nulla eſt excuſatio; quia vitium † rei propriȩ nõ
excuſat. C. de reſcin. ven. in .l. quiſquis. Sed hoc
non placet Hoſt. in loco præal. ꝙ ignorans legi-
timè, ligetur; nam poſito quòd diligenter exa-
minẽtur reſcripta apoſtolica, tamen plerunq; ta
les committuntur falſitates, quæ etiam pruden
tiſſimos fallerent, et nedũ quæ de facili poſſint
cognoſci, ſed etiam quæ maxima & diligẽtiſſi-
ma requiſitione nõ valent aut inueniri, aut per-
31 cipi. vt in .c. licet. ſup̄ eod. Et ꝓbabilis † igno-
rãtia ſemper debet eſſe excuſata. vt infra de cle.
excom. c. apoſtolicȩ. Et hæc opi. plus mihi pla-
cet, tanquam æquior & benignior. pro qua fa-
cit tex. noſter in fin. qui ſolum videtur velle
punire mailitam & negligentiam, & ipſam etiã
negligentiam, minus quam malitiam. ſ. punire.
Et præterea tex. in talibus vtentibus videtur
expreſſus quòd ignorantia excuſet. vt in .l. ma-
iorem. C. eod. Secundo collige ſimpliciter tàm
ex glo. 1. in prin. quàm ex glo. 2. iuncto tex.
quòd in ijs in quibus debet præcedere inquiſi-
tio & diligentia, præſumitur ſcientia & dolus,
ſi aliquid agitur quod habeat dubitationem &
ſuſpitionem delicti, quod veriſimiliter fuiſſet
actũ à diligente. Tertio not. ſingul. ex glo. no-
32 ſtra, bonam practicam † ad probandam dictam
diligentiam. facit quod not. glo. prealle. in .d.c.
dura. & glo. in ſimil. in .c. innotuit. ſup̄ de elec.
Et vide aliquid de ꝓbatione diligẽtiȩ per Bar.
in .l. ſi ea. C. qui accu. non poſſ. Et prædicta
etiam notabis, vt ſcias practicare, & articulos
formare ad excuſandum iſtos ſindicos, & con-
ſtitutos ad denunciandum maleficia. Si verò
vtens fuit in negligentia, non tamen in craſſa,
aut affectata, ſeu lata ignorantia; vt puta, quia
33 per ſe ipſum diligenter † quæſiuit, & non per-
pendit aliquam falſitatem; quia erat talis, quòd
niſi prudentiſſimus & ſubtiliſſimus potuiſſet
percipere, vnde ſi perquiſiuiſſet à talibus po-
tuiſſet ſcire & inuenire, ſed non perquiſiuit ab
alijs; vel ſi perquiſiuit, à doctorellis & parum
doctis; & hoc caſu talis punitur. Sed mitius pu-
niendus eſt, quam ſi eſſet in craſſa ignorãtia, vel
in dolo, et cum pœna, non ſit determinata, im-
ponetur pœna arbitrio iudicis. vt not. glo.
in ver. arbitrium. in .c. ſuper his. & ibi vide re-
miſſiones quas dedi, ſupra de accuſa. Et hoc
modo poteſt intelligi tex. cum dicit in fin. de
negligentia. Si verò ignorantia eſſet omnino
34 craſſa, † arbitror ꝙ puniatur pȩna de qua hic
in ver. qui verò. Et licet regulariter in delictis
35 lata culpa † non æquiparetur dolo, circa quod
vide Bar. in .l. ꝙ nerua. ff. depoſ. tamen quan-
tũ ad hoc ȩquiparabitur. vel melius dic, quòd
hoc caſu etiam mitius punitur, quàm ſi proba-
retur expreſſus dolus; quia hoc caſu punitur
pœna de qua hic in tex. Sed ſi eſſet in dolo, ita
quòd probaretur ſcientia, arbitror quòd de-
beret puniri grauiori pœna; vnde deberet puni
ri, tanquã ex crimine atroci; quia punitur vtẽs
36 falſis literis ſcienter † pœna .l. corneliæ de falſis,
ſicut fabricans. vt in .l. maiorem. & in .l. ſi falſos
.C. eo. tit. nam & vſu committitur verum fal-
ſum, vt ibi. & in .l. eos qui. §. fi. ff. eo. vt in eo
qui gerit ſe pro doctore, vel pro milite, cum nõ
37 ſit, & doctoreis † vel militaribus inſignijs vti-
tur, vt ibi. et etiam in eo qui gerit officium or-
dinari, cum non ſit. vt in .c. 1. & 2. infra de cle.
nõ ordin. miniſtr. Et hoc velle videtur tex. iſte
dũ diſtinguit neglig ẽtiam à malitia. vnde poſ-
ſet hoc modo intelligi tex. de negligentia craſ-
ſa; eſt enim differentia, quia quãdo adeſt ma-
litia, vel ſcientia, immediatè quis incidit in .l.
corne. de falſis, nec eſt locus pœnitentiæ; quia
38 iam delictum eſt † perfectum; ſed in ignorãtia
etiam craſſa, eſt locus pœnitẽtiæ, vt dicam infra
in ſexta quæſtione principali. Tu vide melius
ad hanc materiam quæ dicit .d.m. in .c. cũ vene-
rabilis. de excep. in glo. ſuper ver. licet autem.
vbi vide quid de falſitate actorũ. Sed quȩro iux
ta prædicta, quid de vtente alijs inſtrumen-
tis. Sol. Ia. Bu. in .l. 3. C. ſi ex fal. inſtru. vt re-
fert Bal. in .l. fi. C. eod. tit. allegat quoſdam te-
nere, ꝙ inſtrumentum falſum non poteſt pro-
duci ſine falſitate; quia producens videt, &
examinare poteſt ea quæ in eo ſcripta ſunt;
& ideò falſum committitur per .l. maiorem. C.
eod. Ego arbitror quòd hoc nõ ſit verum, & ꝙ
39 in hoc poſſit interuenire probabilis † ignoran-
tia, quȩ debet excuſare vt dixi ſupra. & ideò di-
cẽdum eſt in hac quæſtione vt ibi. Exemplum,
pone quòd Titius fecit fieri inſtrumentum fal-
ſum à Sempronio notario obligatoriũ Lucij,
moriuntur Titius & Sempronius, vel mortuus
eſt Titius, cui ſuccedit Meuius, qui reperit in
domo tale inſtrumentum obligationis, vigore
cuius agit; certè iſte eſt in probabili & iuſta
ignorantia; & ideò non debet puniri. vt in .d.
.l. maiorem. C. eo. Item quæro iuxta prædicta,
quid de vtente falſis teſtibus. an & quando ſit
puniendus. de quo articulo in .c. 1. ſup̄ eod. in
tertio articulo principali remiſi me hic dictu-
rum. Sol. dic, quòd quidam voluerunt in .l. 3.
.C. ſi ex fal. inſtru. quòd quando teſtis fuit cor-
ruptus pretio, non poſſit accuſari producens
de falſo; quia ne ſcit quid teſtis ſit dicturus; licet
ſecus ſit in inſtrumento, quod non poteſt pro-
duci



duci ſine falſitate; quia producẽs vidit ea, quȩ in
eo ſcripta ſunt. vt ſup̄ dixi. Tu verò dic ſecun-
dum Bar. & Bal. in .l. fi. C. ſi ex fal. inſtrum. quòd
aut eſt capitulatũ, aut non. Primo caſu, aut te-
40 ſtis eſt ꝓductus † ſuper capitulo vero, & prȩſu-
mitur pro producente, & ꝙ produxerit bona
fide, niſi probetur ſubornatio, ideſt inſtructio
teſtis, qui non interfuit negotio. Sed ſi inſtrue-
41 retur, qui interfuit, † reducendo ad memoriam
negotium prout plenè & apertè geſtum fuit, ad
hoc vt poſſet plenam dicere veritatem, non eſt
peccatum; imò ẽ conſilium, & cautela. vt dicit
Odoff. in libellis ſuis in tit. de ſena. conſult.
liboni. nec ex eo ꝙ teſtis interrogatus an fuerit
42 inſtructus, † dicat quòd non; eſt periurus; nam
intelligitur de illicita inſtructione, quæ habet
peruertere veritatẽ eius quod teſtis ſcit. Si er-
go ſuper articulo teſtis diceret falſum abſque
conſcientia capitulantis, nõ debet delictum te-
ſtis nocere producenti; cũ videatur productus
ad hoc vt verum dicat. Si verò pars facit arti-
43 culum falſum, † & producat falſum teſtẽ, tunc
tenetur vt producẽs falſum inſtrumentũ; nam
teſtis videtur produci ad probandum falſum ar-
ticulum, & inſtrumentum ad probandum quod
falsò continetur in inſtrumento. Quid autem
ſi aliquis bona fide produxiſſet vtrumq;, quod
poteſt contingere ſecũdum quod dixi in dua-
44 bus proximis præcedentibus. qq. quod ſit † re-
medium ſi poſtea appareat poſtea falſum, dic vt
dicã infra in .6. & vlt. q. princip. Circa quintam
quæſtionem principalem qua quæritur de pœ-
na vtentis falſis literis non per ſe, ſed per alios,
vt procuratores vel ſimiles, licet doct. nihil di-
cant, arbitror dici poſſe, quòd aut quis dedit
ſpeciale mandatum vt alter nomine ſuo vte-
retur, & diſtingue vt dixi in præcedenti quæ-
ſtione inter legitimam ignorantiam, ſeu leuem
culpam, & latam, ſeu dolum. Et idem etiam
dicerẽ de falſis inſtrumentis quod ſupra dixi in
prȩcedenti quæſtione. Et ad hoc faciunt ea quȩ
ſupra dixi in .2. q. principali; nam iſte princi-
45 palis ſic mandando, † & tradendo literas pro-
curatori, vel inſtrumenta, videtur illis vti, &
mandans videtur delictum perpetrare. facit .l.
ſi quis id quod. §. Item & qui. ff. de iur. omn.
iud. & .c. mulieres. & ꝙ dixi ibi, infra de ſen.
excom. vbi vide remiſſiones. Sed vtrum hoc
caſu mandatarius ſeu procurator teneatur, &
qua pȩna. arbitror dicendum, quòd ipſe tene-
46 tur ex vſu ſuo pœna † qua tenetur vtens, habita
diſtinctione de qua ſupra dixi; quia tex. no-
ſter ſimpliciter loquitur de vtentibus; vnde
debet ipſe diligenter & maturè conſiderare &
examinare antequam vtatur. & punitur in eo
minus leuis culpa & negligentia, quàm lata cul-
pa, ſecũdum quod dixi in præcedenti quæſtio-
ne. Et fortè eſt dicendum, quòd à negligentia
vel leui culpa excuſaretur propter mandatũ vel
præceptum, ſi mandatarius eſſet talis, qui tene-
tur obedire mandatori, ſecundum quod dicam
in .d.c. mulieres. et maximè ſi mãdans eſſet vir
doctus, & pro bono & legali reputatus, quo ca-
ſu etiam magis excuſaret mandatarium. Et ex
prȩdictis etiam infero, ꝙ ſtant iſta ſimul, quòd
in mandante aliquod delictũ ſit acrius punien-
dum, quàm in mandatario; imò mandans ſit pu
47 niendus † acriter, & mandatarius nullo modo;
vt in caſu noſtro, ſi mandans ſciebat literas eſſe
falſas, & mandatarius adhibita omni diligentia
non potuit percipere falſitatẽ. Poſſet etiam hoc
contingere econtra, ſi mandans adhibuiſſet de-
bitam diligentiã, nec percepiſſet; & mãdatarius
ſimpliciter eſt vſus ſciens ipſas literas falſas. Si
verò principalis nõ dediſſet ſpeciale mandatũ,
48 † ſed ꝓcurator literis vſus eſſet de ſe, nomine
principalis, nõ teneretur principalis; quia in ge
49 nerali † mãdato nõ venit delictũ. vt dicã in .d.c.
mulieres. Et idẽ arbitror dicẽdũ in mãdato de
vtendis alijs inſtrumẽtis, & in mandato de pro-
ducendis teſtibus, diſtinguẽdo an ſint nomina-
ti per principalẽ, vel non; & an principalis ſci-
uerit capitula formata vel non. et ſic limitando
& reſtringendo. vt dixi in fi. præcedentis. q. co
gitabis tamen circa prædicta, quia à doctori-
bus non tanguntur. Sed quæro circa prædictas
duas. qq. an quæ dicta ſunt in eis reſpectu litera-
rum apoſtolicarum, habeat locum generaliter,
50 ſiue literæ † ſint gratioſæ, ſiue ſint de ſimplici
iuſtitia. Sol. dic vt dicam in ſequenti .c. Circa
quintam queſtionem principalẽ qua quȩritur,
51 qua pœna puniantur fautores † & defenſores.
Tex. noſter in hoc videtur eſſe ſatis clarus, qui
vult quòd ſolum ſint excommunicati. Sed ad-
uerte, quia licet doct. nihil dicant, ego intelli-
go tex. in præſtantibus auxilium & defenſionẽ
patrocinando, intercedendo, procurando, ſcri-
bendo, allegãdo, vel operã dando ne capiantur,
& ſic de ſimilib'. Secus ſi directè ad ipſum actũ
falſationis præſtarent auxilium; nam hoc caſu
eſſent maiori pœna digni, tanquam ſocij crimi-
nis. vide quæ dixi in .c. excommunicamus. ſup̄
de hæret. & in .c. ad audientiam. verſ. 62. quæ-
ro, & ſequentibus in quarto membro ſeptimi
membri principalis, ſup̄ de homici. Circa ſex-
tam & vltimam queſtionẽ qua quæritur, quan-
do quis excuſetur ab vſu falſi per pœnitentiam,
dic, vt latè dicam in .c. ſeq. vbi expediam. Glo.
1. poteſt recitari per quæſtionem. Item poſſet
recitari per contrarium, quòd vtens falſis literis
ſine dolo, non ſit puniendus. In ea glo. in fi. dic
vt latius dixi in quarta queſtione principali. Gl.
2. opponit quòd ſufficit allegare ignorantiam,
& quòd non neceſſitetur quis illã probare, quia
52 præſumitur. † vt in .l. quoties. §. qui dolo. ff.
de proba. & ignorãtia à delicto falſi excuſat. vt
in .l. nec exemplum. C. eod. glo. ſoluit, quòd
quædam ſunt in quibus præcedere debet dili-
gens inquiſitio, & in ijs ignorantia non præſu-
mitur; vult tamen quòd probatio admittatur;
& ponit qualiter probetur; de quo dic vt dixi
ſupra in .d. 3. q. principali. Glo. 3. format quæ-
ſtionem, dic vt in ea. Glo. in ver. deprehenſi.
opponit quòd ſimpliciter deprehenſio in crimi
53 ne non ſufficiat, quia poteſt deprehendi † ciui-
liter, & tamen hoc non ſufficit ad cõdemnatio-
nem

nem criminalē. glo. fatetur contrarium, & limitat tex. In fi. glo. dic, habes ergo ex glo. quòd tex. procedit quando quis fuit deprehenſus, & conuictus criminaliter, ſecus ſi ciuiliter. Hoſti. hic ſentit, ꝙ qualitercunq; cōſtet de hoc crimine, ſiue per viam inquiſitionis, vt in .c. inquiſitionis. in prin. ſuꝑ de accu. ſiue ciuiliter, habeat locum tex. noſter, ita quòd ſpeciale ſit in falſario literarum Papæ ex mente huius literæ, dum dicit depræhenſi, quaſi ſolum velit denotatare facti euidentiam. & ſequitur Io. An. & .d. Anto. D. m. cōcordando diſtinguit. Quòd aut loquimur in pœnis quæ infligūtur ipſo facto, & ſtatim intelligūtur inflictę cōmiſſo delicto; nec eſt vis qualiter fuerit actū; quia conſtitutio tūc ligat delinquentem, etiā omnino occultum. vt eſt glo. fin. in cle. 1. de hęre. dixi in .c. fi. ſupra de hæreti. Aut reſpectu pœnarum imponendarum per iudicem; & ſequitur opinio. glo. arg. .c. ſuper ijs. ſupra de accu. & no. per Inno. in .c. per inquiſitionem. ſuꝑ de elec. Nam diligentius veriſimiliter defendiſſet ipſam cauſam ſi fuiſſet actū criminaliter propter maius periculum. vt in. c. vbi periculū. de elec. lib. 6. Glo. ſuper ver. ita tradantur. eſt ſatis clara. Glo. ſuper ver. literas. format. q. & ipſam declarat, vt dixi in prima queſtione.

## Cap. penultimum. Accedens.

*SVMMARIVM.*

1 *Falſare literas de ſimplici iuſtitia, nemo præſumitur, nec punitur quis ſi comperta falſitate deſtitit illis vti.*

2 *Literæ tanto magis falſæ præſumuntur, quanto cū maiori difficultate obtinentur, & quanto magis præiudiciales ſunt.*

3 *Dolus non præſumitur committi pro modico.*

4 *Falſans literas apoſtolicas qualiter pandatur, remiſſiuè.*

5 *Beneficio priuatus ex illegitima cauſa reſtitui debet ad illud.*

6 *Fides nequaquam eſt violanda.*

7 *Iuramentum ſufficit ad probationem eorum quæ conſiſtunt in conſcientia.*

8 *Ignorantia tripliciter probatur, remiſſiuè.*

9 *Præſumptio fortior elidit aliam, & quando ambæ ſunt æquales ſe inuicem confundunt.*

10 *Concordia triplex huius capituli cum præcedenti affertur, & prima quæ eſt gloſſæ tenetur.*

11 *Falſis legibus, ſeu ſtatutis vtens nullo auctore habitis .l. cornelia de falſis aqua, & igni interdicitur.*

12 *Idem ſi legibus abrogatis vtatur.*

13 *Fallit ſi tales canones, vel leges tranſiuiſſent in priuilegium non ſubditi.*

14 *Fallit ſi canon, vel conſtitutio tranſiuiſſent in contractum.*
*Sublimita hāc limitationem in his qui ante correctionem non contraxerunt cum legislatore. ibidem.*

15 *Fallit ſi allegetur non vt faciat ius, ſed vt habeatur ipſius notitia.*

16 *Fallit ſi allegaretur in ratione ipſius, quæ ratio non eſſet ſublata.*

17 *Fallit ſi allegaretur vt cognoſcatur cauſa, propter quam fuerit correcta.*

18 *Fallit ſi allegaretur, non vt approbarentur, ſed vt reprobarentur malè dicta.*

19 *Fallit in Principe, vel alio non recognoſcente ſuperiorem.*

20 *Fallit quando lex eſſet canonizata per Papam, quia licet ſit abrogata per Imperatorem, obſeruabitur in foro Eccleſiaſtico.*

21 *Fallit ſi allegaretur à compilatore noui iuris.*

22 *Fallit ſi allegaretur ad deciſionem cauſarum, quæ habent cauſam de præterito.*

23 *Fallit ſi allegaretur ad oſtendendum affectionem condentis.*

24 *Pœnitentia in foro conſcientiæ excuſat vtentē falſis legibus dūmodo reſarciatur damnū tertij.*
*Intellige tamen ſi talis habet facultatem reſarciendi ibidem.*

25 *Aduocati debent eſſe cauti vt cauſas iuſtas aſſumant, ac legitimè defendant.*

26 *Pœnitentia non quò ad conſcientiam, ſed quò ad ius humanum non excuſat vtentem falſis legibus, quia cum præſupponatur dolus in vtēdo, delictum dicitur conſumatū, ideò non admittitur pœnitentia.*

27 *Coniecturis non eſt opus in claris, ſed in incertis.*

28 *Facti ſui quilibet præſumitur certus.*

29 *Pœnitentia excuſat abſtinentem ab vſu falſarum literarū, ſi probet ſe fuiſſe in iuſta ignorantia.*

30 *Ignorantia iuris non excuſat.*
*Fallit quando eſt iuſta. ibi.*

31 *Falſi non tenetur qui allegat dictum Doctoris pro vero, ſicuti cōmuniter habetur, quod tamen eſt falſum.*

32 *Iudicare tenemur de neceſſitate ſecundum conſtitutiones, non autem ſecundum authoritates Doctorum.*

33 *Falſi non tenetur qui allegat aliquam conſtitutionem, quæ nō reperitur in corpore iuris, tamen in commentarijs Docto. communiter ita allegata reperitur.*

34 *Culpa lata non æquiparatur dolo in delictis, ſi exigunt dolum, niſi aliud reperiatur expreſſum.*

35 *Falsò allegans extrauagantem, quæ vel numquam fuit edita, vel ſaltem abrogata, non incidit in pœnam falſi. Fallit vt infra nu. 37.*

36 *Si tamen iſte etiam produceret falſam extrauagantem, per vſum puniretur .l. corn. de falſis, nec eſſet locus pœnitentiæ, ſi ſcienter produxiſſet.*

38 *Pœnitentia an, & quando excuſet ab vſu falſarum literarum.*

39 *Pœnitentia ſera quæ dicatur.*

40 *Pœnitētia excuſat ab vſu falſarum literarum quò ad conſcientiam.*

41 *Quò ad pœnam temporalem non excuſat pœnitentia, quando quis illis vtitur ſcienter, ſiue ſin gratiæ, ſiue iuſtitiæ.*

42 *Pœnitentia excuſat à pœna .l. cor. falſis literis vtētem ignoranter.*

43 *Pœnitentia an, & quando excuſet ab alijs pœnis vtentem ignoranter falſis literis.*



44 *Pœnitentia an excuſet vtentem falſis literis inferiorum.*

45 *Pœnitentia an, & quando excuſet vtentem falſis inſtrumentis.*

46 *Pœnitentia an, & quando excuſet vtentem falſis teſtibus.*

47 *Aduocati cauti ſolent proteſtari quòd non intendunt vti teſtibus, niſi inquantū verum dicāt, quia per hoc excuſantur à pœna vſus.*

48 *Falſis teſtibus vtens, ne poſſit poſtea probare errorem, cautela eſt, vt proteſtetur cōtra ipſum ab aduerſario, quòd intēdit accuſare eum de falſo, ſi vtatur dictis teſtibus.*

ACCEDENS. Non præſumitur
1 quis † falſare literas de ſimplici iuſtitia; nec punitur ſi hoc comperto deſtitit illis vti. diuiditur in duas. Primo ponit quæſtionem. Secundo prouiſionem. ſecunda ibi, fraternitati. Primo no. quòd literæ de ſimplici iuſtitia. tanquam parum præiudiciales, & quæ de facili obtinentur, in dubio non præſumuntur falſatæ per producentem: Nec præſumitur quòd vtens fuerit illis vſus ſcienter. Si modò reperta veritate ab vſu deſiſtat. & de hoc in glo. 1. in princ. Secundo not. quòd tantò magis præſu-
2 muntur literæ falſæ, † quātò cum maiore difficultate obtinentur, & quantò magis ſunt præiudiciales. Quinimò iudex cui præſentantur literæ prohibitę debet illas auferre de manibus tenentis, et dare principi. vt no. glo. in .c. paſtoralis. ſuꝑ de fi. inſtru. & eſt tex. in .l. ſicut. c. de paga. & eo. ſacrifi. traditur per Cyn. & Ia. de Are. in .l. iubemus. C. de proba. Et ſi ex toto non ſunt contra ius, ſi tamen aliàs continent iniquitatem, iudex non debet ſtatim exequi; ſed debet expectare ſecundam iuſsionē. vt ſuꝑ de offi. dele. ſi quando. et in authen. vt nul. Iudi. in .§. ſi verò. Tertio not. quòd pro mo-
3 dico † non præſumitur quis ſcienter falſaſſe literas apoſtolicas; nam vt dicit glo. 1. pro modico non præſumitur commiſſus dolus. Et hoc facit ad ea quæ nò. in .c. 1. ſuꝑ de præſump. Quarto not. quòd propter falſationem litera-
4 rum apoſtolicarum, debet quis priuari † officijs & beneficijs; Quod tamen intellige & diſtingue, vt dixi in .c. præcedenti. Vltimo not.
5 quòd priuatus † beneficio ex illegitima cauſa, debet reſtitui ad illud. Glo. 1. in princ. colligit not. ex tex. & fuit ſatis declarata ſuꝑ in not. Deinde in ver. ſi tñ, ſentit .q. & ſol. formando etiam vnum cōtrarium, quod ſoluit. In eadem glo. ibi, pro modica re. dic, vnde dicebat Iulius
6 Cæſar, quòd iuſiurandum aut fides † nequaquam violanda eſt; Sed ſi violanda eſt; regnandi cauſa violanda eſt. In eadem glo. ibi, per iuramentum, not. quòd vbi venit aliquid probandum conſiſtens in mera conſcientia, ad-
7 mittitur probatio per proprium † iuramentum glo. allegatur pro ſingulari Inſti. de actio. in .§. aliæ, Sed tu vide multa iura allegata per me in .c. ſignificaſti. ſuꝑ de homici. Item dic, quòd probabit ignorantiam, ſi probat quòd adiuit & conſuluit peritiores; vt dictum fuit in .c.
8 præced. Et vide tres † modos bonos probandi ignorantiam, quos poſui in .c. ſuper his. ſuꝑ de accuſa. In fin. glo. dic, quòd ex diuerſitate factorum, ex quibus oriuntur præſumptiones, vna tanquam fortior elidit aliam; Et ſi ſint
9 ęquales, † inuicem ſe confundunt; Et ex circunſtantijs iudex arbitrabitur quæ dicatur fortior. Facit quod not. in .c. literas de præſum. & in .c. tranſmiſſæ. ſuꝑ qui fi. ſint le. Glo. fin. format contrarium, & ſoluit. In eadem glo.
10 in fin. dic, habes ex glo. vnam † ſolutionem ad .c. præcedens. Hoſtien. verò ſoluit ſecundo modo, videlicet ꝙ .c. præcedens habeat locum quando quis ſcienter vſus eſſet literis apoſtolicis. Sed tex. noſter habet locum quādo ignoranter. Hęc ſolutio non placet .D. m. & bene; quia ut dictum fuit in .c. præced. ibi non ſtatur ſimplici allegationi ignorantiæ, hic ſic. Vnde datur tertia ſolutio, quòd infra viginti dies quis poteſt deſiſtere ab vſu; & ſic fuit hic; quia ſtatim deſtitit. Sed hęc ſolutio non videtur bona; primo quia hic tex. videtur ſimpliciter velle, quòd etiam ſi longo tēpore vſus fuit, ſi modo ſtatim poſtquam cognouit illas eſſe falſas deſtitit, non tenetur. Et tex. in .c. dura. ſuper qua videtur fundari dicta tertia ſolu. loquitur in termino dato ad reſignandum literas falſas. Vnde dicit .D. m. tenendum eſſe ſol. glo. Sed tu aduerte, quia in .c. præced. in .6. q. principali, remiſi me hic dicturum, quando pœnitentia excuſet ab vſu. Vnde vt habeas plenè hunc articulum, diſtinguo ipſum in quinque principales quæſtiones. Prima eſt, quid iuris in vſu falſarum legum. Secunda, quid iuris in vſu falſarum literarum apoſtolicarum. Tertia, quid iuris in vſu falſarum literarum inferiorum. Quarta, quid iuris in vſu falſorum inſtrumentorum. Quinta, quid iuris in vſu falſorum teſtium. Circa primam, debes ſci-
11 re, quòd vtens falſis legibus † ſeu conſtitutionibus, & per conſequens etiam falſis ſtatutis nullo auctore habitis .l. corne. de fal. aqua & igni interdicitur; vt eſt tex. in .l. fi. ff. de fal. & in .l. 1. §. falſi .C. de iuſti. cod. confirm. Et aduerte, quia vt dicit glo. in .d. l. fin. & Bart. ibi, dum dicit tex. nullo auctore, intelligitur, ſiue conſtitutio nunquam fuerit facta; ſiue fuerit facta, ſed eſt correcta. Et dicit ibi Bar. quòd illa glo. facit contra illos qui allegant apoſtillas, & dicta, tanquam aliquorum doct. quæ tamē nunquam ſunt reperta; Secus quando publicè diceretur ꝙ eſſent dicta talis doct. nam tunc excuſaretur allegans. Et not. bene quòd tex. in .d. l. fin. dicit, falſis conſtitutionibus; quia ſecus eſſet ſi non eſſet falſæ: quanquam eorum auctores ignorarentur; quia tales benè poſſunt allegari ſine periculo .45. diſt. in .c. fin. aliàs eſt .c. penult. vbi gloſ. fin. & Archid. & in .c. 1. ſuꝑ de fri. & malef. in .c. ſanctum. de conſe. diſt. 4. & in .c. multæ. in

prin. 1. q. 1. Et ſic etiam patet ex prædictis,
quòd legibus ſeu conſtitutionibus abroga-
12 tis † vel correctis, non poteſt quis vti; Et
quòd dicitur quis vti, eo ipſo, quòd allegan-
tur in deciſionibus cauſarum; nam tales le-
ges abrogatæ, ſeruandæ non ſunt. 26. d. c.
.1, 36.q. fi. c. fi. no. glo. in .c. 1. ſup̃ de conſti.
& .4. diſt. c. 4. & quaſi per totum. & ſupra in
prohe. & in .l. 1. C. de lati. lib. tol. Et alle-
gans tales conſtitutiones correctas, punitur
pœna falſi vt dictum eſt. & probatur in .d.l.fi.&
in .l. 1. & .l. eos. & .l. diuus. eod. tit. & in alijs
iuribus. ſup̃ allega. & in .l. fin. §. hoc autem
quod ab initio. C. de ve. iur. enucle. Et quia
eo ipſo quòd allegantur ad deciſionem, deli-
ctum videtur conſumatum; nec videtur habe-
re locum pœnitentia. de hoc tamen ſtatim la-
tius dicetur. Sed aduerte, quia contra id
quod dixi quòd non eſt licitum vti, aut allega-
re conſtitutiones correctas; obſtat .c. nouit. ſup̃
de iudic. & in auth. vt cum de app. cog. in prin.
cum multis ſimil. Vnde vt habeas plenè hunc
articulum ſub compendio, dic quòd ſi ſunt con-
ſtitutiones in iure ſcriptæ, poſſunt allegari. vt in
.d. c. nouit. & de conceſ. præben. in .c. autho-
ritate Martini. lib. 6. not. Bar. in .l. 1. ff. de
coniu. cum emanc. libe. & in .d. l. fin. eod.
Si verò non ſunt in iure deſcriptæ, non poſſunt
allegari regulariter, tanquam pro iure. vt in iur.
13 primo loco allega. Fallit primo, † ſi ſtales cano-
nes, vel leges tranſiuiſſent in priuilegium non
ſubditi. vt not. Inno. in .c. nouit. ſup̃ de iudi.
Archid. 11. q. 1. in .c. quicunq;. Et ratio eſt,
quia non poteſt fieri abrogatio in præiudicium
illius in cuius priuilegium factum fuit. Facit .l.
perfecta .C. de donat. quæ ſub mo. Et hoc
idem tenet .D. m. in . d. c. nouit. & .d. Ant.
in .c. 1. ſup̃ de conſti. Facit etiam quod ſtatim
14 dicam in ſequenti fall. Secundo fallit, † ſi canon
vel conſtitutio tranſiſſet in contractum; quia
tunc poſſet allegari, tanquam non potuerit re-
uocari. Facit quod ſtatim dixi in præced. fall.
& quod. no. in .c. 1. de proba. & Bart. in .l. hi
qui .ff. de iur. immu. & in .l. quod ſemel. ff. de
de decr. ab or. faci. & quod tradit Bart. in .l.
omnes populi .ff. de iuſti. & iu. & ibi doct. & in
.c. 1. de conſti. lib. 6. D. m. in .c. nouit. ſupra
de iudi. Aduerte tamen, quia iſtę fallẽtiæ non
videntur propriè fallẽtiæ; quia propriè non vi-
detur allegari lex, ſeu cõnſtitutio correcta. In-
tellige tamen, quòd prædicta fallẽtia habet lo-
cum reſpectu eorum cum quibus conſtitutio
tranſiuit in contractum; aliter ſecus. Exem-
plum, ſtatuit hæc ciuitas, quòd quicunq; fo-
renſis venerit ad habitandum, gaudeat priuile-
gio quadraginta annorum; & immunis ſit à mu
neribus perſonalibus & realibus; & quid ſimi-
le; aliqui venerunt ad habitandum; deinde
hæc ciuitas corrigit dictum ſtatutũ; certè à fu-
turis poſtea venientibus non poteſt allegari;
ſed ab ijs qui iam venerunt poteſt allegari. Fa-
cit quod dicam. infra in. 10. fal. Tertio fallit,
15 ſi † allegaretur non vt faciat ius, nec vt cauſa
decidatur ſecundum conſtitutionem allegatam;
ſed vt habeatur ipſius notitia. vt no. glo. in ver.
quicunq; in. d. c. nouit. & ſequitur Inno. & doct.
Facit .c. Fuerunt .7. diſt. & C. de cadu. tol. in .l.
.1. §. ſi verò. Ia. de Belui. in .l. 2. C. de no. cod.
compo. Facit .37. diſt. c. legimus. & .d. Flo.
in .l. 1. in princ. ff. ad .l. aquil. Facit etiam ꝙ
16 dicam. infra in. 5. 6. & 8. fal. Quarto fallit, † ſi
allegaretur in ratione ipſius, quæ ratio non eſ-
ſet ſublata; no. glo. in .d. c. nouit. & ſequitur
ibi Inno. & D. m. & probatur ibi. Facit .l. eas
.ff. de capi. di. & .c. quicunq; .11. q. 1. Secus
ſi etiam eſſet ſublata ratio. vt not. in .l. 1. de
lat. libe. tol. & ibi Bald. & .d. An. in .c. 1. de
17 conſtitu. Quinto fallit, † ſi allegaretur vt co-
gnoſcatur cauſa propter quam fuerit correcta;
not. glo. 1. 7. diſt. in .c. fuerunt. Facit .d. l. 1.
C. de lati. lib. tol. & quod ſtatim dixi in tertia
18 fall. Sexto fallit, † ſi allegaretur non vt appro-
barentur, ſed vt reprobarentur maledicta. vt
19 .d. c. legimus. 37. diſt. Septimo fallit † in prin-
cipe, vel alio non recognoſcente ſuperiorem,
qui poteſt arguere per .l. abrogatam. vt .l. 2.
.C. de conſtit. pecu. & Io. Andr. in .d. c. no-
uit. per illum tex. ſecundum vnum intellectum.
& .d. Ant. in .c. 1. ſup̃ de conſti. glo. in ver.
componat. .12. q. 2. in .c. cum deuotiſſimam.
20 & ibi Archid. Octauo fallit, † quando lex eſ-
ſet canonizata per Papam; quia licet ſit abro-
gata per Imperatorem, tamen in foro eccleſiæ
remanet eius effectus; quia cenſetur lex Pa-
pæ. vt eſt tex. coniuncta glo. in ver. capitali. 2.
.q. 1 .c. in primis. Et ponit .D. m. in .d. c. no-
uit. Facit quod dixi in .3. 5. & 6. fall. Et idem
arbitrarer è conuerſo in lege poſitiua ſummi
Pontificis, recepta & incorporata per Impera-
torem; quia licet per Papam corrigeretur, poſ-
ſet tamẽ allegari in foro ſęculari in terris ſubie-
21 ctis imperio. Nono fallit, † ſi allegaretur à no-
ui iuris compilatore, vt in prima conſtitutione.
C. Vel vt robur daret nouo iuri. poſuit. d. An.
in .c. 1. ſup̃ de conſti. Archid. in .c. fi. de offi. le.
22 lib. 6. Decimo fallit, † ſi allegaretur ad deci-
ſionem cauſarum quæ habuerunt cauſam de
præterito, ſcilicet tempore quo leges corre-
ctæ vigebant; Exemplum, dicit conſtitutio,
ꝙ extantibus maſculis filia fœmina non ſuc-
cedat; vel filia dotata non ſuccedat; moritur
vnus relictis filijs maſculis, & fœmina; ſeu fœ-
mina dotata; deinde corrigitur; poſtquè ſuc-
ceſſio applicatur ad actum; certè poteſt alle-
gari ad deciſionem ſucceſſionum de præterito.
vt in authen. vt cum de app. cogno. circa prin.
& tenet Archid. in .d. c. fi. & .D. m. in .d. c. 1.
& Iac. de Belui. in brocar. & in .l. 2. de no. cod.
confir. & ibi etiam Bald. & Bart. in .l. fin. ff.
eod. Quod tamen limitat Bald. niſi ſtatutum
vel lex noua corrigens antiquam, expreſsè di-
ſponeret quòd haberet locum tàm in præteri-
ritis, quàm in futuris; nam tunc non poſſet al-
legari. Sed quantum effectum habeat dicta
clauſula ꝙ extẽdatur etiam ad præterita, dic vt
traditur in .c. fin. ſup̃ de conſti. & in .c. cum tu.





ſup̃ de vſu. & vidè quod ibi dixi. & ſupra in
23 fin. ſecundæ fall. Vndecimo fallit † ſi allegare-
tur ad oſtendendum affectionem cõdentis. 11.
.q. 1. in .c. quicunq;. in glo. Sed reuertendo
ad principale propoſitum qualiter, an, & quan-
do, pœnitentia excuſet, licet doct. non tan-
gant; tamen arbitror ita dicendum; quòd in
caſibus in quibus ſumus in regula, ita quòd al-
legans incidat in falſum, Quòd aut nos loqui-
mur, quò ad ius diuinum, et quò ad conſcien-
24 tiam; † & ſemper eſt locus pœnitentiæ. vt not.
in reg. pactum. de reg. iur. lib. 6. & in epiſto-
la inter claras .C. de ſum. trini. Dummodo ſi
ille qui allegauit, fuit cauſa, quòd propter
talem allegationem aliquis amiſit cauſam ſuam,
reſtituat ſeu reſarciat illi damnum; quia aliàs
non videtur remitti peccatum. vt in .d. regu.
peccatum. Dummodo habeat facultatem re-
ſtituendi & reſarciendi. Aliàs autem ſi fa-
cit quod poteſt, excuſatur. vt traditur in .d.
regu. peccatum. Deberet tamẽ etiam pœnitere
quòd non poſſet reſtituere. Et ideò aduocati
25 debent eſſe cauti, † vt cauſas iuſtas aſſumant, &
legitimè defendant, & arguant. Aut nos quæ-
rimus quò ad ius humanum; & hoc caſu ar-
bitror, quòd cum pœna falſi regulariter non
habeat locum niſi detur dolus, vt in .l. diuus
.ff. eod. & in .l. nec exemplum .C. eod. eo ipſo
quòd datur dolus in vtendo ſeu allegando, de-
26 lictum dicitur conſumatum; ideò † non ad-
mittitur pœnitentia. Facit .l. qui ea men-
te .ff. de furt. Et illud eſt clarum, quando ſu-
mus in caſu certo. Nec eſt hoc caſu neceſſe
expectare alium terminum infra quem pœni-
27 teat; quia in incertis † non certis locus eſt con-
iecturis. Et ideò hoc caſu cum allegans videa-
28 tur ſcienter allegare, & præſumatur certus † de
facto ſuo, & quia cum matura deliberatione vi-
detur venire ad allegandum, & in ea aſſumit of-
ficium magiſtri, meritò eo ipſo quòd vtitur fal-
ſis conſtitutionibus, incidit in pœnam falſi. vt
.d. l. fin. Si tamen ipſe reuocaret vſum, ad
29 hoc, vt à pœna ſe excuſaret, requireretur quòd
ipſe probaret iuſtam ignorantiam; quæ tamen
in rei veritate de facili nõ videtur poſſe probari,
cum conſtitutiones & .ll. ſint certę, & non præ-
30 ſumatur † quis illas ignorare. Si tamen iuſta
daretur ignorantia aliquo modo, non dubito
quin excuſaretur, ſi eo ipſo quòd quampri-
mum ſciret illas falſas pœniteret. Et aduerte,
quia ſi tu diceres poteſt figurari exemplum ſe-
cundum quod Bart. exemplificat in .d. l. fi. ff.
.eo. videlicet quando quis allegaret aliquem
doct. in apoſtillis ſeu addi. & communis opi.
erat inter doct. ſeu ſcolares quòd ita eſſet prout
allegabatur; & tamen falſum eſſet; nam ego
31 fortiter dubito an hoc dictum ſit † verum. Et
videtur attentari poſſe quòd talis non incidat
in pœnam .l. corne. de fal. quia .l. fin. loquitur
in allegante falſas cõſtitutiones. Sed inter con-
ſtitutiones, & doct. auctoritates longa eſt diffe-
rentia: quoniam ſecundum conſtitutiones iu-
dex neceſſitatur iudicare; ſed non ſecundum
opi. & auctoritates doc̃. quia illę nõ ſunt neceſſi-
tatis, ſed auctoritatis. Et non ſunt neceſſariæ
32 ſed † probabiles. vt probatur in .l. decernimus
.C. de ſacroſanct. eccle. et tradit Bal. in prohe.
feud. in tertia col. Facit inſti. de iur. natu. §.
reſponſa prudentum. In contrarium tamen fa-
cit quod not. in .l. damus .C. eod. vbi proba-
tur quòd ad hoc vt quis teneatur pœna falſi,
ſufficit quòd quis falſum fecerit; vel vſus fuerit;
licet illud quo vſus fuit nõ poſſet inferre, etiam
ſi verum eſſet, plenum præiudicium; quia ſatis
eſt quòd poſſit inferre aliquale præiudicium; &
quòd dolus cum falſitate acceſſerit. & hoc plus
mihi placet. Et ita intelligendo poteſt figura-
ri exemplum ſecundum quod ſupra dixi ſecun-
dum Bar. Item poſſet figurari exemplum in
allegante aliquam conſtitutionem, aut legem
quæ non reperirentur; tamen in cõmentarijs
33 doct. † communiter ita allegatæ reperiuntur,
fortè propter vitium & mendoſitatem ſcripto-
rum; Et maxime ſi allegans oſtenderet in ſuis
commẽtarijs ita allegatum eſſe; nec in illis ani-
maduerteretur aliqua macula. Et ſi tu diceres
quòd ipſe non debet excuſari, quia non debebat
ſtare illi allegationi, ſed debebat reuidere; fa-
teor hoc; ſed propter hoc non arguitur dolus,
ſed culpa; quæ etiam ſi lata eſſet, regulariter nõ
ſufficit ad pœnã .l. corneliæ de fal. Sicut eſt etiã
34 in reliquis delictis in quibus lata culpa † non
æquiparatur dolo, ſi exigunt dolum; niſi aliud
reperiatur expreſſum; nam ſi aliud reperiatur
expreſſum, tũc ſtamus expreſſo. Et ſi aliud di-
ceremus, ſequeretur abſurdum, quòd nullus eſt
ferè doctor, qui non poſſit dici incidiſſe in ta-
lem exceſſum, & talem culpam, etiam quãdoq;
latam; nam plerumq; propter occupationes,
vel ſimiles cauſas, ſcribentes vel allegantes, in
allegationibus ſuis propinant allegationes cor-
ruptas quales reperiunt; vt de ſpe. tradit Io.
An. in addi. ſpe. in tit. de ſucceſſio. ab inteſta.
ver. quid ſi aliquis. vbi dicit quòd ſpe. non præ-
meditatus queſtionem Alberti Galeot. quam
ipſe ibi recitat, corruptam propinauit, vt ha-
buit in commentarijs Alberti; quę ipſe vi-
dit eſſe corrupta. Et ſubdit Ion. Andr. terreor
quòd quandoq; illud idem mihi eueniat. Si
ergo tam clariſſimis & præſtantiſſimis do-
ctoribus quales fuerunt ſpecu. & Ion. And. id
quandoq; contigit, quid dicẽdum erit de alijs.
Sed aduerte, quia poſſet inſurgere dubitatio,
35 quid de eo qui falsò allegat extrauagantẽ † quæ
vel nunquam fuit edita, vel ſi fuit edita, fuit de-
mũ abrogata? Dubium facit, quia ad deciſio-
nem cauſarum non ſufficit allegare extrauagan-
tem. Sed neceſſe eſt quòd illa probetur, &
producatur; & quòd iuri ſit conſona; & ha-
beat qualitates de quibus dixi in .c. paſtoralis.
ſup̃ de fid. inſtru. & no. & latè etiam dixi in .c.
.1. ſup̃ de re iudi. & traditur in .l. cum prolatis
.ff. de re iudi. Si ergo ſola allegatio non ſuffi-
cit, ergo non videtur quis propter hoc in fal-
ſum incidere, ſi aliàs non vtitur. In contrarium
tamen facit, quia tex. in .l. fi. ff. eod. vult, quòd

ille qui allegat conſtitutiones quæ nunquam
fuerunt editæ, incidat in pœnam falſi; ergo
fortius hoc idem dicendum videtur in caſu no-
ſtro. Sed hoc arg. non videtur obſtare; quia tex.
in. d.l. fina. poteſt intelligi de conſtitutioni-
bus quæ allegarentur vt clauſæ in corpore iu-
ris & compilatæ, quarum ſola ſufficit allegatio.
Vnde ſicut non incidit in.l.cor.de fal. qui men-
dacium dicit in iudicio; niſi mendacem ſeu fal-
ſam probationẽ faciat, aut inducat; ita & hoc
caſu videtur dicendum quòd iſte non incidat
in pœnam falſi. et hoc ſatis mihi placet, quia
ſola allegatio nihil probat. Si tamen iſte produ-
36 ceret falſam extrauagantem, per vſum † puni-
retur.l.corne.de fal. Nec eſſet locus pœnitẽtiæ,
ſi ſcienter illud feciſſet. Sed ſi ignorãter, & co-
gnita falſitate ſtatim pœniteret, & probaret
legitimam ignorantiam, vel veriſimilẽ, licet
culpa eſſet admiſſa, non puniretur pœna.l. cor.
de fal. Et aduerte, quia in ijs caſibus in quibus
37 non requireretur productio extrauagãtis, † de
quibus ego dixi in .d. c. 1. & .d. c. paſtoralis.
Idem dicerẽ quod dictum eſt ſupra de alijs con
ſtitutionibus. Et prædicta notabis an vera ſint,
quia non tanguntur per doct. Circa ſecundam
quæſtionem, an & quando pœnitentia excu-
38 ſet † ab vſu falſarum literarum, Hoſti. in ſum.
eod tit. §. 2. dicit, quòd in ijs in quibus vſu
committitur falſitas, quis ſe liberat à pœna ab-
ſtinendo; dummodo falſum non commiſerit.
vt. C. eod.tit. in .l. ſi falſos. Quod dicit etiam
habere locum in reſctiptis ſummi Pontificis.
Si tamen vtentes examinent diligenter prius
quam vtantur. vt dixi in .c. præced. quia aliàs
ſera eſſet pœnitentia. Eſt autem ſera pœniten
tia ſecundum aliquos, quando lis eſt conteſta-
ta, poſtquam quis falſitatem cognouit. argum.
39 .ff. de in iuſ. voc. in .l. quamuis. Alij † dicunt
ſeram pœnitentiam qualitercunque quis vſus
fuerit, poſtquam cognouerit falſitatem; argu.
tex. noſtri, & .c. inter dilectos. §. verum. infra
de exceſ. præla. Hoſti. verò in dicto loco dicit
ſeram pœnitentiã, vt ſtatim dictũ fuit. Subdit
tamen, quòd licet quis non fuerit vſus, ſerò pœ
niteret poſt viginti dies connumerandos à tem-
pore ſcientiæ; quoniam lapſis viginti diebus nõ
vitabit pœnam excõmunicationis; ſed ligatus
eſt. vt in .c. dura. ſup̃ eo. Quamuis aliqui intelli-
gant quod dicitur ibi de viginti diebus, & de
excõicatione, de ſentẽtia lata à Diœceſano. Et
de hoc intellectu dic vt ibi dixi. Quantum ve-
rò ad articulum noſtrum principalem ego ar-
bitror ita diſtinguendum, quòd aut loquimur
40 quò ad pœnitẽtialem † forum, & dic vt dixi in
præced. quæſtione in prin. Aut quò ad pœnã
temporalem. Et ſubdiſtinguo; Aut quis vtitur
41 ſcienter, † & non admittitur pœnitẽtia. Quod
intelligo, ſiue loquamur in literis gratioſis, ſiue
in literis de ſimplici iuſtitia; & hoc probatur
hic in tex. noſtro. Et aduerte, quia præſumi-
tur ſcientia impetrantis; quia præſumitur ꝙ
falsò impetrauerit; niſi ipſe exhibeat illũ à quo
recepit literas. vt in .l. maiorem .C. eod. Aut
ipſe vſus eſt ignoranter, & adhuc diſtinguo,
42 quòd aut quærimus quò ad † pœnam .l. corn.
de fal. quæ requirit dolum, aut quò ad alias pœ-
nas vt .c. dura. & .c. præced. Primo caſu dico,
quòd ſiue loquamur in literis gratioſis, ſiue in
literis de ſimplici iuſtitia, ſemper excuſatur; ſi
quam primum ipſe ſciuit illas literas falſas, ab
vſu illarum abſtinuit. Nec diſtinguo, an igno-
rantia fuerit craſſa, vel legitima; quia ſatis
eſt quòd probetur ignorantia, etiam licet ſit ſu
pina, & lata; nam ſatis eſt quòd non adſit do-
lus; quia in hoc caſu lata culpa non æquiparatur
dolo. Secus ſi quò ad pœnam imponendam
lex non exigeret dolum, ſecundum no. per Bar.
in .l. diuus .ff. eod. & ſtatim dicam. Et aduer-
te, quia hoc caſu videtur dicendum, quòd exi-
gitur quòd ipſe exhibeat illum à quò literas re-
cepit, ad hoc vt excuſetur ab vſu mediante
pnía. vt in .d.l. maiorem. in fi. Sed poteſt dici,
vt ibi dicit glo. quòd dum tex. ibi loquitur de
exhibitione, loquitur de vrbanitate, non de
neceſſitate. Vnde idem eſt qualitercunq; pro-
bet ignorantiam; licet ignorantia non eſſet ex-
cuſabilis. Eſt tamen maxima præſumptio con-
tra eum qui vtitur, quòd ſciuerit, & quòd falsò
impetrauerit, niſi exhibeat, aut probet quòd ab
alio acceperit. Secundo caſu quo quærimus de
43 alijs † pœnis .c. dura. & .c. præced. adhuc ſub-
diſtingue, quia aut vtẽs eſt in legitima & omni-
no excuſabili ignorantia, & tunc ſi quam pri-
mum ipſe perpendit falſitatem, abſtinet, excu-
ſatur. Aut non adhibuit diligentiam quam de-
buit; ſed ignorantia eſt craſſa, & ſic culpa eſt
lata, & hoc caſu ſubdiſtingue, quòd aut nos lo-
quimur in literis gratioſis, & dico ꝙ imme-
diatè poſt vſum non admittitur pœnitentia;
quia quò ad pœnas .c. præced. ſera eſt pœni-
tentia; vt ibi dicit tex. in prin. Et per conſe-
quẽs non eſſent expectandi viginti dies ſecun-
dum formam.c. dura. ſup̃ eo. Et ratio eſt; quia
tunc ius præſumit dolum; qui dolus præſum-
ptus in hoc caſu æquiparatur latæ culpæ. Sed
ſi adhibita fuit negligentia, & lata culpa, in lite-
ris de ſimplici iuſtitia, admittitur pœnitentia;
ſi quamprimum ipſe ſciuit, aut cognouit illas
falſas, abſtinuit. ita loquitur tex. noſter; quia
illa præſumptio quaſi doli, tollitur per aliam
vehementiorem preſumptionem de qua hic in
tex. & vt dicit hic glo. 1. Sed quantum ad .c.
dura. dicẽdum eſt, quòd licet abſtinuerit ab vſu
poſtquam ſciuit, & per conſequens non de-
beat puniri de vſu, ſi tamen illas non reſignaue-
rit infra viginti dies, punitur pœna de qua in
.d. c. dura. Et idem ſi per viginti dies non ad-
hibita debita diligentia retinuit; vnde poſt vi-
ginti dies ſera eſt pœnitentia in caſu illo. Et præ
dicta notabis, per quæ habes concordiam di-
ctorum iurium, & nouiſſima ſunt. Circa
44 tertiam quæſtionẽ, videlicet de pœnitẽtia † vtẽ-
tis falſis literis inferiorũ, arbitror dicendũ in
omnibus prout dixi in præced. quæſtione; Ni-
ſi in eo quod dixi de non adhibita diligentia,
& ſic de ſera pœnitẽtia quò ad pœnas .c. præce-
dentis



dentis, & quò ad pœnas .c. dura. quia in iſtis li-
teris non habent locum illæ conſtitutiones. Et
ideò quantum ad hoc dicendum eſt, vt dicam
in quæſtione ſequenti. Circa quartam quæſtio-
45 nem de vtente falſis inſtrumentis; † ſimiliter di-
ſtingue, Quòd aut loquimur in foro pœnitẽtia-
li, & dicẽdum vt dixi in prima q̃ſtione in prin.
Aut in pœna temporali; & diſtingue, quòd aut
ſcienter eſt vſus, & non admittitur pœniten-
tia; cum delictum ſit iam conſumatum. vt in .l.
qui ea mente .ff. de furt. & eſt tex. in .l. ſi fal-
ſos .C. eo. vbi tex. vult, quòd faciens falſum
inſtrumentum, non releuatur à pœna, licet no-
lit illo vti; & hoc de pœna reſpectu fabrica-
tionis. Secus de pœna ratione vſus, ſi nõ fabri-
cauit; quia remedium eſſet quòd deſiſteret ab
vſu. & dicit ibi Bal. quòd ille tex. non eſt alibi.
Si verò ignoranter vteretur, dic quòd aut igno-
rãtia eſt craſſa, aut excuſabilis; Primo caſu, Aut
loquimur de pœna.l.corn. de fal. quæ exigit do-
lum, vt in .l. nec exẽplum .c. eo. & poteſt pœni-
tere eo ipſo quòd poſtea ſciuit; Poſtea verò ſera
eſſet ſi vteretur, vt ſupra dixi in prima q̃ſtione.
Aut quærimus de pęna.l. cor. quaſi falſi, quę nõ
exigit verum dolum, ſed quaſi dolum, vel fi-
ctum dolum: & ſera admittitur pœnitentia, ſi
eſt in lata culpa. & ita loquitur .l. diuus. & ꝙ
ibi not. Bart. Et poſſunt figurari exempla in eo
qui vteretur teſtamẽto vel codicillis, in quibus
ſibi aſcripſit legatũ. & per alios modos de qui-
bus in .d.l. diuus. & in .l. 1. §. tutores .ff. eo. &
per totum titulum .C. de his qui ſibi aſcri. Aut
ignorantia eſt excuſabilis: vt puta, quia inſtru-
mentum non habebat apparens vitium. Et pri-
mus illud receperat ab antiquis ſuis, vel alio; &
tunc quàm primum ipſe cognouit, debet pœ-
nitere, & ab vſu abſtinere. facit tex. noſter. & ad-
de quæ dicam. infra in vltima quæſtione. Circa
quintam quæſtionem qua quæritur de vtente
46 falſis teſtibus, † ſimiliter diſtingue, quòd aut lo-
quimur quò ad forũ pœnitẽtialem, & dic vt di-
xi in prima quæſtione. Aut quò ad pœnam le-
galẽ; Et ſubdiſtingue, ꝙ aut ſcienter produxit,
& non ſubornauit vt falſum diceret: & ſi qui-
dem pœniteat antequam deponat, ſatis eſt, vt
arbitror. Non debet tamen ſtare in ſimplici pœ
nitentia; ſed debet reuocare expreſsè; & prohi-
bere illi vel illis ne falſum teſtimonium depo-
nãt. circa quod vide ꝙ dixi in .c. ad audientiã. in
quarto mẽbro ſeptimi articuli principalis. Si ve
rò depoſuerunt; fruſtra admittitur pœnitentia:
quia delictum iam eſt conſumatum. Et idem
cõcludo in omnibus alijs caſibus in quibus fal-
ſitas eſſet cõſumata in ipſo vtente. Sed ſi ſumus
in dubio, & bona fide quis produxiſſet vel fal-
ſos teſtes, vel falſa inſtrumenta: & poſtea appa-
reat falſitas, quod ſit remedium, & quæ cautela
adhibenda ne puniatur de vſu, dicit Bal. in .l.
fi. C. ſi ex fal. inſtrumen. quòd aut ipſe non in-
terrogatur an velit vti, & non tenetur; quia id
non eſt vti, ſed vſum eſſe: & eo tempore quò
vſus eſt, aderat bona fides. Aut interroga-
tur, & debet aduertere vt cautè reſpondeat;
ita quòd non poſſit ex verbis ſuis deprehendi,
quòd reputet falſum inſtrumentum, vel teſtẽ;
quia eo modo deformaret ſe, & alium poneret
in periculo: poſſet etiam de facili deducere Iu-
dicem in ſuſpicionem, quæ in talibus eſt valde
periculoſa: per .l. ſi aduerſarius. C. de fi. inſtru.
Vnde debet cautè reſpondere hoc modo; quia
non reputo mihi hunc teſtem, vel hoc inſtru-
mentum neceſſarium; ideò de ipſis non curans,
vſui cedo. Conſulit etiam Bald. quòd talia
potius faciat per procuratorem generalem,
quàm per ſe. Et intellige de procuratore gene-
rali cum libera; quia alius non poſſet cedere
teſtibus vel inſtrumentis productis, nec toti liti.
Et aduerte, quia quod dixi quòd ſi producens
abſtinet ab vſu excuſatur à pœna, eſt verum, niſi
procurauerit teſtem falſum dicere; ſecundum
Bar. in .l. diuus .ff. eod. per .l. ſi falſos .C. eod.
Et vide ad prædicta Bar. & Bal. in .d.l. ſi aduer-
ſarius. vbi volunt, maximè Bal. quòd cauti ad-
47 uocati † ſæpe faciant fieri iſtas proteſtationes;
quòd non intendunt vti teſtibus, niſi in quan-
tum verum dicant; quia per hoc excuſantur à
pœna vſus, ſecundum Bald. Dicit tamen Bart.
in .d. l. diuus. quòd iudex debet ſtatuere ter-
minum ad deliberandum, an velit vti illo in-
ſtrumento, vel atteſtationibus, vel non. ar-
gum.l. titia. ff. de accu. & .l. mancipiorum .ff.
de opt. lega. & ibi etiam vide practicam & cau-
telam ad hoc, vt vtens non poſſit poſtea pro-
bare errorem; videlicet quòd aduerſarius pro-
48 teſtetur † contra vtentem, quòd intendit, ſi vti-
tur inſtrumento vel teſtibus, accuſare eum de
falſo: quo caſu, aut talis deſiſtet ab vſu, & illis
nunquam adhibetur fides; aut non deſiſtet, &
tunc punietur, vt .l. ſi falſos .C. eod.

## Cap. vltimum. Ex conſcientia.

### SVMMARIVM.

1 *Raſura in loco non ſuſpecto non vitiat reſcriptum. & nu. 2.*
*Declaratur tamen diffusè nu. 8. cum ſeq.*
3 *Niſi, non ſtat exceptiuè quando non congruit præcedenti orationi.*
4 *Præſumptio probabilis eſt quæ concludit, & impellit animum ſapientis, & conſtantis, ad ſic credendum.*
5 *Doctori verecundia eſt dubitare vbi non eſt dubitandum.*
6 *Metus iuſtus eſt ille qui cadit in ſapientem, et conſtantem virum.*
7 *Obligare quis ſe poteſt ad pœnã perdendi beneficiũ.*
*Intelligitur hoc ad ſui præiudicium tantum, non autem ſui ſuperioris. & nu. 27.*
9 *Scriptum eſſe aliquid de manu alicuius deprehenditur pluribus modis.*
10 *Raſura non vitiat literas, quæ redditæ ſunt clauſæ ſecundum communem opinionem.*
11 *Sigillum in literis ſi deſtructum ſit, an vitietur; vide remiſſiuè.*
12 *Literis ſummi Pont. nemo, exceptis officialibus ad*

*hoc deputatis, addere, vel detrahere poteſt, etiam minimam literam, abſq; pœna excommunicationis ipſo facto incurrendæ.*

*Cuius abſolutio ipſi ſummo Pōt. eſt reſeruata. ibi*

*Poſſet tamen aliquis impunè eas lacerare, ibidē.*

13 *Abradens literas ſummi Pont. qua pœna puniatur. & nu. 26.*

14 *Falſificans acta perdit cauſam.*

15 *Dolus præſumitur in genere prohibitorum.*

16 *Raſura ſiue ſit in literis gratioſis, ſiue in literis de iuſtitia, quando faciat præſumi dolū contra producentem huiuſmodi literas. diſtinguitur.*

17 *Reſcripti verba diſpoſitiua generalia recipiunt intellectum à narratione ſpeciali.*

18 *Inſtrumentum, vt ei credatur, debet eſſe ſine aliqua ſuſpicione.*

19 *Præcedentia, & ſequentia declarāt media.*

20 *Raſuræ in loco ſuſpecto factæ debet fieri mentio in fine literarum, ad hoc vt valeant, ab eo qui eas confecit.*

*Nec ſufficit quòd in loco ſuſpecto litera videatur appoſita de manu ipſius. ibidem.*

21 *In interlineatura idem obſeruatur.*

*Stilusq́; notariorum talis eſt. ibidem.*

22 *Interlineaturæ an debeat fieri ſpecialis mentio in fine literarum, ſeu inſtrumenti, an verò ſufficiat generalis.*

23 *Notarij fortiter errant, qui in prothocolis, & originalibus in margine aliquam ponunt interlineaturam manu etiam propria.*

24 *Facere aliquid obſcurè, aut dubiè, & non facere paria ſunt.*

25 *Malitijs eſt obuiandum.*

28 *Renuntiare iuri ſuo quilibet poteſt.*

29 *Appellationi appellans an poſſit renuntiare, remiſſiuè.*

30 *Silentium imponere, an importet abſolutionem rei ſolum, an verò etiam adiudicationem actori rei de qua contenditur.*

EX CONSCIENTIA. Propter pau-
1 carum literarum raſuram † in lo-
co non ſuſpecto, reſcriptū nō pro-
batur falſum. hoc dicit. Diuiditur
in tres. Primo ponit reciſum prohemium. Se-
cundo diffinit obiectionis dubium, ibi, verum.
Tertiò obijcientem puniri mandat, ibi, vnde.
In tex. ibi, redargutæ falſitatis. dic ſecundum
Hoſtien. & Io. And. fortè per ipſum. R. à quò
petebatur ecclesia; & ipſe ſub pœna cauſæ, hoc
eſt ammiſſionis cauſæ, quæ erat de beneficio,
obligauit ſe ad probandum literas fore falſas.
et hoc dicunt doctores ſufficere pro caſu. No-
2 ta primo, quòd raſura † paucarū literarum nō
inducit probationem falſitatis; & de hoc la-
tius infra in glo. 1. Secundo not. quòd dictio
3 niſi, † non ſtat exceptiuè, quando non con-
gruit præcedenti orationi. Simile not. glo. 2. in
.c. accuſaſti. ſuþ de accuſa. not. Archid. 13.
.q. 2. in .c. placuit, & de conſec. diſtinc. 2. in
.c. in Chriſto. il. 2. et vide glo. in ver. niſi ex-
preſsè. in .c. 1. de reſcrip. lib. 6. & in cle. du-
dum. in .§. nos autem. de ſepul. Tertio not.
bonum tex. ad cognoſcendum quando præ-
4 ſumptio † eſt probabilis, & non temeraria; vi-
delicet quando eſt talis quæ concludit, & im-
pellit animum ſapientis & conſtantis ad ſic cre-
dendum; non autem quando eſſet motiua cu-
iuslibet leuis imperiti aut incōſtantis hominis.
Et probabilis dicitur ſimiliter probatio, quæ
mouere debet animum ſapientis & prudentis,
non imperiti, ad dubitandum. Et ideò vere-
5 cundia † eſt doctori dubitare, vbi non eſt du-
bitandum. vt not. glo. in .c. ſi beneficia. de
præben. lib. 6. nota. in .l. domicius .ff. de teſta.
& not. in .c. cum contingat. & ibi dixi, ſuþ de
reſcrip. Simile dicimus in metu, quòd ille dici-
6 tur iuſtus † metus qui cadit in ſapientem vi-
rum, non in hominem temerarium. Primum
probatur in .l. iſti quidem .ff. quod me. cau. &
vtrumque probatur. in .c. cum dilectus. ſuþ
quod me. cau. Vltimo not. quòd quis poteſt ſe
7 obligare ad pœnam † perdendi beneficium. Si-
mile in .c. cum dilectus. ſuþ de elect. Quod eſt
verum, quò ad ſui præiudicium. Secus quò ad
præiudicium ſuperioris, quia talem promiſſio-
nem poteſt ſuperior non acceptare. vt in .c.
admonet. & in .c. quod in dubijs. ſuþ de renun.
Glo. 1. in prin. eſt declaratiua; poſſet etiam
expediri per quæſtionem. Deinde format con-
trarium, & pro ſolutione remittit. In eadem
glo. ibi, cum olim, dic, & per illam decre. dice-
bat Io. quòd licet raſura vnius literæ non indu-
8 cat ſuſpitionem, tamen raſura † lineæ inducit
ſuſpitionem. Et idem dicit Hoſti. de raſura
multarū literarum. In fi. glo. dic, eſt ergo con-
cluſio glo. quòd raſura quæ ſit in oratione non
ſit ſuſpecta; quod tamen intellige vt ſtatim di-
cam. Hoſti. hic dicit, quòd raſura vnius literæ
inducit falſitatem in literis Papæ, qn̄ eſſent de
alia manu, quam illius cui commiſſum eſt offi-
cium; ſuper quo remittit ad not. in .c. ex lite-
ris. ſuþ de fi. inſtrumen. et in hoc reſidet hic
Io. And. & .d. Anto. Glo. verò in verſi. raſu-
ram tenuem, in .c. licet. ſuþ eod. concludit.
Quòd aut literæ ſunt præſentatæ clauſæ, aut
apertæ. Primo caſu non nocet raſura in quo-
cunq; loco ſit. Si verò literæ ſint apertæ, ſubdi-
ſtinguit: Quòd aut apparet facta ab eo qui illas
ſcripſit, & non ſunt falſæ; & hoc voluit etiam
Lau. cuius fuit prædicta opi. glo: qui voluit ꝙ
in quocunq; loco eſſet raſura, non obſtat;
dummodo ab eadem manu fuerit ſcripta; quod
9 plurimis modis † poteſt deprehendi; ex encau-
ſto, ſeu atramento, & ſpecie & forma literæ, &
alijs ſimilibus modis, ſecundum quod traditur
in .l. comparationes .c. de fide inſtrumen. & in
.l. ſi vnus .C. de teſta. vnde voluit idem Lau.
quòd etiam ſi in facti narratione eſſet raſura, &
cōſtaret quòd eſſet facta ab impetrāte, obeſſet.
vt ſuþ de reſcrip. c. ſignificāte. & .c. Rodulphus.
Si verò dubitaretur, non obeſſet; & ita intel-
lexit. d. c. ex literis. Quod tamē intellexit. d. glo.
in ver. raſuram tenuem, ſi modo non ſit in loco
ſuſpecto; ſecus ſi eſſet in loco ſuſpecto, quāuis
paucarum literarum raſura. & hoc qn̄ literæ
apertæ



apertæ ſunt; nam ſi clauſæ, tunc non obeſſet; vt
etiam voluit Lau. qui allegat. l. cancellauerat. ff.
de ijs quæ in teſta. dele. & quod not. in. c. inter
dilectos. ſupra de fi. inſtrum. & in. c. cum olim.
ſupra de off. deleg. & .d. l. comparationes. & .d. l.
ſi vnus. D. m. hic, concludit, quòd ſi raſura appa
ret facta ab officiali, non eſt dubium. Idem ſi
apparet facta ab impetrante; nam ex ſecundo
caſu pro modica quacunque ratione eſt falſa-
rius. vt in. c. licet. ſupra eod. Sed quando eſt in
loco non ſuſpecto preſumitur facta per officia-
lem. Sed in loco ſuſpecto per impetrātem, ſeu
vtentem. Et ideò talibus literis non adhibetur
fides. vtputa quando induceretur æquiuocatio
nominis, de quo eſt dubitatio. de quo not. in
d. c. inter dilectos. & .d. c. ex literis. Ego verò
diſtinguerem, quòd aut literæ ſunt redditæ clau
Cōm. op. 10 ſæ, aut apertæ. Primo caſu, † cōmunis * conclu-
ſio doct. eſt, vt patet ex ſupradictis, quòd nō præ
ſumuntur falſæ propter raſuram. Quod ego ar-
bitror limitandum, ſi modo litera nō eſſet, mul
tum difformis in loco raſuræ ab alia; alias ſecus.
et maximè ſi eſſet magna & notabilis raſura,
& eſſet in loco ſuſpecto, nec fieret aliqua men-
tio intus de illa raſura; quo caſu poſſet fortè tūc
præſumi, quòd ſigillum ſit adulterinum, & eſſet
notabilis ſuſpicio & rationabilis, ꝙ eſſet falsò
appoſitum. vel quòd fortè aliquo ingenio lite-
ræ eſſent diſſigillatæ, & raſura commiſſa, & po-
ſtea ſigillatæ. Sed ſi intus de eadem manu &
forma, & tinctura fieret mentio de raſura; ſecus
eſſet dicendum. de quo ſtatim dicam latius.
Quid autem ſi talis ſolum diſſigillaſſet, vel ſigil-
lum deſtruxiſſet. vide quod dixi poſt glo. in. c.
cum olim magiſter. ſupra de off. deleg. Secun-
do caſu, quando literæ eſſent præſentatæ aper-
11 tæ † diſtingue: Quia aut ſumus in caſu certo,
videlicet quòd eo modo, & cum raſura prædi-
cta emanauerint, & res eſt clara, qualiſcunque,
& quantacunque ſit raſura. et qualiter poſſet
hoc apparere, etiam apparebit ex infra dicen-
dis in fi. Aut ſumus in caſu certo, quòd ema-
nauerint non abolitæ, & non abraſæ, ſed ab im
petrante, & vtente ſunt abraſæ, & hoc caſu talis
punitur, qualiſcunque ſit raſura, & in quocun-
que loco, etiā non ſuſpecto; per tex. in. c. licet.
ſupra eod. dum dicit aliquid per raſuram tenuē
immutatur. Et dicit Hoſt. in ſum. eod. titu. §. 2.
ver. quinto. in fi. ꝙ hodie preceptum eſt, ꝙ in
literis Do. Papæ, nec in magno numero, nec
in modico, audeat quis manum apponere, etiā
literam vnicam, vel dimidiam, vel pūctum vni-
cum addendo, cancellando, diminuendo, com-
12 plendo, aut mutando; exceptis † officialibus,
quibus hoc permiſſum eſt; alioquin manum ap
ponens, ex canone lato in curia, ipſo facto ſen-
tentiam excommunicationis incurrit, quæ non
poteſt per aliquem citra ſedem apoſtolicam re-
laxari; & quòd difficillimè abſoluuntur tales ſi-
ne pœna. dixi poſt doct. in. c. ex literis. ſupra de
fi. inſtrum. Et quanquam quis poſſet totum re-
ſcriptum lacerare, ſi non vult ipſo vti; quia cui-
libet licitum eſt renunciare iuri ſuo. vt in. c. ſi
diligenti. ſupra de fo. compet. tamen hoc nō eſt
licitum, quia videtur alteri obeſſe. Aduerte ta-
men, quia arbitror dicendum eſſe, quòd ſi talis
dolo mutaret, abraderet, ſeu cancellaret, puniri
13 deberet pœna falſi, † & alijs penis quibus falſa-
tores literarum puniūtur; & quòd præſumere-
tur dolo feciſſe, ſi aliquid corrigeret, abraderet,
vel induceret, quod eſſet de ſubſtātialibus lite-
rarum, vel in loco ſuſpecto, & importante ali-
quod præiudicium non leue. & ita intellige. c.
licet. ſupra eod. Sed ſi extra ſubſtantialia, vel
circunſtantias neceſſarias abraderet, vel immu-
taret, vt in cognomine, vel agnomine, vel ſimil.
arbitrandum eſt, quòd potius per ſimplicitatē
videretur hoc feciſſe; vnde fortè non teneretur
pena. l. corn. de fal. eſſet tamen excommunica-
tus, vt dictum eſt, & carere debet omni cōmo-
do literarum. vt in. c. cum olim. præalleg. loqui-
tur tamen ille tex. in aperiente, & deſtruente
ſolum ſigillum. Sed ſatis placet, quòd non te-
neatur. d. l. corn. de fal. quia vt ſæpius dictū eſt,
non tenetur niſi vt doloſus. Sed quòd nō te-
netur amplius illis literis vti, probatur in. l. 1. ff.
de his quæ in teſta. dele. & idem dicit ibi Io. de
14 Imo. in falſante acta, † quia perdit cauſam. vt in
.l. in fraudem. §. quoties. ff. de iur. fiſ. Et idem
dicit Ang. in. d. l. 1. de diſſigillāte acta, quæ trāſ-
mittuntur conſultori; ſed non placet ibi Io. de
Imo. dixi in. d. c. cum olim. Fortiter tamē facit,
15 quia in genere prohibitorum præſumitur † do-
lus; vt not. in. c. 1. ſupra de præſump. ergo cum
etiam punctum & literam remouere, aut appo-
nere ſit prohibitum, ſi in contrarium operatus
eſt, preſumitur quòd dolo commiſerit. Sed ar-
bitror ad hoc poſſe reſponderi. arg. tex. in præ-
ceden. c. coniuncta glo. 1. quia poſtquàm idem
commiſſum eſt in loco nullo modo ſuſpecto, &
nihil importanti, præſumptio eſt, quòd ipſe po
tius per ſimplicitatem fecerit. res tamen non
eſſet ſine maximo dubio. & fortè ſi poſtea vte-
retur talibus literis, non eſſet ſine periculo pœ-
næ falſi; per tex. in. c. præced. & per not. in. l. di-
uus. ff. eod. Aut ſumus in dubio, & hoc caſu
16 diſtinguerem, quòd aut eſt raſura † in literis de
ſimplici iuſtitia, aut in literis gratioſis, quæ de
facili obtinentur; Primo caſu, arbitrarer quòd
ſiue ſit raſura in loco narratiuo, ſiue in loco
diſpoſitiuo, non præſumatur cōtra ipſum pro-
ducentem, vel vtentem, quòd fuerit facta raſu-
ra per eum; hoc probatur iudicio meo in præ-
ced. c. nam ibi præſumitur falſitas contra pro-
ducentem, vel vtentem talibus literis, donec
fuerit deprehenſa. Sed poſtquàm fuiſſet de-
prehenſa, ſi talis vteretur talibus literis, incide-
ret in penam; poſtquàm vſus eſſet ſciens illas
falſas; niſi aliquo modo poſſet excuſari, quòd
ipſe per ignorantiam, aut ſimplicitatem abra-
ſiſſet, vel abradi feciſſet, ſecundum quod ſtatim
dixi. Et ſi tu diceres, quod obſtat. c. præced. for
tè dici poſſet, quòd loquitur ille tex. in eo, qui
vteretur literis de iuſtitia, quas ſciebat nullo
modo impetratas eſſe; vel poſtquam pronun-
ciatum vel detectū eſt, quòd literæ eſſent falſæ.
Sed

Sed ſi ipſe arbitraretur propter talem raſuram,
quam feciſſet, vel fieri feciſſet, cum videatur nul
lius præiudicij, & non ſit facta in loco ſuſpecto,
literas non eſſe falſas, videtur, quòd poſtea vtés,
vtatur potius ex ſimplicitate. Si verò loqua-
mur in literis gratioſis, dico quòd ſi raſura
eſt talis, quæ poteſt inducere animum ſapientis
in ſuſpitionem falſitatis, habet locum. c. licet. ſu-
pra eod. ſiue raſura ſit notabilis, ſiue parua; & ſi-
ue ſit in oratione, ſiue in diſpoſitione; nã & quã
doque propter raſuram in narratione poteſt
inſurgere magna ſuſpitio; vtputa, quia verba
17 diſpoſitiua † ſunt generalia; quo caſu videntur
recipere intellectum à narratione: & fortè po-
tuiſſet eſſe narratio ſpecialis, ad quam refereba-
tur diſpoſitio, & ſic ſpecialiter intelligebatur; vt
in. c. inter dilectos. verſi. cæterum. ſupra de fi.
inſtru. & Inſtit. de inut. ſtipu. §. præterea. Facit
quod in ſimili dicimus in ſecuritate concesſa
ſimpliciter ad petitionem alicuius. de quo per
. d. m. in. c. ſi. ſupra de treu. & pac. & per Bart. in
. l. 1. ff. ad. l. iul. ma. Secus ſi narratio eſſet gene-
ralis; quia tunc videtur magis generaliter intel-
ligenda; niſi aliud obſiſtat. facit. l. aurelius. §. ſti-
cho. ff. de libe. leg. & . l. ſi defenſor. §. qui inter-
rogatus. ff. de interr. act. Et pro primo dicto vi-
de tex. in. c. cum venerabilis. ſupra de reli. do. Et
idem dic qualiſcunque ſit raſura, ſiue magna, ſi-
ue parua; etiam vnius, vel duarum literarum;
dũmodo illa talis litera abraſa, vel inducta, poſ-
ſet inducere ſapientis animum ad ſuſpitionem;
vt in. d. c. cum venerabilis. & in. c. inter dilectos.
de fi. inſtru. nam ad hoc vt credatur inſtrumen-
18 to, † neceſſe eſt, quòd ſit ſine aliqua ſuſpitione;
vt in. l. ſi. C. de edic. di. Adri. tol. & in. c. cũ adeo.
& in. c. ad audientiam. ſupra de reſcrip. Prędicta
tamen limita ſecundum glo. not. in. d. c. cum ve
nerabilis. ſi modò per alia quæ appoſita ſunt
in dictis literis non raſa, nec abolita, nec ſuſpe-
cta, non appareret veritas raſuræ; ſecus ſi appa-
reret. Idẽ dicẽdum eſſet de alijs inſtrumẽtis. Et
poteſt apparere, quia idem nomen ſæpius recẽ-
ſeretur in principio, medio, & fine literarum,
vel inſtrumenti: & narraſſet in diuerſis locis; nã
licet id eſſet de ſubſtantialibus, & quod præiudi
cium principalis tangeret, tamen quia non eſt
raſum niſi in vno loco, nõ eſſet ſuſpectum; quia
poteſt ex alijs faciliter deprehendi, quòd raſura
fuit facta ab illo, qui ſcripſit literas, vel confecit
inſtrumẽtum. Facit quod no. in. c. cum. I. & . A.
19 ſupra de re iud. & quia per præcedentia, † & ſe-
quentia intelliguntur media. no. 18. diſtin. in. c.
peruenit. & in. l. ſi ſeruus pluriũ. §. ſi. ff. de leg. 1.
cum ſimil. Sed ſi hoc non appareret, cautela
eſt, quòd de raſura in loco ſuſpecto facta, de-
beat idem confector literarum, vel in fine facere
mentionem. Nec ſufficit, ꝙ in loco ſuſpecto li
20 tera videatur appoſita de eadem † manu; vt no.
ſingular. glo. fin. in. d. c. cum venerabilis. &
idem tenent ibi doct. Et idem dicendum eſt de
interlineatura quæ fiet inter margines, vt not.
Archid. 35. q. 9. in. c. loci. §. his ita. & pro hoc
tex. in. l. in fraudem. ff. de teſta. milit. & ibi hoc
tenet Bar. & optimè Bart. in. l. 1. verſ. & ideo. ff.
de his quæ in teſta. del. facit etiam. l. 2. & . l. can-
cellauerat. eo. tit. Et ideò hodie habet commu
nis ſtilus notariorum, quando raſura, vel interli-
21 neatura † eſt facta in loco ſuſpecto, vt dicit Bart.
in. l. diuus. §. item ſenatus. & . §. idem in filia. ff.
eod. quòd ſubſcriptio notarij atteſtantis de in-
22 terlineatura debet eſſe † ſpecialis, nõ generalis.
& ita conſuluit in. l. 1. ver. & ideò. ff. de his quæ
in teſta. dele. & voluit ibi Dy. per illum tex. quẽ
dicit non eſſe alibi. Et licet ille tex. loquatur in
vltimis voluntatibus, tamen idem volunt doct.
in cõtractibus inter viuos. Facit. l. pactum. ff. de
pact. & Inſtit. de le. fuſi. cani. toll. in fin. Et hoc
etiam voluit Oldr. & Ray. in. d. l. 1. & Guil. &
in. l. 1. §. ſi roſæ. ff. de bono. poſſeſ. ſec. tabu. in
. 1. glo. Reperio tamen. d. Bal. conſuluiſſe, ꝙ
hoc non ſit neceſſariũ; & incipit conſiliũ ſuum.
In libro ſententiarum apparet vna apoſtilla. vbi
dicit, quòd ſatis eſt, quòd appareat vna interli-
neatura manu eiuſdem notarij; quia ſtari debet
veritati, quæ per ſcripturam apparet; Et teſtęs,
ſubſcriptio, annus, dies, & cætera neceſſaria, vi-
dentur etiam relata ad illam interlineaturam; ſi
notarius ſimpliciter atteſtatur ſe fuiſſe rogatũ
de omnibus. Facit quod no. in. l. ſi quis ex argẽ-
tarijs. §. ſi initium. ff. de eden. Sed mihi plus
placet primum dictum; ſi modo interlineatura
contineret aliquid ſubſtãtiale, & quod eſſet gra
uis præiudicij. Dictum autem Bal. vendicet ſibi
locum, quando eſſet in loco non ſuſpecto, vel
eſſet leuis præiudicij. Et aduerte, quia fortiter
23 † errant notarij, qui in prothocollis, & origina-
libus in margine aliquam ponunt interlineatu-
ram, vel eſt cancellatio grauis præiudicij; quia
non eſſet illi fides adhibenda; licet etiam videa-
tur ſcripta manu eiuſdem notarij; quoniam de
facili potuiſſet aliquis ſimilem interlineaturam
facere; vel facere literam ſimilem literæ illius no
tarij, vt dicit tex. in auth. de inſtrum. cau. & fid.
poſt princ. Et præterea ipſemet notarius facilè
potuiſſet ad inſtantiam alicuius perſonæ adde-
re. Prædicta tamen ſemper arbitror limitanda,
niſi ex præcedentibus, vel ſequentibus, aliud ap
pareret, vt ſupra dixi. An autem ſufficeret quòd
notarius in fine generaliter aſſereret, quòd ipſe
propria manu feciſſet raſuras, cancellationes,
emendationes, inductiones, & interlineaturas;
An verò ſit neceſſariũ deſignare loca, & lineas
vbi facta eſt cancellatio, & inductio, & interli-
neatura; Et videtur quòd ſufficiat generalis,
per tex. in. d. ver. & ideò. vbi teſtator generali-
ter dixit de inductionibus, & cancellationibus;
nec aliter deſignauit loca. facit. C. de aduo. diu.
iud. in. l. quicquid. & in. l. fin. In contrarium fa-
24 cit, quia paria † ſunt non facere aliquam excuſa-
tionem, vel atteſtationẽ, vel obſcurè, aut dubiè
excuſare, vel atteſtari. vt in. l. 3. §. ſi quis duabꝰ
prim. rñs facit. c. cum clamor. ſup̃ de teſti. l. nõ
intelligitur. ff. de iu. fiſ. Et quia daretur via fa-
bricãdi falſum; quia quilibet poſſet cancellare,
vel inducere, & interlineare, vbi vellet: quibus
25 eſt † obuiandum. vt in auth. de inſtru. cau. & fid.
in prin.



in prin. & in. l. in fundo. ff. de rei ven. Facit quod
not. in. c. 2. de renun. lib. 6. Sed ego reperio, in
quibuſdam apoſtillis Infortiati mei in. d. l. 1. ff.
de his quæ in teſt. dele. quendam. d. Tancre. ita
ſoluiſſe, quòd ſi inſtrumentum proferatur, ſiue
producatur à tabellione, vel teſtamentum à te-
ſtatore, vel proferatur ex loco vbi alius veriſi-
militer non potuiſſet apponere manum; vtpu-
ta ex archiuo publico, vel regiſtro; & tunc ſit ve
ra prima opinio, & procedat tex. in. d. l. 1. Si ve
rò ab alio proferatur, vel ex alio loco, tunc non
ſufficit, nec fides adhibenda videtur; per not.
in. l. fin. C. de edic. di. Adr. toll. in glo. in ver. vi-
tia. & not. in. d. §. ſi roſæ. certè hęc conſideratio
iudicio meo fuit ſatis bona. Tamen quod dixit
de notario non ſimpliciter admitterem, niſi eſ-
ſet perſona multum legalis, de qua nulla eſſet
ſiniſtra ſuſpitio; Vel niſi eẽt talis interlineatura,
vel raſura, ad quam de neceſſitate referetur ge-
neralis ſubſcriptio, vt in caſu ſequenti ſtatim
dicam. Item ꝙ dixit de alio ꝓducente, ſimili-
ter non admitterẽ, niſi in caſu, in quo eſſent plu
res interlineaturæ, vel raſuræ. Sed ſi eſſet vnica
interlineatura, cum non eſſet aliud ad quod re-
ferri poſſit proteſtatio notarij, videretur nota-
rius ſpecificè atteſtatus de dicta interlineatu-
ra; argu. l. 2. ff. de libe. & poſthu. Facit etiam ad
prædicta, & pro primo dicto, quod not. in. l. ſi
fuerit. ff. de reb. dub. & in. l. duo ſunt titij. ff. de
teſta. tute. & in. l. cum ex pluribus. ff. de manu.
teſta. Idem ſi eſſent duæ interlineaturæ, & lo-
queretur in plurali. Sed ſi eſſent plures duobus;
vel eſſent duæ, & loqueretur in ſingulari, tunc
ſecus. Et prædicta notabis, quia nouiſſima ſunt.
Si verò raſura nõ ſit in loco ſuſpecto, & ſit pau-
carum literarum, & talis quæ animũ prudentis
nequaquam debet in ſuſpitionem adducere; &
hoc caſu habet locum tex. noſter; quia præſu-
26 mitur facta ab officiali. Sed ſi impetrans † ra-
ſiſſet, falſarius iudicaretur; quamuis raſio eſſet
modica. ſecundum. D. m. per. c. licet. ſupra eod.
Quod ego intelligerem, quando in loco ſuſpe-
cto: Sed ſi in loco nõ ſuſpecto, licet falsò fecerit
immutãdo veritatẽ; tamen per ea quæ ſupra di-
xi, præſumeretur quòd potius ex ſimplicitate
& ignorãtia fecerit. Et aduerte, quia fortè ideò
tex. dicit paucarum literarum; quia cum nota-
bili raſura camera apoſtolica non eſt ſolita di-
mittere literas tranſire. Et licet videatur locus
non ſuſpectus, vt in narratione, tamen propter
quantitatem magnam raſuræ, potuiſſet ibi fuiſ-
ſe interclusum aliquod ſubſtantiale, vel præiu-
diciale, limitans ea quæ poſtea in concluſione,
aut diſpoſitione continerẽtur; ſecundũ ea quæ
ſupra dixi: per no. in. c. ſi. de treu. & pac. per. D.
m. & per Bar. in. l. 1. ff. ad. l. iul. ma. Et ſic habes
notabiliter expeditam hanc materiam. Glo. in
ver. ſapientis colligit. In ſi. dic vt not. in. l. ple-
biſcito. in ſi. ff. de offi. pręſi. & in. l. 1. in ſi. ff. de
ven. inſpi. Glo. ſuper ver. ſub periculo cauſæ.
colligit arg. & fortificat tex. In ſi. dic ſecundum
Hoſt. quòd coram non ſuo iudice hoc nõ poſ-
27 ſet ſine licentia † epiſcopi; & remittit ad not. in
. c. ſignificaſti. ſup̃ de fo. compe. dixi ſupra in no
tabilibus. Glo. penul. alle. concor. In ſi. dic, ad-
uerte quia iſte tex. vult, quòd quilibet poteſt iu
28 ri ſuo † renunciare. Hoſtien. hic, & poſt eum Io.
And. latè tractant. q. & an, & quando appellans
29 † poſſit renunciare appellationi; ſed non eſt ma
teria noſtra; ſed dic de ea, vt latius dixi poſt doc.
in. c. interpoſita. in. §. ille denique. ſupra de ap-
pel. & vt traditur in. c. cum appellationibus. de
appel. lib. 6. per legiſtas. in. l. ſi quis libellos. C.
de appel. Guido de Suza. in. l. ampliorem. C. de
appel. Vide etiam quod dicitur per Io. de Imo.
in. c. vt debitus. in ſi. ſupra de appel. & per Bal.
& Ange. in repe. l. tale pactum. §. qui prouoca-
uit. ff. de pact. & per Bal. in. l. 2. C. quando pro-
uo. non eſt neceſſe. Glo. fin. format. q. & ſoluit.
In ſi. dic. Hoſt. hic tenet oppoſitum; cum enim
iſte contra quem agebatur poſſideret benefi-
cium, ſatis eſt quòd actori imponatur ſilentiũ;
30 † vnde ſibi non incumbit aliquod onus proba-
tionis. arg. l. ſi. C. de rei vend. Idem etiam vult,
ſi modo poſſideret aduerſarius; quia eſſet ſibi
aſſignanda eccleſia ex eo, quòd aduerſarius ita
conuenerat ſecum cum auctoritate ordinarij:
Et dicit Io. An. hoc dictum verum eſſe, ſi ita eſ-
ſet in facto; aliàs vera ſit opinio glo. & ſequun-
tur doctores.

## De ſortilegijs. Rubrica.

### *SVMMARIVM.*

1 *Sors quid ſit. & num. 5.*
2 *Definitio non eſt bona quando non conuertitur cũ ſuo definito.*
3 *Sortilegi qui ſint.*
4 *Sors quotuplex ſit. & 8. vbi etiam traditur quæ ſit ſors diuiſoria. & 10. 12. & nu. 14.*
6 *Fine adepto ceſſant ea quæ ſunt ad finem.*
7 *Sors quot modis denominatur.*
9 *Sorte quando aliquid dirimatur.*
10 *Conſulatoria ſors quæ ſit.*
11 *Diuinatoria quæ ſit.*
13 *Superſtitio quid ſit.*
15 *Sortes à quo auctore habuerunt originem.*
16 *Præſtigium à quo habuit originem.*
17 *Sortes ad quem finem ordinentur, & alia multa de ſortibus vide remiſſiuè.*

CONTINVATVR
ad præcedẽtem hoc
ordine; ſupra viſum
fuit de crimine falſi
in genere: verũ quia
ſors, vt plurimũ ſpe-
ciem falſitatis; con-
tinet vt infra dicam.
Ideò competenti or
dine ſubnectitur hæc Rubrica de Sortilegijs.
Circa quam materiam ad euidentiam dicendo-
1 rum. Primò quæro quid † ſit ſors. Sol. dic ſecũ-
dum Auguſt. 25. q. 2. c. ſors non eſt. quòd ſors
non eſt aliquid mali; ſed res in humana dubie-
tate

tate diuinam iudicans voluntatem. Ergo ſors
videtur eſſe licita,ſecundum Auguſt. hæc diffi-
nitio,ſeu deſcriptio non eſt generalis; nec con-
uertitur cum ſuo diffinito: ergo non eſt bona;
quòd autem non conuertatur patet;quia aliqua
2 eſt ſors, † in qua multum malum ineſt, vt in-
fra dicemus, igitur &c. Vnde Leo Papa. iiij.
26.q.5.in.c.ſortes. dicit, ꝙ ſors non eſt aliud,
niſi diuinatio, & maleficium à ſanctis patribus
damnata. Hæc deſcriptio noua eſt in ſe, prout
reſpicit damnatas ſpecies ſortis. Sed qm̃ ali-
quæ ſpecies non ſunt damnatæ, vt infra dicam.
Ideò non eſt generalis, nec conuertitur cũ ſuo
diffinito. Iſidorus lib. 8. ethimo. & tranſumpti-
3 uè. 26. q. 1. in. c. 1. dicit, quòd ſortilegi † ſunt,
qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam
quas ſanctorum, ſeu apoſtolorum vocant ſor-
tes,diuinationis ſciẽtiam profitentur; aut qua-
rumcunque ſcripturarum inſpectione, futura
promittunt: Et ſic videtur velle,quòd ſors ſit
ſcientia diuinationis futurorum per fictam re-
ligionem ſcripturarum apoſtolicarum, & alia-
rum quarumcunque. Sed aduerte, quia etiam
hæc diffinitio non eſt generalis;non enim com-
prehendit niſi ſortem diuinatoriam;ſortem au
tem diuiſoriam, & conſultoriam non continet;
Preterea patitur defectum in alijs,vt patebit ex
infra dicẽdis. Vnde debes ſcire, quòd cum ſors
propriè locum habeat, non ijs quæ ſunt in ne-
ceſſitate; ſed in ijs quę contingunt ſecundũ cur
ſus naturalium rerum ad vſum humanæ vitæ;&
quæ per propriam hominum prudentiam fie-
ri,aut cognoſci non poſſunt,vel ad effectũ pro-
duci,ſecundum quod ſtatim dicam in ſequenti
quæſtione. Et quandoq; ſors fiat reſpectu ha-
bendorum;quandoq; reſpectu habitorum vtẽ-
4 dorum. Quandoq; verò vt futurus † euẽtus co
gnoſcatur. Vnde prima ſors diuiſoria. Secun-
da conſultoria. Tertia diuinatoria rectè nomi-
natur, ſecundum quòd ſtatim dicam in ſequen-
ti quæſtione. Ideò vt omnes dictas ſpecies ſub
vna diffinitione comprehendantur;ſecutus bea
tum Tho. in quodam opuſculo, quod fecit de
ſortibus, dico, quòd ſors cõgruè ita poteſt dif-
finiri. Videlicet, ꝙ eſt inquiſitio occulti exce-
5 dentis † humanam induſtriam, per aliquod à no
bis factum ſuper rebus humanis ad nos perti-
nentibus,vel habendis,vel petendis,vel cogno-
ſcendis. Ideò autem dixi inquiſitio, quoniam
hoc verbũ ponitur,vt genus,& de ſe patet quid
denotet. Ideò autem dixi occulti, quia in ma-
nifeſtis nimis reprehẽſibile eſſet ire per ſortes;
qualia ſunt ea quæ ſunt de neceſſitate;vt Deum
eſſe: Et an duo & tria faciant quinque. Et de ijs
de quibus dixi in.c.ſi quis propter neceſſitatẽ.
ſupra de furt. Vel etiam ſi eſſent manifeſta,vel
notoria. Facit. 2.q. 1.in.c.de manifeſta.&.c.ma-
6 nifeſta.quoniam ea quæ ſunt ad finem,† ceſſant
adepto fine;vt in.c.euidentia. & ibi vide remiſ-
ſiones.ſupra de accu. Ideò autem dixi exceden-
tis humanam induſtriam, quia deriſibilis eſſet
qui quæreret per ſortes,an comedat,vel bibat;
an maturas fruges colligat; vel ſi id quod videt
eſt homo,vel equus;vel quid ſimile. Ideò autẽ
dixi per aliquod à nobis factum: quia quãdoq;
fit à nobis per inuocationem diuini auxilij. Et
hæc pertinet ad prophetas; & prophetia voca-
tur;& eſt permiſſa. Quandoq; verò per inuo-
cationem dæmonum: Hoc autem quandoque
7 Necromantia,† quãdoque Geomantia, quan-
doq; Idromantia, quandoq; Iromantia, quan-
doq; Pyromantia appellatur, ſecundum varios
& diuerſos inuocationis,vel ſortij modos. Vo-
cantur etiam & alijs nominibus,de quibus dicã
ſtatim in ſequenti quæſtione. Item fit quan-
doq; ſors, & per alia ſigna, vt dicam ſtatim in
ſequenti.q. Ideò autem dixi, ſuper rebus hu-
manis,quia riſibilis etiam videretur,ſi quis ſor-
tibus explorandum exiſtimaret aliquid circa
diuinam eſſentiam;vel circa numeros, vel circa
motus ſolis,& ſtellarum. Ideò autem dixi, ad
nos pertinentibus: quia non ad omnes res hu-
manas inquiſitio ſortis extenditur; ſed ad eas
duntaxat quæ pertinent ad vſum propriæ vi-
tæ, & eorum cum quibus quocunque modo
quis communionem habet. Nullus enim hic
Senis exiſtens ſorte aliquid inquirendum curat
de ijs quæ ad Indos, Tartaros, aut Caldæos
pertinent, cum quibus nullatenus in vita com-
municat. De ijs ergo ſolũ homines conſueue-
runt per ſortes quærere, quę qualitercunque ad
eos pertinent; vel ad ſibi coniunctos. Ideò au
tem dixi, habendis, vtendis, vel cognoſcendis.
vt tres ſortium ſpecies comprehenderentur;vi-
delicet diuiſoria,conſultoria,& diuinatoria. Et
not. prædicta, quia in hac materia præbent in-
tellectum ad multa,& per doct. non tangũtur.
Et aduerte, ꝙ ſors quandoq; appellatur Phur:
vnde Phurim.i.ſortium. Et erat vna ex decem
feſtiuitatibus in veteri teſtamento, quę celebra-
batur pro victoria Eſther, quã habuit de Amã;
quam victoriam vt haberet Eſther, ſortem mi-
ſit in vrnam, vt hæc habentur in teſtamento ve
teri, in lib. Eſther. c. 9. Secundo principaliter
quęro quot ſunt ſortium ſpecies. Sol. dic, quòd
8 tres principales; † videlicet diuiſoria, conſulto-
ria,& diuinatoria. Eſt enim aduertendum, ꝙ
cum res omnes ſecundum ſui naturam commu
nes eſſent omnibus hominibus; vt no. 1. diſtin.
in. c. ius naturale. & Inſti. de re. di. §. in pecudũ.
& tandem de iure gentium inductum fuerat, vt
homines res prędictas ad vſum neceſſarias poſ-
ſent ſibi aſſumere,& appropriare, vt eis diſtin-
ctè vti poſſent: vt. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iu.
&. 1. diſt. c. ius gentium. neceſſarium fuit, vt per
aliquem modum inter homines diuiderentur,
vt tradit beatus Tho. in tracta. de ſorte. Hæc au
tem diuiſio, & appropriatio, quandoque fit ex
humana potentia, vel violentia, vt per bellum,
vel vſurpationem. vt in. d. c. ius gentium. & in
.d. l. ex hoc. Quandoque ex humana induſtria,
& concordi voluntate; quibus caſibus ſortes
non ſunt neceſſariæ. Quandoq; verò nec adeſt
potentia, nec humanis ſenſibus ſufficit ad con-
corditer diuidendum: Quare tunc ad ſortes re-
curritur, iuxta illud Prouerbiorum contradi-

dictiones



ctiones cõprimit ſors. & not. in. l. ſed cũ ambo.
ff. de iudi. & in. l. fin. C. commu. deleg. Et ſicut
hoc contingit in diuiſione facultatum: ita con-
tingit quòd aliqui quandoq; non volentes cõ-
corditer eligere ad aliquam dignitatem, ad ſor-
tes concurrunt, vt in Zacharia contigit, & in
Saule rege. vt dicetur in. c. ſi. infra eod. Item &
quandoque contingit non ſolum de diſtinctio-
ne bonorum, & dignitatum: ſed etiam in diſtin
ctione bonorum & pœnarum dubitare: nec par
tes concordare valent; vnde ad ſortes recurri-
tur, exẽplo Ionæ: de quo etiam dicetur in. c. ſi.
Item & quia ſicut dubitare contingit circa rem
habendam; ita etiam plerunque dubitare con-
tingit, qualiter rebus habitis ſit vtendum: Et
vniuerſaliter vtrum expediat aliquid agere; oĩs
enim actio, ſeu operatio noſtra, eſt aliquis vſus,
vel ſui ipſius, vel rei alterius. Cum igitur talis
oritur dubitatio circa agenda, ſi quidem per hu
manam prudentiam huic dubitationi ſatisfieri
poteſt, ad humanum conſilium eſt recurrendũ.
Sed quoniam dicitur Sapiẽtiæ. c. ix. Cogitatio-
nes mortalium tumidæ, & incertæ prouiden-
10 tiæ noſtræ. † vbi humano conſilio dubitationi
plenariè ſatisfieri non poteſt, ad ſortium in-
quiſitionem recurrunt; prout poteſt figurari
exemplum de Eſther, & talis conſultoria ſors
appellatur. præcedens verò diuiſoria. Cæterũ
quia homines etiam plerunque ſollicitantur de
futuris euẽtibus, ex quorum cognitione in plu-
11 rimis agendis, vel † vitãdis, homo prudẽter di-
rigi poteſt: futurorum enim cognitio dirigit
humanam induſtriam; Iuxta illud Eccleſiaſtes
.c. 8. Multa hominis afflictio; quia ignorat præ
terita, & futura nullo poteſt ſcire nuntio. Vnde
homines ad aliquid de futuris euẽtibus cogno-
ſcendum, ad ſortes interdum recurrendum pu-
tant. & talem ſortem diuinatoriam vocare poſ-
ſumus. Diuinare enim dicuntur, qui aliqua de
futuris præcognoſcunt; quòd illud ſit propriũ
Dei, iuxta illud Iſaiæ. c. 41. Annuntiate quę ven
tura ſunt in futurum, & ſciemus ꝙ dij eſtis vos.
vt etiam refert Grati. 26. q. 5. in ſumma. Sunt
igitur, vt patet ex prædictis, tres principales ſpe
12 cies ſortis, † videlicet diuiſoria, conſultoria, &
diuinatoria. Et ad quamlibet prædictarum ſpe-
cierum poteſt adaptari ſuperſtitioſa inſtitutio,
ſeu obſeruatio; de quibus. 26. q. 2. in. c. illud. &
dicam infra in. c. ſi. Eſt autem ſuperſtitio vana
13 & ſuperflua religio, & obſeruatio, † vel cultura
idolorum. Et dicitur à ſuperſtitibus. i. ſenibus;
quia multis annis ſuperſtites per ætatem de-
uiant & errant quadam ſuperſtitione, neſcien-
tes quid colant. Vel dicitur ſic à ſuperſtanti-
bus. i. à Dijs, quando. ſ. de Dijs non timenda ti-
memus; Vnde ſuperſtitioſus, falſus dicitur, vel
vanus religioſus; vel idolorum cultor; vel dam-
noſus; Vel ſuperſtitioſus dicitur; quia tota die
precabatur, & immolabat vt ſibi ſui liberi ſu-
perſtites eſſent, ſecundum Hug. refert Archid.
28. q. 1. c. idololatria. Idem etiã tenet Catholi-
con. Sed Aug. in lib. 1. de doctrina chriſtiana,
& tranſumptiuè. 26. q. 2. c. illud. dicit, quòd ſu-
perſtitioſum eſt, quicquid eſt inſtitutum ab ho-
minibus, ad facienda idola & colenda pertines;
Vel ad colendam creaturam ſicut Deum. Et ad
conſultationes, & pacta quædam cum dæmo-
nibus placita atque fęderata; de quibus latius
ibi. Aduertendum eſt, quòd prædictæ tres ſor
tium ſpecies, poſſent per alias plurimas diuidi;
ſicut fit per varios modos inquiſitio per ſortes;
14 qui poſſunt ferè ad quamlibet † trium principa
lium ſpecierum adaptari. Hæc autẽ ſunt Pro-
phetia, Geomantia, Hydromãtia, Necromãtia,
Acromãtia, & Piromãtia, Mathematica, Aſtro-
logia, Geneathica, Auguriũ, Auſpicium, Omẽ,
Pudinantia, Chiromantia, Spatulamãtia, & aliæ
ſimiles. Et quid prædicta ſignificent, vide latè
in tract. de ſortibus, quem feci in. 5. §. ſeu artic.
principali. Tertio quæro principaliter, vnde &
15 à quo authore † ſortes habuerũt originem. Sol.
dicit Auguſt. in lib. de natura dæmo. & trãſum-
ptiuè. 26. q. 4. in. c. igitur. quòd diuinationis ge
nus à Perſis originem ſumpſit. In lib. autem de
ciuitate idem Aug. & tranſumptiuè. 26. q. 5. in
.c. nec mirum. dicit quòd Auguria primum fri-
ges inuenere. Præſtigiũ verò Mercurius prius
16 dicitur inueniſſe. Aruſpicinæ verò † artis, vt idẽ
tradit, primus inuentor fuit Teiges Hetruſcus.
Sed tu vide Iuſtinum in lib. 1. qui narrat, quòd
Ninus Aſſyriorum rex bellum geſſit cum Zo-
roaſtre Bactrianorum rege, qui primus dicitur
artes magicas inueniſſe, & mundi principium,
ſiderumq; motus diligentiſſimè ſpectauiſſe.
Ad quem finem ſortes ordinẽtur, & in quibus
17 caſibus † locum habeant, & vtrum ſortium ſit
aliqua virtus, & per quos modos procedatur in
ſortibus, ſeu dicantur ſortes committi, vide latè
in tractatu quem feci de ſortibus, in 4. 5. 6. & 7.
articulis, vel. §. principalibus. Quibus autem
caſibus prohibeantur, ſeu concedantur. Et quæ
ſit pœna ſortilegorum in caſibus prohibitis, di-
cam in. c. ſi. infra eod. Et ad quem iudicem per-
tineat cognitio, & iuriſdictio contra ſortilegos
dicam ſtatim in. c. 1. Et de materia traditur in
decretis. 26. q. 1. 2. 3. 4. & 5. per totum. & q. 7.
.c. antepen. & penul.

## Capitulum .I. In tabulis.

*SVMMARIVM.*

1 *Sortilegia pro furtis inueniendis prohibentur, & diuinationes in quibuſcunque rebus; & contrafacientibus pœna imponitur.*
2 *Sortes fieri prohibentur, ſiue fiant in tabulis, ſiue fiant in codicibus.*
3 *Sortilegi puniuntur in foro pœnitentiali per quadraginta dies.*
4 *Sortilegij crimen pertinet ad iudicẽ eccleſiaſticũ.*
5 *Scire futura ad ſolum Deum pertinet.*
6 *Sortilegij crimen ſpectat etiam ad iudicem ſæcularem, & inter eum ac iudicem eccleſiaſticũ, habet locum præuentio.*
7 *Inquiſitor hæreticæ prauitatis non poteſt inquirere contra ſortilegos, niſi ſortilegium ſapiat hæreſim manifeſtam.*

8 Sorti-

8 *Sortilegia quando ſapiant hæreſim manifeſtam.*
9 *Dæmonis proprium eſt tentare, & illaqueare creaturam.*
10 *Inquiſitor quando poſſit cognoſcere, an ſortilegia ſapiant hæreſim.*
11 *Textus iſte loquitur in foro pœnitentiali.*
12 *Sortilegi qua pœna puniri debeant, remiſſiuè.*

IN TABVLIS. Sortilegia pro fur-
1 tis † inueniendis prohibentur. &
etiam diuinationes in quibuſcun-
que rebus; & cõtrafacientibus pœ
nitentia imponitur. h.d. Diuiditur in duas. Pri-
mo ponit prohibitionem. Secundo adijcit pœ
nam. ſecunda ibi, qui autem. Nota primo, ꝙ
2 ſortes † fieri prohibentur, ſiue fiant in tabulis.
Et hoc fit ſecundum docto. faciendo puncta in
tabulis, ſicut faciunt Necromãtici; ſiue fiant in
Codicibus; vtputa ſecundum docto. dicendo
quoſdam verſus Pſalterij, & faciendo illud vol-
uere. Alios modos videbimus in.c.fi.infra eo.
Secundo not. quòd committentes contra hanc
3 prohibitionẽ debent † pœnitere. xl. dies. Qdr
habet locum in foro pœnitentiali, vt docto. di-
cunt, & latius dicam infra in.c.fi. Vltimo not.
ex tex. noſtro, in eo quod dicit, nec diuinatio-
4 nes aliquas, quòd † crimen ſortilegij pertinet ad
iudicem eccleſiaſticum, ex eo quia videtur con-
cernere & lædere diuinam maieſtatem; quoniã
per ipſum crimẽ attribuitur creaturæ, quod eſt
creatoris; nam ſcire omnino occulta, vel prædi-
5 cere futura, ad ſolum † Deum pertinet. 26. q. 5.
in ſumma. Hinc & diuinatio nomen aſſumpſit.
Et ideò ad epiſcopum pertinere videtur. Et
hoc videtur velle tex. etiam clarius, & ibi tenet
glo. 26. q. 5. in.c. contra idolorum. vbi papa mã
dat epiſcopis, quòd contra tales inquirant; Di-
cit tamen hic. D.m. quòd etiam iudex ſæcularis
6 poteſt cognoſcere; † quia licet ſit crimẽ eccle-
ſiaſticum, tamen non eſt merè eccleſiaſticum;
quoniam vtroque iure & damnatur, & acerri-
mè punitur, vt patet in tit. noſtro. &. C. de ma-
lefi. & math. per totum. Et ideò in ipſo crimi-
ne locus eſt præuentioni. Subdit etiam. D.m.
7 quòd inquiſitor † hæreticæ prauitatis non po-
teſt contra ſortilegos inquirere; niſi ſortilegiũ,
de quo quæritur, hæreſim ſapiat manifeſtã. Et
hoc voluit Io. And. ſupra in rub. per.c. accuſa-
tus. §. ſanè. de hæreti. lib. 6. Saperet autem di-
ctam hæreſim, quando dæmones inuocantur
8 per preces, † & ſacrificia; ita quòd idololatria
committatur; vtputa cum Hoſtia ſacrata, vel
rebaptizando, vel quid ſimile faciendo. Sed
ſi ſola dæmonum inuocatio fieret, non admi-
ſcendo huiuſmodi inuocationi talia, rogando
fortè, vel adiurando, vt prouocarent amaſiam
tuam ad amandum te, vel quid ſimile, quanquã
hoc ſit grauiſſimum, non tamen eſt hæreticum;
9 quia † proprium dæmonis eſt tentare, & illa-
queare creaturã; vt in Euang. dicitur, Et acceſ-
ſit tentator ad eum: & eſt bonus tex. 26. q. 4. c.
ſciendum. Et ſubdit, quòd inquiſitor non
poteſt cognoſcere, etiam ſi ſapiat hæreſim;
dummòdo non manifeſtam, vt in.d. §. ſanè.
10 Nec poteſt cognoſcere an ſapiat hæreſim; quia
iuriſdictio eſt ſibi tributa exiſtente illa qualita-
te, videlicet notorietatis; vt not. gl. in.d. §. ſanè.
Secus vbi vellet cognoſcere an ſapiat hæreſim
manifeſtam; quia poteſt; & ita debet intelligi
glo. in.c. accuſatus. Et vide tex. 26. q. 5. in.c.
epiſcopi. in prin. qui videtur velle, quòd ſorti-
legiũ ſapiat hæreſim; ſed debet intelligi ſecun-
dum ea quæ ſupra dicta ſunt. Glo. 1. format
contraria, & ſoluit. In fi. glo. dic in hac materia,
vt latiſſimè dicam infra in.c.fi. Glo. vltima al-
legat contraria, & non ſoluit formaliter. In ea-
11 dem gl. ibi, priuari, dic quòd tex. noſter loqui-
tur in foro pœnitentiali, contraria in non pœni
tentiali. Et de hac materia, & contrarij poſiti
in fi. glo. Et generaliter qua pœna ſint punien-
di illicitas exercentes ſortes, dicam in.c. fina.
infra eodem.

## Capitulum .II. Ex tenore.

SVMMARIVM.

1 *Aſtrolabij inſpectione præsbyter furta requirens ſuſpenditur ad tempus ab altaris miniſterio; poteſt tamen acrius puniri. remiſſiuè.*
2 *Sortes exercere non licet etiam pro furto facto eccleſiæ inueniendo, etiam ſine inuocatione dæmonum.*
3 *Delictum grauius grauiori pœna puniendum eſt.*
4 *Delictum grauius dicitur, quod committitur ex propoſito.*
5 *Suſpenſus à ſacerdotali officio ad tempus, tranſacto tempore exercere poteſt officium ſuum abſque alia abſolutione, licet ſecus ſit in excommunicatione.*
6 *Sortilegos ſacerdos conſulens poteſt puniri grauiſsimè, poteſt enim priuari beneficio.*
7 *Sortilegi quando puniuntur, quę conſiderari debeant. remiſsiuè.*
8 *Sortilegi an ab epiſcopo diſpenſari poſsint.*
9 *Aſtrologia vtrum ſit permiſſa. remiſsiuè.*

EX TENORE. Presbiter qui per
1 inſpectionem aſtrolabij furta re-
quirit, ad tempus ſuſpenditur ab
altaris miniſterio. h.d. Hoc tamẽ
ſummarium non eſt indiſtinctè verum; quia po
teſt acrius puniri; vt dicam in.c.fin. & tangitur
hic in glo. fi. Diuiditur in duas. Primo poni-
tur conſultatio. ſecundo reſponſio. ſecũda ibi,
2 mãdamus. Nota primo, † ꝙ etiã pro furto in-
ueniendo facto eccleſiæ, non eſt licitum ſortes
exercere; etiam ſine dæmonum inuocatione.
Nec pro hac cauſa licitum eſt ſortilegos conſu-
lere; quia ſcire occulta eſt ſolius Dei; vt in.c. eru
beſcant. 32. diſt. Et ideò non debet quis velle
attentare, ſeu vſurpare velle quæ Dei ſunt. Se-
cundo not. quòd grauius delictum grauiori pœ
3 na eſt dignum; vide quod dixi in.c. cum dilecti.
in. 11. not. ſupra de accuſ. & in.c. ad liberãdum.
ſupra de iudę. in. xxv. not. Not. tertio, grauius
eſſe



4 eſſe † delictum, & per conſequens grauiori pœ-
na dignum, quod committitur ex propoſito.
vt in. l. diuus. ff. de ſicca. & in.c. cum voluntate. j̃.
de ſenten. excom. 23. q. 5. in.c. relegentes. & in
.c. 1. j̃. titu. 1. Et in ſimili facit. l. item apud la-
beonem. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniur. Vlti-
5 mo not. † quòd ſuſpenſus ad tempus à ſacerdo-
tali officio, tranſacto tempore ſine alia abſolu-
tione poteſt officium ſuum exercere; licet ſecus
ſit in excommunicatione. vt not. glo. in clem. 1.
de decim. Glo. prima fortificat tex. per ratio-
nem. In fi. glo. dic ꝙ ſacerdos conſulens iſtos
6 ſortilegos, † poteſt puniri grauiſſimè; potuiſſet
enim priuari beneficio. Sed dignus fuit miſe-
ricordia propter ſimplicitatem. Et ex hoc in-
fertur, quòd in pœna imponenda ſortilegis,
iudex debet conſiderare modum, & quantita-
7 tem delicti. Sed de † his omnibus dic, vt latius
dicam in.c. fin. j̃. eod. Glo. 2. eſt clara. Ibi, ſed
minorem, dic, idem in ſimili not. glo. penult. in
.c. cum P. s̃. de accuſa. Glo. fi. in princ. ſentit
contrarium, & ſoluit. Et declarat an epiſcopus
poſſet diſpenſare. In ea. glo. ibi, & epiſcopus au
8 thoritate ſua, not. bene hanc gl. † quòd epiſco-
pus poteſt cum ſortilego diſpenſare; & eam ſe-
quuntur doct. Sed tu dic, vt dicam. j̃. in.c. fin.
Vltimo doct. hic tractant, vtrum ſcientia Aſtro
9 logiæ ſit † permiſſa, vel non; de quo articulo dic,
vt dicam in.c. ſequenti.

## Cap. III. Eccleſia veſtra.

SVMMARIVM.

1 *Sortibus electio fieri non debet, nec electores compromiſſariorũ p̱ ſortes aſſumi debẽt. & nu. 2.*
3 *Præparatorij neceſſarij idem ius eſſe debet, quod ipſius principalis.*
4 *Collegiales actus collegialiter debent expediri.*
5 *Confirmare habens aliquid, debet ante omnia diligenter examinare, an confirmari debeat.*
6 *Doctores multum errant, qui ſe ſubſcribunt conſilijs, quæ prius diligenter non examinarunt.*
7 *Eligendi aliquem facultatem habentes à collegio, poſſunt vnum ex ſeipſis eligere, et cõmutare. Et ſi apud duos collegium remanſit, vnus poteſt alterum eligere.*
8 *Sortes in quibus caſibus concedantur, & in quibus nõ, latiſsimè, & ferè vſque ad finem capituli.*
9 *Gentilium traditiones tenere, chriſtianis eſt prohibitum.*
10 *Sortibus inquirẽda nõ ſunt furta, ẽt facta eccleſiæ.*
11 *Ioſuæ exemplum, & Achan, ac Ionæ, & Zachariæ, & Mathiæ, circa vſum ſortium. & nu. 22. & 25.*
12 *Sors quid ſit.*
13 *Sorte diuiſoria per dæmonum inuocationem nulli chriſtiano licitum eſt vti.*
14 *Sortium, vel aliarum diuinationum, per quas pacta cum dæmonibus contrahuntur, ſuperſtitioſæ inquiſitiones, quæ ſint.*
15 *Superſtitio noxia, & nugatoria, quæ ſit.*
17 *Duello quærere, quis ex duobus foueat victoriam, non eſt licitum.*
17 *Sortium vſus quatuor modis ſit peccatum ſecundũ diuum Thomam infra. 18. 19. 20. 21.*
23 *Priuilegia ſingulorum communem legem omnino facere non poſſunt.*
24 *Sors quare non ſit licita.*
26 *Euangelium antequàm clareſceret, multa permittebantur, quæ tempore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt eliminata.*
27 *Electio debet fieri à maiori, & ſaniori parte capituli.*
28 *Electio præſidentium in Italia communiter fit per ſortes.*
29 *Probatio incumbit dicenti.*
30 *Sortes non debent ſe extendere ad facti alicuius dubij probationem.*
31 *Sortium vſus, quando diſcordia eſt ſuper iure, an & quando ſit licitus.*
32 *Appellari à ſententia lata per ſortes, non poteſt.*
33 *Fortunæ ſolus Deus dux eſt.*
34 *Sors conſultoria an ſit licita, vide latiſsimè.*
35 *Aſtronomia, ſeu aſtrologia apud catholicos in deſuetudinem abijt. Et an ſit licita, latiſsimè.*
36 *Superſtitio non eſt, quando cum debita reuerẽtia inſtante cauſa diuinum auxilium conſulitur. & ibi etiam latiſsimè, quando committatur.*
37 *Deus non eſt teſtis falſitatis.*
38 *Virtus eſt in herbis, verbis, & lapidibus.*
39 *Sors diuinatoria, an ſit licita, latiſsimè.*
40 *Aſtronomia an vti liceat in futuris iudicandis.*
41 *Sortes exercentium pœna quæ ſit ſecundum forum pænitentialem.*
42 *Pœnitentia ſeptem annorum iniungitur pro peccatis mortalibus.*
43 *Pœnitentiæ omnes hodie ſunt arbitrariæ.*
44 *Sortes exercentes qua pœna puniãtur in foro contẽtioſo: & de communi opinione vide nu. 45. & quid in ſeruis. 46. & quòd ſint infames, nu. 47. & quid ſecundum leges ciuiles. nu. 48.*
49 *Iudex lege non debet eſſe clementior.*

ECCLESIA VESTRA. Hoc dicit,
1 non ſolum electio per ſortes fieri
non debet, ſed etiam electores
compromiſſariorum non debent
aſſumi per ſortes. Diuiditur, quia primo po-
nitur electio. Secundo electionis proſecutio, &
examinatio, & reprehenſio. Tertio gratioſa cõ-
firmatio, & ſortis prohibitio. ſecunda ibi, pro-
curatoribus. tertia ibi, electionem. Nota pri-
2 mo, † quòd electio ad eccleſiaſticam dignitatẽ,
vel prælaturam, non debet aliquo modo fieri
per ſortes, de quo articulo latius. j̃. cum glo. fi.
Secundo not. quòd qualitas prohibita in ſub-
ſtantia, videtur eſſe prohibita in præparatorio
3 ad ſubſtantiam; † & ſic idem ius videtur eſſe de
præparatorio neceſſario, ꝙ eſt de ipſo princi-
pali. Tertio not. ibi, conuenientes, quòd actus
collegiales debent collegialiter expediri. Ad
4 quod vide, † ꝙ tradit glo. in.c. 1. de re. eccl. non
alien. lib. 6. & in.c. cum omnes. s̃. de conſtitu. &
ibi tradit. D.m. de qua materia dic vt dixi in.c.
dilectus. s̃. de ſimo. Vltimo not. quòd habens
5 confirmare electionẽ, † vel ſimiles actus, debet

ante omnia diligenter examinare, an talis ele-
ctio, vel actus,dignus ſit confirmatione. Et
ideò docto. fortiter errant, qui ſubſcribunt ſe
6 conſilijs aliorum,†illis nõ examinatis, atq; di-
ſcuſſis. Glo.1.format quæſtionem, & ſoluit.
in fi.glo.dic de materia iſtius glo.vt in.c.cum in
7 iure.de elect.†vbi cõiter* tenetur opi. contra-
ria;videlicet ꝙ electio teneat. Et vide Io.An.in
reg.in toto.de reg.iur.lib.6.in mercur. vbi tra-
dit, an ſi collegium remanſit apud duos, vnus
poſſit alium eligere;de quo dic,vt in.d.c.cum in
iure.& per legiſt.in.l.planè.ff.qđ cuiuſ.vniuer.
Glo.2.fortificat tex.dic vt in ea. Glo.fi.in prin.
colligit. arg. à contrario; deinde ſentit triplex
contrarium,& ſoluit reſpondendo cuilibet cõ-
trario. In fi.glo.dic,quia ſupra pluries me remi-
ſi hic dicturum, in quibus caſibus hodie ſortes
ſint permiſſæ,& in quibus prohibitæ. Et de pę-
nis exercentium ſortes prohibitas. Primo quę-
ro,in quibus caſibus prohibeantur ſortes; Et in
quibus, & qualiter concedantur. Circa quam
8 quæſtionem videtur primo dicẽdum,†ꝙ in nul
lis caſibus ad ſortes recurrendum ſit; qm̃ tales
videntur ad genus & culturam idolorum, ac
dæmonum pertinere;cum per illas creaturis di-
uinitatis iura tribui videantur, quæ ſolius crea-
toris ſunt;prout eſt ſcire futura,aut occulta. 26.
9 q.5.in ſumma. Quare prohibet cõcilium,†ꝙ
chriſtianis non eſt licitum tenere traditiones
Gentilium; Et obſeruare, & colere elementa;
Aut lunæ,aut ſtellarum curſus pro domo facien
da; Aut alijs ſimilibus negotijs expediendis;vt
traditur.26.q.5.c.nõ liceat. Item nec ſunt fur
10 ta†etiam facta eccleſiæ,ex codicibus,aut inſpe
ctione Aſtrolabij inuenienda; aut per alias ſor-
tes;vt in.c.1.&.2.ſ.eo. Et maximè clericis vi-
detur prohibitum. vt.26.q.5.c.non oportet.
Quare beatus Aug.in lib.2.de doct.chriſtiana,
dicit: omnes huiuſmodi artes, vel nugatoriæ,
vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera
hominum ſocietate,ac dæmonum, quaſi pacta
infidelis,& doloſæ amicitiæ conſtituta,penitus
fugiendæ,& repudiandæ ſunt à chriſtiano. Ha-
betur etiam in veteri teſtamento Deuterono.
c.18.quòd ſic præcipitur,non inueniatur in te,
qui luſtret filium tuum, aut filiam, ducens per
ignem; aut qui ariolos ſciſcitetur, & obſeruet
ſomnia,atque auguria; neque ſit maleficus,nec
incantator;nec pithônes conſulat;nec quærat à
mortuis veritatem. Videntur hæc etiam com-
probari,quoniam non ſolum ſacri canones,ſed
& ſæculi leges ſortilegos grauiſſimis pœnis af-
ficiunt. In contrarium autem,quòd ſortes ex-
11 quirere peccatum non ſit,†exemplis,& autho-
ritatibus cõprobatur; traditur enim Ioſue.c.7.
quòd cum Achan, aliàs Achor de anathemate
furtim ſubripuiſſet; & ob ipſius peccatum po-
pulus cæſus apud Hai ciuitatem hoſtibus terga
dediſſet;præcepit dñs Ioſue, vt ſortibus exqui-
reret, quo peccante populus eadẽ meruerat;&
cecidit ſors ſuper Achan. Item traditur. 1.Reg.
c.14. quòd Saul ſorte deprehendit Ionatam fi-
lium ſuũ mel comediſſe ante ſolis occaſum cõ-
tra præceptum ſuum. Item cum Ionas à facie
Dñi fugeret, mare ingreſſus periclitante naui-
cula ſorte à nautis deprehenſus, in mare proie-
ctus fuit; vt habetur Ionę.c.1. & 2.&.1.q.4.c.
eccleſia.§.his ita. De Zacharia etiam legitur,
ꝙ ſorte exijt,vt incenſum poneret. Et de Ma-
thia, vt hic dicitur in glo. vt hæc etiã habentur.
26.q.2.in ſumma. Quare ꝙ tantorum exem-
plis probatũ eſt approbari,videtur non eſſe ma
lum. Vnde inquit Aug. ſuper lib.pſalmorũ.&
tranſumptiuè.26.q.2.in.c.ſors non eſt. ꝙ ſors
nõ eſt aliquid mali;ſed res in humana dubietate
diuinam iudicans voluntatem. Legimus præte-
12 rea†in teſtamẽto veteri,Reg.lib.1.c.30. quòd
Dauid conſuluit dñm,dicens, perſequar,an nõ,
latrunculos iſtos,& comprehendam eos? Ha-
betur præterea Prouerb.18.c. contradictiones
comprimit ſors; & inter potentes quoq; diiu-
dicat. Quare vt iſtæ,& pleræq; aliæ authorita-
tes,quæ adinuicem contrariari videntur,ad cõ-
cordiam reducantur, diſtinguendum arbitror,
ipſarum ſortium ſingulas ſpecies, per varios
modos fieri. Aſſumo igitur primam ſpeciem,
quã ſupra in rub. diuiſoriã appellamus;in qua
aduertendum eſt, ꝙ ſi quidem aliquis vti vellet
13 diuiſoria ſorte per dæmonum†inuocationem,
hoc quippe nulli chriſtiano licitũ eſt; inquit.n.
Apoſtolus ad Corint. nolo vos fieri ſocios dæ-
monum. Ad hanc autem ſocietatem pertinẽt
non ſolũ manifeſtæ dęmonũ inuocationes,qui-
bus necromantici,cæteriq; ſimiles vtuntur; ſed
etiam quæcunq; occulta pacta cũ dæmonibus
inita. Quænã autẽ dicendæ ſint ſuperſtitioſæ
inquiſitiones ſortium,vel aliarum quarumcũq;
diuinationum, per quas pacta cum dæmonibus
14 cõtrahuntur, † ſubtilis indagator colligere põt
ex præallegata authoritate Aug.in lib.2.de do-
ctrina chriſt. prohibet.n.artes nugatoriæ, vel
noxiæ ſuperſtitionis; & pacta cum dæmonibus
15 fieri. Noxia autẽ ſuperſtitio dicitur, † quę ali-
quid manifeſtè illicitum continet; ſicut inuoca-
tiones,& ſacrificia dæmonum,& quæcunq; hu-
iuſmodi. Nugatoria verò dicitur, quando ali-
quis vtitur aliqua re ad illud, ad quod non põt
eius virtus ſe extendere; tale.n.quid in uanũ fie
ri videtur. Quare ſi quis aſtrologum cõſulat,an
hoc,meum vel tuum eſſe debeat, hoc quidẽ ꝓ-
hibitum eſt; qm̃ aſtronomiæ virtus ad hoc non
pertinet. Nec licitum eſt per diuinationẽ quæ-
rere, quis ex duobus duellantibus victoriã fo-
16 ueat;†qm̃ illud potius ad corporis fortitudinẽ,
mẽbrorum agilitatem, & duellantis ſcientiam
pertinet,quàm ad diuinationem. Huic ſimilis
eſt purgatio vulgaris, ſeu iudiciũ aquę frigidæ,
ferri candentis,caſei benedicti, & cætera huiuſ-
modi; Tales enim ſortes ſacri canones dam-
nant,vt infra de purga.vul.per totum.&.2.q.5.
c.monomachiam.&.c.mennam.&.c.conſului-
ſti.in quibus talia prohibentur tanquã à dæmo
nibus inuenta;Et quoniam per has ſortes Deus
tentari videtur,vt in.c.fi.ĩ.de purg.vul.qđ ne-
quaquã fieri debet, quam diu põt hõ aliter ſibi
cõſulere. Vñ cũ Chriſtus à diabolo duct⁹ ſuper
pinna-



pinnaculum templi à diabolo tentaretur, vt ha
betur in Euangelio. vt proijceret ſe deorſum,
cum aliter poſſet deſcendere per ſcalas;tentato-
ri reſpondit, vt ibi habetur. Et inquit Auguſt.
in quæſtionibus Geneſ. & tranſumptiuè habe-
tur. 22. q. 2. quæritur cur patriarcha. quòd
Deus tentandus non eſt. Ad idem.23.q.vlti.c.ſi
nulla vrget neceſſitas. Poſſet præterea de faci-
li contingere,quòd per iſtos modos ſuccumbe-
ret,aut rem amitteret, aut puniretur qui iuſti-
tiam fouet,aut innoxius exiſtit;vt habetur in.c.
ſignificantibus. infra de pur. vul. Et per hunc
modum intelligi debet autoritas illa Deutero.
non inueniatur in te qui luſtret filium ſuum &c.
Ex quibus ſequitur,quòd quodcunque certam
cauſam habere non poteſt; vel diuinam,vel hu-
manam,vel naturalem,ſuperſtitioſum & nuga-
torium dici poteſt;& ad dæmonum ſocietatem
pertinet;qui talibus aliquando efficaciam præ-
ſtant,vt vanitatibus hominum animos impli-
cent. Vnde inquit Pſalmiſta: beatus vir cuius
eſt nomen domini ſpes eius, & non reſpexit in
vanitates, & inſanias falſas. Per contrarium er-
go oſtenditur,quòd licitum eſt ſortes obſerua-
re, quę aliquam certam cauſam habere poſſunt,
vel diuinam,vel naturalem, vel humanã, à qui-
bus omnis ſuperſtitio & vanitas ſit aliena. Vt
autem in diuino auxilio exordiamur, dicẽdum
eſt,quòd ſi per ſortium proiectionem aliqui di-
uinum requirunt iudicium, hoc quidem ſecun-
dum ſe peccatum non eſt. Et hoc eſt,quod vo
luit Auguſt. dum dicit, ſors non eſt aliquid ma-
li.26.q.2.c.1. Poſſet tamen ex quibuſdam cir
cunſtantijs peccatum fieri. Et hoc quidem qua-
tuor modis ſecundum beatum Thomam in tra
17 ctatu†de ſortibus,quem ſequitur Archidiac.in
.d.c.1. Vno modo, quando nulla vrgente ne-
18 ceſſitate aliquis ad ſortes † recurrendum pu-
tat; qui enim ex humana induſtria poteſt ſibi
prouidere, qua prætermiſſa diuinum putat re-
quirendum iudicium, Deum tẽtare videtur.22.
q.2.c.quæritur.23.q.vlti.in.c.ſi nulla. Quare,
peccatum, atque prohibitum eſſe dignoſcitur;
dicitur enim Paralipom. lib.2.c.20. cũ ignora-
mus quid agere debeamus, hoc ſolum habe-
mus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te.
Vt enim inquit Auguſt.in lib.de ciuitate Dei.&
tranſumptiuè.26.q.5.c.nec mirum.per dæmo-
num fallaciã illuditur curioſitas humana;quan-
do homines imprudenter ſcire appetunt, quod
nulla eis ratione competit ſcire; nam ſi tibi po-
tes prouidere, & te deſidiæ dederis, fruſtra
Deos imploras;quia infeſti,iratique ſunt, vt in-
quit Saluſtius. Secundo quando imminente ne-
19 ceſſitate, quo caſu ad † diuinũ iudiciũ recurrere
poſſumus, ſi cum debita reuerentia illud requi-
rimus. Vnde Beda ſuper actibus apoſtolorum
.c.1.ſic inquit. Si qui neceſſitate aliqua compul
ſi, Deum putant ſortibus, exemplo apoſtolorũ
eſſe conſulendum, videant ipſos apoſtolos non
niſi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deũ
fuſis hoc egiſſe. vt habetur tranſumptiuè. 26.
q.2.in.c.non exemplo. Tertio ſi diuina ora-
20 cula †ad humana, & terrena negocia cõuertan-
tur. Vnde dicit Augu. ad inquiſitiones Ianua-
rij.vt habetur.26.q.2.hi qui. Quòd hi,qui de
paginis euangelicis ſortes legunt, & ſi optandũ
ſit,vt illud potius agant,quàm ad dæmonia cõ-
ſulenda recurrant: tamen iſta mihi diſplicet con
ſuetudo,ad negocia ſæcularia, & ad vitæ huius
vanitatem diuina oracula velle conuertere.
Quarto,ſi ea quæ ſunt per diuinam inſpiratio-
21 nem†facienda,vt ſi electiones ad dignitates ec-
cleſiaſticas velit quis ſortibus committere;quo
niam ad huiuſmodi dignitates promouendi,
debent eligi per concordiam ex inſpiratione
quã facit Spũs ſanctus. Et ideò illicitum eſt in
huiuſmodi electionibus ſortibus vti, per quas
iniuria fieret Spiritui ſancto, qui humanũ ſen-
ſum inſtruit ad rectè iudicandum. Quare Papa
electionem hic in tex.noſtro de Lucano epiſco
po per ſortem celebratam reprehendens, de
ſpirituali gratia confirmauit; atque vſum ſortiũ
in talibus electionibus perpetua prohibitione
damnauit. Cum igitur diuina inſpiratione in-
humanum ſenſum inſpirãte, ad huiuſmodi di-
gnitates ſit fienda electio, quando Spũs ſanctus
inſtruit ad rectè iudicandum: iuxta illud Pauli
ad Corin.c.2.ſpiritualis iudicat omnia; qui au-
tem ſorte eligitur, humano iudicio non com-
prehenditur,ut dixit Ambroſius ſuper Lucam.
Nec enim in hoc exemplũ ſequi debemus, ꝙ
22 Zacharias ſorte fuit electus,vt†incenſum pone-
ret;vel quòd Matthias, vt ſupra in princ. dictum
fuit; quoniam vt inquit Hieronimus ſuper Io.
cuius fuit authoritas.c.nõ ſtante.26.q.2. quòd
ſpeciale fuit in iſtis. Et ideò talia exempla mi-
nimè trahenda ſunt ad conſequentiã. argu.2.q.
.5.c. monomachiam. &. 14.q.5.c.dixit. Vnde
Beda in.d.c. nõ exemplo Mathiæ, vel quòd Io-
nas propheta ſorte deprehenſus ſit, indifferen-
ter ſortibus eſt credendum;cum priuilegia ſin-
gulorum, vt Hieronymus ait.ſ.in.d.c.non ſta-
23 tim. † communem legem omnino facere non
poſſint. Facit.3.diſtin.c.priuilegia. &.16.q.1.
c. hinc eſt. Docto.etiam hic, aſſignant alias ra-
tiones volentes quòd in huiuſmodi electioni-
bus ſors non ſit licita. Primo ex qualitate ip-
24 ſius;†quia ex ea malum ſequi poteſt. Et quia
cum matura & diligenti deliberatione fieri de-
beant, ſequitur quòd non per ſortem. Et
quoniam vt inquit Hoſtien.hic,per illam poſſet
indignior præfici. Et eſt quodammodo Deum
tentare.vt in.c.fi.infra de pur. vul. Poſſet etiam
diabolus in talibus ſe immiſcere. Et præterea vt
hic dicit glo.noſtra,alteraretur forma, quæ eſt
ſeruanda in electionibus;de qua in.d.c.quia ꝓ-
pter.ſupra de electio.& per conſequens electio
non valeret,vt ibi. Glo. etiam hic voluit,quòd
25 id quod obſeruatũ fuiſſe dicitur de Iona † &
Mathia in.d.c.non exemplo. fuit obſeruatum
ex diuina inſpiratione, & ex diuino mandato
extitit adimpletum. Facit.14.q.5.in.c.dicit.
Simile etiam dici poteſt de Zacharia, & pluri-
bus alijs,de quibus ſupra narrauimus. Beda ve-
rò ſuper actibus apoſtolorũ inquit ſic,tãgendo

 aliam

aliam rationem, Matthias ante Pentecoſtē ordi
natus ſortem queritur, quaſi nondum Spiritus
ſancti plenitudine in eccleſiam effuſa. Septem
autem Diaconi poſtea non ſorte, ſed diſcipu-
lorum electione, Apoſtolorum verò oratione,
& manus impoſitione, ſunt ordinati; quaſi ſen-
tiat, quòd poſt Pentecoſtem, qua die Spūs ſan-
cti plenitudo in eccleſiam fuit effuſa, non liceat
ordinandos ad eccleſiā per ſortes eligere; Qui-
bus verbis cōcordare videtur authoritas Grat.
26.q.2.c.1.§.his ita.dicens, ꝙ antequàm euan
26 gelium † clareſceret, multa permittebantur, quæ
tempore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt
eliminata. Quare non mirum ſi Zacharias ſor-
te exijt, vt incenſum poneret. Et Saul etiam fuit
electus ſorte in regē. Quamuis de Saule poſſet
quis dicere, quòd etiam inquantum pertinet
ad ſęcularem dignitatem, per ſortem electio va
leat celebrari, ſecundum ꝙ ſtatim dicam. Et
ſimili modo poſſemus reſpondere ad quaſdam
alias authoritates ſupra in cōtrarium inductas.
Quare voluerunt docto. & refert hic.d. An.de
But. quòd etiam ex duabus in diſcordia electis,
in quibus paritas ſuffragij fuit, non poſſit vnus
per ſortem eligi; Sed ꝙ debet vtraque electio
caſſari; Idq; meritò, quia neutra à maiori & ſa-
27 niori parte capituli † facta reperitur, prout re-
quiritur; ſecundum ꝙ traditur in.d.c.quia pro-
pter.& in.c.eccleſia veſtra. ſupra de elect. Et
hinc etiam ſequitur, quòd ſi duo ſuper ſimili
prouiſione fienda in eadem eccleſia à ſede apo-
ſtolica literas æquales obtineant, atque eodem
tempore illas præſentent, ꝙ non dirimitur ſor-
te, quis eorum recipiendus ſit; Sed illi, ad quos
ſpectat receptio canonicorum, & collatio præ-
bendarum, alterum eligere tenentur; vt dicit
tex.in.c.duobus.de reſcrip.lib.6. Cæterum ad
electionem ſæcularium dignitatum hæc prohi-
bitio non extenditur; quia in ipſis ſi concors ele
ctio fieri non poteſt, licitum eſt ad ſortes recur
rere; quamuis enim rector quærendus ſit non
ſorte, ſed induſtria & prudentia; tollerabilius ta
men eſt ſæcularem rectorem per ſortem quæ-
rere, quàm perpetuis diſſenſionibus laborare.
Ex quibus concludendum arbitror, quòd quā-
quam Hoſt. Io. An. & cæteri doct. hic, ſimplici-
ter velint per ſortes hoc fieri poſſe, prout com-
muniter dicitur per Italicos obſeruari, qui vt
28 plurimum in † electionibus ſuorum præſiden-
tium ſortibus vtuntur per breuia, taxillos, atq;
Balotas; Senenſes verò per lupinos albos &
nigros; Florentini per fabas; Quod & olim in
Gręcia obſeruabatur: Vnde in veteri ꝓuerbio
dicebatur, abſtinendum eſt à fabis. tamen ſi fie-
ri poteſt prius concors electio attentanda eſt,
quàm ad ſortes recurratur; argu. prædictorum.
Vnde volunt præfati doct. Hoſtien. Io. And. &
cęteri hic, quòd etiam inter clericos, vbi de tem
poralibus agitur, poſſit ſortis vſus admitti; arg.
.c.clericos.21.diſtin. &.c.cum ſecundum. ſup̄
de præben. Quare & clerici ad quos ſpectat ele-
ctio, etiam ad dignitatem eccleſiaſticā, poſſunt
talem diſcordiam ſorte comprimere; vt tradit

D.m.in.c.1.ſupra ne ſe.va. Quod tamen intel-
ligendum arbitror, ſecundum ea quæ ſupra di-
cta ſunt; videlicet vt incumbat neceſſitas, ne ten
tetur Deus; & ſic de ſingulis. Verum quia ſu-
pra, & etiam in Rub. diximus, quòd non ſolum
ad diſtinctionem bonorū, ſeu dignitatum ſors
diuiſoria pertinet; ſed etiam circa diſtinctionē
pœnarum verſatur; dicendum arbitror, quòd
ſicut in diſtinctione bonorum ſæcularium in-
ſtante neceſſitate licitum eſt, remota omni ſu-
perſtitioſa obſeruatione, ad ſortes recurrere; ita
etiam in diſtinctione pœnarum licitum erit;
qualis fuit Ionæ deprehenſio, vt ſupra dictum
fuit. Vnde dicit Auguſt. in epiſtola ad Hono-
ratum; ſi inter Dei miniſtros ſit diſceptatio, qui
eorum perſecutionis tempore maneant, ne fu-
ga omnium; vel qui eorum fugiant, ne morte
omnium deſeratur eccleſia. Si hæc diſceptatio
aliter terminari non poterit, quantum mihi vi-
detur, qui remaneant, & qui fugiant, ſorte ſunt
eligendi. & refert, & ſequitur Archidiac. 26.
q.2.c.ſors non eſt. Sicuti verò in prædictis
caſibus ſortibus vti licitum eſt; ita & vbi aliter
humano conſilio, ac prouidentia prouideri nō
poteſt, in diuiſione facultatum licet ſortibus
vti; quibus ad ſedandas diſcordias, comprimen
dasq; contradictiones, frequēter vtimur. Vtrū
autem in iudicijs iudex ad comprimendas lites
poſſit, aut debeat ſortibus vti, & partes ad ſor-
tes compellere. Io. And. hic dicit, quòd legiſtæ
dicunt, quòd aut diſcordia partium eſt ſuper fa
cto, aut ſuper iure. Primo caſu dicenti incum-
bit probatio. vt ff. de probat. in. l. eum qui. Et
fuit hæc originalis ſententia glo. in. l. 1. C. vti
29 poſſ. † quam communiter ſequuntur* doct. Et Cōm. op.
ratio deſcendit ex ijs quæ ſupra dixi; nam ſu-
pra dictum fuit, quòd ſortibus non eſt vten-
dum ad id, ad quod ſortium virtus ſe non exten
30 dit. Quare † ad facti probationem non de-
bent ſe extendere, cum poſſit prouideri huma-
na prudentia. Facit. C. de rei vend. in. l. fin. &
.ff. de rei vend. in. l. is qui deſtinauit. & in. l. of-
ficium. Secundo caſu, quando eſt ſuper iure,
diſtinguendum eſt, quòd aut contrarietas re-
31 ſpicit duntaxat † alienum præiudicium, & iu-
dex ad requiſitionem eius, de cuius præiudicio
agitur, illos compellere poteſt ad concordiam.
Et ideò ſi vnus ex duobus hęredibus legatarij
velit ad legatum conſequendū perſonalē actio-
nem intentare, alter realem; poteſt iudex eos
compellere ad concordiam; vt eſt tex. in. l. hu-
iuſmodi. §. fi. ff. de leg. 1. Similiq; modo com
pellit legatarios, quibus cōiter ad prædium
iter legatum eſt; ſiquidem illi minimè cōueniūt
de itineris loco; vt in. l. itinere. ff. de ſerui. ruſti.
præd. Probatur etiam Inſti. de ſatiſda. tut. §. fin
autē. vbi tutoribus diſcordantibus in electione
illius qui agere, aut adminiſtrare debeat rem
pupilli, compellit iudex ad concordiam. Nec
eſt aliqua ſpecialitas ibi in pupillo; vt hic voluit
Ioan. Andr. licet glo. ibi contrarium ſentiat.
Et eadem dicenda ſunt de cæteris ſimilibus
caſibus, quales habentur in. l. 2. §. fina. ff.

quib.



quib. mo. vſu. amit. & in. l. cum filius. §. varijs.
ff. de lega. 2. & in. l. quoties. ff. de vſufruct. tales
enim contraria, aut repugnantia intendentes,
neque in vnum concordare valentes, mutuò ſe
impediunt, vt. d. l. quoties. Si verò quod agitur
reſpicit tantum præiudicium diſcordantium, &
neuter illorum velit ſortem, ſeu fortunam iudi-
cem facere; ſimili modo mutuò ſe impediunt;
nec iudex illos ad ſortem compellit. Alterutro
autem volente fortunam iudicem facere, etiam
altero reluctante, poterit iudex diſcordiam ſor-
te comprimere. Quare ſi legatarius cui optio
ſerui, aut alterius rei, legata erat, obijt duobus,
aut pluribus relictis hæredibus; et vnus vnum;
alter alterum ſeruum eligere malit; ſorte eos po
terit iudex ad concordiam reducere; vt in. l. fin.
C. commu. de lega. Cuius. l. arg. quanquā doct.
omittant, arbitror ita intelligendum de proxi-
mis ſuperioribus caſibus. Quare ad petitionem
alterius poterit iudex partem compellere, vt
ſorte dirimant, an potius reali, quàm perſonali
actione agēdum ſit; Et quo in loco iter fieri de-
beat; Aut quis ex tutoribus gerere, aut admi-
niſtrare; Quiſue in legato vſufructus, alternis
annis relicto prius vti frui incipere debeat; ne-
que enim inter hos caſus, & optionis legatum,
video aliquam diuerſitatis rationem. Et ideò
idem in omnibus tenendum ſentio. arg. l. illud.
ff. ad. l. aquil. cum ſimi. Quāuis Bal. in. l. ſed cum
ambo. ff. de iud. velit ratione leuis præiudicij in
caſu & optionis. &. d. l. fi. C. commu. de leg. ad
ſortem recurrendum. Sed mihi non placet. Si-
mili etiam modo in duplicibus iudicijs, qualia
ſunt familiæ herciſcundæ, communi diuidun-
do, & finium regūdorum; ſi ambo ad iudicium
prouocēt, ad petitionem alterius ſorte dirimen
dum eſt, quis nam eorum actor, aut reus, haben
dus ſit. vt in. l. ſed cum ambo. ff. de iud. Et ſimi-
liter etiam in interdicto vti poſſidetis; quando
neuter, vel vterque titulum oſtendit, & proba-
tiones æquales ſunt; nec apparet quis ad iudi-
cium prouocauerit, ſorte dirimitur. vt not. glo.
in. c. licet cauſam. ſupra de probatio. in. l. 1. C. vti
poſſid. Et ſi plures ex eiſdem partibus ſint hæ
redes, & cautiones hæreditariæ apud vnum de-
ponendæ ſint, nec conueniat inter eos apud
quem potius eſſe debeant, ſortiri oportet apud
quem debeant eſſe; Vel ſuffragio, vel conſenſu
amicus eligendus eſt, apud quem deponantur.
vt in. l. ſi quę ſunt. ff. fam. herciſ. alleg. hic in glo.
noſtra. Et ſimilis caſus habetur in. l. generaliter.
§. quid ergo ſi plures. ff. de fideicom. libert. Et
aduertendum eſt, quòd à ſententia lata per ſor-
32 tes non poteſt appellari, † quoniam talis ſenten
tia dicitur ſententia fortunæ. vt inquit tex. in. l.
fin. in prin. C. commu. de le. quæ fortuna in hoc
non habet ſuperiorem, vt de ſe patet; æquat. n.
ſumma infimis, & infima ſummis. Et in Ponti-
fices ſummos, atque Imperatores poteſtatem
exercet. Facit quod not. in auth. vt omnes obe-
di. iudi. prouincia. Vnde legitur, quòd Bonifa-
cius nonus miſerabiliter diem obijt. Et dicit
Seneca ad Lucillum epiſtola. 7. quòd fortunæ

dux eſt ſolus Deus. Et hoc tenuit eleganter
33 Bal. in. d. l. fina. tum † quia appellatio debet fie-
ri ad ſuperiorem, vt dixi ſupra in rubrica de ap-
pellat. tum quia non poteſt in hoc eſſe ratio ap-
pellandi; nulla enim iniquitas poteſt redargui
vt de ſe patet. Item aduertendum eſt, quòd nō
ſolum pluribus adinuicem diſcordantibus, ſi
aliter ſibi prouidere non poſſunt, licitum eſt
per ſortes facere; ſed etiam vnus & idem homo
cui repugnantes voluntates occurrunt, quibus
ſuo ſenſu prouidere non poteſt, niſi aliud ob-
ſtet, poteſt diſcordantem voluntatem ſorte cō-
primere. Quare ſi neceſſitas occurrit, quòd ali-
quid pluribus ſit erogandum, quod non niſi vni
eorum dari poſſit, ſorte dirimere poteſt cui dan
dum ſit. Vnde dicit Auguſt. in lib. 1. de do-
ctrina chriſtiana. ſi tibi abundaret aliquid, quod
oporteret dari ei qui non haberet, nec duobus
dari poſſit; ſi tibi occurrunt duo, quorum neu-
ter alium, vel indigentia, vel gratia, vel aliqua
neceſſitudine ſuperaret, nihil iuſtius faceres,
quàm vt ſorte deligeres cui dādum eſſet, quod
dari vtrique non poſſet. Et ſequitur Archid.
26. q. 2. c. ſors non eſt. Facit tex. in. d. l. gene-
raliter. §. quid ergo ſi plures. ff. de fideicommiſ.
liber. Cæterum quia ſupra dictum fuit, quòd
in diuiſione, ſortis ſpecies vt plurimum exerce-
tur per cedulas ſcriptas, & vacuas, per feſtucas
inæquales, per Ballotas, fabas, lupinos albos &
nigros, & aliquando etiam per taxillorum por-
rectionē. Et quòd diuiſoria ſors ordinatur ad
finem, vt homines conueniant in ijs quæ ad
vſum humanæ vitæ videntur fore neceſſaria.
Et quòd vbi neceſſitas non incumbit, ſed hu-
mano iudicio poteſt prouideri, nequaquam ſor
tibus ſit vtendum. Inferendum videtur, quòd
ludus taxillorum, quo mediante ſorte quadam
meum fit tuum, & tuum fit quandoque meum,
non videtur licitus eſſe; & hoc tenent docto.
Niſi gratia ſolatij fiat; vt pro prandio, vel pro
cœna. vt in. l. 1. &. 2. ff. de alea. & in. l. fina. C. de
alea. & in. c. clerici. ſupra de vita & hone. cleric.
aliquid per Innoc. in. c. quia plerique. ſupra de
immu. eccle. & per glo. in. c. 1. 35. diſt. De qua
materia latius vide per Ioan. de Imo. in. l. ſi quis
cum ſciret. ff. pro empto. & vide latius in tra-
ctatu quem feci de ludo. Et quoniam prædi-
cta neceſſitas, propter quam licitum eſt ſorte
34 diuiſoria † fortunam, atq; ipſius fortunæ iudi-
cium experiri, etiam in cōſultoria ſorte verſari
videtur; dicendum eſt, quòd etiam in conſul-
toria ſorte inſtante neceſſitate cum debita re-
uerentia, non conuertendo diuina oracula ad
terrena negotia, diuinum iudicium implorare
licitum eſt; Vnde legitur primo Regum, quòd
Dauid conſuluit dominum, dicens: perſequar,
an non, latrunculos iſtos, & comprehendam
eos? de quo ſupra. Item cum ſupra dictum
fuit, quòd non ſolum per diuinum iudicium,
ſed etiam per alios modos poſſet fieri huiuſ-
modi conſultatio; poſſet quis dubitare an lici-
tum ſit per alios modos accedere ad hanc con-
ſultoriam ſortem; cui dubitationi reſpondendū

arbitror quòd per aliquos ſuperſtitioſos, ſeu
nugatorios modos, aut ſuperſtitioſas obſerua-
tiones, nequaquam licitum eſt vti ſorte conſul-
toria; quoniam vt ſępius dictum eſt, huiuſmodi
ſuperſtitiones ad dęmonum fallaciam perti-
nẽt. Quare furta ex codicibus, aut aſtrolabij in-
ſpectione, aut per alios ſimiles modos, requi-
rere iura prohibent: vt in. c. 1. &. 2. ſupra eod.
Nã vt ſupra dictum fuit, nugatorium dicitur,
quando quis vtitur aliqua re ad aliquid, ad qđ
eius virtus ſe non poteſt extendere; hoc enim
in uanum fieri videtur; & omnia vana nugato-
ria dicimus. Quare ſi quis collo alliget nucellã
die beati Chriſtophori collectam, vt à morbo
liberetur, ſuperſtitioſum videtur. Similes vi-
dentur quædam ligaturæ, ſiue ſimilia remedia,
quæ medicorum diſciplina condemnat, ſiue in
præcantationibus, ſiue in notis, quas characte-
res vocant, ſeu alijs quibuſcunque rebus ligan-
dis, vel ſuſpendendis, conſiſtãt. Aut ſi tibi ſin-
gultienti dicatur, vt dextera manu policem te-
neas; talia enim prohibita ſunt, vt traditur. 26.
q. 2. in. c. illud. Et ſimile eſt, cum veſtis à ſorici-
bus roditur, plus timere ſuſpitionem mali fu-
turi, quàm de illato iam damno timere; vt ibi
traditur. Nec de leporis tranſuerſo itinere ti-
mendum eſt. Sed magis de leone, & vrſo. Eſt
etiam ſuperſtitioſum ſperari ab itinerantibus,
quòd aliquid proſperè inde eueniet, ſi Accipi-
ter, aut Perdices ex tranſuerſo volauerunt; nam
magis ex trãſuerſo proſperum eſſet illas coctas
habere. Omnes itaque prædicti, & ſimiles mo-
di ſuperſtitioſi abijciendi ſunt. Hodie enim nõ
habet eſſe augurium in Iacob; neque diuinatio
in Iſrael; qui enim ſine ſaluatore ſalutem vult
habere, & ſine ſapientia ſe prudentem fieri exi-
ſtimat, non ſanus, ſed æger; non prudẽs, ſed ſtul
tus in ægritudine aſſiduè laborabit; & in neceſ-
ſitate noxia ſtultus & demens permanebit. 26.
q. 2. c. qui ſine. Et breuiter in hac conſultoria
ſorte, nec dies Aegyptiaci, nec calendæ Ianua-
rij, nec initia mẽſium, nec menſes, nec anni, nec
curſus lunę, ſolis, aut ſiderum, ſeruare debemus.
vt hæc traduntur. 26. q. 7. in. c. nec licet. &. c. ſi
quis calendas. &. c. non obſeruetis. &. 26. q. 5.
in. c. non liceat. Vnde dicit Apoſtolus, & refert
Gratian. 26. q. 2. §. his ita. dies obſeruatis, vel
menſes, & tempora, & annos; vnde timeo ne
fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Sic &
35 aſtronomia, † ſeu aſtrologia apud catholicos in
deſuetudinem abijt; de ea tamen latius infra.
Inſuper nec licitum eſt conſulere per duodecim
ſigna naſcentium mores, actus, & euentus.
Aut quem effectum vitæ habeat qui naſcitur;
vt hæc traduntur. 26. q. 4. in. c. igitur. Sunt ta-
men hæc intelligenda, quando nugatoria ſuper-
ſtitione aguntur; ſed ſi aliquid obſeruaretur, aut
ageretur ad hanc conſultoriam ſortem, quod
haberet aliquam certam cauſam, vel naturalem,
vel humanam, vel diuinam; hoc minimè ſuper-
ſtitioſum eſſet; nec ad dæmonum ſocietatem
pertineret. Quare ſi quis aſtrologum conſu-
lat, vtrum æſtas ſit futura pluuioſa, vel ſicca,
non eſt nugatoria conſultatio; ſicut eſſet ſi quis
eum conſuleret, vtrum ſibi fodienti ſepulcrum
theſaurus occurrat; Prima enim conſultatio,
ad virtutem corporum cœleſtium ſe extendit.
ſecunda autem non. Quare nec licitum eſt a-
ſtrologum conſulere, an aliquis homo proſpe-
ræ, aut aduerſæ fortunæ ſit futurus particeps;
quoniam vt ſupra diximus, virtus cœleſtium
corporum ſe extendit ad corporales effectus;
non autem ad mutandum liberum arbitrium
hominis. Et ideò ſi quis remota omni ſuſperſti
tione in colligendis lignis, putandis vineis, vel
terris colendis, vel in dandis potionibus, vel
medicinis, lineam conſideret, & temporis qua-
litatem, ac ſolis, & lunæ, dies, & menſes, per-
miſſum eſt. Hæc enim ex arte fiunt, & ſecun-
dum naturalem cauſam. Et ideò non repro-
bantur. Idem quoque in augurio naturalem
cauſam habente, tenendum eſt. Si quis enim
cornicula frequenter vocitante, mox futuram
prænunciet pluuiam, non eſt hoc nugatoriæ ſu-
perſtitionis; mouentur enim animalia quodam
naturali inſtinctu ex influxione corporum cœ-
leſtium ſecundum diſpoſitionem aeris ad tem-
poris conditionem, prout eorum naturæ ne-
ceſſarium eſt; Vnde Hieronimus, nullus in cœ-
lo cognouit tempus ſuum; turtur, & hirundo,
& ciconia, cuſtodierunt tempus ſuum. Simili-
ter etiam ſi quis ex ſubito volatu auium de-
nuntiet ibi latere inſidias, vnde aues volando
receſſerunt, non eſt ſuperſtitioſum; ſed huma-
na induſtria. eſt ergo permiſſa. Atque idem de
cæteris ſimilibus tenẽdum eſt. Arbitror enim,
36 quòd ſi † quis inſtante cauſa, cum debita reue-
rentia diuinum auxilium conſulat, aut impre-
cetur, non fore aliquo modo ſuperſtitioſum;
vt puta, ſi propter grandines pulſantur campa-
næ, aut ſimilis obſeruatio fiat ob timorem pe-
ſtilentiæ, quo caſu ſecundum Lau. quem ſequi-
tur Archid. 26. q. 5. in. c. quicunque. licitum eſt
etiam reliquias ſanctorum foris exponere; Aut
ſi quis candelis benedictis accenſis, dum eſt ti-
mor fulgurum, & tempeſtatum, ſigna in domo
faciat. Aut ſi quis dum fulgura timet propter
præcedentes coruſcationes, ſigno crucis in ca-
pite facto, profert ſancta verba in auxilium
ſuum. Aut ſi quis euangelium, vel aliam ora-
tionem, vel alia verba diuina, ad collum ligat,
vel vt ſecurus incedat; vel vt morbo libere-
tur; hoc enim licitum eſt ſecundum Thomam;
dummodo nihil in eo ſuperſtitioſum ſit; Non
enim debent ibi eſſe deſcripta aliqua ignota
nomina, ne ſub illis aliquid licitum lateat; Si-
cut enim ſcribit Chriſoſtomus, multi confin-
gunt aliqua nomina Hebraica angelorum, &
ſcribunt, & allegant, quæ, non intelligenti-
bus, metuenda videntur. Et inſuper præ-
cauendum, ne aliquid falſitatis contineant;
quoniam quæſitus effectus non poſſet expe-
ctari à Deo, qui non eſt teſtis falſitatis.
Cum talibus etiam ſanctis verbis non ſunt
aliqua vana, aut characteres, præter ſignum
crucis admiſcendi. Nec aliqua ſpes haben-
da eſt



da eſt in modo ſcribendi, aut ligandi, aut
in ſimili vanitare, quæ non ad diuinam reue-
rentiam, ſed ad ſuperſtitionem pertinet. Fa-
cit tex. 26. q. 5. c. non liceat. vbi hęc quaſi for-
maliter refert Archid. Vbi etiã ſubdit, & per
illum tex. & ſecundum beatum Thomã, quòd
idem dicendum eſt de ijs qui ſanctorum reli-
quias portant ad collum; ſi enim portant ex fi-
ducia Dei & ſanctorum quorum ſunt reliquiæ,
non erit illicitum; Sed ſi aliquid vanitatis ad-
miſcetur, vt puta, quòd vas eſſet triangulare, aut
aliquid huiuſmodi, quòd non pertinet ad re-
uerentiam Dei & ſanctorũ, illud tanquam ſu-
perſtitioſum illicitum eſſet. Sed & quòd ſe-
ptima feria hebdomadæ Dominicæ Paſſionis
cum primum audiuntur campanæ, clauis, gla-
dius, aut aliquod ferreũ, intra dentes impona-
tur, vel dum in Miſſa dicitur, Pater noſter, ma-
nus ad gennas ponatur ad dolorem dentium
ſuſtinendum; ſuperſtitioſum mihi videtur.
Nõ ſimile arbitror de ijs qui in principio Euã-
gelij, cruces in fronte, vel in cæteris membris,
faciunt; ſi illud agatur ob reuerẽtiam; nec ali-
quid vanitatis admiſcent. Eſt etiam licitũ ſter-
nutanti, aut ſingultienti, aut ſimile quid agen-
ti, aut aliquo membro ſaliente dicẽti, te Deus
& ſaluet dominus ſanctuſq; Ioannes; aut ſimi
lia verba. Vel vt aliquid agat, quod ſecundum
naturalem cauſam iuuare poſſit; quale eſt con-
ſilium ꝙ ambulantibus impertiri ſolet, quan-
do ſplenis dolor illos inuadit; vt paleam nudo-
ſam mox appoñant; quod ad hanc paſſionem
frequenter ſum expertus. Nec id reprehen-
dendum puto, ſi quis annulos cum præcioſis
lapillis, ſanitatis conſeruandæ, aut recuperan-
dæ, in digitis deferat; aut in collo appendat;
habent enim & lapides intrinſecam à proprie-
tate rei & à forma ſpecifica virtutem occultã;
Videmus enim quòd Magnes attrahit ferrum;
At ſi Indicus Adamas ponatur ex oppoſito Ma
gnetis, ferrum minimæ attrahitur à Magnete;
Sicut enim in illis corporibus agũt ſecundum
naturam ſuam, ita & in corpore noſtro opera-
ri & ad ſanitatem & ad infirmitatem poſſunt;
Vnde eſt in vulgari ꝓuerbio, & apud medicos
& phiſicos, ꝙ in herbis, verbis, & lapidibus
virtutes inſunt à natura. Nec etiam ſuperſti-
38 tioſum arbitror, quòd † in quarto digito ſini-
ſtrę manus annulus à ſponſo ſponſæ inſeratur;
nam cum detur propter mutuæ dilectionis ſi-
gnum; vel propter id magis, vt tali pignore eo-
rum corda iũgantur; meritò digitus ille tali
fuit honore decorãdus; quòd in eo vena quæ-
dam, vt fertur, ſanguinis, ad cor vſq; perueniat;
vt ſcribit Iſidorus lib. 2. de officijs. et trãſum-
ptiuè. 30. q. 5. in. c. feriæ. Aulus Gellius verò in
noctibus atti. lib. 10. c. 10. dicit, veteres græ-
cos atq; romanos hoc ſeruaſſe, & eius obſer-
uantiæ cauſam præſtitiſſe Apion in libris Ae-
gyptiacis; ſcribit enim, quòd inſectis aper-
tiſq; humanis corporibus, vt mos in ægypto
fuit, neruum quendam tenuiſſimum ab eo di-
gito ad cor hominis pergere & peruenire cõ-
pertum eſt. Sed quòd talis annulus debeat ſe-
cundam digiti iuncturam tranſire, vt ſponſo
inde eueniat proſperum; aut ꝙ ob hoc ſpon-
ſa ſponſo ſit futura obediens, ſuperſtitionis eſt
ſpecies; Obedientiæ enim vxoris, prudentia,
verbis, aut verberibus, conſulitur; nõ huiuſ-
modi nugatoria vanitate. Similiter etiam ſi
lucri cauſa portetur annulus, aut ſub certa for-
ma, vel certa die fabricatus, vt puta, die Vene-
ris ſancti, vel potius ex ferro, quàm ex auro,
videtur ſupeſtitioſum. Quod autem pleriq;
obſeruant, & nos potiſſimè Senenſes, qui in
vigilia Dominicæ Natiuitatis grande lignum
ſuper ignem cum certis cerimonijs & vini effu
ſione imponimus, ſiquidem illud fiat ad hono-
rem Natiuitatis Dominicæ, & infuſio ad abun
dantiam vini, & quòd ex vino remanente in
vaſe omnes bibant, fiat ad ſignificandum di-
uinam largitatem & communionem, quam
nobis tribuit ex largitione ſui ipſius; aut quòd
vnuſquiſq; de domo ſuper ignem lignum ap-
ponat, vt pleriq; faciunt, ad ſignificandum actũ
quem dicunt paſtores egiſſe, quando illis an-
nuntiata fuit natiuitas Domini; ferunt enim
quidam, baculos in ignem proiecıſſe, ad deno-
tandum pacem eſſe firmatam. Nam hęc ſi ad
honorem & laudem fiant, & ad ſignificandum
prædicta, potius ſunt laudanda, quàm vitupe-
randa. Secus ſi talia ſeruarentur vt traditio-
nes gentilium; ita intelligo tex. 26. q. 5. in. c.
non licet. Et idem dico de cæteris ſimilibus.
Vnde ſit concluſio ſuperſtitioſas obſeruantias,
& nugatorias vanitates, traditioneſq; gẽtilium,
fugiendas fore; vt in dictis iuribus ſupra alle-
gatis. Vnde latius vide quod dixi in tractatu
de ſortibus. Quantum verò ad tertiam ſpe-
ciem ſortis quæ diuinatoria appellatur, neceſ-
39 ſitas † de qua ſup̃ dictum eſt, nõ videtur mul-
tũ occurrere; Vnde dixit Dominus diſcipulis
ſuis, Non eſt veſtrum noſce tempora, vel mo-
menta, quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Si
qua tamen futura prænoſcere neceſſarium eſt,
ſiue ad cautelam eccleſiæ, prout eſt reſolutio
lunæ; vt ſciamus qua die annuntiandum ſit ie-
iunium, & feſtum Dominicæ reſurrectionis;
non eſt inconueniens quærere. Idem & ſi ad
cautelam ſingularis perſonæ; Quanquã enim
hæc per ſanctum Spiritum debeant fidelibus
innoteſcere, iuxta illud Io. c. 16. quæ ventura
ſunt annuntiabit vobis; tamẽ de huiuſmodi
futuris licitum eſt per modum cõſultoriæ ſor-
tis diuinum iudicium quærere. Sicuti legitur
in lib. iudicum. c. 6. quòd Gedeon quæſiuit à
Domino, ſi per manus eius populus eius eſſet
ſaluandus, petens ſignum inuenire. Quare in
futuris cognoſcendis, quantum ad hoc, ea ſer-
uanda ſunt, quæ dicta ſunt ſupra in conſultoria
ſorte. Itẽ videtur licitũ eſſe, talia futura præ-
noſcere atq; prædicere per propheticos viros;
nam ipſi illa cognoſcũt ex inſpiratione diuina;
de quibus latius dic, vt dixi in dicto tractatu.
Sed per dæmonum inuocationẽ, & magicas
artes, cęteraſq; ſuperſtitiones, nequaquam li-
citum

citum eſt; vt ex ſuperioribus clarè colligitur; ſed per humanam induſtriam, aut naturalem rationem, hoc licitum eſt; ſecundum quod ſup̃ dixi de Cornice vocitante, & auibus volantibus. Hinc prudentes nautæ per varios motus piſcium & aquarum, & varios flatus ventorum, cognoſcentes futuram tempeſtatem, in clauſos portus fugiunt. Quare videtur quòd per ſcientiã Aſtronomiæ licitum ſit futura præ noſcere, quod ad eam ſcientiam ſecundum naturalem rationem videtur pertinere, hoc videtur probari in .c. 2. ſupra eod. & .37. di.c. ſi quis artem. et hoc tenuit lau. Alij tamen pleriq; doctores contrarium tenuerunt, & varij circa hoc varia dixerunt in .c. præcedenti. et ibi Io. Andr. multa format argumenta pro, & contra; ſoluit tandem, quòd ſcientia Aſtronomiæ non eſt prohibita; quia vt dictum eſt, vna eſt ex ſeptem artibus liberalibus, & ſolum ſequela fuit cauſa propter quam in deſuetudinem videtur abijſſe. Sed vtrum ſit per illã de futuris iudicã-
40 dum, † cõcludit cum theologis quòd licitũ eſt per conſiderationem aſtrorum prænoſcere & iudicare futura, quæ cauſantur ex cęleſtibus corporibus; ſicut eclipſim, ſiccitatem, humiditatem, & cætera huiuſmodi; & iudicium hoc nequaquam eſt illicitũ; & ſic loquitur .l. eorũ. .c. de male. Facit ꝙ ſcribit Hieronimus ad Fabiolam, inquit enim, ratione cũcta ſunt plena; & hærent terrena celeſtibus; imò ratione terrenorum, & temporum, caloris, & frigoris, inter vtrumq; temperies de cœli curſu & ratione deſcendit. Si quis autẽ vellet per aſtrorum conſiderationem cognoſcere futuros caſuales vel fortuitos euẽtus, aut certitudinaliter futuras operationes hominum, aut præteritas occultas, hoc minimè licitum eſt; quoniam in talibus immiſcetur dæmonis operatio; Et de hac loquitur tex. 26.q.2. in .c. illud. & .q. 3.c. .1. & .q.5.c. non licet. & .7.q. c. pen. & fin. & quod tradit Gratianus .26.q. 2. in .c. 1. §. his ita. & ꝙ no. in .l. ita apud Labeonem. §. ſi quis aſtrologus .ff. de iniuri. & .c. de maleſi. in .l. & ſi excepta. & .l. nullus auruſpex. & .l. nemo. cũ ſim. Et hæc opi. mihi placet. de quo latius, vide quę dixi in dicto tractatu. Vltimo ego quæ-
41 ro, quę ſit pœna † exercentiũ ſortes in caſu prohibito. Sol. diſtingue inter forum pœnitẽtialem, & temporalem. Quantum ad forum pœnitentialem, tex. in .c. 1. ſup̃ eod. vult, quòd talis debeat per quadraginta dies pœnitere; Tex. verò .26.q.5. in.c. qui diuinationes. vult, ꝙ tales debeant iacere ſub regula quinquennij, ſecundum gradus pœnitẽtiæ diffinitos. In cõtrarium tamen facit 23. q. 2. in .c. hoc ipſum. & .§. ſequen. vbi dicitur, quòd ecleſia conſueuit pro maioribus criminibus, & ſic pro peccatis mortalibus iniungere pœnitentiam ſeptem annorum; Hoc tenet glo. 22. q. 1. in .c. præ-
42 dicandum. Quod aũt ſortilegium † ſit grauiſſimum crimẽ, & mortale pctm̃ cõtineat, ꝓbatur .26.q.2. qui ſine. vbi dicitur, quòd tales tendunt ad eternã perditionem. Probatur etiam in iuribus infra allegatis. Sol. potes dicere, quòd iſtud eſt regulare. Hodie tamen commu-
43 nis* opi. habet, quòd † omnes pœnitẽtiæ ſunt arbitrarię, vt traditur. 26. q. 7. in .c. tempora plenitudinis. & .c. pœnitentibus. & de conſecra. diſt. 3. c. de pęnitẽtibus. & melius de pœni. diſt. 1. in .c. menſuram. vbi tex. eſt ſingularis. Cõm.op.
Conclude ergo, quòd arbitrio epĩ, aut ſacerdotis, ſecundum exceſſus magnitudinem, & loci, atq; temporis, nec non delinquentis ſingulas qualitates, atq; cęteris huiuſmodi circũſtantijs prudenter & diſcretè conſideratis, nũc grauiores pœnitentiæ, nunc leuiores, ſortilegis ſunt imponendæ. Facit ꝙ ſtatim dicam in ſequenti articulo. Circa ſecundum membrum de pœna fori contentioſi; debes ſcire, quòd ma-
44 ximè iura canonica † reperiũtur impoſuiſſe varias pœnas ſortilegis; Quidam enim canones ſimpliciter volunt eſſe excõmunicandos. vt in. c. ſortes. in fi. 26.q.5. & 26. q. 2. in ſum. Alibi verò dicitur, quòd tales à cõmunione eccleſiæ repellũtur; ſeu ab eccleſia habeantur extranei; .26.q.5. in .c. ſi quis. & .c. aliquanti. Alibi autem dicit tex. quòd talis proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior; vt dicit tex. 26. q.5 .c. epĩ. in ſi. Vnde conciliũ ſtatuit ſortilegos ꝓijci ab eccleſia; vt traditur 26. q. 5. in .c. non oportet. Vel conuentu eccleſiæ ſeparari. 26.q. .5. in c. augurijs. Qui autem pro inueniendo furto eccleſiæ ſuę facto, per inſpectionẽ aſtrolabij bono zelo atq; ex ſimplicitate incantatorem conſuluit, pro expiatione delicti per annũ, & amplius, vt iudici viſum fuerit, debet ab altaris miniſterio abſtinere; vt traditur in. c. 2. ſup̃ eo. Voluit tamen ibi glo. quam ſequuntur doct. quòd huiuſmodi pœna non ſit ordinaria; ſed pœna ordinaria & propria, ſit priuationis beneficij & officij; Et hoc etiam voluit glo. fi. in .c. 1. ſup̃ eo. quæ dicit hanc pœnam intellexiſſe plures canones quos ſup̃ retulimus; quibus cenſitum eſt ſortilegos ab eccleſia deijciendos. Hanc etiam ſortilegorum pœnam voluit eſſe glo. 26.q.5.c. ſi quis epiſcopus. dum exponit tex. illum dum dicit ſuſpenſus, ideſt, priuatus, & ſequitur Archid. per not. in .c. ſiquis
45 epiſcopus. 1.q.3. Et hæc † eſt cõmunis* doct. Cõm.op.
noſtrorum ſententia, quòd de iure canonico talis dignus eſt pœna depoſitionis, officij, & beneficij. Dicit tamen .D. m. in .c. 2. ſupra eo. quòd in pœna imponenda ſortilegis, aut illos conſulentibus, iudex animaduertere debet & ad quantitatem delicti, & ad animum delinquentis, quandoq; grauiſſimas, quandoq; graues pœnas imponẽdo; quæ ſententia mihi placet. Et eam ob cauſam canones reperiuntur varias pœnas impoſuiſſe, vt patet ex ſuperioribus. Et hinc etiam eſt, quòd quædam iura certam pœnam non imponunt; ſed ſimpliciter dicunt, quòd tales dicuntur inimici Chriſti, & quòd diſtricta vltione ſunt corrigendi .26.q. 5. in .c. contra Idolorum. in fin. vbi. tex. vult, quòd liberi incluſi in diſtrictam pœnam ſunt dirigendi. Serui verò ſunt verbe-

ribus



ribus caſtigandi. Dicit tamen ibi Archid. poſt
46 Lau. quòd hoc intelligi debet, dummodo † hoc non agant epiſcopi cum proprijs manibus; nõ enim licet ep̃o aliquem proprijs manibus cædere; quia hoc debet eſſe alienum à ſacerdote; vt in .c. nõ liceat. 86. diſt. & in authen. de ſanc. epiſ. §. ſed neq;. coll. nona. & .45. diſt. in .c. ep̃m. Quid autem ſi non haberet alium per quem poſſet cędere; vide glo. in .d.c. non liceat. et latius .45. diſt. in ſumma. Poteſt etiam ep̃s & per alios modos ſortilegos vituperare, & dehoneſtare; vt mitriando; vel ad ſcalas cũ dedecore ponendo; vel extra diœceſim vituperoſè eijciendo, vt not. Io. An. & ibi ẽt clarius .D. m. in .c. 1. ſup̃ eo. Facit. 26.q. 5.c. epiſcopi. Item poteſt eos decaluare, id eſt veſtes & capillos ante & retro incidere; ſicut obſeruatur in quibuſdam locis de conſuetudine; vt dicit Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. fi. Et de hac decaluatione loquitur tex. 32. q. 1. in .c. de be-
47 nedicto. Sunt † etiam tales infames; vt tradit Io. An. & Hoſti. in .d.c. 1. ſup̃ eo. et probatur .2.q.8. in .c. quiſquis. Sed ſecundum leges, ta-
48 les vltimo † ſupplicio puniuntur. vt. C. de male. in .l. penult. videtur etiam quòd tales cremandi ſint. vt in .l. nullus .c. eo. & no. glo. 26. q.5. in .c. qui diuinationes. Vnde dicit Archid. 26. .q.5. in .c. ſi quis ep̃s. quòd Saul propter hoc delictum meruit à Deo interfici; eo quòd conſuluit Pythoniſſam. Illi verò in quorum domo hæc fiunt, poſt publicationem bonorũ in exilium mittuntur; vt no. glo. in .d.c. qui diuinationes. & eſt tex. in .l. nullus .c. de maleſi. Ego arbitror pro cõcluſione, ꝙ cum hodie etiam ex cauſa, iudex laicus pœnas legales poſſit alterare aggrauando, & alleuiando, vt traditur in .l. quid ergo .§. pœna grauior .ff. de his qui not. infam. & in .l. hodie .ff. de pœnis. & cum iura maximè canonica vario modo loquãtur, quòd in vtroq; foro, & ſeculari, & eccleſiaſtico, quò ad pœnam temporalem imponendam, debeat Iudex conſiderare & qualitatem perſonæ, & quantitatem delicti, atq; etiam circunſtantias loci & temporis; & an delictum incidat in hæreſim; ſeu incidat in idololatriam, aut non; & vtrum ex dolo, aut verò ex ſimplicitate, commiſſum ſit ſortilegium; diſtinguẽdo etiam inter agentes & conſulentes; & ſecundum dictas qualitates nunc grauiores, nũc leuiores pœnas, imponendo. Si autem in certum caſum à iure determinatum incideret, non admixta aliqua alia qualitate, rectè agit pœnam canonicam vel legalem obſeruando; & illam non alterando;
49 ne ſit lege † clementior. 6.q. 3. in .c. ſcriptum. Facit .l. proſpexit .ff. qui & à quibus. Cætera autem circa hanc materiam, vide latius per me in dicto tractatu de ſortilegijs.

## Rub. De colluſione detegenda.

*SVMMARIVM.*

1 *Colluſio quid ſit.*

HAEC Rubrica continuatur ad præcedentes hoc ordine, ſupra viſum fuit de quadam ſpecie falſitatis quæ committitur in ſortilegijs, ideò cõpetenti ordine ſubnectitur hæc Rubrica de colluſione; quæ colluſio ſpeciem falſitatis continet; quia qui colludit, vnum agit, & aliud ſimulat; Ideò hic de colluſione ponitur. Vel ſic, quia in ſuperioribus titulis dictum fuit de pluribus criminibus; & quia accuſatores in ipſis criminibus ſæpe colludũt, quæ colluſio falſitatem continet; meritò poſt dictos titulos, & maximè duos proximos præcedentes ponitur hæc Rubrica de colluſione. Sed quæro pro intellectu dicendorum
1 quid † ſit colluſio. Sol. glo. 2. in .c. audiuimus. infra eo. dicit, quòd colluſio eſt inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio. Sed Hoſti. in ſum. eo. ti. §. 1. addit, qua interueniente quandoq; delicta remanent impunita; vel etiam committuntur. vt in c. 1. & in .c. 3. & in .c. fi. infra eod. Sed glo. 1. in .c. cum clerici. ſup̃ de cenſi. dicit, quòd eſt inter actorem & reum occulta & illicita pactio, per quam alter in iudicio ſe ſuperari permittit; allegat .c. præterea. eo. tit. de cenſi. Et de materia iſtius ti. habetur in decretis. 2.q.3. in fin.

## Capitulum . I. Scripta.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſator ſi deſiſtat ab accuſatione, debet iudex inquirere an per colluſionem hoc fecerit, & nu. 8. & nu. 9.*
*Et quid agendum ſit circa iſtud, deciditur.*
2 *Accuſatores plures poſſunt admitti ad accuſationem vnius. & nu. 13.*
3 *Accuſatores in dubio efficiuntur inimici accuſati.*
4 *Inimicitia præſumitur inter illos, qui ſimul litigãt. Quod amplia vt ibi nu. ſeq.*
6 *Accuſator licet deſiſtat, ſi tamen accuſatus remanet infamatus, taliter quòd non poſſit ſuperior ſub diſſimulatione tranſire, debet contra eum inquirere.*
7 *Subtilitas commendanda eſt, dummodo non ſit immoderata.*
10 *Accuſatori licitum eſt deſiſtere ab accuſatione, dummodo id faciat ex charitate. & nu. 14.*
11 *Comparare, an generale verbum ſit pertinens ad emptionem, venditionem, & permutationẽ.*
12 *Statutum quòd de qualibet re comparata ſoluatur gabella, verificatur etiã in permutatione.*
15 *Vnitas ita noxia eſt ſi deſit bonis, ſicuti eſt periculoſa ſi non deſit malis.*
16 *Elemoſinam dans, vel ſuſtinẽs martirium ad pompam, peccat, & non meretur.*
17 *Scolares euntes ad eccleſiam, vt proſpiciant mulieres, magis demerentur, quàm mereantur.*

18 Deſiſte

18 *Deſiſtere à lite, poteſt actor & reus in cauſa merè ciuili, vel per gratiam, vel per tranſactionem, vbi permiſſa eſt tranſactio.*
*Deſiſtere verò propria auctoritate non poteſt, niſi ante litem motam, vel actionem porrectã. Limita nu. 20. 21. 22.*
19 *Liti renuncians, non cenſetur renunciare cauſæ. Declara vt nu. 26.*
20 *L. diffamari. C. de ingenu. & manumiſ. declaratur.*
23 *Liti renunciare non poteſt, qui non poteſt alienare.*
24 *Litis renunciatio ſi fiat tempore congruo, excuſat ab expenſis.*
25 *Inſtantiæ renuncians, non poteſt litem nouam inchoare ſecundum communem opinionem.*
26 *Liti renuncians, poſt porrectum libellum cenſetur renunciare cauſæ, & omni iuri ſuo. Fallit tamen in duobus caſibus, vt ibi, & nu. ſeq.*
27 *Petitorio renuncians, poteſt etiã inuito reo tranſire ad poſſeſſorium.*
28 *Iudicium redditur in inuitum.*
29 *Deſiſtere à lite propria autoritate poteſt reus ſatisfaciendo petitis.*
30 *Tranſigi non poteſt in actione famoſa, ad effectum vt reus euitet infamiam.*
31 *Tranſigens habetur pro confeſſo.*
32 *Deſiſtere ab actionibus intentatis ex criminibus priuatis, quando liceat.*
*Communis opin. quæ ſit, quando ciuiliter agitur in prædicto caſu.*
33 *Deſiſtere in popularibus actionibus, quãdo liceat.*
34 *Popularium actionum aliæ dantur pro aliquo facto iam præterito, & finito, non habente amplius cauſam manentem. Aliæ dantur etiam pro preſente. vt nu. ſeq.*
36 *Deſiſtere ab accuſationibus in delictis priuatis, & publicis, quando liceat.*
37 *Iniuriarum actio competit etiam conſanguineis iniuriati.*
38 *Crimen publicum dicitur, quod propter ſui immanitatem infert publicam iniuriam. & nu. 46.*
*Crimen verò priuatum dicitur, quod infert iniuriam priuatam.*
39 *Accuſationem poteſt remittere priuatus, cui iniuria illata eſt, etiam ſtante ſtatuto quòd iudex poſſit inquirere.*
40 *Accuſatio criminalis habet iniuriam priuatam pro ſubiecto.*
41 *Accuſatio de crimine priuato, quando competat cuilibet de populo, & quando iniuriato tñ.*
42 *Conuictus dicitur, qui in fiſcalibus cauſis data pecunia aduerſarium ſuum corrumpit.*
43 *Pactum contra publicam vtilitatem non valet. & nu. 67.*
*L. trãſigere. C. de tranſact. declaratur. & nu. 71. nu. 86. cum ſeq.*
44 *Argumentum à contrario ſenſu non valet, quandò per alia iura eſt prohibitum.*
45 *Iniuriæ, quæ lędunt corpus, ne ſint crimina, facere non poſſumus.*
*Dominus nemo eſt membrorum ſuorum. ibi.*
47 *Tranſigere, vel paciſci de criminibus priuatis non licet, etiam quò ad impediendum proceſſum, & etiam quominus iudex inquirat.*
48 *Remiſſio, vel confeſſio in delictis quæ faciendo cõmittuntur, non valet in fiſci præiudicium. & nu. ſeq. Amplia vt nu. 50.*
51 *Compromiſſum eſt quędam tranſactio.*
52 *Accuſatio omnis de crimine, ſecũdum canones, eſt publica. & quomodo hoc intelligatur, vide nu. 53. & 54.*
55 *Beneficij priuatio dicitur pœna accidentalis.*
56 *Crimina publica, quãdo capitalia ſtrictè, & quando largè dicantur. & quando ſuper his poſſit tranſigi, & quando non.*
57 *Sanguinem ſuum redimere cuilibet licitum eſt.*
58 *Tranſactio eſt terminus excluſiuus inſtantiæ.*
59 *Tranſigens ſuper crimine capitali, an euitet tantum pœnam capitalem, an etiam pœnam Turpiliani. Hincq́; nu. 61. opin. Bar. reprobatur, Bal. verò approbatur.*
60 *Permittere aliud eſt, aliud trãſactioni robur dare.*
62 *Statuto aliquo permittente concordiam in aliquibus criminibus, oritur ex concordia vigore ipſius ſtatuti facta exceptio tantum declinatoria, non autem peremptoria: quod tamen ibi declaratur diſtinguendo.*
63 *Tranſactio in ciuilibus parit duplicem exceptionem, videlicet declinatoriã, & peremptoriã.*
64 *Statutum fauorabile recipit interpretationem paſſiuam à iure communi.*
65 *Tranſactio præiudicat tranſigenti, non autem alteri accuſãre volenti.*
66 *De delicto eiuſdem hominis non debet ſæpius cognoſci.*
68 *Sanguinis pœna non venit imponenda de iure canonico.*
69 *Tranſigi an poſſit ſuper crimine, pro quo venit imponenda pœna depoſitionis ab officio, & beneficio.*
70 *Vita non debet tantum attenuari, vt poſſit ſequi mors.*
71 *Tranſigi an liceat ſuper crimine adulterij. & nu. 74. & nu. 81.*
72 *Imperator eſt amator caſtitatis.*
73 *Adulterij pœna punitur, qui prò comperto adulterio recipit pecuniam, vt ipſum celet.*
75 *Euentus nihil operaturus expectari non debet.*
76 *Iudex non debet ſtudere in criminalibus ad concordiam partium antequàm puniat, ſed poſtquàm puniuit, poteſt ſtudere ad reconciliationem.*
77 *Tranſigi an poſſit ſuper rapina.*
78 *Prohibito aliquo delicto in aliqua ſpecie, cenſetur etiàm prohibitum maius, vel ſimile delictum in eadem ſpecie. Et ibi infert ad ſtatutum.*
79 *Exceptum quod nõ reperitur, remanet ſub regula.*
80 *Tranſigi an poſſit ſuper ſtupro, & inceſtu.*
82 *Statuto ſtante quòd de omnibus delictis poſſit fieri pax, & concordia, præterquàm in homicidio, condemnatus de homicidio ex contumacia, quæ ex forma ſtatuti habetur pro vera probatione, poterit facere pacem; quia debet intelligi de vero homicidio.*
83 *L. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de adult. intellectus duplex.*
84 *Confeſſioni ſuæ nemo poteſt contrauenire.*

85 *Tran-*



85 *Tranſigere non licet in criminibus publicis, quæ pœnam ſanguinis non ingerunt.*
86 *Delicta ne remaneãt impunita reipublicę intereſt.*
87 *Præcedentia intelliguntur repetita in ſequẽtibus.*
88 *Statuto ſtante, quòd pro delicto publico, ex quo de iure communi venit imponenda pœna ſanguinis, imponatur pœna pecuniaria, an poſſit tranſigi, vel paciſci. vide & infra nu. 94.*
89 *Cauſa, & natura primordialis attendi debet. Limita vt nu. 92.*
90 *Subrogatum ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. Limita vt. nu. 93.*
91 *Iudiciorũ qualitas iudicatur ex pœnæ qualitate,*
95 *Euentus inſpici debet.*
96 *Tranſigi poteſt de crimine falſi, etiam ſi non ingeratur pœna ſanguinis, ſecundũ communem.*
97 *Falſi accuſatio plerunq; fit propter priuatum commodum.*
98 *Falſi condemnatio quanuis pœnam ſanguinis nõ ingerat, hominem tamẽ totaliter vituperat. Et quomodo habeat ſimilitudinẽ cum criminibus imponẽtibus pœnã ſanguinis. nu. 110.*
99 *Berlina, & Mitra grauiſſimè infamant.*
101 *Tranſigi poteſt ſuper crimine falſi cum mandãte fieri falſum.*
102 *Verba legis ſcripta in rem habent locum in fieri faciente, & auxiliante.*
103 *Statuto diſponente quòd poſſit fieri tranſactio cũ procuratore, an habeat locum in mandante, remiſſiuè.*
104 *Deſiſtere ab accuſatione vtrum liceat per viam abolitionis.*
105 *Abolitio quid ſit.*
106 *Abolitio triplex generalis, ſpecialis, & legalis.*
107 *Abolitio generalis quid ſit.*
108 *Abolitio generalis licet faciat gratiã criminis, non tamen tollit infamiam.*
109 *Abolitio ſpecialis, ſeu priuata quæ ſit.*
110 *Abolitio delegari non poteſt de iure ciuili.*
111 *Abolitio cum cauſæ cognitione fieri debet. & nu. 119.*
112 *Abolitio in quibus caſibus non concedatur.*
113 *Abolitio vt obtineatur, quid requiratur.*
114 *Copula quandoq́; ponitur pro diſiunctiua.*
115 *Abolitio impedit de nouo accuſationẽ, niſi Princeps conceſſerit.*
116 *Statuto ſtante quòd ſi quis non probauerit accuſationem, puniatur in centum libris, vtrum impetrata abolitione, debeat condemnari.*
117 *Abolitio excuſat à pœna turpiliani, non tamen excuſat à calumnia iam commiſſa. vide tamẽ infra nu. 122.*
118 *Pœnitẽtiæ non eſt locus in delictis iam cõſumatis.*
120 *Calumniari præſumitur ille qui nõ probat. & vide infra. nu. 123.*
121 *Arguere licet de contractibus ad ſtatuta.*
124 *Sententia iudicis habet præſumptionem pro ſe.*
125 *Abolitio legalis quid ſit.*
126 *Abolitio legalis eximit reum ab accuſatione, non à crimine.*
127 *Deſiſtere à iudicio intentato ſuper ſeparatione vinculi in cauſa matrimonij carnalis quando liceat. Et quid ſi eſt intẽtatum ſuper ſeparatione thori. vide nu. ſequenti.*
129 *Thori ſeparatio fit propter adulterium, & violatum thorum.*
130 *Deſiſtere à iudicio intẽtato ſuper cauſa matrimonij ſpiritualis quando liceat.*

1 SCRIPTA. Si accuſator † ab accu-
ſatione deſiſtat, debet iudex in-
quirere an per colluſionem hoc
fecerit. h. d. cõmuniter. Vel ſic ſe-
cundum. D. m. Accuſatore deſiſtente ab accu-
ſatione, poteſt iudex ex officio ſuo inquirere
ſuper crimine illato. h. d. Quod tñ dicit intelli-
gendũ, vt infra ſubijcietur. Diuiditur in duas,
quia primo narrat factum. Secundo decidit
quid agendum circa illud ſit; ſecunda, ibi, quia
verò. Et cum hac decretali concordat .c. quã-
uis. &.c. prouida. de elect. lib. 6. Et materia
iſtius decretalis multum latè commentatur hic
per dñm Anto. vltra alios. Nota primo ibi, ij
2 qui contra, ꝙ plures accuſatores † poſſunt ad-
mitti ad accuſationem vnius; de quo artitulo
tangitur hic in glo. 1. Secundo no. quòd ſicut
3 accuſatores † in dubio efficiũtur inimici accuſa-
ti; de quo articulo dixi in .c. repellantur. ſup̃ de
accu. Et de teſtificante in accuſatione, dixi in
.c. cum .P. manconella. eo. tit. Ita & propter
deſiſtentiam ab accuſatione, videtur quis rein-
tegrari per malitiam. Facit .c. 1. infra de re.
iur. Et quia contrariorũ &c. vt in iuribus vul-
gatis. Et vide ad prædicta ꝙ dicitur per .D. m.
in .c. cum ſuper abbatia. ſup̃ de offi. delega. vbi
4 probatur quòd etiam propter litigium, † quod
quis habet cum alio, præſumitur inimicitia cõ-
tracta cum aduerſario; Facit quod legitur &
not. in .c. in literis. & in .c. item cum quis. ſup̃
de reſti. ſpo. Imò fortius probat ille tex. c. cũ
.P. quòd dicta inimicitia præſumitur contrahi
5 non ſolum ſi habetur litigiũ † cum aliquo tan-
quam priuato; ſed etiam ſi habetur cũ aliquo
tanquam habente dignitatẽ; vt cum rectore vel
prælato. Tertio not. ibi, q̃ audiuimus diſſimu
6 lare, quòd licet accuſator † vel denũciator deſi-
ſtat, ſi tamen accuſatus vel denuntiatus rema-
net infamatus, vel facinus, vel infamia ſit talis,
ꝙ non poſſit ſuperior ſub diſſimulatione tranſi-
re, debet inquirere. Sed qualis debeat eẽ hęc in-
quiſitio, infra dicetur. Quarto no. ibi, ſubtilius,
7 qđ ſubtilitas † cõmẽdanda eſt; De quo articulo
dic, vt latè traditur per Io. An. & doct. in .c.
dilecti. ſup̃ de iud. Ego latius dixi in cle. 2. de
iudi. Et maximè laudanda eſt hæc ſubtilitas,
quando fit ſubtilis perſcrutatio ad veritatem
inueniendam; Secus ſi potius fieret animo re-
prehendendi. Vnde ſubtilitates illorum qui
ſine vlla vtilitate antiquos reprobare conantur,
nunquam mihi placuerunt; verba ſunt aurea
Io. An. in addi. ſpe. in tit. de loca. §. nunc ali-
qua. verſ. 172. Et tales fuerunt plurimæ ſubti-
litates Bald. ſtudio contradicendi Bart. Etenim
tales potius ludibrio ſunt, quàm in pretio; vt
dicit tex. in .l. 1. C. de nudo iur. quir. tolle.
Vnde ſubtilitas immoderata dum plus quàm

decet

decet exercetur, actionis ſuæ rectitudinem cõ-
fundit. 49. diſt. c. hinc etenim. circa prin. & ver.
paruo autem. Et vide quod dixi in glo. ſuper
verbo prouidimus, in. c. ad petitionem. ſup̃ de
accuſat. Quinto no. ſecundum vnum intelle-
8 ctum, quòd accuſatore † vel denũtiatore illegi-
timè deſiſtente, iudex ex officio, non obſtante
deſiſtentia, habet poteſtatem inquirendi con-
tra accuſatum, vel denuntiatum. Sexto not.
9 ſecundum alium intellectũ, quòd ſi † accuſator
ab accuſatione, vel denũtiator à denuntiatione
deſiſtat, iudex debet inquirere de modo deſi-
ſtendi, an fuerit licitus, vel illicitus. Septimo
10 not. quòd licitũ eſt accuſatori † vel denuntia-
tori deſiſtere ab accuſatione, vel denuntiatio-
ne porrecta; dummodo id faciat ex charitate;
vt puta, quia accuſatus vel denunciatus ſe cor-
rexit; charitas enim iſta cõmendabilis eſt; de
pœ. diſt. 2. c. charitas. ſecundũ Hoſt. et Io. An.
Idem ſi ex alia legitima cauſa. Secus ſi per ſor-
des, aut pretium; hoc enim reprehenſibile eſt;
vt hic, & infra per totum tit. Vltimo not. ex
11 fi. ibi, comparata, de ſignificato † huius ver-
bi comparare; denotat enim emptionẽ iuxta
vulgare; ſecundum Io. An. Concordat. c. in
ciuitate. ſup̃ de vſur. Tu dic, quòd iſtud vide-
tur eſſe verbum legale, & generale, pertinens
& ad emptionem, & venditionem, & permuta-
tionem. vt in. l. 1. ff. de contrahen. empt. & in
.l. 1. C. de re. permu. Et ſic videtur, quòd ſi ſta
12 tutum dictat, † quòd de qualibet re comparata
ſoluatur gabella, ꝙ ſolui debet gabella de per-
mutatione. per. d. l. 1. C. de re. permu. In
contrarium tamen facit. l. nec quaſi. ff. de rei.
vend. vbi probatur, quòd hoc verbum refer-
tur ad ſolam emptionem; Sed poteſt dici, quòd
iſtud eſt, quia ibi fit mentio pretij; Et ideò
ad ſolam emptionem refertur. Circa quod
vide quod latius dixi in. c. fi. ſup̃ de accu. Se-
cus videtur dicendum quando ſimpliciter
proferatur verbum comparauit. Bal. tamẽ ſim-
pliciter voluit in. d. l. 1. C. de re. permu. quòd
non debeat ſolui gabella de re permutata; quia
hoc verbum debet intelligi ſecundum vulgarẽ
conſuetudinem; Sed ſecundum vulgus ſolum
refertur ad emptionem; prout etiam dicit hic
Io. An. ergo ſolum debet attendi in ſtatuto. vt
in. l. ſciendum. §. illud. ff. de edi. edic. & eſt
bonus tex. in. l. librorum. §. quod tamen
caſſius. ff. de leg. 3. & in. l. cum delanionis. §.
aſinam. ff. de fun. inſtruc. Glo. 1. ſentit con-
trariũ, & non ſoluit. In fi. glo. dic, de hac ma-
13 teria, & an plures † poſſint vnum accuſare, Et
an vnus plures, Et an procedat iudicium, ſi ex-
ceptio non opponatur, vide quod latè dicam
in. c. quoties. in glo. 1. infra de purga. cano.
Glo. 2. poteſt duplici modo recitari: vno mo-
14 do, ꝙ quærat de intellectu † literæ, & ſoluat,
aſſignãdo rationẽ, & decidendo incidentẽ quæ-
ſtionẽ. Secundo modo ſic poſſet recitari per
contrariũ; videtur enim ꝙ licet quis deſiſtat ab
accuſatione, nõ tamẽ ſit neceſſaria aliqua in-
ueſtigatio quare deſtiterit; nam eo ipſo quòd
deſtitit, incidit in turpillianum; quia conſtat
iam de deſiſtentia; & ſic ipſum puniendum fo-
re. glo. ſoluit, quòd ipſum deſiſtere, in ſe non
eſt bonum. Sed deſiſtere ex gratia, ex eo fortè
quia accuſatus ſe correxit; licitum videtur; Et
proſequitur glo. rationem. In eadem glo. ibi,
iudex tamen, tu dic, quòd qualitercunq; mali
deuenerint in amicitiam vel concordiam, ſi nõ
fecerint vt boni fiant, ægrè tollerandum eſt;
quoniam inter eos zizania, & diſcordia, atq;
diuiſio ſeminanda eſt; nam vt inquit Grego-
15 rius de moralibus; Sicut † noxium eſt, ſi vni-
tas deſit bonis; ſic eſt pernitioſum ſi non deſit
malis; peruerſos enim corroborat vnitas &
concordia; & tantò magis incorrigibiles, quã-
tò vnanimes facit. Vnde Paulus dixit ſe pha-
ryſæum, vt diuiſio fieret inter pharyſæos; vt ha
betur Actuum. c. 23. Ergo ſicut vnitas bono-
rum vtilis eſt; ſic malorum nociua. Et ſic de-
bet intelligi illud ꝙ inquit Saluator Lucæ. 12.
dum dicit, nõ veni pacem dare in terris, ſed ſe-
parationem. Vnde Iſaias. c. 58. dicit, ſolue
colligationes impietatis, & faſciculos depri-
mentes; & in hoſtes diſcordiam procura. Et
hinc frotè deſcendit illud, vindicabo me de ini-
micis meis. ſ. ſeminando diſcordiam. In fin.
glo. no. bene hanc glo. quæ quotidie allegatur;
Pro qua optimè facit tex. in. c. vide quantum
16 . 1. q. 1. cum glo. vbi dicitur, quòd dans † ele-
moſinam, vel ſuſtinens martirium ad pompam
peccat; Et non meretur, ſed demeretur. Ad
idem tex. & glo. 20. q. 1. in. c. odi & proieci.
17 vbi glo. colligit contra ſcolares † euntes ad ec-
cleſiam vt proſpiciant; quòd magis demerẽtur,
quàm mereantur. Glo. fi. ſentit contrarium,
quòd imò licitum eſt deſiſtere ab accuſatione,
vel lite cępta, per ea quę traduntur. in. l. mulier.
& in. l. quæſitum. ff. ad ſenatuſconſul. tur. &
quod no. in. l. tranſigere. C. de tranſac. & in. l.
poſtquam liti. C. de pact. cuius contrariũ in-
nuit tex. Huius timore cõtrarij glo. hic diſtin-
guit duos modos deſiſtẽdi per tria genera cau
ſarum. In fin. glo. dic, quia. d. An. hic, latius
& melius proſequitur hanc materiam quàm
cæteri doct. ideò proſequendo ordinem ſuum
faciamus quinq; membra principalia. Primũ
erit de cauſis merè ciuilibus. Secundũ de cau-
ſis à priuatis delictis deſcendentibus. Tertium
de cauſis popularibus. Quartum de cauſis cri-
minalibus deſcendentibus ex crimine publico.
Quintũ de cauſis ſpiritualibus. Et quodlibet
prædictorum membrorum examinabitur per
modos infraſcriptos, videlicet per viam ſim-
plicis deſiſtentiæ, ſeu proprio motu; Item ſe-
cundo & per viam gratiæ; Item per viam pa-
cti gratuiti; Et per viam tranſactionis; Et per
viam obligationis. Circa primum membrum
18 quo quæritur vtrũ † in ciuilibus licitum ſit de-
ſiſtere, quia non eſt principalis materia no-
ſtra, breuiter dic, ꝙ aut vult quis deſiſtere per
gratiam, vel per tranſactionem, & licitum eſt
quandocunq; deſiſtere; tàm ex parte actoris,
quàm ex parte rei, in omnibus caſibus, in qui-
bus per-



bus permiſſa eſt tranſactio; Secus autẽ vbi nõ
eſt permiſſa, ſed prohibita; vt in matrimonio,
monacatu, & ſimilibus: in quibus nõ eſt licitũ
per tranſactionẽ recedere, vt hic dicit gl. noſtra
quaſi in fin. ſecundum no. in. c. ſuper eo. & in
.c. fi. s̃. de tranſact. Nec etiam à matrimonio
licitũ eſt per gratiã. Et idem dicit. D. m. in cę-
teris ſpiritualibus. Sed hæc pertinent ad quin
tum membrũ de ſpiritualibus. Aut quis vult
deſiſtere in ciuilibus non per gratiam, ſed pro-
pria auctoritate; Et hoc caſu diſtingue, ꝙ aut
vult deſiſtere ante litem motam, vel actionem
porrectam, deſiſtendo ab agendo, & ab inten-
tatione iudicij, & non eſt dubium quòd poteſt,
vt in rubro, & nigro. C. vt nemo inuitus. et not.
in. c. cauſam quæ. ſupra de do. & contu. Et ad-
19 uerte, quia licet ante oblatum libellum † quis
renuntiaret liti, non propterea videtur renun-
tiare cauſæ. vt traditur in. c. ex tenore. s̃. de re-
ſcrip. tenent Dñi de rota deciſ. 46. no. glo. in
.c. 2. s̃. de libel. obla. Vnde dicit. d. An. in. d. c.
ex tenore. quòd renuntians litigio lite nodum
cæpta, nõ perdit ius, nec etiam actionem; alle-
gat etiã no. in. c. veniens. s̃. de renun. Item ad-
uerte, quia quæ ſupra dicta ſunt, quòd proprio
motu poteſt deſiſtere, limitãda ſunt, niſi ratio-
20 ne † diffamationis quis compelleretur agere;
quo caſu licet præcisè non compellatur; tamẽ
cauſatiuè cogitur, vt vel agat, aut ſibi ſilentiũ
imponatur. vt in. l. diffamari. C. de ingenu.
manumiſ. & in. c. conquerente. s̃. de offi. ordi.
ſecundum vnam lectu. Et de modo, & forma
ſententiandi in caſu prædicto, Et qualiter fiat
executio ſententiæ, latè per Bal. in. d. l. diffama
ri. Aduerte tamen, quia glo. in. l. papinianus
.§. 1. ff. de inoffi. teſta. fuit in mirabili opi. ꝙ
.l. diffamari. non habeat locum in cauſa ciuili;
ſed dicit quòd eſt ſpeciale in querela inofficioſi
teſtamenti, vt propter diffamationem compel-
latur agere. Glo. tamen in. d. l. diffamari. tenet
quòd ſit ſpeciale ſimpliciter, ratione diffama-
tionis. Et hoc etiam tenet glo. in. l. ſed & ſi per
prætorem. §. ſed & ſi dum decreto. ff. ex qui.
Cõm. op. cau. maio. & hoc communiter * tenetur, & ſer
uatur in practica. Et idem dicendum, quando
21 quis vellet † recedere de ciuitate, & timeret ne-
aliquis in receſſu, ſeu poſt, ageret contra eum;
quia compellitur ad inſtantiam volentis recede
re; vt tenet ſimpliciter glo. in. d. l. diffamari. &
ibi Bal. & . D. m. hic; per dictum. c. conque-
22 rente. Aut quis vult deſiſtere † poſt motam
litem; et hoc caſu dic, ꝙ ſi totaliter vult deſiſte-
re renuntiando liti, ꝙ poteſt; vt in. l. poſtquã liti.
.C. de pact. & in. c. veniens. s̃. de renun. Quod
23 limita, quando alienare † eſſet in poteſtate
ipſius; Aliàs ſecus. Et ideò prælatus, non poſ-
ſet liti renuntiare; ita tenet. D. m. in. c. cũ pridẽ.
.s̃. de pact. de quo dic, vt ibi dixi. Et ideò pro-
curator non habens ſpeciale mandatũ, non po-
teſt deſiſtere. Et aduerte, quia hæc renun-
24 tiatio operatur, vt ſi fiat debito † tempore, vi
delicet quamprimum actor cognoſcit ſe fo-
uere iniuſtam cauſam, deſiſtat, non condem-
natur in expenſis; per. l. deſtitiſſe. ff. de iudi. de
quo dicam in. c. calumniam. ĩ. de pœn. Aut
non vult totaliter renuntiare liti, ſed ſolum iu-
dicium ſuſpendendo, & in hoc caſu ſunt opi-
niones. Quidam enim dicunt, quòd aut quis
renuntiat inſtantiæ, & poteſt ad litem redire,
25 nouã litem inchoando. Sed † cõmunis * opi. Cõm. op.
eſt in contrarium in. d. l. poſtquam liti. per
authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iu-
dex. de qua materia dic, vt in dictis iuribus. Et
26 aduerte, quia etiam ſi poſt datũ libellum † quis
renũtiat liti, videtur renũtiare cauſę, & iuri ſuo.
per. c. veniens. s̃. de renun. tenent doct. in. c. 1.
.s̃. de lit. conte. & Dñi de rota deciſſ. 95. Nec
ob. c. dudum. il. 2. s̃. de elect. vbi in fin. di-
cit, renuntiauit liti, & cauſæ, quia ibi verbum
cauſæ, ponitur ex abundanti ſecundum doct.
Fallit tamen quod dictum eſt ſecundum quoſ-
dam, quando reus conſentiret, quòd ſolum
actor renuntiaret inſtantiæ; Nam hoc caſu
non videtur cauſæ renuntiare; Et ideò poteſt
nouam litem intentare; Et hoc plus placet;
licet quidam contra: vt traditur in iuribus. s̃.
allegat. Secundo fallit propter priuilegium
27 poſſeſſorij; nam dimiſſo † petitorio, etiam in-
uito reo, poteſt tranſiri ad poſſeſſorium. vt in
.c. paſtoralis. s̃. de ca. poſ. & propr. & in cle.
.1. de ca. poſſe. & proprie. & ibi dixi. Et
hæc procedunt ex parte actoris; Ex parte autẽ
rei dicit dñs Anto. quòd ante litem motam nõ
28 pendet ab eius arbitrio; quia iudicium † reddi
tur in inuitum. Mota autem lite, planum eſt
quòd reus non poteſt deſiſtere quin proce-
datur contra eum in cauſis ordinarijs ante lit.
conte. per remedia quę prodita ſunt cõtra con-
tumaces; vel poſt litem conteſtatã; aut in cau-
ſis in quibus lis non conteſtatur, per ſenten-
tiam. Ego tamen arbitror, quòd prædicta
procedunt in quantum reus vellet deſiſtere nõ
29 ſatiſfaciendo petitis; Sed in quantum † vellet
deſiſtere ſatisfaciendo petitis, habet locum in
ipſo reo. l. deſtitiſſe. ff. de iudic. ſicut dixi in
actore. Et hæc procedunt in actione non fa-
30 moſa. In actione verò famoſa, † non licet tran
ſigere ex parte rei, quantum ad effectum iudi-
cij, vt reus euitet infamiam; quia tranſigens
31 habetur pro confeſſo; Et ideo † infamatur: vt
in. l. furti. §. 1. & . §. fin. cũ. l. ſeq. ff. de infam.
Circa ſecundum membrum principale, vide-
32 licet, vtrum licitũ † ſit deſiſtere ab actionibus
intentatis ex criminibus priuatis, prout eſt fur
tum, rapina, iniuria, ſepulcri violatio, & ſimi-
lia, de quibus in tit. de priuat. delict. & quaſi
per totũ librũ. 47. digeſtorũ, facienda ſunt duo
membra. Primum, quid de accuſationibus
intentatis ciuiliter. Secundum de accuſatio-
nibus criminalibus. Circa primum dicen-
dum eſt ſecundum dñm Anto. in omnibus &
per omnia prout dictum fuit in pręcedenti mẽ
bro. Et hoc idem voluit glo. in. l. tranſigere
C. de tranſac. & eſt communis * opinio doct. Cõm. op.
& ſequitur dominus meus hic. Et probatur
in. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. & in. l. ſi tibi

decem .§. quędam . ff. de pact. & .C. de furt.
.l. poſt deciſionem. & .ff.de condi. fur. in .l. ſi
pro fure. & .ff. de furt. in .l. interdum .§. qui
tutelam. Secundo caſu quando ageretur cri-
minaliter, dic vt dicam in quarto membro
principali. Circa tertium membrum, vide-
33 licet an licitum † ſit deſiſtere in popularibus
actionibus,dic ſecūdum dominum Ant. quòd
in omnibus caſibus in quibus licitum eſt in ci-
uilibus, licitum eſt etiam in popularibus; ſal-
uo quàm per viam tranſactionis; quia in præ-
iudicium alterius non eſt licitum; vt in .l. eum
qui .§. in popularibus.ff. de iureiur. & ſequi-
tur. D. m. hic. Sed tu aduerte, quia Bar. in
.d. §. in popularibus. dicit, quòd quædam
34 ſunt actiones populares † q̄ dantur pro aliquo
facto iam pręterito,& finito,non habente am-
plius cauſam manentem, & hoc caſu quòd
quandoque poſt litem conteſt. accuſatio inci-
cipiat eſſe propria, & ad ſuum proprium com-
modum dicatur agere. vt in .l. ſi cui .ff. de ver.
ſignifi. Sed ante litem conteſta. non dicatur
propria, ſed popularis; vt in . d.l.ſi cui. Vn-
de dicendum eſt, quòd ſi quis ante lit. conteſt.
paciſcitur, vel tranſigit,non valet; vt in .l. iuriſ-
gentium .§. ſi paciſcar . ff. de pact. Sed poſt
litem conteſtatā poteſt tranſigere, & paciſci,
ſicut quilibet de re ſua. vt .d. l. ſi cui. Poſſet ta-
men iuramentum deferre, & poſt litem coteſt.
& ante; quia iuramētum ſibi appropriat actio-
nem; & quoniam iuramentum tale habet
vim lit. conteſt. vt in .l. nam poſtea .§. ſi is .ff.
de iureiur. Et in caſibus prædictis præiudicatur
omnibus: dummodo bona fide tranſigatur
poſt litem conteſtatam; vel iuramentum de-
feratur; Secus ſi colluderetur. vt in .d. §. in
popularibus. Et ita procedat glo. hic poſita.
Facit tex. noſter. Si verò talis actio popularis
non daretur ad commodum agentis, ſed alte-
rius, tunc per pactum, vel iuramentū, vel tran-
ſactionem,non præiudicatur alteri; vt proba-
tur in .l. 3. §. ſi tamen reus .ff. de libe. homi.
exhi. Et vide quod dixi in .c. de his. ſup̄ de
accuſa. in ſecundo membro principali; & ibi
vide remiſſiones quas dedi ad. c. fina. ſup̄ de
iureiuran. Quædam ſunt actiones populares
35 quæ † non dantur ſolum pro facto præterito,
& finito, ſed præſente, & habente cauſam ma-
nentem,& perſeuerantem in futuro; & hoc ca-
ſu,licet glo. in .d. §. in popularibus. videatur
aliud ſentire, tamen dicendum eſt, quòd ſicut
non poteſt paciſci,aut tranſigi in præiudicium
aliorum, vt .d. §. ſi paciſcar. ita nec poſſet de-
ferri iuramentum in præiudicium alterius. vt
in .l. 3. §.penul. & in .l.nam poſtea. §. fi. cum
.l. ſeq. ff. de iureiuran. Si quis ergo appen-
ſum teneat aliquid ſuper locum publicum,pro-
pter quod datur popularis actio, & illo ma-
nente appenſo paciſcatur, vel tranſigat, aut
iuramentum deferat, hoc non obſtante poteſt
quilibet alius agere. Non ob .l. qui iuraſſe .§.
ſi pater.ff.de iureiuran. & .l. ſi à te.ff.de excep.
rei iud. quia ibi detulit iuramentū in cauſa quæ

propriè ad eum pertinebat ſecundū Bar. Cir-
ca quartum membrum, qū de crimine age-
36 retur criminaliter, † ſiue ex priuatis delictis,
ſiue ex publicis .D. m. hic diſtinguit,quòd aut
quis vult deſiſtere ante inchoatam litem, puta,
antequam ſe inſcribat ad pœnā talionis, & po-
teſt. vt in.c. licet.ſ̄.de accuſa. & in.l.quæſitum.
& quod ibi plenè not. ff. ad turpil. Aut poſt in-
choatam litem, & ſic poſt inſcriptionem; &
ſubdiſtingue; Aut proprio motu, & non po-
teſt; Imò deſiſtens incidit in turpillianum;
Cuius pœna eſt quinq; librarum auri, & infa-
miæ, & vt poſſit pro motu,& arbitrio iudicis
puniri. vt in .l. 3. ff. de pręuarica. & in .l. 2. C.
ad turpil. Et hoc,ſi crimen eſt publicum. Si
verò eſt priuatum; nō punitur pœna tupilliani;
Sed arbitrio iudicis. vt in .l. ſi quis repetere .ff.
ad turpill. & ſentit glo. noſtra quòd nō efficia-
tur infamis. Ego verò in hoc articulo diſtin-
guo, ꝙ aut quærimus an,& quando quis poſ-
ſit ex proprio motu, vel ex gratia deſiſtere, aut
per viam pacti, vel tranſactionis. Primo caſu,
dic vt latiſſimè dixi in .c. licet in beato.in glo.
penul. ſ̄. de accuſat. vbi diſtinxi principaliter
quatuor tempora; & ſecundum varia tempo-
ra,varias dixi pœnas imponendas.Secundo ca-
ſu,an licitū ſit deſiſtere per viam pacti,ſeu tran
ſactionis,dic quòd in priuatis delictis per viam
pacti ante inchoatū iudicium volens deſiſtere
poteſt .ff. ad .l. Iul. de vi pu. in .l. qui cœtu. §.
fin.ff. de adult. in .l. ſi maritus.§.ſi nęgauerint.
Quod tamen videtur procedere quantū ad im
pediendum ſe; non quantum ad alios. Et ſi di-
ceretur, ſi ſe impedit, ergo alius non admitti-
tur; cum ad accuſandum is demū admittatur;
cuius intereſt; Reſpondeo ſecundum .d. Anto.
hic, quòd admittitur alius,quādo accuſatio cō-
petit cuilibet de populo,vt dictum fuit in alio
membro principali; Vel admittitur alius,quan
do accuſatio non cōpetit ſoli iniuriato; vt quia
37 ſunt alij conſanguinei, † quibus ex iniuria illa-
ta orta eſt actio iniuriarum. vt. ff. de iniur. in
.l. lex cornelia. Et ſic reſpondet dn̄s Anto. hic.
Et fuit hæc opi. gl. in .l. trāſigere. C. de trāſac.
Sed aduerte,quia vt refert Bart. in d.l. trāſigere.
Iaco. But. diſputauit iſtam quæſtionem;& de-
terminauit indiſtinctè quòd valeat pactum ſu-
per priuato crimine; & quòd præiudicat etiam
iudici; etiam volenti inquirere; quamuis ex
forma ſtatuti poſſit iudex inquirere de quoli-
bet delicto; Mouetur ipſe per .l. tranſigere.
à contrario ſenſu. Item mouetur,quia in cri-
minibus priuatis eſt in poteſtate partis face-
re ne crimen committatur; vt in furto, ſi non
adeſt voluntas contradicendi; Et ſic non po-
teſt eſſe furtum, quod eſt contrectatio rei
alienæ inuito domino; vt dixi ſup̄ in Rubri-
ca de furt. Ergo volente domino,non poteſt
fieri; vt ibi dixi. Idem in iniuria; nam eſt
in poteſtate eius qui patitur, non reuocare
ad animum, & ad iniuriam; vt inſtitut. de
iniur. in fin. Ergo ſicut eſt in poteſtate ipſius
facere,ne crimen committatur, ſic etiam erit
in



in poteſtate eiuſdem extinguere crimen com-
miſſum. Tertio mouetur, quia crimen publi-
38 cum † dicitur, quod propter ſui immanitatem
infert iniuriam publicam. vt in .l. manicheos
.C.de hær. & .C.de epi. & cleri. in .l. ſi quis in
hoc genus.& inſti.de publi. iudi.in prin.& ideò
cum iniuria ſit publica,accuſatio, vt ibi dicitur,
competit cuilibet de populo ad publicum com
modum, non ipſius agentis; meritò non po-
teſt pacto vel conuentione remitti. Crimen
verò omnino priuatum infert iniuriam priua-
tam; Quod patet, quia priuatus tantum po-
teſt accuſare; meritò poterit ipſe actionem ſeu
accuſationem ſuam remittere; per not.in.c.ſi
diligenti. ſ̄. de fo. compet. cum alijs iuribus
vulgatis. Non ob .l. 1. §.vſq; adeò.ff.de iniur.
quia ibi ex vno facto plures naſcebātur iniurię,
vna patri, & altera filio; meritò ex facto vnius
non tollitur actio alterius. Secus quando vni
tantum .ſ. offenſo naſcitur actio; ergo ipſe po-
39 teſt illā † remittere; etiam quando per ſtatu-
tum conceditur,quòd iudex poſſit inquirere;
Nam iudex repreſentat locum accuſatoris, &
illam accuſationē, quæ accuſatori competebat
in iudicium ipſe deducit; De quo articulo po-
teſtatis inquirendi in caſu prædicto,dic, vt la-
tiſſimè dixi in .c. qualiter & quando iudex. de
accuſa. in tertio membro principali. Conclu-
dit ergo Iaco. Butrig. quòd accuſatio crimina-
40 lis habet iniuriam † priuatā in ſubiectū ſuum.
Quare remota actione ſuper qua fundatur in-
iuria publica, remota erit & publica accuſa-
tio; quia in iſtis priuatis delictis non eſt niſi
vna iniuria; vnde illa ſublata, quæ tollitur ex
remiſſione, tollitur accuſationis ſubſtantia.
Sed tu aduerte, quia ſecundum dn̄m Anto. te-
nendo ꝙ actio de crimine priuato competat
41 cuilibet de populo,vt in caſibus in quibus com
petit, de quibus in .l. fi. ff. de priuat. delict. &
.ff. de popu. act. in Rubr. quòd eſt quādo ac-
cuſatio inſtituitur ad pœnā pecuniariam appli-
candam fiſco, ceſſant omnes rationes Iac. But.
Sed tenendo quòd accuſatio non competat niſi
iniuriato; quod eſt quando actio competit ad
coertionem perſonæ, tunc eſt maius dubium.
Bart. tamen idem tenet,dicens,quòd ſibi plus
placet opi.glo. poſita in .d. l. tranſigere. C. de
tranſact. quàm ratio. Iaco. But. Nam licet quā
do agitur de crimine ciuiliter, poſſit paciſci,&
tranſigi,vt ibi dicit glo. & etiam ſupra dixi, ta-
men ſi agitur criminaliter,non valet neq; tran-
ſactio, neq; pactū; nec ex parte actoris, neque
ex parte rei. Ex parte rei non valet, propter
42 regulā quæ vult, quòd in fiſcalibus † cauſis qui
aduerſarium ſuum corrumpit data pecunia, ha-
beatur pro conuicto. vt in .l.eius qui delatorē
.ff. de iure fiſci. Sed iſta cauſa criminalis licet
priuata, intentatur ad publicā vtilitatem, & ad
pœnam applicandam fiſco, ergo &c. Hæc ta-
men ratio concludit in tranſactione,non in pa-
cto. Ex parte autem actoris etiam non licet,
per tex.in .l. ſi quis repetere.§. 1. ff. ad ſenatuſ-
conſul. tur. Et ideò deſiſtens punitur extra or-

dinem; vt dixi in .c. *licet in* beato Petro.ſ̄.de
accu. Pro hoc etiam facit regu. generalis .l. iu-
riſgentiū .§. et generaliter .ff. de pact. vbi non
valet pactū contra publicam vtilitatem. Non
43 obſtat .d.l. tranſigere. † à contrario ſenſu; quia
licet ille tex. negando de publicis iudicijs, vi-
deatur permittere à contrario in priuatis; ta-
men dicendum eſt, quòd ibi vacat argumentū
à contrario ſenſu; quia per alia iura reperitur
prohibitū; vt .d.l. ſi quis repetere. & per alias
regulas,& rationes ſupra & infra poſitas. Non
obſtat aliud argm̄ quòd in priuatis delictis eſt
in ptāte partis facere ne ſit crimen. Primo quia
44 hoc † non eſt verum; Nec in criminibus, ſeu in-
iurijs quæ lædunt corpus, non eſt in poteſtate
45 partis facere ne ſit crimē; quia nemo eſt † dn̄s
membrorū ſuorū. 23.q.5. in .c. ſi non licet. &
in .l. liber homo. ff. ad .l.aquil. Vnde etiam
ſi quis ſemetipſum percuteret, puniretur. vt in
.l.fi.§. pe.ff.de bo. eo. qui ſibi mor. conſi. &
in .l. omne delictum . ff. de re. milit. & in .d.c.
ſi non licet. Præterea etiam in caſibus in qui-
bus videtur eſſe in poteſtate partis ne crimen
committatur, non concludit ratio Iaco. Nam
multi poſſunt impedire ne oriatur actio ex cri-
men, qui tamen non poſſint remittere, vel ex-
tinguere; vt in.l. pactum curatoris.C. de pact.
Non ob. ꝙ dicit Iaco. Bu. ꝙ crimina dicūtur
46 publica, † quia infertur iniuria publica; quia
hoc negatur ſecundū Bar. quia imò dicuntur
publica, vt in .l. præuaricationis. in fi.ff.de præ
uaricato. & in l. 1.ff.de pub.iudi. Itē ꝙ hoc ſit
falſum oſtendit; Pone.n.ꝙ quis occidit homi
nem, certè poteſt agi contra occidentē iniuria-
rum; & ſic priuato iudicio; Itē poteſt agi pu-
blico iudicio.l.cor. de ſicca. vt in.l. ꝑtor edixit.
§. 1.ff.de iniur. Si ergo eſſet verum, ꝙ ideò
dicūtur publica; quia publica ſit iniuria, ſeque
retur, ꝙ quacunq; actione, vel accuſatione age
retur, ſemper eſſet publicū iudicium; quia agi
tur de iniuria publica; Sed hoc eſt falſum, vt
probatū eſt; ergo &c. Ex prædictis ergo con-
47 cludit Bar. ꝙ in criminibus priuatis † pars nō
poteſt paciſci, neq; tranſigere; etiā quò ad im-
pediendū proceſſum; & etiam quominus Iu-
dex inquirat: argumēto.l. 2.C. de abolit. quæ
loquitur generaliter. Et hæc procedunt vt ſup̄
dixi, poſt accuſationē propoſitā, nō ante; Nā
antequā veniatur ad iudiciū, bene poteſt quis
paciſci ad impediendum ſe; non autem alium;
argu.l. qui cætu. §. fi. ff. ad .l. iul. de vi publi.
& .l. ſi maritus.§.ſi negauerint.ff.de adulte. Et
ſi diceretur, ſi ipſe impeditur agere, alij nō ad-
mittentur; Non eſt verū, vt.ſ̄. ꝓbatū eſt; Et
probatur in .d.l. lex cornelia. ff. de iniur. & in
.l. 1.2.3.&.4.ff.de libera.cauſa. Et pro hac opi.
Bar. facit gl. ordinaria in glo. 2 .ff.ad ſena.cōſul.
48 ſilla. quæ dicit, ꝙ in delictis † quę faciēdo cō-
mittūtur, non valet remiſſio, vel cōfeſſio in prę
iudicium fiſci. Et hāc opi. tenet etiā Bal. in.d.l.
tranſigere. Mouetur, quia licet in priuatis deli-
ctis principiū,& in tentatio fundetur in offen-
ſo, vel alio qui eum repreſentat; tamen ſi com-

modū exitus controuerſiæ pertinet ad fiſcum,
potius debet inſpici in perſona ad quā pertinet
principium. vt .ff. donat. inter vi. & vx. in .l. ſi
ſponſus. & in .l. cum dotem. ff. ad .l. falci. & no.
in .c. abbate. de re. iudi. lib. 6. Vnde ponit Bal.
negatiuā, ꝙ nunquā de aliquo crimine crimi-
naliter intentato quantū ad plenam liberationē
à pœna fiſcali, poteſt fieri trāſactio, vel pactum.
49 Nec etiam valet † confeſſio offenſi; ne videa-
tur fieri per colluſionem; vt .d. l. 1. ff. ad ſilla.
Et idem concludit .d. Anto. dicens, ꝙ in crimi-
50 nalibus, † & priuatis delictis non eſt licitū de-
ſiſtere per viam tranſactionis, aut gratiæ, ſiue
pacti; Nec etiam authoritate iudicis; Niſi eſſet
talis iudex, qui poſſet, & vellet diſpenſare. vt .l.
locatio .§. ꝙ illicitè. ff. de publica. & in .l. non
diſtinguemus. §. iulianus. ff. de arbi. vbi nō po-
teſt cōpromitti de crimine, etiam priuato; er-
51 go nec tranſigi; quia † cōpromiſſum eſt quæ-
dam tranſactio. vt in authen. ſi verò. C. de iudi.
Et hæc ꝓcedunt de iure ciuili ſecundū .d. An.
& ſecundum .ll. Sed ſecundū ius canonicū nō
vidētur ꝑdicta ꝓcedere; Nam vt hic dicit glo.
52 ſecundum canones omnis accuſatio † de crimi-
ne, eſt publica; Et idem tenet glo. 2. q. 3. in .c.
fin. in. §. accuſator. in glo. ſuper verb. in omni-
bus. Et fortè volunt dicere ſm̄ .d. Anto. ꝙ in
quolibet pacto & crimine, quilibet auditur per
53 viam denunciationis † quæ competit cuilibet
de populo. vt in .c. nouit .ſ̃. de iudi. 2. q. 1. in .c.
ſi peccauerit. Vel fortè ſecundo volunt dicere,
54 ꝙ cōmuniter † pro priuatis delictis criminaliter
agitur; quia in foro canonico vltra pœnā pri-
uatam, eccleſia punit aut ad ſuſpenſionem, aut
55 ad priuationē beneficij, quæ dicitur pœna † ac-
cidentalis; Et finis huius pœnæ publicus eſt;
quia tangitur vtilitas publica, ne indignè teneat
quis beneficium. Dicit ergo .d. Anto. ꝙ ſi agi-
tur ad pœnitentiam, procedit glo. noſtra; quia
ab iſta non repellit tranſactio, vel pactum; imò
nec fortè iuramentū ſm̄ eū; niſi fortè eſſet ali-
quid remiſſibile per partem. Sed ſi ageretur ad
aliam pœnā, dicendum eſt, ſicut dictum fuit in
alijs criminibus priuatis; ſecundum Archid.
.90. diſt. in .c. ſtudendum. Quod eſt verum, in
quantum pœna veniret applicanda parti; Sed
ſi ex delicto priuato veniret quis priuandus,
aut deponendus ab officio, vel beneficio, quia
hæc accuſatio publica eſſet, nō liceret ei trāſige-
re; niſi ſicuti dictū eſt; & vt. ĩ. dicetur de publi-
cis delictis. Habebit ergo locum glo. noſtra,
quādo ex crimine priuato oritur ius denūtian-
di, & per partes irremiſibile; Et quādo oritur
ius agēdi ad depoſitionem, vel priuationē of-
ficij, vel beneficij; quibus caſibus ex parte acto-
ris ſi ſubeſſet ſola deſiſtentia ex gratia in denū-
tiatione, eſſet impunis à pœna temporali; ſed
non à pœnitentiali. Item ex parte actoris per
viam pacti & trāſactionis eſſet immunis à pœ-
na; ſed nō haberet effectū repulſionis iudicis,
vel alterius. Quod intellige, vt infra dicam in
alio membro. Ex parte autem rei ſeu accuſati,
nihil ſibi ꝓdeſſet; quia & iudex, & alius poſſet
proſequi hoc intereſſe publicum. Si verò age-
retur per viā accuſatiōis publicæ, ex parte acto-
ris porrecta accuſatione non eſſet licita deſiſtē-
tia ex gratia; quoniam deſiſtens ſaltem incidit
in pœnam extraordinariam; vt in .c. ſuper his
.ſ̃. de accu. Et ex parte rei non iuuaret, quo-
minus alius poſſet accuſare, & iudex ex officio
inquirere; Et ſi tranſigeret, pro confeſſo habe-
retur; licet ſecus ſit in pacto, quantum ad hoc
ꝙ de confeſſione dictū eſt. Et idem dicit .d.
Anto. ſe credere de iure ciuili, ſi ageretur ad
depoſitionem dignitatis, vel repulſionem; vt
quia eſſet tale crimē ꝙ infamaret. vt in .l. quo-
ties. C. de dignita. lib. 10. Et circa ꝑdicta quæ
dixi de iure canonico, non veniret pœna impo-
nenda, quæ eſſet ſimilis pœnæ ſanguinis; Si il-
li ſimilis pœna veniret imponenda, vt dicam
in ſequenti membro. Secundo caſu principali,
quando criminaliter ageretur de crimine pu-
blico, dicendum eſt, quòd quædam ſunt crimi-
na publica capitalia, ex quibus ſequitur pœna
56 ſanguinis, mors, ſeu mutilatio, quæ † propriè &
ſtrictè dicuntur capitalia. Quædam verò di-
cuntur capitalia largè, ex quibus non imponi-
tur pœna ſanguinis; ſed perditio libertatis; vt
damnare in metallum; aut ciuitatis, vt depor-
tare; ſecundum quod dicit glo. in .d. l. tranſi-
gere. Et probatur in .l. 2. C. de pœnis. & .ff. de
bono. poſſe in .l. edicto .§. rei autem capita-
lis. et Bal. in .d. l. data opera .c. qui accu. non
poſſ. & per Bar. & doct. in .l. 2. ff. de publi.
iudi. In iſtis ergo criminibus capitalibus an li-
citum ſit deſiſtere proprio motu, dic vt latè
dixi in .c. licet .ſ̃. de accu. An autem liceat per
viam pacti ſeu tranſactionis, ibi non tractaui;
Vnde hic dic, quòd legiſtę in hoc articulo tra-
dunt duas regulas in .d. l. trāſigere. & à qualibet
regula excipiunt vnū caſum, per illum tex. Pri-
57 ma regula † eſt permiſſiua, ꝙ de crimine capi-
tali ſtrictè ſumpto, ex quo venit imponēda pœ-
na ſanguinis, licitum eſt tranſigere; vt in .d. l.
tanſigere. primo reſponſo. Et ratio eſt ſecun-
dum glo. ibi, quia cuilibet licitum eſt redime-
re ſanguinem ſuum; vt in .l. 1. ff. de bo. eo. qui
ſibi mor. conſci. Hæc tamen ratio concludere
videtur ſolum ex parte rei. Sed imò dic, quòd
etiam concludit ex parte actoris; quia de iure
cōmuni cū accuſator ſit puniendus eadem pœ-
na ſi non probat, vt dixi in .d. c. licet. & in .c.
.2. de calum. & in .l. fin. C. de accuſa. meritò
propter iſtum metum etiam ex parte accuſa-
toris licitum eſt tranſigere quò ad pœnam ca-
pitalem euitandam; Non tamen quò ad alias
pœnas. Et aduerte, quia in .d. l. tranſigere.
dum glo. dicit, quòd licitum eſt reo tranſige-
re, vt redimat ſanguinem ſuum; accuſatori
verò non licet, quia incidit in turpillianum.
vt in .l. ab accuſatione .ff. ad turpill. Petr. de
Bell. apertiſ. & vltramontani tenent ſimplici-
ter, quòd tàm reo, quàm accuſatori licitum
ſit tranſigere ſuper cauſa capitali, Et hoc ante
inſcriptionē. Sed poſt inſcriptionē, & fideiuſ-
ſores datos de accuſatione ꝓſequenda, nō li-
cet



cet. vt .d. l. ab accuſatione. Citramontani verò
coīter vſq; ad Bart. tenuerunt glo. præallega-
tā; Sed Bar. dicit, quòd in dictis criminibus ca-
pitalibus licitū eſt tranſigere tàm ex parte acto-
ris, quàm rei, quantū ad impediendum proceſ-
ſum, ne iudex ſuper eo vlterius ꝓcedat; & iſte
eſt caſus in .d. l. tranſigere. qm̄ tranſactio ad
hoc principaliter fit, vt proceſſum impediat;
58 vt in .l. fratris. C. de trāſac. quia eſt † terminus
excluſiuus inſtantiæ; vt ibi dicitur; & per hoc
accuſator euadit pœnam capitalem, in quā in-
curriſſet ſi repert⁹ fuiſſet in calumnia. Et iudex
de cætero non poteſt cognoſcere. vt .d. l. tran-
ſigere. Nec tranſigēs poteſt ꝓſequi; Nec alius
adhærere. Sed ſi tranſactio non eſſet permiſſa,
remaneret proceſſus; Et iudex ex officio ſuo
poſſet procedere; Et reum culpabilem, vel ac-
cuſatorē, vel calumnioſum condemnare; vt .l.
.2. C. de abolit. Aduerte tm̄, quòd licet accu-
59 ſator † tranſigendo euitet pœnā capitalem, nō
tamen euitat pœnam turpilliani, quæ eſt pecu-
niaria. vt .l. præuaricationis. in fi. ff. de præua-
rica. ſecundū Bar. Bal. verò in .d. l. tranſigere.
dicit, quòd tex. dat ibi regulā affirmatiuā, dicēs
trāſactionē permiſſā; Non tm̄ determinat cuius
effectus ſit hęc permiſſio; Niſi quatenus inclu-
ditur ex virtute permiſſiua. Et ideò vult, quòd
leges quæ puniunt tranſigentem, non habeant
locū in regula permiſſiua; licet leges quę diſpo-
nunt de alijs effectibus non includantur ſub ta-
60 li permiſſione; quia aliud eſt permittere, † &
aliud tranſactioni robur dare; Nam ſi .l. trāſi-
gere. daret robur trāſactioni, ex toto extingue-
retur pœna delicti. vt .ff. de iniur. in .l. ſed & ſi
vnius. in prin. quod nō dicit .d. l. tranſigere. nec
alia lex; Nec eſt incōueniens ꝙ quędā ſint per-
miſſa, quæ tamen non habeant plenum robur;
vt probatur in .l. ſtipulatio iſta .§. alteri .ff. de
ver. ob. Et aduerte diligenter, quia longe ma-
ioris effectus eſt hæc opi. Bal. quàm ſit opi.
61 Bar. quia ſecundum opi. Bal. † tranſigens nō
puniretur aliqua pœna; Sed ſecundū opi. Bar.
tranſigens euitat ſolum pœnā capitalem; Sed
non pœnam turpilliani. Pro qua opi. Bar. fa-
cit .l. 1. in fi. C. de raptu. virgi. Sed de intelle-
ctu huius legis dic vt dicā. ĩ. Mihi plus placet
opi. Bal. Nec obſtat tex. in .l. pręuaricationis.
in fin. ff. de præuarica. per quē mouetur, quia
ille tex. loquitur in ſimplici deſiſtente, qui tamē
nō deſiſtat .l. permittente; Sed hic nos lo-
quimur in eo qui lege permittente deſiſtit. Et
aduerte, quia ex dictis Bar. ſingulariter colligi-
tur, ꝙ non ſolum ſit permiſſa trāſactio, ſed etiā
pactum, & concordia; ꝙ probatur in .d. l. tran-
ſigere. Et ex prædictis infert Bal. ꝙ ſi permiſſa
62 eſt concordia per ſtatutum † in aliquibus cri-
minibus, quòd ex cōcordia ſolum oritur exce-
ptio declinatoria; non perēptoria; ex quo per
concordiam reus non liberatur à pœna; ſed
ab inſtantia. Subdit tamen, quòd ſi ſtatutū vl-
terius diſponeret, remittēdo pœnam per con-
cordiam, vel illam mitigando, ſtandū eſſet ver-
bis. vt in .l. 1. §. ſi is qui .ff. de exercito. Sed ſi
ſimpliciter loqueretur, tūc eſt dubium, propter
duas theoricas contrarias, quæ traduntur in
materia extenſionis & ſtatutorum; Dicit tamē,
quòd pro prædicta opi. quæ ſequitur ex dictis
Bart. quòd ſolum concedatur exceptio decli-
natoria, facit .l. furti .§. pactus .ff. de infami.
coniuncta .l. ſi ſerui veſtri. C. de noxali. In con-
trariūm tamen facit .l. 2. ff. ad ſilla. Item facit in
contrarium ſecundū Bal. quia ſicut in ciuilibus
63 ex tranſactione † oritur duplex exceptio, vi-
delicet, declinatoria, & perēptoria; ita etiam in
criminalibus; Et quia cum ſtatutum ſit fauo-
rabile, debet latè interpretari; Ipſe aliter non
decidit. Mihi plus placet primum dictū. Nec
ob .l. 2. ff. ad ſilla. quia loquitur in actu, per quē
principaliter purgatum eſt vitium præſumpti
criminis in omittendo commiſſi per ſeruos.
Nec ob. quòd in ciuilibus ex tranſactione ori-
tur duplex exceptio; quia illud eſt ex eo, ꝙ lex
in talibus nedum permittit tranſactionem, ſed
etiam illi tribuit robur. Nec obſtat quòd ſta-
tutum ſit fauorabile; quia etiam ſtatutum fauo-
64 rabile † recipit interpretationē paſſiuam à iure
communi. vt in .c. cum dilectus. de conſue. &
in .d. l. ſi ſerui veſtri. Vnde cum .l. tranſigere.
interpretetur vt pœna non remittatur, nec pœ-
na extinguatur, vt .ſ̃. dixi. & .ĩ. dicam, ergo
ſolum tribuitur declinatoria vt dictum eſt. Eſt
65 tm̄ aduertendum, quòd licet tranſactio † pręiudi-
cet tranſigēti, tamen alteri accuſare volenti nō
præiudicat. vt dixi; Et probatur in .l. qui cæ-
tu .§. fi. ff. ad .l. iul. de ui pub. Vnde poteſt
alius de nouo accuſare, & nouum proceſſum
inchoare. vt dixi in .c. de his. ſ̃. de accu. in ſe-
cundo membro principali. Et not. quòd licet
quidam velint, quòd ſecus ſit in ſententia, &
iureiurādo, videlicet quòd his caſibus alius nō
poſſit de nouo accuſare, & ſequitur Bald. de
66 quo latius dixi in .d. c. de his. quia de † delicto
eiuſdem hoīs nō debet ſæpius cognoſci; tm̄ in
iureiurādo videtur ſecus dicendum. Nec ob-
ſtat .l. eum qui .§. in popularibus. quia loqui-
tur in actionibus quæ vr̄ proprium commo-
dum continere, in quibus poſt lit. conteſt. hoc
licitum eſt; vel etiam añ litē conteſt. ſecundum
quod ſuprà dixi in tertio membro principali;
tamē ſecus eſt in ijs quæ intentantur ad publi-
cam vindictā. Et aduerte, quia in capitalibus
criminibus pœnā ſanguinis ingerētibus, quòd
regulariter licitum ſit tranſigere, videtur indu-
ctum quodam ſpeciali iure, contra regulam cō-
67 munē, quæ vult ꝙ pacta † contra rempublicā
non valent. vt in .l. iuriſgentiū. §. ſi paciſcar. ff.
de pac. ſm̄ Bar. Non tm̄ præiudicant niſi quò
ad ſe, vt dictū eſt; & quātū ad impediendū pro-
ceſſum. Item aduerte, ꝙ licet quantū ad dictos
effectus non ſit differētia inter pactum & tran-
ſactionem; tm̄ quantū ad alia eſt differentia; &
quantū ad hoc, vt habeatur pro cōfeſſo, vt in .d.
.l. furti .§. pactus. ff. de infam. Et ſic ex prædi-
ctis oībus habes latè expeditā primā regulam
permiſſiuā, ꝙ in criminibus capitalibus pœnam
ſanguinis ingerētibus, licitū eſt trāſigere, vel pa-


ciſci.

ciſci. Et procedunt hæc de iure ciuili. De iure
aũt canonico nõ vidẽtur ꝓcedere; quia de iure
68 canonico pœna † ſanguinis non venit imponẽ-
da pro aliquo crimine .s̃. ne cle. vel mo. ſen. ſic
tenet Io. 2. q. 3. c. fi. & .d. An. hic. Sed poſſet
dubitari, quid in caſibus in quibus venit quis tra
dendus curiæ ſæculari. Sol. dicit hic .d. Anto.
ꝙ credit quòd licitum ſit tranſigere; quia hic
pœna mortis venit inferrenda; & ſic eſt eadem
ratio, quæ in criminibus capitalibus. Et hoc
etiam tenet hic .D.m. et videtur tenere Goff.
in ſumma de tranſac. Sed tu aduerte, quia li-
cet hæc ratio concludat, tamen obuiat alia ra-
69 tio quando veniret imponenda † pœna depo-
ſitionis ab officio & beneficio, & traditur &c.
quia reſpectu officij ſeu beneficij non videtur
licere per viam tranſiactionis; quia contine-
ret ſpeciem ſimoniæ. Et ideò ad hoc vt liceret
ſecũdum opi. D.m. deberet quis expreſsè pro-
teſtari quòd reciperet, dumtaxat vt redime-
ret, vel redimeretur reus ab illa degradatione
actuali, & traditione ſecularis iudicij per pactũ;
Aut per gratiam fieret. Quid autem ſi veni-
ret imponenda pœna perpetui carceris; dñs.
An. hic, dicit ꝙ non ſit licitum; quia nõ debet
70 vita † tantum attenuari, quòd poſſet ſequi
mors; vt ipſe tradit in .c. ad audientiam. de cri.
fal. & hanc dicit eſſe veritatem in hoc paſſu.
Contrarium tamen tenet Car. Flo. in. c. fi. s̃. de
tranſactio. Et placet hic .D. meo, per not. per
Inno. in .c. qualiter .2. de accu. Mihi plus pla-
cet opi. d. Ant. Pro qua faciunt ea quæ dixi
in .c. veniens. s̃. de accu. in .11. q. principali
primæ .q. principalis. Expedita prima regula
prædicta, modo videamus de caſibus exceptis
ab eadem. Et tex. in .d.l. trãſigere. excipit cri-
71 men adulterij, in quo non eſt licitum † tranſi-
gere, ſeu paciſci. Huius autẽ exceptionis ratio
eſt ſecundum aliquos, quia adulterium eſt gra
uius crimen; Quod non placet; quia grauius
eſt homicidium, paricidium, & ſimilia. Vnde
alij dixerunt, quòd ratio eſt, quia imperator eſt
72 amator † caſtitatis, vt in authen. de Ienoni. cir
ca prin. Quæ ratio non concludit ſecundum
Bar. quia ſecundum hoc idem eſſet in inceſtu,
& ſtupro, quod in adulterio; quod tamen eſt
falſum. Vnde alij vt Pe. dicũt, quòd iſtud eſt
propter frequentiam delicti, & multis graſſan-
tibus opus eſt exemplo. vt in .l. aut facta .ff. de
pœn. Bart. dicit, quòd ex parte accuſatoris eſt
73 ratio, quia qui pecuniam † accepit pro com-
perto adulterio vt adulterium celaret, punitur
pœna .l. iul. de adul. vt in .l. auxiliũ. in fi. ff. de
mino. Vnde recipiendo pœcuniam vt deſiſte-
ret, incideret in illam pœnam. Ex parte autẽ
rei ratio eſt, frequẽtia huius delicti. Sed tu ad-
uerte, quia licet doct. nõ reprehendant ratio-
nem prædictam Bart. ex parte actoris, tamen
mihi non placet; quia videtur cadere in illum
errorem de quo .s̃. videlicet, vt idem dicẽdum
ſit in ſtupro; nam etiam pro ſtrupro celando
non eſt licitum pecuniam recipere; ſicut nec
pro adulterio. vt in. d.l. auxilium. in fi. Et ideò
ſi hæc ratio Bar. eſſet vera, non poſſet etiã tran-
ſigi ſuper ſtupro; cuius contrarium velle vide-
tur tex. in .d.l. trãſigere. dum excipit ſolũ adul-
terium; de quo tamen dic, vt latius ſtatim dicã.
Et ideò melius videtur dicendum, quòd ratio
frequentiæ delicti concludat tàm ex parte acto
ris, quàm ex parte rei. Aduerte tamen, quòd
74 prædictã exceptionẽ, † adulterij limitant qui-
dam, & volunt locũ habere, ſi modo loquamur
ante impoſitam pœnam de adulterio; Secus ſi
poſt; vt in authen. vt nul. iudi. §. adulteram.
& in authen. ſed hodie .C. ad .l. iul. de adult.
Quidam tamẽ voluerũt per illa iura, quòd ho-
die indiſtinctè licitum ſit de adulterio tranſige-
re, vel paciſci; quia non debet expectari euẽtus
75 nihil † operaturus. ff. ad Vellei. in .l. aliquãdo.
.§. fi. cum ſimili. Sed poſt ſententiam & pœ-
nam impoſitam, non eſt dubium quòd licitum
eſt tranſigere, vt dictis iuribus. ergo &c. Alij
verò volunt, ꝙ marito permiſſa eſt reconcilia-
tio; Et eſt ſpeciale fauore matrimonij. Bal.
verò videtur tenere primam ſolutionem; dicit
76 enim quòd iudex nõ debet † ſtudere in crimi-
nalibus ad concordiam partium antequam pu-
niat; ſed poſtquam puniuit, poteſt ſtudere ad
reconciliationem ipſarum; & ita dicit tenuiſſe
Iaco. But. in .l. æquiſſimum .ff. de vſuff. Et hæc
opi. mihi placet. Nec obſtat ꝙ non debet ex-
pectari euentus nihil operaturus; quia non eſt
verum ꝙ euẽtus non operetur; quia imò ope
ratur; vt patet ex ipſa impoſitione pœnæ, per
quàm reipublicæ ſatisfit propter delictũ per-
petratum. Sed quæro circa p̄dicta, vtrũ de rapi
77 na † trãſigi poſſit, Et videtur dicendũ quòd ſic;
ſicut in reliquis criminibus dictum fuit in re-
gula præcedenti; quia ſolum in .l. tranſigere. à
dicta regula excipitur adulteriũ. In contrariũ
facit tamen tex. in .l. pe. C. pro qui. cau. ſer.
acci. pręmi. lib. Sol. quidam dicunt per illam
.l. ꝙ licitũ ſit; Et ideò quòd deficit in .d.l. tran-
ſigere. ſuppletut per. d.l. penul. Quidam verò,
vt Io. voluerunt, quòd licitum ſit, per allegatã
.l. pe. vbi tex. dicit, tranſactione dimiſſum, &
ſic ſentit, quòd tranſactio permiſſa ſit. Alij ve-
rò tenuerunt contrarium; moti, quia pater trã
ſigens de raptu filiæ punitur. vt in .l. 1. circa
fi. C. de rap. virg. Ergo non eſt licita trãſactio;
quia ſi eſſet licita, non puniretur. vt in .l. grac-
chus. C. de adul. Sed dicit Bar. ꝙ Io. bene dicit,
quia in raptu ceſſant rationes quę ſunt in adul-
terio; quia vt .s̃. dixi, in adulterio ex parte acto
ris ideò non licet tranſigere, quia non eſt licitũ
pecuniam accipere, ex eo, quòd incideret in .l.
iul. de adulte. quæ ratio ceſſat in raptu. Itẽ ceſ-
ſat ratio quam dixi de frequentia delicti; quia
raptus non frequenter cõmittitur. Concludit
ergo Bar. ꝙ in raptu licitum ſit paciſci, & tran-
ſigere; per .d.l. tranſigere. & .l. qui cætu. §. fi.
.ff. ad .l. iul. de vi. pub. Non obſtat ꝙ pater trã
ſigens punitur, vt in .d.l. 1. in fi. quia ſecundũ
eum licet trãſactio valeat ad impediendũ pro-
ceſſum; vel ad euitandam pœnam capitalem
talionis, ſi accuſator reperiretur in manifeſta
calumnia



calumnia, tamen non valet vt non puniatur mi
nori pœna, tanquam deſiſtens, vt dixi .s̃. ſe-
cundum opin. Barto. Bal. autem arguit, ꝙ non
poteſt paciſci. Et ad tex. in .l. trãſigere. reſpõdet,
ꝙ licet ibi excipiatur ſolum adulterium, tamen
tacitè videtur excipi raptus, tanquam maius; nã
78 ſi aliquid prohibetur † in aliqua ſpecie, videtur
etiam prohibitum delictum maius, vel ſimile, in
eadem ſpecie. Ex quo infertur, ꝙ ſi ſtatutum
diſponit, quòd de quolibet crimine poſſit fieri
concordia, excepto furto, homicidio, & falſo;
quòd etiam de Robaria ſtratæ, quod eſt maius
delictum, quàm furtum, non poteſt fieri. Fina
liter tamen concludit Bald. quòd aduocati pra-
cticant contrarium; quia ꝙ non reperitur exce-
79 ptum, † remanet ſub regula: vt in .l. quæſitum.
§. idem reſpondit domo. ff. de fun. inſtru. & ſic
reſidet. Ex prædictis ergo videtur inferendũ,
80 ꝙ de ſtupro, † & inceſtu poſſet fieri tranſactio;
ꝙ in veritate nõ eſt ſine dubitatione. Et aduer-
te, quia ſi teneremus opin. Bar. & reſpõſionem
quam dat ad .l. 1. C. de rapt. vir. non videtur ve-
ra opi. Bal. quam ſupra tenui; quam etiam ſentit
Bar. vt ibi dixi. videlicet ꝙ cum .l. tranſigere. in
prima regula permiſſiua permittat tranſactio-
nem, ꝙ tranſigens non debet aliqua pœna pu-
niri; nam tenendo iſtam opin. de neceſſitate di-
cendum eſſet, quòd de raptu prohibita eſt tran-
ſactio, per illam .l. cogitabis, quia paſſus dubius
eſt. Sed nunc contra prædictam exceptionem
81 opponitur, videtur .n. ꝙ etiã de adulterio † tran
ſigi poſſit, per tex. in authẽ. vt lice. ma. & aui. §.
pen. Sol. doct. dicunt, ꝙ clauſula gñalis ibi poſi-
ta, quæ permittit tranſactionem, non refertur
ad adulterium, ſed ad alia capitalia crimina: Vel
dic ſecundum Iaco. de Belui. in. d. §. pen. ꝙ ibi
non loquitur de adulterio vero, ſed de adulterio
præſumpto, quod habetur pro adulterio. Et
ideò non licitum eſt tranſigere de adulterio ve-
ro. vt in .d.l. tranſigere. Et hanc ſolutionem te-
net Bar. in. d. §. penult. & etiam ſequitur Bal. in
.d.l. tranſigere. Quam ſolutionem inducit ad
deciſionem quæſtionis notabilis. Dictat ſtatu-
82 tum † vt de omnibus delictis poſſit fieri pax, &
concordia, præterquàm in homicidio. Modo
quidam eſt condemnatus de homicidio ex cõ-
tumacia, quę ex forma ſtatuti habetur pro con-
feſſione, & vera probatione. Dicit .n. quòd de
tali homicidio poteſt fieri pax, non obſtante di-
cto ſtatuto, quod debet intelligi de vero homi-
cidio. Facit quod no. in .l. 3. § . hæc verba. ff. de
nego. geſt. Item contra dictam exceptionem
opponitur de .l. ſi maritus. §. ſi negauerint. ff. de
adult. vbi tex. vult, quòd ille qui negat ſe accuſa
turum de adulterio, repellitur. Sol. glo. dat ibi
plures ſolutiones; & etiam docto. in. d.l. tranſi-
gere. vbi Bar. ponit duplicẽ intellectum; Vnus
83 eſt, vt intelligamus † .§. ſi negauerint. de renun-
ciatione facta ante inchoatum iudicium; quo
caſu licitum eſt. Secus eſt poſt inchoatum iudi
cium; ita loquitur .l. tranſigere. Et ratio eſt, quia
poſt inchoatum iudicium cum ſit quęſitum ius
fiſco, non tenet renunciatio. Facit .l. 2. C. de
aboli. Vel poteſt reſponderi, quòd ibi maritus
renuntians videtur fateri ſe non habere ius. Et
84 ideò non poteſt venire † contra confeſſionem
ſuam. arg. l. 1. C. de fide inſtru. quod dictum di-
cit Bal. menti tenendum. Ex quo ſequitur, ꝙ
licet accuſator non poſſit renuntiare, tamen ſi
confitetur ſe ius non habere, vel conuentum nõ
eſſe culpabilem, præiudicat ſibi ſoli. Dicit ta-
men, ꝙ præcedens ſolutio eſt verior; Sed aliter
ſecundum Bar. & Bal. poteſt reſponderi ad cõ-
trarium, ꝙ tranſactio, vel renuntiatio non eſt
permiſſa; tamen renuncians, vel paciſcens red-
dit ſe ſuſpectũ in ꝓceſſu cauſæ. Et ideò valet
quantum ad repellendum accuſatorem; quia ti
metur de colluſione; vt hic in tex. noſtro. Facit
.l. qui deſtitit. ff. ad turpill. & .C. qui accuſa. non
poſſ. in .l. accuſationem. Non tamen valet quã-
tum ad impediendum proceſſum, quominus iu
dex poſſit ſuper eodem proceſſu procedere, te-
ſtes inducere, & veritatem inquirere. vt tradi-
tur in. d.l. 2. & ſecundum ea quæ .s̃. dixi. Et ex
prædictis habes expeditam hanc primam exce
ptionem. Secunda autem principalis regula po
ſita in. d.l. tranſigere. eſt prohibitiua. videlicet
85 ꝙ in criminibus publicis, † quæ pœnam ſangui
nis non ingerunt, non licet tranſigere. Huius au
tem regulæ ratio eſt, fauor publicæ vindictæ;
86 quia intereſt reipublicæ, † vt delicta non rema-
neant impunita. vt in. c. vt famæ. §. 1. j. de ſent.
excom. Et in .l. ita vulneratus. in fi. ff. ad .l. aquil.
ne delicti venia licentiam tribuat delinquendi.
vt in. c. ſignificaſti. s̃. de homici. Sed quæro cir
ca prædicta, quid ſi fiat trãſactio, vtrum valeat.
glo. in. d.l. tranſigere. dicit ꝙ non. Et ꝙ reus ha
betut pro confeſſo. Nec proceſſus impeditur;
quia iudex poteſt ex officio ſuo illum proceſ-
ſum expedire. vt in .l. 2. C. de aboli. Sed ſi accu
ſator qui tranſigit vellet proſequi, non debet au
diri; non ꝙ eum impediat tranſactio, ſed quia
eum impedit deſiſtentia, & infamia, quæ ſequi-
tur ex deſiſtentia. vt in .l. accuſatorem. C. de ijs
qui accu. nõ poſ. & .d.l. qui deſtitit. ff. ad turpil.
Item quæro circa prædictam regulam, vtrum
pactum valeat ſuper iſtis criminibus publicis
non ingerentibus pœnam ſanguinis. Solut.
quidam dicunt ꝙ ſic; quia tex. in. d.l. tranſigere.
in regula prohibitiua, nihil dicit de pacto; ſed ſo
lum de tranſactione. Cy. verò, & Vltramontani
tenent contrarium, quia dicta in præcedẽtibus
87 intelliguntur † repetita in ſequentibus. per .l. ti-
tia. §. idem reſpondi. ff. de verb. obl. & in .l. item
quia. ff. de pact. Bar. verò dicit, ꝙ aut q̃ritur an
liceat paciſci quantum ad hoc, vt reus habeatur
pro confeſſo, & non eſt dubium ꝙ non habe-
tur pro confeſſo; vt ibi dicit glo. & probatur in
.l. furti. §. pactus. ff. de infam. Aut quæritur an
liceat paciſci quantum ad impediendum pro-
ceſſum, & tunc non licet; neque licitum eſt de-
ſiſtere. arg. d.l. 2. C. de aboli. & .ff. ad turpil. in .l.
& in priuatis. & in .l. ſi quis repetere. in fi. Sed
vlterius quæro de not. q. Pone quòd ex forma
88 ſtatuti † cauetur, ꝙ pro delicto publico, ex quo
de iure communi non venit imponenda pœna
ſangui-

ſanguinis, imponatur pœna ſanguinis,an poſſit
tranſigi,vel paciſci; & videtur dicendum ꝙ nõ,
89 attenta ſua primordiali † natura & cauſa, quæ
attendi debet. Et quia hæc pœna ſtatuti, loco
alterius pœnæ iuris communis ſubrogatur; er-
90 go debet ſapere † illius naturam. vt.ſ̃.de conſti.
.c.eccleſia.Et hoc tenuit Guido de Suza.in caſu
tamen conuerſo. In contrariũ facit,quia vide-
tur attendenda ſua natura accidentalis, quæ pę-
nam ſanguinis continet, Et ſic debemus eſſe in
prima regula permiſſiua,propter quam concor
diter tranſactio habet etiam locum in caſu no-
ſtro. Bal. poſt Cy. concludit in.d.l.tranſigere.
quòd attendi debet pœna ſtatuti, & non iuris
91 communis;quia iudiciorum † qualitas iudica-
tur ex pœnæ qualitate. vt in.l.2.ff.de pub. iudi.
Nam ex quo à iure communi receſſum eſt in ge
nere pœnæ,receditur in omnibus quæ veniunt
in conſequentiam generis pœnæ.vt not.in.l.1.
in princ. C.de lat.lib.tol. Nec obſtat ꝙ initiũ
ſit ſpectandum;quia illud eſt verum, niſi cauſa
92 ſuperueniens † alterat cauſam diſponẽdi,& for-
mam. vt in.l.iulianus.§.quantum.ff.ad exhibẽ.
&.ff.de auro & arg.lega.in.l.Seia.§.fina. Non
obſtat ꝙ ſubrogatum &c. quia illud eſt verum,
93 quando per omnia eſt ſubrogatum,† & ex ſub-
rogatione non alteratur cauſa, vel rei natura;
aliàs ſecus;quia alterata natura rei,alteratur di-
ſpoſitio ſuper re.vt in.l.codicillis.§.inſulam.ff.
de lega.2.& in.l.fin.C.de edic.di.Adri.tol.cum
ſimi. Et hoc ſequitur hic.d. Ant. in caſu tamẽ
conuerſo; videlicet, quando de iure communi
eſſet pœna ſanguinis,& alteratur ad pœnam pe
cuniariam. Ex quo infertur, quòd cum com-
muniter iure communi alteretur pœna ſangui-
nis quandoq; ad depoſitionis pœnam, quòd ſi
aliud non obuiaret,licita eſſet deſiſtentia ex par
te accuſatoris.vt.ſ̃.de accuſa.veniens. dũmodo
ante inſcriptionem.vt in.c.licet.eo.tit. Poſt in-
ſcriptionem verò, non eſſet licita deſiſtẽtia per
gratiam.vt dictis iuribus. Deſiſtentia autem nõ
gratioſa, vt per viam tranſactionis, non etiam
eſſet licita,vt hic; quia continet ſpeciem ſimo-
niæ,velle redimere talem depoſitionem,vel ſu-
ſpenſionem à ſpiritualibus. Quæ ratio vendi-
cat ſibi locum tàm ex parte actoris, quàm rei.
Et hunc dicit verum intellectum decretalis no-
ſtræ. Sed quæro,quid ſi pœna pecuniaria ſit in
94 ſolutione,ſed pœna † corporalis & ſanguinis ſit
adiecta in defectum ſolutionis; vtrum ſit licitũ
paciſci,vel tranſigere; & videtur dicendum ꝙ
non,inſpecta ſua principali natura à ſtatuto in-
ducta. Facit.l.1.C.de in lit. iur. In contrariũ
95 facit,quia inſpici debet,† quod euenire poteſt.
& per conſequens debet eſſe licitum. Et hoc
tenet Bal.in.d.l.tranſigere. Sed tu vide circa
hoc,& arg.quæ hinc inde poſſent fieri, ea quæ
latiſſimè dixi in.c.veniens.ſ̃.de accuſa. in.4.5.
et.6.q. primæ quæſt. princ. ſecũdi mẽbri prin.
A prædicta autem regula prohibitiua excipitur
crimen falſi,in quo licitum eſt tranſigere. vt in
.d.l.tranſigere.in fi. Et licet quidam doct. anti-
qui intelligant dictam exceptionem,quando ex
96 crimine † falſi veniret imponenda pœna ſan-
guinis; tamen communis* opin. eſt in contra- Cõm.op.
rium,& bene;quia ſi eſſemus in caſibus,in qui-
bus pœna ſanguinis venit imponenda ex crimi
ne,eſſemus in prima regula permiſſiua; & incõ
gruenter, & non aptè exciperetur hic caſus à
regula prohibitiua de publicis criminibus non
ingerentibus pœnam ſanguinis; cum exceptio
debeat eſſe de regula, vt in iuribus vulgatis.
Sed quæro quę ſit ratio, ꝙ in crimine falſi licita
eſt tranſactio. Sol.glo. in.d.l.tranſigere. dicit,
ꝙ ratio eſt,quia accuſatio falſi refertur ad pecu-
niariam extimationem; quaſi dicat, accuſatio
97 falſi † plerunque fit propter priuatum commo-
dum. Sed dicit Bart. ꝙ iſta ratio non eſt gene-
ralis,neque bona;quia idem ꝙ hic dicitur in pu
blicis criminibus; eſt etiam in accuſatione pri-
uata, ſecundum ea quæ.ſ̃.dixi. Præterea iſta
ratio ſe non extendit, quando falſum commit-
titur in rationibus publicis. Et ideò dicendum
eſt ſecundum Bar.vt dicebat quidam doct.Lõ-
bar. qui vocatus fuit Hugolinus de Fontana.
cuius dictum refert Cy. & ſequitur hic.d.Ant.
98 quòd ratio eſt,quia condemnatio falſi,† quan-
quam hominem non interimat,vel pœnam ſan
guinis non ingerat, eum tamen totaliter vitupe
rat; quia non eſt crimen in mundo ſecundum
noſtros mores ita opprobrioſum. Ideò in eo
quodammodo eſt eadem ratio, quæ eſt in cri-
minibus ingerentibus pœnam ſanguinis; vide-
licet, vt liceat honorem, & ſtatum redimere.
Subdit tamen Bar. quòd iſtæ perſuaſiones dari
poſſunt,licet in veritate non concludant neceſ-
ſariò.Et ſecundum prædictam opin.dicit Bal.ꝙ
idem eſſet in ictu fuſtium. Et idem eadem ra-
99 tione dicerem in Mitria † Cartaginenſi; vel ſi
poneretur ad Berlinam,vel ad ſimile vituperiũ,
ex quò grauiſſima imminet infamia. Subdit
tamen ipſe aliam rationem, quia in crimine fal
ſi acerrima fit indagatio per quæſtiones, & tor
menta.vt.C.de fal.in.l.vbi. in qua indagatione
quandoque imminet periculum vitæ, & diſcuſ-
ſio perſonæ.Vnde licet terminus & finis litis &
accuſationis nõ ſit in perſona principaliter; tũ
100 media litis † & accuſationis propter aſperitatẽ
tormentorum, habent in ratione ſui quandam
ſimilitudinem cum pœna ſanguinis. Et ideò
permittitur tranſactio, per ea quæ ſupra dicta
ſunt in prima regula permiſſiua. Et aduerte,
quia ſecundum dictam rationem in alijs vitu-
perijs,de quibus ſtatim dixi, ſi non procedere-
tur per ſimilia tormenta, non haberent locum
quæ dixi. Sed quęro circa hanc exceptionem,
101 vtrum ſi mandans † fieri falſum, accuſatur de
mandato,aut ope præſtita,poſſit tranſigi; Bart.
in.l.tranſigere.in fi. tenet ꝙ ſic; quia verba il-
102 lius.l.ſunt ſcripta † in rem; ideò habent locum
in fieri faciente,& auxiliante. vt in.l.hæc verba.
ff.de adult.& in.l.aut qui aliter. in.§. fi.ff.quod
vi aut clam.& ſequitur Bal. Sed quid ſi ex for-
103 ma ſtatuti † diſponeretur, ꝙ poſſet fieri con-
cordia,vel tranſactio,cum percuſſore, an poſ-
ſet fieri cum mandante, dicit Bal.in.d.l.tranſi-
gere.



gere.in fi.q.quòd ex dictis Bar.videtur conclu-
dendum ꝙ non;quia ſtatutum loquitur in per-
ſonã,non in rem. Ipſe tamen Bal. decidit con-
trarium,& aſſignat rationes, quas ibi vide per
eum. Et vide etiam per eum in.l.ex hoc iure.
ff.de iuſti.& iure.& in.l.omnes populi. eod.tit.
Sed quæro iuxta prædicta, quia ſupra dixi, ꝙ
interdum quis deſiſtit per viam abolitionis,
104 vtrum † licitum ſit; Et vt intelligas, debes ſci-
re, quòd abolitio eſt accuſationis peremptio.
Nam abolere idem eſt, quòd caſſare; eſt enim
cancellatio nominis rei. vt not.glo.in.l.libello-
rum.§.quòd ſi libelli.ff.de accuſa. Vel ſecundũ
105 Bar.ibi, abolitio dicitur † fieri, quando iudex
pronunciat non eſſe procedendum in accuſa-
tione. Facit quod not.glo.in rub.C.de abolit.
Vel eſt licentia deſiſtẽdi ab accuſatione, ne quis
incidat in turpillianum. vt not. glo.in.l.aboli-
tionem.C.de adulte. Et debes ſcire, quòd tri-
106 plex eſt † abolitio, vna generalis, alia ſpecialis,
107 ſeu priuata, & alia legalis. Generalis † fit per
principem. Et hæc extinguit omnes accuſatio-
nes;ita ꝙ nullus alius amodo poteſt accuſare,
pꝛæterquàm primus accuſator,qui iam accuſa-
uerat;qui poteſt repetere accuſatum.j̃.triginta
dies vtiles,ab illo die quo generalis abolitionis
feriæ ſunt finitæ.Et fit hæc repetitio eodem iu-
re,quo prius accuſabat. Conceditur autẽ hæc
abolitio à ſolo principe ob aliquas cauſas;quan
doq; ob diem inſignem natalis ſui, vel filij ſui;
quandoq; ob rem proſperè geſtam, puta,quia
obtinuit contra inimicos in prælio;quandoque
propter gratulationem publicam;vt quia voluit
feſtũ celebrari, quo quilibet lætaretur, vel ob
aliquã lętitiam,vel honorem diuinæ domus.Et
hæc probantur.C.de genera.aboli.l.1. &.2. &
.ff.ad turpil. in.l.ſi quis repetere. & in.l.aboli-
tio.& in.l.ob rem. & in.l.ſi interueniente. Et ſi
infra illos triginta dies alia abolitio generalis ſu
perueniat, à fine ſecundæ abolitionis compu-
tantur alij triginta dies. vt in.l.in ſenatuſconſul
tum.§.1.ff.ad turpil. Et per hanc abolitionem
non eſt dubium, ꝙ licitum eſt,imò neceſſarium
deſiſtere tempore abolitionis. Item & poſt
tempus abolitionis deſiſtens ex eo quòd non
repetit.j̃.triginta dies, non incidit in turpillia-
num.vt in.d.l.ſi interueniente. Et aduerte ad
vnum effectũ iſtius generalis abolitionis, quia
108 licet faciat gratiam † criminis, non tamen tollit
infamiam,vt in.l.fi.C.de gener.aboli.Et hoc de
prima ſpecie. Circa ſecundam ſpeciem de ſpe-
109 ciali & priuata abolitione dic, ꝙ illa † dicitur fie
ri,quando accuſator illam petit priuatim, vel à
principe,vel à iudice, qui iudex habeat cogni-
tionem meri & mixti imperij. Et hæc etiam
impetratur quandoq; à principe propter cau-
ſas, de quibus dictum eſt in generali abolitio-
ne. Item fit per poſtulationem accuſatoris à
iudice inferiore;ordinario tamen, non delega-
110 to de iure ciuili; quia delegare † non poteſt de
iure ciuili;& ſic pro criminali. Hoc eſt cauſa co
gnita,non de plano. vt.ff.ad turpil.l.1.§.aboli-
tio. Debet ergo & parte præſente, & cognita
111 cauſa,† indulgeri poſtulanti; vnde in petitione
exprimenda eſt cauſa quare petatur. Verſatur
autem in cauſæ cognitione; vt ſi quis per calũ-
niam accuſationem propoſuerit, non detur ei
abolitio. Si verò per errorem, ſi quidem reus
verberum, vel carceris iniuriam ſuſtinuit, non
niſi ipſius rei conſenſu deberet abolitio fieri.
Si verò non ſuſtinuerit,poteſt peti.j̃.xxx.dies;
niſi liberorum hominum corpora, veritatis in-
ueniendæ cauſa tormentis fuerint lacerata:tunc
enim etiam vtroque volente non conceditur.
Et aduerte, quia non in omnibus criminibus
112 cõceditur hęc abolitio;ſunt enim quædam † in
quibus nullo modo cõceditur; vt in uiolata ma
ieſtate,expugnata patria, vel perdita; in com-
miſſo peculatu;in deſertis ſacramentis;& crimi-
ne falſi. Et hæc omnia probantur in.l.ſi. & pe.
C.de aboli.C.ad leg.cor.de fal.in.l.vbi. Et illud
verſatur in cauſæ cognitione, vtrum accuſator
qui abolitionem petit, receperit pecuniam ab
accuſato,vt ab accuſatione deſiſtat. Nam hoc
caſu regulariter non eſt abolitio concedenda,
niſi accuſator accuſauerit proſequendo iniuriã
ſuam,& ſuorum.vt.in.l.pen.C.de aboli. Et ra-
tio eſt, quia quantò magis quis admittitur ad
proſequendum ſuam, vel ſuorum iniuriam,tan
tò facilius veniam conſequitur. Item etiam ob
retinendam propinquorum amicitiam conce-
ditur abolitio;vtputa,quando quis accuſauit co
gnatos.vt in.l.2.§.fi.C.de abolit. Licet enim
deſiſteret per pecuniam, dummodo non accu-
ſauerit per fallaciam,conceditur abolitio ſecun
dum quoſdam. Quidam autem volunt, ꝙ etiã
ſi accuſauerit per fallaciam, hoc caſu conceda-
tur. Nec diſtinguitur an ſit tale crimen, ſuper
quo tranſigi poſſit,vel non. Et ex prædictis col
113 lige, ꝙ ad obtinendam † abolitionem ſufficit al-
terum;vel quòd petens proſequatur ſuam, aut
ſuorum iniuriam; vel quòd impetret ratione co
gnationis. Vnde copulatiua quæ ponitur in
.l.2.§.fin.C.de aboli. dum dicit, & qui cogna-
114 tos,† ponitur diſiunctiuè. Et per conſequens
non requirit concurſum copulatorum; nam &
ita poteſt poni quandoq; copula pro diſiuncta;
vt traditur per Bar.in.l.ſæpe.ff.de verbo. ſigni.
Facit etiam quod not.in.l.ſi finita.§.eleganter.
ff.de dam.infec. Vel poteſt dici & melius, ꝙ il
la copula ponatur augumentatiuè,ſecundum ꝙ
etiam ponitur in.l.ea tamen adiectio.ff.de le.3.
Et ſic ſufficit alterũ; videlicet, vel ꝙ proſequatur
ſuam,vel ſuorum iniuriam; Vel ꝙ ratione co-
gnationis conſeruandæ impetret. Hæc autem
115 ſpecialis abolitio † eſt huiuſmodi effectus;quia
per eam accuſator volens iterum accuſare,non
admittitur; niſi ille qui impetrauit ſpecialem
abolitionem, à principe impetrauerit, ꝙ poſſet
iterum accuſare illum; vt in.l.1.C.de abolit. &
in.l.mulieres.§.fin.ff.ad turpil. Sed alius non
prohibetur ſecundum Spec.in tit.de aboli.§.1.
ver.priuata.in fi. Ex prædictis etiam infertur,
quòd in omnibus caſibus,in quibus licitum eſt
illam impetrare,& obtinere, licitum eſt per illã
deſiſtere. Et deſiſtens non incidit in turpillia-
num;

num, vt dictis iuribus. Et vide quod dixi in.c.
de his.s̃.de accuſat. in articulo de abſoluto per
viam diſpenſationis. Sed quæro circa prędicta
116 Dictat ſtatutum, † ꝙ ſi quis non probauerit ac-
cuſationem, puniatur in.c.libris. vtrum impe-
trata abolitione debeat condemnari. Et vide-
tur ꝙ non, quia iſte legitimè deſtitit; ergo non
debet condemnari. vt in.l.gracchus. C.de adul.
117 In contrarium facit, quia licet abolitio † excuſat
à pœna turpilli. vt in.l.1.§.ſi quis autem. ff.ad
turpil. non tamen excuſat à calumnia iam com-
118 miſſa; quia in delictis † iam conſumatis non eſt
locus pœnitentiæ. arg.l.ſi falſos.C.ad leg.corn.
de fal. Item quia abolitio priuata non poteſt
119 concedi ſine cauſæ † cognitione, vt dictum eſt;
Et ſi concedatur, nõ tenet; vt in.l.fi.ff.ad turpil.
Sed abolitio non poteſt peti, ſi accuſatio fuit ca
lumnioſa: vt in.l.fi.C.de aboli.&.s̃.dictum fuit.
ergo &c. Sed ille qui non probat, præſumitur
120 † calumniari. vt in.l.qui non probaſſe.& ibi per
Cy.C.de calum.& in.l.1.§.calumniatoribus.&
ibi per Bar.ff.ad turpill. ergo videtur condem-
nandus. Et ita reperio aliquos antiquos te-
nuiſſe. Mihi plus placet opin. contraria, pro qua
facit, quia ille qui accuſauit, & promiſit, & ſatiſ-
dedit, de proſequenda lite ſub pœna decem li-
brarum, impetrata abolitione excuſatur à dicta
pœna; vt eſt caſus iuncta glo.in.l.1.C.ad turpil.
121 ergo & hic. nam licitum † eſt arguere de cõtra-
ctibus ad ſtatuta. vt in.l.neque pignus. & in.l.
nec ex prætorio.ff.de reg. iur. Sed ille qui ſub
pœna tenetur proſequi, & probare accuſatio-
nem vigore contractus, impetrata abolitione
non incidit in turpillianum; vt dictum eſt. er-
go &c. Nec obſtant allegata in contrarium,
122 quia loquũtur, quando accuſatio fuit † calum-
nioſa. Et ratio eſt, quia tunc non valet abolitio;
vt in.l.1.& in.l.fallaciter.C.de aboli. Et ſi dice-
res, calumnia præſumitur eo ipſo quòd nõ pro-
bauit; reſpondeo, quòd contra iſtam præſum-
ptionem poteſt contrarium probari; etiam per
iuramentum. Facit quod not. Bart.in.d.§.ca-
123 lumniatoribus. Vel dic, ꝙ ille † qui proſequi-
tur, & non probat, præſumitur calumniari. Sed
ille qui impetrauit abolitionem cauſa cognita,
& fuit ſibi conceſſa, non præſumitur calumnia-
124 ri; cum præſumatur † pro ſententia iudicis. vt
in.c.in præſentia.de probat. Pro hoc etiam fa-
cit.l.2.de aboli. vbi videtur caſus, quòd eo ipſo
ꝙ impetrans abolitionem dicit in ſua petitione
ſe erraſſe, vel facilitate, vel calore proſiluiſſe ad
accuſationem, debet ſibi concedi abolitio. Er-
go iſto caſu calumnia non præſumitur. aliàs
abolitio ſibi non concederetur. vt in.l.2.& in.l.
fallaciter.C.de aboli. Circa tertiam principalẽ
ſpeciem de legali abolitione, dic, quòd illa con-
125 ceditur † à lege, quando accuſator eſt mortuus,
vel aliqua iuſta cauſa impeditus; ita ꝙ in accuſa
tione procedere non poſſit, & tranſit tempus.ff.
ad turpil.in.l.aut priuatim. Et hoc caſu finitur
accuſatio, quò ad accuſantem. Sed quia reus
propter hoc non eſt liberatus, poteſt ab alio ac-
cuſari.2.q.1. prohibentur. ver. ab alio.&.C.ſi
reus vel accu. mor.fue.l.1.&.2.&.l.defunctus.
126 Sic ergo patet, ꝙ reus eximitur † ſolum ab illa
accuſatione, non à crimine. Circa quod vide
quod dixi in.c.de his. in primo membro.s̃.de
accuſa. Et per hanc abolitionem accuſator de-
ſiſtens non incidit in turpil. ſecundum Spec. per
.l.ſi interueniente.ff.ad turpil. Ex prædictis ha
bes notabiliter, & latè expeditam hanc materiã
colluſionis, & deſiſtentię in criminibus. Cui cõ-
iunge quæ dixi in.d.c.de his.& in.c.licet in bea
to.s̃.de accu.& in.c.2.s̃.de calum. Circa quin
tum & vltimum membrum, videlicet de cauſis
mixtis matrimonialibus; dic ſecundum.d.Ant.
ꝙ aut loquimur in matrimonio carnali, aut ſpi
rituali. Primo caſu dic, ꝙ aut agitur ad ſepa-
rationem vinculi, & quia hæc cauſa eſt partim
ciuilis, & partim criminalis; & tunc ſi agitur de
127 deſiſtentia † gratioſa abſque pacto, vel tranſa-
ctione, idem dicendum eſt, ꝙ in ciuilibus. Hoc
ſolum excepto, quia eidem deſiſtenti iterato
agere volenti, non obſtat deſiſtentia. vt in c.la-
tor.&.c.conſanguinei.s̃.de re iudic. Item &
ſecundo, quia in his, licet partes deſiſtant per pa
ctum, non tollitur facultas iudici, quominus
poſſit prædictam cauſam proſequi in eadem
vel alia inſtantia, vt.s̃.de clan.deſpon.c.cum in-
hibitio.&.s̃.de frigi.c.fi.cum ſimi. Si per viam
tranſactionis, credit.d.Ant. quòd quò ad inſtan
tiam intentatam poſſint partes ſibi præiudica-
re. Sed quò ad ſubſtantiam rei, non poſſint. vt
in.d.c.fi.s̃.de tranſact.& in.c.ſuper eo.s̃.de eo
qui cogno. conſan. vx.ſuæ. Iudici autem vo-
lenti eandem inſtantiam proſequi, non poſſint
partes præiudicare, confitendo, vel deſiſtendo,
aut tranſigendo, quominus poſſit iudex inqui-
rere, vt dictum eſt; ſeu proſequi eandem inſtan-
128 tiam. Si verò agitur ad ſeparationẽ tori †, ꝓ-
pter crimen commiſſum, dicendum eſt, vt di-
ctum fuit in cauſis criminalibus: quia poſſunt
partes ſibi præiudicare: & confitẽdo, vt in.c.1.
de diuor.& tranſigendo, vt.s̃.de iureiur.c.quẽ-
admodum. Quò ad finem tamen & potentiã
denuntiandi, pactum, vel tranſactio partium nõ
excluderet ipſam poteſtatem. vt in.d.c.quẽad-
modum. Aduerte tamen, quia licet.d.An. ita
dicat, tamen cum torus nõ poſſit ſeparari pro-
129 pter crimen, niſi † propter adulterium, & vio-
latum torum, videtur ꝙ nullo modo poſſit trã-
ſigi: de quo dic, vt.s̃.dixi in quarto mẽbro prin
cipali in prima exceptione ad cauſas criminales
pœnam ſanguinis ingerentes. Secundo caſu
principali, videlicet in cauſa matrimonij ſpũa-
130 lis, dic, ꝙ aut quis deſiſtit † agere ex mera gra-
tia, & tunc præiudicat ſibi. Dicit tamen.d.An.
quòd non putat, ꝙ repellatur, ſi velit inſtãtiam
reuiuiſcere, niſi renuntiaret inſtantiæ, vel ali-
quis terminus eum excludat. vt in.c.fi. de elect.
lib.6. Et quòd hoc non operaretur quò ad
præiudicium iudicis volentis inquirere, vel illã
inſtantiam proſequi ex officio, cum hoc reſpi-
ciat publicam vtilitatem. Facit quod no.in.c.
cum nobis olim.de elect.& in.c.dilecti. eo.tit.
& in.c.oblatæ.s̃.de appella.& in.c.conſtitutus.
eod.



eod.tit. Si verò partes vellẽt deſiſtere per tran
ſactionem, non eſt licitum; vt in.c.ſuper eo.&
in.c.fi.s̃.de trãſact. Sed per amicabilem com
poſitionem intercedente ſuperioris authorita-
te, ita quòd totum relinquatur in diſpoſitione
ſuperioris, licitum eſt; vt traditur in dictis iuri-
bus.& in.c.niſi eſſent. de præben.& in.c.cum
pridem.s̃.de pactis.

## Capitulum. II. Crimina.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſatio nõ debet dimitti indiſcuſſa propter concordiam accuſantis, & accuſati. & nu. 2. Et limita nu. 3.*
4 *Intellectus duplex huis capituli, primus ut loquatur in criminibus delatis, & ꝓbatis: ſecũdus in delatis tantũ; qđ tamẽ declara. vt nu. ſeq.*
6 *Clericus infamatus nõ debet remanere cum infamia in adminiſtratione ordinum.*
7 *Argumẽtum valet ab exemplis ſummorum Pontificum.*
8 *Gregorius Papa de quo in tex. quis fuerit.*
9 *Crimina puniẽda ſunt vndecũq; claruerint, dummodo ad ea punienda ſit actum.*

CRIMINA. Propter concordiam
1 † accuſatoris, & accuſati, non de-
bet admitti accuſatio indiſcuſſa.
h.d. Not. primò, ꝙ regulariter
2 de iure canonico receſſus † à lite per gratiam,
ſeu per tranſactionem, non impedit quominus
iudex poſſit inquirere: Dato ergo, ꝙ accuſa-
tor deſiſtat, tñ iudex in eadem inſtantia proce-
dere debet ad criminis diſcuſſionem. Sed tu
3 dic, ꝙ hoc debet intelligi, & limitari † ſecũdum
materiam.c.præcedentis. Et aduerte, quia ſe-
4 cundum hoc iſte tex. poteſt dupliciter † intelli-
gi; vno modo, ꝙ ex quo probata ſunt crimina,
non debent remanere impunita. Et ſecundum
hoc dum tex. dicit, audita, ſupple, & probata.
et vbi dicit indiſcuſſa, expone.i.impunita. Fa-
cit tex.in.l.quamuis. C.de adult. Secundus in-
tellectus qui magis congruit literæ ſecundum
eum eſt, quòd poſt delationem criminis, ſi de-
lator reconciliatur delato, nihilominus iudex
inquirit. Quod eſt verum ſecundum.d.An.
quando remanet infamia, & crimen indiſcuſ-
ſum per relatorem; quia deſiſtit, vel reddit in
gratiam. de quo in.c.cum.P.s̃.de accuſa. Tu
5 verò limita; & declara † hoc dictum ſecundum
ea quæ dixi in.c.præcedenti; diſtinguendo an
ſumus in caſibus, in quibus licitum ſit paciſci,
vel tranſigere, vel non &c. Probat tamen iſte
tex. quòd de iure canonico ſimplex pactum,
vel tranſactio facta per partẽ, non præiudicat,
quominus vt dixi, iudex poſſit inquirere. Et
6 ratio poteſt eſſe, quia non eſt conueniens, † ꝙ
clericus infamatus remaneat cum infamia in
adminiſtratione ordinum. Vltimo no.ibi, nõ
præteribat, ꝙ valet, ſeu poteſt ſummi arg. ab
7 exemplis † ſummorum Pontificum. De quo vi
de quod latè dixi in.c.cauſis.s̃.de re iud. Gl.1.
quærit, & ſoluit. In ea ibi, tertius fortè, dic, † vel
8 octauus, ſm̃ Hoſtien. Quod eſt falſum, quia tũc
ſequens decretalis Alexandri tertij præcede-
ret hoc capitulum. Et hoc patet.s̃.de vi.& ho.
cleric.quoniam.&.s̃.de probat.c.propoſuiſti.
ſecundum Io. And. Et bene dicit; quia Alexan-
der tertius qui fuit ex hac ciuitate Senenſi, &
ex patre Raynutio, & ex nobili ſtirpe Papare-
norum, qui ſedit annis.xxj. menſibus.xj.& die-
bus.ix. cuius tẽpore fuerunt alij quatuor ſchiſ-
matici Pontifices; de quibus dixi in.c.1.s̃.de
ſchiſmati. fuit ante Gregorium.viij. In glo.2.
9 ibi, punienda ſunt, dic, dummodo ad † ea pu-
nienda ſit actum. ne obſtet.c.2.s̃.de ord.cog.

## Capitulum. III. Audiuimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Colludens in cauſa beneficiali priuari debet beneficio.*
2 *Colluſione ceſſante an valeat tranſactio facta in cauſa beneficiali.*
3 *Argumentũ à contrario ſenſu vacat quotieſcumq; eſt contra ius expreſſum.*
4 *Beneficio priuari debet, qui per colluſionem beneficium in alium transferre vult.*
5 *Spoliare, quandoq; ponitur in bonam partem.*
6 *Iudex an poſſit inquirere ex officio contra colludentes.*
7 *Colluſio quid ſit, remiſſiuè.*
8 *Colluſio quomodo poſſit præiudicare Epiſcopo; remiſſiuè.*
9 *Colluſio de qua in tex. debet intelligi de colluſione cõmiſſa, vt conſtituatur beneficium cenſuale. Idem quando colluſio fieret in permutatione: et vt aliquis vendicaret ſibi ius præſentandi.*

AVDIVIMVS. Beneficio † priua-
1 tur, qui per colluſionem illud cõ-
ſtituit cenſuale. h.d. Vel ſic, &
generalius, Colludens in cauſa be
neficiali, priuari debet beneficio. h.d. Primo
refert colluſionem. ſecundo illam mandat pu-
niri. ſecunda ibi, vnde tibi. Nota primo, arg.
2 à contrario ſenſu, quòd ceſſante † colluſione,
valet tranſactio facta in cauſa beneficiali.
Contra quod eſt tex.in.c.ſuper eo.s̃.de tran-
3 ſact. Vnde dic, quòd hic vacat † arg. à contra-
rio ſenſu: quia eſſet cõtra ius expreſſum. vt in
.l.1.C. de condi. inſert. Vel potes dicere, ꝙ
hic ſumitur, arg. à contrario hoc modo, quòd ſi
ceſſaret colluſio, tranſigens non eſſet puniẽdus
tanquam colludens. Secundo not. ꝙ volens
4 † beneficium transferre in alium per colluſio-
nẽ, debet priuari beneficio; Nec tenet ꝙ actũ
eſt; ſecundum Inno.& Io.An. Facit.c.ſequẽs.
& quod not.in.l.3.ff.eod. Tertio not.ibi, ſpo-
5 liare, quòd verbum ſpoliare, † quandoq; poni-
tur in bonam partem. De quo vide quæ dixi in
.c.pen.s̃.de mag. Vltimo not.tex. ibi, quia ſa-
tis indignum &c. Sed quæro vtrum contra
iſtos

6 iſtos colludentes poſſet iudex, † ſeu prælatus,
inquirere ex officio, etiam nullo petente. Sol.
dic ꝙ ſic,ſecundum Hoſt. & Io.And.in.c.acce-
pimus.ſ.de pact. & in.c.1.ſ.de off.ord. Imò
poterit tales ad rationem ponere;& ſic eos cō-
uincere.vt.ſ.de accuſa. in.c.ſi conſtiterit.&.2.
q.1.in.c.nos in quēquam. Glo.1. quærit quid
7 ſit†colluſio;de quo dic,vt dixi ſupra in Rubr.
Glo.2.ſentit oppoſitionē,& illam fatetur. Gl.
fin. quærit qualiter per talem colluſionem fiat
8 præiudicium † epiſcopo,& ſoluit.Deinde iuſti-
ficat tex. aſſignando plures rationes, quare iſti
ſint ſpoliandi. In eadem glo. ibi, eccleſiæ ſuæ,
dic, nam poſſeſſor cognoſcebat fortè petito-
rem habere ius in beneficio, & pro bono pacis
conueniebant, quòd poſſeſſor ad vitam ſuam
teneret;& in ſignum ꝙ haberet ius petitor, exi
ſtens in poſſeſſione ſolueret illi penſionem.
Vnde mortuo poſſeſſore,cum poſſet alter, etiā
propria authoritate intrare poſſeſſionem, vt.ſ.
de reſtit.ſpo.in.c.cum veniſſet.ſecundum Hoſt.
& Io.And. ex hoc excludebatur collatio, quæ
debebat fieri per epiſcopum. Et ſic iſte tex.lo-
9 quitur de colluſione†commiſſa, vt conſtituatur
beneficium cenſuale; & vt epiſcopus defraude-
tur in collatione. Et idem etiam dicendum eſ-
ſet,quando fieret colluſio in permutatione, vt
in.c.2.de renun.lib.6. Et idem dicendum, ſi
fieret colluſio,vt aliquis vendicaret ſibi ius præ
ſentandi, vel inſtituendi; ſecundum Ioan.And.
&.d.Ant.

## Capitulum .IIII. in Tantum.

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutio facta per colluſionem de criminibus delatis non impedit facultatem iterum accuſandi, & inquirendi de eiſdem criminibus. & nu. 4.*
2 *Infamia qualis debeat eſſe,ad hoc vt ſuperior poſſit inquirere.*
3 *Abſolutus legitimè per viam accuſationis,non poteſt amplius repeti ſuper eiſdem criminibus.*
5 *Sententia lata per colluſionem, licet ſit nulla, tamen videtur finire inſtantiam.*
6 *Sententia nulla iudicis delegati finit eius iuriſdictionem, & cauſæ inſtantiā, ſecus in ſententia nulla ordinarij.*
7 *Teſtium examinatio poteſt delegari in cauſa inquiſitionis, etiam in criminali.*
8 *Veniæ facilitas tribuit incentiuum delinquendi.*
9 *Iudex poteſt inquirere cōtra vnū, etiam ex pluribus criminibus.*
10 *Atteſtationibus publicatis poſſunt ſuper antiquis articulis teſtes recipi in cauſa inquiſitionis: In hocq; limitatur.*
11 *Capitulum fraternitatis, de teſti. &*
12 *Cle. ij. de teſti.*
13 *Colluſoris, & calumniatoris pœna, quæ ſit.*
14 *Actiones plures quando competunt vni, vtrum intentata vna reliquæ tollantur.*
15 *Actiones pœnales quæ competant contra ſurripientem aliquid per violentiam.*
16 *Conductor ſi incidit arbores quibus actionibus poſſit conueniri à locatore.*

IN TANTVM. Hoc dicit, iterum
1 contra illum inquiritur, † qui per
colluſionem prius fuerat abſolu-
tus. Vel ſic, abſolutio facta per
colluſionem de criminibus delatis,non impedit
facultatem iterum accuſandi, & inquirendi de
eiſdem criminibus.h.d. Diuiditur, primo po-
nit commiſſam inquiſitionem, relatam collu-
ſionem,& ipſius exitum. ſecundo bimembrem
commiſſionem.ſecunda ibi,diſcretioni. Et tra-
ctat de eodem facto,de quo.ſ.de teſti.cum cla-
2 mor. Primo no.qualis debeat eſſe†infamia,ad
hoc vt ſuperior poſſit inquirere; quia debet eſſe
talis,quæ ſine ſcandalo, & periculo diſſimulari
non poſſit. Et ſic videtur quòd ſola fama,& cla
moſa inſinuatio, non ſit ſufficiens. Quod eſt ve
rum,quando contra prælatum: Et finaliter cir-
ca hoc, dic vt latiſſimè dixi in.c.qualiter.il.2.ſ.
de accuſa. in. ix. membro principali. ver. deci-
mo tertio quæro. Secundo no.ꝙ abſolutus le-
3 gitimè† per viam inquiſitionis, non poteſt am-
plius repeti ſuper eiſdem criminibus.Circa qđ
vide quod dixi in.c.de his.ſ.de accuſ.& in.d.c.
qualiter.in.xvij.membro principali. Tertio
4 not.quòd ſententia † lata per colluſionem,non
tollit facultatem iterum accuſandi,& inquiren-
di de eiſdem criminibus. Aduerte tamē, quia
5 licet ſententia†videatur eſſe nulla,tamen vide-
tur ꝙ perimat inſtantiam; quia Papa mandat
ex integro cognoſci;& ita colligunt doct. Sed
ego arbitror, ꝙ hoc ideò ſit hic, quia ſententia
fuerat lata abſolutoria per iudices delegatos;
6 Vnde iuriſdictionē eorum†etiam nulla ſenten-
tia finit;& ſic etiam inſtantiam. vt in.l.ſi vt pro-
ponis.C.quo & qn iud. Sed ſi eſſet lata per or-
dinarium,& eſſet nulla, & tempora inſtantiæ ſu
pereſſent,dicerem quòd etiam ſuper eadem in-
ſtantia poſſit ſententiare; quia ſententia nulla
non finit iuriſdictionem iudicis ordinarij. vt in
.l.ſi præſes.& in.d.l.ſi vt proponis.C.quo &
qn iud. Quarto not. ibi, examinatoribus,ꝙ in
7 cauſa inquiſitionis,†etiā criminali,poteſt dele-
gari examinatio teſtium.De quo dicendum eſt
vt in auth.apud eloquētiſſimum.C. de fide in-
ſtru.Vide per.D.m.in.c.cum cauſam.ſupra de
teſti. Ego latiſſimè tradidi in cle.vni.de off.del.
8 Quinto not.ibi,expauit. arg.quòd facilitas†ve
niæ incentiuum tribuit delinquendi. Ad idem
.c.vt clericorum.ſupra de vi.& hone.cler. cum
9 ſimi. Sexto not.ꝙ iudex†poteſt inquirere cō-
tra vnum,etiam de pluribus criminibus. Vlti-
mo not.ibi,ſuper præmiſſis.arg.quòd publica-
10 tis†atteſtationibus, etiam ſuper antiquis arti-
culis in cauſa inquiſitionis poſſunt teſtes recipi.
11 Nec obſtat.c.fraternitatis.† ſupra de teſtib. &
12 cle.2.†eo.ti.quia loquuntur regulariter. Fallit
in cauſa inquiſitionis. vt in.c.cum clamor. ſup
de teſti.& hic.Vel quando ſententia eſſet nulla.
vt in.c.veniens.& in.c.ſeries.ſupra de teſti. De

quibus



quibus duobus caſibus, & alijs.xxxiij.fallētijs,
dic vt dixi in dicta clem.2. Glo.2. quærit, &
ſoluit.dic vt ſupra dixi in notabilibus.& in.d.c.
qualiter. Glo.3.ſimiliter poteſt recitari per
quæſtionem.In fi.dic de hoc, vt dixi in.c.fina.
ſupra de accuſat. Glo.ſuper ver. tergiuerſatio-
nes, ſentit contrarium, dic vt in ea. Glo.pen.
13 tractat de pœna†colluſionis, & calumniatoris.
De colluſore dic,vt dixi in.c.2.ſupra de calum.
per totum. Glo. fina. quærit de ratione tex.
noſtri,& ſoluit. In fi. dic de hac materia,vt la-
tiſſimè dixi in.c.de his.ſupra de accuſat. Extra
glo.tractat hic Inno.materiam, vtrum intenta-
ta vna actione per illum, cui plures competunt
14 †actiones,tollantur reliquæ,& quotidie allega-
tur theorica ſua. Et eius dicta ſumpſit à glo.
Accurſij. Inſtitu.ſi quadra.pau.fe.dica.vbi glo.
etiam apertius, & latius loquitur. Ioā.Andr.
hic remittit ſe ad nota.in.c.cum dilectus.ſupra
de reli. do. ſed ibi nihil de ſuo dicit; ſed ſolum
refert ſe ad dicta Inno.hic. Tu diſtingue ſecun
dum d.Ant. quòd aut alicui competunt plures
actiones pœnales,aut rei perſecutoriæ, aut vna
pœnalis, & alia rei perſecutoria. Primo caſu
ſubdiſtingue,quòd aut omnes oriuntur ex eo-
dem delicto, & tunc vna tollit aliam perce-
ptione,& ſatisfactione,non per concurſum;niſi
in eo quod alia excedit; tunc enim in id quod
excedit,non tollitur. Pone exemplum,aliquis
15 per † violentiā ſubtraxit mihi librū, ex hoc de-
licto competunt mihi duæ actiones pœnales
contra iſtum. Primo,actio furti; quia contre-
ctauit rem meam me inuito. Et ſi furtum eſt
occultum, competit actio in duplum. Sed
non bene dicit in hoc ſimpliciter loquendo, ꝙ
ſit furtum occultum; quia ſi deprehenditur,nō
poteſt eſſe occultum. Verūtamen dicit,quòd
in furto occulto datur actio in duplum. Vnde
dic,quòd ratione furti manifeſti, prout eſt hic,
quando deprehenditur, datur actio in quadru-
plum;Et totum quadruplum eſt pœna. Sed ex
violentia,ex qua competit vi bon. rapt. actio,
datur actio in triplum,quod totum eſt pœna.
Vnde hoc caſu,ſi prius egi vi bon. rapt. & con-
ſecutus ſum triplum, poſſum poſtea agere ex
furto manifeſto ad illud plus quod excedit; Si-
cut per contrarium,ſi prius egi furti non mani-
feſti ad pœnam dupli, poſtea agere poſſum de
vi bon.rapt. vt tantum quod amplius eſt in ea,
poſſim conſequi.vt in.l.1.ff.vi bon.rapt. & In-
ſtitu.eo.§.1. Si verò oēs pœnales actiones ſur
gunt ex diuerſis delictis, tunc vna non tollitur
per aliam perceptione,aut ſatisfactione; vt in.l.
nunquam.ff.de priua.delict. Exemplum,ſurri-
puiſti mihi ſeruum,deinde occidiſti;quia ſurri-
puiſti,competit mihi actio furti occulti,vel ma-
nifeſti,ad duplum,vel quadruplum.Et quia oc-
cidiſti,competit accuſatio.l.corn.de ſica. Nec
vna tollitur per aliam. Secundo caſu, quando
ſunt rei perſecutoriæ,dic,quòd aut competunt
contra eundem, & tunc vna tollitur per aliam
perceptione,ſeu ſatisfactione; & non per con-
curſum. vt.l.ſi merces.§.culpæ.ff.loca. Exem-
plum,locaui Titio poſſeſſionem meā, ipſe inci-
16 dit†multas arbores; vnde dantur multæ actio-
nes; videlicet actio locati, quia male verſatus
eſt in re locata. Item actio.l.aquiliæ propter
damnum illatum; Et etiam aliæ conſimiles, ſe-
cundum quod traditur in.l.1.ff.arbo.fur.cæſa.
Si ergo prius intentaui actione locati, & conſe-
cutus ſum extimationem damni, non poſſum
agere actione legis aquiliæ, quæ ad idem com-
petit. Si verò competunt contra diuerſos, &
tunc vna non tollitur per aliam, etiam perce-
ptione,aut ſatisfactione. vt in.l.locum.§.con-
demnatio.ff.de tabul.exhib. Exemplum,ſi egi
ad damnum contra eum qui ſubtraxit teſtamē-
tum,& ſum conſecutus extimationem, poſſum
nihilominus agere poſtea pro legato mihi fa-
cto in dicto teſtamento. In tertio membro,qn
vna eſt pœnalis, & alia rei perſecutoria, diſtin-
gue. Quòd aut pœnalis eſt originaliter pœ-
nalis,& tunc non tollitur per aliam,etiam perce
ptione,aut ſatisfactione. Exemplum,ſubtraxi-
ſti mihi librum furtiuè, egi contra te rei vendi-
catione; Licet enim conſecutus fuerim rem,ni-
hilominus poſſum agere ad pœnam furti, vide-
licet ad duplum,vel ad quadruplum. vt eſt tex.
in.l.ſi pignore.ff.de furt. Fallit, quando vna
actio eſſet ex iure ciuili,& alia ex beneficio præ
toris. Exemplum, contra nautam competunt
plures actiones pro rebus ſubtractis, videlicet
actio furti,quæ eſt de iure ciuili,& actio ex edi-
cto prætoris. quæ datur cōtra nau. cau. ſta. &
hoc caſu vna tollitur per aliā.vt.l.3.&.l.licet.ff.
nau.cau.ſta. Nec obſtat.c.conſtitutus. vbi ne-
dum ſucceſſiuè, ſed etiam ſimul poſſum inten-
tare duas actiones,& prætoriam,& ciuilem; nā
ſecundum Innoc.ibi,illæ non competebant ſi-
mul,ſed admittitur ad intentandum alternatiuè
ratione dubij. Si verò pœnalis eſt accidentali-
ter,& non originaliter, & tunc vna tollitur per
aliam; Exemplum, contra auferentē mihi rem
per metum,competit mihi actio,quod me.cau.
quæ accidentaliter eſt pœnalis; & competit rei
vendicatio; nam hoc caſu ſi rem ſum conſecu-
tus,non poſſum aliam intentare. vt in.l.metum.
§.licet.ff.quod met.cau.

## De Delictis Puerorum. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Puer quot modis dicatur.*
2 *Alimenta legata pueris, debentur maſculo vſque ad decimum octauum annum. fœminæ verò vſque ad decimum quartum.*
3 *Aduocationis officium quis non poteſt exercere ante 17. annum.*
4 *Pueritia in fœmina finitur in xij.anno, in maſculo verò in.xiiij.*
5 *Puerilis ætas pſumitur ignorare quicquid videt.*
6 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
7 *Morales actus iudicantur ex fine intentato.*
8 *Puer vnde dicatur.*
9 *Puer etiam ephebus dicitur.*

10 *Puerus pueri, non puer pueri, dicebatur antiquitus.*
11 *Pueri appellatione continetur puella.*
*Interpretatione tamen extenſiua, non comprehenſiua.*
12 *Puerpera quæ dicatur.*

SVPRA viſum fuit
de varijs criminib',
Verum quia dubitari
poſſet, an pueri ijs
criminibus inuoluā-
tur; ideò ſubijcitur
hæc Rub. Sed pro
declaratione dicen-
dorū quæro primo
1 quis dicatur † puer, & quid ſignificet hoc ver-
bum. Sol. dicit tex. in. l. pueri. ff. de verbo. ſign.
quòd pueri appellatio tres habet ſignificatio-
nes, vnā cū omnes ſeruos pueros appellamus.
Et ſecundum hoc ſignificatum non loquitur
hæc Rub. Nam ſeruus & .lx. & centum anno-
rum poteſt eſſe; vt ibi tradit glo. & de ſe patet.
Et probatur in. l. legatis ſeruis. ff. de lega. 3. & in
.l. vxorem. §. teſtamento. eod. titu. & .22. q. 2. in
.c. ſi quælibet. §. Abraham quoque. & alibi. Ea-
dem ratione etiam alij ſeruientes pueri appel-
lantur. 2. q. 7. in. c. cum paſtoris. 77. diſt. in vete
ri. & .13. q. 2. in. c. quia alij. Dicitur etiam puer
quandoq; pro obſequio, & fidei puritate: Iuxta
illud quod Dominus ait ad Ieremiā, Puer meus
es tu, noli timere, & in. d. cum paſtoris. Et ſe-
cundum hunc modum non loquitur Rub. no-
ſtra. quoniam Ieremias tunc longiſſimam ętatem
excesserat. vt dicit Archid. in. d. c. Abrahā.
Quandoq; ſumitur puer pro contumace, ſeu
illo qui negligit adimplere quæ adimplēda sūt;
Vnde Iſaias. c. lxv. maledictus puer centum an-
norum. & trāſumptiuè habetur. 2. q. 7. in. c. Pau
lus dicit. & in. c. qui nec regiminis. §. quibus.
quaſi velit, quòd maledictus eſt ille, qui eſt cen-
tenarius ætate, ſed animo, aut conuerſatione,
ſeu negligentia puer eſt. Et hoc modo etiam nō
ſumitur in Rubr. noſtra. niſi inquantum intra
ætatem puerilem quis negligeret &c. Quan-
doq; ſumitur pro ſterili; Et hoc modo ſumitur
in Euangelio, dum dicitur: Pueri habetis pul-
mentarium? vt dicit Archid. in. d. §. Abraham.
Et hoc modo poteſt intelligi tex. in. c. ex literis.
ſupra de reſtit. in integ. vbi maiorem. xxv. annis
appellat puellam. Vel poteſt intelligi ille tex.
de non cognita, ſecundum ꝙ appellātur in qui-
buſdam partibus. Et hoc modo etiam non ſu-
mitur hic. Quādoq; ſumitur pro ſimplicitate,
vt in Euang. efficiamini ſicut puer iſte. & Paulus
ad Corinth. c. 14. & Sapien. 12. in fi. Item pro
innocentia. vnde Pſalmiſta, Laudate pueri do-
minum &c. Facit. 4. q. 3. c. fin. §. ſed obijcitur.
qui eſt. §. fi. Et hoc modo poteſt ſumi hic, in-
quantum loqueremur infra puerilem ætatem.
Quandoq; ſumitur ꝓ natiuitate. vnde eccleſia
cantat de Chriſto, puer natus eſt nobis. Quan-
doq; verò dicimus puerum contrario nomine
puellæ; hoc eſt ad differentiam puellæ. vt in. d. l.
pueri. ff. de ver. ſig. Et ſm̄ hunc modū non acci-
pitur hic; quia debet intelligi hæc rubr. & eius
materia, tā de maſculo, quā de fęmina; quia pue
ri appellatione ꝓpriè ēt puella ſignatur. vt in. l.
illa verba. §. pueri. ff. de verb. ſig. & in. d. l. ſeruis
legatis; Pro quo facit qđ ſtatim dicā in alia q̄ſt.
Q̄nq; verò puer ſumitur ꝓ ætate, & in hoc ad-
uertēdum eſt, ꝙ ſm̄ ſubiectā materiam aliter &
aliter accipimus pueritiā. Quantum. n. ad ali-
2 mēta, pueritia † in fœmina durat vſq; ad. 14. an-
nū, in maſculo vſque ad. 18. vt eſt tex. in. l. mela.
ff. de ali. & cib. le. Quantū verò ad exercitium
3 exercēdæ aduocationis, † ſeu poſtulationis, di-
citur pueritia vſq; ad finē. 17. anni. vt in. l. 1. §.
pueritiā. ff. de poſtula. Propriè aūt ſumitur pue-
4 ritia, † in fœmina, vſq; ad. 12. annū. in maſculo
ad. 14. 20. q. 1. in. c. 1. 22. q. 5. ī. c. paruuli. 1. q. 1.
in. c. pueri. & c. eſtote. s̃. de temp. ord. c. vel non
eſt cōpos. & s̃. de æta. & quali. c. indecorum. in
.l. qua ætate. ff. de teſta. tradit glo. in ꝓhœ. 6. in
ver. perfectus. Et hoc mō ſumitur in hac rub.
5 nā cū ætas † puerilis prçſumatur ignorare quic-
quid videt, vt in. l. 1. C. de fal. mo. & ignorās nō
poſſit delinquere, ex eo quia voluntas, & ꝓpoſi
6 tum † diſtinguunt maleficia. vt in. c. cum volun-
tate. ǰ. de ſen. excom. & in cle. 1. de homi. & in
.l. illud. in prin. ff. de iniur. & in. l. diuus. ff. de ſic.
7 quia morales † actus iudicantur ex fine intētato
ſm̄ philoſophū: meritò videbatur, ꝙ pueri non
poſſent delinquere. Verū quia ex pueris quidā
ſunt oīno nō ſimplices, ſed capaces doli, & ideò
videntur poſſe peccare; ideò ponitur hæc Rub.
de delictis puerorum. Secundo principaliter
8 quæro, vnde dicatur puer. † Sol. dic, ꝙ dicitur à
puritate, quia purus eſt; & nondum lanuginē ha
bet; Vel à paruitate pilorum, & aliarum rerū. Et
iſti etiam ephebi appellantur; Vel etiam dicitur
9 à pus puris; † quia in pure. i. cuſtodia tenetur.
Vel vt Nonio Marcello placet, puer à punio pu
nis; quia pueri ſolent verberibus coerceri. vt
probatur in. l. 1. §. impuberi. ibi, ſed terreri ta-
men ſolent, & habena, vel ferula cædi. ff. ad ſilla.
tangit Archid. 22. q. 2. c. ſi quęlibet. §. Abrahā.
Et fuerunt verba catholiconis; qui ſubdit, quòd
10 antiqui dicebant, hic puerus † pueri; & à puere
puera. Tamen non ſunt in vſu. Et olim antiqui
dicebant, hic & hæc puer. Et ideò tex. in. d. l.
pueri. ff. de verb. ſig. dicit, ꝙ appellatione pueri
ętiam puella ſignificatur. Et ad idem tex. in. d. l.
illa verba. §. pueri. eo. tit. vbi tex. probat, quòd
11 continetur puella, † quia recentes ex partu, quæ
puellas pepererunt, puerperas appellamus. Et
12 glo. in. d. l. pueri. dicit, quòd venit puella † ex in-
terpretatione; & bene, ſi intelligeres de interpre
13 tatione extenſiua. Secus ſi comprehenſiua; † vt
etiam probatur in. d. l. ſeruis. & hic in Rubr. no-
ſtra, quæ loquitur per verbum puerorum, & ta
men comprehendit etiam puellas. Poſtremò
de materia Rubricæ habetur. 15. quæſt. 1. & ali
quid. 4. q. 3. in princi. & .22. q. 5. in. c. paruuli.
cum duobus ſequentibus.





## Capitulum. I. Pueris.

*SVMMARIVM.*

1 *Impuberes præter vitium carnis delinquere poſſunt; mitius tamen puniuntur, quàm adulti. & nu. 9. peccant ex ſola coitus attentatione. num. 19.*
2 *Pubes efficitur maſculus in. xiiij. anno, & fœmina in. xij.*
3 *Mala herba citò creſcit.*
4 *Fœmina cur citius pubes fiat, quàm maſculus.*
5 *Pati facilius eſt, quàm agere.*
6 *Poſitionibus congruè reſpondetur per verbum Credo.*
7 *Impuberes non poſſunt accuſari de adulterio; quia præſumuntur inhabiles ad coitum.*
*Tollitur tamen hæc præſumptio per contrarium factum. nu. 17.*
8 *Periurium, & mendacium differunt.*
10 *Pueritia alleuiat delictum.*
11 *Videtur verbum, inducit reſponſionem iuris.*
12 *Puer grandiuſculus, ſiue doli capax, quis dicatur.*
13 *Clem. 2. de homici. limitatur.*
14 *L. qui iuraſſe. in prin. ff. de iureiur. declaratur.*
15 *Proximus pubertati, & proximus infantiæ quis dicatur.*
16 *Pupillus doli capax tenetur de delicto in faciēdo; non autem in omittendo.*
18 *Malitia ſolet anticipare tempora pubertatis.*
20 *Puer etiam non doli capax poteſt incurrere irregularitatem.*
21 *Pœna de qua in tex. debet eſſe mitior tàm reſpectu temporalis, quàm ſpiritualis.*

1 PVERIS. Impuberes † præter vi-
tium carnis delinquere poſſunt;
mitius tamen puniuntur, quàm
adulti. h. d. Diuiditur in duas par
tes; quia primo ponit dictum. ſecūdo illud re-
probat. ſecunda ibi, ꝙ meritò. Nota primo ex
2 tex. quòd quis efficitur pubes † in. xiiij. anno.
Quod eſt verum in maſculo; in fęmina autē nō
procedit; quia illa efficitur pubes in. xij. Quare
autem fęminæ citius pubeſcant, quàm maſculi,
dicit glo. in. l. 2. C. de ijs qui ve. æta. impetra. ꝙ
3 ratio eſt, quia mala herba † citius creſcit. Sed
4 glo. in. l. qua ætate. ff. de teſta. aſſignat † duplicē
rationem; Prima quia citius efficitur ſagacior,
vt in. d. l. 2. Secunda, quia citius eſt viripotens.
Hoſt. quem & refert Io. And. in. c. literas. s̃. de
deſpon. impu. dicit vt dixi, quòd ratio eſt, quia
citius efficitur callidior. Et poteſt etiā reddi na
turalis ratio; quia debilior eſt ſexus muliebris;
vnde communiter minus viuit; quia minus ha-
bet caloris naturalis, & humiditatis radicalis.
Et ideò quantò citius finitur, tantò citius natu-
raliter perfici debet; Sicut videmus in plātis, q̄
ita citò perficiuntur. Vnde dicunt naturales, ꝙ
omnino mulier eſt apta ad concipiendū in. xij.
anno. & ſequitur Io. de Imo. in. d. l. qua ætate.
5 Præterea dicit Hoſt. facilius eſt mulieri † pati,
quā homini agere. & ideò ēt facilius pubeſcit.
Secundo not. ibi, crederemus, ꝙ per verbū cre-
do, reſpondetur de iure. Dixi in. c. per tuas. s̃. de
ſimo. Et ideò congruè reſpondetur poſitioni-
6 bus per † verbum credit, vel nō credit. vt in. c. 1.
de confeſ. lib. 6. tradit Io. An. in. c. præſentium.
§. 1. de teſti. lib. 6. Tertio not. quòd pueri vſq;
ad pubertatem præſumuntur inhabiles ad coi-
7 tum. Et ideò lex vult, ꝙ nō poſſint accuſari † de
adulterio; ſed dic vt ſtatim dicā in glo. 1. Quar
8 to no. ibi, mendacia, & periuria, ꝙ periuriū, † &
mendacium differunt. Ad quod vide. c. literis.
ſupra de præſump. Et de multiplici ſpecie men
dacij vide. 22. q. 2. in. c. primū. Quinto no. ibi,
9 plena eſt puerilis ætas, ꝙ pueris † attribuitur oē
peccatum, præter delictum carnis. Quod tamē
intelligit de pueris grandiuſculis; quod qualiter
intelligatur, ſtatim dicam in glo. 1. Sexto not.
10 ꝙ pueritia alleuiat † delictum. Et ideò puer mi
tius eſt puniendus ex eodem delicto, quàm ma
ior; de quo hic in glo. fi. Vltimo no. ibi, videa-
11 tur, quòd verbum videtur, † inducit reſponſio-
nem iuris. tetigi in. c. 2. s̃. de fi. inſtru. Probatur
in. c. de quarta. s̃. de præſcrip. & in. c. fi. de reſtit.
in integ. ita dicit. D. m. in. c. 1. s̃. de iud. Glo. 1.
12 quærit quis dicatur puer † grandiuſculus, & ſol-
uit. In fi. gl. dic, ſecundum. D. m. ꝙ cōiter in ſe-
ptennio dicitur puer doli capax; quanuis acci-
dentaliter ante illam ætatem poſſit eſſe doli ca-
pax. Vnde narrat Hoſt. in ſum. eod. tit. & hic, &
poſt eum Io. An. Gregorium dixiſſe in dialog.
quendam puerum quinque annorum ſolitum
& iurare, & blaſphemare, & deteſtari, à diabolo
extitiſſe arreptum. Vnde ſicut pubertas poteſt
præueniri, vt ſtatim dicam, ita & doli capacitas.
Nam infantes ideò non tenētur ex delicto, quia
neſciunt quid agant. vt in. l. 1. C. de fal. mo. quæ
ratio ceſſat in doli capacibus. Et ex prædictis
13 dicit ſimiliter limitandum tex. † in cle. 2. de ho-
mic. vt intelligatur, niſi ſit talis infans, qui ſit do
li capax. Ego arbitror, ꝙ alio non oſtenſo puer
grandiuſculus, & doli capax, dicatur ille, qui ꝓ-
ximus eſt pubertati. vt eſt tex. in. l. pupillū qui
proximus. ff. de reg. iur. Et probatur hic, dum
dicitur, pueris grandiuſculis. Nam cum pueri-
tia incipiat à ſeptennio, ſi vera eſſet opin. D. m.
& glo. nō fuiſſet neceſſarium dicere grādiuſcu-
lis. Niſi diceres, quòd etiam infantiam appellat
pueritiam; tales enim grandiuſculi, & doli capa
ces delinquere poſſunt; vt hic. & in. l. impube-
rem. ff. de fur. & Inſtit. de furt. in. §. pen. & in. l.
excipiuntur. ff. ad ſilla. & in. l. hæredibus. §. 1. ff.
de dol. Et hoc voluit glo. 2. in. c. exhibita. ſup̄
de homici. & glo. ſuper ver. puerorum. 1. q. 1.
in. c. ſpiritus. §. ecce. & in. l. impunitas. C. de
14 pęn. Et ita † pōt intelligi. l. qui iuraſſe. in prin.
.ff. de iureiuran. licet in fi. princ. loquatur de nō
doli capace. Si verò eſt infans, aut proximus
infantiæ, alio non docto, dico, quòd non delin-
quit; nec ex delicto tenetur. Et ita poteſt in-
telligi tex. in. l. pupillus nec velle. & in. l. in eo.
§. pupillus. ff. de re. iur. & in. l. prætor. §. 1. ff. de
ſepul. viol. & .d. l. 1. C. de fal. mo. & .l. cum autē.
§. excipitur. ff. de edil. edic. & de conſec. diſt. 4.

c.eos. & in.l.ſed & ſi quemcunque.§.1.ff.ad.l.
aquil. Ergo fortius regulariter nec infans de-
linquere dicitur; vt in clem.1.de homic.& in.l.
infans.ff.ad.l.corn.de ſica.& d.l.1.de fal.mo.
15 Quis autem dicatur proximus † pubertati, vel
proximus infantiæ, latè dixi in.c.ad audientiã.
ſupra de homic.in quinto membro principali.
ver.octauo quæro.& ver.nono quæro. Et hæc
vt dixi procedunt in dubio,& aliter non proba-
to de capacitate doli. Sed poſita doli capacita-
te dicemus ſecundum quod ſupra dixit.D.m.
quòd etiam ſi non ſit proximus pubertati, data
cognitione boni & mali, poſſit delinquere, &
puniri debeat; vt ſentit Hoſtiẽ.in.d.c.exhibita.
tradit Archid. 15.q.1.in.c.illud. Facit quod
dicam de delicto carnis in glo.ſeq.& ſentit glo.
hic ſuper ver.peccata. Item ſi eſſet proximus
pubertati,& doceretur de ſimplicitate, purita-
te,& ignorantia ipſius,non teneretur;arg.præ-
dictorum. Aduerte tamen, quia ea quæ ſupra
dixi,quòd pupillus doli capax poteſt delinque-
re, & ex delicto tenetur, procedunt, quando
16 delinquit in faciẽdo; † vt in.l.impuberem.ff.de
furt. & in alijs iuribus ſupra allegatis. Secus
quando delinquit in non faciendo,vel omitten
do;nam tunc non diſtinguitur inter doli capa-
cem,& non capacem;ſed ſimpliciter non puni-
tur. iſte eſt tex.ſingularis,ſecundum Din.ibi,in
.l.1.§.impuberi.ff. ad ſilla. & ſequitur ibi Bar.
Pro quo dicto allego etiam tex.in.l.2.C.ſi ad-
uer.delic. Facit etiam.l.1.C.de fal.mo.in quan
tum intelligeretur de doli capace. tex. tamen
ibi non admittit hunc intellectum. Et poſſet
fortè aſſignari ratio diuerſitatis, quia maius de-
lictum eſt in faciendo, quàm in non faciendo.
vt in.l.ſolo.C.de lib.cau.iuncta.l.2.cum glo.ibi
poſita.C.de libe.& eorum libe. Pro quo facit
etiam.l.2.&.l.lege.ff.ad ſilla.&.l.ſi mora. ff.ſol.
matri. Et vide quod not. per Cyn.in.l.1.in fi.
C.de fal.mo. Glo.2.ſentit cõtrarium de.c.de
illis.ſupra de deſpon.impube.& ſol. In fi. glo.
dic,not. hanc glo. quæ vult, quòd licet præſu-
matur, quòd puer non poſſet delictum carnis
committere, tamen hæc præſumptio tollitur
17 per contrarium † factum. Vnde Gregorius ſcri-
bit in dialog.quòd quidam puer nouem anno-
rum ingrauidauit nutricem ſuam. & refert glo.
20.q.1.in ſum. & Io.And.hic. & in.c.fin.ſuper
glo.1.ſ.de eo qui cogno.conſan. vxo.ſuæ. Et
idem dicit Hieronimus ad Vitalem de puero
decennij. Et dicit Hoſt.in.d.c.fin. quòd idem
reperijt de puero.xj.vel.xij.annorum. in caſtro
ſancti Michaelis Sictanen. diœceſis. Et idem
traditur de Salomone, quòd in.xj.anno genuit
filium. Et dicit Ioan.And. poſt Goff. & Hoſt.
18 in.d.c.fina. quòd in quibuſdam malitia † ſolet
anticipare tempora pubertatis. vt ſupra de de-
ſpon. impub.c.à nobis.&.c.puberes. Et ali-
quando tractant, quod forſan adimplere non
poſſunt. vt ſupra de ſpon. c.iuuenis. &.c.ſi. In
19 quo caſu ex ipſa attentatione † dicitur peccare,
ſi alienas tentauerit mulieres. Glo. penult. in
pri nc. eſt declaratiua. Deinde format duo con-
traria,& ſoluit. In fi.glo. dic, aduerte, quia di-
cit hic Hoſtien. quòd puer etiam non capax do-
20 li, poteſt irregularitatem † incurrere. Sed male
dicit. Et ego hoc dictum reprobaui in.c.ad au-
dientiam. ſupra de homic.in quinta quæſt.prin
cipali.ver.ſeptimo quæro. Glo. fina. colligit
arg.ex tex.declarat,& in fi.opponit, & pro ſol.
remittit. In eadem glo. ibi, mitius punitur,
dic, & intellige non ſolum de ſpirituali pœna,
21 † ſed etiam de temporali, quando eſt doli ca-
pax: vt dixi ſupra in prima glo. Et limita ſecun
dum ꝙ ibi dixi. In fi. glo. ſolue hoc contra-
rium, vt dicam in.c.ſequenti.in glo.2.

## Capitulum. II. Referente.

### SVMMARIVM.

1 *Pater ex delicto pueri impuberis non tenetur. &*
*num.4.*
*Et in puero inultum relinquitur, quòd in adulto*
*grauiter punitur. ibi.*
2 *Conſuetudo poteſt inducere quòd iudex, vel præ-*
*latus eccleſiaſticus exigat pœnam pecuniariã*
*pro delicto.*
3 *Statutum quòd pro homicidio imponatur pœna*
*pecuniaria valet ſecundum communem. &*
*vide infra nu.21.*
5 *Pater non tenetur ex delicto filij reſpectu etiam*
*legitimæ, niſi inquantum ſit factus locu-*
*pletior, ſecundum communem.*
6 *Statutum diſponens quòd pater teneatur pro filio,*
*non intelligitur de baſtardo.*
7 *Filius, pro quo pater ſoluit condemnationem, an*
*teneatur poſt mortem patris ſibi imputare in*
*partem ſuam, ſeu poſſit aſſignari per patrem*
*ſibi in legitimam.*
8 *Appellari poteſt ad Papam à prælato Eccleſia-*
*ſtico habente iuriſdictionem temporalem ab*
*Imperatore. vide tamen infra nu.20.*
9 *Intellectus plures iſtius.c.ponuntur, & declaran-*
*tur: & communis reprobatur nu.17.*
10 *Statutariam pœnam an incurrat ex delicto, qui*
*mitius ob cauſam pro eo debet puniri.*
11 *Iudex ex cauſa poteſt mitius punire.*
12 *Participans cum excommunicato per metum, in-*
*cidit in excommunicationem; licet metus at-*
*tenuet culpam.*
13 *Subrogatum ſapit naturam eius, in cuius locum*
*ſubrogatur.*
*Idem in puero verberante clericum, licet ætas*
*attenuet culpam.*
14 *Carcerari debet, ac cedere bonis ex delicto obli-*
*gatus ad pœnam pecuniariam, qui non habet*
*vnde ſoluat.*
15 *Ditari quemlibet poſſe in futurum præſumitur.*
16 *Peccata ſuos debent tenere auctores.*
18 *Culpa quando præcedit caſum, maior non ex-*
*cuſatur.*
19 *Minor condemnatus ex delicto, quando poſſit pe-*
*tere reſtitutionem.*
22 *Furti pœna regulariter nõ eſt mors, ſed fuſtigatio.*

Refe-



REFERENTE. Pater ex delicto im
1 puberis non tenetur: & † in puero
inultum relinquitur, quod in adul
to grauiter puniretur. h.d. Vel
ſic, impubes percutiens, vel interficiens alium,
non debet puniri pœna pecuniaria ſecundum
conſuetudinem terræ; Nec ob hoc poteſt exigi
à patre.h.d.ſecundum.D.m. Vel ſic, & tertio;
Puer non debet ita ſeuerè puniri, ſicut maior.
Vel ſic; ſecundum intellectum nouum quem
infra dabo, ſi pueritia habet admixtam culpam
duntaxat, ex delicto non debet puniri. h.d.
2 Nota ꝙ conſuetudo † ciuitatis poteſt eſſe, ꝙ iu-
dex, vel prælatus eccleſiaſticus pro delicto exi-
gat pœnam pecuniariam. Concordat.c.dile-
ctus.de off.ord. Potes etiam intelligere, quòd
iſte Abbas erat etiam dominus in tẽporalibus.
Secundo not. ꝙ etiam pro homicidio videtur
poſſe imponi pœna pecuniaria per ſtatutum,
vel conſuetudinem. Sed arbitror etiam, ꝙ iſte
tex. poſſet intelligi, ꝙ etiam hæc non erat ſola
pœna homicidij. Sed quòd in ſæculari foro
deberet decapitari;& prẹlato ſpirituali deberet
3 tantum ſoluere. An autem tale ſtatutum † te-
neat. Hoſt.videtur dicere, quòd hoc non ſit li-
Cõm. op. citum. Communis * ſententia eſt, ꝙ teneat. de
quo dicam infra in glo.fin. Tertio no. ꝙ iudex
eccleſiaſticus licitè videtur poſſe exigere pœnã
pecuniariam. de quo dic, vt latè dicam in.c.li-
cet.ĩ.de pœn. Vltimo no. quòd pater non te-
netur ad pẹnam pecuniariam, in qua filius con-
demnatur. An autem teneatur ſaltem ex legi-
4 tima, † ſeu vſque ad legitimam debitam filio, ſeu
ex alimentis filio debitis, ſoluere cõdemnatio-
nem filij. Specu.in titu.de ſenten.execut.§.ſe-
quitur.ver.quid ſi filius.concludit ꝙ non. Niſi
5 in quãtum pater ſit factus † locupletior. Et hoc
tenet hic.D.m. Allegat quod no.glo.& Bart.in
authẽ.ſi qua mulier. C.de ſacroſ. eccle. Et hæc
Cõm. op. eſt communis * ſententia, Quam tenet etiam
Bar. in.l.ſtichus.ff.de pecu.leg. & Guil. de Cu.
.l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui, vel alie. iur.
& tenet etiam expreſsè Bar.in.l.1.§.ſi impube-
ri.ff.de coll.bon. per illum tex. & Bal.in.l.om-
nimodo.§.fina.C.de inoffi.teſt. pro qua deci-
ſione dicit eſſe caſum in.l.ſi filius.C.de bo.da.
6 Quid autem ſi ſtatuto diſponeretur, ꝙ † pater
teneatur pro filio; dic vt plenè traditur per Mo
derniores in.l.cum filius.ff.de verb.obl. Et vi-
de Bal. in.l.generaliter.§.cum autem. C.de in-
ſtit.& ſubſtit.vbi dicit, quòd tale ſtatutum non
intelligitur de baſtardis. Et an filius pro quo
7 pater ſoluit condemnationem, teneatur † poſt
mortem patris ſibi imputare in partem ſuam,
ſeu an poſſit aſſignari per patrem ſibi in legiti-
mam, fuit antiqua quẹſtio Alberti Papien. in.l.
& puto.ff.fami.herciſ. refert Ioã.And. in addi.
Spec.in tit.de iudi.§.ſequitur videre. ver. quid
ſi alter.vbi refert alias opi.tangit Bal.in.d.l.om-
nimodo.§.fin. & Bar.in.l.ſi cum dotem.§.1.ff.
ſolu.mat.ſed latius vide per eum in.d.l.ſtichus.
ff.de pecu.leg. Poſtremo hic tex.facit in arg. ꝙ
8 à prælato eccleſiaſtico † habente iuriſdictionem
temporalem ab imperatore appellari poteſt ad
Papam.de quo hic in glo.fi. Glo.2. primo op
ponit, quòd tale delictum non debet remanere
inultum, vt in.c.præced. & in.l.auxilium. cum
alijs iuribus allega.in glo.ſol.ſecundum illã cõ-
ſuetudinem. Deinde quærit an efficiatur irre-
gularis, & ſoluit. In eadem glo. ibi, cum ille
puer nihil habeat, dic, ex hoc colligitur vna ra-
9 tio decidẽdi † ad tex. ꝙ ideò hic nõ punitur hac
pœna; quia nihil habebat. Sed.D.Car. ponit
10 hic alium intellectũ, † videlicet, ꝙ ideò ille puer
non incidit in pœnam pecuniariam, quia cũ iſta
conſuetudo eſſet de iure ſpeciali, non procedit
niſi in caſu ſuo. Vult enim, ꝙ vbi quis ex aliqua
cauſa venit mitius puniendus, ꝙ non incidit in
pœnam ſtatuti, vel conſuetudinis. Sed habebit
puniri alia pœna. Et dicit hic.D.m. ꝙ quãquã
ſibi placuerit hoc dictum, ꝙ tamen poſtea repe
rit Bart. apertè ſentire contrarium in.l.2.ff.de
11 recepta. Dicit tamen, ꝙ iudex † poterit ſecũ di-
ſpenſare imponendo minorem pœnam; ſicut fa
cit in alijs delictis ex alijs cauſis. Et ad hoc fa-
cit quod no.in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.
de infami. Sed pro dicto ſuo Bart.nihil allegat
in ſpecie. D.m.allegat.c.ſacris.ſ.quod me.cau.
12 vbi dicitur, ꝙ cõmunicans excõicato per † me-
tum, incidit in excommunicationem, ſicut ille
qui ſponte cõicat; & tamen metus attenuat cul
pam, vt ibi.&.2.q.1.in primis. Item allegat.c.
ſi quis ſuadente.27.q.4. vbi percutiens clericũ
eſt excommunicatus. Et idẽ eſt in puero percu
tiente; licet veniat mitius puniendus. vt in.c.pe.
& fi.ĩ.de ſen.exc. Et cõcluditur ibi, ꝙ puer ꝓ-
pter ætatem non debet ire pro abſolutione ad
ſedem apoſt. Et ſic concluditur ex prædictis, ꝙ
incidit in pœnam ſtatuti; ſed mitius punitur. Et
hoc mihi placet; quia ſicut puniri debet pœna
iuris cõis, ſed mitius; ita & pœna ſtatuti; cũ ſub-
rogetur in locum pœnæ iuris cõmunis: vt ſub-
13 rogatum † ſapiat naturã &c. vt in.l.ſi eum.§.qui
iniuriarum.ff.ſi quis cau. & no.in cle.1. de ſup.
ne.præla.cum ſimi. Sed contra prædicta oppo
nitur, nam iſte puer non fuit punitus illa pœna
conſuetudinaria; nec etiam minori. Nec obſtat
ꝙ dicit glo. ꝙ filius nihil habebat; quia licet ni-
hil habeat, poteſt tamẽ carcerari,& põt cedere
14 † bonis. vt in.l.cum & filij.C.qui bo.ce.poſſ. Et
tenetur tàm ex contractu, quàm ex delicto; vt
in.l.tàm ex cõtractibus.ff.de iudi. Præterea ſpes
15 eſt, † ꝙ dicetur in futurum. vt in.l.defunctus.C.
arbitr.tut. Solu.dicit.D.m. ꝙ Papa noluit hic
iſtam pœnam pecuniariam imponi; quia de prẹ
ſenti erat fruſtratoria. Et ſic voluit imponi aliã
pœnam, ne delictum remaneret impunitum.
Hoſt.in ſumma huius tit. ver. ſed nunquid ma-
ior ſeptẽnio dicit, ꝙ Abbas hic volebat punire
patrem pro filio; vnde illicitè faciebat. vt in.l.1.
C.ne ſi.pro pat.& in.l.patri. ff. de minor. quia
16 peccata ſuos debent tenere † authores. vt.ſ.de
his quæ fi. à ma. par.ca.c.quæſiuit. Nec ob-
ſtat quòd dicit tex. quòd ſi infra.xiiij.ann. deli-
ctum commiſit, nihil exigat à patre Abbas; &
ſic videtur probare à contrario, quòd ſi poſt

xiiij.annũ. commiſiſſet, poſſet Abbas exigere
pœnam à patre; quia reſpondet Hoſt.ꝙ ſubauditur maximè, & ſic vacat arg. à contrario ſenſu. vt in ſimili in.c.ad hæc.ſ̃.de teſta. & in.l.cõuenticula.C.de epiſc.& cler. Ego arbitror qđ, poſſet intelligi, quòd conſuetudo erat, ꝙ etiam pater teneretur pro filio; & tunc non eſt neceſſaria ſubauditio. Et ſi diceres, quare ergo hic nõ punitur ſtatim? reſpondebo.ĩ. Item voluit Hoſtiẽ. quòd ſi minor.xiiij. annis delinquat, tenetur reſtituere quatenus intereſt illius contra quem delinquit. Et licet vltra teneatur mero iure, poteſt petere reſtitutionem. Sed temporaliter loris, & virgis caſtigari poteſt; vt in.l.1.§. impuberi.ff.ad ſilla.per parentes leuiter, per iudices verò ſeuerè, & quatenus atrocitas facti requirit. vt in.l.vni.C.de emen.propin. Et ſic cõcluditur, ꝙ vltra intereſſe delictum paſſi, quò ad pœnã pecuniariã ei ſubuenitur: ſed nõ quò ad pœnam corporalem. Et ſic ſentit, ꝙ in caſu noſtro iſte puer ſit puniendus; prout etiam intellexit.D.m. Sed iſte intellectus licet videatur
Cõ.intel. 17 communis,* non placet † mihi; quia in tex.noſtro nõ apparet, quòd Papa voluerit, quòd iſte in aliquo puniretur: Imò ex tex. potius colligitur contrarium ibi, dum dicit, inultum; & in fi. nihil dicit de alia pœna imponenda. Præterea. ſi prædicta opin. & maximè.D.m.eſſet vera, ſequeretur, quòd etiam ꝙ iſte fuiſſet maior.xiiij. annis, quòd non deberet iſta pœna pecuniaria puniri, cum nihil habeat in bonis. Cuius contrarium ſentit glo.fina. Et ideò pro concordia omniũ iurium, ego breuiter diſtinguo. Quòd aut puer non eſt doli capax, & in nihil tenetur. vt dixi in.c.præced. etiam ad irregularitatem, vt ibi dixi. Aut eſt doli capax, & hoc caſu diſtinguo, quòd aut commiſit delictum omittendo, & non tenetur, vt dixi in.c.præced. Aut faciendo, vel committendo, & hoc caſu ſubdiſtingue. Quòd aut loquimur de vindicta reipublicæ, aut reſpectu partis. Primo caſu, aut commiſit delictum ex culpa; & hoc caſu arbitror ꝙ nulla ſit pœna puniẽdus; nam iſte tex. hoc vult, dum dicit, quòd cum ludendo interfeciſſet, videbatur quodammodo fortuito caſu interfeciſ-
18 ſe. Et licet in maiore, quando culpa † præcedit caſum, maior non excuſetur; vt in.c.dilectus. & duobus ſequentibus. ſ̃.de homici.tamen ſecus eſt in pupillo.tex.eſt hic ſingularis, quem perpetuò memoriæ commendabis. Facit quod ſupra dixi de delicto commiſſo in omittendo. & quod dicit gl. noſtra.dum dicit, quòd ſi non ex animo, licet in culpa fuerit, haberet in integrum reſtitutionem.& quod not. Bal.in.l.1.C. ſi aduer. delic. Si verò loquimur reſpectu intereſſe partis, dic, quòd aut dolo eſt commiſſum, aut ex culpa. Si per dolum, ſubdiſtingue, quòd aut loquimur reſpectu veri intereſſe, &
19 tenetur. Nec † poteſt petere reſtitutionem; vt in.l.auxilium ff.de minor. & in.l.1.C.ſi aduer. delic. Sed reſpectu alterius cauſæ extrinſecæ, vtputa, ſi propter negationem tenetur parti ad duplum, vel ſi omiſit tranſigere cum poſſet, poteſt petere reſtitutionem. Iſte eſt tex. ſingularis, quem perpetuò memoriæ commendabis in .l.ſi ex cauſa. §.nunc videndum. ff.de minor. Si verò per culpam, non eſt dubium, ꝙ etiam reſpectu intereſſe partis aduerſæ poteſt petere reſtitutionem; & ita intelligatur quod hic dicit glo. ſi non ex animo deliquit. Facit quod not. Bal.in.d.l.1.& Hoſtien.in ſumma. eod.tit. poſt princ. Et notabis prædictam diſtinctionem, quia ſingularis eſt. In eadem glo.ibi, irregularis. dic de hoc, vt dixi in remiſſionibus datis in .c.præced. Glo.fi.infert arg. ex tex. & aſſignat rationem; deinde colligit vnum notabile; & in fine ponit vnum intellectum. In eadem glo. ibi, conſuetudo, aut priuilegium.dic melius ſecundũ.D.m. Quòd aut iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem temporalem, non tamen in feudum, & tunc procedit glo.quia appellari po
20 teſt † ad ſuperiorem. Aut habet in feudum, & debet appellari ad dominum feudi; vt in.c.Romana.§.debet.allegato in glo. & ibi etiam glo. hoc voluit.& not.in.c.cæterum.ſ̃.de iudi. &.c. ex tranſmiſſa.ſ̃.de fo.compe. Et vide quod dixi in.c.ſi duobus.ſ̃.de appel. & qđ traditur in .c.cum contingat.ſ̃.de fo.comp. In ea.glo.ibi, habuit ex conſuetudine. Dicit Hoſt.hic, ꝙ ſtatuta, & conſuetudines, per quæ committentes furtum, vel homicidium, aut ſimile crimen, pu-
21 niuntur in pecunia, ſunt † irrationabilia; quia hoc nihil aliud eſt, quàm homines exponere venali ꝑtio, & incitare ad committenda peccata; Talis enim non timet pœnam pecuniariam, qui decapitationis, aut laqueo ſuſpenſionis pęnam timeret. Ergo talia ſtatuta ſeruanda nõ ſunt. vt in.l.ſi vnus.§.pacta.ff.de pac.& in auth.de mã. princ.§.oportet.coll.4.& Inſtit.vi bo.rap. poſt prin. &.ff.de pœn. in.l.in ſeruorum. &.l.aut facta.§.fin.ſ̃.de conſue.c.ex parte.de off.ordi.c. irrefragabili.§.fi.&.c.dilectus. Nec obſtat ꝙ glo.dicit hic in prin.quòd ab adulto patrefamil. poſſet pœna exigi, quia illud putat verum Hoſtien.ex poſt facto per officium iudicis, non ex vi conſuetudinis. vt not. in.d.c.irrefragabili. Voluit ergo hic tex. oſtendere arg. à contrario, quòd eccleſia non debet pœnã grauem imponere.ſ.corporalem, ſed potius pecuniariam. Item hic non dicitur expreſsè, quòd talis conſuetudo valeat. Vel poſſes reſpondere ad iſtum tex.iudicio meo tenendo opi.prædictam, quòd hæc cõſuetudo erat, ꝙ ſolueretur hæc pœna pecuniaria de homicidio commiſſo per culpam. Vel ſecundò poſſet intelligi, ꝙ vltra pęnam iuris cõmunis, erat conſuetudo ꝙ Abbas reciperet centum ſolidos pro homicidio. Et ꝑdictam opi.ꝙ non valeat ſtatutum, vel conſuetudo imponens pęnam pecuniariã ꝓ homicidio, & furto, tenet etiam Hoſt.in.c.fi.ſ̃.de conſuet.& Io. And.hic, & ibi, &.D.m.&.d.Ant.etiam hic, & Hoſt.in ſum.in tit.de cõſue.§.4.in fi. Et Tãcr. in ſua cõpendioſa. Contrariam tñ ſñiam tenuit Bar.in.l.1.ff.de pub.iud.& ſentit Bal. in.c.1.de pac.iur.firman.in vſi.feud. Et hoc hodie practicatur, & obſeruatur. Ego arbitror, quòd in homici-



homicidio deberet adeſſe cauſa multum rationabilis, vt puta, quòd loqueretur in homicidio non commiſſo per dolum; Vel ſi per dolum, quòd aliqua eſſet euidens ratio quæ facit quòd tunc valeat.c.1.2.&.3. 22.q.4. Aliàs nõ valeat. vt etiam tenet Archid. 23. q. 4. in .c. duo iſta. Pro furto tamen quod non haberet ad mixtum homicidium, videtur mihi quòd ſtatutum deberet valere; nam pro furto regulari-
22 ter iura non imponunt pœnam † mortis; ſed fuſtigationis, aut exilij. vt in authen. ſed nouo iure.C. de ſerui. fugi. & in auth. vt nul. iudi. .§. quia verò nos. coll. 9. Niſi in caſu.l.capitalium.§. famoſos. &.§. Graſſatores.ff. de pœnis. Et in eo qui furatur quinq; ſolidos pacem frangendo. vt in.c. 1. §.fi. de pac.tenen.in uſi. feud.

## De clerico venatore. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatio eſt duplex.*

CONTINVATVR; ſupra viſum fuit de delictis communibus clericorũ, & laicorum, nunc ſubnectitur de ſpecialibus delictis clericorum; inter quæ eſt venatio. Et ideò ponitur hic hæc Rubrica. ſecundum Goff. Et de hac materia traditur.86.diſt.c. qui venatoribus. cũ .5.c. ſequen. facit. 6. diſt. c.1. in prin. Et pro intellectu dicendorum dic, quòd multiplex
1 eſt venatio, quædam † oppreſſiua, quædam occupatiua. Et hæc duplex. de quibus latius infra in.c.1.

## Capitulum.I. Epiſcopum.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatio clerico prohibetur, & contrafaciens punitur. & nu.ſeq. & nu.4.*
3 *Venationem clericus raro exercens non videtur incidere in prohibitionem huius canonis.*
5 *Dignior, an maiori pœna puniendus ſit. & nu.15. & 16.17.19.*
6 *Venatio oppreſſiua indiſtinctè eſt prohibita clericis; Laicis verò quando bellum eſt iniuſtum.*
7 *Venatio adulatoria omnibus eſt illicita.*
8 *Venatio adulatoria quando ſit peccatum mortale, & quando veniale.*
9 *Adulatoribus ſecundum Senecam, velimus, nolimus, fauemus.*
10 *Venatio arenaria indiſtinctè clericis eſt prohibita. & laicis quando ſit prohibita. ibidem.*
11 *Venatio cum canibus, & accipitribus, & ſimilibus, an & quando clericis, & laicis ſit prohibita.*
12 *Laici in feſtiuitatibus debent eſſe in eccleſijs, & orare.*
13 *C.Eſau.86.diſtin.declaratur.*
14 *Venatio quieta.ſ.cum rete, ac rebus ſimilibus, licita eſt clericis.*
18 *Iudex alterare pœnam qualiter poſſit.*
20 *Lex quantuncunque dura eſt ſeruanda.*
21 *Peccare quis magis videatur cæteris paribus, clericus, an laicus.*
22 *Peccare ex minori contemptu videtur agens cum pulchra muliere, quàm cum turpi.*
23 *Peccans publicè magis debet puniri, quàm peccãs occultè.*

EPISCOPVM. Clerico prohibe-
1 tur venatio; † & cõtrafaciens punitur.h.d. cum ſe. Et diuiditur, In prima parte ponitur prohibitio. In ſecunda pœna. ibi, quòd ſi quis. Nota primo, quòd clerici prohibentur non ſolum
2 venationes exercere, ſed etiã accipitres † atq; cætera huiuſmodi pro venatione retinere. Secundo not. ibi voluptatem ſæpius, ar. ꝙ cleri-
3 cus raro † exercens hanc venationem, non videtur incidere in prohibitionem, ſeu pœnam. et de hoc infra latius. Tertio not. quòd de-
4 lictum venationis in clericis non eſt † dignum depoſitione; quia tex. hic vult, quòd ſuſpendantur, non autẽ deponantur. Vltimo nota
5 ar. pro, & contra, quòd dignior † grauiori pœna puniendus eſt ex eodem delicto, quàm minus dignus. nam hic pro eodem delicto epiſcopus ſuſpenditur tribus menſibus, et præsbiter duobus. In contrarium autem ſumitur, cum diaconus perpetuò ſit ſuſpẽſus. et de hoc in gl. fi. Glo.2.colligit ar. à contrario. & illud concedit ſi tria concurrant. demum diſtinguit quadruplicem venationem. Et quartam quæ fit ad aues, vel beſtias, glo. diuidit in clamoſam, & quietam. In fin. glo.dic, vt hæc materia plenè innoteſcat, an, & quando, clericis, vel laicis prohibita ſit venatio. Diſtingue quatuor mẽbra principalia, prout dicit glo. Primum eſt de
6 venatione oppreſſiua, † & illa prohibetur indiſtinctè omnibus clericis; quia non debent pugnare, etiam contra infideles. vt.ſ̃. de ho.c.ex multa. de quo articulo habetur.23.q.8. per totum. Laicis licitum eſt ſecundum.D.m. in caſu quo mouerent iuſtum bellum. vt in .c. ſicut. & quod ibi plenè not. ſ̃. de iureiur. 23. .q.8. reprehenſibile. &.c.omni timore. Et aduerte, quia tunc non dicitur propriè oppreſſiua. Vnde glo. bene dicit in hoc, quòd oppreſſiua omnibus eſt prohibita. Secundum mem-
7 brum eſt de venatione adulatoria, † quam faciunt Hiſtriones, qui verbis adulatorijs capiũt homines, ſicut in uenatione capiuntur beſtiæ; & illa omnibus eſt illicita. vt in iuribus hic in glo. allegatis. Sed imò peccatum eſt aliquid dare iſtis Hiſtrionibus, & adulatoribus. vt in.c. qui venatoribus.86. diſt. & ibi eſt bona glo.de hac materia. Et dicit hic Io. An. quòd hæc ve
8 natio adulatoria interdum eſt peccatum † mortale,

tale, & interdum veniale. Circa quod vide glo.
pe. 25. diſt.c.vnum.§. nunc autem. Et ibi vi-
de de triplici adulatione, videlicet per quam
attribuitur bonum virtutis, quam ille non ha-
bet. Aut vltra debitum extollendo bonum,
vel virtutem, quam ille habet. Aut approban-
do malum, vel vitia quæ habet. Et aduerte etiã,
quia videtur eſſe nimis difficile, & contra natu-
ralem rationem quòd nõ faueamus adulatori-
9 bus noſtris. Vnde Seneca,† vt refert. hic Ioan.
Andr. dicit, velimus, nolimus, adulatoribus
noſtris fauemus. Et Ouid. de arte amandi. de-
lectat etiam auriculas præconia ferre. Et Hie-
ronimus ad Euſtachiũ de virginibus ſic inquit,
naturali ducimur malo, vt adulatoribus noſtris
libenter faueamus. Item alibi, nulla eſt tanta
humilitas, quæ dulcedine gloriæ non tan-
gatur. Et adeò regnat in omnibus nobis,
quòd adulari neſciens, aut infidus, aut ſuper-
bus reputetur; ſubde, vel inimicus fiat. Et vi-
de multa notabilia verba circa prædicta per
Cicer. in ea oratione quã fecit pro Archia poe
10 ta. Secũdum mẽbrum eſt de venatione † Are-
naria, ideſt quæ ſolebat fieri in arena, vbi homi
nes pugnabant cũ feris animalibus, ſeu beſtijs.
Et iſta venatio iure canonico clericis indiſtin-
ctè prohibetur. arg. tex. noſtri. &.c.1.&.2.
.s̃. de cle.pug.in duel. In laicis verò diſtingui-
tur, quòd aut faciunt recepto pretio, & non li-
cet. Imò tales efficiuntur infames. vt in .l.1.§.
Item ſenatus. et §. beſtias. ff. de poſtula. Et de
hoc poteſt intelligi tex. 86. diſt.c. qui venato-
ribus. cum duobus ſequen. Sed ſi faciunt gra
tia virtutis oſtendendæ, tunc licita eſt. Et vi-
dẽtur hic velle docto. quòd non ſit peccatum
etiam de iure canonico. Excipiuntur autem
torneamenta, vt in .c.1.s̃. de torne. ergo alij
ludi virtutis exercẽdæ gratia videntur eſſe con
ceſſi. Et ſubdit hic .D.m. q̃ putat, q̃ de iure ca-
nonico vbi eſſet periculum mortis, etiam alios
ludos exercere non liceret. Sed tu dic vt latius
dixi in .d.c.1. de tornea. Quartum membrum
11 eſt de venatione † Accipitrum quæ diſtingui-
tur in duas ſpecies, vna eſt clamoſa & ſaltuoſa,
alia quieta. Præterea, quæ fit cum canibus, ac-
cipitribus, & ſimilibus, licita eſt laicis ſecundũ
glo. etiam cauſa voluptatis. Et idem videtur
velle hic Io. And. allegat inſti. de re. diui. §. fe-
ræ. & .ff. de acqui. re. do. in .l. naturalem. & in
.l. pomponius. cura ſi. Niſi exerceretur tem-
pore quadrageſimali, vel alijs præcipuis feſtiui-
12 tatibus, quibus etiam laici † debent eſſe in ec-
cleſijs, & orare; quia hæc eſſet illicita, etiã lai-
cis. 86. diſt. c. an putatis. de conſecra. diſt. 3. c.
irreligioſa. et diſt. 5. c. ieiunia. Niſi fortè id
fieret propter neceſſitatem famis. argum. not.
in .c. licet .s̃. de feri. Et idem ſi Apri, vel Vrſi,
aut ſimiles beſtiæ venirent vaſtare ſegetes, & vi
neas Clericorum, vel etiam monachorum, arg.
.l.2. C. de ferijs. Et infra de reg. iur. c. quod
non eſt licitum. et adde quæ ſupra dixi de fur.
in.c. ſi quis propter. In alijs autem diebus licita
eſt talis venatio pro carnibus, aut pellibus ha-
bendis. Aliàs nõ, ſecundum Rai. & Goff. Qui
etiam volunt de venatione dandas eſſe deci-
mas. Dici poteſt ſecundum .D.m. Qd' aut ra-
ro vult exercere venationem, & tunc diſtingue,
Qd' aut feriatis diebus, & feſtiuis, vt ſup̃ dixi,
& non licet; niſi ſecundum quod ſupra dixi.
Aut frequenter exercendo illam artem, & hoc
13 caſu illicita ſit. Facit tex. in .c. † Eſau. 86. diſt.
vbi dicitur, quòd Eſau erat venator, quia pec-
cator. Vnde quod dicimus, quòd non legitur,
q̃ aliquis venator fuerit ſanctus, intelligitur
dum exerceret venationem; vel ſi in venatione
moritur. ne obijciatur de beato Euſtachio qui
fuit venator ſecundum Ioan. Andr. Sed mihi
videtur quòd præcedens opinio ſit verior, q̃
laicis licita ſit; dummodo non adminiſtretur
ad pctm̃. Sed verũ eſt q̃ nõ eſt opus meritoriũ,
aut exercitium ſacrificatiuum. In clericis verò
glo. variant. Sed concludo; quòd aut ſunt in
minoribus conſtituti, & ſecundum .d. Anto.
hic, videtur licita, ſicut laicis. Sed Ioan. Andr.
Hoſti. & communiter * doct. tenent hic oppo — Cõm. op.
ſitum; Et dicunt quòd debent puniri pœna
arbitraria. Sed poſſet vtraq; opi. concordari,
quòd aut dimiſit tonſuram; & non tenetur.
Aliàs ſecus. Facit cle. 2. de vi. & ho. cle. Aut
nos loquimur in clericis conſtitutis in ſacris, &
dicendum eſt, ſi habent redditus in venatio-
ne, ſicut in quibuſdam partibus Franciæ, & hoc
caſu licet eis; quia non faciunt ad voluptatem;
Et hoc voluit Hoſti. in .c. proximo. & in ſum.
eod. tit. §. quæ & quibus. in fin. vbi dicit, quòd
licet quidam dicant quòd religioſis indifferen-
ter ſit prohibita, per .c. ſi nulla .23. q. vult. ta-
men ratione redditũ ſuorũ permittitur ipſis;
etiam in proprijs perſonis, ſi familia deficiat; &
dummodo faciant congruis temporibus. Aut
in huiuſmodi venationibus non habent reddi-
tus, & tunc debent euitare iſtam clamoſam ve-
nationem. Putat tamen .D.m. quòd non mul-
tum peccarent, ſi rariſſimè hoc facerent cauſa
recreationis. ar. hic, dum dicit, in hac volupta-
te ſæpius detentus. Secus ſi rariſſimè, & non
cauſa voluptatis, ſed cauſa neceſſitatis; puta,
vt excitarent appetitum propter præcedentem
morbum; & ſecundum Hoſti. qui hoc idem te
nuit in ſum. eod. tit. §. 1. Vel ſi ad reuocandũ
calorem naturalem id facerent. Probantur præ
dicta in .c. dilectus filius A. s̃. de homici. & .s̃.
de iureiuran. c. & ſi Chriſtus. §. pen. de conſe.
diſt. 5. c. ſint tibi ieiunia. Et hæc procedunt in
14 clamoſa venatione. Quieta † verò venatio quæ
fit cum rete, ſeu laqueo, vel piſcando, licita eſt
clericis; dummodo non frequenter inſiſtant.
Et vide glo. in .d.c. Eſau. quæ tradit quare ma-
gis cõcedatur clericis piſcari, quàm venatio; Pi-
ſcatores enim inuenimus Ieſum elegiſſe, non
venatores. vide ibidem. Glo. fin. oppo. & ſol.
In fin. glo. dic, hæc ſol. non eſt ſufficiens; quia
ſecundũ eam minori tempore deberet epiſco-
pus, quàm præsbiter; cuius contrarium hic di-
citur; quia præsbiter duobus, & epiſcopus tri-
bus menſibus à cõmunione ſuſpenditur. Vnde
dicit



15 dicit Hoſti. q̃ hic plus punitur † maior; nam
veritate inſpecta, minor eſt pœna diaconi. Sed
melius dixiſſet, potentia inſpecta; nam ex eo,
quod ſibi tempus non adijcitur, poterit poſt ali
quos dies cum eo diſpenſari. Et idem traditur
quòd hic. 34. diſt. epm̃. vbi tex. iſte ponitur pro
palea. Sed Ioan. And. dicit, quòd per hoc nõ
ceſſat contrarium. Vnde dicit ipſe, q̃ epiſco-
pus hic tãtum ſuſpenditur tribus mẽſibus à cõ-
munione; ſed præsbiter duobus ab omni offi-
cio; Diaconus verò ſimpliciter. Et remittit de
materia ad no. per ſe in.c. ea quæ. de ſta. mo. Sed
mihi non placet hæc ſolutio; quia vt ſtatim di-
cam, quando quis delinquit reſpectu dignita-
tis, magis punitur maior, quàm inferior. Præ-
dictam tamen ſolutionem ſequitur .D. m.
& dñs Anto. Dicit tamẽ quòd dici poſſet, q̃
reſpectu temporis, ſeu termini maior dicitur
pœna epi, quãm præsbiteri, vel diaconi. In
16 hac tamẽ materia quis magis puniatur, an † no-
bilis, vel ignobilis, in dignitate, aut in officio
conſtitutus, aut priuatus. Io. An. poſt Hoſti.
in .c. ea quæ .s̃. de ſta. mo. dicit, quòd ſi agitur
de pœna ſpirituali, vel pecuniaria, maior de-
bet infligi nobili, quàm ignobili. Non obſtat
ſupra de offi. deleg. c. ſanè .2. quia verum q̃
defertur cõſtituto in dignitate in pœnis, vt ibi.
Sed ſi in maligno perſeueret, plus eſt punien-
dus, quàm alius. 11. q. 3. præcipuè. Si verò agi
tur de pœna corporali, maior imponitur igno-
bili, pauperiq́;, vel inferiori, quàm nobili, di-
uiti, vel ſuperiori. Et ſi contra inuenies, dicas
quòd eſt ſpeciale. vt in .d.c. ea quæ. Alij verò
aliter dicunt. Ego verò ex iuribus, & ex dictis
hinc inde collectis, arbitror primo diſtinguen-
da duo membra. Primum quid iuris in foro
contentioſo. Secundũ quid in foro pœniten-
tiali. Circa primum diſtingue, Quòd aut pœ
17 na eſt ſtatuta † à lege, vel ſtatuto, & taxata vni-
formiter, aut non. Primo caſu dic, quòd æqua
liter omnes puniuntur, ſecundum Iaco. Gui. &
Bal. in .l. 3. c. de ſum. trini. vbi hanc materiam
tractant Cy. & alij doct. Et idem tenet Bal. in
.c. 1. §. ſi quis verò. de pac. iur. fir. & in .c. 1.
de pac. tene. Et probatur in .c. ea quæ. ſup̃ de
ſta. mona. ibi abſq; perſonarum delectu. & in.c.
qualiter. 1. s̃. de accu. facit. c. nouit. ſup̃ de
iudi. Quòd ego intelligo, & limito, niſi iudici
18 viſum † fuerit ex aliqua iuſta cauſa pœnam alte-
rare; quod facere poteſt; ſecundum plenè tra-
dita in .l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs
qui no. infa. & in .l. hodie. ff. de pœ. & traditur
in .l. & ſi ſeuerior. C. de infa. Sed hoc caſu qua-
liter debeat alterare, & quã conſideratione, &
diſtinctionem, in alteratione debeat habere, ſta
tim ex infra dicendis apparebit. Secundo ca-
19 ſu quando pœna eſſet † difformis, tunc diſtin-
gue, q̃ aut eſt expreſſum in lege, aut in ſtatu
to, quis maiori, vel minori pœna ſit affligẽdus,
& illud ſeruandum eſt; Licet fortè prima frõte
aliud videatur dicendum, & in contrarium ſua-
20 deat ratio; quia ſufficit † ita ſcriptũ eſſe. 6. q. 3.
ſcriptum. & in .l. proſpexit. ff. qui & à quibus.
& ita poſſunt concordari infinita iura, quæ ali-
ter, & aliter videntur diſponere. Aut lex, vel ſta
tutũ non imponit certã pœnã vniformẽ expreſ
ſam; ſed ſtatuit delinquẽtes puniendos. E hoc
caſu ſubdiſtingue, vt cognoſcas cui maiorem,
vel minorem pœnam debeat iudex imponere,
Quòd aut delictum cedit in derogationem of-
ficij, vel dignitatis, & ſic officium, vel dignitas
auget crimen, & hoc caſu plus punitur exiſtens
in dignitate, quàm alius. tex. eſt hic; quia epi-
ſcopus magis punitur, quã præsbiter; & præſ-
biter magis quàm diaconus; intelligẽdo quòd
præsbiter ſuſpendatur ſolum duobus menſibus
à communione, non autem ab omni officio;
qui intellectus magis conſonat literæ. Item in-
telligendo in diacono, q̃ minor ſit ratione fa-
cultatis diſpenſationis, vt ſupra dixi. vel quia
cum paruũ ſit eius officium, longè maior pœ-
na in epiſcopo eſt ſuſpenſio à cõmunione tri-
bus menſibus, quàm ſimplex ſuſpenſio diaconi
ab omni officio. Facit q̃ not. glo. noſtra. Et
hoc caſu poteſt intelligi .40. diſt. in .c. homo
Chriſtianus .11. q. 3. c. præcipuè. 25. q. 1. in. c.
nulli. s̃. de trãsla. præla. c. 2. Probatur in .l. quæ-
dam. ff. de pœn. vbi idem tenet Dyn. & Bar.
qui tractant ibi hunc articulum. & in .l. præsbi
teri .C. de epi. & cle. & in .l. omne delictum
.§. augetur .ff. de re mil. tenent Ia. Bu. Gui. Cy.
& Bal. in .d.l. 3. C. de ſum. trini. Aduerte ta-
men, quia arbitror dici poſſe, quòd ratione af-
fectionis inſurgentis ad virtutem; & merita,
poſſit etiam eſſe in tali acceptio perſonarum; &
arbitrari mitiorem pœnam. Facit quod not.
glo. in .c. niſi .ſup̃ de offi. le. vbi tetigi. Et
poſſet ita intelligi. c. ſanè .s̃. de offi. dele. Vnde
Pſalmiſta dicit, ſi ceciderit iuſtus, non collide-
tur. ſecundum quod ſtatim dicam in ſecundo
mẽbro principali. Aut dignitas minuit crimẽ,
& tunc debet iudex minorare pœnam. vt in .d.
.l. 3. C. de ſum. trini. & ibi Bal. Aut dignitas
nec auget, nec minuit crimen; & tunc aut tra-
ctatur de pęna corporali, & magis punitur igno
bilis &c. vt no. in .c. qui contra .24. q. 1. vbi
glo. tractat etiam hunc articulum. Et proba-
tur in .d.l. 3. & in .l. in ſeruorum. ff. de pœnis.
& in .l. pedius. ff. de incen. rui. & naufra. Aut
tractatur de pœna pecuniaria, & grauiori de-
bet afficere nobilem, & potentem, quàm pau-
perem, & ignobilem, vt dixit Io. And. in .d.c.
ea quę. Probatur in .l. illicitas. ff. de offi. pręſid.
& in .l. properandum .§. ſin autem vtraque
.C. de iudi. & in .l. 1. C. de conducto. & pro-
cura. do. Augu. lib. 11. tenet Dy. Old. &
Bart. in .d.l. quædam. Cin & Bald. in .d.l. 3.
Secundo membro principali, videlicet de fo-
ro pœnitentiali. dic, quòd aut cõſtat quis ma-
gis contemnat, & ille magis puniendus eſt.
Aut eſt dubium, & exiſtens in dignitate magis
cenſetur contemnere; nam cum plura recepe-
rit beneficia à Deo, magis Deo obligatus eſt;
& ſic maior eſt eius contemptus, & ingratitu-
do. Et maximè vbi traheretur ad exemplum.
vt in .c. præcipuè. 11. q. 3. Et adde quæ di-
cit

cit beatus Thomas ſecunda ſecundæ.q. 185.
21 artic. fi. vbi ipſe quærit, quis grauius † peccet
cæteris paribus, an religioſus, vel laicus. cuius
verba refert Io. An. in.c.accuſatus. de hære. lib.
6. vbi dicit, ꝙ in tribus caſibus magis peccat
religioſus. Primo, cum facit contra votũ pro-
miſſum continentiæ, obedientiæ, vel pauperta-
tis; Vnde furando, vel fornicãdo, grauius pec
cat. Secundo, ſi ex contemptu; cum magis
ingratus cenſeatur de receptis beneficijs. iuxta
ea quæ inquit apoſtolus ad Hebreos. c. 11. &
.46. diſt. c. fi. in authen. de monach. in prin.
Tertio, cũ publicè peccat, et hoc propter ſcan-
dalum aliorum, & malum exemplum. Vnde
Iere. c. 23. dicit de prophetis Ieruſalem, ꝙ
vidit ſimilitudinem adulterij, & mendacij, &
cõfortauerunt manus peſſimorum. Traditur in
.c. magnæ. ſ̃. de uot. & in .d. c. præcipuè. Si
verò ex non contemptu, ſed ex infirmitate, vel
ignorantia, abſq; ſcandalo, nec contra votum
peccat, vt quia occultè, leuius dicitur peccare;
quia eius pct̃m abſorbetur multis bonis operi-
bus; vnde facilius inſurgit. Vnde dicit Pſal-
miſta, ſi ceciderit iuſtus, non collidetur. Hinc
etiam Hiero. & tranſumptiuè de pœn. diſt. 3.
in.c. nec. ſepties ĩ die cadit iuſtus, & reſurgit. Et
ideò, licet Petrus dixerit neſcio hominem; ta-
men paulò poſt conſpectus à dño cępit amariſ
ſimè flere. Hinc etiam dicit Pſalmiſta, priuſ-
quam concupiui mulierem, peccaui, & malum
coram te feci &c. Sequitur ergo, quòd cum
exiſtẽs in dignitate dicatur religioſiſſimus, vt in
.c. ex multa. de uo. & in.c. licet. de regu. leuius
dicitur peccare; Niſi ex contemptu, vel contra
votum, vel malum exemplum; quia tunc ma-
gis peccat. Et ita poteſt intelligi tex. in .c. cum
quidam .ſ̃. de iureiur. In dubio tamen, magis
dicitur cõtemnere, vt ſupra dixi; & ꝓbatur. 40.
di. per totũ. Et de multis circunſtãtijs aggrauan
tibus delictum, vide.c. 1. de pœ. diſt. 5. Ex præ-
dictis infertur, quòd minus peccat agens cum
22 muliere pulchra, † quàm turpi; quia maior pręſumitur cõtemptus in turpi; quàm in pulchra;
nam propter pulchritudinem, dicitur quis ma
gis incendi, & tentari; Et ideò minus contẽne-
re. de pœ. diſt. 2. ſciendum. & per glo. in .c. fi.
.14. q. fi. Poſſet tamen dici, ſolatij gratia, ꝙ
in purgatorio magis ſit corrigendus agens cum
pulchra; quia agens cum turpi, in hoc ſeculo
videtur ęqualẽ egiſſe pœnitẽtiam cũ ipſo actu.
Item de quæſtione an magis peccet, & an ſit
23 magis puniendus † publicè peccans, an occul-
tè, dic vt dixi in.c. 2. ſ̃. de rap.

## Cap. II. Omnibus Seruis.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici dicuntur ſerui Dei. Et laici etiam. nu. 5.*
2 *Papa ſeruus ſeruorum Dei appellatur.*
3 *Venatio videtur clericis prohibita propter vagationem.*
4 *Falcones, & canes, quare clericis prohibeantur.*
6 *Præſcribi an poſſit præcepto huius canonis per contrariam conſuetudinem, quòd non.*

OMNIBVS SERVIS Summatum
fuit cũ præceden. Primo not. ibi,
omnibus, iuncta glo. & Rubr. ꝙ
1 omnes clerici poſſunt dici † ſerui
Dei; quoniã Deo magis ſeruire debẽt, ex quo
in ſortem eius ſunt electi; licet plurimi agant
per contrarium, Diabolo ſeruientes, & male;
quia debẽt Deo ſeruire. Et ideò Papa non ſo-
2 lum ſe ſeruum, ſed ſeruũ † ſeruorum Dei appel
lat; quia vtilitatibus, & cõmodis ſeruorũ Dei in-
cũbit, & inſiſtit. Sic etiã de monachis; quia ſpe
cialius ſerui Dei nuncupantur. 54. diſt. c. mul-
tos. Et adde quod dicam in glo. Secundo not.
3 ibi, ſiluaticas vagationes, quòd venatio † vi-
detur eſſe clericis prohibita ꝓpter vagationẽ.
In .c. præcedenti dicitur propter voluptatem.
Si ergo faciant non voluptatis, aut negotiatio-
nis cauſa, ſed neceſſitatis, vt quia ſecundum
Hoſtiẽ. ſolum in talibus habent redditus, licita
eſſet venatio. vt dixi in .c. præce. Quid autem
hoc caſu dicendum ſit in religioſis, dic vt dixi
in cle. ne in agro .§. porrò. & .§. ſeq. de ſtat.
mona. Vltimo no. ibi, Falcones, quòd duplex
eſt prohibitio, vna in tenendo Falcones, & Ac
cipitres, & etiam canes; & alia in vtendo. Sola
ergo retentio eſt prohibita; Et ratio poteſt eſ-
4 ſe triplex; † Primo, ne detur occaſio, vt dẽt ope-
ram venationi. Secundo, ne voluptatem ſum-
mant in talibus. Tertio, ne bona conuertant in
talia animalia, ex quibus poſſunt nutriri.
Glo. format quæſtionem, & ſol. In fin. glo.
5 dic, quòd laici etiã † dñr ſerui Dei; Vnde ec-
cleſiaſtes .c. fin. habetur; Deum time, & man-
data eius obſerua; & ſubdit, hoc eſt enim omnis
homo; ideſt, ad hoc factus eſt omnis homo, vt
Deo ſeruiat. Vltimo quærit hic. d. Ant. vtrum
6 huic præcepto poſſit præſcribi † per contrariã
conſuetudinem, & videtur dicendum quòd ſic,
per not. ſecundum Hoſti. in .c. 1. ſup̃ de vi. &
ho. cle. & in .c. 1. de treg. & pa. & in .c. 1. ſup̃
de conſue. Contrarium ipſe determinat; quia
eſſet nutritiua peccati. Et ideò dicit canon,
quòd regulariter nullus venator reperitur ſan-
ctus. 86. di. in .c. qui venatoribus. dixi in .c.
præced. Et quia eſſet nimis magnum præiudi-
cium; quia ſi clerici poſſent venationem exer-
cere, non deſeruirent eccleſijs in diuinis. Itẽ
quia tale exercitium non eſt conueniens cleri-
cis .c. 1. ne cle. vel mo. ergo conſuetudo nõ eſt
ſeruanda. vt in .c. 1. & fi. de conſue. Non ob.
contrariũ, quia debet intelligi de conſuetudine
licita, & rationabili.

## De Clerico Percuſſore. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Percuſſor quis, & quotuplex dicatur.*
2 *Tacendum eſt, & loquendum, quando tempus eſt.*
3 *Per-*



3 *Percutere, & percuti, quis, quando, & qualiter poſſit, & debeat; remiſſiuè.*

CONTINVATVR vt
continuata fuit Ru-
brica ꝑcedens. Qm̃
clerici delinquũt nõ
ſolum per laſciuiam
venando, ſed etiam
per dationem per-
cutiendo, ꝙ nõ de-
cet; vt inquit Apo-
ſtolus ad Timotheum. c. 3. oportet epiſcopum
irreprehenſibilem eſſe; & ſubdit poſt pauca,
non percuſſorem, ſed modeſtum; ideò ſubijci-
tur hæc Rubrica. Sed quæro pro intellectu
1 dicendorum, quis, † & quotuplex dicatur per-
cuſſor. Sol. Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. 1. di-
cit, quòd ille dicitur percuſſor, qui eum qui
nullo iure ſibi ſubeſt; verberat, etiam leuiter;
& ſubditum crudeliter. Item dicitur percuſſor,
qui ſermone inutili corda audientium ferit. vt
colligitur. 45. diſt. c. cum beatus. §. hinc etiam.
& .c. ſanè. Ex prædictis patet, quòd duplex
eſt percuſſio, vna ſpiritualis, alia corporalis;
Spiritualis dicitur prædicatio continua inuti-
lis, vel indebita, & prolixa; nam cum aliquan-
do ſit tempus tacendi, aliquando docendi, ſeu
2 loquendi, debet prælatus † animaduertere, &
cauere, ne taceat vbi loquendum eſt, & repre-
hendendum; et ne etiam ſuperflua loquatur
.43. diſt. in .c. ſit rector. Sicut enim non leue
diſcrimen incumbit Pontificibus ſiluiſſe, quod
loquendum erat; ſic obſeruare debent, ne non
intelligentibus ſecreta, ac profunda miſteria re
uelent; Quod ſit vel loquacitate incauta, vel
adulatione, vel iactatione. 43. diſt. in .c. diſpen
ſatio. & .§. 1. 8. q. 1. in .c. oportet. Corpo-
ralis verò percuſſio eſt illa, quæ fit manu, pede,
vel capite, vel cubito, vel etiam pectoris, aut
humeri impulſu; vel cum baculo, lapide, vel
alio armorum genere; quę ſi ex malitia, vel o-
dio fiat, peccatum eſt graue. 45. diſt. c. cum
beatus. de quo dicam ſtatim in.c. 1. Quis au-
3 tem poſſit percutere, † quis percuti, & quan-
do, & qualiter quis percuti debeat, dicam ſta-
tim in .c. 1. Quæ autem ſit pœna clerici inde-
bitè percutientis, dicam .j̃. in .c. 3. Et de ma-
teria huius Rubricæ plenè traditur. 45. diſt.
per tot. Facit. 1. q. 7. ſi quis omnem. in fin.
.86. diſt. c. qui clementiam. §. ſimiliter. &. c. ſe.
& .c. non liceat. Et aliqualiter etiam conuenit
Rubrica. c. de emenda. propinquorum.

## Capitulum. I. Si Quis.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus ſæpe percutiens, & monitus, ſi non deſiſtit, deponendus eſt. vide tamen nu. 4.*
2 *Clericis, maximè in ſacris conſtitutis, & potiſſimè epiſcopis prohibita eſt percuſſio.*
*Et an poſſint prælati verberare per laicum, ſeu proprijs manibus. ibidem.*
3 *Verberare vt quis poſſit, tria conſiderari debent.*
5 *Peccatum iteratum aggrauat, licet fuerit aliàs punitum.*
6 *Fur forenſis ſuſpenditur pro tertio furto commiſſo in loco iudicis, licet alia duo alibi commiſerit.*
7 *Percutere quos liceat; & in his tria conſideranda ſunt.*
8 *Verbera ab hominibus debent eſſe aliena.*
9 *Percutere in quo caſu, & propter quam cauſam licitum ſit.*
10 *Prælatus ita ſe debet habere erga ſubditos, vt eis ipſum pietas matrem, diſciplina autem patrem exhibeat.*

SI QVIS. Breue eſt, & communi-
ter non ſummatur. Poteſt tamen
1 ſic ſummari. Clericus † ſæpe per-
cutiens, & monitus non deſiſtens,
deponendus eſt. h.d. Not. primo ibi, aliquo
gradu ſacro, argumentum ex tex. quòd ſolum
conſtituto in ſacris videtur eſſe prohibita per-
cuſſio; Et ſic colligitur à contrario, quòd non
conſtituto in ſacris non videtur prohibita. Sed
hoc non eſt verum. Imò idem dicendum eſt
de non conſtituto in ſacris; quia non decet ali-
quem clericum eſſe percuſſorem; per iura alle-
gata hic in glo. 1. Et ideò Io. An. ad tex. no-
ſtrum dum dicit; ſacro, ſubaudit verbum, ma-
2 ximè. Conclude igitur, quòd omnibus † cle-
ricis prohibita ſit. Sed maximè conſtitutis in
ſacris; Et potiſſimè epiſcopis; Vnde quod de
epiſcopis præcepit Apoſtolus, vt. ſ̃. dixi in Ru
brica, & habetur. 86. diſt. in .c. non liceat. &
in auth. de ſan. epiſcopis. §. ſed neq;. colla. 9.
& .c. de epi. & cle. authen. ſed neq;. de omni-
bus clericis intelligitur, ſed potiſſimè de epiſco
pis. Nam epiſcopus neminem ſuis manibus
debet verberare, vt .d.c. non liceat. Sed per
alium poteſt. 5. q. 5. in.c. illi qui. Non tamen
per laicum; ſed per clericum. vt. j̃. de ſent. exco.
in .c. vniuerſitatis. tradit glo. 45. diſt. in ſum.
Quod limita ſecundum Rai. & Archid. ibi, ſi-
ue ſit clericus ſecularis, ſeu regularis, per quem
verberat. Vnde ſi habet clericum, non debet
aliquo modo per laicum verberare. Sed ſi non
haberet clericum per quem poſſet verberare,
poſſet tunc per laicũ. ſm̃ Lau. & Io. mo. d.c. nõ
liceat, & Archid. 40. diſt. in ſum. Itẽ poteſt per
laicum verberare, etiam clericum; quando cle-
ricus eſſet penitus incorrigibilis. vt. j̃. de ſen.
excõ. c. vt famę. Abbas tamẽ poteſt monachũ
ſuum in propria perſona flagello, & verberibus
diſciplinare. Vnde Gregorius refert Beatum
Benedictum quendam monachum virga per-
cutiendo ſanaſſe, quem acerba monitione ſana-
re non potuerat. 45. diſt. c. cum beatus. & .§.
Salomon. Facit. 23. q. 5. quid ergo. Et aduer-
te, quia in perſona percutientis, ſeu verberan-
3 tis tria † ſunt conſideranda, videlicet poteſtas
coercendi; ille enim ſolum poteſt, cui à iure
conceditur. Item conſideratur dignitas, vt di-
xi. ſ̃.

xi .ſ. de epiſcopo. Item & animus, quia non
debet ira, inuidia, aut ſuperbia percutere, ſeu
corrigere; ſed ex charitate; vt dicam poſt glo.
Et ſic habes quis poſſet percutere. Secūdo No.
ꝙ pro ſimplici percuſſione non debet clericus
deponi; Secus ſi aſſumit percuſſionem in con-
4 ſuetudinē † ſecundum .D. m. Sed non placet
mihi; quia etiam ſi aſſumpſiſſet per pluralita-
tem actuum conſuetudinem percutiendi; non
deberet deponi; niſi prius moneatur; ſecundū
quod videtur velle tex. noſter. de quo latius di-
cam .ĩ. in .c. 3. vbi tractabo de pœna percuſſo-
ris. Glo. 1. pro fortificatione tex. allegat mul
tos tex. dic vt in ea. Glo. 2. quærit quid ſi per-
cuſſor ſe emendauerit, & ſoluit. Deinde glo.
declarat tex. In ea. ibi, de eo qui in vſu. Ab-
bas ponebat exemplum de illo qui ſtatim per-
cutiebat eum, qui aliquid ſibi dicebat contra
placitum ſuum. Et inducit dominus hanc
glo. iuncto tex. in argumentum quòd peccatū
5 pluries iteratum aggrauat † adeò, quòd licet
primum fuerit punitum, nihilominus ſecundū
aggrauatur ex primo. Et ſic facit in argumen-
tum pro deciſione Bar. in .l. ſi cui. ff. de accu.
vbi vult no. quòd licet quis pro furtis alibi cō-
6 miſſis, ſi eſt forenſis † non poſſet hic puniri, ta-
men furta alibi commiſſa aggrauant furtū hic
perpetratum; quia videtur ſibi aſſumpſiſſe in
conſuetudinem actum furandi. Vnde ſtante
ſtatuto quòd pro duobus, aut tribus furtis com
miſſis poſſit fur ſuſpendi, poterit fur qui hic cō
miſit vnum furtum ſuſpendi; ſi alibi alia furta
commiſit. Facit quod not. per glo. in .l. capita-
liū .§. famoſos .ff. de pœn. & quod not. in .l. 3.
.C. de epiſ. audi. & in .c. ita nos. 25. q. 2. Sed nō
eſt materia noſtra. dic vt ibi per Bar. & in auth.
ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. & in .l. ſeruum
quoq; .§. publicè. de procura. In ea. in fi. dic
idem ſecundum Hoſti. & Io. An. ſi percuſſiſſet
in duello. per not. in .c. 1. de cle. pugn. in duell.
Sed quæro poſt glo. quia .ſ. in prin. vidimus
7 quibus licitū ſit percutere, quæro quos † liceat
percutere. Sol. ſiue loquamur de percuſſione
corporali, ſiue de ſpirituali, arbitror ꝙ omnis
ille ſit percutiendus, ſeu reprehendendus, qui
propter aliquod commiſſum, vel omiſſum,
dignus ſit verberatione, correctione, aut re-
prehenſione; Debent tamen ſecūdum Archid.
.45. diſt. in ſum. tria maximè conſiderari.
Aetas, tempus, ſtatus religionis, ſeu gradus ho-
noris. Per quæ arbitror intellexiſſe, quòd ali-
ter infantes, aliter pueri, & aliter adoleſcētuli,
& aliter viri percutiendi ſunt. Vnde dicit, ꝙ
ſenes non ſunt ſubiiciendi verberibus, niſi gra-
uiſſimè delinquant .45. diſt. in .c. cum beatus.
Item conſiderādum eſt tempus. Facit in ſimili
.16. q. 1. in .c. & temporis qualitas. Item ſta-
tus religionis, & gradus honoris. Vnde Ab-
bates, Præsbiteri, & Diaconi non debent ver-
berari; exceptis grauibus, & mortalibus cul-
pis, vt in .d. c. cum beatus. Minores autem cle
rici poſſunt verberari, etiam pro leuioribus cul
pis. 45. diſt. in .d. c. cum beatus. §. Salomon.
.35. diſt. in c. ante omnia. Regulares verò ſe-
cundum regulas ſuas etiam pro leuibus culpis
verberantur .ſ. de accu. c. qualiter. in fi. Vide
tamen tex. iuris ciuilis qui vult, quòd verbera
8 ab ingenuis hominibus debeant eſſe † aliena.
in .l. conſenſu .C. de repu. Vltimo quæro in
9 quo caſu, & propter quam cauſam, licitum † ſit
percutere, aut prohibitum. Sol. dic quòd ex
ira, inuidia, aut ſuperbia, ſeu elatione, vt quis
plus timeatur, non licet .45. diſt. epiſcopum.
Sed ex charitate correctionis cauſa, & nō cru-
deliter, ſed pro modo culpæ, & exceſſus quan-
titate, correctio fienda eſt. Sicut etiam dici-
mus in alijs pœnis imponendis .45. diſt. diſci-
plinam. Vnde quod dixi in .c. ad liberandam
in .25. not. & in .c. 3. ſ. de Iudę. Et ideò hæc
omnia videntur vt plurimū arbitrio iudicis re
linquenda. Facit quod not. in .l. illud .ff. de
iniur. & in .c. cum beatus .45. diſt. Et debet
animaduertere ēt ad ætatē, & tēporis qualita-
tem, & dignitatem, ſecundum quod dixi in .q.
10 præcedenti. Item debet ſuperior † ita ſe habe-
re, vt ipſum ſubditis pietas matrem, diſciplina
verò patrem exhibeat. 45. diſt. c. ſed illud .§.
hinc etiam alibi.

## Capitulum. II. Præterea.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus à miſſarū adminiſtratione duobus men-*
*ſibus ſuſpenditur, qui crudeliter aliquem fu-*
*ſtigari fecit. ſecus ſi non crudeliter. nu. 4.*
2 *Decedens longo tempore poſt percuſsionem, non*
*videtur in dubio ex percuſsione deceſsiſſe. &*
*infra nu. 6.*
3 *Negatiua quòd quis non præſumatur ex vulnere*
*deceſsiſſè, quomodo probetur, remiſſiuè.*
5 *Maritus conuerſus ad religionem, vxorem rema-*
*nentem in ſeculo debet corrigere.*
7 *Officiales qui grauiſsimè puniunt potius vt timean*
*tur, quàm vt delictum puniant, grauiſsimè*
*peccant.*

PRETEREA. Duobus mēſibus à
Miſſarum adminiſtratione. ſuſpē-
1 ditur † epiſcopus, qui crudeliter
aliquē fuſtigari facit h. d. vel ſic.
Non poteſt epiſcopus pœnam grauem verbe-
rum imponere .h. d. Diuiditur, primo ponit
epiſcopi ſeuitiam, ſecundo excuſat. ibi, quem li-
cet. tertio punit, ibi, quia. Not. primo ibi, poſt
2 octo menſes, quòd decedens † longo tempore
poſt percuſſionē nō videtur ex percuſſione de-
ceſſiſſe. Quod intelligo in caſu dubij, ꝙ probat
tex. noſter, dū dicit, arbitramur. Poſſunt tñ
eſſe tales circunſtantiæ, quòd etiam poſt lon-
gum tempus concluderetur ex percuſſione de-
ceſſiſſe. De quo articulo, quia tex. plurimi variè
loquūtur, dic vt not. & latè dixi, & concordaui.
in .c. Præsbiterum .ſ. de homici. Et ibi vide
3 qualiter probetur hæc negatiua, † quòd non
præſumatur ex vulnere deceſſiſſe. Not. ſecun-
do,



do, quòd epiſcopus propter delictum poteſt
4 facere fuſtigari mulierem; ſed nō † crudeliter.
Facit. c. 2. ſ. de calum. & .5. q. 5. in .c. illi qui. Et
dicit Io. An. poſt Goff. ꝙ tex. poteſt intelligi
de muliere, hoc eſt de vxore; quia clericus pro-
pter peccatū vxoris, poteſt illā ligare, & verbe-
rare. 33. q. 2. c. placuit. Et ſic not. ꝙ Maritus
5 cōuerſus † ad religionē, vxorē remanentē in ſe-
culo debet corrigere; nec debet à cura ſua abij-
cere. Circa ꝙ vide qd' traditur. 31. di. c. omni-
no. Vel poteſt ēt intelligi de qualibet muliere
delinquente in eccleſia. vt .ĩ. de ſen. ex. c. ve-
niens. Vel fortè de pediſſequa, aut introducta
clerici. de qua .32. diſt. in .c. interdixit. Quæ-
cunq; tñ fuerit mulier, nō debuit in illam inſæ-
uire, ſm̃ Goff. & Io. An. Glo. ſecunda colligit
argu. ꝙ ex prolixitate, vel breuitate temporis,
6 quis p̄ſumitur deceſſiſſe † ex percuſſione. dein-
de colligit argumentum contra Bar. Glo. fina.
format. q. In ea. in fin. dic, not. hanc glo. cōtra
7 iſtos præſidentes † qui grauiſſimè puniunt, vt
magis timeantur; nam grauiſſimè peccant.

## Capitulum. III. Præſentium.

*SVMMARIVM.*

1 *Præsbiter qui in conflictu, vbi aliqui mortui ſunt,*
*lapides proiecit, licet nullum percuſſerit, duo-*
*bus annis à miſſarum adminiſtratione ſuſpen*
*ditur. & nu. 2.*
3 *Iniuriæ inferendæ qualiter obuiari poſsit, remiſſ.*
4 *Irregularis ex percuſsione quando quis efficiatur;*
*& quando non. Et hinc intellectus quatuor*
*ad tex. hunc traduntur. primus nu. 5. ſecun-*
*dus nu. 6. tertius nu. 8. quartus nu. 9. & nu.*
*10. tenet auctor intellectum Abba.*
7 *Argumentum à contrario ſenſu non debet ſumi,*
*quando narratur factum, & quando reſultat*
*abſonus intellectus.*
11 *Delictum in dubio præſumi debet in his, quæ con-*
*cernunt animam, vt ſecurius ei conſulamus;*
*ſecus in alijs.*
12 *Clerici percuſſoris pœna quæ ſit.*
13 *Epiſcopus homicida iudicatur, ſi ſubditum cædi*
*adeò crudeliter fecerit, vt incontinenti mor-*
*tuus fuerit.*
14 *Armorū appellatione continentur etiam lapides.*

PRAESENTIVM duobus annis à
miſſarū celebratione ſuſpenditur
1 præsbiter, † qui in conflictu vbi
aliqui mortui ſunt, lapides proie-
cit; licet nullum percuſſerit .h. d. Vel ſic, Non
punitur clericus vt homicida, ſi fuit in cōflictu
propter violentiā repellendam; licet ibi aliqui
mortui ſint, & ipſe lapides proiecerit; Si nullū
percuſſerit .h. d. Diuiditur, quia primo narrat
factū. Secundo tēporaliter punit, ibi, quē nos.
Tertio poſt tēpus admittit. ibi, mādamus. No.
primo, ꝙ licet clericis ſit licitū auxiliari obſeſ-
2 ſis, ſeu depreſſis, nō tñ debent p̄cedere † ad oc-
ciſionē. Facit ꝙ no. in cle. vni. de homici. Sed
cōtra hoc opponitur tripliciter; Primo quia vi-
detur, ꝙ licet iſte non percuſſerit, ꝙ tñ ſit irregu
laris; per not. in .c. ſicut dignū .ſ. de homici. et
50. diſt. in .c. ſi quis viduam. vbi præſtans opem
ad homicidiū efficitur irregularis. Secundo op-
ponitur per contrariū, ꝙ talis nō ſit irregularis,
nec aliquā pœnā pati debeat. per .c. dilecto. de
3 ſen. ex. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ quis debet † obuiare
iniuriæ inferēdę, ēt occidendo; nec efficitur ir-
regularis. Circa ꝙ vide quæ latè dixi in .c. ad au
dientiā .ſ. de homici. in .7. artic. principali ver.
.17. quæro. Tertio opponitur, nā hic tex. ſen-
tit à contrario, ꝙ in quantū iſte percuſſiſſet, eſ-
4 ſet effectus irregularis, † qd' eſt cōtra .c. petitio.
.ſ. de homici. vbi p̄batur, ꝙ ex ſola percuſſio-
ne nō efficitur irregularis. Sol. horū cōtrario-
rum timore, intellectus tex. noſtri multiplici-
5 ter variatur. Primus eſt, † ꝙ de iure cōi iſte de-
beret eſſe irregularis; ſed hic interuenit diſpēſa-
tio; & ſic non obſtat primū contrariū. Sed non
placet; quia eſt diuinatio; & quia in tex. nō po
nitur aliquod verbū ſapiens diſpenſationē. Se-
6 cundus intellectus eſt, † ꝙ iſte exceſſit modū;
& ſic non ob. c. dilecto. Sed tunc videtur ob-
ſtare ꝙ deberet eſſe irregularis. Ad tertiū con-
trariū, ꝙ nō formatur per doct. reſpondeo, ꝙ
7 hic narratur factum; & ideò non debet † ſumi
argu. à contrario. Item quòd reſultaret abſo-
nus intellectus; quia nō ſequitur percuſſit, ergo
tenetur; quia potuit percutere, & non mutila-
re, aut occidere. Et licet alijs mutilātibus, ſeu
occidentibus videatur opem præſtitiſſe, & per
conſequēs videatur irregularis, vt .d. c. ſicut di-
gnū. tñ iſtud non procedit, quando interueni-
ret in defenſione iuſta. Circa ꝙ vide quæ latè di
xi in .d. c. ad audientiam. artic. 7. q. 18. 27. &
8 .40. Secundus intellectus † eſt, ꝙ hic imponi-
tur pœnitentia ad cautelam. & hunc ſentit glo.
9 fi. hic. Quartus intellectus † eſt, ꝙ tex. noſter
intelligitur in conflictu generali; ſed in defen-
ſione ſpeciali loquatur .c. dilecto. Sed neuter
intellectus placet; quia vnus cōtinet diuinatio-
nē, alius non habet diuerſitatē rationis. Eſt igi-
tur verus intellectus, quē ēt tenet hic .D. m. ꝙ
hic iſte defendendo inſtitit, ſed nō percuſſit oc-
cidendo; ſed in defenſionē aliqualiter exceſſit
modum proijciendi lapidem, quē fortè nō erat
neceſſe p̄ijcere. Sed quia defenſio erat iuſta ex
parte oppreſſorū, & ipſe neminē percuſſit, im-
ponitur ſibi pœnitētia ex voluntate percutien-
di. Nā cū illi potuiſſent ſe defendere, prout fe-
cerunt, etiam occidendo, & eis licitū eſſet, ipſe
tamen etiam inſtitit lapides proijciēdo. et quia
fortè ipſum remordebat cōſciētia pro illa pro-
iectione, & inſiſtentia, ideò imponitur pœnitē-
tia de qua hic. Vel ſecundum alios, hic impoſi-
ta fuit pœnitētia; quia imminebat ſcandalum;
argu. c. ex literis .ſ. de homici. Sed cōtinet di-
uinationē. ideò tene præcedentē lecturā. Et vi
de quæ latè dixi in .d. c. ad audientiam in .7. ar-
ticulo principali .q. 40. vbi latè examinaui in-
tellectum iſtius .c. Glo. ſuper verbo. proiecit,
format contrariū, & ſoluit. In ea. ibi, ſi quis vi-



duam.

duam,dic de hoc cõtrario, vt ſupra dixi in tex.
In ea. ibi, ſi dubium eſſet repelleretur. dic, &
ratio poteſt eſſe, quia in his quæ ad animã per-
11 tinẽt, potius debemus præſumere † delictum,
quàm non; vt ſecurius aiæ ſuccurratur. vt in
.c. iuuenis .s̃. de ſponſa. & in .c. ſignificaſti.s̃.
de homici. Sec dic,quòd hoc ſolum verum eſt,
quò ad forum pœnitentialẽ; Sed quò ad iudi-
cem debentẽ imponere pœnã, non procedit;
quia in dubio debet potius abſoluere, & non
præſumere irregularitatẽ, ſecundum ꝙ ſimpli-
citer no. Io. An.in.c.ad audientiam.quaſi in fi.
.s̃. de homici. De quo vide quæ latiſſimè dixi
eod.c. articulo.7. principali. q.39. Poſtremo
12 quæro,quæ ſit pœna † clerici percuſſoris; Sol.
dic, quòd iura variè loquantur. In primis pœ-
na eſt, quòd per apoſtolum prohibetur ordi-
nari.45.diſt. per totũ. & dixi ſupra in Rubrica.
Sed ſi quis ſępius eum quem non licet, vel illũ
quem licet, aliter quàm cõceſſum ſit percuſſe-
rit, quanuis mors ſecuta non fuit, & monitus
ſe non correxerit, deponitur. vt.s̃.eod.c.1.45.
diſt.c.1. & fin. Sed & ſi ſubditũ ſemel non ha-
bito reſpectu ad ordinẽ ſibi datum, epiſcopus
13 cędi † crudeliter iuſſerit, & incontinenti mor-
tuus fuerit, homicida iudicatur. arg.l. di. ſi qua
fœmina. Sin autem per octo menſes, vel am-
plius,& minus, ſecundum iudicis arbitrium vi-
xerit, & poſtea moriatur, quãuis pręſumatur
quòd ex alia infirmitate mortuus ſit, eſt tamen
ſuſpendendus ad tempus, vel vſq; ad duos mẽ-
ſes, vel ſecundũ quod iudici videbitur inſpecta
perſona; vt .s̃.c. proxi. de quibus dic,vt ibi di-
xi. Et ſi ſe non emẽdauerit,deponitur. vt in.c.
.1.s̃.eo.ti. Sed ſiquis in conflictu repellendo
violentiam aliorum, lapides proiecerit, licet
aliquem non percuſſerit, ſi ibi aliqui mortui
ſunt,per biennium ſuſpenditur; vt hic. Vel ſe-
cundum ꝙ iudici videbitur, ſm̃ Hoſti. Sed cõ-
tra hoc vltimũ,& etiã tex. noſtrũ opponitur de
.c. ſequen. vbi licet talis religionẽ intret, non
promouetur niſi vſq; ad ordinẽ ſubdiaconatus.
Sol. dicunt quidam, ꝙ ibi ſumpſit arma, vnde
fuit in culpa.ar.23.q.8.c.quicũq;.§.1.&.c.cõ-
uenior. &.s̃. de vot.c.ex multa. §. de clericis.
Sed nõ valet, quia & hic clericus ſumpſit arma,
quia ſumpſit lapides; & plus fecit, quia proie-
14 cit; & armorũ appellatione † etiam lapides cõ-
tinẽtur. vt.l.armorũ.ff.de ver.ſig. Vnde ſoluit
Hoſt. ꝙ ad tex.in.c.ſe. dũ dicit,ad frugẽ melio-
ris vitæ,ſubaudiendũ eſt,maximè;quia ita con-
tigit de facto. & dum dicit, ad ſubdiaconatus
ordinẽ, ſubaudiendũ eſt, & etiam ad præsbite-
ratũ, dũmodo cõſcientia nõ remordeat ipſum,
nec laboret infamia, vel ſcandalum immineat.
argu. s̃. de homici. c. pen. & .c. ex literis. Et
adde quæ dicam in .c. ſe. in glo. fin.

## Cap. IIII. Continentiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus qui fuit in conflictu, vbi aliqui fuerunt occiſi ſine eius facto, vel conſilio, de iure communi promoueri poteſt. & nu.2.*
3 *Intellectus glo. ad tex. noſtrum reprobatur, & tenetur intellectus Hoſt. nu.4.*
5 *Diſpenſationem non videntur continere verba Papæ reſponſiua ad conſultationem; ſed in dubio potius videntur continere ius commune.*
6 *Poſſe illud dicimur, quod per ordinarium remediũ poſſumus, non quod per extraordinarium.*

CONTINENTIAM. Secũdũ diuer
ſas lecturas, variè ſummãdũ eſſet.
Sed ſecũdum intellectum qui plus
1 placet .D.m.h.d. Clericus † qui
fuit in conflictu, in quo aliqui occiſi ſunt ſine
eius facto,vel cõſilio, de iure cõi promoueri po
teſt. Cõis diuiſio;ſecũda ibi,conſultationi. No.
2 primo ſm̃ vnũ intellectũ, ꝙ clericus † licitè aſ-
ſumit arma ad reſiſtendũ p̃donibus; Et licet in
reſiſtentia cõmittatur homicidiũ, non tñ tene-
tur, ſi cõmittitur ſine eius facto, vel cõſilio; de
quo ſtatim in glo. ſi. Glo. ſi. poſſet recitari per
contrariũ, ſed melius per qõnẽ. In ea. ibi,diſpẽ
ſetur cũ iſto, dic, ex hac glo. colligitur primus
intellectus, videlicet, ꝙ iſte tex. ꝓcedit diſpẽ-
ſatiuè, ex eo ꝙ iſte aſſumẽdo arma fuit ĩ culpa.
3 Sed contra hunc † intellectũ facit.c.præcedens,
vbi pręsbiter lapides aſſumpſit, & proiecit,& tñ
nõ tenetur de homicidio per alios cõmiſſo; ex
quo illi tales licitè inſiſtebant, vt violentiã pro-
pulſarent. Vnde Hoſti. vult,ꝙ tex.noſter pro-
cedat de iure cõi. Et ꝙ de iure cõi promoueri
4 poſſit,placet † etiã.D.m.& mihi; Nã cum Papa
5 reſpondeat ad conſultationẽ, † ſequitur ꝙ non
continet diſpenſationẽ,ſed videtur de iure cõi.
vt not. in.c. conſultationi. de tẽp. or. Præterea
tex.noſter vult,ꝙ iſte poteſt ꝓmoueri;ergo nõ
dicit continere diſpenſationẽ ſm̃ Hoſti. quia id
6 non dicimur poſſe, † quod per extraordinariũ
remediũ poſſumus.vt no.Inno.in.c.paſtoralis.
.s̃. de cau. poſſ. & proprie. Facit.22.q.2.c.fa-
ciat homo. & ꝙ not.in.l.apud iul.in fi.ff. de le.
.1.& Lap. in reg. ſemel. de regu. iur. lib.6.
Item pro hoc intellectu facit tex. dum genera-
liter vult, ꝙ iſte poſſit exercere altaris miniſte-
riũ. Et ad tex. dum dicit, ꝙ iſte tranſiuerat ad
frugẽ melioris vitę,& dũ dicit ad ſubdiaconatus
ordinẽ,& ſic à contrario videtur velle, ꝙ ſecus
ad pręsbiteralẽ, reſponde vt dixi in .c. pręced.

## De Maledicis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Percuſſio fit non ſolum manu, ſed etiam lingua.*
2 *Maledici qui, & quot ſint.*
3 *Detractio quid ſit.*
4 *Maledici deteriores ſunt, quàm fures; & ibi de hoc ratio aſſignatur. & dicũtur homicidæ. nu.ſeq.*
6 *Peccatum non remittitur infamanti, niſi reſtituat famam; ſicuti non remittitur auferenti rem alienam, niſi ipſam reſtituat.*
7 *Libidinem malè deplorabit, qui linguam cohibere non valet.*



HAEC Rubrica con-
tinuatur hoc modo,
1 quoniam † percuſſio
fit, nõ ſolum manu,
ſed etiam lingua, vt
dixi ſupra in Rubri-
ca præcedenti, Et in
proximo pręceden-
ti titulo dictũ eſt de
percuſſione quæ fit cũ manu, aut ſimili;meri-
tò ſubijcitur hæc Rubrica de maledicis. Et eſt
titulus qui multum practicatur, & frequenter,
maximè detrahendo,& obloquendo.Et male;
quia non ſolum manus, & oculos caſtos ſerua-
re debemus, ſed etiam linguam.6.q.1.c.ex me
rito. Et dicuntur maledici, quaſi male, vel ma
2 lũ dicentes. Quorũ aliqui ſunt, † qui blaſphe
mare præſumunt Deum, ac Chriſtum Ieſum.
Alij perſonas hominum, & principũ, ſuperio-
rem, æquales, & inferiores. Nonnulli ipſorũ
hominum facta, ſeu geſta detrahendo, & male-
dicendo. Et hi etiam maledici generaliter di-
3 cuntur; quoniam detractio † eſt indebita pro-
nuntiatio de aliquo ob alicuius famæ denigra-
tionem, vel vt alicuius malum pandatur, vel
bonum inuidioſè diminuatur. vt.d.c. ex meri-
to. et 11.q.3.c. non ſolum. Et tales deterio-
4 res † ſunt, quàm qui ſubſtantias, aut p̃dia no-
ſtra diripiunt; qm̃ ipſi nos ipſos diripiunt, Illi
verò auferũt quæ extra nos ſunt. vt.d.c. ex me-
rito: & .c. deteriores. ea.q.& cauſa. Et aduer-
tant diligẽter maledici, & peſſimi detractores,
5 vt caueant,quoniam ipſi homicidę † dicuntur;
ſicut enim homicidas fratrum interfectores,
ita & detractores eorum, homicidas Petrus
appellat: vt traditur de pœ. diſt. 1. in c. homi-
cidiorum. Et ibi vult, ꝙ pari pœna puniantur.
Præterea ſicut non remittitur peccatum, niſi
reſtituatur ablatum; vt in reg. peccatum. de
6 reg.iur. lib.6. ita non remittitur † infamia; ni-
ſi reſtituatur bona fama, vt ibi traditur. Et ideò
nihil prodeſt homini ieiunare,aut alia opera re
ligionis facere, niſi linguam cõpeſcat, & à de-
tractione abſtineat. de conſe. diſtin. 5. in .c.
nihil. il primo. Et vide tex. 11.q. 3. in.c. inter
verba. vbi dicit, quòd tales ſufflant in pulue-
rem contra proprios oculos aſcendentem. Et
refert hic Ioan. Andr. dictum Hieronimi ſuper
7 Iſaiam .c. 12. vbi dicit,male deplorabit † libi-
dinem, qui linguam cohibere non valet. Et
habetur materia huius rubricæ in decreto.24.
q. 3. c. de illicita. cum tribus ſequen. Facit
.25. diſtinct. c. vnum. §. aliàs ea demum. in
fin. & .46. diſt. c. clericus maledicus.et.6.q.1.
per totum. et in iuribus ſupra allegatis.

## Capitulum .I. Innotuit.

*SVMMARIVM.*

1 *Maledicens Papæ puniendus eſt, vt deinceps alij terreantur, & abſtineant.*
2 *Iniuriarum actio competit abſenti propter iniuriã in abſentia ſibi illatam.*
3 *Statutum diſponẽs quòd ſi quis alicui dixerit verba iniurioſa, puniatur tanta pœna, an comprehendat obloquentem contra abſentem.*
4 *Datiuus caſus videtur importare præſentiam.*
5 *Argumentum valet ab his, quæ ſunt naturali ratione inducta.*
6 *Iuramentum non debet deferri, niſi illi qui ſciuit per proprium ſuum ſenſum corporeum.*
7 *Conuicium tantò maius eſt, quãtò coram pluribus illatum eſt.*
8 *Prælatus cum bona conſcientia poteſt punire detractores ipſius.*
9 *Principe impunè læſo nil glorioſius; quoniam magnanimi eſt parcere, & vilis vindictã agere.*
10 *Probare debet ſe ex leuitate maledixiſſe, qui hoc allegat.*
11 *Iniuriam perſonæ ſuę, aut dignitati illatam, an poſſit, ac debeat ſuperior remittere.*
12 *L.vni. C.ſi quis impera. maled. intellectus.*
13 *Superior an poſſit eſſe iudex in cauſa propria ciuili. Et quid in cauſa ꝓpria criminali. nu.14. vbi latè examinatur.*
15 *Notorium non requirit cauſæ cognitionem.*
16 *Delegatus poteſt recuſari etiam ex cauſa, quæ in conſequentiam perſonam eius tangat.*
17 *Et ſi eſt ordinarius petitur adiunctus de iure ciuili. De iure verò canonico poteſt recuſari in totum.*
18 *Iudex ex facili cauſa recuſatur.*
19 *Imperatiuus modus non habet primam perſonã, quia nemo poteſt ſibi imperare.*
20 *Papa an in aliquo caſu poſsit ab alio iudicari.*
21 *Rancorem quilibet tenetur remittere. Declaratur tamen ſecundum Bart. qui poſtea ſe remittit Theologis.*
22 *Iniuriæ verò ſatisfactionem nemo tenetur remittere, remiſsiuè,*

INNOTVIT. Maledicens Papæ
1 puniendus † eſt, vt deinceps alij
terreantur,& abſtineant. h.d. Di-
uiditur, primo ponit culpam. Se-
cundo puniri mandat, ibi, ipſum. Tertio
ſubijcit caſum, ibi, in pœnã. No. primo, quòd
propter iniuriã, ſeu cõuicium illatũ, etiã abſen-
2 ti, cõpetit actio † iniuriarũ. Facit. 5.q.1.c.1.et
quaſi per totũ. & .ff. de iniur. in .l. itẽ apud la-
beonem. §. ſi quis libello. Aduerte tñ, quia
3 pridie conſului in.q. de facto, ꝙ ſi ſtatutũ † lo-
queretur iſto modo, videlicet, ſi quis dixerit ali
cui verba iniurioſa, ꝙ puniatur tanta pœna:
prout eſt in ſtatuto Senenſi circa eos qui fue-
runt ex prioribus; quòd ille qui in abſentia ob-
loquitur, vel conuicium dicit de abſente, non
tenetur pœna ſtatuti; quia tale ſtatutum ſtrictè
interpretandum eſt; maximè quia vult, ꝙ cre-
datur vni teſti, & proprio ſacramento offenſi;
ſed propriè interpretando verba ſtatuti, quod
loquitur in datiuo caſu, vt ſi quis dixerit alicui
ex prioribus &c. videtur requirere præſen-
4 tiam; † & quòd illi, ſeu cõtra illum loquatur;
non autem ſufficit, ꝙ dę illo in abſentia oblo-
quatur. Et maximè quia ex naturali ratione lon

 gè ma-

gè magis quilibet reputat ſibi ad iniuriam, vt
in præſentia ſua conuicium ſibi dicatur, quàm
5 ſi eo abſente. et valet argumentum † ab ijs quæ
ſunt naturali ratione inducta. vt in.l.cum ratio.
.ff. de bo. dam. cum ſi. Et maximè in dicto ſta
tuto videtur hoc conſideratum, quod vult, ꝙ
6 ſletur proprio iuramento; cum iuramentũ † nõ
debeat deferri niſi illi, qui ſciuit, aut aliquid no
uit per proprium ſenſum ſuum corporeum; ſe-
cundum tradita per docto. in.l.admonendi .ff.
de iureiur. et in.l. in bonæ fidei.c.eod. et dixi
latiſſimè.ſ̃. de iureiuran. c. fin. in.q. cui deſe-
rendum ſit iuramentum. Not. ſecundo, ibi,
multis aſtantibus. ꝙ tantò maius eſt conuiciũ
7 alicui † illatum, et maiori vindicta dignũ, quã-
tò corã pluribus infertur. Facit inſti. de iniur.
.§.atrox. ȷ̃. de exceſ. præla. c.quàm ſit. Not.
8 vltimo, quòd prælatus † licitè, & cũ bona con-
ſcientia poteſt cognoſcere, & punire detracto-
res ipſius. Facit.c. olim. ȷ̃. de iniur. & .c. gra-
uis. de reſti. ſpo. & quòd not. 23. q. 4. c. ſi is.
et de hoc in glo.magna. Sed quæro quę eſſent
illa, quæ iſte clericus dicebat in depreſſione of-
ficij, & beneficij Papæ. Sol. fortè dicebat Pa-
pam multa facere de quibus poteſtatẽ non ha-
bet; Vel quòd priuileguim romanæ eccleſiæ
diminuerat; Vel dedecorauerat eccleſiam, Vel
quòd non erat dignus Papatu; Vel male di-
ſpenſabat ſecundum Inno. Vel gratias ven-
debat; & ſic ſimoniatus erat, ſecundum Hoſti.
& Io. An. Hæc tamen omnia exempla ſolum
reſpiciunt perſonam Papæ, non autem roma-
nam eccleſiam; ſecundum quod ſentit tex. in
fin. & dicam.ȷ̃. in glo. magna. Vnde poſſet fi
gurari exemplum, ꝙ iſte fortè dicebat, ꝙ ro-
mana eccleſia inducebat confuſionem, & erat ef
fectum vnum ſtabulum, & congregatio peſſi-
morũ, ac malignorum hominũ, & ſimilia ver-
ba. Glo. 1. eſt ſatis clara, dic vt in ea. Glo.2.
opponit, & dupliciter ſoluit, dando duplicem
intellectum ad tex. noſtrum. In ea ibi, dicit
Imperator, adde ſecundũ Io. An. quod tradit
Quintilianus lib.6.de oratoria inſtitutione.vbi
dicit, Princeps qui vult omnia ſcire, neceſſe ha-
bet iuſta cognoſcere. Et Seneca in lib. declama
tionũ dicit, nil glorioſius principe impunè læ-
ſo. Et meritò iudicio meo; quoniam magna-
9 nimi † eſt parcere, & vilis vindictam agere.
In ea ibi, ex leuitate. dic ſecundum glo. Inno.
10 & Io. An. ꝙ qui hoc dicit, probare † debet .c.
de iniur. l. ſi non conuicij. In ea. ibi, de beni-
gnitate, ſeu manſuetudine. habes ergo ex glo.
11 duas ſo. Prima eſt, ꝙ ſuperior † non debet re-
mittere iniuriam illatam dignitati; quia volens
nõ poſſet; & ita loquatur tex. noſter. Pro qua ſo
lutione facit tex. in fi. dum dicit contra roma-
nam eccleſiam; ſed iniuriam illatam propriæ
12 perſonæ remittere debet; ſic debet intelligi † .l.
vni.c. ſiquis imperato. male. Vnde ꝙ ibi, dici-
tur de remiſſione, intelligi debet de venia, ſiue
miſericordia. Pro quo intellectu facit iſte tex.
in prin. Sed glo. ibi aliter intelligit, videlicet
ꝙ maledicus remitti debeat ad principẽ; qui
cõſiderata cõditione perſonę, vel indulgeat, vel
puniat; & huic intellectui magis applaudet tex.
ille in fin. & ſecundum hunc intellectũ iſte tex.
non contradiceret. Secunda principalis ſol.
glo. noſtræ eſt, ꝙ de benignitate, & manſuetu-
dine teneatur princeps remittere. Facit quòd
nihil eſt tàm conueniens principi, quàm huma
nitas.vt.l.ſi.C.de dona.inter vi.& vxo. & clemẽ
tia, vt traditur in.l. 1.C.de ſum.tri.& ita proce-
dat tex.in.d.l.vnica. Sed de iure princeps nõ te
netur dimittere; imò ipſemet poteſt ob hanc
cauſam ſubditũ punire; & ita procedat tex. no
ſter. Et hinc ſumpta occaſione doct. hic tra-
ctant materiam, vtrũ ſuperior, ſeu iudex poſſet
de cauſa propria cognoſcere, & punire ſubditũ
contra eum delinquentem; de qua materia la-
tiſſimè per Inno.in.c.ex parte. il. 1. de ver.ſign.
tangit glo. magna in.c. 1.de pœn. lib.6. & tra-
ditur. 2. q.7.in.c.ſiquis erga. Et plenè per legi-
ſtas in .l. vni. c. nequis in ſua ca. iudi. & latè
per .D. m. in .c. cum veniſſent .ſ̃. de iudi. Et
communiter in hoc articulo fiunt duo mẽbra
13 principalia. Primum quid iuris in cauſa † ciuili,
in quo non intendo inſiſtere, ſed dic vt latius
traditur in dictis iuribus. Sm̃ quid iuris in cau-
ſa criminali, & hunc examinabo. Circa quem
14 diſtingue, quòd aut nos loquimur de † delicto
contra eum cõmiſſo. Aut de delicto per ipſum
cõmiſſo. In primo caſu ſubdiſtingue, quòd aut
vult cognoſcere de delicto, ſeu iniuria contra
ipſum proprium cõmiſſa, aut de iniuria per-
petrata cõtra dignitatẽ ſuam; Primo caſu dic,
aut nos loquimur in principe, & non eſt dubiũ
ꝙ de iure, & ex abſoluta poteſtate poteſt co-
gnoſcere. arg. l. ꝓximè .ff. de ijs quæ in te.del.
&.l. & hoc Titus. de hæred. inſt. not. glo.in .c.
cum dilecta.de confir.vti. vel inuti.ſuper verbo
procuratricem. Vide etiam glo.23.q. 4. in .c.
guiliſarius. in ver. anathematizaui. & .79. diſt.
.c.ſi quis pecunia. Tenet expreſſè Inno.in .d.c.
ex parte.il. 1.& vide Oldra. conſ. 124. Et idem
dicendũ eſt, in quolibet alio iudice, ſuperiorẽ
non recognoſcẽte. vt hic dicit gl.noſtra. et idẽ
tenet Bart.& doc. in .l. vni. c. nequis in ſua cã.
& in.l.ſi alius.§. belliſſimè.ff. ꝙ vi, aut clam. &
traditur in.c. per venerabilẽ.ſ̃. qui fi. ſint le. &
plenè per Imol. poſt Bar. in .l.infamẽ.ff.de pu
bli. iudic.traditur ẽt in.l.hoſteſ. de capti. Hæc
tñ procedũt vt dixi, ex abſoluta poteſtate. Sed
de honeſtate deberet potius cauſam delegare.
Facit tex. noſter; in quo Papa alij commi-
ſit coertionẽ. Facit etiã ꝙ in ſimili dicimus de
cauſa Ciuili, ꝙ debet eligere arbitros. vt not.
glo. 1. 26. q. 6. in c. 1. & quod not. glo. 11.
.q. 1. in .c. ſi clericus aduerſus. & quod not.in
auth.de mand. princi. §.fin. Facit etiã .l.2.C. ſi
aduer.delict.vbi Imperator cauſã ſuam tractat
per ꝓcuratorẽ. Quidam verò voluerũt, ꝙ hoc
caſu, qñ agitur de crimine cõmiſſo cõtra ipſum
ꝙ ſi iniuria eſt notoria, poteſt eſſe iudex, vt in.c.
.1.de pœn. lib. 6.23.q.4. in.c. guiliſarius. Sed
ſi non eſt notoria, tunc per alium facit inqui-
ri, & cognoſci. vt in .l.1. c. ſiquis Imperato.
male



male. melius facit tex.noſter. Sed hoc arbitror
procedere potius ex honeſtate, & decentia,
quàm de neceſſitate, vt ſupra dixi. Aut nos lo-
quimur de alio inferiore recognoſcente ſupe-
riorem, & hoc caſu dic, quòd aut vult punire
iniuriam notoriam, & ptoeſt ipſemet punire.
vt not. Inno. in .d.c. ex parte.poſt Pet.& doc.
Cõm. op. communiter * in .d.l. vni. & Io. And. & doct.
15 hic. Et ratio eſt, quia in notorijs † non requi-
ritur cauſæ cognitio. 2.q. 1. in. c. manifeſta. et
dixi.ſ̃. de accu.in.c. euidentia. Nec dicitur iu-
dex in cauſa propria, ſed potius executor. Fa-
cit, quod not.in.c.fin. de pœn.lib.6.tenet Bar.
poſt Iaco. de Are. in .d. l. vni. per .l. ea quidẽ
.c. de accu. Quod limitat hic ſingulariter .D.
meus, quando pœna eſſet in iure expreſſa; Se-
cus ſi relinqueretur imponẽda arbitrio iudicis,
quod regulare eſt in accuſatione iniuriarum;
quia hoc caſu poſſet recuſari, ex eo quòd in ar-
bitrando poſſet metam excedere; & ſic ceſſat
ratio quam dixi .ſ̃. in notorietate. Nec hoc ca-
ſu excuſat notorietas delicti, cum pœna impo-
nenda non ſit notoria. Facit quod no. glo. in
.c. ſuper his. ſuꝑ de accu. & in .c. propoſuit.
.ſ̃. de appella. Aut iniuria non eſt notoria, &
hoc caſu non poteſt; ne ſit iudex in cauſa pro-
pria .23. q.4. c. inter querelas. & not.in.d.l. 1.
& glo. in .d.c. 1. de pœn. lib. 6. & in .l. qui iu-
riſdictioni .ff. de iur. omni. iudi. Debet igitur
hoc caſu adiri ſuperior. Dicit tamen Ioan. de
Fantu. 2.q.7. c. ſiquis erga. quòd licet iſto ca-
ſu non poſſet punire iniuriantem, poterit tamẽ
ponere in carceribus, & reſeruare ſucceſſoribus
cognitionem, & pœnam. ff. de offi. præſi. in.l.
ſenatus. & in.l. capite quinto. & in.l. ſi quis a-
dulterium .§. ſi. ff. de adulte. & fuit dictum Cy.
poſt Pet. ꝙ ſequitur Bal. in .d.l. vni. Facit tex.
2.q.1.in primis.in duobus locis ſecundum .d.
Domi. & ſequuntur hic Io. An. & .D. m. Se-
cundo caſu quando vellet cognoſcere de deli-
cto, ſeu iniuria illata dignitati, ſeu eccleſiæ Ro-
manæ, aut eccleſiæ ſuæ; ſi loquimur in prælato
inferiore dic, quòd ſiue loquamur in principe,
ſiue in inferiore, poteſt ipſe cognoſcere; Et iſto
modo intelligit glo. hic tex. noſtrum ſecundũ
vnam ſol. Et probatur .2.q.7.ſi quis erga. Fa-
cit. l. 1. & .2. C. de offi. eius qui vi. al. ge. &
quod not. in.l.nullũ.C.de teſti. glo. magna in
.c.1. de pœn. lib. 6.& Ioan. An. hic; Qui tamẽ
dicit, quòd ex eo, quòd in conſequentiam hu-
iuſmodi cauſa tangit etiam perſonam ſuam, po
16 teſt recuſari, † ſi eſt delegatus. Si verò ordina-
17 rius, † petitur adiunctus. C.de iudi. in .l. aper-
tiſſimi.& authen.ſi verò.& hoc dicit Cyn. poſt
Pe. ęquum eſſe, in .d.l. 1.c. nequis in ſua cauſa.
et ſequitur Io. An. Sed tu aduerte, quia ſe-
cundum .D. m.& bene, hoc procedit de iure
ciuili; quo iure ordinarius nõ recuſatur in to-
tum; ſed datur adiunctus. vt in .d. authen. ſi ve
rò. Secus de iure canonico, quo iure etiam
epiſcopus poteſt in totum recuſari ſicut ſuſpe-
ctus. vt in .c. ſi quis contra clericum .ſ̃. de fo.
compe. tradit .D. m. in .d.c. cum veniſſent .ſ̃.
de iudi. Aduerte tamen, quia hoc dictum de
recuſatione nõ placet Bal.in.d.l. 1.dicit enim, ꝙ
nõ probatur aliqua lege. Sed mihi plus placet
præcedens dictum; quoniã ęquitas hoc ſugge-
18 rit, vt dixit Cin. Et ex facili † cauſa recuſatur iu
dex, ſecundum ea quæ dixi in .c. poſtremo .ſ̃.
de appella. Secundo caſu principali, cum agi-
tur de delicto per ſe commiſſo; de inferiore re-
cognoſcente ſuperiorem non eſt dubium, per
.d.l. vni. Sed de ſuperiore magis videtur eſ-
ſe dubium. Eſt tamen dicendum, quòd ipſe de
ꝓprio delicto cognoſcere debet; quia ipſe iu-
dicat omnes, & à nemine iudicari poteſt. 9.q.3.
.c.nemo.c.aliorum.c. ipſi, & .c.cuncta per mũ-
dum. Papa enim, aut princeps à ſolo Deo ædifi
catur, vnus in ſpiritualibus, & alius in tẽporali-
bus. 9.q.3 .in.c.facta ſubditorũ. Et hoc contigit
potius ex ſuperiorũ defectu, quã ex proprio iu
dicio; nã ꝓpriè nõ poteſt ipſe dici iudex, in quã
tũ iudicat de ſe ipſo; quia nemo poteſt ſibi ipſi
imperare. vt.l.pe.ff.de arbi. Et hinc eſt, ꝙ ver-
19 ba † imperatiui modi non habent primam per-
ſonam. vt tradit glo.in.d.l.pe. Hæc tamẽ pro-
cedunt de poteſtatis Excellentia. tamen de-
beret alium cognoſcentem ſubmittere; ꝙ fa-
cere poteſt. vt in .l. eſt receptum .ff. de iuriſd.
omni.iudi. Facit. 2.q.7.nos ſi incompetenter.
Aduerte tamen, quia in duobus caſibus Papa
20 etiã † ab alio iudicatur, videlicet in cauſa hæreſis
propriè, & ſtrictè ſumpta; quo caſu tenet Inno.
in .d.c.ex parte. quòd concilium erit iudex. Fa
cit quod no. Archid.in .c.in fidei.de hæreti.lib.
6. Secũdus caſus eſt in omnibus enormibus cri
minibus, per quæ ſcandalizaretur vniuerſalis
eccleſia, & monitus eſſet incorrigibilis. vt eſt
tex. & not. glo. 40.diſtin. in.c.ſi Papa. quo ca-
ſu arbitror, ꝙ etiã cõciliũ ſit iudex; qm̃ in caſu
prædicto ꝓdicta videtur ſapere hereſim. vt no.
illa glo. In ea ibi, ſed rancorem.nota hanc glo.
21 quòd quis rancorem, hoc eſt, † animi indigna-
tionem, & malam voluntatẽ quæ inſurrexit ex
iniuria recepta tenetur remittere, & peccaret
quis non remittendo. Idem not. 90.diſt.in.c.
ſiquis contriſtatus. & 45. diſt. in .c.& qui emẽ
dat.et 63.diſt. ſalonitanæ. et no. glo. in .c.2.in
verbo ſatisfactionẽ, de re iudi.lib.6. Quod ſin-
gulariter limitat Barto.in .l.ſi tibi decẽ. §. 1.ff.
de pac. ſi modo inimicus petat remiſſionẽ; ali-
ter aũt non tenetur ei oſtendere ſigna amicitię.
Et ſic verificatur illud verbũ, qd̃ dicitur in ora-
tione Dominica, dimitte nobis debita noſtra, ſi
cut & nos dimittimus debitoribus noſtris &c.
quaſi dicat dimitte mihi petenti; quia dimitto
alijs. dicit tamen Bar. hoc reliquẽdum theolo-
gis. Sed dictũ hoc ſequitur .D. m. qui allegat
etiam no.in.c.olim.ȷ̃.de iniur.Ex quibus infert
D. m. poſt Bar. & ex ijs quæ dicit glo.hic, dum
dicit, ſine ſatisfactione, ꝙ ſi infirmus dixit ſa-
cerdoti, remitto iniuriã mihi illatã per talem, ꝙ
22 cenſetur remiſiſſe odium, & non † ſatiſfactionẽ.
de quo dic vt latius dicã in.d.c.olim. In gl. fi.in
fi. dic de hoc artic. vt dixi in .c. ad liberandã.in
.27. not.ſ̃. de Iudæ.

## Capitulum .II. Statuimus.

### SVMMARIVM.


1 *Blaſphemantis Deum, vel aliquem ſanctum pœna ponitur.& num.8.& 14.& nu.43.*
2 *Blaſphemiæ publicę abſolutio reſeruata eſt epiſcopo.*
3 *Luat in corpore,qui non habet in ære.*
4 *Sepultura Eccleſiaſtica, quando quis priuari debeat,remiſsiuè.*
5 *Blaſphemans calore iracundiæ,an, & quādo puniatur ita acriter ſicut alij.*
6 *Iracundiæ diſtinctio.*
7 *Peccans in Deum,peccat etiam in Eccleſiam.*
8 *Iudex eccleſiaſticus, & temporalis poſſunt concurrere ad puniendum idem delictum,& duplex pœna imponitur. & nu.44. Et quis eorum iudicum debeat pœnam exigere. nu.45.*
9 *Diſpenſari an poſsit in caſu huius.c.& ſuper qua pœna.*
10 *Miſericordiæ Dei menſuras ponere non poßumus.*
11 *Paterfam. vbi largus, & munificus eſt, non debet tenax eſſe diſpenſator.*
12 *Moneta intelligitur de currente quotieſcunq; ſit de ea mentio in .l. & nu. 24. remiſſiuè.*
13 *Peccatum in Spiritum ſanctum quid ſit.*
14 *Sanguinis pœnam Eccleſia imponere non poteſt.*
15 *Iniuriā grauem, vel leuē æſtimare debemus ſecundum qualitatem perſonæ iniuriatæ.*
16 *Imperatoris lateri aſſiſtens eius priuilegio gaudere debet.*
17 *intellectus .c.ſi quis per capillum .22. q.2.*
18 *Princeps cur ita faciat non eſt quærendū, ſed ei de hoc gratia habenda eſt.*
19 *Contumacia creſcente creſcere debet pœna.*
20 *Pęna de quā ī hoc tex.utrū habeat locū in clerico.*
21 *Si quis dictio, eſt vniuerſalis, complectens maſculum, & fœminam; Clericum, ac laicum. Limita tamen, nu.ſeq.*
23 *Peccat magis, qui magis Deo obligatus eſt.*
25 *Moneta vſualis in vno loco ſi ſit duplex, vna maior, & altera minor, de qua debeat intelligi. & nu. 28. remiſſiuè.*
26 *Solidi legales ſeptuagīta duo faciūt unā librā auri*
27 *Conſtitutiones nouæ debent in quantum poteſt concordari cum prioribus.*
29 *Appellari poteſt à multa, quoniam eſt in poteſtate iudicis; à pœna verò non poteſt; quia in eius poteſtate non eſt.*
30 *Blaſphemare quid ſit, & quæ differentia ſit inter blaſphemare, & maledicere. & nu. 31.*
32 *Blaſphemia eſt verbum iniurioſum. Et an ſit grauiſſimum peccatum. nu.41. remiſſiuè.*
33 *Iniurioſa verba,et cōtumeliæ,an ſint blaſphemia, aut maledictio.*
34 *Statuto ſtante quòd qui blaſphemauit Deum, vel Sanctos puniatur tali pœna pecuniaria, an ſi epiſcopus faciat pacem cum blaſphemo,mitigetur pœna. Vide tū cautelam de hoc nu. 35.*
36 *Remiſſio ſola ſimplicis ſacerdotis in cōfeſſione, an ſufficiat ad mitigationem pœnę dicti ſtatuti. & nu. 39.*
37 *Dei proprium eſt ſemper miſereri, & parcere.*
38 *Eccleſia nunquam claudit gremium redeunti.*
40 *Blaſphemia vtrum opponatur confeſſioni fidei.*
42 *Balſphemare publicè quis dicatur.*
46 *Pœna pecuniaria cur hic ſit adiecta.*
47 *Iudices temporales quanuis nō ſubſint temporaliter Dominio Papæ, tamen in foro ſuo debent iudicare ſecundum canones in eccleſiaſticis, & ſpiritualibus.*


1 STATVIMVS. Hic ponitur† pœna
blaſphemantis Deum, vel aliquē
ſanctum,&.h.d.Primo ponit pœ-
nam iudicis eccleſiaſtici. Secun-
do pœnam ſecularis. ſecunda ibi,per tempora-
lem. Nota primo ibi, Beatam Virginē, ꝙ in
arbitrarijs magis punitur delinquēs cōtra Vir-
ginē Mariam, quàm aliquem ſanctū; Et ratio
eſt in prōptu; quia in ordine ſanctorū primū lo
cum obtinet. Et vide quòd fuit ſanctificata in
vtero. vt no. glo. 25. diſt.c.vnum. §. nunc au-
tem. Et aduerte,quia ex prędictis,& ex ordine
literæ, videtur quòd magis delinquat qui Deū
blaſphemat, quàm qui ſanctā Virginē. Quidā
tñ, vt hic refert Io. And. poſt Hoſti.et etiam vt
ipſemet Io. An. poſt Hoſti. refert in .c. 1. & 2.
.s̃. de cele. miſ. ex deuotione Virginis, cre-
dunt magis peccare blaſphemātem Virginē,
quàm Deū; et deierando per Virginem, quā
per Deum. Sed fortiter errant, atq; delirant.
Quod facit contra quaſdam cōmunitates, quæ
maiorem pœnam imponunt blaſphemanti ali-
quem ſanctum patronum, vel aduocatum, quā
2 Deum. Not.ſecundo, ꝙ abſolutio † illorum
qui publicè præſumpſerunt blaſphemare Deū,
vel ſanctos, ſolum reſeruatur epō; Vnde infe-
rior non poteſt abſoluere. not. glo. in .c. 2. in
ver. reſeruantur. de pœ. & remiſ. lib.6. Quod
procedit vt dixi in publica blaſphemia. Secus
in occulta; quia tunc non imponitur hæc pœ-
nitentia publica; nec eſt caſus reſeruatus epō;
ſed poteſt ab alio ſacerdote abſolui, ſm̃ Hoſti.
Facit tex. à contrario, dum dicit, publicè &c.
Not. tertio ibi, in pœnā aliā cōmutatur. ꝙ nō
3 valens † luere in ære, luit in corpore. De qua
materia dic, vt latiſſimè dixi in.c. ad liberandā.
.s̃.de Iudę. No.quarto caſū, in quo quis priua-
4 tur eccleſiaſtica† ſepultura; videlicet qñ publicè
blaſphemauit Deum, vel aliquem ſanctum, &
in vita noluit pœnitere. Alios caſus habes no-
tatos ſupra de ſepul. c. ex parte. Sed ſi iſte in
extremis vellet pœnitere, dicit Vinc. ꝙ ſi lata
eſſet ſentētia cōtra eū per epiſcopū; non poſſet
ſepeliri in eccleſiaſtica ſepultura; Aliàs poſſet.
& ſequitur Io. An. Sed aduerte, quia arbitror
ꝙ dici poſſet, ꝙ qñ in vita potuit pœnitere, &
non pęnituit; licet in morte pœniteat, & per
conſequens abſolutio non ſit deneganda, nec
etiam corpus Xpi, tñ deneganda eſt eccleſiaſti-
ca ſepultura, per tex. noſtrū, coniuncto tex. &
ijs quæ ibi dixi in.c. 1.in fi.s̃. de tornea. Et vi-
de alium caſum in .c.2.s̃. de rap. Not. quinto
ibi, præſumpſerit, ꝙ pœna huius delicti habet
locum



locū qñ ex præſumptione quis blaſphemat; &
5 ſic ex animo, & ex propoſito; non aūt †calore
iracundię, vel ex ebrietate, ſecundū Abba. Io.
An. & .d. Anto. Dicuntq; tamen, ꝙ tales graui
ter peccant. Et pro hoc dicto facit, ꝙ accenſus
calore iracundiæ, vel vino, neſcit quodāmodo
quid agat. 2.q.3.c. ſi quis iratus. & .c. ſi quem
pęnituerit. §.notādum. Facit.c.de re cre.in.l. 1.
& .c.de iniur. in.l. ſi non cōuitij. ſecundū Goff.
Probatur etiā in.l. 3.ff.de iniur. Et circa id ꝙ di
cunt de ebrietate, vide quæ latiſſimè dixi in .c.
ſi conſtiterit .s̃.de accu. Vnde cōfeſſio facta tē-
pore iracundiæ,non videtur p̄iudicare. Facit.c.
ex literis .s̃. de diuor. Dicit hic. D. m. quòd id
quod dictum eſt de ebrietate, placet ſibi, per.l.
omne delictum .ff. de re mi. dixi in.d.c.ſi con-
ſtiterit. Sed in crimine commiſſo calore ira-
cundiæ,fortè non procederet ſecundum eum;
niſi maximus eſſet calor iracundiæ, & ex iuſta
cauſa prouocatus. arg.l.ſi adulterium.§.impera
tores.ff.de adult. Secus autē ſi ex iniuſta cauſa
erat prouocatus, puta, ex amiſſione facta in lu-
do; ex eo quòd dabat operam rei illicitæ. Facit
15.q. 1.in.c.inebriauerunt.Et maximè iudicio
meo,ſi in ludo ſcacchorum blaſphemaret pro-
pter amiſſionem, cum culpa propria pœna ve-
niat delenda. Sed aduerte,quia Hoſtiē.in ſum.
eod.tit. §.fi.in ver. hoc autem ſecundū Goffr.
dicit, ꝙ putat, quòd contra iraſcentes Deo,vel
ipſum iracundiæ cauſa blaſphemantes, hęc pœ-
na ſpecialiter ſit inducta; quia de facili non ira-
ti,non blaſphemant; & hoc ſatis denotatur in
tex.noſtro,dum dicit, relaxare præſumpſerit.
6 Dicit tamen diſtinguendum † eſſe inter iracun-
diam; & iracundiam; quia poſſet eſſe tanta,ꝙ
demēti ęquipararetur; & tūc non haberet locū
tex.noſter,ſed primum dictum Goff. Et arbi-
tror poſſe figurari exemplum, quando ex ſubi-
to & immēſiſſimo dolore amiſſionis filiorū, vel
ſimili caſu,ex primis motibus quis blaſphema-
ret. Not.ſexto, ibi, nullatenus ingreſſurus, ꝙ
ille qui delinquit contra eccleſiam, non debet
auxilium recipere ab eccleſia; nam ille qui pec-
7 cat in Deum,†peccat etiam in eccleſiā; & ideò
priuatur eius ingreſſu. Simile. 12.q.2.in.c.de
viro.&.17.q.4.c.ſicut.&.c.frater. & quod tra-
ditur in.c.inter alia.s̃.de immu.eccle. Not. ſe-
ptimo caſum,in quo ad puniendum idem deli-
8 ctum poſſunt concurrere† iudex eccleſiaſticus,
& tēporalis; & duplex imponitur pœna, ſpiri-
tualis, & temporalis. Quid autem iuris ſit in
alijs criminibus, vide quod no.Bart.in.l. 1.ff.vi
bon.rapto.& Bal.in.l.nullum.C.de teſti. tradit
D.m. in.c.tua.s̃.de procura. dixi plenè in.c.de
his.s̃.de accu.in quinto membro. Not.octa-
uo, ibi, nullam miſericordiā habiturus, caſum
9 in quo non adhibetur†diſpenſatio. Hoſtiē.ta-
men dicit, quòd etiam ex magna cauſa poſſit
cum tali diſpēſari; vt puta, ſi eſſet perſona mul-
tum honorabilis, & digna, cui nimis magnum
dedecus eſſet publicè pœnitere;& ideò tūc hāc
pœnitentiam magis elemoſinis deberet redime
re. Facit. s̃.de vot. c. 1.& de ſen.excom.c.mu-
lieres.de pœnitē.diſt. 1.c.medicina. & ſequitur
Ioan. Andr. Facit illud Daniel quarto cap. in-
quientis. Cōſilium meum placeat tibi,peccata
tua elemoſinis redime. Et ſic intelligit Hoſtiē.
hic,& videtur ſequi Io.And. quòd tex. noſter,
dū dicit in fi.de miſericordia, referatur ad om
nia peccata. Sed mihi videtur,quòd potius de-
beat referri ad id,quod dixit de.v.ſolidis; quod
patet ex tex.dum dicit, in hoc, & non dicit in
his. Et præterea illud eſt capitulum diuerſum;
vnde videtur ſentire, quòd ſaltem circa iſtam
pœnam.v.ſolidorum, non debeat recipere ali-
quam miſericordiam. Et hoc reperio tenuiſſe
Hoſt.poſt Goff.in ſum.eo.tit. in ver. quid ſi nō
habet, qui voluit,quòd diſcretus ſacerdos mo-
liendo rigorem circa ſuperiorem ſpiritualem
pœnam poterit diſpenſare; nec negabit miſeri-
10 cordiam Dei;quia miſericordiæ Dei†menſuras
ponere nō poſſumus.26.q.6.c.his qui. &.26.
q.7.c. his qui diuerſorum. quoniam vbi pater-
11 familias largus,†& munificus eſt, nō debet te-
nax eſſe diſpenſator; quoniam ſi Deus beni-
gnus,quare eius ſacerdos auſterus vult appare-
re.26.q.7.c.alligant. Conſuluit tamen Hoſt.
ꝙ cum hæc pœna ſit ſatis leuis,quòd epiſcopus
ipſam imponat ſi poteſt. 26.q.7. c.ſacerdos.
Non tamen negat quin ex cauſa valeat diſpen-
ſare,vt dictum eſt. Facit.ȷ̃.de pœnit. & remiſ.
c.ſignificauit. Sed in quinque ſolidis nō debet
fieri remiſſio,vt dixi. Et aduerte, quia ſi talis
blaſphemans etiam quinque ſolidos nō poteſt
ſoluere,debebit talis pœna commutari in aliam
pœnam corporalem.arg.tex.noſtri. in ver. & ſi
nec ad hoc.&.l.ſi.ff.de in ius voc.ſecundū Vin-
cen.& Goff. Vel ſm̃ Abba. debet illos quærere
hoſtiatim; Vel tantum ſeruire iudici, ꝙ ſatisfa-
ciat quantitati prædictæ.arg.c. 1.& eorum quæ
ibi dixi,ſupra de iudę. Et ideò nō minus quin-
que ſolidis debet puniri;cum inter quadragin-
ta, & quinq;, ſit pœna arbitraria cōſideratis fa-
cultatibus. Facit.c. 1.s̃.de deci. Vltimo not.
arg.ex fi. ꝙ vbicunque in lege imponitur certa
12 quantitas monetæ,intelligitur de moneta,†quę
per terram currit,ſeu vſum habet. de quo dicā
in glo.fi. Glo. 1.ſentit quatuor contraria. In
ea. ibi, neque in futuro remittetur, dic, ꝙ hoc
13 nō intelligitur de quolibet peccato† in Spiritū
ſanctum; Nam ſecundum hoc, peccatum con-
tra Deum patrem, aut cōtra Filium non remit
teretur; quia quilibet qui peccat in Patrem,
aut Filium, dicitur peccare in Spiritum ſanctū
largo modo;quia Spiritus ſanctus ab vtroq; p̄-
cedit. Sed illud ꝙ dicitur, quòd non remitti-
tur, propriè intelligitur de vltima deſperatio-
ne;& ſic de eo, qui nullo modo voluit pœnite-
re: vt hic etiam intelligit glo. noſtra. Et de
hac miſericordia vide latius per glo. de pœnit.
diſt. 1.c.poteſt. In ea.ibi,vt non luxurietur cō-
tra naturam.dic quòd ideò hæc pœna à canone
14 non imponitur, quia eccleſia†non imponit pę
nam ſanguinis. vt in.c.ſententiam.s̃.ne cler.vel
mon. Et dicit Inno.quòd eleganter fecit Iuſti-
nianus grauiſſima pęna afficere blaſphemantes
Deum,

Deum,ex perſona iniuriati iniuriam æſtimans.
vt Inſtit.de iniur.in.§.atrox.& infra de ſen. ex-
com.c.cum illorum.& Ariſto.5.Ethico. tradit
etiam glo.noſtra;nec enim debemus diſſimu-
lare eius opprobria, qui probra noſtra deleuit.
vt.ſ̃.de iudę.in.c.in nõnullis. Sed opponitur
contra prædicta, ſi ex qualitate iniuriati debe-
15 mus æſtimare iniuriam†grauem,vel leuem, er-
go longe grauiori pœna deberet puniri blaſphe
mans Deum,quàm reliquos ſanctos, cuius cõ-
trarium hic dicitur. Sol. Hoſt.in ſum. eod.tit.
§.fi.in ver.blaſphemãtes. ſentit quòd hoc ideò
ſit;quia eodem priuilegio Papa voluit gaudere
16 sãctos,& ſocios Dei;Sicut & imperator†voluit
ſocios ſuos,qui ad latus eius ſunt, ſuo priuile-
gio gaudere. vt.l.fi.ff.ad.l.iul.maie. Sed in rei
veritate inter vnum caſum, & reliquum, longa
eſt differẽtia,vt de ſe manifeſtè apparet. In ea
ibi,ſed ſecundum canones;& ibi,ſi quis per ca-
17 pillum;Velle videtur ergo glo. quòd ille † tex.
hodie corrigatur per tex.noſtrum. Sed.D.m.
hic,intelligit illum tex. quando offenſa eſt mul-
tum grauis; quia eſſet blaſphemia valde ſcan-
daloſa. Hoſt.verò in ſum.eod.tit.§.fi. ver.gra
uior etiam pœna, intelligit illum tex. quando
quis propter delictum ſuum efficeretur rebel-
lis Deo,frequentando ipſum delictum blaſphe
miæ:Et intelligit,quòd hic Grego. fecerit gra-
tiam,leuiorem pœnam imponendo ab initio,
cum grauiorem infligere poſſet. Et ſic quare
18 hoc fecerit,†non eſt quærendum; ſicut faciunt
quidam idiotæ. Sed gratia eſt habenda Gre-
gorio.arg.ſ̃.vt eccle.benefi.c.vni. & de æta. &
quali.c.accepimus. Et ſic videtur ſentire Hoſt.
ꝙ inquantum ille tex. videtur velle, dum ſimpli
citer loquitur,ꝙ etiam qui ſemel blaſphemaue-
rit,ſi clericus fuerit,degradetur, ꝙ hodie corri-
gatur per tex.noſtrum:& quòd intelligatur ſo-
lum data delicti reiteratione;Et ratio eſt, quia
tunc debet grauius puniri; quia creſcente con-
19 tumacia, † debet etiam creſcere pœna. vt tra-
ditur.ſ̃.vt lit.non conteſt.c.quoniam.§.fi.& in
.l.nunquam plura.ff.de priua.delict. Sed quę-
20 ro circa prædicta,vtrum pœna, † de qua hic in
tex.habeat locum in clerico. Sol.Hoſtiẽ.& Io.
And.hic, & etiam Hoſt.in ſum.§.fi.ver.ſi quis.
tenent ꝙ non, quantum ad publicam pœniten-
tiam; quia clericus non debet publicè pœnite-
re.50.diſt.c.ex pœnitentibus.ſ̃.de biga.c.1.
Sed aliter ad arbitrium epiſcopi punietur. Et
hoc mihi placet,per tex.ȷ̃.dum dicit,tales debe
re coerceri etiam per temporalem poteſtatem;
ergo non loquitur in clericis; quoniam non
debent puniri à iudice ſæculari, ſed ab eccleſia-
21 ſtico. Non obſtat ſi diceres, ꝙ dictio†ſi quis,
eſt vniuerſalis, quæ complectitur maſculum,&
fęminam,& clericum,& laicum.vt traditur. 17.
q.4.in.c.ſi quis.&.ff.de verbo.ſigni.in.l.1. quia
reſpondeo, ꝙ licet ſit vniuerſalis dictio,tamen
22 ſumitur ſecundum ſubiectam†materiam in qua
profertur; vt not. glo.in.c.præſentium.ſ̃.dę te-
ſtib. Arbitror tamen, ꝙ mulier hac conſtitu-
tione comprehendatur,per tex. in.d.l.1.ff.de
ver.ſig. Sed contra prædicta opponitur, vide-
tur.n. ꝙ grauiori pęna deberet affici clericus,
quàm laicus,ſecundum ea quæ dixi in.c.1.ſ̃.de
cler.venat.nam ex eo ꝙ clericus magis eſt obli-
23 gatus†Deo,magis videtur delinquere. Et ideò
grauiori pœna videtur debere affici, vt ibi dixi.
Sed dic,ꝙ hic alia ratio,quò ad publicam pœni
tentiam,in clerico hoc vetat, propter dedecus,
& vituperationem cleri;vt traditur in.d.c.ex pę
nitentibus.&.d.c.1. Præterea poterit grauio-
ri pœna affici,poſtquàm venit imponenda pœ-
na arbitraria quantum ad hoc,vt.ſ̃.dixi. In ea.
in fi.dic, & in.l.antiqua Leuitici.c.24.dicitur,
qui blaſphemauerit nomen domini, morte mo
riatur. Glo.2.ſuper verbo,ingreſſurus,aſſignat
rationem ad tex.dic vt in ea. Glo.fin. format
quæſt.& ſoluit.In ea ibi,ſi non fuiſſet adiectum,
24 dic de hoc articulo,vt latè traditur per Hoſt. in
ſum.in tit.de iudę.ſub Rubr.de ſeruis iudæorũ.
in ver.ſed cuius monetæ.& ſequẽ. & in ſum.de
contrahen.empt.§.quibus menſuris. ver.& sũt
hæc vera. Sed quæritur circa hoc, quid ſi du-
25 plex ſit vſualis moneta † in loco, vna minor, &
alia maior,de qua debeat intelligi? Et videtur
dicendum quòd de minima, arg. reg.in pœnis.
de reg.iur.lib.6. & l.interpretatione.ff.de pen.
& l.ſemper.ff.de reg.iur. &.ſ̃.de cenſi.c.ex par
te.& hoc ſequitur Hoſt. in ſum. eod.tit.§.fina.
ver.quid ſi diuerſa. Sed fortè dici poſſet; ꝙ de
illa deberemus intelligere,quæ magis conuenit
26 ſolido legali;ex quibus ſolidis.72.† faciũt librã
auri.vt.in.l.quoties.C.de ſuſcep.& Arch.li.10.
Facit.l.vt gradatim.§.& ſi lege municipali.ff.de
27 mune.& hon.quia nouæ†conſtitutiones quan
tum poſſibile eſt,reduci debent ad concordiam
cum prioribus,vt ibi. Quid in contractibus,ſi
28 ſunt variæ ſpecies vſualis monetæ,†etiam einſ-
dem nominis? dic vt latè traditur per Hoſtien.
in.d.c.ex parte.& in.d.l.ſemper. & alijs iuribus
ſupra allegatis. Et in vltimis voluntatibus vide
quod traditur in.l.nummis.de leg.3. Extra gl.
opponitur in eo, ꝙ tex.noſter dicit,pœna mul-
tetur, nam videtur continere repugnantiam,
& ponere oppoſitum in obiecto;quoniã multa
29 eſt in poteſtate iudicis; & ideò ab ea appella-
tur.Sed pęna nõ eſt in poteſtate iudicis;& ideò
ab ea non appellatur.vt in.l.ſi qua pęna. de ver.
ſignifi. Sed Hoſt.in ſum.eo.tit.§.fi. ſuper ver.
pęna multetur,dicit,ꝙ ideò hic apponũtur hęc
duo verba, quia à.40.ſolidis vſque ad.5. dici-
tur multa;cum inter iſtas duas ſummas extre-
mas iudici arbitrium detur; Sed reſpectu iſto-
rum extremorum.i.40.&.5. dicitur pęna,quia
iſta excedere non licet. Facit.l.præuaricatio-
nis.in fi.ff.de præuaricato. & .C.de mo.multa.
in.l.eos qui. Facit quod traditur in.l.& in mul
tis.C.de appellatio. quod ſingulariter notabis.
Sed quero primo pro intellectu tex.& materię,
30 quid†ſit blaſphemare,& vtrũ inter blaſphema-
re,& maledicere ſit aliqua differentia. Sol.Bar.
in.l.item apud Labeonem.§.1.ff.de iniur. di-
cit,ꝙ prout verba referuntur ad Deum, & ad
ſanctos Dei, omne male dictum de eis eſt blaſ-
phemia;



phemia;allegat tex.noſtrum hic,& quod habe-
tur in euangelio Dominicæ paſſionis, quando
princeps ſacerdotum ſcidit ſibi veſtimenta, &
dixit,audiuiſtis blaſphemiam? quia filium Dei
ſe fecit. Et dicit beato Thom.ſecunda.2.q.33.
artic.1.quòd blaſphemare eſt contumeliam,vel
aliud cõuicium conferre in iniuriam creatoris;
Et ſic quo ad Deum blaſphemare, & maledice-
re,ſynonyma ſunt. Sed prout iſta verba refe-
runtur ad homines,in vſu communi differunt;
31 quia† maledicere, eſt dicere aliquod malum de
aliquo de præterito,vel præſenti. Blaſphema-
re,eſt optare malum de aliquo in futuro. & hũc
dicit communem vſum loquendi, quæ notabis
perpetuò. Secundo quæro ſecundum Bart.
32 vtrum blaſphemia ſit verbum † iniurioſum.
Sol.Bar.ibidẽ dicit,ſe putare ꝙ ſic; quia dicitur
contra bonos mores ciuitatis. Item quia tex.
ibi dicit,ad infamiam,vel inuidiam alicuius, &
ſic dum dicit ad infamiam, loquitur de eo qui
malum dicit de aliquo de præterito,vel præſen
ti. Et pro hoc facit glo.penult.in fi.in.c.bonæ.
il.1.de elect.quæ dicit, quòd illi blaſphemaue-
runt legato,quantum in eis fuit; & infamantes
eum fuiſſe pecunia corruptum,falſum dixerũt.
Et in eo quòd ille tex.dicit ad inuidiam, loqui-
tur de eo qui optat malum de futuro propter
inuidiam. Et ex prædictis infertur deciſio no-
tabilis quæſtio. in qua conſuluit.d.Bald. vtrum
ille qui dicit de l'aſino a Dio, vel al diſpetto di
Dio,dicatur blaſphemare; & arguit ipſe quòd
ſic,per ea quæ not. in auth. vt non luxu. & per
.l.1.C.ſi quis imper.male. Finaliter ipſe con-
cludit contrarium; ex eo, quòd communi vſu
loquendi iſta ſunt potius verba iniurioſa,& cõ-
tumelioſa, quàm blaſphemia, aut maledictio,
ſecundum eum,per.l.quoties.§.ſi quis nomen.
ff.de hære.inſtit. ſecundum intellectum Roge.
33 Non enim omnis contumelia eſt†blaſphemia,
aut maledictio; maximè ſecũdum vſum loquen
di in patria Peruſina in talibus ſermonibus ſce-
leratis. Et ita conſuluit Bal. conſ.466. ille qui
dicit,vol.3. Sed mihi nõ placet concluſio ſua,
per iura per eum primo loco allegata, & per ea
quæ.ſ̃.dixi,ſecundum Bart.& ſecundum beatũ
Thomam.& per ea quæ ſtatim notabiliter dicã
in quarta quæſtione. Tertio quæro de nota-
34 bili quæſtione,pone ſtatutum † dicit, ꝙ pœna
debeat mitigari propter pacem;aliquis blaſphe
mauit Deum, vel ſanctos, an pœna pecuniaria
ex forma ſtatuti debeat mitigari ex eo, ꝙ epi-
ſcopus facit pacem cum blaſphemo de blaſphe
mia; Bal. tenet ꝙ ſic, in.l.accuſationem.C.qui
accu.non poſſ. Et mihi placet concluſio ſua,
Pro qua allego quod not.in.c.qua fronte.ſ̃.de
appel.vbi probatur, ꝙ licet offenſa propter quã
quis fuit excommunicatus,ſit manifeſta,tamen
ſi fuit in Deum,abſoluitur præſtita cautione de
parendo mandatis eccleſiæ. Et ſic videtur ca-
ſus ſecundum vnũ intellectũ, ꝙ iudex eccleſia-
ſticus poſſit remittere offenſam factã in Deũ.
35 Et ideò arbitror, quòd eſſet bona † cautela, ꝙ
etiam iſte blaſphemus qui recipit pacem ab epi
ſcopo, faceret apponi in inſtrumento pacis,
qualiter ipſe cauet de ſatisfaciendo mandatis
eccleſiæ. Et ſępius ego obtinui in quæſtione
de facto. Faciunt etiam ea quæ dixi in.q.ſeq.
36 Sed quæro,quid ſi impoſita fuit pœnitẽtia†per
ſacerdotem, & peccatum blaſphemiæ fuit re-
miſſum in confeſſione, an habeat locum bene-
ficium ſtatuti; Bart.in ſimilibus terminis conſi.
167.quòd incipit,Quòd miniſter fratrum.cõ-
cludit ꝙ ſic; dicit enim,quòd ſtante ſtatuto, ꝙ
in Paſcate debeant duo de carceribus relaxari,
ita tamen quòd nullus relaxetur, niſi habuerit
pacem ab offenſo,poterit relaxari blaſphemus
Dei,cui remiſſum fuit peccatum in confeſſione
per ſacerdotem: Mouetur,quia blaſphemando
quis Deum, ipſum offendit; ſed nos videmus,
quòd imperator ei qui ipſum blaſphemat, facit
pacem,& remiſſionem.vt in.l.vni.C.ſi quis im-
pera.maled.ergo multò magis Deus, qui miſe-
37 ricors eſt, & cuius proprium eſt†miſereri ſem-
per & parcere.C.de nupt.l.imperialis. Et hoc
38 eſt, quod lex dicit, ꝙ eccleſia †nunquã claudit
gremium redeunti.C.de ſum. trinit. in epiſtola
Victor.in fi. Et quia venia petentibus indulgen
da eſt.l.fi.in ſi.C.de hæreti. Vnde concludit,ꝙ
cum ſine dubio ſola confeſſione, & remiſſione
39 ſimplicis ſacerdotis,† quis dicatur habere pacẽ
à Deo offenſo per medium ſacerdotis, cum
ipſi Deo eo modo reconcilietur peccator,non
expedit dubitare,quin pax proſit ipſi blaſphe-
mo. Facit quod habetur in epiſt.Pau.ad Heb.
ibi,iuſtificati ex fide pacem habemus cum do-
mino.Et in pſalmo.13.dum dicitur contra non
pœnitentes, infelicitas in vijs eorum, & viam
pacis ignorauerunt. Et ſatis placet mihi prædi
cta concluſio. Faciunt quæ dixi in.c.præced.
Et notabis,quia quotidiana, & vtilia ſunt. Et
aduerte, quia ſi non habuiſſes pacem cum epi-
ſcopo,& cõfeſſus fuiſſes ſacerdoti, & ſtatutum
vellet quòd mitigaretur pęna propter pacẽ,quę
facta eſſet ante inchoatum proceſſum, quòd ſi
confeſſio præceſſerit, quòd probes talem con-
feſſionem per illum ſacerdotem, & remiſſionẽ;
& ſufficit, licet ipſe ſit vnus teſtis, ad plenam
probationem;ſecundum ꝙ in ſimili dicimus in
denuntiatione euangelica,& in correptione fra
terna ſine vllo teſte adhibito in.c.nouit.ſ̃.de
40 iudi. Quarto quæro, vtrum blaſphemia†oppo
natur confeſſioni fidei. Solu. dicendum eſt ꝙ
ſic,ex verbis Apoſtoli ad Timoth.c.1.dum di-
cit, blaſphemus fui, & perſecutor; & poſtea
ſubdit,ignorans feci in incredulitate; & ſic vi-
detur quòd ad infidelitatem pertineat. Vnde
dicit beatus Thom. ſecunda.2.q.13.artic.1.ꝙ
nomen blaſphemiæ importare videtur quandã
derogationem alicuius excellentis bonitatis. vt
in.c.1.ſ̃.eod. & maximè diuinæ, vt hic; Deus
autem, dicit Dionifius in libro de diuinis no-
minibus,eſt ipſa eſſentia bonitatis; vnde quic-
quid Deo cõuenit,pertinet ad bonitatẽ ipſius;
& quicquid ad ipſum non pertinet, longe eſt à
ratione perfectæ bonitatis, quæ eſt eius eſſen-
tia. Quicunque ergo vel negat aliquid de Deo,
quod

quod conuenit ei, vel aſſerit de eo, ꝙ ei nō con-
uenit; derogat diuinæ bonitati. Quod poteſt
dupliciter contingere; vno modo, ſecundum ſo-
lam opinionem intellectus. Alio modo in con-
iuncta quadam affectus deteſtatione. Sicut in
contrario, fides Dei per dilectionē ipſius perfi
citur. Huiuſmodi ergo derogatio diuinę boni-
tatis, ſiue ſit ſecūdum intellectum, ſiue effectū,
ſi conſiſtit ſolum in corde, ſola cordis blaſphe-
mia eſt; ſed ſi exterius prodit per loquelam, eſt
oris blaſphemia: & ſic opponitur confeſſioni
fidei. Et ad tria argumenta, quæ fiunt ibi in
contrarium, reſponde vt ibi per beatum Tho-
41 mam. Vbi etiam vide an ſit mortale, †& an ſit
grauiſſimum peccatum. Quinto quæro, quan-
42 do quis dicatur publicè† blaſphemare. Sol. qn̄
hoc fit in platea, aut in loco publico, aut etiam
in camera, vel loco ſecreto, multis tamen aſtan-
tibus, & audientibus, & epiſcopo referentibus.
Facit. c. præcedens. & j̃. de exceſ. præla. c. inter
dilectos. & c. quàm ſit. & ff. de verb. ſig. in. l. pa-
lam. Dum tamen id confiteatur; vel ſi negaue-
rit, conuincatur; Secus ſi cōuinci non poteſt, li-
cet coram pluribus dixerit; puta, quòd illi ſunt
tales, per quos conuinci non poteſt. vt furioſi,
vel pupilli, ſecundum Hoſtien. Vel ſecundum
eum dicitur publicè, quando eſt vulgatiſſimus
blaſphemus; & ex hoc peccato multos ſcanda-
lizat. 26. q. 6. c. fi. Et quia frequenter hoc com
mittit; Vel eſt notorium in iure, vel facto. Fa-
cit. ſ̃. de coha. cle. & mu. c. veſtra. Et ſic reſidēt
etiam Io. And. & d. Ant. hic. Tu verò ad hoc
ver. publicè, vide latiſſimè quæ dixi in. c. quali-
ter & quando. il. 2. ſ̃. de accuſ. in. 9. artic. princi-
pali. q. 32. Sexto quæro ad intellectum literę,
quibus diebus iſte blaſphemus debeat reficere
pauperes tres, duos, vel vnum. Sol. dic, ꝙ die-
bus dominicis ſecundum Hoſtien. Ioan. Andr.
& docto. quia ipſi aptiores ſunt pauperibus ad
eos reficiēdos; cum nec tunc ieiunandum ſit. de
conſec. diſt. 3. in. c. ne quis. & c. ieiunia. Septi-
mo quæro, qualiter intelligitur tex. in ver. per
43 temporalem. Sol. quidam intelligunt, † quòd
ſi talis blaſphemus nolit agere pœnitentiam de
quá hic, debet ei interdici ingreſſus eccleſiæ, &
carere eccleſiaſtica ſepultura. Et præterea talis
rebellis aliam pœnam temporalem patietur.
Iſte tamen intellectus non placet Hoſtien. in
ſum. eod. tit. §. fin. ſuper ver. per temporalem.
vbi dicit, quòd iſte ver. debet ſic continuari,
dictum eſt ſupra blaſphemum per ſpiritualem
iudicem ſpiritualiter puniendum; ſed quia pro
44 quolibet peccato duplex pœna† debetur, ſpiri-
tualis, & temporalis. de pœnitē. diſtinct. 1. §. 1.
vnde cum talis blaſphemus non debeat effuge-
re pœnam temporalem, & vltionem, ideò dicit
præterea. ſ. præter pœnam ſuperius aſcriptam,
quæ ſpiritualis eſt, & per ſpiritualem poteſtatē
infligitur, imponetur pœna alia temporalis per
temporalem poteſtatem. Octauo quæro, quis
habebit hanc pœnam pecuniariam, de qua hic
in fi. exigere. Sol. quidam dicunt, quòd ſæcu-
45 laris† iudex, & à clerico, & à laico, per tex. no-
ſtrum in fi. dum dicit, inter alia cōitatum ſta-
tuta. Alij tenent contrarium, quòd iudex ec-
cleſiaſticus ab vtroque habebit, cum ſit crimen
eccleſiaſticum. Goff. & Abb. tenent, quòd iu-
dex laicus habebit à laico, eccleſiaſticus verò à
clerico. Ad hoc. c. excommunicamus. ſ̃. de hę
ret. Facit glo. in. c. quia diuerſitatem. ſ̃. de cō-
ceſ. præben. & quod dixi in. c. ita quorundam.
ſ̃. de iudæ. & d. Ant. & Io. And. ſequuntur; Et
mihi placet. Vide etiam Archid. 11. q. 3. in. c.
nullus. abſurdum enim eſſet, quòd iudex ſæcu-
laris multaret, & epiſcopus multam reciperet.
Et ex prædictis not. quòd crimen blaſphemiæ
Dei, & ſanctorum, eſt mixti fori; & eius vindi-
cta pertinet ad vtrunque forum. Hoſt. tamen
in ſum. eod. tit. §. fin. ver. ſed cui applicabitur.
vult, quòd crimen ſit eccleſiaſticum; tamen ex
certa ſcientia Papa ſæculari poteſtati commit-
tit. Pro quo facit quod dixi ſupra in quinta. q.
46 Nono quæro, quare hęc pęna† pecuniaria adij-
citur. Sol. Hoſtien. in ſum. eod. tit. §. fi. ver. ſed
quæritur quare. dicit, quòd ideò imponitur,
quia à pluribus magis timetur. ſ̃. vt lit. non cō-
teſta. c. quoniam. §. 1. ſecundum Goffr. Non
obſtat l. in ſeruorum. in fi. ff. de pœn. quia licet
quęlibet corporalis grauior ſit qualibet pecu-
niaria, vt ibi; tamen ab aliquibus facilius ſuſti-
netur. Sed certè pauci debent rationabiliter
eſſe, qui velint potius corporaliter puniri, quā
ſoluere tàm modicam pecuniæ quantitatem.
Ideò dicit Hoſt. non eſſe faciendam compara-
tionem de pecuniaria ad corporalem: ſed auda-
cter fieri poteſt ad ſpiritualem, de qua pręmiſit;
quia hodie magis timetur pœna quinque ſoli-
dorum, quàm pęna excommunicationis. Vl-
timo quæro, quare mandat Papa hic, poni inter
ſtatuta cōitatum. Solut. dic, ne poſſit allegari
ignorantia; & vt includatur in iuramento pote-
ſtatum, & aliorum officialium, ſeu præſidentiū,
quod ab eis præſtatur. ſ̃. de iureiuran. c. ve-
niens. & in. c. 1. eod. tit. lib. 6. & in auth. iuſiurā.
quod præſta. ab ijs. Et ſi communitas nollet
ponere, compelleretur per epiſcopum. arg.
tex. noſtri, ſecundum Hoſt. dum dicit, & ſi ne-
ceſſe fuerit &c. Et quanquam non reperire-
tur appoſitum, nihilominus temporales iudi-
ces tenentur hoc ſeruare; cum omnes liget. vt
in. c. 1. ſ̃. de conſtit. Ex quo nota, quòd iudi-
47 ces † temporales in eccleſiaſticis, & ſpirituali-
bus etiam in ſuo foro, quāuis nō ſubſint tempo
raliter dominio Papæ, neceſſe habent iudicare
ſecundum canones. ſ̃. de teſta. in. c. relatum. &
de iud. c. clerici. in auth. de eccleſ. tit. §. ſi verò.

## De Clerico Excommunicato, vel Depoſito. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba excommunicato, interdicto, vel depoſito, quid importent, remiſſiuè.*
2 *Excommunicationis duæ ſunt ſpecies, maior, & minor.*





CONTINVATVR
hoc modo, viſum
eſt ſupra in præce-
dentibus tit. de va-
rijs delictis, propter
quę clerici quādoq;
excommunicantur,
quandoq; deponū-
tur, & quandoque
interdicuntur; & quia quandoq;, licet excom-
municati ſint, depoſiti, vel interdicti, claues ec-
cleſiæ contemnunt, celebrando, vel alia diuina
officia adminiſtrando, ſicut prius: & poſſet du-
bitari de pœna eis inferenda ex hoc nouo deli-
cto, ideò ſubijcitur hæc Rubrica. Et aduerte,
quia etiam infra tractabitur de celebrante in lo
co interdicto, vt in. c. poſtulaſtis. j̃. eo. Sed q̄ro
pro intellectu materiæ, quid importent hæc
1 verba† excommunicatio, depoſitio, vel interdi-
ctio. Sol. dic vt dicam. j̃. de ſen. excom. in rub.
vbi melius conuenit. Et eſt aduertendum, ꝙ
in hac materia tria veniunt principaliter exami
nanda. Primum eſt, de pœna talium admini-
ſtrātium. Secundum, propter quas cauſas ex-
cuſentur. Tertium, an cum talibus diſpenſari
valeat, & per quem. Circa primum eſt aduertē
dum, ſicut. j̃. videbimus, ꝙ duæ ſunt ſpecies
2 † excommunicationis, vna quæ appellatur ma-
ior, altera minor. Et de pœna excommunicati
maiori, interdicti, depoſiti, vel ſuſpenſi admini-
ſtrātis traditur. j̃. in. c. 1. 2. & 3. & quaſi per to
tum vſque ad. c. fi. De pœna verò excommu-
nicati minori excommunicatione, cuius mino-
ris etiam duæ videntur eſſe ſpecies, dicetur. j̃.
in. c. fi. De ſecundo verò principali membro, vi-
delicet per quas cauſas excuſentur, traditur in. c.
latores. & in. c. illud. j̃. eod. De tertio, videlicet
de diſpenſatione, videbimus in. d. c. latores. &
c. fraternitati. j̃. eod. Poſtremo de materia hu-
ius rubricæ habes. 11. q. 3. in. c. placuit. & in. c.
pen. & c. accedens. 50. diſt. &c.

## Capitulum. I. Si Quis Epiſcopus.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus depoſitus celebrans excommunicatur, an verò requiratur monitio. nu. 2.*
3 *Character impreſſus à Deo in anima, non poteſt deleri per factum hominis.*
4 *Olim, iam, dudum, & quondam, poſſunt ſignificare tria tempora.*
5 *Excommunicatus non debet ingredi Eccleſiam ſecundum communem.*
6 *Incluſio vnius non eſt excluſio alterius, quando reſultat prauus intellectus.*

1 SI QVIS EPISCOPVS. Clericus
† depoſitus celebrans excommu-
nicatur. h. d. Not. primo, ꝙ non
ſolum epiſcopus, aut pręsbiter
poſſunt deponi, ſed etiam diaconus. Quid au-
tem de cōſtitutis in minoribus ordinibus, Do-
cto. dicunt idem, vt traditur in. c. cum non ab
homine. ſ̃. de iudi. & probatur in. c. ſeq. & hoc
tenet hic glo. 1. Not. ſecundo pœnam clerici
depoſiti adminiſtrantis, quia ab eccleſia debet
abſcindi, hoc eſt excommunicari. An verò re-
2 quiratur monitio† ad hoc, vt poſſit excommu-
nicari? videtur dicendum ꝙ ſic, vt in. c. ſeq. de
quo dicam. j̃. in. c. 3. Not. tertio ex tex. iuncta
rub. quòd licet clericus deponatur, non tamen
3 deſinit eſſe clericus; quia character† impreſſus
à Deo in anima, non poteſt deleri per factum
hominis. Quod facit ad deciſionem. q. de qua
glo. 1. in. c. ſeq. quòd talis conficiat corpus Xp̄i.
4 Not. quarto ibi, dudum, de ſignificato † huius
aduerbij; ponit enim actum de præterito, & ha
bet tacitam abnegationem de præſenti. Quan-
doq; tamen, vt eſt apud grammaticos, iſtæ di-
ctiones, olim, iam, dudum, & quondam, tria tē-
pora ſignificant. Vide quod no. in. c. cum olim.
ſ̃. de off. deleg. & in. l. 1. §. 1. per Bart. ff. de no.
ope. nunt. & in. l. 2. eod. titu. Vltimo not. ibi,
abſcindatur, iuncta expoſitione doctorum, ꝙ
abſcindi ab eccleſia dicitur, qui excōicatur. Ex
5 quo infertur, ꝙ excommunicatus † non debet
ingredi eccleſiam; & hoc tenent communiter* Cōm. op.
docto. & Hoſt. in ſum. eod. tit. §. 1. De conſue-
tudine tamen non ſeruatur; & male, ſecundum
eum, vt ibi. Glo. 1. quærit, & ſoluit. In fi. glo.
dic, & ſic habes ex tex. iuncta hac glo. quòd in-
6 cluſio† vnius, non eſt excluſio alterius, quando
reſultaret abſonus intellectus; quia tunc non ſu
mitur, arg. à contrario, ſed vacat. & idem pro-
batur in glo. ſeq. in princ. iuncto tex. Glo. 2.
quærit, & ſoluit. In fi. dic, vide quod traditur
11. q. 3. in ſum. & in. c. 1. & j̃. de ſenten. excom
mun. c. ſacro.

## Cap. II. Si Quis Præsbiter.

*SVMMARIVM.*

1 *Degradatus, vel ſuſpenſus celebrans, monitus non deſiſtens, excommunicatur; & ſi in pertinacia ſua perſeuerauerit, ad requiſitionem Eccleſiæ per iudicem ſæcularem exilio traditur.*
2 *Degradari poteſt nedum præsbiter, ſed etiam clericus in minoribus ordinibus conſtitutus.*
3 *Monitio non eſt neceſſaria in ſuſpēſione ab officio.*
4 *Excommunicatio nunquam fertur in pœnam; ſed depoſitio ſic.*
5 *Degradatus ab ordine eccleſiaſtico, non propterea eſt excommunicatus, & celebrans ipſo facto non incurrit excommunicationem; ſed ſi præmiſſa monitione perſiſtit in contumacia, debet excommunicari ſecundum communem.*
6 *Suſpenſus ab officio miſſam dicendo, aut exercendo ordines aliquos, incidit in irregularitatem. vide tamen infra nu. 18.*
*Poteſt tamen dicere officium priuatim. vide nu. 19.*
7 *Correctio ſumitur quandoq; pro monitione.*
8 *Monitus non deſiſtens dicitur ex contemptu delinquere.*

9 *Communicans excommunicato maiori excommu-
nicatione incurrit excommunicationem.*
10 *Degradatus non debet tradi curiæ ſæculari, niſi ſit
incorrigibilis.*
11 *Eccleſia habet pœnam exilij.*
12 *Clericus depoſitus, interdictus, vel excōmunicatus
adminiſtrans, an, & quando, & qualiter in-
cidat in irregularitatem, remiſſiuè.*
13 *Degradationi præsbiteri, aut inferioris, quot, &
quales intereſſe debeant, remiſſiuè.
Et quot, & quales in degradatione, ac depoſitio-
ne Epiſcopi, remiſſiuè.*
14 *Degradatus, an ſicuti amittit priuilegium immu-
nitatis perſonalis, ita etiam perdat poteſtatē
conficiendi Euchariſtiam. & cōmunis nu. 15.
quòd poſſit conficere Euchariſtiam.*
15 *Argumentum à contrario ſenſu eſt fortiſſimum
in iure.*
16 *Degradatus ſi reſtituatur per Papam, non debet
ordinari de nouo, licet inſignia ablata reſti-
tui debeant.*
17 *Euchariſtiam conficiendi poteſtas non dependet à
bonitate ſacerdotis, ſed ab ordine, intentione,
& debita actione.*
18 *Delictum non debet alicui patrocinari.*
19 *Degradatus, vel depoſitus, dicendo officium pri-
uatim, non debet dicere Dominus vobiſcum;
quia non eſt verbum priuatæ perſonę.*
20 *Excommunicati etiam laici ingrediendo Eccleſiā,
& non euitando alios, peccant.*

1 SI QVIS PRAESBITER. Degra-
datus, † vel ſuſpenſus celebrans,
monitus nō deſiſtens, excommu-
nicatur; qui ſi in petinacia ſua perſe
uerat, ad requiſitionem eccleſiæ per ſæcularem
iudicem exilio traditur. h. d. Diuiditur, primo
ponit exceſſum, & pœnam. Secundo, illam ag-
grauat. ſecunda ibi, quòd ſi aliquis. Vel poteſt
diuidi aliter; quia primo facit quod dictum eſt;
ſecundo excommunicationis de talibus dupli-
cem ponit effectum. Primus ponitur, & quicū-
que. Secundus eſt, ꝙ ſi aliquis. No. primo ibi,
2 aut alius clericus, ꝙ nedū præsbiter, † ſed quili-
bet clericus in minoribus ordinibus conſtitu-
tus, poteſt ab ordinibus degradari. dixi in. c. prę
ced. Not. ſecundo, ꝙ in certis caſibus clericus
poteſt ſuſpendi ab officio propter crimē; Nec
3 eſt neceſſaria † monitio. vt no. in. c. 1. j̃. de exceſ.
prælat. Et hæc eſt vna differentia inter ſuſpen
4 ſionem, † & excommunicationem, ꝙ ſuſpenſio
ab homine infligi poteſt in pœnam propter cri
men, & propter cōtumaciam. Sed excōicatio
ab homine nō poteſt infligi, niſi propter con-
tumaciam. vt in. c. ſacro. j̃. de ſent. excom. not.
glo. 11. q. 3. in. c. epiſcopi. Et ratio eſt, quià ſi
excommunicatus vult ſe corrigere, incontinen
ti debet reconciliari. vt in. c. ex parte. de verbo.
ſign. Not. tertio, quòd licet quis ſit degrada-
5 tus † ab ordine eccleſiaſtico, non propterea eſt
excommunicatus; & celebrans ipſo facto non
incidit in excommunicationem. Sed ſi præ-
miſſa monitione perſiſtit in contumacia, debet
excommunicari; & ſic requiritur ſententia. Et
hoc communiter* tenēt doct. hic. Not. quar- Cōm. op.
to ibi, aliquid ſibi de miniſterio interdicto, ꝙ
6 ſuſpēſus ab † officio incidit in irregularitatem,
non ſolum ſi celebrat miſſam, ſed ſi exercet, ſeu
adminiſtrat aliquid pertinens ad ordines eccle-
ſiaſticos, etiam minores; Poteſt tamen dicere
officium priuatim, ſeu vt priuatus. vt hic dicit
7 glo. 2. No. quinto, ꝙ correctio † ſumitur quā-
doq; pro monitione. Not. ſexto, ꝙ tunc di-
citur quis ex contemptu delinquere, quando
8 monitus † non deſiſtit. Not. ſeptimo, ꝙ com-
9 municans † excommunicato, incurrit in excōi-
cationem. Quod eſt verū in communicante
excommunicato excōicatione maiori; Secus ſi
de minori. & de hoc in. c. fi. j̃. eod. Not. octa-
10 uo arg. ꝙ degradatus † nō eſt ſtatim tradendus
curiæ ſæculari; Sed ita demum, ſi incorrigibilis
eſt; de quo in. c. cum non ab homine. s̃. de iudi.
dicam latè in. c. nouimus. j̃. de verb. ſignific.
Vltimo not. ex fi. quòd eccleſia non habet pœ-
nam exilij, etiam contra clericum. Sed contra
hoc videtur tex. & quod ibi traditur, in. c. 1. ſup
de calum. & 26. q. 5. in. c. epiſcopi. Et hoc vlti-
11 mum † tenendum eſt. Non obſtat tex. noſter,
quia procedit, quando epiſcopus de facto non
poterat imponere hanc pœnam; vt patet in tex.
noſtro hic, ibi, emendare minimè potuerit.
Sed quærunt hic poſt Hoſt. Io. Andr. & docto.
nunquid iura quæ dicunt, ꝙ depoſitus ab offi-
cio celebrans incurrit irregularitatem, habeant
locum in clericis conſtitutis in minoribus; &
concludunt ꝙ ſic; & ſequuntur. d. Ant. & D. m.
& traditur in. c. 1. de re iudi. lib. 6. & ibi per Io.
And. Et vide quod traditur in. c. 2. de ſenten.
excom. lib. 6. Et circa hanc materiam, an, &
12 quando, & qualiter clericus † depoſitus, inter-
dictus, vel excommunicatus, adminiſtrans inci-
dat in irregularitatem, & generaliter de quoli-
bet violante cenſuram eccleſiaſticam, vide quæ
latiſſimè dixi in. 3. q. princip. per plures, & plu-
res quæſtiones, in ſeptimo membro prin. in. c.
ad audientiam. s̃. de homici. Glo. 1. facit duas
quæſtiones. In ea ibi, adiunctis ſibi alijs epi-
13 ſcopis. quot, & quales requirantur, † in de-
gradatione prę sbiteri, aut inferioris, dic vt ple-
niſſimè dixi in. c. 2. s̃. de re iudi. Quot autē, &
quales requirantur in depoſitione, vel in degra
datione epiſcopi, dic vt latiſſimè dixi in. c. 1. s̃.
de accuſ. In ea ibi. c. accedens. dic, vbi canon
14 degradatum † appellat exprę sbiterū; & ipſum
dicit eſſe deiectum ab ordine ſacerdotij; & ſic
non videtur conficere corpus Chriſti. Ad idē
facit. c. vt conſtitueretur. 50. diſt. ibi, ad cleri-
catum redeat. In ea ibi. 11. q. 3. epiſcopus. dic,
hoc. c. & ſequentia allegata in glo. dicunt ordi-
nem, vel gradum à degradato amiſſum. Ad idē
1. q. 1. in. c. quod quidā. §. opponitur. in princ.
vbi dicitur, quòd talibus nulla remanet pote-
ſtas ſacrificandi. Sed ſoluo hoc vltimum, vt ibi
dicitur. Sed poteſt etiam ſolui, vt alia iura hic
in glo. allegata; videlicet quòd intelligantur ſm̄
Hug. quādoq; de ordine executionis, & quan-
doq;



doq; de ipſius ordinis priuilegio. Facit. 32. diſ.
in. c. præter. §. verum. &. §. ad hoc. In ea ibi,
Roger. dixit, dic, idem tenuit Goff. in ſum. hu-
ius titu. in fi. vt ſtatim dicam. vide glo. 8. q. 1. in
ſum. quæ refert etiam varias opin. In ea in fi.
no. glo. quæ finaliter concludit, ꝙ qualiſcunq;
ſit degradatio, verbalis, ſiue actualis, nō poteſtt
à ſacerdote auferri poteſtas conficiendi corpus
Chriſti. Sed aduerte, quia Hoſt. hic refert, vt
ſupra dixi, quòd Goffr. in ſum. huius titu. tenet
contrarium. Dicunt tñ Hoſt. & etiam Archid.
quòd ipſemet Goff. tenuit contrarium in titu.
de temp. ord. poſt prin. & etiam hic tenet opin.
glo. Sed in depoſito vbique tenet ſimpliciter
opi. Lau. & Tancr. quia ſicut per depoſitionem
non tollitur characteris priuilegium circa im-
munitatē perſonæ, ſic nec characteris poteſtas
circa confectionē Euchariſtiæ; licet ordinis exe
cutio ſit ſublata. Io. verò, & Phi. tenēt op. Lau.
etiam in degradato. & idem Innoc. & Hoſti. &
Cōm. op. cōmuniter* theologi. Et ſic dicit Hoſt. in ſum.
in. §. 1. in fi. quòd ſufficit ad hoc, vt quis poſſit
conficere corpus Chriſti, quòd ſemel ritè fue-
rit ordinatus; vt apertè innuitur. s̃. de ſum. trin.
c. 1. §. vna. à contrario ſenſu, quod argm̄ fortiſſi
15 mū † eſt. l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui man.
eſt iur. Et hanc opi. tenet hic. d. Ant. & D. m. &
Io. And. in. c. degradatio. de pœn. lib. 6. licet ibi
in glo. fi. in fi. inducat illum tex. in contrarium.
In nouella tñ concludit pro prædicta opin. cōi;
16 pro qua allegat, quòd ſi talis degradatus † per
Papam reſtitueretur, non ordinatur de nouo;
licet inſignia ablata reſtitui debeant. Et prædi-
ctam etiam opi. tenet Archid. de conſec. diſt. 2.
in. c. quid ſit. ſuper glo. vbi recitat opin. theolo-
17 gorum, dicens, ꝙ ptās conficiendi † non depen
det à bonitate ſacerdotis, ſed ab ordine, inten-
tione, & debita actione, hoc eſt, verborum debi
ta prolatione; Sed talis degradatus characterē,
& ordinem detinet, ergo &c. Glo. 2. in princ.
declarat tex. & ex declaratione limitat. In ea in
fi. conclude, quòd ſi clericus degradatus, vel de-
poſitus, ſimpliciter acceptat aliquod attributū
ordini, à quo degradatus eſt, aut ſuſpenſus, effi-
citur irregularis. Secus ſi ſuſpenſus ab vno or-
dine acceptaret pertinentia ad inferiorē, vt dixi
in ſeptimo membro princi. in. c. ad audientiam.
ſupra de homic. Item ſecus ſi degradatus ſim-
pliciter acceptaret aliquid acceptabile per laicū,
& illud vt laicus exerceret. Et ex prædictis in-
fertur, quòd degradatus, aut depoſitus, poteſt
officium, & Horas ſuas dicere, vt dicit glo. dū-
modo faciat vt laicus. Quinimò nedum quòd
poſſit, ſed debet, & tenetur; & peccat non dicen
18 do; quia illud eſt oneris. Vnde delictum † nō de-
bet ſibi patrocinari, & præſtare immunitatem.
vt in. c. & ſi neceſſe. s̃. de don. inter vir. & vxo. &
in. l. relegatorum. in fi. ff. de interdic. & relega.
Debet tamen vt dixi, dicere vt priuatus. præte-
rea & priuatim; vt traditur in. c. illud. j̃. eod. &
Hoſt. in ſum. eod. titu. §. 1. Et ſubdit hic. D. m.
quòd ex prædictis ſequitur, quòd talis dicendo
officium, nō debet dicere Dominus vobiſcum;
19 quia non eſt verbum priuatæ † perſonæ. de quo
vide not. per Io. Mo. & poſt eum Ioan. And. in
. c. 1. de ſent. excom. lib. 6. Glo. pen. quærit ad
intellectum literæ. In ea in fi. dic, vel dic, quòd
ſenſus literæ eſt, quòd ſicut clerici excommu-
nicati, vel ſuſpenſi, ingerentes ſe diuinis, debent
aggrauari, ita & laici excommunicati, qui ſe di-
uinis ingerunt, debēt aggrauari; licet enim quis
laicus exiſtat, tamen excōicatus non debet eccle
ſiam ingredi. vt dixi in. c. præce. Sed debet ex-
pelli. 21. diſt. c. cleros. & 25. diſt. c. perlectis. te-
net Hoſt. in ſum. eod. tit. §. 1. Sed vt ipſe dicit,
de conſuetudine non ſeruatur, & male. Quini-
20 mò peccat † taliter excommunicatus, qui alios
non euitat. vt in. c. illud. j̃. eod. Glo. fi. eſt cla-
ra, dic vt in ea.

## Capitulum. III. Clerici.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictus, & excommunicatus celebrans, moni-
tus non deſiſtens, deponitur.*
2 *Irregularitas incurritur abſque ſententia.*
3 *Excommunicatus, ſuſpenſus, & interdictus, an de-
beat ſtatim deponi, quamuis vellit ſe corrige-
re; & an requiratur monitio.*
4 *Excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, an
poſſit à ſolo Papa reſtitui; & an à legato. nu.
5. & an ab Epiſcopo. nu. 12.*
6 *Princeps ſolus ſolutus eſt legibus.*
7 *Multitudinis ratione ſolet quandoque diſpenſari
cum aliquibus.*
8 *Pœnitentiarij Papæ illos qui contempſerunt, non
abſoluunt.*
9 *Pœna duplici nemo debet affici.*
10 *Arbitrium iudicis verſatur multum hodie circa
pœnas imponendas.*
11 *Adulterium eſt crimen depoſitione dignum.*
13 *Glo. 1. in fine eſt communiter recepta.*
14 *Depoſitio alia actualis, alia verbalis.*
15 *Epiſcopus poſt ſententiam dicitur functus eſſe offi-
cio ſuo, ſiue bene, ſiue male iudicauerit.*
16 *Degradatio verbalis, & actualis.*
17 *Deponere qui non poteſt, nec diſpenſare.*
18 *Diſpēſatio iura vulnerat, ſentētia verò conſeruat.*
19 *Capituli conſenſus an debeat accedere, quādo Epi-
ſcopus diſpenſat.*

1 CLERICI. Interdictus, † & excom
municatus celebrans, monitus nō
deſiſtens, deponitur. h d. Not.
primo, quòd excommunicatus,
vel interdictus, celebrans, duplici pœna affici-
2 tur, vna ipſo iure; quia ipſo facto † efficitur irre-
gularis. vt in. c. præced. & in. c. 1. de re iud. lib. 6.
ſecunda, quia debet perpetuò deponi ab offi-
cio, & beneficio, vt hic. ꝙ facit ad infra dicen-
da. Not. ſecundo ibi, diuina officia, quòd ex-
communicatus celebrans incurrit hanc pœnā
per quamcunq; adminiſtrationem diuinorum.
quod intellige, vt dixi in. c. præced. Glo. 1. tria
facit; Primo colligit arg à cōtrario. deinde op-

ponit,& ſoluit. Tertio format quæſtionem, &
arguit pro parte negatiua, & decidit pro nega-
tiua. & ponit opin.Hug. contra quam op.de.c.
epiſcopus.& illud ſoluit. In ea ibi, dictum di-
ſpenſatiuè. dic, vult ergo glo. quòd ſuſpenſus,
3 †interdictus, vel excommunicatus celebrans
diuina officia,debet ſtatim deponi,quanuis ve-
lit ſe corrigere; Et ſic vult, quòd de neceſſitate
non requiritur quòd præcedat monitio. Non
obſtat tex.noſter,quia debet intelligi,quòd hic
interuenit monitio diſpenſatiuè; Et hoc ēt te-
net Hoſt. qui magis clarè dicit, quòd ſi talis nō
eſt paratus ſe corrigere, ſolus Papa diſpenſat;
Secus ſi monitus vult ſe corrigere; quaſi moni-
tio hæc requiratur quò ad poteſtatem diſpen-
ſandi. de quo ſtatim latius in.q.ſeq. Et hoc ēt
voluit Goff.dum dixit,quòd ad hanc diſpenſa-
tionem ſe habilitaret parendo monitioni. Vel
ſecundum Phi.tex.noſter, & ſimiles, loquun-
tur de ijs qui ignorabant ſe ligatos; quo caſu
non deponuntur, niſi moniti non deſiſtant.
Sed tex. in.c.ſeq.& alia ſimilia cōtraria loquun
tur in ſciētibus ſe excommunicatos,vel ſuſpen-
ſos,& immiſcentibus ſe diuinis. In ea ibi, nec
etiam legatus. dic, concludit ergo glo. ꝙ ſolus
4 Papa poteſt † diſpenſare. Et de Papa non eſt
dubium;ſed de inferiore vult,quòd non poſſit;
& ſic videtur contradicere glo. ijs quæ ſtatim
dixerat in prin.dum dixit, quòd tex.noſter lo-
quitur diſpēſatiuè;& tñ loquitur in epo. Quòd
tñ ſolus Papa poſſit,& nō inferior, etiā legatus,
aut ſynodus,tenet Spec. in titu.de diſpenſat.§.
nunc de eporum.ad fin.ver.ſed nunquid poteſt
epiſcopus. Dicit tamen,quòd hoc procedit in
eo qui ſcienter adminiſtrat. Sed ſi ignoranter
adminiſtraret, dicit,quòd talis nullam incurrit
irregularitatem, per.c.apoſtolicæ.j. eod. Et
ſubdit, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare quò
ad pœnitentiam, per tex.in.c.de illis. 11.q.3.
Recitat etiam opin.quorundam qui dixerunt,
quòd in omni excōmunicatione, à qua poteſt
eps abſoluere,poteſt etiam diſpenſare, ſi taliter
excommunicatus celebrauerit, vel ordines ſu-
ſceperit.vt.in.c.præterea.de off.delega. ꝙ dicit
Spec.non eſſe recitatione dignum. Hoſt.verò
hic,vult,quòd ſi talis irregularis monitus,para-
tus eſt deſiſtere,& ſe corrigere, cum eo poterit
ſolus epiſcopus diſpenſare, per.c.fraternitati.
j.eo.fortius ergo & legatus. Pro quo adducit
ſtilum,per quem mandatur,quòd ſi non in con
temptū clauium facit &c.c.2.ſ.eo.&.c.poſtu-
laſtis.j.eod. Quod tamen dicit procedere an-
tequàm talis accuſetur.Sed accuſatione pendē-
te,tenet ꝙ non poſſit. per.c.dudum.j.de priui-
leg.&.c.fin.ſ.vt lit. non conteſt. &.c.at ſi cleri-
ci.ſ.de iudi. Item vult, quòd ſi monitus non
deſiſtat,ſolus Papa diſpenſat; Et ita ſeruatur de
facto.Idem tamen Hoſt.in ſum.in.§.fin.eo.tit.
5 ſimpliciter tenet, quòd etiam legatus†non po
teſt diſpenſare, niſi habeat ſpeciale mandatum.
per tex.1.q.3.c.ſi quis epiſcopus.il.2.&.c.pla-
cuit. Et ſubdit, quòd videtur ꝙ excuſentur, ſi
admoniti deſiſtant,vt hic;&.c.poſtulaſtis. in fi.
j.eod. Dicit tamen illud intelligendum ex di-
ſpenſatione Papæ. Et probatur.63.diſt.ſalo-
nitanæ. &.7.q.1.c.ſi quis præsbiter. 2.q.1.c.
6 quæ de cauſa. Nam ſolus†princeps ſolutus eſt
legibus.25.q.1.§.vlti.& in.l.princeps.ff.de le-
gib.Et hęc vera,niſi rōne multitudinis;propter
7 quam cauſam cum aliquibus poſſet†epiſcopus
diſpenſare. de quo dicetur in.c.ſeq. Sed dicit
hic Io.An. quòd in legatis conſuetudo habet,
quæ tamen plus innititur facto,quàm defenda-
tur à iure. quòd legati de latere diſpenſant cum
irregularibus, qui non ex contemptu clauium
ſe admiſcent diuinis, etiam ſi id facerent ex ſu-
pina ignorantia;vel ſcienter; non tamen ex cō-
temptu. Et poteſt eſſe ratio, quia pœnitentia-
8 rij†Papæ illos qui contempſerunt, non abſol-
uunt.Contra hoc tamen allegat.c.pen.j.eod.&
remittit ſe ad ibi not. Tu verò diſtingue poſt
D.m.quibuſdam additis, quòd aut quærimus
de Papa,& non eſt dubium, vt in.c.illud. &.c.
apoſtolicæ.j.eod. Aut quærimus de inferio-
re,& hoc caſu ſubdiſtingue,quò d aut quæritur
vtrum inferior poſſit liberare, & abſoluere iſtū
adminiſtrantē ab irregularitate iam cauſata, &
dicendum eſt quòd non. ita loquitur.c.1.de re
iud.lib.6.&.c.1.de ſent.excom.lib.6. quæ iura
indiſtinctè volūt ſolum Papam abſoluere poſſe
ab hac irregularitate. Et ita etiam intelligit
Archid.c.ſi quis epiſcopus damnatur. &.c.ſe-
quen.11.q.3. Et ita intelligit etiam glo. præ-
dicta iura.in ver.per ſummum.in.c.1.de re iud.
lib.6. Aut quæritur de pœna depoſitionis im
ponenda per iudicem, & tunc aut monitus pa-
ratus eſt ſe corrigere, & tunc poſſit epiſcopus
cum eo diſpenſare. Nam cum in celebrando
ipſo iure inciderit in irregularitatem., non mi-
rum ſi quò ad depoſitionem imponendam ad-
9 mittitur diſpenſatio; ne duplici † pœna afficia-
tur,cum velit ſe corrigere. Et pro hac opin.al-
lego, quòd hodie circa pęnas imponendas mul
10 tum verſatur†iudicis arbitrium;vt traditur in.l.
hodie. de pœn. & in.l.quid ergo.§.pœna gra-
uior.ff.de his qui not.infam. Item & hoc pro-
11 bo, quia adulterium † eſt crimen depoſitione
dignum, vt traditur in.c.at ſi clerici.§.1. ſupra
de iudi.& tamen ante depoſitionem poteſt epi
12 ſcopus†diſpenſare cum adultero, vt ibi,ſecun-
dum communem* opinio. Non obſtat.c.ſe- Cōm.op.
quens.vbi videtur ſpeciale, vt poſſit diſpenſare
cum multitudine ſupra certum numerum; quia
reſpondeo, quòd epiſcopus ad illud tenetur.
Vel dic,vt ibi dicam. Aut monitus in contem
ptum clauium non vult deſiſtere, & non poteſt
epiſcopus diſpenſare. Nec etiam ſynodus;aut
alius citra ſedem apoſtolicā.11.q.3.in.c.ſi quis
epiſcopus damnatur. &.c.ſequen. &.j.de ex-
ceſſ.præla.c.fina.Et rationem eſſe arbitror,quia
cum perſiſtente in tali contumacia non datur
legitima cauſa,quæ in diſpenſatione requiritur.
Et hanc differentiam inter irregularitatem, &
depoſitionem voluit etiam Hoſtien. in ſum-
ma.§.1. ver. fina. & Archidiaco. in.d.c.ſi quis
epiſcopus. 11.q.3. In ea ibi, cum iniuſtè.
Con-



Concludit ergo glo. quòd non poteſt diſpen-
ſare niſi Papa; Niſi ſententia fuerit iniuſta.
Et idē tenet glo.in.d.c.ſi quis eps.11.q.3. Sed
cum ſententia eſt iniuſta,poteſt etiam eps reſti-
tuere,ſm glo. Et dicit Specu.quòd non eſt ne-
ceſſarium ꝙ reſtituat adiuncto numero epiſco-
porum;ita dicit in tit.de accuſ.§.2.ver.ſed nū-
quid tot. Hoſt. etiam hic intelligit,quòd illud
.c.ſi quis eps.11.q.3.poteſt intelligi,quando in
depoſitione non interuenit debitus numerus
eporum, ſm ea quæ dixi in.c.2.ſ.de re iudi. &
in.c.2.de accuſa. quia poterit emendare ſñiam,
ſm ea quæ dixi in.c.qualiter.il.1.ſ.de accuſa.
Vnde voluerunt Pet. & Abb.in.d.c.at ſi clerici.
quòd illud ꝙ dicimus, quòd eps non poteſt di-
ſpenſare cum depoſito,vel eum reſtituere,pro-
cedit quando diſpenſatio ſaperet miſericordiā.
Sed ſi propter ſententiam nullam, vel propter
abſentiam iuſtam depoſuit,& petit ipſe reſtitui
cōtra ſentētiam,tunc epiſcopus poterit. vt ſup
de re iudi.c.cum Bertoldus. Et ſic reſident Ioā.
And.hic,& d.Ant. D.m.remittit ad not. per ſe
in.d.c.at ſi clerici. Sed tu aduerte, quia licet cū
Com. op. hac glo.communiter*tranſeant Io.An. & doc.
13 in.d.c.at ſi clerici.§.1.& ſit communis†opi. tñ
D.m.allegat ibi alias opi. Glo. enim.2.q.6. in
14 .c.ideò.il.1.diſtinguit,† an ſit verbaliter depoſi
tus,& poteſt reſtituere eps;an actualiter, & nō
poteſt. Alia gl.eſt in.c.ſi quis presbiter.7.q.1.
quæ vult,ꝙ depoſitum ex contumacia poteſt,
ſed non depoſitum ex crimine. Spe.verò in tit.
de legat.§. nunc oſtendendum. ver. nono.poſt
multa videtur concludere, quòd aut nos loqui-
mur de degradatione actuali, aut de depoſitio-
ne verbali. Primo caſu,aut petitur reſtitutio de
iure,quia petens dicit ſententiam latam per fal-
ſos teſtes, vel per falſa inſtrumenta, vel contra
abſentem ex cauſa probabili,vel quid ſimile, &
eps poteſt reſtituere. vt.d.c.ſi quis eps. 11.q.3.
46.diſt.in.c.clericus. Aut de gratia,ſeu diſpenſa
tione,& non poteſt;quia reſeruatur ſoli Papæ;
& hoc caſu intelligit.d.c.ideò. Secundo caſu
in verbaliter depoſito, dicit indiſtinctè ꝙ pōt;
vt in.d.c.at ſi clerici.§.1. Dicit tñ, quòd Guil.
Na.indiſtinctè voluit, quòd eps non poſſet di-
ſpenſare,ſeu reſtituere poſt ſñiam; cum ſit fun-
15 ctus†officio ſuo,ſiue bene, ſiue male iudicaue-
rit.ſup de off.dele.c.ex literis. &.d.§.1. Dicit
tñ, quòd aliqui indiſtinctè contradicunt, per
d.§.1. Sed primum principale dictum eſt ve-
rius.Prædictam etiam ſñiam videtur tenere idē
Spe.in tit.de accu.§.1.ver.præterea. vbi etiam
16 facit differentiam inter verbalem,† & actualem
degradationem.Glo.50.diſt.c.cōtumaces. per
illum tex.arguit, quòd eps poſſit; vide ibi per
eum. In fi.tñ arguit in contrariū. Sed Bar.Bri.
ibi,dicit, quòd ſolus Papa diſpenſat cū ſolem-
niter depoſito.de pœnit.diſt.6.c.1.in fi. Lau.
verò videtur voluiſſe in.d.c.contumaces. quòd
vbi ſñia tenuit, quòd ſi depoſito cōpetit aliqđ
auxilium extraordinarium, quod reſtitutionē
inducat,quòd eo caſu pōt eps reſtituere. Facit
.ff.de mino.l.in cauſæ.§.nunc videndum. Si ve
rò ſñia tenuit, & non competit remediū aliqđ
extraordinarium,vult,quòd ſolus Papa poſſit,
per.c.ideò.2.q.6. Archid. ſe remittit ad nota.
per Specu.in.d.ver.nono. & ſic concludit quaſi
idē quod glo.noſtra. Et glo.in.d.c.ſi quis eps.
11.q.3.quæ vult, quòd reſtitutionem ſapientē
miſericordiam non pōt eps facere;ſed eam quę
innititur iuri ꝓpter iniuſtitiam, vel nullitatem
pōt. quod etiam tenet Lau. & etiam ſequitur
Archid.ibi. Sed Bar.Brix.ibi dicit,quòd ſolus
Papa hodie reſtituit depoſitum; & dicit, quòd
illud.c.ſi quis eps.eſt hodie correctum,& loqui
tur ſm antiqua iura. D.m. in.d.c.at ſi clerici.
§.1.tenet oppoſitum Spe. quòd cum depoſito
verbaliter poſſit diſpenſare;tum quia hoc fauo-
rabile eſt;tum quia permittitur diſpenſare epo
in adulterio;Secus cum depoſito ſolēniter,hoc
eſt actualiter; Et hanc opin. tenet Archid. refe-
rendo Pet.in.c.1.15.q.fina. licet aliud tenuerit
Pet.vt dixi ſup in princ. Vnde ex prædictis pa
tet,quòd hæc quæſtio eſt ſatis dubia: Mihi etiā
non placet,ꝙ depoſitū, etiam verbaliter, iuſtè,
& legitimè poſſit reſtituere;nam cum ipſe ſolus
17 non poſſit † deponere, vt dixi in.c.2.ſup de re
iud.non video quō ſolus poſſit diſpenſare; cum
hæc procedant à pari; aut maior requiratur po-
teſtas in reſtituendo miſericorditer, quàm in
condemnando;ſm ea quæ latiſſimè dixi in.c. cū
te.ſup de re iudi. Et præterea per diſpenſatio-
18 nem vulnerantur† iura; per ſñiam verò depoſi-
tionis iuſtā iura conſeruantur. Vnde arbitror
ita diſtinguendum, quòd aut ſñia eſt nulla, &
hoc caſu ſolus eps poſſit illam declarare nullā.
Aut ſñia eſt iuſtè, & ritè lata quantum ad iudi-
cem,ſed ex aliqua legitima cauſa cōpetit depo
ſito in inte.reſti.petitio,& hoc caſu dico,quòd
epiſcopus ſolus reſtituere poteſt; ſi ſumus in
caſibus,in quibus ſolus potuit deponere,& de-
poſuit. Aliàs autem nō ipſe ſolus,ſed vna cum
alijs qui depoſuerunt, debet reſtituere; iuxta
not.in.c.penult. ſupra de reſtitu.in integ.& per
d.Ant.in.c.paſtoralis.§.quia verò. de offi.de-
leg.& Io.And.in additione Spec. in tit.de exe-
cu. ſenten.§.2.ver.quid ſi mandetur. Aut ſen-
tentia eſt ritè,& iuſtè lata,& quò ad iudicem,&
quò ad partem; ita quòd parti nullum compe-
tit extraordinarium remedium, etiam petitio-
nis reſtitutionis in integr. ex aliqua legitima
cauſa,& hoc caſu arbitror,quòd ſiue loquamur
in depoſito ſolemniter, ſiue in depoſito verba-
liter, non poſſit ſolus epiſcopus diſpēſare; arg.
prædictorum. Et vide latius ad materiam quę
traduntur per. D. m. in d. c. at ſi clerici. §. de
adulterijs.ſupra de iudi.maximè in illo articulo
19 an debeat accedere † conſenſus capituli.

## Capitulum. IIII. Latores.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicati,vel interdicti celebrantes deponi debent; niſi propter multitudinem mitigetur pœna.& nu.2.& 3.8.10.*

4 *Multitudo verificatur in numero, qui eſt ſupra*
*quadraginta. & nu. 12. quod intelligitur ſe-*
*cundum ſubiectam materiam. & ibi idem de*
*paucitate.*
5 *Epiſcopus ſolus an poſſit deponere clericos.*
6 *Pœna fori contentioſi non tollit pœnam fori pœni-*
*tentialis; nec e conuerſo, remiſſiuè.*
7 *Pœnitentiæ ſunt arbitrariæ, & in ipſis debet eſſe*
*diſcretio.*
9 *Diſpenſandi iuſtam cauſam tribuit penuria.*
11 *Principaliores, & concitatores ſunt puniendi; mul*
*titudini verò concitatæ, aut parcendum, aut*
*cum ea mitius agendum.*
13 *Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.*
14 *Cenſura plus dependet à voluntate proferentis,*
*quàm à verbis.*
*Temporalia verò non ita dependent à voluntate*
*iudicis. ibi.*
15 *Spiritualia in dubio interpretanda ſunt in tutiorẽ*
*partem, licet duriorem.*
16 *Suſpenſus alternatiuè, videlicet ab officio, vel be-*
*neficio, an debeat abſtinere ab vtroque, vel à*
*neutro; Et an poſſit petere vt cenſura iſta du-*
*bia declaretur. vide nu. ſeq.*
18 *Epiſcopi ratione multitudinis poſſunt non depo-*
*nere excommunicatos celebrantes abſq; alia*
*diſpenſatione.*

1 LATORES. Excommunicati, † vel
interdicti celebrantes, deponi de-
bent, niſi propter multitudinem
mitigetur pœna. h. d. Diuiditur,
quia primo ponitur narratio, & deciſa ſupplica-
tio. Secundo diſtinguens commiſſio. ibi, fra-
ternitati tuæ; & ſecundum membrum ponitur
2 ibi, ſi verò &c. Not. primo, quòd clericus † ſu-
ſpenſus, vel interdictus celebrans debet perpe-
tuò deponi; nec eſt neceſſaria alia monitio. de
quo in. c. præced. Not. ſecundo, quòd ꝓpter
3 † multitudinẽ, & ſcandalum quod ſequi poſſet,
ſi omnibus ordinaria pœna imponeretur, ſolũ
principalioribus eſt infligẽda; reliquis verò nõ
eſt omnino parcendum; ſed pœna mitiganda.
& de hoc in glo. 2. No. tertio ibi, ſi quadragin
ta, coniuncto ver. ſi verò. ꝙ hoc verbum multi-
4 tudo, † non verificatur niſi in eo numero, qui eſt
ſupra. xl. de quo in glo. 2. in fi. Quarto not. ibi,
5 condemnes. arg. quòd ſolus epiſcopus † poſſet
deponere clericos. Et per hunc tex. refert Spec.
quòd quidam epiſcopus ſolus depoſuit quan-
doq; presbiteros; ſed reprehenſus fuit ab Inno.
qui dixit, ꝙ ille epiſcopus male intellexerat iſtũ
tex. Vide per Spec. in tit. de accu. §. 4. poſt prin.
& ibi Io. An. in addi. ego latè dixi in. c. 3. ſ. de re
6 iudi. Not. quinto, quòd pena † fori contẽtioſi
non tollit pœnam fori pœnitentialis; nec econ-
tra. de quo dic, vt latè dixi in. c. de his. de accuſa.
in quarto membro princ. Vltimo not. ex fi. ꝙ
7 pœnitentiæ ſunt arbitrariæ; & quia in ipſis de-
bet eſſe diſcretio. & de hoc in glo. fi. Glo. 2. in
prin. colligit, deinde opponit quòd parcendum
ſit multitudini. Secundo colligit, ꝙ vltra. xl. di-
cuntur multi. & oppo. & ſoluit. In ea ibi, tunc eſt
ferienda multitudo, dic, vult ergo glo. ꝙ vbi nõ
8 ſubeſt ſcandalum, non eſt parcendum † multitu
dini. Sed contra hoc facit tex. noſter; nam hic
non apparet, ꝙ timeretur aliquod ſcandalũ, &
tñ non puniuntur oẽs, ſed ſolum. xl. Vnde poſ-
ſet etiam quæri, quare Papa taxauit hunc nume
rum. Sol. potes dicere ad vtrunq; ex mẽte In-
no. & Io. An. quòd Papa taxauit hunc numerũ
ex cauſa. ſ. ne ciuitas pateretur defectũ in ſacer-
dotibus, ſi oẽs fuiſſent depoſiti; nam & penuria
9 † tribuit iuſtam cãm diſpenſandi. 55. diſt. c. pri-
ſcis. Ex quo infertur, quòd etiam ꝓpter cãm
10 extrinſecam parcendum eſt † multitudini. Dicit
tñ Seneca in lib. de beneficijs. quòd pudorẽ pec
cati tollit multitudo peccantium; & definit eſſe
ſub ꝓhibitione maledictum. Et not. diligẽter,
11 quòd principaliores, † & concitatores ſunt pu-
niendi. Multitudini verò concitatæ, aut parcen-
dum, aut mitius agẽdum. Quod notabis perpe
tuò ꝓpter ſeditiones, & coniurationes factio-
num, quæ in populis, & contra dños frequen-
tantur. In ea ibi, dñr multi, dic idem not. Ar-
chid. 32. q. 7. c. ſi quis. & not. de conſecr. diſt. 2.
c. relatum. no. glo. 34. diſt. c. vidua. In ea in fi.
12 dic, ꝙ hæc verba † multi, pauci, plurimi, & ſimi-
lia, vario modo accipiuntur. Interpretantur tñ
ſm ſubiectam materiam. Vnde quandoq; mul-
ti dñr duo, vt dictum eſt. Quãdoq; tres, vt in. §.
fi. Inſtit. de iur. per ſo. 67. diſt. c. 1. in tex. & glo.
&. 1. q. 1. c. placuit. ſ. de accu. cum dilectus. &
in. c. inquiſitionis. in glo. fi. Qñq;. x. vt not. in
d. c. diſciplina. 45. diſt. per tex. in auth. de trien.
& ſe. in princ. colla. 3. Qñq;. xiiij. ſ. ne cler. vel
mon. c. 1. Qñq;. xl. vt hic. Et ſimiliter etiam ra
tione ſubiectæ materiæ pauci dñr duo, vel tres.
d. c. cum dilectus. &. c. inquiſitionis. Et qñq;. v.
vt tradit glo. 2. in. c. dilectus. de præben. Qñq;
xxiij. millia videtur eſſe pauci ratione ampliſſi-
mæ prouinciæ. Vnde non ſunt multi anni, qui-
bus recepi literas à fratre meo, quibus nun-
ciabat iam peſtem ceſſaſſe, & ibi paucos mori
in die, cum non morerentur niſi ſex, aut ſeptem
millia in die. Et ideò Hoſt. hic dicit, quòd ſi. xl.
tãtum fuiſſent in diœceſi, Papa hunc numerum
quadragenarium nõ fuiſſet arbitratus fore pau
cos. Glo. 3. fortificat tex. per rationem, dic vt
in ea. Glo. pen. in prin. ſupplet ad tex. deinde
fortificat. Tertio quærit, & contra vltimam ſol.
arguit, & non ſoluit. In ea ibi, quia vnũ ꝓpter
13 aliud, dic, hoc intendit hæc glo. ꝙ vbi duo † ſic
ſe habent, quòd vnũ accedit alteri, ſufficit amo-
uere à principali; quia intelligitur amotum in
acceſſorio. vt probatur in reg. acceſſorium. Et
quia de connexis idẽ eſt iudicium. vt in. c. tranſ-
lato. ſ. de conſtit. dixi in cle. cãm. de elect. In ea
ibi, tantum à beneficio. dic de hoc, vt. ſ. de off.
ord. c. dilectus. In ea ibi, niſi quò ad ſe. dic vt la
tius dixi poſt glo. fi. & doct. in. c. paſtoralis. ſ. de
appel. Et vide ad hoc glo. ſing. in. cle. cupiẽtes.
de pœn. in glo. magna. In ea ibi, accedens, dic
ad idem. ſ. de cler. pu. in duel. c. fi. In ea ibi, ita
credo, dic, idem dicit Hoſt. In ea in fi. dic, hæc
contraria non obſtant ſecundum Hoſt. quia lo-
quuntur



quuntur in temporalibus; hic verò loquimur
14 in cenſura, † quæ plus dependet à voluntate ꝓ-
ferentis, quàm à verbis. vt. ĩ. de ſenten. excom.
c. ſi quem. Temporalia enim non ita dependẽt
à voluntate iudicis. vt probatur. ff. ad munic. in
. l. ordine. §. 1. &. 11. q. 3. c. 1. Item facit, quia
15 in ſpiritualibus † in dubio tutior interpretatio
fienda eſt; licet ſit durior. vt in. c. ſeq. &. c. 1. ſ.
de reſcrip. Vinc. Ioã. & Phi. in. c. poſtulaſtis. ĩ.
eod. dicunt, quòd putant opi. glo. noſtrę ve-
16 ram eſſe inter viuos; † Sed inter mortuos
contrarium; quaſi prælatus voluerit ſuſpende-
re, & non ſuſpendit. arg. l. vni. C. de pecu. eius
qui liberta. Goffr. verò in. c. quanto. ſ. de ma-
giſt. dicit, quòd talis ſentẽtia non tenet. per. l. 3.
C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. D. An. dicit, ꝙ
aut conſtat de intentione ꝓferentis, & illi ſtan-
dum eſt; aut non conſtat, & tutius eſt abſtinere
ab vtroque. Non tamen propter hoc incurrit
in irregularitatem; quia ſententia eſt incerta.
Et hoc placet. D. m. quia licet ſententia cenſuræ
iniuſtæ liget; hoc eſt verũ, quando de ea appa-
ret. Sed hic non apparet an ab officio, vel bene
ficio voluerit ſuſpendere. vnde tutum erit ſm
d. An. quòd petat per iudicem declarari; Et ſi
17 nollet, poterit † adire ſuperiorem per viã que-
relæ, vel appellationis, qui compellat ipſum ad
declarandum; vel reuocet talem ſententiam. Vn
de tutius eſt interim abſtinere. Quidam etiam
voluerunt, quòd aut ſuſpenditur ab vtroque, &
tunc clarum. Aut ab altero tantum, nec appa-
ret à quo, & tunc ſolum à beneficio intelligitur
ſuſpenſus. per. l. ſi præſes. &. l. interpretatione.
ff. de pœn. Sed plus placet opin. d. An. Glo. fi.
eſt clara. In fin. dic, ſed quæro in eo, quod tex.
dicit de ſuſpenſione ad tempus, vtrum hoc epi-
18 ſcopus † debeat agere diſpẽſatiuè. Sol. dic ꝙ.
non; Imò continet ius commune, ex quo hic
exprimitur. Vnde poterunt epiſcopi non de-
ponere, etiam ſine alia diſpenſatione. Et hoc
ſeruat pœnitentiaria, ſecundum Io. And. Simi-
le not. per glo. in. c. eos. de temp. or. lib. 6. &. ſ.
de ſortileg. c. 2. &. ĩ. tit. 1. c. 2.

## Cap. V. Illud Dominus.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus celebrans deponendus eſt, niſi*
*cum eo miſericorditer diſpenſetur.*
2 *Quid ſi per ſolam famam excommunicationis no-*
*titia habeatur. & nu. 7. & 18. & an facilius*
*cum eodem diſpenſetur. nu. 8.*
3 *Epiſcopo nõ licet trãſire ad alium Epiſcopatũ ſine*
*licẽtia Papę: Nec ſufficit ꝙ petatur, niſi obti*
*neatur. Aliàs debet vtroq; priuari. nu. 24.*
4 *Notorium non requirit citationem, neque moni-*
*tionem, ẽt in caſu ferendæ excommunicatio-*
*nis. Amplia etiam in notorijs facti tranſeun-*
*tis, vt nu. 6.*
5 *Epiſcopi tranſitus non poteſt eſſe non notorius.*
9 *Delinquens ſub ſpe veniæ magis peccat.*
10 *Excommunicato prohibetur communicatio acti-*
*ua, & paſſiua.*
11 *Excommunicatus an poſſit communicare cũ alio*
*excommunicato, & ibi quòd non, ſecundum*
*cõem. & ſi monitus non deſiſtat, poteſt denuo*
*excõicari; & cuius effectus ſit ſecunda excom*
*municatio. nu. 13.*
12 *Priuilegij ratione quod facere non poſſumus, mul*
*tò minus facere poſſumus prætextu delicti.*
14 *Peccatum maius eſt agere, quàm pati.*
15 *Excommunicatus celebrans, ſiue ingerens ſe cele-*
*brationi, an, & quando efficiatur irregularis.*
16 *Excõicatus, vel ſuſpẽſus, non ſolũ põt, ſed tenetur*
*dicere horas canonicas, vt priuatus tamen.*
*Ad idem tenetur degradatus.*
17 *Delictum non debet alicui concedere immunitatẽ.*
19 *Fama an inducatur à dicto paucorum.*
20 *Famæ varij effectus, remiſſiuè.*
21 *Excommunicatio ſine monitione, vt ferri poſſit à*
*iudice, an facienda ſit differentia quòd ſit or-*
*dinarius, vel delegatus.*
22 *Iudicis ordinarij non poteſt allegari defectus ptã-*
*tis; delegati verò poteſt ante certificationem.*
23 *Formam nouam non dant ea quæ ſunt de iuſtitia,*
*licet exprimantur.*

1 ILLVD DOMINVS. Excõicatus
† celebrans deponẽdus eſt, niſi cũ
eo miſericorditer diſpẽſetur. h. d.
Sed vt dicit. D. m. ſm hoc, illud. c.
nihil affert de nouo. Ideò ſummat ſic. Si hñs
2 † notitiam excõicationis per ſolam famam cele
brat, debet de rigore deponi, licet cũ eo miſeri-
corditer poſſet diſpẽſari. h. d. Et eſt caſus valde
notab. Diuiditur, quia primo ponitur tranſitus
epĩ Hildeſemẽſis. Secũdo ibi, vnde, ponitur mã
datum factũ delegato, & ipſius executio. Tertio
ibi, ipſe verò, ponitur cõparitio epĩ, recognitio,
miſericordiæ petitio, & excuſatio. Quarto ibi,
licet, ponitur excuſationis impugnatio. Quintò
ibi, cũ eo, ponitur pœnæ remiſſio. No. primo,
3 ꝙ epõ non licet † tranſire ad aliũ epatum ſine li-
cẽtia Papæ: Nec ſufficit petere licentiã, niſi obti
neatur. vt in. c. licet. ſup̃ de reg. & ſup̃ de trãſla.
præl. per totum. Et hic põderatur ꝙ non petijt
licentiã, ad maiorẽ aggrauationẽ delicti. Simile
in. c. cum venerabilis. ſup̃ de cõſue. No. ſecũdo,
4 ꝙ in facto notorio † non requiritur citatio, aut
monitio; Et ſic videtur ꝙ poſſet ferri excõica-
tio abſq; monitione. Vide qđ latius traditur in
. c. cũ ſit romana. ſ. de appel. & in. c. veſtra. ſ. de
coha. cle. & mu. & per. d. An. in. c. ad noſtrã. il 3.
5 ſup̃ de iureiur. Not. tertio, ꝙ tranſitus epĩ † nõ
poteſt eſſe non notorius. Quod qualiter intelli-
gatur, tangitur hic in glo. Et ſic videtur, quòd
6 etiam in Notorijs † facti tranſeuntis, non eſt ne-
ceſſaria ſolemnitas iuris, de qua in. d. c. veſtra.
7 No. quarto, ꝙ habens † notitiã ſententię excõi-
cationis, etiam per ſolam famã, debet abſtinere
ab adminiſtratione ordinum; & etiam à cõione
fidelium. Aliàs peccat adminiſtrando, & com-
municando: & incidit in irregularitatem; Et
eſt caſus valde notab. ſecũdum doct. pro epĩs
qui excõicantur in curia, qui habent notitiam
8 excõicationis ſolum per famã; † ſatis enim eſſe

 videtur,

videtur, ꝙ poſſint per hoc induci in probabilem
dubitationem; quo caſu debẽt abſtinere, & viã
certam eligere. Et non abſtinentes incurrunt
vt dixi, in irregularitatem, ac ſi certi eſſent. Sed
8 facilius † cum eis diſpenſatur, vt hic in fi. quàm
ſi omnino fuiſſent certi. Not. quinto ibi, quia
tamen in dubijs. tex. vt iacet. de quo dixi in.c.
ad audientiam.ſ̃.de homici. No. ſexto, quòd
9 delinquens † ſub ſpe veniæ, magis peccat. Vnde
in ſacra ſcriptura dicitur: maledictus homo, qui
peccat in ſpe. Vnde Hieronimus ad Sillan. in-
quit, nobis non blandiantur pœnitentiũ exem
pla, quæ ſunt infelicium remedia. Et Seneca,
ſic inquit. Et ſi ſcirem Deos ignoſcituros, ho-
mines etiam ignoraturos, dedignarer peccare.
Not. 15.q.1.in.c.merito. Et alibi idem Senec.
in epiſt. 44. ad Lucillum. ſi honeſta ſunt quæ fa-
cis, omnes ſciãt; ſi turpia, quid refert neminem
ſcire. Vnde ſubdit ipſe in moralibus, nullum
peccatorum tuorum cõſcium magis timueris,
quàm teipſum. Alium enim fugere poteris,
ſed te nunquam. Et Cicero. 3. Offic. Si Deos,
hominesq; celare poſſemus, nil tamen auarè,
iniuſtè, aut libidinosè faciendum eſt. Not. ſe-
10 ptimo, ꝙ excommunicato † prohibetur cõio
actiua, & paſſiua. Vnde alij non debent ſecum
cõicare. j̃. de ſentẽ. excom. nuper. 11.q.3. cum
excommunicato. Nec ipſe alijs. Vnde commu-
nicando grauiter peccat; quia videtur excõica-
tionem contemnere, & vſurpare communionẽ
ſibi interdictam, contemnendo claues eccleſię.
Facit. j̃. de exceſ. præla. c. fi. An autem excom
11 municatus debeat † euitare excõicatũ, videtur
ꝙ non; quia ſunt in pari cã. 26.q.6.c.nihil. C.
de inoff. teſt. in.l. in arenam. &.ſ̃. de adul. c. pen.
& fi. Sed communis* opinio eſt in contrariũ,
Com. op. ſecundum Hoſt. & Io. And. Facit. c. pia. de ex-
cept. lib. 6. & c. dilecti. ſ̃. de excep. Quod pro-
12 batur, quia ratione priuilegij † non poteſt quis
communicare excommunicato. vt in.c. nulli. j̃.
de ſent. excom. ergo non debet poſſe prætextu
delicti. Facit. c. & ſi neceſſe. ſ̃. de dona. inter vir.
& vxo. & c. eum qui. de præben. lib. 6. Aliàs eſ-
ſet contra eccleſiam approbare excõicatorum
collegium, contra no. C. de ſacroſ. eccle. in.l. qui
ſub prætextu. &. ſ̃. de hæreti. c. excommunica-
mus. §. quia verò. &. §. ſeq. Imò ſi moniti non
deſiſtant, poſſunt iterum excommunicari. arg.
13 c. fi. in fi. j̃. eod. Et cuius ſit effectus † ſecunda
excommunicatio, vide quod latè dixi in.c. ita
quorundam. ſ̃. de iudę. Not. octauo ex ver. &
14 excommunicatos. ꝙ maius peccatum † eſt in
agere, quàm in pati; quia in agere nõ datur ex-
cuſatio; ſed in pati quãdoq; datur. Not. 32.q.5.
in.c. ita ne. Et hoc eſt, ꝙ vult tex. dum dicit,
poterit non vitari, quaſi dicat, ſm Hoſt. & Ioã.
And. ꝙ ſi communicatur ſibi per vim abſolutã,
in nullo peccat; ſed per conditionalem peccat.
vt in.c. ſacris. ſ̃. quod me. cau. ſed fortius ſi vo-
luntas ſit ſimulata, vel eſſet turbata. vt in.c. Mat-
thæus. ſ̃. de ſimo. Vltimo not. ex fi. ꝙ ſiue ex-
15 communicatus † celebret diuina, ſiue ingerat ſe
celebrationi diuinorum, ſiue faciat coram ſe ce-
lebrari, grauiſſimè peccat, & efficitur irregula-
ris. Et dicit Pet. ꝙ talis excommunicatus au-
diens diuina in eccleſia, incidit in irregularita-
tem. Quod placet Boa. qui tamen vult, ꝙ cum
tali poſſit per epiſcopum diſpenſari, vel per ab-
batem, ſi eſt monachus. Quæ tamen diſpẽſatio
non conceditur talibus, ſi ille in ſuo officio ad-
miniſtraſſet. Abb. dicit, ꝙ magiſter ſuus tene-
bat contrarium; quia intereſſentia celebratio-
ni diuinorum, nihil addit ad excõicationẽ, niſi
minorem excommunicationem. vt in.c. nuper.
j̃. de ſen. excom. ſed ligatus minori celebrans,
non efficitur irregularis. vt in.c. fi. j̃. eo. Goff.
dicit, ꝙ excõicatus non poteſt miſſam cantare;
vel ſacramenta tradere; nec poteſt dicere officiũ
cum alijs in choro, per tex. 11.q.3. in.c. ſi quis
eps̃ damnatur. vbi dicitur, ꝙ ſibi non licet, vt
prius. Io. An. concludit, ꝙ ſolum celebrans effi
citur irregularis. Secus ſi audit. D.m. diſtinguit,
ꝙ aut audit diuina authorizando, vt quia eps̃
ſua authoritate facit coram ſe celebrare, & effi-
citur irregularis. Aliàs ſecus. Facit tex. noſter
in fi. dum dicit, vel ſe celebrationi ingeſſerit. Et
hoc tenet glo. in verbo celebrari, quæ ad hoc al-
legat iſtum tex. in cle. 2. de priuileg. Quam glo.
dicit. D.m. ſemper menti tenendam; quia multi
epiſcopi errant in hoc; quia excõicati faciunt
coram ſe celebrari. Et vide quæ latius dixi in
3. artic. princ. tertij membri princip. in.c. ad au-
dientiam. ſ̃. de homic. Glo. 2. quærit, quõ ſit
notorium epm̃ tranſiuiſſe ad aliam eccleſiam, &
ſoluit. deinde opponit, & ſoluit. dic vt in ea.
In glo. ſuper ver. xx. dies. in fi. dic, ſed quæro, quñ
incipiant currere iſti. xx. dies. Sol. dic, quòd à
tempore præſentationis literarum. Aliàs non
eſſet in culpa. Facit. c. ſuper eo. ſ̃. de appella.
16 Glo. ſuper ver. officia, quærit an excõicatus, vel
ſuſpenſus poſſit dicere horas canonicas, & ſol-
uit. In ea ibi, præter miſſam. dicit. D.m. quòd
glo. nimis incautè loquitur, nã ſequeretur quòd
poſſet exercere alia deputata alicui ordini;
Quod eſt contra. c. 2. ſupra eod. vbi dicit, quòd
non debet attentare aliquid de miniſterio in-
terdicto. Sed mihi videtur, quòd glo. habue-
rit bonum intellectum, dum dixit, non offician
do, ſed quaſi priuata perſona; quaſi ſentiat, ꝙ
tanquam habens illum ordinem non poteſt il-
lud attentare; ſed tanquam priuatus poteſt.
Dicit tamen Goff. quòd ſecreto, non officiãdo
eccleſiam, ſed ſolus legendo, non cantando, &
ſic planè, ita quòd à nemine audiatur, di-
cere poteſt horas canonicas. Hoſtien. verò in
ſum. in. §. 1. dicit, ꝙ excommunicatus maiori
non debet intrare eccleſiam; licet aliud habeat
conſuetudo praua. Excommunicatus igitur
debet abſtinere ab ingreſſu eccleſiæ. Et nedum
horas extra eccleſiam poteſt dicere, ſed ad illas
tenetur, vt dixi in.c. 2. Quinimò arbitror, ꝙ
etiam clericus degradatus tenetur dicere ho-
17 ras. Et hoc probatur, quia delictum † non de-
bet ſibi concedere immunitatem. vt in.l. relega-
torum. §. fi. de interdic. & releg. Facit. ff. de mi
nor. in.l. Papinianus. cum ſimi. Glo. ſuper ver-
bo, in



18 bo in hoc, opponit quòd famę † eſſet credendũ
de excõmunicatione lata, & ſic fuit culpabilis.
19 Glo. ſoluit. Deinde quærit, vtrũ dictum † pau
corum inducat famam, & credendum ſit; ſol-
uit quòd non. contra quod opponit, & nõ ſol-
uit. In ea ibi, ſed dicta paucorum, dic de hoc
articulo, vt latius dixi in.c. qualiter. il. 2. ſ̃. de
accu. artic. 9. principali. q. 22. In ea in fi. Ioan.
An. remittit ſe ad no. in.c. inquiſitionis. in prin.
infra de ſen. ex. D.m. concludit, quòd cum ex
notificatione plurium ſurgit ꝓbabile dubium,
& tractetur de modico pręiudicio ſi abſtinet,
debet abſtinere donec certificetur. Non ob.
tex. noſter, quia non exigit famam præciſè, ſed
dicit ſufficere; licet cõtrarium allegaretur. Vn-
de conclude, quòd qualitercunq; inducatur in
ſuſpicionem, aut dubitationem, debet ipſe ab-
20 ſtinere. Et de varijs † effectibus famæ, dic vt la-
tiſſimè dixi in.d.c. qualiter. in. 9. arti principali
.q. 45. Extra glo. opponitur contra tex. in eo
21 quòd videtur facere differentiam † inter ordi-
narium, & delegatũ; vt ordinarius poſſit exer-
cere ſine monitione, delegatus nõ; obſtat enim
.c. ſacro. j̃. de ſenten. excõm. Sol. dic, ꝙ iſta
fuit allegatio partis; Sed non eſt differentia, vt
dicit Inno. & bene; nam quilibet iudex debet
prius monere, licet teneat excõmunicatio ſine
monitione. vt no. in.d.c. ſacro. Vel fortè ſe-
cundum Hoſti. hic fit differentia inter delega-
tũ, & ordinarium quantum ad hoc, quia in or-
22 dinario † non poteſt allegari defectus poteſta-
tis, ſed in delegato poſſet ante certificationem.
vt in.c. cum in iure. ſ̃. de offi. deleg. Vel ſecun-
dum eum, excommunicatio lata ab ordinario
ſine monitione tenet; Secus in delegato; quia
videtur eſſe contra intentionem delegantis. ar.
c. fi. ſ̃. de præben. Quod dictũ eſt valde ſingu-
lare, ſi eſſet verum. Sed reprobatur; quia ea
23 quæ † ſunt de iuſtitia, licet exprimantur; non
dant nouam formam. Vnde etiam à delegato
valet actus geſtus cõtra illam expreſſionem; vt
ſingulariter voluit Inno. in.c. prudentiam. ſ̃.
de offi. deleg. vbi dicit, ꝙ ſi delegato mãdatur,
vt condemnet Titium Sempronio in centum,
ſi conſtiterit illum obligatum; ꝙ tenet ſenten-
tia condemnationis; licet non conſtet; quia
non fuit plenè probatum; quia hæc ſentẽtia eſt
contra ius partis, & non contra ius ſcriptũ. Et
talia verba non faciunt conditionem, ſed moni
tionem. Ad idem. c. licet. ſ̃. de offi. ord. Circa
quod vide glo. ſingularẽ, & ꝙ ibi dixi, in cle. 1.
de iure patro. Item non placet dictum Hoſti.
quia ſequeretur, ꝙ ſententia iniuſta à delegato
lata contra mentem delegantis, quæ ſemper
intelligitur eſſe vt fiat iuſtitia, non valeret;
quod tamen eſt falſum. Vltimo opponitur cõ-
tra finem literæ, in eo quod Papa dicit, facien-
tes miſericordiã, quia videtur ꝙ nullam miſeri
cordiam fecerit; qm̃ priuauit iſtũ epm̃ vtroq;
epiſcopatu. vt in.c. pe. ſ̃. de tranſla. præla. ꝙ
loquitur de hac eadem facti contingẽtia. Sol.
illa eſt pęna temerarij trãſitus, in quo nulla erat
24 excuſatio; & ideò debuit † priuari habito, &
ambito. Sed hic Papa miſericordiã fecit reſpe-
ctu depoſitionis ab ordine, quam debebat pa-
ti. vt in præced. c. etiam ideò iſte remanſit epi-
ſcopus, ſiue epiſcopatu.

## Capitulum. VI. Fraternitati.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus celebrans à beneficio ſuo depo-nitur. Et etiã ſine monitione, remiſſiuè nu. 3.*
2 *Excommunicatio poteſt ferri ab homine propter crimen, interueniente tamen contumacia.*
4 *Epiſcopus ſolus poteſt diſpenſare cum eo, qui excõ municatus celebrauit.*
5 *Poſſum verbum, inducit facultatem, non neceſſi-tatem.*
6 *Depoſitio ab ordine requirit numerum Epiſcopo-rum. Depoſitio verò à beneficio conſilium capituli.*

FRATERNITATI. Excommuni-
1 catus † celebrans à beneficio ſuo
deponitur. h.d. Cõmunis diuiſio.
Secunda ibi, præsbiteros. Nota
primo ibi, alios clericos, quòd pœna priuatio-
nis de qua in hoc tex. nedum habet locum in
præsbiteris excõmunicatis, ſed etiam in cleri-
cis inferiorum ordinum. Quinimò etiam in
laicis. Vide quæ latiſſimè dixi in.c. ad audien-
tiam. ſup̃ de homic. in ſexto mẽbro principali.
Not. ſecundo ibi, pro ſuis exceſſibus, ꝙ etiam
2 ab † homine poteſt ferri excõmunicatio pro-
pter crimen; Quod tamen intellige, interue-
niente contumacia criminoſi; Et ita intelligi-
tur tex. in.c. epiſcopi. 11.q.3. Et ita debent
intelligi oĩa alia ſimilia iura. Facit ꝙ no. in.c.
ex parte. il. 1. j̃. de ver. ſig. Not. tertio, quòd
3 excõmunicatus † celebrans poteſt deponi, ſi-
ne alia monitione, per id quod dixi in.c. lato-
res. ſup̃ eod. Not. vltimo ibi, poteris, argu.
4 pro illa opi. quòd ſolus epiſcopus † poteſt di-
ſpenſare cum deponẽdo, ex eo quòd excõmu-
nicatus, vel ſuſpenſus diuina miniſtrauit officia;
5 Hoc ſignificat verbum poteris, † quod indu-
cit facultatem, non neceſſitatem. vt in.l. non
quicquid. ff. de iudi. dixi in.c. clerici. ſ̃. eo. In
gl. fi. ibi, deponere, dicit Io. And. ꝙ fortè tex.
hoc omiſit, quia numerus epiſcoporum qui re-
quiritur in depoſitiõe ab ordine, de quo latè di-
xi in.c. 3. ſ̃. de re iudic. non poteſt de facili ha-
6 beri. ar. c. 1. de hæret. lib. 6. Qui numerus † non
requiritur in depoſitione à beneficio; licet re-
quiratur conſilium capituli. vt in.c. quãto. & c.
nouit. ſ̃. de his quę fi. à præla. Et ideò hic Papa
dixit de hac pœna faciliori. Sed poteſt ẽt ferri
depoſitio ab ordine. vt in.c. latores. ſ̃. eo. Si-
mile habetur in.c. ſequen. in fin. j̃. eod.

## Capitulum. VII. Poſtulaſtis.

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficij facta excommunicato nõ tenet. & no.*

*& nu.5. & nu.8. & ſcienter tali conferens*
*à beneficiorũ collatione ſuſpenditur. & nu.7.*
2 *Celebrantis in loco interdicto pœna, & quòd talis*
*efficiatur irregularis, & ineligibilis actiuè,*
*ac paſsiuè, nu. 10.*
3 *Antecedens cui denegatur, denegandum eſt etiã*
*conſequens.*
4 *Contractus geſtus cum excommunicato non valet*
*quò ad ipſius commodum.*
6 *Excommunicatus non poteſt ſalua conſcientia re-*
*tinere ſine diſpenſatione beneficiũ ſibi, dum*
*eſſet excommunicatus, collatum, vide nu. 22.*
9 *Puniri quis debet in eo, in quo delinquit.*
10 *Abſolutio irregularitatis celebrãtis in loco inter-*
*dicto eſt reſeruata Papæ.*
11 *Excommunicato vt auferantur beneficia habita*
*ante excõicationem, an requiratur perſeuerã*
*tia in excõmunicatione, & quãta, & nu.14.*
12 *Hæreſis præſumpta ex quanta in excommunica-*
*tione perſeuerantia inſurgat.*
13 *Contumacia ſola facit quem præſumi nocentem,*
*licet non ſufficiat ad condemnationem.*
14 *Confeſſio ficta non debet plus operari quàm vera.*
15 *Diſpenſatio de aliqua re, ſi nõ dictum ſit per quem*
*fieri debeat, an, & qñ, poſſit fieri ab epiſcopo.*
16 *Abſolutio ab excommunicatione quãdo eſt reſer-*
*uata Papæ, an ſolus Papa poſſit diſpenſare.*
17 *Diſpenſare non poteſt qui peccauit in eo, ſuper quo*
*petitur diſpenſatio; licet aliàs potuiſſet.*
18 *Epiſcopus diſpenſare poteſt circa beneficium quod*
*conferre nõ poteſt, dummodo à Papa nõ fue-*
*rit collatum. nu. 19.*
*Authoritatem quoq; interponere poteſt permu*
*mutationi beneficiorũ ad alios ſpectãtiũ. ibi.*
20 *Ordinatus à Papa in ordinibus minoribus, nõ po-*
*teſt ab inferiori ad maiores ordines ꝓmoueri.*
21 *Epiſcopus quãdo poteſt diſpenſare ſuper retentio-*
*ne beneficiorum, non poteſt diſpenſare ſuper*
*executione ordinum receptorũ tempore ex-*
*communicationis.*
23 *Epiſcopi iudex eſt Archiepiſcopus, & Archiepi-*
*ſcopi Phatriarcha.*
24 *Excommunicatio iniuſta ligat quò ad nos, & ſi*
*continuatur ligat etiam quò ad Deum.*

1 POSTVLASTIS. Collatio† bene-
ficij facta excõmunicato non te-
net; Et collator qui ſcienter ex-
cõmunicatis confert, à beneficio-
2 rum collatione ſuſpenditur. Et celebrans † in
loco interdicto, ſi eſt clericus ſecularis, bene-
ficijs priuatur; ſi eſt monachus, in arctius mo-
naſteriũ detruditur. h. d. Diuiditur, quia primo
ponitur deciſa cõſultatio. ſecũdo reſp. ibi, cõ-
ſultationi, Secunda ſubdiuiditur in tres partes,
ſicut tria ponit dicta. ſſm ibi, illi verò. tertiũ ibi,
quæſiuiſtis; quod habet duo membra, & ſecun-
dum mẽbrum ponitur ibi, monachi verò. No.
primo, quòd cum cõmunio ex toto denegan-
da ſit excõmunicato, per conſequens non po-
teſt tali beneficiũ conferri; quia talia non poſ-
ſunt fieri, aut in beneficijs adminiſtrari ſine cõ
3 munione; Et cui denegatur† antecedens neceſ-
ſarium, etiam denegatur conſequens, & omne
id, per ꝙ deuenitur ad denegatum, vt in. l. ora-
tio. ff. de ſponſa. & in reg. cum quid vna via. de
reg. iur. lib. 6. Et ex hoc videtur inferendum,
4 quòd contractus † geſtus cum excommunica-
to, quò ad ipſius commodum non teneat. de
quo per Hoſti. in .c. veritatis .s̃. de do. & cõtu.
dicã latius in .c. ſi verò .j̃. de ſen. excom. No.
5 ſecundo, ꝙ excõicatus † non eſt capax bene-
ficij; Vnde collatio ei facta non tenet; quia nõ
eſt canonicè facta; et per conſequens nõ poteſt
6 illud ſalua † conſcientia retinere; niſi cum eo
diſpenſetur, vt hic, & in .c. 1. de re. iur. lib. 6.
Et ſic ſequitur, ꝙ diſpenſatio fieri poteſt vbi
collatio non tenuit. No. tertio ibi, illi verò,
7 de pœna † inferenda conferenti beneficium ex-
communicato; quia ſi ſcienter fecit, ſuſpendi
debet à collatione beneficiorum. Nec requi-
ritur alia monitio. Et ſic ſumus extra caſum .c.
graue .s̃. de præben. Tales etiam incurrunt pœ
nam de qua in .c. cum in cunctis .s̃. de elect. Si
verò ignoranter fiat, nõ punitur aliqua pœna .c.
fi. j̃. eo. & in .c. cũ dilectus .s̃. de cõſue. & in tex.
noſtro à contrario. Sed in quantum reſpicit
8 fauorem Beneficiati, collatio † nõ tenet; quia
quantum ad eum, non eſt differentia inter pu-
blicum, & occultum excõmunicatũ; ſiue non
excõmunicatus gerat actum cum eo, ſiue ipſe
excommunicatus gerat actum cum alio; niſi
ratione publici officij. vt not. in .d.c. cum dile-
ctus. tradit Io. An. in .c. 1. de reſcrip. lib. 6. No.
quarto ibi, puniantur in quo delinquere præ-
9 ſumpſerunt, ꝙ debet † quis puniri in eo in quo
delinquit. concor. c. literas. ſup. de tempo. or.
Not. quinto, ꝙ diuina non poſſunt celebrari in
loco interdicto; in quo dic vt hodie habetur in
.c. fi. de ſen. ex. lib. 6. Vltimo no. ꝙ celebrans in
loco interdicto, debet ſpoliari bñficijs. Et ẽt ef-
10 ficitur irregularis; A qua irregularitate † per ſo-
lum Papam abſoluitur. dixi in .c. clerici. ſupra
eo. tit. Et efficitur ineligibilis actiuè, & paſſi-
uè. vt in .c. is qui. de ſen. ex. lib. 6. Glo. ſuper
ver. retinere, quærit, & ſoluit. In fin. dic, hæc
glo. ſimpliciter intellecta nõ eſt vera; quia cõ-
tra tex. in .c. 1. ſupra de iudi. & contra tex. no-
ſtrum à contrario ſenſu. Sed glo. debet intel-
ligi ſecundum diſpoſitionem .c. cum bonæ. al-
legati in glo. Videlicet, quãdo quis perſeuera-
uerit in excõmunicatione per trienniũ; quo ca
11 ſu poteſt † priuari beneficijs iam habitis; quia
ex hoc nouo delicto inſurgit quędam præſum-
12 ptio contra eum quaſi † hæreſis; cum tan-
to tempore claues eccleſiæ contempſerit. vt in
.c. fi. j̃. de pœn. Quidam tamen voluerunt in
.d.c. cum bonæ. ꝙ ſufficiat ꝙ ſteterit in excõ-
municatione per annum. per .c. rurſus. & .c.
quicũq; 11. q. 3. Et hoc ſentit gl. fi. in .d.c. 1. s̃.
de iudi. & ibi, vide .D.m. qui varias opiniones
recitat, & tãdem ponit opinionẽ ſuã, quæ mihi
multum placet. Videlicet aut cauſa propter
quam quis erat excõmunicatus, erat digna pri-
uatione ipſo iure, & per lapſum anni priuatus
erit ipſo iure; & ratio eſt in prõptu, quia poſt



lapſum anni nulla vox eorum debet audiri. vt
in .d.c. rurſus. & .c. quicunque. quæ nihil di-
cunt de priuatione beneficij; ſed ſimpliciter ꝙ
nulla vox eorum penitus audiatur. Et ſic in-
terpretatione iuris habentur pro confeſſis, &
conuictis. Et ideò, quia ibi verè confeſſus, fuit
priuatus ipſo iure; eadem ratione & hoc caſu
debet eſſe priuatus. Et inſurgit hæc tacita cõ-
feſſio, & conuictio ex .c. nullus. ſup. de p̃ſump.
& .c. cum contumacia. de hæreti. lib. 6. Nam
13 ex ſola † contumacia quis præſumitur nocens,
& quaſi confiteri; licet illa confeſſio non ſuffi-
ciat ad condemnationem. vt not. in .d.c. nul-
lus. Sed ſecuta poſtea excõmunicatione, & da-
ta perſeuerantia per annum, augumentatur illa
præſumptio, & efficitur vehemens. vt d.c. cum
contumacia. Et illa tunc ſufficit ad priuatio-
nem, vel condemnationem. vt in .c. 2. ſup̃ de
præſump. Et hoc voluit glo. in .d.c. cum con-
tumacia. etiam in alijs criminibus ab hæreſi;
Et optimè probatur ibi; quia ſi propter hoc
in hęreſi habetur pro cõuicto poſt annũ, in quo
crimine non ꝓceditur de facili ex pręſumptio-
nibus, vt in .c. literas. de præſumpt. fortius hoc
dicendum eſt in alijs criminibus. Aut delictũ
erat dignum priuatione per ſententiam, & tunc
per lapſum anni non erit priuatus ipſo facto;
14 ſed neceſſaria erit ſententia; quia non † debet
plus operari ficta confeſſio quàm vera; Vnde
ſicut ſi verè confeſſus fuiſſet, neceſſaria fuiſſet
ſententia; ſic & fortius hoc caſu. Aut illud cri-
men, propter ꝙ fuit excõmunicatus, non indu-
cebat priuationem ipſo facto, nec præſtabat fa-
cultatem priuandi per ſententiam, quia paruũ
erat. 16. q. 7. inuentũ. & tunc non erit priuatus;
nec priuandus per ſententiã poſt lapſum anni;
ſed imponetur pœna arbitraria, ac ſi fuiſſet ve-
rè confeſſus. Et hoc procedit quando pœna
pro illo delicto nõ eſſet in iure expreſſa; Sed ſi
fuiſſet expreſſa, illa imponeretur. Nec obſt. ſi
diceretur, quòd ex hoc nouo delicto, quia tan-
to tempore ſtetit in excommunicatione, debet
puniri; quia ſufficit ꝙ propter hoc habeatur
pro confeſſo; Non enim debet pœna puniri.
vt in .c. at ſi clerici. s̃. de iudi. Nec pœna debet
procedere ex pœna, vt in .c. quia diuerſitatem
.s̃. de præben. not. glo. in reg. imputari. lib. 6.
Aduerte tamẽ, quia ſi poſt lapſum anni adhuc
indurato corde perſeueraret in excommunica-
tione per biennium, ex hoc delicto contracto
poſtquam habitus fuit pro confeſſo, quia non
caret ſcrupulo hæreticæ prauitatis, poterit pri-
uari beneficijs. Et ſic poteſt intelligi .d.c. cum
bonæ. vbi ponderatur, quòd per triennium ſte-
terat in ſuſpenſione; non enim ſufficiebat ſolus
annus. Item aduerte, quia prædicta procedũt
in his qui fuerunt excõmunicati propter cau-
ſam criminalem, ſiue fuerit criminaliter, ſiue ci
uiliter intẽtata. Secus in mera cauſa ciuili. vt eſt
glo. ſingula. in .c. contingit .s̃. de do. & contu.
Glo. ſuper ver. diſpenſatum; quærit, & ſoluit.
In fi. dic, no. hanc glo. quæ ſingulariter vult, ꝙ
15 vbi à iure permittitur diſpenſatio, † nec dicitur
per quem, intelligitur permiſſa epiſcopis. Et
idem tenet glo. in .c. in quibuſdam .j̃. de pœn.
& in .c. excõicamus. de hære. l. di. in ſum. & .c.
miror. tenet ſingulariter Inno. in .c. dilectus.
de temp. or. De qua materia vide etiam per Io.
An. in .c. 1. de ſup. negli. præla. & latiſſimè
per .D.m. in .c. at ſi clerici. §. de adulterijs .s̃.
de iudi. Et hoc generaliter. Sed quantum ad
terminos tex. noſtri, dic, ꝙ idem tenuit Goff.
hic, & Spe. in ti. de diſpenſat. §. nunc de epiſco
porũ. ver. 16. Refert tñ ibi Io. de Deo. tenen-
tem, quòd ſolus Papa poſſit. Quod non pla-
cet ibi Spec. per .c. cum bonæ. de æta. & qua. &
ibi glo. Alij verò dicunt, ꝙ per conciliũ pro-
uinciale, ſeu per proprium Patriarcham. ar. c.
graue .s̃. de præben. Et hoc primo ſentit Hoſti.
16 ſed tãdem diſtinguit, Quòd aut abſolutio † ab
excõmunicatione erat reſeruata Papæ, & ſolus
Papa poteſt diſpenſare. Aut concedebatur ẽt
epiſcopo, & ſolus epiſcopus poterit diſpenſare.
ar. c. paſtoralis. de offi. deleg. & .c. à nobis. il. 2.
de ſenten. excom. Compoſtella in .c. ꝙ ſicut.
de elect. dicit, ꝙ excommunicatus non tenetur
cedere beneficio; quod eſt expreſsè cõtra hãc
decretalem ſecundum .d. An. D. m. putat ar-
gu. glo. noſtræ, quòd poſt abſolutionem ab
excõmunicatione à quocunq; factam, epiſco-
pus poterit diſpenſare; Dummodo non ſit ille
idem epiſcopus, qui ſcienter contulit; quia cũ
17 ipſe peccauerit † in conferendo, non eſt dignus
hac poteſtate; Sic in ſimili in epiſcopo ſimo-
niaco. 1. q. 5. c. præſentium. Et plus vult. D. m.
ꝙ interueniente diſpenſatione epiſcopi, non
requiritur alia collatio; Et ſic poteſt epiſcopus
18 diſpenſare † circa beneficium, quod conferre
non poteſt. Sicut dicimus in ſimili, quãdo im-
19 ponit authoritatem permutationi † beneficio-
rum ſpectantium ad alios, ſecundum nota. in
.c. quæſitũ .s̃. de re permut. & in cle. 1. eo. titu.
Sed ſi collatio fuiſſet facta per Papam, fortè in-
ferior non poſſet diſpẽſare; ex quo Papa ſemel
manum appoſuit. Sicut dicimus in eo quem
20 ipſe ordinauit, † quòd alius inferior ſine
ipſius licentia non poteſt ipſum ad ſuperiores
ordines promouere. vt in .c. cum in diſtribuen
dis .s̃. de temp. ord. Item aduerte, quia licet
eſſemus in caſu, in quo poſſet epiſcopus diſpen
ſare ſuper retentione beneficiorum, non tamẽ
21 diſpenſare † poſſet ſuper executione ordinum
receptorũ tempore excõmunicationis. iuxta
not. in .c. cum illorum. j̃. de ſen. exco. Et vide
ad p̃dicta quod tradit Io. An. in .c. ſi verò. j̃. de
ſen. ex. Dicit tamen Hoſti. hic, quòd licet ex-
22 communicatus † occultus non poſſit acquirere
beneficium, tamen interim pendente dubio po
teſt retinere, donec ſit iudicatum. Glo. ſuper
ver. mereantur, querit, & ſoluit. In fi. dic, ſed
hic inſurgit dubiũ, quis erit iſte ſuperior in im-
ponenda ſuſpenſione, & in tollenda poſtea in-
flictam. Sol. quidam vt Hoſti. dicunt, ꝙ con-
cilium prouinciale. per .c. graue .s̃. de præben.
imponet ſupenſionem; & diſpenſatio de qua
ſequitur, fiet per Papam, vel per proprium Pa-
triarcham,

triarcham. ſecundum Io. An. hic; qui dicit nõ
eſſe locum illi decretali, cuius pœna locum ha-
bet poſt binam monitionẽ; quæ monitio hic
non requiritur. vt dixi in notabilibus. Conclu-
dit igitur, tenendum eſſe quod dicit glo. Aliter
tamen non declarat quis erit iſte ſuperior, nec
etiam doc. D. m. dicit, quòd ſi collatio iſta il-
legitima, fuit facta per inferiorem epiſcopo, ſu-
23 perior erit epiſcopus; Si per epiſcopum, † Ar-
chiepiſcopus; ſi per Archiepiſcopum, Patriar-
ca. Facit 18. q. 2. c. ſi quis abbas. & ꝙ not. in
.c. ſacro .j. de ſen. ex. 10. q. 3. in. c. quia cogno-
uimus. & in .c. præſenti. in fi. de offi. or. lib. 6.
& quod not. Io. An. in .c. vt litigantes. eod. ti.
& libro. et in. d. c. graue. Glo. pen. quærit, &
ſoluit. In fi. dic, & ratio eſt, quia excommuni-
24 catio † etiam iniuſta ligat; etiam quò ad nos. vt
in. c. cũ contingat .ſ. de off. deleg. Et licet non
liget quò ad Deum, in quantum tamen ipſe ex-
communicatus eam cõtemnat, ligat etiam quò
ad Deum. vt in .c. per tuas .j. de ſen. excom.
Vnde fruſtra dicit illam iniuſtam, ex quo eam
contempſit.

## Capitulum .VIII. Propoſuit.

*SVMMARIVM.*

1 *Collatio beneficij facta illi qui prius fuit excõica-
tus, valet, ſi tẽpore collationis erat abſolutus.*
2 *Legatus de latere poteſt cõferre canonicatus exi-
ſtentes in ſua legatione; & quæ beneficia va-
leat conferre. remiſſiuè.*
3 *Clericus, an licitè porrigere poſſit preces pro ſua
inſtitutione.*
4 *Petitio iuſta eſt exaudienda.*
5 *Dilatio deliberatoria datur, etiam vbi non datur
libellus; quia etiã extraiudicialis reſponſio nõ
eſt præcipitanda.*
6 *Excommunicatus ſemel, præſumitur ſemper excõ-
municatus; niſi probetur abſolutus; & nu.
.10. latè, & declarat. nu. 14.*
7 *Excommunicatio inducit infamiam temporalem,
& canonicam.*
8 *Communio eius qui poteſt abſoluere ab excom-
municatione, licet nõ inducat neceſſariã abſo-
lutionem, tamen facit præſumptionem de ab-
ſolutione. & nu. 15.*
9 *Qualitas requiſita ad validitatem actus, requiri-
tur tẽpore quo diſpẽſatio applicatur ad actũ.*
10 *Qualitas ſemel poſita quæ ex ſolo curſu temporis
non variatur, ſemper præſumitur ſtare.*
11 *Poſſidens olim, præſumitur hodie poſſidere.*
12 *Hæres olim, præſumitur hodie eſſe hæres.*
13 *Præſumptiones legũ ſunt liquidiſſimæ ꝓbationes.*
16 *Negligentia in facto proprio regulariter impu-
tatur.*
17 *Curioſus quis eſſe non tenetur in facto alieno.*
18 *Singulare quandoq; pro plurali exponitur.*
19 *Aduocatus excommunicati, an incurrat excom-
municationem.*
20 *Defenſio cui permiſſa eſt, permittuntur & omnia
illa, ſine quibus defenſio eſſe non poteſt.*

1 PROPOSVIT. Valet collatio † be-
neficij facta illi qui prius fuit ex-
cõmunicatus, ſi tempore colla-
tiõis erat abſolutus .h. d. Diuidi-
tur, quia primo narrat factum, & probationes
vtriuſq; partis. Secundo diffinit. Secunda ibi,
quia verò. In tex. ibi, inueſtiuit & .j. dic ſub
iſto .j. dicebatur, quòd Capitulum moleſtabat
magiſtrũ. P. excõmunicatũ tempore inſtitu-
tionis; ſuper quo dati fuerunt iudices ad atte-
ſtationes recipiendas; qui teſtes clauſi, fuerunt
præſentati apoſtolicę ſedi, ſecundum Abba.
2 Hoſti. & Io. An. Nota primo, ꝙ legatus † de
latere poteſt conferre canonicatus exiſtẽtes in
ſua legatione. Et generaliter quæ beneficia va-
leat legatus cõferre, vide in .c. 1. & .c. pe. de off.
3 lega. lib. 6. Not. ſecundo, ꝙ clericus † licitè
poteſt porrigere preces pro inſtitutione ſua;
nec notatur ambitione. Quando autem non
liceat, & quando ſit, ꝙ preces videantur indu-
cere ſimoniam, vide .ſ. de ęta. & quali. c. tuam.
Not. tertio in verb. quibus, quòd iuſta peti-
4 tio † exaudienda eſt. Ad idem .c. ex diligenti
.ſ. de ſimo. Not. quarto, ꝙ datur deliberato-
5 ria † dilatio, etiam vbi non datur libellus; quia
etiam extraiudicialis reſponſio non eſt præci-
pitanda. 2. q. 5. c. quanto. ſecundũ Hoſti. & Io.
6 An. Nota quinto, ꝙ ſemel † excõmunicatus,
ſemper præſumitur excõmunicatus; niſi pro-
betur abſolutus. de quo dic vt in glo. 2. Not.
7 ſexto, quòd excommunicatio inducit † infamiã
temporalem, & canonicã; Et quæ tanto tem-
pore durat, quanto durat excommunicatio. Et
excommunicatione ſublata, etiam ipſa remo-
uetur, Adeò quòd talis efficitur capax omniũ
beneficiorum, etiam ſpiritualium. Ideò autẽ
dixi, ꝙ inducit infamiam canonicã, quia ſi eſſet
ciuilis, non epiſcopus; ſed princeps poſſet illã
tollere. vt in. l. 1. §. de qua aũt reſtitutione .ff. de
poſtula. dixi latiſſimè in. c. cũ te. ſup̃ de re iudi.
8 Vltimo not. quòd licet coĩo, † etiam habentis
poteſtatem abſoluendi, non inducat neceſſariã
abſolutionem ab excommunicatione, tamen
inducit præſumptionem de abſolutione. Ad
idem .c. cum olim. j. de priuile. de quo latius
dicetur in glo. fin. Glo. 1. in prin. colligit arg.
ad tex. & inducit duo ſimilia. Et facit iſta glo.
9 iuncto tex. ꝙ vbi † ad validitatem, vel inuali-
ditatẽ alicuius actus qualitas certa requiritur,
oportet quòd illa qualitas adſit tempore quo
diſpoſitio applicatur ad actum. Ad idem tex.
in. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxa. & ſup̃
de iudi. c. intelleximus. Glo. 2. in prin. decla-
rat literam, demũ colligit, & dat conſilium. In
ea ibi, adhuc excommunicatus. not. perpetuo
glo. ꝙ ſemel excõmunicatus, ſemper præſumi-
tur excõmunicatus, niſi probetur abſolutio;
10 qualitas † enim ſemel poſita, quæ ex ſolo cur-
ſu temporis non variatur, ſemper præſumitur
ſtare; vt regula ſemel malus. lib. 6. Vnde olim
11 poſſidens † præſumitur hodie poſſidere. l. ſiue
12 poſſidetis .C. de proba. Et ſemel hæres † ſem-
per præſumitur hæres. vt in. l. & ſi ſine. §. reſtitu-
tus. de mino. Facit. c. ſi fortè. de elect. lib. 6. Et
de materia latè per Cin. & doc. in. l. non igno-
rabit. c. ad exhiben. per Bald. in. l. 3. C. de ꝓba.
et traditur per doc. in. c. cũ ad ſedem. de reſtitu.
ſpo. Et aduerte, quia ſingulariter eſt ponde-
randa iſta glo. relata ad tex. probat enim, quòd
quis dicitur probare articulũ, ꝙ hodie quis fue
rit excõicatus; etiam ſi probat quòd ante per
plures annos fuerit excommunicatus; nam iſta
eſt probatio iuris præſumptiua; quæ transfert
in aduerſarium onus probandi contrarium.
13 Nec mirum, quia præſumptiones † legũ ſunt
liquidiſſimæ probationes. vt dicit glo. ſingula-
riter, & ibi Bal. & doc. in. l. ſi tutor. c de pericu.
tuto. & cu. probatur in. l. 2. C. de ſuſpec. tuto.
Et quaſi in caſu noſtro hoc eſt neceſſariũ dice-
re, quia quodammodo impoſſibile eſſet pro-
bare, ꝙ tunc temporis eſſet excõicatus. Ad-
uerte tamen, quia talis præſumptio tollitur vt
hic dicitur, per contrariã probationẽ; vt pro-
batur in. c. cupientes. §. ꝙ ſi per. 20. de elec. lib.
.6. & in .c. in noſtra. ſ. de procu. Et vide quod
traditur in .c. apoſtolicę. ſ. de dona. circa fi. &
in. c. requiſiſti. in fi. de teſta. & in. c. 1. ſ. de frigi.
& per glo. 35. q. 3. c. extraordinaria. Et de mo
do ꝓbandi, vide glo. 22. q. 1. in. c. 2. Ponit etiã
hic Inno. alios varios intellectus, qui commu-
niter reprobantur per doc. ideò nõ inſiſto. Ad-
uerte tamen, quia quod ſupra dixi, quòd ſemel
14 excõicatus † præſumitur, & probatur hodie
excõicatus, eſt limitandum, ſi modo excõica-
tio fuit pura; Secus ſi fuit lata ſub conditione;
Puta ſi non ſolueris. j. menſem, aut tale quid
non feceris excommunico te; nam hoc caſu ne-
ceſſario non includitur, quòd hodie ſit excõi-
catus; quia potuit ſatisfeciſſe. j. terminum.
Et hoc procedit reſpectu tertij volentis proba-
re excõmunicationem de præſenti; Secus re-
ſpectu illius ad cuius inſtantiam emanauit prę-
ceptum. Sed tu dic de hoc articulo, vt notabi-
liter, & latiſſimè dixi in .c. ſuper his. de accu.
Glo. fi. oppo. & ſol. & contra ſol. arguit. In fi.
glo. dic, Aut quæritur nunquid ſola cõmunio
15 cum † excommunicato per ſuperiorẽ adhibi-
ta, inducat abſolutionẽ, & dicendum eſt quòd
non; de quo dic vt hodie clarè habetur in cle.
ſi ſumus pontifex. de ſen. ex. Aut quæritur,
vtrum ſaltem præſumptiuè propter talem com
munionem probetur fuiſſe factam abſolutionẽ
in præteritum, & dicit. d. An. ꝙ ſic, quantum
ad coadiuuandum alias probationes. Sed an
quãtum ad excuſandum participantes? Inno.
refert aliquos dicere, quòd excuſantur; ex quo
habebatur pro abſoluto; & maximè propter
cõmunionem habitam ſecum ab excõmuni-
catore. Quod fatetur Hoſti. quò ad excuſan-
dum alios cõmunicantes ſecũ; Sed non quan-
tum ad hoc, vt ipſe excõmunicatus excuſetur
communicando alijs. Alij dicunt, quòd reſpe-
ctu cõmunicantium procedit iſta opinio. Sed
ſi excõmunicatus aliquid petit, & opponitur
de excõicatione, nõ ſufficit probare quòd ha-
beatur pro abſoluto. Sed debet verè proba-



re abſolutionem; Et imputet ſibi ſi non rece-
perit literas abſolutionis; vel illas amiſit; cum
16 regulariter in facto proprio imputetur † negli-
gentia. vt in .c. 1 .ſ. de cõm. & in .c. fin. ſ. de
homici. Et ad prædicta faciunt not. in ſimili
per Inno. in. c. veniens. de ver. ſign. lib. 6. Alij
diſtinguunt, ꝙ aut factum eſt antiquũ, & tunc
aut ipſe cõmunicans excuſatur, & ꝓbabit ab-
ſolutionem pręſumptiuè. Facit. c. 1. de conceſ.
pręben. lib. 6. & quod tradit Io. An. in .c. illud.
ad fin. ſ. de præſum. Aut factum eſt recens, &
non excuſatur. Hoſtiẽ. dicit, ꝙ vna opinio eſt
rigidior, alia ęquior. & tãdem hoc relinquit ar-
bitrio iudicantis. D. m. ſentit, ꝙ ſemper requi-
ratur vera ꝓbatio. Sed .D. m. plus placet, ꝙ
cõmunicãtes nullam pœnam incurrãt; ex quo
cõiter habebatur pro abſoluto; quia in facto
17 alieno † non tenetur quis eſſe valde curioſus.
ar. reg. p̃ſumitur. lib. 6. & not. per Inno. in .d. c.
veniens. Sed reſpectu ipſius excõmunicati re-
linquitur arbitrio iudicis, qui habebit conſide-
rare an tempus ſit antiquum; & an ex lapſu
temporis veriſimiliter potuerit perire proba-
tio abſolutionis; vel ſi ciuitas fuit ſuppoſita
ſpolijs; vel domus eius combuſta; & an ipſe ſit
bonæ conditionis; & timens Deum. arg. not.
in. d. c. illud. ſ. de præſumptio. Vltimo extra
glo. opponitur contra tex. in eo ꝙ dicit, ꝙ iſte
Cardinalis inueſtiuit iſtos canonicos de præ-
benda; & ſic videtur ꝙ plures inueſtiuerit de
ſola præbenda; quod fieri non debet. vt in. c.
maioribus. & .c. tuæ. ſ. de præben. Soluit Ioã.
An. ꝙ textus debet intelligi exponẽdo ſingu-
18 lare † pro plurale, præbenda, hoc eſt præbendis.
vel debet intelligi, vel referri ſingulariter ad ſin
gulos; non ad omnes. ſ. ꝙ quemlibet de ſingulis
præbendis inueſtiuit. Sed quæro, quia iſte ma
giſter fuit excõmunicatus, ex eo quòd erat cõ-
ſiliarius, & fautor excõmunicatorum, vtrum
19 poſtulans † pro excõmunicato incurrat in ex-
communicationem. Sol. Hoſti. diſtinguit, ꝙ
aut communicat extra iudicium, in non perti-
nentibus ad defenſionem, & incidit in excõmu-
nicationem; quia ille caſus non reperitur à iu-
re permiſſus; ita poteſt ꝓcedere iſte tex. Aut
exercet officium aduocationis in iudicio ad de-
fenſionem excõmunicati, & tunc ſi excommu-
nicatus fouet iuſtam cauſam, nullum peccatum
20 incurrit; quia ex quo ipſi permittitur † de-
fenſio, vt in .c. intelleximus. ſ. de iudi. etiam
omnia permiſſa intelliguntur, ſine quibus de-
fenſio fieri non poteſt. vt in. l. ad rẽ mobilem.
& l. ad legatũ. ff. de procu. Aut ſcit eum foue-
re iniuſtam cauſam, & tunc incidit in excom-
municationẽ; quia cõmunicat ſibi in crimine.
argu. c. ſi concubinæ. j. de ſen. excom. Vel dic,
& melius in hoc vltimo mẽbro. ſecundũ .D. m.
quòd aut defendit eum ſuper crimine ſuper quo
fuit excommunicatus, et tunc procedat opi-
nio Hoſti. quòd aduocatus incidit in excõmu-
nicationem maiorem; quia communicat crimi
noſo in crimine. Aut defendit eum in alia cau-
ſa, licet iniuſta, & tunc licet iniuſtè communi-
cet,

cet, tamen quia non communicat in crimine,
pro quo fuit excommunicatus, incidit tantum
in minorem excommunicationem. vt in.c. nu-
per .ỹ. de ſen. excom.

## Capitulum .IX. Apoſtolicæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Suſpenſus celebrans qui ſe probabiliter ſuſpenſum ignorauit, non efficitur irregularis.*
2 *Ignorantia probabilis excuſat; nec requiritur nimia curioſitas; dummodo nõ ſit nimia deſidia.*
3 *Ignorantia craſſa quæ ſit.*
4 *Ignorantiæ, & erroris differentia.*
5 *Papa ſolus abſoluit ab irregularitate.*
6 *Abſens, & ignorans an poßit excommunicari, vel ſuſpendi.*
7 *Excommunicatio abſq; legitima monitione eſt iniuſta, quanquam liget.*
8 *Abſens vtrum poſſit abſolui ab excommunicatione per epiſtolam.*
9 *Spiritualia tractare nullo mõ cadit in ſuſpẽſum.*
10 *Excommunicatus quãdo poſt mortẽ abſolui poſſit*
11 *Excommunicatum ſe ſciens per famã, non poteſt allegare probabilem ignorantiam.*

APOSTOLICAE. Qui ꝓbabiliter
1 ignorans † ſe ſuſpenſum celebrat,
non efficitur irregularis. Secus ſi
non probabiliter .h. d. Vel ſic,
ſuſpenſus, vel excommunicatus ignoranter
celebrando, nulla indiget diſpenſatione reſpe-
ctu irregularitatis. aliàs ſecus .h.d.ſecunda ibi,
cæterum. Primo not. ex tex. quòd non quæ-
2 libet ignorãtia excuſat, ſed ſolum † probabilis.
Nec requiritur ſecundum doc. ꝙ quis ſit mul-
tum curioſus in ſciendo; dummodo non ſit ni-
mis deſidioſus. ar.l. nec ſupina .ff. de iur. &
3 fac. igno. No. ſecundo, ꝙ ignorantia † craſſa,
& ſupina dicitur, quando de facili potuit ſcire,
4 & non curauit. Not. quarto differentiã † in-
ter ignorantiam, & errorem; nam ignorantia
eſt propriè circa ea quæ quis tenetur ſcire; &
melius dixiſſet tex. neſcientia .37. diſt. c. fin.
nam propriè ignorantia ſonat in vitium. Erra-
re verò, eſt vnum pro alio putare .22.q.2. c. in
quibus. vide per glo. in Rub. ff. de iur. & fac.
igno. Vbi etiam vide de titubatione. Vlti-
5 mo no. ꝙ ſolus Papa † abſoluit ab irregularita-
te. dixi in .c. clerici .s̃. eo. Et dicit hic Io. An.
quòd iſta abſolutio fuit facta per Papam, ne im
pediretur ordinatio Pragẽſis eccleſię, propter
quam venerant canonici. vt in.c. apoſtolicæ. s̃.
de exceptio. quę eſt pars huius, vt hic dicit glo.
prima. Glo. magna præmittit duos effectus
probabilis ignorantiæ. Secundo quærit, an
6 abſens, † & ignorans poſſit excõmunicari, vel
ſuſpendi; allegat pro, & contra, & ſoluit. Et
demum format tres alias quæſtiones. In ea ibi,
dicit Apoſtolus. dic, ad Timotheum. c. 1. In ea
ibi, ordinatis ab epiſcopo .c. 1. dic, & ad hoc
vide quod ibi traditur in glo. fin. In ea ibi, ab-
ſens, & ignorans poteſt excõmunicari. dic, hoc
7 intellige, dummodo præcedat † legitima mo-
nitio; Aliàs excõmunicatio eſt iniuſta, quan-
quam liget. vt not. in .c. ſacro. ỹ. de ſen. excom.
In ea ibi .c. de manifeſta. dic, & ibi etiã traditur,
vtrum abſens poſſet abſolui. In ea ibi, non
8 audietur per literas † tales, niſi poſt abſolutio-
nem; ſentit ergo glo. quòd literæ impetratæ
per excommunicatum ignorantem valeant, vt
ſaltem poſt abſolutionem audiatur. Sed hoc
non eſt verũ. per tex. in .c. 1. de reſcri. lib. 6. de
qua materia dic, vt ibi latè habetur. Nec ob.
iſte tex. quia loquitur reſpectu pœnæ imponẽ-
dæ; quæ non debet imponi niſi peccanti. vt in
.c. 2. s̃. de conſti. & ibi not. Secus reſpectu va-
liditatis impetrationis. In ea ibi, ignoret ſe ex-
communicatum, vel ſuſpenſum. dic quòd ſe-
cundum Hoſtien. diſtinguendum eſt inter ex-
communicatũ omnino occultum, & non oc-
cultum; quia ſi eſt omnino occultus, quia nec
conuinci poteſt, nec illum remordet conſcien-
tia, nec etiam alios, quia nihil auditum eſt de
ſententia excõmunicationis lata; & talis excu-
ſatur, tàm in iudicio, quàm extra iudicium; & et
quantum ad illa quæ ipſe facit; per iura allega-
ta in glo. noſtra in prima parte. Et idem ſi poſ
ſet conuinci, tamen ſententia nec eſt publicè la-
ta, nec eſt denunciatus excommunicatus; Ni-
ſi talis ſit actus qui nullo modo cadat in ſuſpen-
ſum; ſicut eligere, vel eligi; ſacramenta confer-
9 re, vel recipere; vel alia ſpiritualia † tractare.
Si tamen ipſe ſciat, peccat quò ad Deum. vt. s̃.
de coha. cle. & mulie. c. ſi. & infra de ſen. ex. c.
à nobis. il. 2. Quandoq; tamen conceduntur
extraiudicialia, & iudiciaria denegantur; de
quo traditur in. c. ſolet. de ſenten. excom. lib. 6.
Secus autem ſi talis non eſt omnino occultus;
Vel non poteſt allegari probabilis ignorantia,
Aut ipſe ſciat, vt dictum eſt. In ea ibi, abſoluere
10 debet poſt mortem. dic, hoc verum, † quan-
do in morte apparuerunt ſigna contritionis
illius delicti, pro quo fuit excommunicatus.
ar. c. à nobis. il ſecundo .ỹ. de ſenten. excom.
In ea in fin. dic, not. glo. quòd ſciens ſe excom-
11 municatum † per famam, non poteſt allegare
probabilem ignorantiam. Facit .c. illud. ſuƥ
eod. Et de hoc effectu famæ, & de alijs plu-
ribus effectibus, vide quæ latiſſimè dixi in .c.
qualiter, & quando. il. 2. ſuƥ de accuſa. in .9.
arti. principali ver. quadrageſimo quinto q̃ro.

## Capitulum .X. Si Celebrat.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus minori celebrans nõ fit irregularis, ſed peccat. & nu. 22. & poteſt eligere, & nu. 34. & ea quæ ſunt iuriſdictionis. exercere, & nu. 4. & nu. 35.*
*Et ſacramenta conferre poteſt. tamen non poteſt eligi.*
2 *Excommunicatus excommunicatione maiori celebrãdo efficitur irregularis; ſecus excommunicatus minori.*
3 *Excõmunicatio maior inducit ſuſpenſionem ordinum. ſed minor non ſuſpendit ab ordine, ſed tantũ à perceptione ſacramentorũ. & nu. 12.*
4 *Iuriſdictionalia ſunt extranea à participatione ſacramentorum, quibus excõmunicatus minori priuatur.*
5 *Excõmunicatus nedum maiori, ſed etiam minori eſt inhabilis ad beneficium conſequendum.*
6 *Antecedente neceſſario probibito, intelligitur eſſe probibitum neceſſarium conſequens.*
7 *Beneficium omne videtur de iure requirere reſidentiam.*
8 *Beneficiorum pluralitas eſt probibita, remiſſiuè.*
9 *Sacramentorum participium duplex, actiuum, & paßiuum.*
10 *Sacramentorum virtus immediatè trãſit de Chriſto in ipſa ſacramenta.*
11 *Peccãtes, etiam grauiter, dummodo ab ordinibus non ſint ſuſpenſi, conferunt ſacramẽta, & eorum effectum.*
12 *Peccator prout eſt à Deo ſeparatus, gratiam non recipit.*
13 *Communicãs excommunicato in contemptum ſuperioris, & pertinaciter, incurrit ipſo facto excommunicationem maiorem.*
14 *Contemnere ſuperiorem dicitur, qui ſcienter contra illius probibitionem aliquid facit.*
15 *Excõmunicatio maior quæ ſit, & quæ ſit minor.*
16 *Suſpenſio quotuplex ſit, traditur, multipliciter diſtinguendo vſque ad nu. 21.*
22 *Excommunicatus, vel ſuſpenſus, quando incidat in irregularitatem latiſsimè.*
23 *Peccatores dicuntur ſuſpenſi à Deo.*
24 *Excommunicationi, vel ſuſpenſioni ſolemnitas addita à canone, non immutat ipſius factum.*
25 *Expreſſio eorũ quæ tacitè inſunt, nihil operatur. limita. nu. ſequen.*
27 *Irregularitas non incurritur, niſi vbi de iure eſt expreſſum.*
28 *Mitius agitur cũm lege, quàm cum homine.*
29 *Capitulum epiſcopis . 11.q.3. declaratur, & nu. tribus ſequentibus.*
30 *Irregularitatis verbum, tempore decretorum nõ erat in vſu.*
31 *Criminoſi notoriè, etiam poſt peractam pœnitentiam propter ſcãdalum probibetur celebrare.*
32 *Fornicator notorius, licet in odiũ criminis debeat vitari ab alijs, non grauatur tamen ſubſtantia ſuſpenſionis. & multa alia de hoc, vſq; ad nu. ſeq.*
33 *Suſpendo te ab officio, & interdico tibi officium non differunt.*
36 *Iuriſdictio, an dependeat ab ordine, & beneficio.*
37 *Excommunicatus minori, non poteſt eſſe teſtis.*
38 *Verum dicere non præſumitur, qui peccat in Deũ.*
39 *Excommunicatus minori, licet eligatur ab eligentibus ignorantibus talẽ excommunicationẽ, tamen non valet eius electio, ſecundum cõmu.*
40 *Eligentes ſcienter excõmunicatum minori, peccãt. non tamen priuantur iure eligendi.*
41 *Cap. cum in cunctis. de electio. pœna non habet locum, niſi in caſibus expreſſis.*
42 *Excommunicatus minori, an eligi poſſit, diſputatur. & nu. 44.*
43 *Abſolutio à minori ſub qua forma fiat.*
45 *Electionis validæ de iure naturali, ſi confirmetur per ſuperiores, plures effectus.*
46 *L. barbarius .ff. de offi. præto. limitatio.*
47 *Contradictor ſpecialis debet citari.*
48 *Excommunicatus minori, licet peccet conferendo ſacramenta, tamen ipſa lata operantur ſuum effectum in recipientem. & nu. 51.*
49 *Excommunicatio minor non trãſit in tertiam perſonam.*
50 *Ordinum collatio non debet fieri ſine Miſſa.*
52 *Excommunicatus minori, an poſſit celebrare pro defunctis.*
53 *Gratia ſacramenti, quæ à Deo confertur, tranſit, licet miniſter ſit infectus.*
54 *Intellectus glo. pe. ſuper hoc tex. vltimus, eſt cõmuniter receptus.*

SI CELEBRAT. Excommunica-
1 tus † minori celebrans, non fit ir-
regularis; ſed peccat. et poteſt eli
gere; & ea quæ ſunt iuriſdictio-
nis exercere; eligi tamen nõ poteſt; & ſi con-
fert ſacramenta, licet peccet, collatio tamen te-
net. h.d. & eſt famoſum, & notabile. c. in mate-
ria minoris excommunicationis. Diuiditur ſe
cundum .d. Anto. & ſecundum .D. m. in qua-
tuor partes; Primo tractat de validitate geſto-
rum circa ſpiritualia per excommunicatũ ex-
cõmunicatione minori, prout illa exercet acti-
uè in alium. Secundo ibi, ſi tamen ſcienter,
tractat de ijs quæ geruntur ad cõmodum ipſius
paſſiuè. Tertio ibi, peccat autem, tractat de ge
ſtis per eum actiuè in alium ſacramenta dando.
Vltimo ibi, dummodo. ſubnectit quandam li-
mitationem. Vel dic ſecundum Io. An. quòd
habet quinq; dicta. Secũdum ibi, nec eligere.
Tertium ibi, vel ea quæ. Quartum ibi, ſi tamẽ
cuius rationem ſubmittit ibi, pro eo. Quintũ
dictum ibi, peccat. cuius dicti etiam rationem,
ſubmittit ibi, cum non. & adijcit limitationem
ibi. dummodo. Not. primo, quòd licet excõ-
2 municatus † maiori excommunicatione cele-
brando efficiatur irregularis, adeò quòd am-
plius ſine diſpenſatione non poteſt diuina offi-
cia celebrare. vt in .c. 1. de ſen. excom. lib. 6. &
in. c. 1. de re iudi. lib. 6. & in .c. ſi quis epiſco-
pus damnatur. cum ſe. 11.q.3. dixi in .c. cle-
rici . s̃. eod. & in . c. ad audientiam in. 3.q. ſe-
ptimi membri principalis. ſuƥ de homici. ta-
men excommunicatus minori nõ incidit in ir-
regularitatem; Et ratio differentiæ eſt, quia ex-
3 communicatio maior † inducit ſuſpenſionem
ordinum; Vnde celebrando attentat officium
ſibi interdictum. Minor autem excommuni-
catio non ſuſpendit ab ordine; Sed tantum à
perceptione ſacramentorum, vt hic; & in .c. à
nobis . ỹ. de ſenten. excom. ideò celebrando
non violat interdictum. Et ſic habes duas diſ-
ferentias inter maiorem, & minorem excom-
municationem. Nota ſecundo regulam, quòd

excõmunicatio minor non priuat excommu-
nicatũ poteſtate exercendi iuriſdictionalia, aut
alia dependentia à iure priuato actiuè; Et ratio
4 eſt, quia talia iuriſdictionalia † ſunt extranea,
& diuerſa à participatione ſacramentorum, à
qua ipſe excommunicatus ſolum eſt priuatus.
5 Nota tertio, quòd nedum † excõicatus maiori
eſt inhabilis ad beneficium conſequendum, vt
in .c. poſtulaſtis. & .c. propoſuit. s̃. eo. Sed etiã
excõicatus minori. Et ideò electio de eo facta
non tenet, vt hic; Et ratio eſt, quia vt dixi, mi-
nor excommunicatio excludit à perceptione
ſacramentorum; ſed ille qui eligitur ad aliquod
beneficium eccleſiaſticum, eligitur vt ſe exer-
ceat in ſacramentis; vnde ex quo prohibitum
6 eſt † neceſſarium conſequens, prohibitum in-
telligitur neceſſarium antecedens ad illud con-
ſequens. vt .l. oratio .ff. de ſponſa. Ex quibus
infertur, quòd nec collatio facta tali excommu-
nicato tenet. Itẽ infertur & ſecũdo ſm̃ .d. An.
7 quòd omne beneficium † de iure exigit reſi-
dentiam; quia oportet quòd ſponſus eccleſiæ,
ſeu beneficiatus, ſit aptus omni participationi
ſacramentorum actiuè, & paſſiuè; & ſic ad de-
ſeruiendum beneficio integraliter. Et ſic etiã
8 videtur inferendum, ꝙ in beneficijs † prohibi-
ta eſt pluralitas. De quo articulo dic, vt latè
traditur per .D. m. in .c. extirpandæ. §. qui ve-
rò, in repet. s̃. de præben. & ꝙ latiſſimè dixi in
cle. gratiæ. s̃. de reſcript. Not. quarto ibi, pec
9 cat, ꝙ duplex eſt participium † in ſacramentis,
vnum actiuum, in quantum agens, ſeu confe-
rens agit in recipientes; Et quanquam bene fa-
ciat excõicatus minori non cõferendo; quia cõ
ferẽdo peccat; tñ in recipiẽtes trãsfertur gratia,
& effectus ſacramentorum; Et ratio eſt, quia
10 gratia ſacramentorũ † immediatè trãſit de Xp̃o
in ſacramentum; & pro tanto tale ſacramentũ
effectualiter cõfert; quia ſacramentũ nihil re-
cipit ab eo. Et per hoc patet, ꝙ regula quę eſt
in .c. 1. s̃. de ſchiſma. eſt vera; quæ vult, quòd
11 peccantes, † ẽt grauiter, dũmodo ab ordinibus
non ſint ſuſpenſi, conferũt ſacramenta, & eorũ
effectũ. vt ibi dixi. Aliud participium eſt paſſi
uum, in quãtum ipſe excõicatus ab alijs recipit
ſacramẽta; quo caſu paſſiuè eſt inhabilis; Et ra-
tio eſt, quia iſta eſt pęna naturalis huius excõi-
cationis minoris, vt priuet perceptione ſacra-
mentorũ; Et ratio rationis eſt, quia excõicatus
minori, regulariter peccator eſt. per no. in .c. ſa-
12 cris. s̃. ꝙ me. ca. Sed peccator, † prout eſt à Deo
ſeparatus, gratiã non recipit; quia indignus eſt
gratia; igitur &c. Nec ob. ſi diceres, ꝙ imò ex-
cõicatus minori non peccat, niſi celebrãdo, per
noſtrum tex. dum dicit, quòd peccat celebran-
do; ergo antequã celebret, nõ peccat; quia re-
ſpõdeo, ꝙ hoc argumentũ non ſumitur ſic; Sed
debet intelligi, ꝙ non peccat tàm grauiter ante,
13 ſicut poſt celebrãdo. Not. quinto, ꝙ † cõmu-
muni cãs excõicato ẽt in cõtẽptũ ſuperioris, &
ꝓtinaciter. nõ incurrit ipſo facto maiorẽ excõi-
cationẽ; Sed bñ debet excõicari ſolemniter ma-
iori excõicatione, vt hic in fi. Vltimo no. ꝙ ille
14 dicitur facere † in contẽptum, qui ſcienter con
tra prohibitionẽ ſuperioris aliquid attentat. Fa
cit ꝙ no. in .c. 2. s̃. eod. Et ad euidentiam di-
15 cendorũ p̃mitte, ꝙ quędam eſt † excõicatio ma
ior, & hęc priuat à cõione hoĩm, & à quacũq;
paticipatione actiua, & paſſiua; de cuius effecti
bus latè traditur. ĩ. de ſen. ex. per totũ. Quædã
eſt excõicatio minor, & hęc priuat à participa-
tiõe ſacramentorũ paſſiuè duntaxat, & nõ acti-
uè, vt hic patet. Secundo præmitte, ꝙ quædam
16 eſt ſuſpẽſio † Dei tantũ, quæ incurritur ex ſolo
pc̃tõ; quia eo ipſo ꝙ quis eſt in peccato, ſuſpen
ſus eſt quò ad ſe à participio ſacramentorum.
Sed non eſt ſuſpenſus quò ad alios. Et hinc eſt,
ꝙ quantũ eſt ad ſe, male ſuſcipit. Sed quãtũ ad
alios, bñ confert. vt in .c. ſicut. s̃. de coha. cle. &
17 mulie. Quædam ẽ ſuſpenſio † minor, & iuris
tm̃, vt qñ quis eſt excõicatus minori, & nõ eſt
in pc̃tõ; vel quia tale fuit participiũ, ex quo non
peccauit; ꝙ eſt poſſibile ſm̃ no. in .c. ſacris. s̃. ꝙ
me. cau. de quo dic, vt ibi latè traditur. vel ſi pec
cauit, abſolutus fuit à pc̃tõ; ſed nõ ab excõica-
tione. Quędam eſt ſuſpẽſio & Dei, & iuris tm̃;
videlicet qñ ius excludit aliquẽ ꝓpter aliquod
participiũ à perceptione ſacramentorũ; Et qñ
ſimiliter Deus priuat aliquem propter peccatũ.
18 Quædam eſt ſuſpenſio † minor Dei, & homi-
nis; videlicet ſi illi, qui eſt in peccato, ſacerdos
præcepit ꝙ à ſacramentis abſtineat; ꝙ fieri po
teſt qñdoq;; vt traditur in .c. omnis. ĩ. de pœ.
19 & remiſſio. Quædam eſt ſuſpenſio † iuris, &
maior; videlicet qñ eſt talis, ꝙ ſuſpẽdat ab or-
dine, ſeu ab officio; videlicet qñ ius ꝓpter de-
lictũ imprimit talẽ ſuſpenſionẽ; Et licet ſimpli-
citer loquatur, intelligitur de maiori. vt in .c. cũ
dilectus. s̃. de conſue. & in .c. illa. s̃. de elect. & in
c. ſi quẽ. ĩ. de ſen. ex. Et cũ iſta poteſt ẽt cõcurre
re ſuſpẽſio Dei; vt puta, ſi talis adhuc ſit ĩ pc̃tõ.
Tertio p̃mitto, ꝙ ſm̃ aliquos, q̃dam eſt ſuſpen
20 ſio † directa, quę ſm̃ effectũ directũ imprimit in
ſuſpenſum; & hoc contingit cõiter. Quædã eſt
21 indirecta, † quæ non imprimit directo effectũ
in ſuſpenſum ipſum ſuſpẽdendo; ſed indirectè
propter defectũ obiectorũ; videlicet, quia non
poſſet exercere ordinẽ; quia alijs ꝓhibetur ne
cum ipſo participent; Vnde quãdoq; propter
delictũ licet ſubditis diſcedere à parrochiano.
Et iſta ſm̃ aliquos, imprimitur in notoriũ for-
nicatorẽ. de quo. ĩ. Simile videmus in excõica-
tione indirecta in eo ꝙ dixi in .c. poſt miſerabi
lem. s̃. de vſur. & in .c. quãto. ĩ. de priu. Glo. 1.
tangit primũ effectũ excõicationis minoris, ꝙ
peccat celebrando; & ipſius peccati pœna eſt
arbitraria. Glo. 2. tractat, quare excõicatus mi
nori celebrando nõ incidit in irregularitatẽ. In
22 fi. glo. dic, circa hãc materiã, an excõicatus, † vel
ſuſpenſus minori, vel maiori, incidat in irregu-
laritatem .d. Anto. notabili. diſtinguit poſt
doct. & concluſiuè poſui in .d. c. ad audientiã.
in .3. q. ſeptimi membri principalis. ſed latius
hic dicã. Vnde ſcire debes, ꝙ quidam ſunt ſu-
ſpenſi à Deo duntaxat, quales ſunt omnes con-
ſtituti in peccato. & vtrum iſti incurrant irre-
gula-



gularitatem; dic, vt dixi in .d. 3. q. Quidam
ſunt ſuſpenſi à Deo principaliter, ſecundario
ab homine, minori tamen ſuſpenſione; & tales
celebrando non ſunt irregulares. 11. q. 3. in .c.
ad menſam. §. euidenter. 26. q. 5. per totum.
Quidam vero ſunt ſuſpenſi à Deo, & à iure,
minori tamen ſuſpenſione; vel à iure tantum;
quales ſunt ſuſpenſi à participatione ſacramen-
torum propter participium cum excommuni-
catis, quos Inno. hic vocat ſuſpendendos; et
bene dicit, habito reſpectu quò ad ordinem:
Sed non quò ad perceptionem ſacramentorũ;
quia quò ad hoc ſuſpenſi ſunt; Et tales cele-
brando licet grauiter peccent, non tamen in-
currunt irregularitatem. Et ratio eſt, quia hæc
ſuſpenſio non concludit ad ordinem; ſed ſolum
ad perceptionem ſacramentorum. Item quia
talis ſuſpenſio principaliter eſt à Deo, & non
à canone; niſi ad probationem; Quod patet,
quia quàm citò pœnitet, & abſoluitur à ſacer-
dote; ſtatim poteſt celebrare. vt in .c. nuper. de
ſenten. excom. Nec obſtat quòd in abſolutio-
ne ſit addita à canone quædam ſolemnitas de
24 qua in .d. c. nuper. quia talis additio † ſolemni-
tatis tantum, non mutat ſtatum ſuſpenſionis,
vel excommunicationis. Et ideò non homi-
nis, ſed ſolum Dei, dicenda eſt, ſecundũ .d. An.
Et idem dicendum eſt, ſi ſuſpenſio, ſeu excom-
municatio minor, proferretur duntaxat à iu-
dice, ita vt cõcluderet ſolum ad perceptionem
ſacramentorum. 3. q. 4. in .c. Engeltrudam.
Sed illa non eſt in vſu. vt dixi in .d. c. ad au-
dientiam. Quidam ſunt ſuſpenſi generali-
ter; principaliter à Deo, ſecundario verò ab
homine; ſed declarando, & concludendo ad
ordinem, vel officium ordinis; vt quia iu-
dex ſuſpendit peccatorem ab officio, donec
ſatisfecerit; Et circa iſtos Inno. fuit varius;
quandoq; enim voluit, quòd licet talis cele-
braret, non efficeretur irregularis; Mouetur,
25 quia expreſſio † eorum quæ tacitè inſunt nihil
operatur. vt in .c. 1. de deſpon. impube. lib. 6.
& in .l. 3. ff. de leg. 1. cum ſim. Sed hoc ineſt
quòd ſuſpenſus ſit à Deo donec ſatisfaciat, &
pœniteat de peccato. ergo &c. Facit .c. licet. &
.c. graue. s̃. de offi. ordi. Itẽ facit, quia nulla ad-
ditur difficultas in abſoluẽdo ſi ſatisfacit, & im-
mediatè abſolutus poteſt celebrare. Sed in
alia parte Inno. ſentit contrarium, volens quòd
talis egeat abſolutione; & celebrando incur-
rat irregularitatem. 2. q. 5. c. præsbiter. vbi de
tali dicitur, quòd ad arbitrium ſuſpendentis ſa-
tisfacere debet. Ioan. Cal. dicit, differentiam
eſſe, an ſit ſuſpenſus donec ſatisfecerit, & cele-
brans efficitur irregularis. per nota. in .c. cum
bonæ. s̃. de æta. & quali. Aut donec pænitue-
rit, & ſecus eſt; quia non eget aliqua abſolu-
tione. D. Anto. hic dicit, quòd credit, quòd ſi
à iudice cum cauſæ cognitione ſit ſuſpenſus ab
officio, quòd talis ſuſpenſio concludit ad ordi-
nem, & officium ordinis, quòd celebrans ef-
ficitur irregularis. Mouetur, quia licet egeat,
vel non egeat abſolutione hominis, propter
hoc tamen non concluditur ad tollendam irre-
gularitatem. Nam quò ad inducendam irre-
gularitatem, iura ſolum ponderant, an ſuſpen-
ſio concludat ad ordinem, & incurritur irre-
gularitas; Aliàs ſecus. Facilitas autem, vel dif-
ficultas in tollendo, nihil operatur; ſed ſatis eſt
quòd tempore celebrationis eſſet ſuſpenſus ab
officio, vel ab ordine; Aliàs ſequeretur, quòd
ſuſpenſus ad tempus interim celebrans, nõ in-
curreret irregularitatẽ. quod tamẽ eſt falſum,
vt infra dicam. Non obſtat quòd expreſſio
26 eorum † quæ tacitè inſunt &c. quia illud eſt
verum, quando exprimuntur illo modo quo
inſunt; aliàs ſecus. prout eſt in caſu noſtro; vt
probatur in .l. ſi ita legatum. §. 1. ff. de leg. 1. &
in .l. ſi ita expreſſum. ff. de condi. & demonſt.
Et hæc procedunt ſecundum .d. Anto. quan-
do ſuſpenſio eſt contentioſa, & cum cauſæ co-
gnitione. Sed ſi in foro pœnitentiali à ſacer-
dote fiat, talis non incurreret irregularitatem.
vt ſupra dixi. Quidam ſunt ſuſpenſi à iure, vel
ab homine. maiori tamen ſuſpenſione, quæ
concludit ad ordinem, ſeu officium ordinis; &
horum tres ſunt ſpecies. Quidã ſunt ſuſpenſi
propter delictum, & culpam; & an tales cele-
brando fiant irregulares, Archid. in .c. 1. de re
iudi. lib. 6. tenet quòd non; quia irregularitas
27 nõ † incurritur, niſi vbi de iure eſt expreſſum;
per not. à doc. in .c. is cui. de ſen. excom. lib. 6.
vnde dicit, ꝙ ſunt irregulares in caſu .d. c. 1. de
re iudi. lib. 6. & .c. 1. de ſen. excom. lib. 6. Inno.
hic finaliter concludit contrarium; volens ꝙ
ſuſpenſus ab homine, ſiue ſit ſuſpenſus perpe-
tuò, ſiue ſimpliciter, ſiue ad certum tempus,
celebrando incurrat irregularitatem. vt in .c. 2.
& .c. latores. & in .c. poſtulaſtis ſup. eod. Sed
ſecus eſt in ſuſpenſo ſolum à iure; Et ratio eſt,
28 quia mitius † agitur cum lege, quã cum homine
vt in glo. hic, ſuper ver. nec eligere. D. Anto.
dicit, quòd licet de iure antiquo non appareat
expreſſum, quòd excommunicatus, ſuſpenſus,
vel interdictus celebrans, non incurrat irregu-
laritatem, tamen ſatis colligitur ex tex. 11. q. 3.
.c. ſiquis epiſcopus. & .c. ſe. vbi dicitur, ꝙ ta-
lis non debet habere ſpem reconciliationis in
29 alio concilio; Et ſic licet ibi † nihil exprimatur
de irregularitate; interpretatur tamen à do-
ctoribus, & communi * interpretatione, quòd Com. op.
tales ſint irregulares. Nec ibi expreſsè dicitur
de irregularitate, quia vocabulum irregularita-
30 tis † tũc non erat in vſu; Sed fuit magiſtraliter
inuentum à doctoribus. Quod ideò appellan-
tur, quia contra regulam veniunt; et quia ta-
les ordinari prohibentur, ex regu. Apoſto-
li de qua .25. diſt. c. vnum .§. nunc autem.
Facit .48. diſt. c. 1. Circa quod, vide quod di-
xi in .d. c. ad audientiam. s̃. de homic. in primo
& ſecundo membro. Sed iura nouiſſima ſexti,
& cle. vſa ſunt his vocabulis. vt in .c. 1. de re
iudi. lib. 6. & in .d. c. 1. de ſen. exco. & in cle. 1.
de homici. Quæ iura cũ in caſu noſtro loquan-

tur declaratiuè, declarando ſatis videntur ex-
primere, quòd omnis ſuſpenſus ab ordine, vel
ab officio, celebrans ſit irregularis; Et hoc te-
net Io. An. in.d.c.1.de re iudi.lib.6. Et ſic cō-
cluſiuè tenui in.d.c. ad audientiam. in. 3. q. 7.
membri principalis. Quidam autem ſunt ſu-
ſpenſi magis propter aliquem defectum, quàm
propter peccatum, ſeu delictum, vt corpo-
re vitiati. & tales non incurrunt celebrando
nouam irregularitatem; ſecundum Inno. hic,
Cōm. op. Et eſt communis* opinio doctorum. Dixi
in.d.c.ad audientiam. Vide ꝙ not. Archid.
.56.diſt.c. apoſtolica. Quidam ſunt ſuſpenſi à
canone propter infamiam, quales ſunt illi quo-
rum crimina ſunt notoria; qui etiam poſt pœ-
31 nitentiam † prohibentur celebrare propter
ſcandalum. vt in .c. fin.ſ̃. de coha. cle. & mu.
Facit.c. ex literis. de homici. Et tales celebran
do non incurrunt irregularitatem; quia non re
peritur à iure cautum; & hoc tenet Inno. Ex
quo infert, quòd notorius fornicator celebrans
non incurrit irregularitatē; & hoc ēt tenet in.c.
ſicut.ſ̃.de coha. cle. & mu. & .j̃.de exceſ. p̃la.
.c.tanta. Mouetur, quia talis nō eſt principali-
ter ſuſpēſus ab homine, ſed à Deo; quod patet,
quia quamprimū pœnitet, tollitur illa ſuſpēſio,
32 & licitè celebrat; vt.d.c.fi. Et licet in † odium
criminis ſit inductum, vt vitetur ab alijs, vt in.c.
veſtra.ſ̃.de cohabi. cle. & mu. non tamen per
hoc grauatur ſubſtantia ſuſpenſionis. Itē quia
non eſt ſuſpenſus nunc propter delictum, ſed
propter infamiam; ideò celebrans non incurrit
irregularitatem. vt hic, &. d. c. 1. de ſenten.
excommu.lib.6.tenet Archid.32.diſt.c.præter
.§.verum. Licet contrarium ſentiat. 81.diſt.c.
ſi qui ſunt. D.m.dicit, ꝙ dubium pēdet ab hoc,
an notorius fornicator ſit ſuſpenſus quò ad ſe
ſuſpenſione directa; nam ſi ita eſſet, non eſt
dubium, quòd incideret in irregularitatem. Sed
ſi indirecta ſuſpenſione eſſet ſuſpenſus ratione
obiectorum, tunc ſecus; vt dixi ſupra in eui-
dentialibus; quia tunc cum non prohibeatur
ſibi celebrare, ſed ſubditis audire, non videtur
incurrere irregularitatem. ita dicit Ioan. Andr.
in.c.1.ſup̃ de cleri. pereg. Vnde in hoc eſt ani-
maduertendum, an ſit ſuſpenſio directa, vel
indirecta. Hoſtien. tenet, quòd ſit ſuſpenſio
directa; & ideò non poſſit celebrare ante-
quam cum eo diſpenſetur per Papam, per not.
in.c.penul.ſup̃ de bigā. Pro quo facit.32.diſt.
.c. præter hoc.&.1.di. peruenit. vbi eſt expreſ-
ſum, quòd eſt ſuſpenſus; & quòd talis ſuſpen-
ſio non tollitur per pœnitentiam. Et ideò cō-
cludit, quòd celebrans incurrit irregularita-
tem; Et bene probatur. in .d. c. fin. de coha.
cleri. & mulie. vbi talis appellatur ſuſpenſus,
& quò ad ſe, & quò ad alios. et ſequitur hic
Ioan. Andr. cum limitatione, quādo celebrat
ante pœnitentiam; Secus ſi poſt. D.Anto.hic
dicit, quòd non videt, quòd ſuſpenſus non re-
maneat poſt pœnitētiam, per.c. peruenit.1. di.
Sed poſſet dictum Ioan. Andr. procedere, ſi ce
lebraret poſt pœnitentiam, & poſt ceſſationem
notorietatis; quia tunc ceſſaret ſuſpenſio; quia
non eſt ſuſpenſus, niſi quandiu durat delictum,
& fornicatio, & notorietas; quia illa pœna ſi-
bi imponitur ad correctionem, vt patet in.d.c.
veſtra. & .c. præter hoc. Et pro tanto nō eget
abſolutione ſi deſiſtat. Licet glo. videatur vel-
le contrarium.in .d.c. at ſi clerici. quia ſecun-
dum .d. Anto. intelligi debet, quando ſuſpen-
ſio lata eſt ab homine. Si tamen velles tenere
cum Inno. poſſes reſpondere ſecundū .d. An.
quòd iſte non incurrit irregularitatem, licet ſit
ſuſpenſus; quia ille non eſt ſuſpēſus ex delicto,
ſed ex qualitate delicti; & non apparet iure cau
tum quòd in irregularitatem incidat propter
adminiſtrationem; niſi ſit ſuſpenſus ex delicto.
vt in.c.is qui. de ſenten. excom. lib.6. D.m.
in.c.veſtra. ſup̃. de cohabi. cleri. & mulie. di-
ſtinguit, quòd aut fornicatio eſt notoria, ita ꝙ
nullam habet dubitationem, & talis eſt ſuſpen-
ſus directo à canone; vt in .c. præter hoc.32.
diſt. vbi dicitur, ex authoritate Dei, & beati
Petri, ſibi interdicimus ne Miſſam cantet.
Non enim eſt differentia ſecundum eum inter
33 hæc duo, ſuſpendo † te ab officio, & interdi-
co tibi officium; Sed ſuſpenſus per priora ver-
ba, celebrans poſtea, efficitur irregularis. vt in
.d.c.1.de re iudi. lib. 6. & in .c.1. de ſen.excō.
eod. lib. ergo & per ſecunda verba. Secus au-
tem vbi fornicatio non eſſet omnino notoria.
cogitabis. Glo.3.opponit, quòd imò excom-
34 municatus † non poſſit eligere, & ſoluit; & ex
ſolutione format quæſtionem, quam ſoluit.
In ea ibi, nec eligere, nec eligi. dic de hac ma-
teria, vt in iuribus allegatis in glo. & vt tradi-
ditur .9.q.1.c.nos in hominem. tetigi aliquid
in .c. excommunicamus.§. credentes. ſup̃ de
hæreti. & latè per Cal. in .q. quæ incipit, ex-
communicatus qui cōmuni opinione. Glo.
ſuper verbo iuriſdictionis, colligit, & tractat de
35 alio effectu poſito in tex. videlicet an † minor
excommunicatio tollat exercitium iuriſdictio-
nis, & repellat à iudicio. In ea in fin. dic,
36 quaſi velit dicere glo. quòd iuriſdictio † nullā
habet dependentiam ab ordine, ſiue officio.
Sed aduerte, quia docto. hic videntur velle, ꝙ
ſuſpēſus ab officio; ſit ſuſpenſus à iuriſdictione.
Et idem videtur velle in ſuſpenſo à beneficio;
ex eo quòd in caſu prædicto exercitium iuriſ-
dictionis dependet ab officio, & beneficio.
quod placet .d. Anto. & .D.m. de quo latius
vide in .c. cum dilectus. ſup̃ de conſue. Nec
obſtat motiuum glo. quia vendicat ſibi lo-
cum ante connexitatem ordinis cum officio,
vel beneficio; quo caſu iuriſdictio non depen-
deret ab officio, vel beneficio. Quare autē ex-
37 cōmunicatus minori poſſit eſſe iudex, & † nō
teſtis, dicunt Vincen. & Goffr. quòd peccatū,
& mendacium ſunt cōtraria veritati. Nec præ-
38 ſumitur † verū dicere, qui peccat in Deū.2.q.7.
non poteſt. Vel quia maius periculum eſt in
teſte, cuius grauamen non releuatur per appel-
lationem



ſitionem, ſicut grauamen iudicis. & ſequuntur
Ioan. Andr. & .d. Anto. ſed tu vide, quia vide-
tur eſſe maius periculum in iudice, q̃ in teſte;
& ideò facilius recuſatur. Circa ꝙ vide quod
dixi in .c.poſtremo.ſ̃.de appe. Glo.ſuper ver.
ſcienter, attingit alium effectum poſitū in tex.
qui eſt, quòd excōicatus minori, ſcienter non
poteſt eligi. Vnde quærit glo. quid ſi ignorā-
ter eligatur, vtrum teneat electio? arguit ꝙ ſic,
& decidit in contrarium. Deinde format aliam
quæſtionem, & ſol. In ea ibi, ſed nō credo; dic
Com. op. 39 hæc opinio † cōmuniter * approbatur, & tenē-
da eſt; quia ignorantia eligentium non debet
prodeſſe excommunicato. vt in .d.c.cum dile-
ctus.ſ̃. de conſue. In ca. in fi. dic, doc. hic &
in .d.c. cum in cunctis. ſup̃. de elec. communi-
Com. op. 40 ter * tenēt contrarium, quia licet † electores
eligendo ſcienter excommunicatum minori,
peccent, non tamen incurrunt pœnam illius .c.
41 cum in cunctis. quia illa pœna † habet locum
ſolum in caſibus ibi expreſſis. de quo plenè per
Io. An. in regu. hodie. lib.6. in mercuria. Sed
aduerte, quia contra prædicta, & contra tex.
42 oppo. videtur enim, quòd eligi † poſſit, quia ex
quo tātum excluditur à participio ſacramēto-
rū, vt dicit tex. hic, ergo cum actus electionis
videatur extrinſecus à ſacramentis, debet poſſe
eligi. Sol. dic quòd excluditur à participio ſa-
cramentorū, & ab omnibus ordinibus ab hmōi
participijs depēdentibus. Et volunt doc. quòd
hæc ſint vera, etiam ſi egiſſet pœnitentiā de pec
cato, antequam abſoluatur ab illa excōicatio-
ne; quia oportet, quòd reſtituatur ad partici-
pium ſacramentorū, à quo priuatus eſt. Dicit
igitur .d. An. ꝙ quidam ſunt à iure, & à Deo
ſuſpenſi minori ſuſpenſione, & illa durante ſi
eliguntur, nō valet electio; vt hic. Licet in hoc
ſint opi. Quidam enim dicūt, ꝙ ſufficit ipſum
pœnituiſſe ante petitā confirmationem; vel tē-
pore quo petitur cōfirmatio electionis. Qui-
dam voluerūt, ꝙ ſatis eſt, quòd pœnituerit, li-
cet non ſit abſolutus ante electionem. Inno.
tenet, quòd etiam ſi pœnituerit ante electionē,
dummodo non ſit abſolutus ab excommunica-
tione, ꝙ electio eſt nulla. ꝙ etiam hic ſequun-
tur Hoſti. & Io. An. Qualiter autem fiat abſo-
43 lutio, † traditur in .c. nuper .j̃. de ſen. excom.
Et ſufficit ſecundum Pe. quòd ſacerdos curatus
illius intra eccleſiam, vel extra, dicat, abſoluo te,
vel reſtituo ad ſacramentorum perceptionem;
vel do tibi licentiam, vt poſſis audire diuina, vel
percipere ſacramenta. Quidam ſunt ſuſpenſi
44 à ſolo Deo, & tales ſi † eligantur acta pœniten-
tia, valet electio; Aliàs non videtur valere; ſi
peccatum non eſt occultum; Sed ſi eſt occultū,
dicit Inno. quòd valet; quia etiam hæreticus,
& excommunicatus, dummodo omnino oc-
cultus, ſi ab eccleſia toleratur, eligitur; & va-
let electio; & cōtrahit matrimonium ſpiritua-
le; quia licet ſit ſuſpenſus à Deo, tamen verus
ſponſus Chriſti efficitur. Vnde Apoſtolus
deſpondi vos vni viro, virginem exhibere
caſtam Chriſto .26. diſt. acutius. & in Pſal-
terio. tanquam ſponſus procedens de thalamo
ſuo &c. Et in Euangelio. qui ſponſum habet,
amicus ſponſi eſt. Et iterum ſponſus miniſtra-
lis, non generat filios niſi miniſterio. Vnde
Apoſtolus, ego plantaui, apollo rigauit, &
Deus incrementū dedit. de conſe. di.4.c.aliud
in fin. &.1.q.1.c.multi. Item baptizat ſeruus
bonus, & malus; & columba non abhorret mi-
niſterium malorum 32. diſt. c. prçter hoc.§. ve
rum. De iure autem poſitiuo nō valet electio
exiſtentis in peccato; vt ſ̃. de elect.c. conſide-
rauimus. Vnde non confirmabitur; cū princi-
pium fuerit vitioſum. Et ſic diſpenſatio erit
neceſſaria. vt in .c. poſtulaſtis. ſup̃ eod. Valet
tamen de iure naturali, ſecundum Inno. Et ſi
45 per ſuperiores cōfirmabitur, reſultant † plures
effectus. Primus, quia valebant geſta, donec
toleretur; quæ non valerent vbi de iure natu-
rali, & poſitiuo promotio eſſet nulla. Et ſic li-
46 mita † .l.Barbarius .ff. de off. prçto. & idem te-
net in. c.cū dilectus. ſ̃. de elec. Secundus effe-
ctus, quia electione illa confirmata, non vale-
bit ſecunda electio de alio facta, non vocato il-
lo confirmato, cuius electio ſaltem tenebat de
47 iure naturali; quia ex quo eſt ſpecialis † con-
tradictor, debet ille citari. vt in.l.ſi .c.ſi per vim,
vel alio modo. Et hodie expreſsè probatur. in
.c.fin.de elec.lib.6. & traditur in.c.trāſmiſſa.ſ̃.
de elec. Glo.ſuper ver.priuatus. quærit de ra-
tione, quare ſit priuatus electione paſſiuè, &
ſolu. dic, vt in ea. Glo. ſuper ver. non carent,
tangit alium effectum, ꝙ excommunicatus mi-
48 nori † licet peccet conferendo ſacramenta, ta-
men ipſa collata operantur effectum in reci-
pientē; & aſſignat rationem. & in fi.colligit ar-
gumentum, quod colligitur hoc modo; quia
ſi excōmunicatio tranſiret in tertiam perſonā,
excommunicatus minori non poſſet conferre,
cum cōmunicet cum ipſo cui confert; vnde ſi
ille tertius efficeretur excōmunicatus, non eſ-
ſet habilis hac perceptione, vt hic; ſed conſe-
quens eſt falſum; quia habilis eſt, ergo nō tran
49 ſit † in tertiam perſonam. Sed aduerte, quia
contra tex. & glo. opponitur, videtur enim, ꝙ
cum excōicatus minori remotus ſit à partici-
pio ſacramētorum, nō videtur ſibi licitū tange
re ſacramenta .81. diſt.c. eos.& .c. miniſtri. &
50 .c. oportet. Et maximè in collatione † ordi-
num, quæ fieri non debet ſine Miſſa. 85.diſt.c.
.1.2.3.&.4. Solu. dicunt quidam, quòd licet
51 peccet † in eo ꝙ Miſſam celebrat, nō tamen pec
cat conferendo ſacramenta. vt hic, & .1. q.1.c.
omnia .11.diſt.Illud. Exceptis à iure expreſſis;
vt eſt baptiſmus; de quo in ti. ſe .c. 1. Sed ſub-
diti non prohibētur recipere ab ipſo; & ſic nō
prohibetur à collatione quò ad ſubditos; & vir
tutem ſacramenti conferendam; Sed partici-
pando, & conferendo, conferens ſe cōmaculat.
Hoſti. dicit, quòd conferens non participat;
quia non confert ad ſuam, ſed ad recipientium
vtilitatem; Nam propriè participare dicitur
qui partem capit. prohibetur ergo à participa-
tione quæ ſuam vtilitatē reſpicit. Facit.l.1.ff.
 de do.

de do.& quod traditur.ſ. de his quæ fi. à ma.
par. ca.c.quæſiuit. Sed quærunt hic doc. vtrū
52 excōmunicatus † minori poſſit celebrare pro
defunctis,ita ꝙ eis proſit. Abbas dicit quòd
ſic, per hunc tex. Dubium facit, quia cum is
qui diſplicet &c. 3. q. 7.c. in grauibus. &. 49.
diſt. in prin. Sed Io. Andr. intelligit de intercedente pro illo qui diſplicet, hoc eſt qui dam-
53 natus eſt; gratia † enim ſacramenti,quæ à Deo
confertur, tranſit; licet miniſter ſit infectus.
Quanquam non tranſeat illud meritum quod
vltra ſacramentū trāsfertur propter merita boni miniſtri;ſecundum quod tradit Inno. poſt
Theologos in.c. fraternitatis.ſ.de hæreti. quia
in illū transfertur ſi miniſter eſt bonus. Et ſic
patet, quòd etiam peccatores ſuſpenſi à perceptione ſacramētorū,conferunt omnia ſacramēta, & eorum executionē, & gratiam;ſecundum
aliquos; dummodo non ſint ſupenſi ab ordine. Circa qd' vide quod dixi ſupra de ſchiſma.
.c.1. & quod no. in .c. 1. & .2. ſ.de ordina.ab
epiſco. Glo. penult. quærit de intellectu literę, & ponit tres intellectus. In fi. dic,iſte vlti-
Cō.intel. mus intellectus plus placet, & cōmuniter* te-
54 netur. † Nam primus intellectus eſt nimis durus. Cum igitur criminoſus non ſit ſuſpenſus
à collatione ſacramētorum. vt in.c.fi. de coha.
cle. & mu. ergo nec alij prohibentur recipere
ſacramenta ab eo;vt in .c.veſtra.de coha. cleri.
& mulie. vbi eſt caſus ſpecialis.

## Rubrica De Clerico Non Ordinato Miniſtrante.

HOc modo cōtinuatur, viſum eſt ſupra de clericis celebrantibus poſt officium interdictum, nunc competenter ſequitur videre de non ordinatis adminiſtrantibus; vel ordinatis in ordine non ſuſcepto adminiſtrantibus.

## Capitulum .I. Si Quis.

*SVMMARIVM.*

1 *Miniſtrās in pertinētibus ad ordinē,quē nō habet, deponendus eſt; nec eſt amplius ordinandus.*
2 *Et punitur pœna falſi. nec contraria conſuetudo eum excuſat. ibidem.*
3 *Declaratur hæc decretalis.*
4 *Ignorantia excuſat à tanto, non à toto.*
5 *Temerè dicitur agere, qui ſcienter rem facit prohibitam.*
6 *Abijciatur verbum,tripliciter exponitur.*

1 SI QVIS, Miniſtrans † in pertinentibus ad ordinem quem non
habet, deponēdus eſt. et amplius
non eſt ordinandus.h.d. Nota
2 primo ſummarium; Et etiam ꝙ talis † tenetur
pœna falſi; ſicut miles,aut doctor,vel alius,qui
aſſerit ſe habere aliquam dignitatē qua vtitur,
cum illam non habeat. vt.in.l.eos.ff.de fal.vbi.
dicitur, quòd tales pro commiſſi delicti qualitate ſunt puniendi. Nec eos excuſat contraria conſuetudo.vt in .c.quanto.ſ.de conſue.ſecundum Hoſti. Io.An. & .d. Anto.hic.& idem
Hoſti. in ſum. huius tit. in fi. Et quòd teneatur
pœna falſi,tenet etiam Bald.in .l.ſub prætextu.
la.2. c.de tranſac. Et adde not. limitationē quā
dixi in .c. 1. in glo. pe.ſ. de magi. circa mediū.
Sed quæro de exemplo literæ. Sol. dic, quòd
poteſt exēplificari ſi Acolythus vſurpet officiū
ſubdiaconatus; & Subdiaconus officium Dia-
3 coni; & ſic de ſimilibus. Et intellige † ſecundum Hoſti. quando hoc fieret in apparatu ſolemni; Secus ſi non in ſolemni non ſubdiaconus diceret epiſtolam; aut non diaconus euangelium. vt.ſ. de vi. & ho.cle.c.3. Item ſecus
ſi tempore neceſſitatis nō ſacerdos baptizaret,
vt dicit hic glo. Et eſt ſecus in priuato qui diceret Euangelium; Nam & monialis aliquando illud dicit .ſ. in matutino .26. q.1.c. diaconiſſam. Excuſat etiam aliqualiter ignorantia,
4 & ſic à tanto,† non à toto .ī.titu.1.c.1.& hoc
probatur per tex. dum dicit, temeritatem, nā
5 ille dicitur † temere agere, qui ſcienter facit rē
prohibitam. vt in.c.ex literis.ſ.de diuor. Et in
.c.is qui .§.1. de ſen.excom.lib.6. & in .c.2. 9.
diſt. & in .c. auaritiæ. de elec.lib. 6. cum ſim.
Et ſecundum hoc,verbum propter temeritatē,
adiungitur orationi præcedēti; ſed ſi adiungeretur ſequenti, videlicet dicendo, propter temeritatem abijciatur, debet hoc intelligi propter non obſeruantiam ordinis iuris.2.q.1.c.
multi.data tamen ſcientia,vt eſt dictum. Glo.
oppo.& ſoluit. In fi.dic, de ratione, & materia
neceſſitatis in baptiſmo, vt latiſsimè dixi in.c.
.4.ſ.de furt. Vltimo quæro quid intendat litera, dum dicit abijciatur. Sol. dic, quòd po-
6 teſt tripliciter † intelligi ſecundum Hoſti. Primo modo, quòd abijciatur per excommunicationem præcedente monitione. Secundo per
priuationem à beneficio. Tertio quia poterit
deponi ab officio. ar.c. 1. 2. & 3. ſ. tit.proxi.
Et iſte vltimus intellectus plus placet.D.m.per
id quod ſequitur in litera, dum dicit, nunquā
ordinetur. Et intellige tex.dum dicit, nūquam
ordinetur, niſi cum eo diſpenſaretur per ſe. ap.
11. q.3. priuilegium.25.q.2.c. ſic decet.

## Capitulum .II. Ex Literis

*SVMMARIVM.*

1 *Diaconus Miſſam celebrans ad ſacerdotium non promouetur; & à diaconatu ſuſpenditur ad tempus.*
2 *Doctores iuris ciuilis tantum, qui conſulendo decidunt cauſas ſpirituales, & merè canonicas, puniuntur.*
3 *Epiſcopus poteſt diſpenſare in beneficio cum eo, qui miniſtrauit in ordine non ſuſcepto.*

4 Bene-



4 *Beneficium ex cauſa poteſt habere inhabilis ad officium.*
5 *Manus impoſitio quid ſignificet.*
6 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum diacono, qui miſſam celebrauit, vt poſſit ad ſacerdotium promoueri.*
7 *Epiſcopus, in quibus caſibus poſſit diſpenſare, remiſſiuè. Et quòd niſi in caſibus à iure expreſſis non poſſit diſpenſare.nu.ſeq.*
9 *Epiſcopus quandoq; poteſt diſpenſare cum aliquo in beneficio, & non in officio.*
10 *Clericus attentās cauſa ioci hic probibita, an excuſari debeat à pœna.*
11 *Ludus noxius exiſtens in culpa, non excuſat delinquentem.*
12 *Voluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
13 *Baptiſmus, licet per iocum fiat, tamen character imprimitur, ſi verba formalia interuenerint.*

1 EX LITERIS. Diaconus † miſſam
celebrans ad ſacerdotium non ꝓmouetur. & à diaconatu ſuſpenditur ad tempus. & in beneficio
poterit cum eo diſpenſari. h.d. Communis diuiſio.ſecunda ibi,conſultationi. Not. primo,
ex tex. pęnam exercentis actum ſpectantem ad
dignitatem quam quis nō habet;efficitur enim
inhabilis ad illam dignitatem: & circa dignitatem habitam puniri debet. Ex quo ego infe-
2 ro,ꝙ † doctores iuris ciuilis, qui conſulendo
decidunt cauſas ſpirituales, & merè canonicas,
quarum interpretandi ptātem non receperunt,
puniuntur vt hic; & præterea in alijs pœnis, de
3 quibus in.c.præced. Not ſecundo,ꝙ † epiſcopus poteſt diſpenſare in beneficio cum eo,qui
miniſtrauit in ordine non ſuſcepto. Et dicit
Inno.quòd hoc regulare eſt, quòd in beneficio
licitum ſit diſpenſare. Not.tertio ibi,de bene-
4 ficio,quòd † licet quis ſit inhabilis ad officium,
nihilominus poteſt habere beneficium ex cauſa.concor.c.fi.ſ.de cle.pu.in duel. Glo.2.quę-
5 rit quid intendit tex. dum dicit de † impoſitione manus,& ponit duos intellectus, & vltimus
magis placet,quò ad tex.noſtrum. Glo. ſuper
ver.miſericordiam.quærit de qua miſericordia
intelligatur tex. & quis poſſet illam facere. In
fi.dic,idem tenet hic Goff. Hoſtien. & etiam in
ſum.eo.titu.§.fina. & Spec.in titu.de diſpen.§.
6 nunc de epiſcoporum.ver.18. Nam † cum epiſcopus nō diſpenſet cum ordinato miniſtrante
poſt ſuſpēſionem,vt dixi in.c.3.ſ.tit.proximo.
fortius non debet poſſe diſpenſare cum nō ordinato miniſtrante,qui vſurpauit ſibi officium.
Innoc.tamen in.c.dilectus.ſ.de temp.ord. vbi
7 enumerat cauſas, † in quibus poteſt epiſcopus
diſpenſare,cum non ordinato miniſtrante,ſimpliciter dixit, quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum non ordinato miniſtrante,per hoc cap.
Sed poteſt intelligi, vt intelligit glo. noſtra, in
diaconatu;aut in beneficio; non in ordine iam
ſuſcepto. Facit,quia tex.in.c. præceden. dicit,
nunquam ordinetur;& ſic videtur,quòd epiſco-
8 po ſit prohibita diſpenſatio. Item quia † epiſcopus non diſpenſat niſi in caſibus à iure expreſſis.vt in.d.c.dilectus. Sed iſte nō eſt expreſſus,
igitur &c. Et quare circa beneficium poſſit diſpenſare,ratio ponitur in tex.Et ſic habes,quòd
9 † quandoq; poteſt diſpēſari cum aliquo in beneficio,& non in officio. Extra glo. quæritur
10 † quid ſi clericus cauſa ioci attentaret hęc prohibita, an excuſari debeat à pœna; & videtur
11 dicendum ꝙ non; quia † ludus noxius eſt in culpa.ff.ad.l.aquil.l.nam ludus.ſ.de homici.c.cōtinebatur. Sol.dicit Hoſt.in ſum.§.fin. in fi. ꝙ
non credit,quòd hanc pœnam patiatur, niſi ſeruaret ſolemnitatem;licet aliàs deberet pœnitere. arg.15.q.1.c.illud.in fi. &.l.obligationum.
12 ff.de act.& obli.quia † voluntas, & propoſitum
diſtinguunt maleficia.vt in.c.cum voluntate.ī.
de ſent.excom. Allegat tamen in contrarium,
13 quia † licet baptiſmus per iocum fiat,tamen character imprimitur,ſi verba formalia interuenerunt.1.q.1.c.ſpiritus.§.ecce.de conſec.diſt.4.
c.quanuis.&.c.ſolet. ſed ibi eſt alia ratio.

## De Cle. Per Saltū Promoto. Rub.

CONTINVATVR hoc modo, quia nō ordinati interdum miniſtrant, interdū verò quis promouetur præpoſterè, & per ſaltus,quod fieri nō debet; & ideò prohibetur; meritò poſt tit.ꝑced.ſubijcitur hæc Rub.qm̄ ad dignitates,ſeu ordines eccleſiaſticos aſcēdendum eſt de gradu in gradū. 48.diſt.c.ſicut.93.diſt.c.legimus. Sicut etiam in dignitatibus temporalibus.vt.l.vt gradatim.&.l.honor.ff.de mun.& honorib. & .c. vt digni.ordo ſeruetur. lib.12. l.1.&.2.

## Cap. Vnicum. Tuæ Literæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Subdiaconus per ſaltum ad ſacerdotium ignoranter promotus, poſt pœnitentiam in diaconum ordinatur; & poteſt ſecum in ſacerdotio diſpenſari. & nu.5.*
2 *Ordinis collatio præpoſterè facta tenet, licet tranſgrediens ſit puniendus.*
3 *Aſſertio proborum virorum inducit probabile dubium.*
4 *Sacramentum quod de neceſſitate confertur, debet quotieſcunque dubium eſt an interuenerit, ad cautelam conferri; ſub conditione tamen.*
6 *Impubes an poſſit ſe obligare ad votum continentię. & nu.9.*
7 *Ordinatus in minori ætate cōſequitur characterē.*
8 *Profeſſus ante puberem ætatem non efficitur monachus, niſi ſequatur tempore habili tacita, vel expreſſa ratificatio.*

10 Im-

10 *Impubes doli capax poteſt obligari in omnibus votis, excepto voto continentiæ.*
11 *Renuntiare ei, quod ignoramus, non poſſumus.*
12 *Ordinem, habere votum continentiæ annexum, quomodo intelligatur.*
13 *Epiſcopus an poſſit diſpenſare cum promoto ſcienter per ſaltum, qui tamen non adminiſtrauit.*
14 *Ordo presbiteratus, vel alius ſacer poteſt conferri non habenti ordines minores, ſecundum communem. licet non poſſit exequi talem ordinem.*
15 *Ordines minores non erant inſtituti in primitiua Eccleſia.*
16 *Epiſcopalis ordinis collatio tenet, licet ordinatus non ſit ſacerdos, ſecundum communem: impeditur tamen executio.*
17 *C. Ex literis. infra de exceſ. præla. declaratur.*
18 *Baptiſmus in forma Eccleſiæ collatus, eſt fundamentum omnium ſacramentorum.*
19 *Confeſſor productus in teſtem à pœnitente poteſt de eius reconciliatione, & pœnitentia teſtimonium ferre.*

QVAE LITERAE. Qui ignoranter
1 per † ſaltum de ſubdiacono fit p̄-
sbiter, poſt pœnitentiam in diaco
num ordinatur; & poſtea poteſt
ſecum in ſacerdotio diſpenſari. h.d. Commu-
nis diuiſio. ſecunda ibi, mandamus. No. quòd
2 licet † collatio ordinis non debeat fieri præpo-
ſterè, & per ſaltus, facta tamen tenet; Sed tranſ-
3 gredienti pœna eſt imponenda. Not. † quòd
aſſertio bonorum virorum inducit probabile
dubium; talibus enim credendum eſt. vt in. c. in
noſtra. s̃. de procura. Et vide quod latiſſimè di-
xi in. c. qualiter. il. 2. in nono artic. princi. q. 45.
s̃. de accu. Not. tertio regulam, quòd vbicun-
4 que probabiliter dubitatur an † ſacramentum,
ꝙ de neceſſitate conferri debet, interuenerit,
vel non, ad cautelam debet conferri. Et hac
dubitatione exiſtente, debet conferens vti illis
verbis, ordino ſi, & in quantum non ſis ordina-
tus. Et etiam in animo gerere, ordinare, in
quantum non ſit ordinatus; aliàs ſecus. Et vide
quod not. de ſimili cautela in baptiſmo, in. c. 2.
5 s̃. de baptiſ. Vltimo not. quòd † ordinatus pr
poſterè, non poteſt ſine diſpenſatione admini-
ſtrare in ordine præpoſterè ſuſcepto. Glo. 2.
in prin. quærit, an ordinatus ante. xiiij. annum
recipiat ſacrum ordinem, & ſoluit ꝙ ſic; reſpon
dendo ad contrarium de matrimonio carnali.
6 Secundo quærit, an † impubes ordinatus tenea-
tur continere; & ponit opinionem, & ſoluit. In
ea ibi, non debeant. dic, niſi in ætate, & qualita-
te. In ea ibi, matrimonio carnali. ſupple, quod
ab impubere contractum nullum eſt; niſi mali-
tia &c. vt ſequitur in gl. In ea ibi, ſpirituale ma-
trimonium, dic de hoc, vt latè traditur per Io.
An. in. c. tuæ. s̃. de ſponſa. In ea ibi, ſi contradi-
cat ante. xiiij annũ. Idem tenet hic Hoſt. & In-
no. & in. c. vel non eſt compos. allegato in glo.
qui volunt quòd ſatis ſit, quòd ordinatus con-
tradicat ante aduentum pubertatis; vel ſtatim
adueniente pubertate. j̃. triduum, ſecundum
Hoſt. arg. c. ad noſtrã. s̃. de reg. Nã ſi expreſsè
non poteſt ſe obligare ante pubertatem voto
continentiæ. vt. 20. q. 1. c. 1. fortius non poteſt
tacitè, ſuſcipiendo ſacrum ordinem. Et putat
Hoſt. in ſum. eo. ti. quòd finita pubertate, non
ſit neceſſarium illum interrogare; ſicut dicitur
de ingreſſo. vt traditur in. c. 1. s̃. de regul. Et ra
7 tio diuerſitatis eſt, quia licet quis ſit † ordina-
tus in minori ætate, tamen conſequitur chara-
cterem; & ſic videtur habere votum annexum
8 ordini; Sed † profeſſus ante. xiiij. annum, non eſt
monachus; & ideò requiritur expreſſus conſen
ſus, vel equipollens ratificatio, ſecũdum Hoſt.
Sed Io. An. non placet hæc diuerſitas in. d. c. 1.
quia ingreſſus religionis poteſt tacitè ratifica-
ri. vt in. c. 1. de regula. lib. 6. Sed redeundo ad
9 † primum aduerte, quòd glo. 1. q. 1. in. c. pueri.
tenet impuberem doli capacem obligari ad cõ-
tinentiam. Sed Archid. poſt Hug. dicit, quòd
aut iſte adueniente pubertate vult tenere cleri-
catum, & gaudere priuilegio clericali, & tunc
tenetur continere; aliàs ſecus. Et hoc idem
10 tenet hic. D. m. quia † licet doli capax poſſet
obligari in alijs votis, vt not. Innoc. in. c. ſcri-
pturæ. s̃. de vot. tamen ſecus eſt in voto con-
tinentiæ; quia cum ante pubertatem non ha-
beat potentiam coeundi, licet ſit capax doli; ta-
men quia ignorat quid ſit continere, nõ poteſt
11 † renuntiare ei quod ignorat. Non obſtat qđ
12 dicitur † ordo habet votũ continẽtiæ annexũ;
quia illud verum, ſi aliud non impediret; ſed in
caſu noſtro defectus ætatis cõtradicit. Glo. fi.
in prin. quærit quis poſſit diſpenſare in caſu no
ſtro. Secundo quærit, vtrum teneat collatio
maioris ordinis non præcedente ordine mino-
ri ponit duas opi. & ſecundam approbat. Ter-
13 tio quærit, & ſoluit. In ea ibi, † epiſcopus ſuo
iure, dic, & idem ſi promoueretur ſcienter per
ſaltus, non tamen miniſtraſſet; quia iniungitur
ei pœnitentia, & ſupplebitur cautè, quod incau
tè eſt omiſſum; & ſic per epiſcopum diſpenſa-
bitur. 52. diſt. c. ſollicitudo. & in. c. 1. s̃. de ſacr.
non iteran. Sed ſi in ordine non gradatim re-
cepto adminiſtraret, incidit in mentem tituli
præcedentis; & ſic non poteſt cum eo diſpenſa-
ri, niſi per ſed. Apoſtol, vt dixi. s̃. titu. proxi-
mo. c. fi. & tenet Hoſt. in ſum. eod. tit. in fi. In ea
14 ibi, illud verius videtur. dic, & hoc † cõiter* te- Cõm. op.
netur. Talis tamen non poteſt exequi illum or-
dinem, vt hic in tex. Et quòd imprimatur, fa-
15 cit ſecundum Innoc. quia † in primitiua eccleſia
non erant inſtituti ordines minores; & tamen
erat ſacerdotium. 21. diſt. in ſum. §. 1. In ea.
16 in fi. dic, contrarium † communiter* tenetur, ꝙ Cõm. op.
tenet collatio ordinis epiſcopalis, licet ordina-
tus non ſit ſacerdos. & tenet glo. in. c. ſollicitu-
do. 52. diſt. Nam præpoſteratio in collatione
ordinum non vitiat; licet impediat executionẽ,
17 vt hic. Non obſtat † . c. ex literis. j̃. de exceſſ.
præla. allegatum in glo. quia loquitur de execu
tione ordinis epiſcopalis, quam prohibet; non
autem de impreſſione characteris. Vnde dicit
Hoſt.



Hoſt. in ſum. eód. tit. quòd qualiſcunque ordo
conferatur, etiam per ſaltus, imprimitur chara-
cter; dummodo is cui confertur ſit chriſtianus.
18 Aliàs ſecus; quia baptiſmus in forma † eccleſiæ
collatus, eſt fundamentum omnium ſacramen
torum. vt in. c. veniens. s̃. de presbit. non bapti.
Vltimo extra glo. opponitur, in eo quod tex.
dicit, quòd ſecreto confeſſus eſt. nam per hoc
videtur, quòd non potuerit manifeſtari. vt in. c.
omnis. j̃. de pœn. & remiſſ. Sol. tex. noſter lo-
quitur, quando fuit confeſſus vt iudici, non vt
in pœnitentia. Contrarium, vt confeſſori in pe
nitentia. Vel ſecundo, poſito quòd vt confeſſo-
ri; poteſt reſponderi, quòd peccator voluit, ꝙ
19 confeſſor manifeſtaret, vt in teſtem † induceret
confeſſorem. vt in. c. nemo. s̃. de ſimo. & in. c. ſi-
gnificaſti. s̃. de adul. ſecundum Hoſt. & Io. An.

## De Eo Qui Furtiuè Ordinem Suſcepit. Rubrica.

CONTINVATVR ad precedẽtem hoc ordine, quia quandoq; quis per ſaltus ꝓmouetur, de quo dictum fuit ſupra ti. ꝓximo; & interdũ furtiuè; ideò poſt præcedẽtem Rubricam ſubijcitur iſta. Et ad materiam facit. 63. diſt. ſalonitanæ. & 9. q. 2. Lugdunenſis. Et quis dicatur furtiuè ordines recipere. dicetur in. c. 1. in glo. 1.

## Capitulum. I. Veniens.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordinem furtiuè recipiens non poteſt adminiſtrare in eo; Nec ad ſuperiores ſine diſpenſatione Papæ aſcendere, ſi contra hoc facientes, lata erat excommunicatio, & nũ. 6. Circa diſpenſationem Papæ dic, vt nu. 11.*
*Sed ſi non erat lata poterit epiſcopus, & abbas diſpenſare.*
2 *Ordinatus furtiuè ordinem verè recipit, & characterem; ſed non habet ipſius executionem abſque diſpenſatione.*
3 *Archidiaconus, & alius prælatus inferior excommunicare poteſt: Dic tamen vt infra nu. 8.*
4 *Irregularis fit, qui dum eſt excommunicatus, ſuſcipit ordinem.*
5 *Religionis ingreſſus, licet non tollat irregularitatem contractam ex delicto, tamen præbet diſpenſandi facilitatem. vide tamen nu. 13. Et an ſufficiat ſola ſuſceptio habitus. nu. 15.*
7 *Ordines furtiuè recipere quis dicatur.*
9 *Archidiaconi officium magis conſiſtit in conſuetudine, quàm in iure communi.*
10 *Excommunicare regulariter nemo poteſt, niſi ſit iudex, & ſubditos habeat.*
12 *Excommunicatus non eſt, qui contrafacit, quando dictum eſt, ſub pœna excõmmunicationis præcipio ne quis hoc faciat: Secus quando verba concepta ſunt ſub hac forma, ſi quis hoc fecerit, ſit excommunicatus.*
14 *Religionem ingredi nemo cogi poteſt; ſicuti nec ad fidem poteſt compelli.*

1 VENIENS. Qui furtiuè † recipit or
dinem, in ſuſcepto ordine admi-
niſtrare; & ad ſuperiores ſine di-
ſpenſatione Papæ aſcendere non
poteſt, ſi contra hoc facientes lata erat excom-
municatio. Sed ſi excommunicatio lata non
erat, epiſcopus, & abbas poterunt diſpenſare.
h.d. cum duobus ſeq. Diuiditur, quia in pri-
ma parte narrat factum. Secundo ibi, vnde re-
ſpondemus, ponitur diſtinguens reſponſum. &
ſecundum membrum diſtinctionis ponitur ibi,
ſi verò. quod ſubdiſtinguitur in duas; & ſecun-
2 da ibi, alioquin. Not. primo, quòd licet † quis
furtiuè, & clandeſtinè promoueatur ad ordinẽ,
verè tamen recipit ordinem, & characterem;
Sed non habet illius executionem, niſi ex diſpẽ
ſatione. Not. ſecundo, quòd Archidiaconus,
3 † & alius inferior prælatus, poteſt excommuni-
care; de quo in glo. 2. Not. tertio ibi, vel præ-
latorum, quòd appellatione prælatorum non
comprehenditur Archidiaconus. ſed non pla-
cet. Not. quarto, quòd ſicut miniſtrans poſt
interdictum officium incidit in irregularitatem.
4 s̃. de cleri. excom. per totum. ita & ille, † qui in
excommunicatione exiſtẽs, ſuſcepit ordinem.
Et hinc eſt, quòd ſicut cum illo ſolus Papa di-
ſpenſare poteſt, ita & cum iſto. probatur in. c.
cum illorum. j̃. de ſenten. excom. Not. quin-
5 to, quòd licet ingreſſus † religionis non tollat
irregularitatem contractam ex delicto, de quo
tamen dic, vt dixi in. c. ad audientiam. in. 10. q.
vltimi membri princip. s̃. de homici. tamen præ
bet diſpenſandi facilitatem. Vltimo no. caſum
6 in quo epiſcopo permittitur diſpenſatio; † vi-
delicet cum eo qui furtiuè ordines recepit. Qđ
procedit, ſi contra talẽ non erat lata ſententia
excommunicationis. Secus ſi prohibitio fuiſ-
ſet facta ſub pœna excommunicationis; vt qui
furtiuè ordines reciperet, ſit excommunicatus;
vt ſtatim dicam in glo. quia cum tunc excom-
municatus promoueatur, non poteſt cum eo
remanente in ſæculo, niſi ſolus Papa diſpenſare,
vt hic. Sed cum ipſo tranſeunte ad religionẽ,
etiam ſolus epiſcopus iure ſuo poteſt diſpen-
ſare. Et hoc quò ad ordines furtiuè receptos,
& quò ad alios ſuperiores, ad quos velit aſcen-
dere. Secus quò ad illos, quos non recepit fur-
tiuè, vt hic. in fi. & . c. ſeq. ſecũdũ. D. m. Glo. 1.
7 quærit quis dicatur furtiuè † ordines recipere,
& ſoluit. In ea. in fi. dic, & in hoc caſu non ꝓ-
ſunt literæ Archidiaconi. vt in. c. ſignificaſti. s̃.
de off. archid. Item dic, quòd furtiuè ordina-
tur quis, quando quatuor minoribus ordinibus
non contentus, vna & eadem die ſubdiaconatus ordinem recepit. vt. j̃. c. ſequen. Vel cum
duos ſacros ordines recipit. vt in. c. fi. Vel cum
gradu

gradu omiſſo ſaltum facit. vt in.c.præceden.in quibus caſibus nec ſuperiori ſuo obediens excuſatur.vt.ſ.de temp.ord.c.dilectus. Superior tamen tanquam maior,plus delinquit; & ideò magis puniẽdus. vt.ſ. de transla.epiſc.c.inter. in fi.de quo latius in.c.ſeq. Glo.2.colligit arg.
8 In fi.dic ſecundum doct.quòd† Archidiaconus de iure communi non poteſt regulariter excõmunicare; nam cũ ſpeciale ſit in certis caſibus ꝙ poſſit iuriſdictionem exercere; videlicet ſuper inſtitutione corporali, ponendo in poſſeſſionem inſtitutos, vt in.c.ad hæc.§.in quadam. ſup de offic.archid.ergo regulariter non poteſt iuriſdictionem exercere.& per conſequens ex-
9 communicare. Item facit,quòd† officium Archidiaconi magis conſiſtit in conſuetudine, quàm in iure communi.vt in.c.2.ĩ.titu. proximo.& in.c.cum ſatis.&.c.fi.ſ.de off.archidiac.
10 Et quia† regulariter nemo poteſt excommunicare,niſi ſit iudex,& ſubditos habeat.vt in.c.1. de ſen.excom.lib.6. et not.in.c.archidiaconis. ſup de off.archid. & vide quod traditur in iuribus hic allegatis in glo. Glo.3.colligit arg.ex tex. & approbat, & remittit. deinde ponit lecturam Inno. In ea ibi,lata fuerit,dic ſecundũ Hoſt. & ſenſerunt etiam Tancr. & Vinc. quòd
11 †cum furtiuè ordinato,etiam ſi excommunicatio lata non fuit, Romana eccleſia de facili non diſpenſat,niſi religionem ingrediatur. In ea in fi.dic,quaſi velit Inno. quòd propter duplicem prohibitionem,& legis,& hominis,talis magis delinquit; Et cum veniat excommunicandus, non ſic de facili cum eo diſpenſatur. Et ideò epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi ingrederetur religionem. Et iudicio meo eſt lectura ſatis notabilis,& ſatis congruit literæ noſtræ. & c.fi.ĩ.eo.ibi, ſub excommunicationis ſententia fuiſſet inhibitum. Nec eſt neceſſaria impropriatio,de qua in glo.ſeq. Lectura tamen glo.
Cō. lect. eſt magis* communis, & plus placet.D.m. vt tunc ſolus Papa diſpenſet, quando excommunicatio erat promulgata contra tales ſub ea forma,de qua dicam in glo. ſeq. Glo.pen. colligit
12 arg.ex tex.quod reprobat. In ea ibi,ſub† conditione facta,dic,quaſi velit dicere glo.non ſimpliciter;vt in princi.glo. videlicet,præcipio ſub pœna excommunicationis, quòd nullus recipiat ordines; quia tunc non eſſet excommunicatus contrafaciens. vt.ĩ.de ſent.excom.in.c.à nobis.il.1. de quo articulo ibi latius dicã. quãquã in.c.1.ſ.de ſagitt. remiſerim me hic dicturum. Sed facta fuit ſub conditione hoc modo, ſi quis receperit furtiuè ordines,ſit excommunicatus. Innoc. tamen aliter intelligit hunc tex. ſecundum ꝙ dixi in fi.precedentis glo. Glo.fi. in prin.eſt expoſitiua; deinde arguit, & remittit. In ea ibi,non tuo iure,dic, vult ergo glo.ꝙ
13 †epiſcopus non poſſit diſpenſare cum illo, qui furtiuè ordines recepit, quanuis intrauerit religionem,ſi contra eum lata fuit excommunicatio. tex. tamen noſter videtur innuere contrarium. Sed pro intellectu glo.facit tex.in.c.fin. in fi.ĩ.eod. In ea in fi. dic de hoc articulo, vt latè dixi in.3.q.10.membri princi. in.c.ad audientiam. ſup de homici. Extra glo.quæritur,
14 vtrum iſte† poſſet compelli ingredi religionem. Sol.dic,quòd non. Sicut nec ad fidem.45.diſt. c.qui ſyncera. Hæc enim res non eſt præcepti; 22.q.2.c.integritas. Hæc autem omnia ſeruanda ſunt, ex quo ſuſcepta ſunt.23.q.5.ad fidem. ĩ.de reg.c.fi.ſ.de cle.coniu.c.1.&.2. Sicut dicimus in arbitrio, & contractibus.ff.de arbitr. l.3.§.1.C.de act.& obli.c.ſicut. Vltimo quę-
15 ritur,†an quò ad concedendam poteſtatem diſpenſandi,ſufficiat ſuſceptio habitus, & conuerſatio. Sol.dic ꝙ non;ſed exigitur vltra hoc, ꝙ pœnitẽtiam,vel partem pœnitẽtię agat de delicto.Io.And.dicit,quòd putat, quòd cautè tex. hoc omiſit;per id quod not. de pœnit. diſt.1.c. quis aliquando.§.his authoritatibus.ſ.de vot. c.ſcripturæ. vult dicere Io.And.quòd ſatis eſſe videtur,quòd totum vitæ tempus ad obedientiam conuertatur,ſeu ad obſeruandã religionẽ.

## Cap. II. Cum .H. Lator.

*SVMMARIVM.*

1 *Ordines minores omnes poſſunt vno,& eodem die conferri.& nu.4.*
*Subdiaconatus verò, vnà cum ipſis minoribus non poteſt.*
*Neque Acolytatus cum Diaconatu.*
2 *Abbas, vel alius prælatus inferior nunquam diſpenſat,niſi in caſibus à iure expreſſis.*
3 *Conſuetudo interpretatur legem.*
5 *Ordines minores vnà cum ordine ſacro, aut duos ordines ſacros ſimul,ſciẽter recipiens ab epiſcopo ſcienter conferente,vtrum ſit tutus; & quis ſecum poſſit diſpenſare. & num.8.vſque ad finem.*
6 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſecundum communem.*
7 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare in actu, quem celebrando puniretur.*
8 *Concedi non debet vna via,quod alia prohibetur.*
9 *Sacerdos poteſt mihi iniungere pœnitentiam de peccato, quod ego perpetraui eius mandato.*
10 *Verecundia, & erubeſcentia eſt maior pars pœnitentiæ.*
11 *Ignorantia iuris non excuſat. vide tamen. nu. 12.& 13.*

CVM .H .LATOR. Summatum eſt cum præcedenti. Diuiditur, quia prima pars narrat factũ; in ſecũda ponitur bimẽbris reſponſio; ibi,
1 quia verò. No.primo,quòd† quatuor minores ordines licitè poſſunt cõferri in eadem die. de quo hic in glo.1. Sed ſubdiaconatus vnà cũ ipſis minoribus ordinibus non poteſt eadẽ die conferri. vt hic, & in.c.3.ſ.de temp. ord. An aũt Acolytatus, & Diaconatus poſſint eadem die conferri. Doc. tenent ꝙ non;& bene; quia receptio plurium ordinum eadem die fieri ꝓhibetur. vt in.c.dilectus. & in.c.literas. ſup de temp.



temp.ord.licet ſpeciale ſit in quatuor minoribus ordinibus,vt dicam in glo.1. Vltimo no. caſum, in quo Abbas poteſt diſpẽſare. Aliqui tamen dicunt contra, ꝙ Abbas non poteſt diſpenſare; & ad tex. noſtrum reſpondent,quòd hic iſte Abbas erat epiſcopus; ſecũdum ꝙ contingit in.c.cauſam.ſ.de iudi. &.ſ.de renun.c. ex tranſmiſſa. Vel poteſt dici,quòd Abbas habebat hoc priuilegium ordinãdi clericos ſuos. Vel tertio poteſt dici, quòd Abbas hic intercedebat, tanquam præſtans con enſum epicopo diſpenſandi reſpectu monachi ſui. Tu verò
Cōm. op. dic ſecundum Inno. & Hoſt. & eſt communis*
2 opin. doc. quòd †Abbas, vel alius prælatus inferior nunquam diſpenſat; niſi in caſibus à iure expreſſis. vt in.c.ſi.ſ.de poſtu.præla. tenet Inn. in.c.dilectus.ſ.de temp.or. quia grauiora ſunt reſeruata epiſcopis. vt in cle.1.de priuileg.& in .c.at ſi clerici.§.1. ſupra de iudi. & ibi latè per D.m. In glo.1.in fi.dic,quidam tamen ibi tenent oppoſitum. de quo dic, vt ibi not. Propter diuerſitatem tamen opinionum, fortè fuit facta hic mentio de conſuetudine loci. Vnde in hoc iſte tex.redditur notabilis; quia vbi ſubeſt conſuetudo,licitè poſſunt quatuor minores or-
3 dines conferri;nam† conſuetudo interpretatur legem.vt in.d.c.cum dilectus.ſup de conſue. & in.l.ſi de interpretatione. &.l.minime.ff.de le-
4 gib. & hoc † hodie vbique communiter obſeruatur. In glo.2.dic, idem tenet Innoc. de quo dicendum, vt in.c.præced. Vltimo extra glo. opponitur in eo, quòd tex.cõcedit hic epiſcopo poteſtatem diſpenſandi; nam cum iſte epiſcopus peccauerit iſtos ordines conferendo, prohibitos conferri eadem die, grauius debebat puniri.ſup de temp.ord.c.2.in fi. Sol. dicit hic Io. And.quòd epiſcopus hoc ignorauit; nã circunuentus fuit per recipientem; nam cum iã recepiſſet minores,clam & furtiuè,ſe poſtea immiſcuit inter Acolytos, qui debebant promoueri ad ſubdiaconatum. Et ideò ignoranti epiſcopo non imputatur. Secus autem ſi ſciuiſſet, vt in cõtrarijs. Et per prædicta deciditur quę-
5 ſtio,de qua pridie fui interrogatus, vtrum† ille, qui ſcienter recipit ordines minores vnà cum vno ordine ſacro, aut duos ordines ſacros ab epiſcopo ſcienter conferente,ſit tutus;& ſi non eſt tutus, quis poſſet cum eo diſpenſare. Nam quò ad primum reſpondeo, quòd iſte non eſt tutus, nec poteſt in taliter ſuſceptis ordinibus adminiſtrare; aut ad ſuperiores aſcendere ſine diſpenſatione; quoniam ſcientia epiſcopi nõ poteſt operari in hoc; quia cum hoc fieri ſit prohibitum,vt hic,& in.d.c.3. & in.c.literas.&.c.dilectus.ſup de temp.ord.nec reperiatur conceſſa poteſtas diſpenſandi epiſcopis,vel ſimpliciter, non poteſt epiſcopus diſpenſare, vt poſſet conferre.iuxta not.in.d.c.dilectus.& ea quæ not.in d.c.at ſi clerici.§.1.ſup de iudi.& ea quæ dixi in glo.in verbo diſpẽſatum.in.c.poſtulaſti. ſup de cler.excom. Vnde cum hoc caſu non reperiatur permiſſa diſpenſatio, ergo nõ poteſt epiſcopus diſpenſare. & ibi dedi plures remiſſiones. Licet quidam velint, quòd epiſcopus poſſit diſpenſare in omnibus caſibus, in quibus non reperitur
6 expreſsè prohibitus;† Sed communiter* reprobatur. Cōm. op. Quinimò, poſito quòd hoc eſſet verũ, tamen in terminis prædictis epiſcopus reperitur expreſsè prohibitus.vt tradit Spec.in tit.de diſpenſat.§.nunc de epiſcoporum. ver. prohibetur. ibi, item non diſpenſat, vt vnus vna, & eadem die plures ſacros ordines recipiat. Hoc etiam ego probo per aliam regulam, quæ vult,
7 quòd† epiſcopus non poteſt diſpenſare in actu, quem celebrando puniretur. hanc regulam tradit ſingulariter glo.in.c.de multa.ſup de prebẽ. & in.c.nihil.ver.etatis.& in.c.cum dilectus.ſup de elect. Sed epiſcopus conferendo plures ordines prohibitos,venit puniendus. vt in.c.cum dilectus.ſup de temp.ord.cum ſimi. Circa ſecundum, videlicet, quis poſſet facta ordinatione, circa prædicta diſpenſare cum taliter ordinato;arbitror diſtinguendum,quòd aut quærimus de Papa,& non eſt dubium. Aut de inferioribus,vt epiſcopis,& ſimilibus; & ſubdiſtingue,quòd aut quærimus de ipſomet epiſcopo, qui ordinauit,vtrum ipſemet poſſet diſpenſare,
8 & dico ꝙ non. Moueor primo;quia non† debet vna via concedi,quòd alia via prohibetur. vt in reg.cum quid vna. lib.6. Sed ſi diceremus.ꝙ poſſet,quaſi ſibi hoc modo per viam indirectã concederetur poteſtas diſpenſandi ad plures recipiendos.ergo &c. Secundo moueor, quia regulariter non poteſt quis diſpenſare ſuper vitio,cuius ipſe fuit author.vt not. Inno. & Ioan. And.in.c.fin.de ordina.ab epõ qui re.epi.& ibi volunt Pet.Boa.Abb.& Hoſt. Facit.c.diuerſis. ſup de cler.coniug. & quod dixi in glo. fi. in.c. fin.ſupra de ſchiſma. Et idem etiam tenet Hoſt. in.d.c.fina. Fatetur tamen ibi, quòd ſucceſſor delinquentis hoc poſſit, vt ſtatim dicam. Quod tamen dixi, quòd ipſemet non poſſet diſpenſare, videtur limitandum ſecundum Vinc.in.d.c. fina.niſi ipſe ordinans fuiſſet abſolutus;quo caſu ipſemet videtur diſpenſare. Sicut etiam ſa-
9 cerdos † poteſt mihi iniungere pœnitentiam de peccato,quod ego perpetraui eius mãdato; Et idem tenet Egidius. Ad quod vltimum facit,quod not. Lau. de concubina ſacerdotis.3. q.7.c. fi.in fi.& idem ibi Hug. Fatetur tamen, quòd honeſtius eſſet alteri cõmittere, propter maiorem verecundiam,& erubeſcentiam, quæ
10 eſt† maior pars pœnitentiæ.de pœnit. diſt.1.c. quem pœnitet.& quod ibi not. &.30.q.1.in.c. omnes.&.33.q.2.in.c.placuit. Aut loquimur de ſucceſſore,ſeu alio,vel de ſemetipſo,poſt quã abſolutus eſt, ſecũdum prædictam opin. & adhuc ſubdiſtinguerẽ, quòd aut iſte ſcienter recepit ordines nulla excuſatione ductus,aut aliqua excuſatione ductus; quia ſic habebat conſuetudo. Primo caſu,arbitror diſtinguendum, vt in tex. noſtro; videlicet, vt quò ad ordines minores poſſet epiſcopus diſpenſare, vt poſſit in illis adminiſtrare, vt hic. Sed quò ad ordines ſacros furtiuè,ſeu contra prohibitionẽ receptos, vt poſſit in illis adminiſtrare, vel vt poſſit ad alios

alios ſuperiores aſcendere, non poteſt epiſco-
pus diſpenſare cum ipſo remanente in ſæculo,
à contrario ſenſu tex. noſtri. Sed cum ipſo ad
religionem tranſeunte, non ſolum epiſcopus,
ſed etiam abbas poſſet, vt hic. Et licet iſte mi-
nus peccauerit; quia non decepit ordinatorem,
& ſic propriè non furtiuè recepit, non tamen
propterea epiſcopo tribuitur, quantum ad or-
dines receptos, maior poteſtas diſpenſandi.
Aut iſte recipiens fuit in probabili ignorantia,
quia videbat ita obſeruari communiter per epi
ſcopos, & hoc caſu fortè poſſet attentari, quòd
epiſcopus poſſit diſpenſare. per not. in. c. vni. ſ.
tit. proximo. Facit. c. illud. ſ. de cler. excom.
11 Nec obſtat, quòd iuris ignorantia non † excu-
ſat, vt in. l. leges ſacratiſſimæ. C. de legib. & in. l.
12 bonorum. C. qui admit. quia † illud eſt verum,
quando nulla fuit iuſta cauſa, & probabile du-
bium circa iuris diſpoſitionem; Secus ſi iuſta
fuiſſet cauſa; Vel propter opiniones varias. ſm
not. per. d. Ant. in. c. cum dilectus. ſup̃ de con-
ſuet. & Io. And. in. c. 1. de poſtu. præla. lib. 6. &
per docto. in. l. 1. & 2. C. de pœn. iud. qui ma.
iud. cum ſua materia. Vel quia iura eſſent offu
ſcata propter aliquam obſeruantiam in cõtra-
rium. vt ſingulariter traditur in reg. qui contra
iura. lib. 6. & per Io. de Imo. poſt glo. ſuper ver
bo pecuniam. in cle. 1. de re. eccle. non alien. &
per. D. m. in. c. de quarta. ſ. de præſcrip. in glo.
13 fi. dixi in. c. 1. ſup̃ de poſtu. Et † maxime ſi re-
cipiens fuiſſet minor, quales ſunt communiter
recipientes ordines; quia minores regulariter
excuſantur à iuris ignorantia. Licet ſecus ſit in
quibuſdam caſibus, vt dixi in. c. 2. ſ. de apoſta.
Et ad prædicta etiam facit, quod dixi in. c. fina.
in glo. fina. ſup̃ de ſchiſma. vbi dixi, quòd ꝓpter
probabilem ignorantiam diſpenſat epiſcopus,
vbi aliàs non diſpenſaret. Facit quod traditur
in. c. 1. de ord. ab epiſco. qui re. epi. & melius
in. c. fina. eod. titu. Et prædicta not. quia non
tanguntur per docto. & quotidie de facto poſ-
ſunt contingere.

## Capitulum. III. Innotuit.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus vnius diœceſis poteſt ordinari ab epiſco-
po alterius diœceſis, de licentia tamen ſui epi.*
2 *Excõmunicationis ſentẽtia generalis contra tranſ-
greſſores canonum, valet.*
3 *Epiſcopus poteſt adiuuare legem ſuperioris, &
canones per appoſitionem pœnæ, vbi non eſſet
appoſita.*
4 *Ordines duo ſacri non poſſunt eadem die conferri;
ſi tamen conferantur, imprimitur character;
& impeditur ſolum executio ordinis. intellige
tamen vt nu. 7.*
5 *Excommunicatus poteſt matrimonium cõtrahere.*
6 *Ordinem recipiens in excommunicatione, an poſſit
in eo de licentia epiſcopi adminiſtrare.*
8 *Ordinatus à non proprio epiſcopo, an ſit ſuſpenſus
à iure.*
9 *Ignorantia in facto proprio eſt probabilis propter
multitudinem agendorum.*
10 *Ordinatus qui pro tali ſemper fuit habitus, ſi mo-
ueatur ſibi quæſtio, quòd non ſit talis, quid
agere debeat.*
11 *Qualitas extrinſeca inhærens perſonæ, quando re-
uocatur in dubium, cui incũbet onus probãdi.*

INNOTVIT. Summa vt in. c. 1.
communis diuiſio. ſecunda ibi,
conſultationi. Not. primo, quòd
1 clericus † vnius diœceſis poteſt
accedere ad epiſcopum alterius diœceſis, & ab
eo ordinari; dummodo faciat de licentia pro-
prij epiſcopi; aliàs vterque peccaret, & ordina-
tus, & ordinator. vt in. c. 1. & 2. in fi. de tempo.
ord. lib. 6. Not. ſecundo, quòd valet excom-
2 municationis ſententia † generalis prolata con-
tra tranſgreſſores canonum. concor. c. fina. de
3 conſtitu. lib. 6. Not. tertio, quòd † epiſcopus
poteſt adiuuare legem ſuperioris, & canones,
per appoſitionem pœnæ, vbi non eſſet appoſi-
ta. Ad idem. c. fina. de conſtitut. lib. 6. & per
Io. And. in. c. fina. de off. archipreſb. Vide qđ
dixi in cle. ne Romani. de elect. Not. quarto,
4 quòd † duo ordines ſacri non poſſunt vna, &
eadem die conferri. Ad idem. c. dilectus. ſup̃
de temp. ord. Not. quinto, quòd licet duo or-
dines ſacri nõ poſſint vni conferri eadẽ die; ta-
men ſi conferuntur, tenet collatio; & impri-
mitur character; & ſolum impeditur ordinis
executio. vt in. c. vni. ſup̃ tit. proximo. Not.
ſexto, quòd licet excommunicatus non debeat
ordinari, in ipſum tamen ordinatum imprimi-
tur character; Quare ſi hoc poteſt fieri, ſic &
5 fortius † poteſt ipſe matrimonium contrahe-
re. vt in. c. ſignificaſti. ſup̃ de eo qui dux. in ma-
6 trimo. &c. Vltimo not. quòd † recipiens ordi-
nem in excommunicatione, non poteſt admi-
niſtrare in ordine ſic ſuſcepto; etiam de licentia
epiſcopi. Sed ſi tranſiret ad religionem, & ob-
ſeruaret ea quæ dicuntur in tex. poteſt epiſco-
pus, non ſuo iure, ſed de licentia Papæ diſpen-
ſare. Glo. 2. ſentit contrarium, & ſoluit, faten
do illud. In ea ibi, contra ſententiam excom-
municationis, dic ſecundum Hoſtien. quòd ex
hoc ſoluitur contrarium, quod poſſet formari
de. c. literas. ſup̃ de temp. ord. vbi dicitur, quòd
7 recipiens † ſimul duos ordines ſacros, ſuſpendi-
tur tantum ab executione vltimi ordinis ſic fur
tiuè recepti. Ad idem. ſ. c. proxi. nam debet
intelligi, quando non præceſſit excommunica-
tio; Sed hic ideò ab omnibus ſuſpenditur, quia
præceſſit excõicatio. Gl. fi. ſoluit. q. & colligit
argũ. In ea ibi, cum de ſuſceptis ordinibus,
intellige hoc ſm Hoſtien. quò ad ordines fur-
tiuè receptos; nam in primis receptis non fur-
tiuè, poteſt eṗs ſuo iure diſpenſare; niſi præ-
ceſſiſſet excommunicatio. vt. ſ. c. proxi. Extra
8 glo. opponitur primo, videtur enim, † quòd or-
dinatus à non ſuo epiſcopo, quales fuerunt iſti,
ſit ſuſpenſus à iure. vt in. c. fina. de tempo. ord.
lib. 6. Sol. vt dixi in primo nota. quòd hic tex.
procedit



procedit, quando ordinatus habuit licentiam à
proprio epiſcopo; contrarium verò loquitur,
quando non habuit licentiam. Sed tunc ob-
ſtat, quia ſi fecit de licentia proprij epiſcopi, er-
go non debet eſſe locus pœnæ. Sed verum eſt,
ſi aliud delictum non fuit admixtum; Sed hic
deliquit in alio; quia furtiuè, & contra ſententiã
excommunicationis recepit ordinem. Secun-
do opponitur, videtur enim, ꝙ epiſcopus fue-
rit in culpa conferendo duos ordines ſacros, &
ſic ipſe deberet puniri. vt in. c. dilectus. ſ. de tẽ-
po. ord. Sol. contrarium eſt verum, quãdo epi-
ſcopus ſcienter conferret. vt dixi in. c. præced.
Secus ſi ignoranter. Et licet videatur eſſe igno
rantia in facto proprio, tamen poteſt eſſe pro-
9 babilis † propter multitudinem agendorum. ſe-
cundum not. in. c. ab excommunicato. ſ. de re-
ſcript. & per glo. in verbo contrahentes. in cle.
1. de conſangui. & affin. no. Pe. de Anch. in. c. 1.
de conſtit. lib. 6. Bar. in. l. non fatetur. ff. de cõ-
feſſ. & not. in. l. 2. eod. titu. Vel fortè fuit iſte
receptus, quia iſti immiſcuerunt ſe inter ordi-
nandos ad ordinem diaconatus; & ſic non eſt
error in ſolo facto proprio; ſed etiam reſpectu
alieni; & ideò per totum hunc titulum nihil di-
citur de pœna epiſcopi conferentis, ſed furtiuè
ſuſcipientis; ad denotandum quòd in conferen-
te excuſat probabilis ignorantia. vt in. c. apoſto
licæ. ſ. de cler. excom. Vltimo quærunt hic
10 doct. Pone † quòd aliquis fuit habitus pro ſa-
cerdote, ſeu geſſit ſe pro ritè ordinato; nunc
opponitur ſibi, quòd non ſit ſacerdos, vel
quòd non ſit ritè ordinatus, vel à non ſuo
epiſcopo, an debeat ipſe probare legitimam
ordinationem de ſe factam. Quidam dicunt
quòd non; quia ex quo fuit habitus pro ta-
li, & ſe geſſerit pro tali, præſumitur quòd ritè
fuerit ordinatus. Facit. c. fi. ſ. de preſbit. non
baptiz. & c. fin. ſ. de præſumpt. & quod not. in
c. cum deputati. ſ. de iudę. Item videtur ſuffi
cere, ꝙ ſic, & vt talis agit, & cõtrahit; & quòd ab
epiſcopo, & viciniſ eſt habitus, & reputatus
pro tali. ỹ. de ſent. excom. in. c. in pręſentiã. & in
l. 3. ad macedo. Alij verò diſtinguunt, quòd
aut epiſcopus mouet quæſtionem cõtra iſtum,
& debet ipſe probare ordinationem ſuam. aliàs
interdiceret ſibi executionem. vt in. c. 1. de reg.
iur. lib. 6. Præterita tamen geſta debet epiſco-
pus ſub diſſimulatione tolerare, & tranſire. de
conſecra. eccle. vel alt. c. aqua. Aut opponitur
ab alio, & tunc diſtinguit Hoſt. quòd aut factũ
antiquũ eſt, & procedat prima opinio. Aut fa-
ctum eſt recens, & procedat ſecunda opi. & hęc
diſtinctio ſecundum eum continet æquitatem.
Facit. c. propoſuit. de cler. excommu. & quod
ibi not. ſuper vltima glo. D. An. & D. m. con-
cludunt poſt Innoc. in ſimili. in. c. veniens. de
verbo. ſignifi. lib. 6. quòd aut mouetur quæſtio
11 de qualitate † extrinſeca inhærente perſonæ,
puta, quòd talis non ſit notarius; & dicunt, ꝙ
aut eſt quæſtio inter alios, & ſufficit probare, ꝙ
ille habebatur pro tali. arg. l. barbarius. ff. de off.
præto. & 3. q. 7. in. c. 1. §. tria. Aut eſt quæſtio
cũ ipſomet notario, vel pręsbitero, & tunc ſatis
diſtingui poteſt inter factum antiquum, & non
ſit neceſſaria probatio propter difficultatem;
quia fortè amiſit literas ordinationis, & teſtes
ſunt mortui. Facit quod in ſimili no. in. c. illud.
ſup̃ de præſcrip. & quod not. per Hoſti. in. c. 2.
ſupra de cler. pereg. Secus ſi factum eſſet re-
cens. Et generaliter an præſumatur qualitas in-
trinſeca, tangit hic. d. Ant. Sed non eſt princi-
palis materia noſtra. Vnde vide quod late tra-
ditur per Bar. & docto. & maximè modernio-
res in. l. ſciendum. ff. de verbo. oblig. aliquid di-
xi in. c. ſicut. ſupra de re iudic. & vide plurima
quæ dixi in. c. ſuper his. ſupra de accuſa.

## De Exceſsibus Prælatorum. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Negotia plura ſunt, quàm vocabula.*
2 *Accuſatio ex crimine ſtellionatus quæ ſit, & nu. 6.
& an competat in foro eccleſiaſtico. nu. 4.*
3 *Doli actio, quando competat.*
5 *Pœna arbitraria in plebeis non egreditur pœnam
metalli, & in poſitis in honore relegationem
ad tempus, vel ab ordine remotionem.*
7 *Exceſſus quid ſit. & nu. 9.*
8 *Virtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens.*
10 *Prælatorum appellatione qui comprehendantur.*
11 *Subditorum appellatione qui veniant.*

VISVM eſt ſupra titu-
lis præcedentibus de
varijs delictis ſubdi-
torum, verum ne
pręlati ſuperbirent,
ſubdit de exceſſibus
prælatorũ, ſecũdum
Goff. Vel aliter, vi-
ſum eſt ſupra de va-
rijs exceſſibus tàm prælatorum, quàm ſubdi-
torum, nunc ſubdit rubricam ſpecialem de de-
lictis ipſorum prælatorum; Vel ſic, & melius
iudicio meo. Quoniam, vt docet experientia,
1 plura ſunt negotia, † quàm vocabula, vt in. l. 4.
de præ. verb. vnde omnibus delictis non po-
tuit dare ſpeciale nomen; ideò poſt quædam
delicta habentia nomina ſpecialia, propter quę
factæ ſunt rubricæ ſpeciales, ſubdit hanc rubri-
cam generalem. Simile videmus apud legi-
ſtas, quòd habẽt titulũ de extraordinarijs cri-
minibus, & titulum de crimine ſtellionatus.
2 Datur enim † accuſatio ex crimine ſtellionatus,
quando deficiente alio nomine delicti, & alia
ſpeciali accuſatione, æquum eſt alicui ſubueniri
contra delinquentẽ. Sicut enim in priuatis iu-
3 dicijs, † quando non eſt alia actio, & dolus com
miſſus eſt, in ſubſidium datur actio de dolo. vt
l. 1. ff. de dolo. Sic & in iudicijs criminalibus
proſecutio ſtellionatus datur, vbicunque titu-
lus criminis deficit. vt in. l. 3. ff. de crimi. ſtellio.
Et ex prædictis ego infero, quòd fortè non eſt
abſurdum dicere, quòd etiam in foro eccleſia-

ſtico

4 ſtico hæc † accuſatio competat, quando aliud
ſpeciale nomen deficeret, & dolo malo aliquid
admiſſum eſt, & vbi pœna nō eſt determinata;
quia ex hoc crimine punitur quis extra ordi-
5 nem, & ſic arbitrio iudicis; dummodo † in ple-
beis non poſſit egredi pœnā metalli. In ijs
autem qui ſunt poſiti in aliquo honore, ad tem
pus relegatio, vel ab ordine motio, remittenda,
ſeu mitiganda eſt. vt.l.3.§.pœna.ff. de crimi.
ſtellion. Et ſi deſcendit ex cauſa, quæ in priua-
to iudicio infamat, irrogat infamiam; aliàs ſe-
cus. vt in.l.2.ff.de crimi.ſtellion.& in.l.quid er-
go.§.fina.ff.de infam. Vel daretur condictio
ex canone, ſeu conſtitutione exceſſum prohi-
bente. iuxta nota.ff.&.C.de condi. ex leg. Et
6 dicitur ſtellionatus à † ſtellione, qui eſt quod-
dam animal reptile ad modum lacertæ. Et di-
citur ſtellio, quia depictum eſt cum quibuſdam
muſculis ad modum ſtellarum. Et eſt varij, &
diuerſi coloris. Cuius varietatem imitantur
deceptores, qui varia agunt, vnum agentes, &
aliud ſimulantes. Vide glo.in.l.2.ff.de crimi.
ſtelliona. Et ſicut varias continet maculas, &
diuerſorum colorum, ita & illud crimen ſtel-
lionatus, & titulus noſter varios comprehendit
exceſſus. Sed quæro pro declaratione mate-
7 riæ quid † ſit exceſſus. Solutio docto. neque
hic, nec etiam alibi aliquid dicunt. Quare ad
intellectum huius Rubricæ arbitror ita dicen-
dum. Nam ſicut ſcis, Philoſophus.2.Ethico-
rum, & per totum, dicit, quòd virtus eſt habi-
8 tus † electiuus in medio conſiſtens; & not.in.c.
ſolent.§.1.de offic. proconſul. Et ideò dicit
idem Philoſophus, quòd virtus conſiſtit circa
difficilia; quia ſeruare medium eſt nimis diffi-
cile.not.de pœn.diſtin.2.c.charitas.§.hæc quæ
de charitate. vbi traditur medium in cunctis
magis diuinum, quàm humanum. Facit tex.
25.diſtinct.c.vnum.§.nomine autem criminis.
vbi res penè eſt contra naturam, quòd quis ſit
ſine peccato. Et ideo dicit tex. quòd omnis
ætas prona eſt ad malum. 12.q.1.c.omnis. &
quòd facilis deſcenſus auerni; quia de facili
quis delirat, & ad extrema pergit. Hęc autem
extrema, Philoſophi appellant ſuperabundan-
tia, & defectus. Nos verò in hac Rubrica ſim-
9 pliciter appellamus † exceſſum; nam hic acci-
pitur hoc verbum exceſſus; tàm pro eo quod
eſt amplius, quàm deceat; & ſic quod ſupera-
bundans appellatur, quàm pro eo quod minus
eſt, quàm deceat; & ſic pro defectu. Idem no-
ta.glo.3.in c.1.ſupra de offic. cuſto. nota.41.
diſtinct.c.quiſquis.& in clem.1.de iure patro.
ff.de pœn.l.reſpiciendum. C.de cuſtod.reo.l.ſi
quis.in fin. Et vide quod not.Pau.in clem.2.
de magiſtr. Innocen. in.c.quoniam.§.ſunt &
alij. ſupra vt lit.non conteſt. Secundo quæri-
10 tur, qui † comprehendantur appellatione præla
torum. Sol. dic, quòd hoc verbum multipli-
citer ſumitur, ſecundum quod ſubiecta materia
requirit. Vnde quandoq; comprehenduntur
etiam ſuperiores epiſcopis. vt in.c.1.de cler.
ægrot.lib.6. Quandoq; verò epiſcopi. vt di-
ctis iuribus.& in.c.2.de dona. Quandoq; Ab-
bates. vt in.c.1.de hæreti.lib.6. & in.c.quia ſæ-
pe.de elect.lib.6. & ſupra de elect.c.ne pro de-
fectu.& in.c.1.de æta. & qualita. not.glo. in.c.
ad aures.de temp.ord. & in.c.penult.§.2.eod.
titu.lib.6. Et vt dicit.D.m.in.c.3.ſupra de off.
ord.in prima glo. comprehenditur etiam om-
nis inferior ab epiſcopo habens iuriſdictionem
fori contentioſi. vt eſt tex. iuncta glo. in.c.de-
cernimus.š.de iudi.& in cle.dudum.de ſepult.
vbi fit mentio de prælatis de per ſe, & de ſacer-
dotibus curatis. Et hoc quando materia eſt
proportionabilis vtriſque tàm epiſcopis, quàm
inferioribus. Aliàs in materia congruente tan
tum epiſcopis, non comprehenduntur inferio-
res ab epiſcopo. vt vult glo.in cle.1.de re. eccl.
non alie.& Pau.in ver.pręlati.in.cle.dudum.de
ſepult.Innoc.in.c.fin.de maio.& obed.in prin.
Et quandoq; comprehenduntur electi, & con-
firmati, licet nondum conſecrati.š.de teſtib.c.
tàm literis. not. Io. Andr.in.c.1.de iureiuran.
lib.6.Et quandoq; electi tantum.not. Archidi.
8.q.2.in.c.fin. Item quandoq; ſimplex magi-
ſtratus, ſecundum Hoſt.vt in.c.3.de off.ord.Et
ibi etiam dicitur, quòd ſacerdotes, ſeu rectores
parrochialium eccleſiarum, poſſunt dici præla-
ti; quia præſunt perſonis parrochiæ ſuæ. Vnde
hoc reſpectu Plebanus poteſt dici prælatus. vt
not.in.c.tua.š.de cler.ægro. & ibi etiam tradit
D.m.Et hoc, reſpectu fori pœnitentialis. Nec
immeritò, quia etiam talibus cōuenit ethymo-
logia huius verbi prælatus; Dicitur enim quaſi
præ alijs iuratus; Vel melius præ alijs latus. Et
hinc eſt, quòd etiam generales, & miniſtri regu
larium eccleſiarum comprehenduntur. Facit ꝙ
in ſimili not.glo.3.in cle.1.de reſcript. Et hoc
lato ſumpto vocabulo, vt.š.dixi. Strictè enim
non comprehēduntur rectores parrochialium
eccleſiarum. vt not.in cle.fi.de procura. Vnde
redeundo nūc ad propoſitum, cum materia no
ſtra huius tit.ſit proportionabilis, & conueniat
omnibus prædictis, comprehenduntur tā ſupe
riores ep̄is, quàm ep̄i ipſi, & etiam inferiores
ep̄is. Vnde tex. in.c.3. & in.c.grauem.j̄.eo. lo-
quuntur de priore. Et.c.inter dilectos. loqui-
tur de quibuſdā alijs dignitatibus inferioribus.
Et.c.accedentibus.&.c.dilectus.j̄.eo.loquitur
de Rectoribus fraternitatum. Poſſet tñ dici, ꝙ
tex. prædicti loquuntur de prædictis, tanquam
de ſubditis. Vnde conclude, ꝙ cōpilatores ad
hoc vt cōprehenderent ſub hac rub.excedētes,
& ſic omnes delinquentes, poſuerunt rubr. de
exceſſibus prælatorum. Vltimo quæro, qui ve
11 niant † appellatione ſubditorū. Sol.dic, ꝙ com
prehenditur quilibet ſubiectus, ſiue ſit clericus,
ſiue laicus, in ijs quæ de iure, vel conſuetudine
ſpectant ad forum prælatorum. vt in glo.in ver
bo ſubditos.in cle.1.de fo.comp. Vnde ratione
delicti quis qn̄q; dicitur ſubditus. vt in.c.1.š.de
rapt.&.j̄.de ſen.excōm.c.à nobis.il.1.Non tñ
ꝓpriè, ſed impropriè. vt tradit glo.in.d.clem.in
verbo ſubditos.& glo.magna. in.c.nuper.j̄.de
ſen.excō. Vide qđ no.Io.An.in.c.fi.de fo.cōp.





## Capitulum. I. Peruenit.

SVMMARIVM.

1 *Prælati abſtinere à grauaminibus ſubiectorum monentur; & ſub pœna hic comminata. & num.3.*
2 *Præsbiteri ſunt tractandi ab epiſcopis, vt fratres; non vt vaſalli.*
4 *Exactiones omnes illicitæ intelliguntur, niſi reperiantur permiſſæ à iure, ſtatuto, vel conſuetudine.*
5 *De cætero dictio, importat tempus futurum.*
6 *Prælatus non poteſt ſuſpendere clericum, nec interdicere eccleſiam ſine conſenſu Capituli.*
7 *Prælatus quis poteſt eſſe in duabus eccleſijs, quando altera non ſufficit.*
8 *Pœnæ quare imponendæ ſunt.*
9 *Peccantium fælicitate nil infælicius.*
10 *Sapiens erit in pœna, qui ſtultus eſt in culpa.*
11 *Gabellas, aut taleas licet ex cauſa imponere, & impoſitas ex cauſa, non eſt licitum fraudare.*
12 *Epiſcopus quare non poſſit excommunicare ſine conſenſu Capituli. & ibidem etiam an poſſit.*
13 *Delegatus non poteſt perpetuò ſuſpendere ſine conſilio delegantis.*
14 *Epiſcopi hodie præſcripſerūt iuriſdictionalia contra Capitula, & valet talis conſuetudo.*
15 *Epiſcopus an interſit Capitulo, vt vocem habens in ipſo, an vt caput, quatuor afferuntur differentiæ.*
16 *Excommunicationis, vel ſuſpenſionis ſententia, quem ordinem iudiciarium requirat, remiſſ.*
17 *Suſpenſio poteſt inferri in pœnam abſque alia monitione. ſecus excommunicatio. vt ibidem.*

PERVENIT. Monet prælatos † ab-
1 ſtinere à grauaminibus ſubiecto-
rum, & aliqua enumerat; & com-
minatur pœnam contrafacienti-
bus. h.d. ſecunda ibi, ſcituri. Not. primo, ꝙ
2 præsbiteri † tractandi ſunt per epiſcopos vt fra
tres; non aūt vt vaſalli. nam epiſcopus prẹsbi-
ter eſt; licet habeat præeminentiam quandam.
85.diſt.eſto ſubiectus. Et hinc dicit canon, ꝙ
epiſcopus in quolibet loco ſedens, ſtare præsbi
terum coram ſe non patiatur. in.c.epiſcopus.
95.diſt.& in.c.ſeq. vbi dicitur, quòd epiſcopus
in publico debet ſedere in eminenti loco. Sed
in camera debet ſe putare collegam ſacerdo-
3 tum. Not.ſecundo regulam, quòd † epiſcopi
non debent exercere in clericos indebitas exa-
ctiones, aut talias ab eis exigere. Et regulariter
4 † omnes exactiones intelliguntur illicitæ; niſi
reperiantur permiſſæ à iure, ſtatuto, vel conſue
tudine. 10.q.3.in.c.quia.18.q.2.in.c.ſeruitiū.
9.q.3.c.conqueſtus. ſecundum Innoc. & Hoſt.
Facit.š.de iure pat.in.c.præterea. Moderatum
tamen auxilium cum charitate petere poſſunt.
in.c.cum apoſtolus.š.de cēſi. Et aduerte, quia
5 licet tex.dicat de cętero, † & ſic videtur denota-
re tēpus futurū, vt not.glo.in ver.de cętero. in
prohem.6.&.c.licet.&.c.procurator. de elect.
lib.6.& in clem.1.de elect. tamen nec olim fa-
cere debuerant. ſecundum Hoſt. & Ioan. And.
ſed quia de facto attentabant, ideò dicit, de cæ-
6 tero. No.tertio, quòd prælatus † non poteſt
ſuſpendere clericum, nec eius eccleſiam inter-
dicere ſine cōſenſu Capituli. de quo latius.j̄.in
glo.in verbo capituli. Not.quarto ibi, neque
7 duos, arg. optimū, ꝙ † quis poteſt eſſe pluralis
in eccleſijs, quando alia non ſufficeret. de quo
latè per.D.m.in repeti.c.extirpandæ.§.qui ve-
rò.š.de præben. de quo latiſſimè dixi in clem.
gratiæ. de reſcript. Vltimo not. ex fin. vnam
8 cauſam † pœnæ imponendæ; videlicet, vt metu
pœnę cæteri à ſimilibus ſe abſtineant. Vide quę
dixi in.c.ad liberandam.š.de iudę.in.27.nota.
Et adde alios effectus; nam propter pœnam effi
citur quis ſapiens; Vnde ſingulariter dicit tex.
9 nihil † infęlicius fęlicitate peccantium, qua pœ-
nalis nutritur impuritas, & mala mens velut ho
ſtis interior roboratur. 23.q.1.in.c.paratus. &
glo.2.in.c.3.de off.deleg. bonus tex.28.diſt. in
10 .c.qui ea. vbi Gregorius dicit, qui † ſtultus eſt in
culpa, ſapiens erit in pœna. Facit. 27.q.1.c.ſi
homo eſſes. Et ideò magna ratio ſuadet ob ma
leficia pœnas luere. ff.de fideiuſſ.in.l.ſi à reo.§.
fina.Hoſt.in.c.dilecta.de ma.& obed. Vide etiā
quòd not.in.c.ſignificaſti.de homici. Glo. ſu-
per verbo præſumatis.in prin. eſt literalis, & in
fi.reſpondet ad contraria. In fi.dic, no.ex glo.
11 quòd ex cauſa † licet imponere talias, aut gabel-
las. Et hoc caſu dic, quòd non eſt licitum illas
fraudare. tradit Bar.in.l.vectigalia.ff.de public.
Secus ſi illicitè ponerentur. vt tradit Bal.in.l.2.
C.de iure an. aure. & in.l.1.in prin.C.de cadu.
toll.& melius in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.& ali-
quid etiam in.l.cum proponas.C.de nau.fęno.
Glo.in verbo capituli, quærit de ratione, qua-
12 re ſententia † excommunicationis, vel ſuſpen-
ſionis ferri non debeat ſine conſenſu Capituli,
& ſoluit. In ea ibi, excommunicationis, dic,
Innoc.& docto.hic dicunt, quòd in excommu-
nicatione nihil dicitur hic de cōſenſu Capituli.
Et id quod dicitur de ſuſpenſione, debet intel-
ligi de perpetua, & ad longum tempus; & hoc
maximè quando procedit ex officio, & contra
abſentem. vt in.c.qualiter.il.2.š.de accuſa. Sed
ſi in iudicio ſit contumax, ſolus epiſcopus, vel
quilibet alius iudex prædicta facere poteſt. vt
ſupra de offic. delega. c. ſanè. Vel ſecundum
Hoſtien.poteſt intelligi, quando agitur de cor-
rectione clericorum, vel canonicorū, ſeu ſubdi-
torum ex cōſuetudine. iuxta no.in.c.irrefraga-
bili.§.exceſſus.de offic.ord. Vel quando Præ-
latus, & Capitulum habent bona communia,
& communiter inſtituunt. vt ſupra de his quæ
fi. à prælat.c. ea noſcitur. & de reſcri.c.edoce-
ri. Vel quando criminaliter clericus accuſa-
tur, per iura allegata in glo. Dicit tamen Ho-
ſtien. quòd aliàs de iure, & ex generali conſue-
tudine, etiam ſolius paſtoris ſententia timen-
da eſt. 11.quæſt.3.c.1.16.quæſt.2. in.c.viſis.
de ſenten.excommu.c.1.lib.6.de maio. & obe-
dien.c.cum in eccleſijs. de offic. ordi. in.c.ad

reprimendam. &.c cum ab eccleſiarum. & ſic vult Hoſt.ꝙ ſententia ſit aliqua. Cuius tamen contrarium colligitur ex.c.epiſcopus nullius. 15.q.7.& firmat glo.in.c.3.de conſuetu.lib.6. quæ ad hoc allegat iſtum tex. Ad tempus verò modicum ſecundum Innoc.poteſt prælatus ſuſpendere ſubditum ſine conſenſu capituli;& etiam ſine monitione;vel ſine cauſæ cognitione;vbi culpa, vel delictum committitur coram iudice;& idem dicit in.c.apoſtolicæ.ſ.de exceptio. Nec obſtat, ꝙ delegatus epiſcopi hoc facit,vt.d.c.apoſtolicæ.quia reſpondet Innoc. ꝙ
13 †delegatus non poteſt perpetuo ſuſpẽdere ſine conſilio delegantis. ſ.de off.delega.c.ſi pro debilitate.34.diſt.quorundam. 50.diſtin.in.c. ſtudeat. Et quando delegans hoc committit, requiritur conſilium capituli, vt hic patet ex prædictis. D.m.cõcludit,quòd in rebus arduis explicandis,nõ poteſt ſolus epiſcopus ſine cõſenſu capituli, iuxta not. per Inno. in.c.nouit. ſ.de his quæ fi.à præla. & in cle.2. de re.eccle. non alien. Sed in alijs dicit,ꝙ de iure communi requiritur conſenſus capituli; quia de iure communi epiſcopus non poteſt etiam cauſam alicuius audire ſine conſenſu capituli;vt.d.c.nouit.&.c.quanto.de his quæ fi.à præla. Sed hodie epi communiter præſcripſerunt in iuriſdi-
14 ctione.Et valet†talis conſuetudo, iuxta not.in cle.2.per glo.in verbo conſentiente.de re. eccl. non alien.& in.c.paſtoralis.de dona.& vide qđ tangit.D.m.in.d.c.nouit.& quod traditur in.c. cum inter.ſ.de conſuetu. & per glo.15.q.7. in ſum.per Inno.in.c.graue. de præben. Vtrum autem,in quibus prælatus habet vocem,vt prælatus,requiratur cõſenſus capituli,Hoſt.ꝙ ſic; quia epiſcopus, & canonici faciunt vnum corpus;& epiſcopus eſt ibi,vt caput,& canonici vt membra;ita ꝙ vnus ſine reliquo nihil agere poteſt. 12.diſt.c.non decet.ſ.de præſumpt.c.quãto. Et ad epiſcopum pertinet diffinire,ſi diſcordia ſit in capitulo; niſi aliud rationabile obſiſtat, vt dictis iuribus. Si verò vocem habeat
15 †vt canonicus,tunc ad capitulum,non ad epm, pertinet diffinitio;Et ſtabitur maiori,& ſaniori parti;Niſi aliud rationabile obijciatur, & probetur.de his quæ fi.à ma.par.cap.c.1.& de electio.c.coram. Et ſic habes vnam differentiam, an eps interſit in capitulo,vt caput, an vt canonicus. Secunda differentia habetur.ſ.de conceſſ.præben.c.poſtulaſtis. Tertia colligitur ex .c.à collatione.de appel.lib.6. Quarta,ſi interuenerit vt caput,vox ſua eſt prægnans,& authorizabilis. Vnde nihil poteſt capitulũ ſine ipſius cõſenſu;nec è contra. Sed ſi vt canonicus, vox ſua eſt,vt canonici ſingularis. Et aduerte, quia quod dicitur, quòd capitulum non poteſt ſine prælato, intelligitur ſede Inſtituta. Secus ea vacante. vt in.c.cum olim. & in.c.his quæ. de maio.& obedien.&.ſ.de hæreti.c.ad abolendam.ſecundum Io.And. Glo.ſuper ver.duas. ſentit contrarium,& ſoluit. dic vt dixi in.d.cle. gratiæ.de reſcript. Glo. ſuper ver. ſine ordine iudiciario. in princi. colligit arg. deinde oppo-
16 nit,& non ſoluit. Et tandem ponit†quis ordo ſit ſeruandus in ſententia excommunicationis, vel ſuſpenſionis. In ea ibi, legitima monitio. dic quòd etiam debet ſeruari ordo, de quo habetur in.c.1.de ſenten.excom.lib.6. ſecundum Io.And. Et aduerte, quia in quantum glo. dicit monitionem præmittendam in ſuſpenſione,& excommunicatione, non procedit in ſuſpenſione,niſi quando fuerit propter contumaciam. Et ita debet intelligi. c. reprehenſibilis.de appella. Secus in pœnam criminis; quia
17 †poteſt inferri in pœnam ſuſpenſio ſine aliqua monitione,ſicut aliæ pœnæ, etiam pœnitentię. vt in.c.latores.ſ.de cleric.excom.& in.c.quàm ſit.j.eod. Sed in excommunicatione ab homine,ſemper requiritur monitio. Ratio diuerſitatis eſt,quia excommunicatio ab homine nũquam fertur in pœnam; ſed loco medicinæ. vt in.c.1.de ſentẽ.excom.lib.6. Et eo ipſo quòd ſatisfacit,debet reconciliari; Et ideò non debet amplius teneri excommunicatus. Secus in ſuſpenſione,quæ cum poſſit inferri in pœnã abſq; contumacia.5.q.4.c.in loco. &.2.q.1.c.multi. dicendum eſt, ꝙ quando infertur in pœnam, quamuis iſtum pœniteat, tamen non reconciliatur,niſi peragat pœnitentiam.

## Capitulum. II. Ad Hæc.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi non poſſunt liberare eccleſias Archidiaconis ſubiectas.*
2 *Archidiaconus poteſt ex conſuetudine acquirere ſeruitia,& obſequia eccleſijs poſitis in ſuo archidiaconatu,& alibi.*
3 *Epiſcopus non poteſt dare priuilegium in præiudicium alterius.*
4 *Epiſcopus an,& quando poſſit iura alicuius eccleſiæ diminuere,& alteri attribuere.*
5 *Archidiaconi iuriſdictio,& officium vt plurimum conſiſtit in conſuetudine,& ideò in multis locis nullam habet poteſtatem.*

1 AD HAEC. Epiſcopi†non poſſunt liberare ab Archidiaconis eccleſias illis ſubiectas. h.d. Vel ſic,& generalius; non poteſt epiſcopus ſine cauſa eccleſiam alteri ſubiectam ab ipſius ſubiectione,& obſequio liberare. h.d. ſecunda ibi,mandamus. No.primo,quòd Archidiaco-
2 nus†poteſt ex conſuetudine acquirere ſeruitia, & obſequia in eccleſijs poſitis in ſuo archidiaconatu;& etiã alibi. Et ſic valet cõſuetudo, vt vna eccleſia præſtet ſeruitium, & reuerentiam inferiori prælato. Not.ſecundo arg. quòd de iure communi eccleſię non tenentur Archidiaconis ad aliqua ſeruitia. Not.vltimo, quòd
3 epiſcopus non poteſt dare priuilegium in præiudicium alterius. Et ſic non poteſt iura inferiorum dignitatum tollere,vel diminuere. Ad quod vide iura allegata in glo. Glo.1. in prin. reddit rationem ad tex. deinde colligit argũ,
&de-

& demum format quæſtionem,circa quam ponit opin. Vinc.pro parte affirmatiua; & deinde arguit,& decidit in contrarium. In ea ibi,nunc verò. de hoc articulo latius traditur in.c.conſtitutus.ſ.de relig.do. fortè tangam in.c.ſicut. j.eod. In ea ibi,cum acceſſiſſent. dic, hoc arg. facit etiam contra, quia ibi interuenit confirmatio Papæ. Et ideò glo. allegat poſtea pro
4 parte contraria. In ea in fi. Hoſtien. vult, †ꝙ non vacante prælatura, non poſſet epiſcopus cum capitulo diminuere iura dignitatis; Sed vacante prælatura poteſt ſupprimere illam dignitatem in totum; ſed non pro parte. Pro qua diſtinctione facit.c.1.de re. eccle. non alie. lib.6. iuncta clem.2.eod.titu. D.m.diſtinguit quòd aut dignitas, ſeu eccleſia inferior non vacat,aut vacat. Primo caſu,poteſt epiſcopus ex cauſa vna cum capitulo diminuere iura illius eccleſiæ,& alteri tribuere; ſi ſuperabundat, & altera egeat. Sed ſine cauſa non poteſt. vt traditur in.d.c.1. Item poteſt in totum ipſam eccleſiam alteri vnire,ſeu ſubijcere ex cauſa. Sed non præiudicatur rectori viuenti.vt in.d.cle.2. Secundo caſu dic,quòd vnionem, ſeu ſuppreſſionem in totum poteſt facere. vt in.d.clem.2. Sed diminuere non poteſt, non dato defenſore. vt in.d.c.1. Et rationem differentiæ vide per glo.nota.in.d.clem.2. Et ex prædictis infertur,quòd ſi hic adfuiſſet legitima cauſa liberandi iſtas eccleſias inferiores ab obſequio Archidiaconi, & fuiſſet ſeruata forma quæ debet ſeruari in alienatione, valuiſſet factum epiſcopi.vt in.d.c.1.ſed prædicta non fuerunt hic ſeruata. Glo.2.colligit argũ. allegat in contrarium,& remittit. Secundo colligit. Tertio literam exponit. In ea ibi, potius ex conſuetudi-
5 ne.not.bene glo.iuncto tex. quòd†iuriſdictio, & officium Archidiaconi, vt plurimum conſiſtit in conſuetudine; ſecundum quam in plus, vel in minus, fundat iuriſdictionem ſuam. Et ideò quandoque reperitur, quòd nullam habet poteſtatem; et poteſt figurari exemplum in Archidiacono Senenſi. Aduerte tamen, quia ſuper duobus fundat ipſe intentionem de iure communi; videlicet ſuper ordinatione clericorum, & ſuper inſtitutione corporali; vt ponat prouiſos, ſeu inſtitutos in poſſeſſione. in.c.ad hæc.§.in quadam.ſ.de offi.archid.vbi vide per Io.And. & doct. quia non eſt materia noſtra. In ea ibi, peruenit. dic, in contrarium facit .l.ſi certis annis. & quod ibi not.C.de pact. vbi vide latè per legiſtas; quia non eſt materia principalis. Et vide in.l.cum de in rem verſo.ff.de vſur. & quod latè traditur in.d.c..peruenit. & aliquid tetigi in.c. dilectus. de off. ord. in tertio not.

## Capitulum. III. Ad Aures.

*SVMMARIVM.*

1 *Archidiaconi eccleſias ſibi ſubiectas ad ſuũ vſum retinere non poſſunt.& nu.3.*
2 *Intrudere in eccleſiam ſe dicitur,qui illam nõ conſequitur ab habente poteſtatem conferendi.*
4 *Archidiaconus ſi non confert eccleſiam ſibi ſubiectam, vel confert perſonæ indignæ, poteſtas conferendi deuoluit ad ſuperiorem. & vide num.7.*
5 *Pœna vbi non eſt certa, & expreſſa, intelligitur de extraordinaria.*
6 *Eccleſiæ vacantis cuſtodia, an ſpectat ad illum,ad quem ſpectat collatio.*

AD AVRES. Archidiaconi eccle-
1 ſias † ſibi ſubiectas ad ſuum vſum retinere non poſſunt. h.d. Vel ſic, & generalius. habens ſubiectionem,ſeu collationem beneficij, non poteſt illud ſibi conferre, aut pro ſuo vſu retinere. h.d. Diuiditur. Primo narrat factum. Secundo prouidet; ibi, mandamus. Not. primo, ꝙ
2 †ille dicitur ſe intrudere in eccleſiam, qui illam non conſequitur ab habente poteſtatem conferendi. Ad idem.c.ex frequentibus.ſ.de inſtitut. dixi in.c.veniens. ſupra de accuſat. in
3 primo notab. Not. ſecundo, quòd † habens eccleſiam ſibi ſubiectam, non poteſt ſibi ipſi de illa eccleſia prouidere. Et idem colligitur ex glo.1. in fin. & ex. c. fina. de inſtitutio. Nec etiam poteſt redditus talis eccleſiæ ſibi retinere. Sed debet eccleſiæ illi prouidere de prælato. Et prædicta procedunt, etiam ſi beneficium eſſet manuale; dummodo non de menſa. vt in cle. quia regulares. & ibi dixi. ſupra de ſupple.ne præla. Not. tertio, quòd ſi Archi-
4 diaconus † non confert eccleſiam ſibi ſubiectam, vel confert perſonæ indignæ, poteſtas conferendi deuoluitur ad ſuperiorem; & ſic ad epiſcopum. Vltimo not. ex tex. coniuncta glo.fina.quòd vbi datur exceſſus, & man-
5 datur puniri, & non adijcitur † certa pœna, intelligitur de extraordinaria. Et idem not. glo.penul.in.c.1.ſupra eod. Et talis pœna extraordinaria imponitur arbitrio iudicis. vt in .c.de cauſis. ſupra de offic.delega. & in.c.poſtulaſti. in glo.1. ſupra de iudæ.& per glo. in verbo arbitrium. & ibi dixi in.c. ſuper his. ſ. de accuſat. Glo.1. ſentit contrarium, quòd Archidiaconus poſſit occupare eccleſias ſibi ſubiectas. In ea ibi, ſed ſi cauſa cuſtodiæ. dic, intellige glo. in terminis tex. noſtri, videlicet
6 quando eccleſia eſſet ſubiecta; nam † ad illum ſpectat eccleſiæ vacantis cuſtodia, ad quem ſpectat collatio. vt traditur in. c.cum vos. & ibi per glo. ſupra de offi. ordi. & traditur per D.m.in.c.bonæ memoriæ. ſupra de appellat. & per Inno.in.c.vni.ſ.de eccle. benefic. Non autem intelligas,quòd glo.velit, quòd cuſtodia cuiuſq; eccleſiæ vacantis ſpectet ad cuſtodiam Archidiaconi;quia ſi hoc voluiſſet, male dixiſſet;quia contra.c.cum veniſſent. ſupra de inſtitut. In ea in fi. dic, quòd etiam ſi eccleſia eſſet ſubiecta Archidiacono, vel alteri prælato pleno iure; non tamen poteſt illam retinere pro ſe. vt in dicta clem. quia regula-


res.

res.niſi eſſet de menſa ſua. vide glo. in ver. ad
menſam.in cle.1.eod.titu. In glo.penult. ibi,
ad eorum præſentationem. dic,quòd glo. for-
tè hoc dicit,quia intellexit,quòd huiuſmodi ec
cleſiæ ſitæ in archidiaconatibus iſtorum, perti-
nent ad præſentationem eorum, & non ad col-
lationem. Sed.D.m.breuiter diſtinguit,& be-
7 ne;quòd aut pertinebant ad † ipſorum collatio-
nem, & tunc ſi contulerunt ſibi ipſis, inconti-
nenti eſt deuoluta conferendi poteſtas ad epi-
ſcopum;quia collatio fuit facta indigno. Nec
eſt tunc neceſſaria præſentatio alicuius.vt in.d.
clem.quia regulares.& in.c.quàm ſit. de elect.
lib.6. Aut retinuerunt in vſus ſuos,& tunc po
teſt epiſcopus ex iure ſibi deuoluto conferre,
quando lapſum eſſet tempus ſtatutum ad con-
ferendum.de quo in.c.2.s̃.de conceſſ. præben.
Si verò non ſpectabant ad collationem, ſed ad
præſentationem archidiaconorum, epiſcopus
ſolus poterit prouidere,quando lapſum eſt tem
pus præfixum ad præſentandum. vt in.c.1. de
iure patro. Si verò adhuc non eſſet lapſum,&
archidiaconus huiuſmodi fructus tãquam ſuos
dilapidaret, tunc poſſet habere locum glo. vt
epiſcopus prouideat ad pręſentationem archi-
diaconorum. vt etiam ſentit Inno.

## Capitulum. IIII. Clerici.

*SVMMARIVM.*

1 *Clerici contra naturam incontinentes deponuntur, & in monaſterio detruduntur. ſed laici excommunicantur.*
2 *Sodomia in eccleſiaſtico, & ciuili foro punitur.*
3 *Vſurarij peccant contra naturam, quia faciunt germinare pecuniam, quæ ſecundum naturam non germinat.*
Cõ. Ieã. 4 *Vicinum malum habere, mala res eſt.*
5 *Intellectus huius.c.in finalibus verbis traditur.*

1 CLERICI. Contra naturam † in-
continentes,ſi clerici ſunt, depo-
nuntur, & in monaſterio detru-
duntur, ſecundum vnum intelle-
ctum. Sed laici excommunicantur.h.d.ſecunda
ibi,ſi laici. In tex.ibi,conſumpſit.dic vt habe-
tur Gen.c.19. Not.primo ſingulariter ex iſto
2 tex.quòd delictum † ſodomiæ pertinet etiam ad
forum eccleſiaſticum. Facit.c.cum ſit genera-
le.s̃.de foro compet. Hoc tamen dicit verum
hic.d.An. quando daretur perſeuerantia in de-
licto; aliàs tenet quòd delictum nõ ſit eccleſia-
ſticum. Sed hoc dictum nõ placet.D.m. quia
continet diuinationem ad tex.Vnde concludit
ipſe, quòd qualitercunque homines peccent
contra naturam,vel in actu venereo,vel in ado-
rando idola,vel alio modo, eccleſia ſemper po-
teſt iuriſdictionem exercere in laicos. Vnde ta
le crimen erit mixti fori. & ſentit Innoc.in.c.
quod ſuper his.s̃.de vot. vbi etiam dicit,quòd
contra infideles peccantes contra naturam ec-
cleſia exercet iuriſdictionem. Nam vt hic dici-
tur, & habetur Gen.d.c.19. deus propter hoc
delictũ puniuit illas ciuitates; ergo & vicarius
ipſius poteſt punire;quia læditur ipſe Deus,qui
eſt author naturæ. Et propter hanc rationẽ ſen
tit Io. And.in.c.1.de vſur.lib.6. quòd ideò ec-
cleſia punit vſurarios laicos, & non fures, ſeu
3 latrones, quia † vſurarij delinquunt contra natu
ram,facientes germinare pecuniam; quia natu-
raliter non germinat,vt ibi. Vltimo no.ex tex.
iuncta glo.3.ibi,duæ perierunt ex vicinitate. ꝙ
4 † mala res eſt habere malum vicinum;quia pro-
pter vicinitatem,quis quandoque conſequitur
pœnam delicti alterius. In glo.1.in fi.dic, & in
.c.cum ſecundum.de hæret. lib.6. In glo.2. in
fi.dic,item dicuntur filij diffidentię ſecundum
Hoſt.quia de facili non cõuertuntur. In glo.3.
ibi, Gomorram. dic, dicunt quidam, ꝙ erant
ſex,addẽtes Addamaim. Alij dicunt, ꝙ Segor
erant binomina,aliàs dicta Oleale. Poſtremo
5 opponitur contra † tex. in fi.dum dicit, ꝙ laici
debent excõicari,& à cętu fidelium excludi;nã
vltima verba videntur ſuperflua, cùm excom-
municatio excludat à cętu fideliũ. vt in.c.cum
excommunicato.&.c.excõicatos.11.q.3.cum
ſimi.Quare Goff.exponit copulam,&,ꝓ ideſt.
Facit.l.ſæpe.de verbo.ſig. Vel dic, ꝙ verbum
excommunicationi ſubdantur,reſpicit pœnam
ſpiritualem; verba ſequentia denotant pœnam
capitalem,quæ imponenda eſt per iudicem ſæ-
cularem.vt hic in glo.fi. Sed dicũt doct. ꝙ nõ
eſt credendum, ꝙ ita ſenſerit tex. Facit.s̃.de
rapt.c.in archiepatu. Et ideò melior videtur
primus intellectus. Vel dic,ꝙ hoc dixit ad ma-
iorem expreſſionem, & terrorem, ſm̃.D.m.
Et aduerte,dum dicit,deijciantur à clero,intel-
ligit Hoſtiẽ. quò ad clericos ſæculares, hoc eſt,
degradentur,vel beneficijs ſpolientur. Deinde
dum dicit,quod ad agendam pœnitentiam,&c.
aduerte,quia duplex habetur litera, aliqui hñt,
& ad agendam, aliqui verò, vel ad agendam;
vtroq; tamen caſu Hoſt.ſupplet, vel ſi eſſent re-
ligioſi ad agendam pœnitentiam &c. & dicit ꝙ
ſimilis diſtinctio habetur in.c.poſtulaſtis. in fi.
de cler.excommu.

## Capitulum. V. Sanè.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegiati licitè poſſunt denegare id, quod ab ipſis petitur contra tenorem priuilegij.*
2 *Priuilegium immunitatis conceſſum inferioribus eccleſijs, intelligitur continere, quòd epiſcopus illud ſeruare teneatur.*
3 *Eccleſiaſticam libertatem dicitur violare, qui facit contra ipſius priuilegia.*
4 *Ius propria authoritate nobis dicere poſſumus, quando ius noſtrum conſiſtit in denegatione dandi, vel faciendi. Et hinc limitatur.*
5 *L. ſi quis in tantam. C. vnde vi.*
6 *Liberè, quid importet.*
7 *Denegare petitum contra priuilegium, an quis poſſit propria authoritate, vel an requiratur Papę authoritas.*



1 SANE. Si à priuilegiatis † aliquid
petitur contra tenorem priuile-
gij,licitè denegatur.h.d. Vel ſic,
Subditus non tenetur parere ſu-
periori exigenti, vel pręcipienti aliquid contra
2 tenorem ſui priuilegij.h.d. Nota primo,† ꝙ
in priuilegio conceſſiuo libertatis,ſeu immuni-
tatis, conceſſo inferioribus eccleſijs, intelligi-
tur contineri, vt etiam epiſcopus nõ poſſit con
tra priuilegium attentare; ſed quòd ipſe tenea-
tur etiam libertatem talem, & immunitatẽ ſer-
uare. Ex quo infertur, ꝙ Papa poteſt priuile-
giare eccleſias inferiores in præiudicium epiſco
porum; vt etiam latius traditur in.c.conſtitu-
tus.s̃.de reli.do. Nota ſecundo ibi, contra li-
3 bertatem. ꝙ ille † dicitur facere contra liberta-
tem eccleſiæ, qui facit contra priuilegia ipſius
eccleſiæ. Quod facit ad materiam de qua vi-
debimus in.c. nouerit.j̃. de ſen. excõ. de ſta-
tuentibus aliquid contra libertatem eccleſiæ.
4 Nota tertio, ꝙ † vbi ius ſibi dicere conſiſtit in
denegatione dandi,vel faciendi,poteſt quis ius
5 ſibi dicere propria authoritate abſq; metu †.l.ſi
quis in tantam.c. vnde vi. & ſimilium conſti-
tutionum; quia talis dicitur potius rem ſuam
6 defendere. Vltimo not.ꝙ illud dicitur † liberè
alicui competere, in quo non habet expectare
conſenſum, vel licentiam alicuius. de quo per
Io. An. in.c.licet epiſcopus.de præben. lib. 6.
& eſt tex. in.c.cum virum.s̃.de regul. & in.c.
de multa. cum ſimi. de præben. Glo. 1. ſentit
contrarium, quòd ſi ipſi debent obedientiam,
non ſunt exempti; & ſic epiſcopus debet poſ-
ſe exigere ab eis epiſcopalia; cuius tamen con-
trarium videtur innuere litera. In ea ibi, de li-
bertate. Facit de priuile.c.ſi papa. lib.6. In fi.
dic,& de hoc latius in.c.porro.j̃.de priui.In gl.
fi.ibi,authoritate huius canonis.dic,dicit Goff.
7 ꝙ imò etiam authoritate † propria; ex quo nõ
tenetur vigore priuilegij,ſeu immunitatis con-
ceſſæ. Facit.10.q.3.c.quia cognouimus. Vel
poteſt dici ſecũdum eum, ad hoc vt aliquid no-
ui afferat hoc capitulum,ꝙ aut ſuperior non eſt
in poſſeſſione eius quod petit, & poteſt ſubdi-
tus illud denegare ꝓpria authoritate.d.c.quia.
Aut erat in poſſeſſione, & tũc procedit iſte tex.
vt poſſit denegare authoritate apoſtolica; quia
propia non debet poſſe ſubditus ſuperiorem
ſuum priuare. Et ſic patet ex prædictis, ꝙ tex.
poteſt intelligi de indulto per ſpecialia priuile
gia, vel per generales canones. vt.d.c.quia co-
gnouimus. vel per preſcriptionem. ſm̃ Inno.
de quo remittit Hoſti.ad.c.venerabilis.§.pen.
.s̃. de excep. & in.c.cum olim. de præſcripti.

## Capitulum. VI. Illud.

*SVMMARIVM.*

1 *Vicarius Eccleſiæ vſurpãs ſibi ipſius eccleſiæ perſonatum contra præſtitum iuramentum, ad executionem officij ſui admitti non debet.*
2 *Perſona dicitur, qui perſonatum, ſeu dignitatem, ſeu prælaturam, ſeu rectoriam habet.*
3 *Suſpendi ab officio quis non debet in vno loco; ſed in omni loco.*
4 *Clerici nõ debent preſtare fidelitatis ſacramentũ.*

ILLVD. Ponit pœnam vicariorũ,
qui ad vendicandas prælaturas ſe
erigunt contra prælatos.h. d. vel
1 aliter, vicarius † eccleſiæ vſurpans
ſibi ipſius eccleſiæ perſonatum contra præſtitũ
iuramentum, ad executionem officij ſui admit
ti non debet.h.d. Nota primo ex prædictis,&
ex tex. pęnã illorum qui in eccleſijs mutãt ſibi
cauſam poſſidẽdi.ſecundum Inno. Et dicit hic
Hoſti.quòd ſequens decretalis debet præcede-
re iſtam. Vltimo not. ibi, perſonis. et ibi, per-
2 ſonatũ. et ibi, perſona. ꝙ perſona † dicitur qui
dignitatem, ſeu perſonatum, ſeu prælaturã, vel
rectoriam habet. idem not. in.c.fi.s̃. ne præla.
vi. ſu. & in.c. ex parte.S.s̃. de reſcript. Inde
dicitur perſonatus dignitas, prælatura, ſeu re-
ctoria, quam quis habet in eccleſia. Et ad-
uerte, quia ſecundum Catoliconem, & gram
maticos, quantũ ad terminos noſtros; ideò ta-
lis prælatus, vel dignitatem habẽs, dicitur per-
ſona,ſicut etiã Hiſtrio perſona appellatur; quia
ſicut ille diuerſis modis perſonat, diuerſas per-
ſonas repræſentando, & diuerſos actus geren-
do ſecundum dignitatem illius quem habet re-
pręſentare; ita & habens perſonatum in eccle-
ſia; nam ſecundum diuerſas dignitates perſonę
diſtinguũtur in eccleſia. Et hinc tractum eſt,
ꝙ in grammatica dicitur perſona alia prima,
alia ſecunda, alia tertia,ad denotandum diuer-
ſas dignitates. Glo. ſunt clarę. Extra gl.oppo.
contra tex. videtur enim ꝙ cum iſti vicarij eſ-
ſent periuri, & quodammodo infames, vt in.l.
ſi quis maior.c. de tranſac. & in.c. querelã.s̃.
de iureiu.nõ debebãt amplius admitti ad exe-
cutionem, nedum in eodem epiſcopatu, ſed
3 nec in alio. Et maximè,† quia non debet quis
ſuſpendi ab officio localiter in vno loco; ſed in
omni loco. vt not. in.c. paſtoralis.§.1.s̃. de
appe. Sol. docto. ad fugienda hæc contraria,
ad tex. dum dicit, in eodem epiſcopatu, ſup-
plent verbum maximè, & ſic fatentur contra-
ria; Similis ſuppletio habetur in.c. tua. ſuꝑ de
iureiuran. & .c. querelã. &. ſuꝑ de fideiuſſo.c.
peruenit. ſecundum Tan. Vincen. Hoſt. & Io.
Andr. Vltimo oppo. in eo, quòd tex. dicit
4 fide & ſacramento,nam † clerici non debẽt prę
ſtare ſacramentum fidelitatis. vt in.c. fin. j̃.
de re. iur. Sol. contrarium loquitur in homa-
gio, quod regulariter à clericis præſtari non
debet; licet à laicis præſtari poſſit. vt etiam tra-
ditur in.c.ex diligẽti.s̃. de ſimo. Et hic loqui-
tur de fidelitate, quæ poteſt præſtari à clericis
aliquid habentibus ab alijs clericis, ſecundum
dñm Anto.

Cap.

## Cap. VII. Cum Ad Quorundam.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatio lata contra ſubditum, qui non paret præcepto facto à ſuperiore, contra priuilegium ſubdito conceſſum à Papa, non tenet. & nu. 3.*
2 *Subiectus licitè, ac liberè poteſt denegare iniuſtè petitum.*
4 *Conſuetudo regionis, & qualitas perſonarum, & temporis eſt attendenda.*
5 *Sententia excommunicationis iniuſta, quando teneat, & quando ipſo iure ſit nulla.*
6 *Sententia iudicis habet præſumptionem pro ſe.*

CVm Ad Qvorvndam. Sententia excommunicationis lata contra ſubditum denegantẽ procurationẽ exactam vltra numerũ concilij Lateranenſis non tenet.h.d. Vel ſic,&
1 generalius;† Excommunicatio lata contra ſubditum, qui non paret præcepto facto à ſuperiore contra priuilegium ſubdito conceſſum à Papa, nõ tenet .h.d. Communis diuiſio. Secunda ibi, ideoq;. Nota primo argumentum, ꝙ licitè prælatus viſitãdo poteſt excedere numerum euectionum, & perſonarum in concilio Lateranenſi contẽtarum; dummodo pro illis procurationẽ non expoſcat; nã hæc duo requiruntur copulatiuè .ſ. vt ducat vltra numerum, & vt procurationem petat. ſecundum .D.m. Aduerte tñ, quia tex. in.c. cum Apoſtolus. de cenſi. videtur iniungere, ꝙ tales prælati nõ debeant ducere vltra numerum ibi prætaxatum, & ſic contrafacientes videntur peccare. Nota
2 ſecundo, ꝙ † ſubiectus licitè, ac liberè poteſt denegare iniuſtè petitum. Vltimo not. caſum
3 ſingularem, in quo ſententia † excommunicationis iniuſta, ipſo iure non tenet, nec valet; videlicet, quãdo eſt lata in ſubiectos denegãtes procurationẽ pro perſonis,& vectionibus vltra numerum prætaxatum. Et aduerte, quia concilium Lateranenſe de quo in .d.c. cum apoſtolus .ſ̃.de cenſi. non taxat numerum perſonarũ. Vnde eſt dubium quot debeãt eſſe perſonę pedites, vltra equitaturas, vel equitantes; et in hoc variæ reperiuntur opi. Nam quidam dicunt, ꝙ quot ſunt Seſſores, hoc eſt equitãtes, tot debent eſſe famuli, ſeu pedites equos gubernantes; Nam durum eſſet, ꝙ ſocij epiſcoporum gubernarent ſibi equos; & hunc intellectum videtur approbare curia. Alij dicunt, quòd pro tribus equitaturis ſufficit vnus famulus pedeſter. Alij quòd vnus pro duobus, Facit tex. in.c. in ſingulis.ſ̃.de ſta. regul. Hoſt. dicit, & bene; quòd iſtud debet eſſe arbitrarium; in quo arbitrio verſabitur, vt attenda-
4 tur conſuetudo † regionis, & qualitas perſonarum, & temporis. Glo. ſecunda opponit, ꝙ etiã iure communi licitè denegatur iniuſtè petitum à ſuperiore; Glo. ſoluit, fatendo cõtrarium. deinde decidit quæſtionem. dic vt in ea. Glo. fin. opponit, quòd ſententia excommunicationis lata contra ſubditos teneat, licet ſit iniuſta per.c.1.11.q.3. Gl. ſoluit. In ea in fi.
5 dic, Inno. tenet, ꝙ hæc ſentẽtia † de iure communi ſit nulla; quia in ea fuit expreſſus error; puta, quia dixit epiſcopus, excommunico te, niſi me recipias cum tot equitaturis. Et pro hoc, ꝙ de iure communi procedat iſte tex. allegat Ioan. Andr. quia alias eſſet ſuperflua, cũ non appareat cui loquatur; & ſic priuilegium iſtud eſſet inutile, tanquam non expreſſa perſona cui cõcedatur. Et hanc lecturã dicit.D.m. tenendam, tanquam veriorem. Subdit tamẽ, ꝙ ſiue error ſit expreſſus in ſentẽtia, ſiue non, dummodo appareat cauſa, quòd ſententia eſt ipſo iure nulla, per nota. in.c.per tuas .ỹ.de ſen. excom. & per no. per Inno. in.c. fraternitatis. .ſ̃. de frigi. vbi not. dicit, quòd ſententia notoriè iniuſta, eſt nulla. Et probatur in.c. inter cæteras .ſ̃. de re iudi. & ibi dixi. Et ratio eſt in promptu, quia quod dicimus, quòd ſententia licet iniuſta teneat, fundatur ſuper præ-
6 ſumptione iuris, quod præſumit pro † iuſtitia iudicis. vt in .l.Herenius. §.gaia .ff.de euic. ſed vbi eſt notorietas iniuſtitiæ, ceſſat præſumptio; ergo &c. Nec enim præſumendum eſt, quòd iura quæ ſemper innituntur æquitati, & iuſtitiæ, voluerint defendere, & robur dare notoriæ iniuſtitiæ. ꝙ notabis perpetuo.

## Capitulum .VIII. Sicut Vnire.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus inferior epiſcopo non poteſt ſuam eccleſiam, ſeu ſibi ſubiectam alteri vnire ſine conſenſu epiſcopi, licet accedat authoritas Metropolitani.*
2 *Metropolitanus non poteſt aliquid attentare in diœceſibus ſuffraganeorũ ſuorum; niſi quate- reperitur à iure expreſſum.*
3 *Vnio, ſeu ſubiectio, alienatio eſt.*
4 *Vnio quid ſit.*
5 *Vnio quotuplex ſit. et ſecundum communem, quòd quinq; modis ſit. nu. 6.*
7 *Actio vnita alteri, retinet quod fauorabilius erat in alterutra.*
8 *Legata, & fideicommiſſa vnita fuere, vt quod melius, & fauorabilius erat in alterutro, vnita retinerent.*
9 *Vnire quis poſſit. et ibidem quòd Papa poſſit.*
10 *Papa in beneficialibus habet plenam, & abſolutam poteſtatem. & nu. 56.*
11 *Legatus de latere vtrum poſſit vnire.*
12 *C.fin. de confir. vti. vel inutil. intellectus. & nu. 17. 31.*
13 *Legatus de latere poteſt conferre beneficia.*
14 *Legatus de latere non poteſt committere cauſam inuitis partibus, vt cognoſcatur ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*
15 *Papa ſolus poteſt aliquem priuare iure ſuo.*
16 *Legatus de latere quando poſſit exercere in prouincia ſibi commiſſa, ea, quæ poteſt ibidem exercere quilibet ordinarius. & nu. 22.*



18 *Legatus de latere non poteſt alterare ſtatum eccleſiæ.*
19 *Permutationi authoritatem præſtare non poteſt, qui non poteſt conferre.*
20 *Legatus de latere non poteſt ſupprimere aliquam dignitatem in eccleſia, nec fructus beneficij concedere epiſcopo ad tempus. & nu. 26.*
21 *Legatus de latere non poteſt aliena iura in perpetuum præiudicium turbare, ſeu tollere.*
*Licet ad tempus poſſit, conferendo beneficium in titulum. ibidem.*
23 *Ordinarij poteſtas eſt fauorabilior, quàm legati.*
24 *Epiſcopus cum conſenſu legati de latere, nõ poteſt alienare, ſi deficiat conſenſus capituli.*
25 *Legatus de latere non poteſt alienare rem ſpectantem ad Roma. Pont.*
27 *C. penul. de offi. lega. in .6. declaratur.*
28 *Iuripatronatus laicorum non poteſt derogari per ordinarium; nec etiam per legatum de latere.*
*Secus in iure patronatu eccleſiaſtico, vt ibidem.*
29 *Legatus, qui non eſt de latere, non poteſt vnire; cum non poſſit conferre.*
*Vnire, maius eſt præiudicium quàm cõferre. ibi.*
30 *Legatus Cardinalis habet collationem non ex iure legationis, ſed ex quodam ſpeciali priuilegio.*
32 *Vnio ſit ex neceſſaria cauſa.*
33 *Prælatus tenetur requirere conſilium capituli in ſpectantibus ad commodum, vel incommodum ſuum.*
34 *Patriarchæ, & Primates vtrum poſſint vnire.*
35 *Archiepiſcopi vtrum vnire poſſint.*
36 *Patriarcha licet poſſit exercere iuriſdictionem in Archiepiſcopos, tamen non poteſt in ſubditos Archiepiſcoporum. Et idem eſt in Archiepiſcopis reſpectu ſubditorum Epiſcopi.*
37 *Regula, vinco vincentem te, multo magis vinco te. limitatur.*
38 *Epiſcopi nunquid poſſint vnire.*
39 *Eiſcopi poſſunt augumentare, & diminuere numerum clericorum, & nouum perſonatũ in eccleſia facere.*
40 *Capitulum ſede vacante, nunquid poſſit vnire.*
41 *Prælati inferiores ab epiſcopo, nunquid poſſint vnire, & ibi communis, quòd non. etiam in eccleſijs pleno iure illis ſubiectis. quæ tamen reprobatur. nu. 42.*
43 *Abbas poteſt præſcribere iura epiſcopalia. & nu. 47.*
44 *Vicarij epiſcoporum nunquid poſſint vnire. Nec poſſunt cõferre beneficia regulariter. nu. 46.*
45 *Vicarius epiſcopi non poteſt ea, quæ non poteſt Archidiaconus.*
46 *Vniendi poteſtas nunquid poſſit præſcribi per inferiores ab epiſcopo.*
48 *Eccleſia quælibet de iure communi debet habere proprium ſacerdotem. limit. nu. 51.*
49 *Diſpenſatio eſt tantum permiſſa epiſcopis.*
50 *Eccleſia quælibet eſt regenda ex prouiſione epiſcopi.*
52 *Epiſcopi, ac alij inferiores nullo modo poſſunt facere vniones epiſcopatuum.*
53 *Epiſcopus electus, & confirmatus, nondum tamen conſecratus, vtrum poſſit vnire; & an poſſit exercere omnia quæ ſunt iuriſdictionis. num. 54.*
55 *Vniri quæ eccleſiæ poſſint per Papam.*
57 *Vnire an poſſit epiſcopus eccleſias diuerſæ religionis, & profeſſionis.*
58 *Cle.1. de elect. in verbo eligatur, declaratur.*
59 *Conſuetudo an, & quando poſsit de nouo induci, etiam ſi ſemel ſit ſublata, remiſſiuè.*
60 *Vnire eccleſias exemptas, epiſcopus an poſsit.*
61 *Et an non exemptam, loco exempto.*
62 *Iuramentum epiſcopi de non alienando, concernit bona eccleſiæ cathedralis tantum.*
63 *Vnire beneficium reſeruatum ſedi Apoſtolicæ, epiſcopus an poſsit.*
64 *Papa reſeruans ſibi aliquod beneficium, videtur ꝓhibere cuilibet inferiori, ne diſponat de illo.*
65 *Vnire eccleſiam vacantem, epiſcopus an poſsit.*
66 *Et an poſsit eccleſiam, ſiue aliud beneficium præbendæ cathedrali vnire.*
67 *Et an poſsit vnire eccleſias, quarum collatio propter negligentiam, vel ſimilem cauſam deuoluta eſt ad ſedem apoſtolicam.*
68 *Directè quod non licet, non licet per obliquum.*
69 *Epiſcopus poteſt commendare eccleſiam deuolutam, donec per Papã fuerit de ea prouiſum.*
70 *Vnio reſpicit proprietatẽ; collatio verò titulum.*
71 *Illatio non fit ex ſeparatis.*
72 *Vnire, vtrum poſsit epiſcopus dignitatem eccleſię, ſuæ eccleſiæ.*
73 *Epiſcopus vna cum capitulo, poſſunt vnam totam dignitatem tollere de eccleſia. & temperatè donare de menſa propria loco religioſo.*
74 *Authorare nemo poteſt in facto proprio.*
75 *Cap. expoſuiſti. de præben. declaratur.*
76 *Cap. noſtris. de conceſſ. præb. declaratur.*
77 *Cap. vni. vt eccle. benefi. declaratur.*
78 *Vnire, an poſsit epiſcopus eccleſiam vacantem.*
79 *Vniri, an poſsit ab epiſcopo eccleſia, faciẽdo de ea vnionem menſæ ſuæ.*
80 *Vniri an poſsit eccleſia vnius diœceſis, eccleſiæ alterius diœceſis.*
81 *Vniri an poſsint plures eccleſiæ vni eccleſiæ.*
82 *Vniri an poſsit eccleſia patronata alteri eccleſiæ.*
83 *Vniri an poſsit eccleſia in qua pater adminiſtrat, vel proximè adminiſtrauit, eccleſiæ filij.*
84 *Vniri an poſsint alia iura eccleſiaſtica in caſibus, in quibus poſſunt vniri eccleſiæ, & eccleſiaſtica benefitia.*
85 *Vniri an poſsint, & pro quo tempore fructus beneficiorum alijs eccleſijs.*
86 *Vnio quibus de cauſis fiat, & quatuor enumerantur. nu. 87. 88. 89. & 90.*
46 *Ludi cauſa acquiſita, an, & quando teneamur reſtituere in foro conſcientiæ.*

47 *Ludere vltra unum aureum non licet; etiam in ludo ſcacchorum.*

48 *Locupletari non licet cum aliena iactura.*

49 *Ludere*



49 *Ludere cogens aliquem per importunitatem, quodammodo dolo sè dicitur agere.*

50 *Ludere coactus, an teneatur reſtituere acquiſitum in ludo, vel illud erogare pauperibus.*

51 *Lex indiſtinctè loquens, debet indiſtinctè intelligi.*

52 *Luſorum, ſi neuter alterum ludere coegit, vtrum acquiſita in ludo reſtitui, an erogari in pauperes debeant.*

53 *Turpitudinis par cauſa, videtur excuſare à reſtitutione.*

54 *Mixtura actus liciti, & illiciti, an reddat eum licitum.*

55 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

56 *Cauſa nocens inſpicitur, non quę prodeſt.*

57 *Ludere ad ludum fortunæ, facilius inducuntur homines, quàm ad ludum ingenij, & fortunæ ſimul.*

58 *Ludo victa, qui teneantur reſtituere.*
*An etiam hæres. An commodans taxillos, aleas, aut domum. An ementes, & vendentes barattarias. An facientes, & vendentes taxillos, & alia ludi prohibiti inſtrumenta. Et an qui cum poſſint prohibere, non prohibent. & num. 61.*

59 *Culpam facientis obtinet, qui cum poſſit obuiare manifeſto facinori, non obuiat.*

60 *Damnum iniuſtè danti, licet nihil inde recipienti, peccatũ non remittitur, niſi dãnum reſarciat.*

62 *Ludi cauſa victa, quibus reſtitui debent. Et quid ſi victa ſint, non habentibus eorum adminiſtrationem. ibidem.*

63 *Et quid ſi habentibus adminiſtrationem. & ibidẽ quæ ſit in hoc communis opinio.*

64 *Pauperibus danda eſt pecunia victa in ludo, quando non adſunt ij, quibus eſt reſtituenda.*

65 *Luſor quantum, & quid reſtituere teneatur. Et ibidem, an poſſit fieri compenſatio victi, & amiſſi, præſertim inter diuerſas perſonas, & in diuerſis ludis.*

66 *Mutuatum in ludo, vtrum repeti poſſit.*

67 *Ludum in domo receptans, non poteſt agere actione iniuriarum contra verberatorem. Et an poſſit impunè verberari. Et an furtum, & rapina poſſit contra eum committi. nu. 76. 77.*

69 *L. fi. §. 1. ver. item ſi ſeruus. ff. de alea. declaratur.*

70 *Lex, licet tollatur in vno caſu, non propterea tollitur in alio; niſi aliud appareat.*

71 *Contractus facti in ludo, an valeant.*

72 *Reſtitui an debeant ſubtracta in ludo.*

73 *Luſorum quæ pœna ſit.*

74 *Inuenire officialis eum dicitur, quem inuenerit, & cæperit.*

75 *Ludi receptatores qua pœna puniendi ſint.*

77 *Offendens aliquem in ludo, an teneatur de offenſa.*

78 *Verberare eſt cum dolore cędere. Pulſare verò, ſine dolore.*

79 *L. 1. de aleato. declaratur, remiſſiuè.*

80 *Ludus, vtrum dicatur continere cauſam lucratiuam.*

81 *Lucratiuam cauſam continere dicitur id, quod acquiritur ex maleficio.*

82 *Filij, vtrum poſſint reuocare ea, quæ pater amiſit in ludo, vſque ad legitimam ipſorum.*

83 *Ludus quot malorum, & peccatorum cauſa ſit. & nu. 84. & ſeq. vſque ad fi. cap.*

84 *Luſores appellãtur quodammodo arioli, & pagani, propter tranſgreſſionem Canonis.*

85 *Vſura centeſima ſorti æquiparatur in anno.*

86 *Deus reſpicit cor, non manum.*

87 *Scandaloſum nihil agendum eſt.*

88 *Verborum otioſorum, & vanorum rationem Deo reddere tenemur.*

89 *Verbum ſemel emiſſum eſt irreuocabile.*

90 *Mentiri, mortale peccatum eſt.*

91 *Blaſphematores dicuntur incidere fruſtratim mẽbra Chriſti; Et ideò magis peccant, quàm Iudæi, qui ſaltem corpus integrum reſeruauerunt.*

92 *Furtum eſt peccatum grauiſſimum, & contra pręcepta decalogi.*

93 *Ludus eſt quædam quaſi ſeruitus perſonæ.*

94 *Ludere melius dicitur, qui ſcit melius decipere.*

95 *Scolares multi recedunt à ſtudio rudes, & indocti, propter tempus amiſſum in ludo.*

96 *Temporis iactura, grauior eſt, quàm rerum.*

97 *Lucri cupiditas, eſt radix omnium malorum.*

98 *Ludentes, malo exemplo corrumpunt alios.*

99 *Adulatio in clericis crimen principale, & capitale eſt.*

100 *Honeſtas eſt inter primaria præcepta.*

101 *Ludus eſt fugiendus tanquàm res deteſtabilis, pernitioſa, ſceleſta, atque nefanda, deducens nos vſque ad interitum animæ, & corporis.*

INTER DILECTOS. Ab obti-
1 nendam † dignitatem repellitur
vſurarius, & publicus aleator. h. d.
Vel ſic, collatio beneficij facta in-
digno occulto, caſſari debet; & conferentes ſe-
cundo, ante caſſationem primæ collationis, pri
uari debent ea vice poteſtate conferendi. h. d.
Diuiditur in duas partes. In prima ponitur de-
ciſa facti narratio. In ſecunda diffinitio, ibi, nos
igitur. Item ſecunda ſubdiuiditur. Nam primo
diff ini de iuribus. P. primi prouiſi. Secundo de
iuribus. B. Tertio de iuribus Cantoris circa po-
teſtatem eligendi. ſecunda ibi, præterea. tertia
ibi, quia verò. Et in tex. ibi, vltima clauſula in-
ſerta non fuerat. Qualis autem fuerit hęc clau-
ſula, ignoramus. Poſſet tamen figurari exẽplum
per. c. olim. ṡ. de reſcript. Not. primo ibi, do-
natio pertinebat. quòd hoc verbum pertinere,
latam habet ſignificationem. Vnde comprehen
2 dit † etiam illud, quod pertinet ad aliquem iu-
re ſpeciali; ſicut hæc collatio Succentoria, quæ
non poterat pertinere ad Cãtorem, niſi de iure
ſpeciali; quia de iure communi ſpectabat ad
Epiſcopum. 16. q. 7. in. c. omnes baſilicæ. & c.
nullus. Ex quo infertur, quòd non vitiatur li-
bellus, vel probatio, ſi beneficium dicitur per-
tinere ad collationem alicuius; & probatur q̃
ſolum de iure ſpeciali ad illum pertineat. Fa-
cit. l. verbum illud pertinere. ff. de verbo. ſignif.
& vide glo. notab. quæ hoc expreſsè vult in. c.
fi. in ver. pertinet. de elect. lib. 6. Et vide de
hoc verbo per Inno. in. c. conſtitutus. ſupra de

 relig.

relig.domi.& in.c.fin. in prin.§.de offi.archid.
& per Archid.in.c.ſi apoſtolicæ.de prębend. lib.6.
3 Nota ſecundo, quòd† ludus alearum eſt prohi-
bitus clericis;in tantum quòd etiam conſuetu-
do contraria non tenet ; etiam ſi fiat ſolum vo-
luptatis cauſa . Et adeò eſt prohibitus,ꝙ cleri-
cus aleator indignus videtur beneficio eccle-
ſiaſtico,vt hic . de quo ſtatim in glo.1.Et pluri-
ma crimina,quæ oriuntur, & proueniunt ex lu-
do,propter quam cām meritò ꝓhibetur,ponit
hic Hoſt. ſex verſus illa cōtinētes, quos decla-
rat ; quos ēt ponit in ſum.eo.tit.§.clericus. ver.
notantur.de quibus fortè dicā infra in fi. No.
4 tertio,quòd vſurarius† reputatur vilis perſona,
& indigna ad dignitatem obtinendam. Et ad-
uerte,quia bene probat iſte tex.quòd vſurarius
ſit infamis ipſo iure . de quo vide tex. cum glo.
in.l.improbum fęnus.C.de infam. vbi glo. in-
telligit, quòd ſine alia ſentētia talis eſt infamis
infamia ciuili.& eſt tex.expreſſus.3.q.7.c.infa-
mes.§.porrò. Aduerte tamen , quia loquitur
ille tex. in eo qui exercet vſuras vltra debitum
modum permiſſum à iure ciuili. prout etiam lo
quitur tex.noſter,coniuncta glo.2.de quo dixi
ſupra in rub.de vſur.in ſecundo princip.artic.
Vnde dubium poteſt eſſe, quid de exercente
vſuras ſecundum modum à iure ciuili permiſ-
ſum. Et concludit hic.D.m. quòd cum de iure
canonico omnis modus reprobetur , vt dixi la-
tè in rub.de vſur. & in hac materia ius ciuile nō
dedignetur ſacros canones imitari, meritò cū
tex.noſter velit , quòd talis ſit infamis, videtur
idem dicendum de iure ciuili . pro qua deciſio-
ne facit.d.§.porrò. ſed vt ſtatim dixi,non pro-
batur in tex.noſtro ; quia loquitur in exceden-
te debitum modum. Not. quarto, quòd cri-
5 men† vſuræ poteſt opponi electo , non ſolum
ante electionem,& confirmationem, ſed etiam
ante apprehenſionem poſſeſſionis , ſi de illo ſit
infamatus. Vtrum autem agenti poſſeſſorio re-
cuperandæ poſſit opponi , dicam infra in fi.
Not.quinto moralem tex.in ver.non tamen. ꝙ
reprobandi ſunt ludi, qui diſſolutionis materiā
præſtant. Not.ſexto etiam tex. notab. & alle-
gabilem.in ver.cum in illis . maximè iūcta glo.
in ver. vſurpatur . Not. ſeptimo ex ver. quod
circa,ꝙ per hæc verba , propter indignitatem
tuam te abijcimus &c.infamia irrogatur. Qđ
eſt verum,ſi proferantur cauſa cognita;aliàs ſe-
cus videtur dicendum. vt.C.de infam.in.l.ver-
bum.& in.l.interlocutio.ſecundum Hoſt.& Io.
And. Not.octauo ibi , in ipſorum depoſitio-
6 nibus, quòd iudices† poſſunt deponere coram
alijs iudicibus de geſtis coram ſe.& ad hoc mul
tum ſolet allegari iſte tex.de quo articulo dic vt
plenè not.in.c.cum à nobis.§.de teſtib. Not.
7 nono,quòd† vtens in iudicio falſo inſtrumen-
to,propter ſolum vſum,non poteſt puniri pœ-
na falſi;niſi ſcienter vſus fuerit,aut falſauerit. Et
facit iſte tex. quòd præſumatur ignorantia , ſi
deſtitit ab vſu,eo ipſo quod opponitur. de quo
dic vt latè dixi in.c.ſuper eo,§.de cri.fal. Not.
8 decimo ex ver.præterea , quòd licet † negatiua
pura,& indeterminata non poſſit probari per
teſtes.vt in.c.bonæ.il.1.§.de electio. Probatur
tamen,cum de conſcientia , vel ſcientia quæri-
tur aliquorum . Facit.c.ſignificaſti.§.de ho-
mici.&.§.de probat.c.tertio loco . de quo latè
per Io. And.in.d.c.bonæ . & latius dixi in.c.ſu-
per his.§.de accuſat. Not. vndecimo ex ver.
9 quia verò. quòd reprobanda† eſt inconſtantia .
Ad idem.ff.de re iudi.in.l.cum quærebatur . &
.ff.de neg.geſt.in.l.ſi negotia . vide quod latius
dixi de variatione.in clem. 1. de electio. Vlti-
10 mo not.quòd ille, qui†confert beneficium in-
digno,quem putat dignum , non debet ante re-
probationem collationis factæ, beneficium al-
teri conferre, licet innoteſcat ſibi de indignita-
te prouiſi,aut electi. Glo.1.opponit,& ſoluit.
11 In ea ibi,prohibetur. dic,quòd clerici † nedum
prohibentur ludere,ſed etiam ludo præſentiam
exhibere. In ea ibi,aliud in obtinendo.dic,hoc
refertur ad ludum. Vnde videtur glo. conclu-
12 dere,quòd clericus† aleator omnino repellitur
à beneficio obtinendo;& ſi ſit ei collatio, & de
hoc conſtabat , prouiſio eſt nulla . Si verò non
cōſtabat,quia erat occultus,debet irritari. Sed
ſi obtinuiſſet beneficium , & poſt incipiat eſſe
luſor,non debet ſtatim priuari;ſed mitiori pœ-
na affici,ſeu puniri. Niſi fortè monitus nolit ſe
corrigere;quia tunc bene priuaretur . vt in.c.1.
35.diſtin.Sed vſurarius repellitur etiam ab ob-
tento;niſi Epiſcopus faciat ſibi gratiam.de quo
dic vt dixi in rubr. de vſur. in articulo de pœna
vſurariorum. In glo.2.ibi,centeſimā . declara
hunc terminum,& alios ſimiles, ſecūdum quod
dixi in rub.de vſur.in ſecundo artic. In glo.3.
in fi.dic, hæc glo. ſentit relata ad tex. quòd cle-
ricis licitum ſit ludere conuiuij cauſa. Et idem
voluit glo. 35.diſtinct.c.1. Sed Phil. hic tenet
13 †contrarium ; quoniam clericis non eſt licitum
conuiuium celebrare.Niſi ſecundum Goff.ce-
lebrarent agapas,ideſt,pauperum conuiuia . vt
dicit tex.42.diſtin.c.ſi quis. Et hoc plus placet
D.m.quantum ad conſcientiam. Licet nō com
petat repetitio amiſſorum in ludo , etiam con-
uiuij cauſa . Et poteſt intelligi glo. quòd ſi ſit
conuiuij cauſa,licet male faciat , non debet re-
putari vilis,ita vt repelleretur à beneficio obti-
nendo. & de materia ludi fortè dicetur infra .
In glo.ſuper verbo excuſandas . in fi. dic , vnde
dicit Pſalmiſta . nec declines cor in verba mali-
tiæ ad excuſationes in peccatis. ſecundum Ho-
ſtien.& Io.Andr. In glo. ſuper verbo vſurpa-
tur.in fi.pone exemplum ſecundum tex.82.di-
ſtin.c.plurimos . In glo. ſuper verbo dignita-
tis.in fi.dic,vide in.c.ad aures. ſupra de reſcrip.
In glo.ſuper verbo ſanctiones . in fi. dic , & eſt
hodie regula , quæ incipit , infamibus. lib.6.
Glo.ſuper verbo procurauerit. allegat, & pro-
bat per ſimile. deinde opponit,& ſoluit . In ea
ibi , in literis Domini Papæ . vel dic ſecun-
dum Ioan. And. quòd illud.c. loquitur in li-
14 teris † gratiæ, in quibus facilius præſumitur
falſitas. Secus in literis iuſtitiæ , in quibus
non ita de facili præſumitur , cum de facili
valeant



valeant obtineri. vt in.c.penult.§.de crimi.fal.
Glo.in verbo poſtmodum,format quęſt. & ar-
guit pro parte affirmatiua , & ſoluit in contra-
rium. In ea in fi.dic,doct.hic multa dicunt cir-
15 ca hunc articulum; videlicet,vtrum prima† ele-
ctione exiſtente inualida,poſſit celebrari ſecun-
da,prima non caſſata,vel declarata nulla. Quæ
materia , licet cōueniat titu.noſtro, ratione ex-
ceſſus commiſſi in electione,ſeu prouiſione;ta-
men magis conuenit titu.de electio. & ideò dic
vt traditur,& fortè dicam in titu.de elect. in.c.
auditis.vel in.c.conſiderauimus . Sed quātum
ad intellectum huius decretalis,ſecūdum.D.m.
hæc glo.perfectè illum non attingit ; nec etiam
doct. Vnde pro clariori intellectu opponit.D.
m. videtur enim , quòd collatio facta ſecundo,
debuerit valere ; ex eo , quòd cum prima fuerit
facta de criminoſo,& infami, ſaltem infamia fa-
16 cti, debuit eſſe nulla; quia †infamia, nedū repel
lit à dignitate obtinenda . vt in.l.3.C.de digni.
lib.12.& in reg.penul.de reg.iur.lib.6. vbi per
Din. Quinimò ſi eſt infamia iuris,repellit à di-
gnitate quæſita . vt eſt tex.in.l.2.§.miles.ff.de
his qui nota.infam. & in.l.infamia.C.de decur.
lib.10.ergo ſecunda debuit valere.vt in reg.nō
præſtat.de reg.iur.lib.6. Sol.tex.noſter poteſt
intelligi dupliciter. Primo, quòd collatio pri-
ma fuit nulla ipſo iure . & hoc ſentit hic Hoſti.
dum exponit irritandum.i.irritum nuntiandū.
et ſequitur Fede.conſi.49.Et tenendo hunc in-
tellectum, poteſt reſponderi ad contrarium, ꝙ
ſecunda non valuit ex defectu poteſtatis , quia
propter delictum collatoris, collatio deuoluta
eſt ad ſuperiorem. Sed iſte intellectus ſibi non
placet; quia iſta ſecunda electio caſſatur ꝓpter
aliam cauſam; quia prima non erat reprobata ;
& collator punitur propter ſuam inconſtantiā ;
& ſic intelligitur,quando prima collatio fuit fa
cta indigno ignoranter . Et maximè prætextu
conſuetudinis poterat dubitari, vtrum collatio
deberet eſſe nulla ; quia non videbatur iſte ele-
ctus vilis propter ludum , & vſuram , cum fre-
quentaretur à clericis.& ideò antequàm repro-
baretur conſuetudo,potuit eſſe aliqua veriſimi-
lis dubitatio ; Et ideò nō debuit ipſe procede-
re ad ſecundam electionem,niſi conſtaret prius
primam non valere; quia tunc poteſt celebrare
ſecundam,quando notorium eſt , quòd prima
eſt nulla.vt not.in.d.c.auditis . & in.c.conſide-
rauimus.§.de elect. Et ideò cum non eſſet ipſo
facto iſte collator priuatus propter primam col
lationem,iuncta iuſta ignorātia,propter incon-
ſtantiam adhibitam , faciendo ſecundam ele-
ctionem prima non caſſata, priuatur. Et ita ſe-
cundum eum redditur clarus intellectus tex.no
ſtri. Et ſatis mihi placet. Glo. ſuper verbo irri-
tam,colligit,quòd ſecunda electio fuit nulla, &
aſſignat cauſam . deinde format duo contraria ,
& ſoluit. In ea ibi,quia functus erat officio ſuo.
dic, hæc glo. facit pro opin.Bald.in.l.ſi vt pro-
ponis .C. quomo. & quan. iud. vbi dicit ,
17 quòd ſi aliquibus † committitur electio pote-
ſtatis,vel alicuius officialis , expirat per electio-
nem inualidam.de quo per Inno.in.c.in literis.
de off.delega. In ea ibi, ſunt diſſimilia.Et ratio
eſt,quia valet ſecūda ſtipulatio, quia erat prima
elidibilis per exceptionem; quia poteſt intereſ-
ſe.Et ideò, ex quo poteſt prætendere intereſſe ,
valet ſecunda ; quia non obſtat multiplicatio
actus. Sed in collatione,cum prima tenet,licet
veniat irritanda per exceptionem ; tamen quia
antequàm caſſetur,non vacat beneficium, ideò
non poteſt fieri ſecunda collatio. In fin. dic , vt
dictum eſt in præced.glo. In glo.fina.in fi.hæc
glo.ſingulariter facit ad deciſionem.q. an ſi col-
18 latio† beneficij facta per Papam, vel eius execu-
torem,non tenuit , vel propter ſubreptionem
literarum,vel indignitatem perſonæ, vtrum po
teſtas redeat ad Papam,an verò ad ordinarium.
Inno.refert duas opin. Quidam enim voluerūt
quòd duntaxat ad Papam reuertatur poteſtas
conferendi. Ex quo enim Papa ſe intromiſit ,
non licet alteri manum apponere . arg.c.vt no-
ſtrum.§.de appel.refert tamen alios tenere cō-
trarium. D.m.hic poſt Io.Andr.& Compoſt.
in.c.quod ſicut.§.de elec.diſtinguit, quòd aut
Papa reſeruauit ſibi beneficium , & tunc licet
collatio non habeat effectum, non poteſt infe-
rior ſe intromittere.arg.c.ſi eo tēpore.de elect.
lib.6. Aut non eſt vſus verbo reſeruationis, &
ſubdiſtinguit , quòd aut mandauit beneficium
illud conferri non expreſſa certa perſona , &
idem;quia videtur ſibi reſeruaſſe, & voluiſſe ꝓ-
uidere. Aut mandauit conferri certæ perſonæ,
& tunc ſi collatio non valuit , poteſtas redijt ad
ordinarium ; quia Papa intendebat prouidere
tantum illi perſonæ ; ergo ex quo illa perſona
non poteſt habere, vel ꝓpter ſubreptionē lite-
rarum, vel indignitatem perſonæ ſuæ , poteſtas
19 redijt ad ordinarium ; quia ceſſante† cauſa &c.
§.de appel.in.c.cum ceſſante. cum ſimi. Extra
glo. opponunt docto. contra tex. in eo, quòd
fuit admiſſa exceptio criminis contra iſtum.P.
20 Videtur.n.ꝙ non debuit† admitti, ex quo ipſe
habuerat collationem , & agebat tantum poſ-
ſeſſorio adipiſcendæ. Vnde non debuit admitti.
vt in.c.accedens.§.de accu. Sol. dicit Innoc. ꝙ
exceptio criminis non debuit admitti ſine infa
mia. Et ſic ſentit iſtum fuiſſe infamatū de obie-
ctis contra eum. Et ſubdit ſingulariter ſm hunc
articulum,ꝙ aut quis in his beneficialibus agit
poſſeſſorio adipiſcendæ, vt quia habuit ele-
ctionem,& confirmationem , vel collationem ,
& ſolū ſibi deeſt poſſeſſio , quam vult acquire-
re,& non admittitur exceptio criminis ; niſi cū
infamia.prout traditur in.d.c.accedens . prout
etiam latè dixi in.c.ſuper his.§.de accuſa. Aut
quis agit poſſeſſorio recuperandæ , & non ad-
mittitur aliqua exceptio criminis . vt in.c.item
cū quis.§.de reſt.ſpol. Et ſic ſentit Inno.ꝙ non
obſtat exceptio criminis,etiam cum infamia;&
videtur quodammodo excludere aduerſus ta-
lem,omnem exceptionem. Sed tu vide plures
quę poſſunt obijci per doct.&.D.m.in.c.in lite
ris.§.de reſtitu.ſpo.&.3.q.1.in ſum. Aut quis
agit petitorio ꝓ beneficio, quod ſemel habuit,
N iij & ſub-

& ſubdiſtinguit, quòd aut opponitur tale cri-
men, quod inducit priuationem ipſo facto, &
admittitur exceptio; vtputa, ſi opponitur, quòd
eſt hæreticus; Vel ſi eſt ſpecialiter condemna-
tus de crimine digno priuatione. quod ſingula-
21 riter not. Vult enim, ꝙ cõdemnatus, † abſque
executione priuationis, cenſeatur priuatus ipſo
facto beneficio ſuo, licet non ſit appoſita pœna
priuationis; quia ſatis eſt, quòd delictum eſſet
priuatione dignum; licet enim pœna non expri
matur, tamen illa iuris authoritate ſubintelligi-
tur appoſita. 2. q. 3. c. fin. §. notandum. in. c. po-
ſtulaſti. ẽ. de fo. compet. ſecundum vnam lect.
22 Et idem ſi eſſet † crimen, quod per ſententiam
infamaret. vt eſt bonus tex. in. l. 2. §. miles. ff. de
ijs qui no. inſa. vbi tex. vult, quòd ſi miles dam-
natur de adulterio, quòd efficiatur infamis, &
ſoluatur vinculum militiæ. Vnde infamatus
per ſententiam, perdit dignitatem, vt ibi tradi-
tur. Secus ergo ſecundum. D. m. vbi quis dam-
naretur de crimine, quod non induceret infa-
miam, nec priuationem beneficij; tunc enim ta
lis exceptio non admitteretur, vt ſtatim dice-
tur. Et ſic limita dictum Inno. Aut opponitur
exceptio criminis, quod non inducit priuatio-
nem beneficij ipſo facto; vt puta, quia eſt adul-
ter, vel ſimilis, & non debet admitti talis exce-
ptio; Et ratio eſt, quia etiã illa probata, ipſe re-
manet prælatus, ſeu rector beneficij. Nec ob-
ſtat quòd debet priuari; quia ad hoc non tendit
exceptio, & eius natura. vt in. c. 2. in fi. ẽ. de or.
cog. Nec obſtat, quòd ex quo datur accuſatio
contra iſtum de talibus criminibus, fortius de-
bet admitti exceptio, vt in reg. qui ad agẽdum.
de reg. iur. lib. 6. cum ſimi. ibi allegatis, quia illa
23 regula † habet locum, quando ad idem tendunt
actio, & exceptio; ſecus ſi ad diuerſa, vt eſt in ca
ſu noſtro; quia accuſatio tendit ad vindictam, vt
priuetur, exceptio tendit ad defenſionem rei fa-
miliaris. & vide etiam quod tradit. D. m. in. c.
paſtoralis. de ca. poſ. & propr. & in. c. ſi diligen-
ti. de fo. compet. Poſtremo, quia tex. noſter
tractat de pœna aleatoris, & mutuantium in lu-
do, & materia ludi frequens, & quotidiana eſt;
& melius hic poteſt adaptari, quàm alibi; ideò
hic plenè pertractabo; quamuis doctores alibi
eam ponant. Et vt incipias à fundamento, de-
bes ſcire, prout dicit Ariſto. in quarto Ethic. in
24 fi. quòd in uita † ceſſatio, & iocus neceſſaria vi-
dentur; à negotijs enim quandoq; ceſſare opor
tet. Et hęc ceſſatio clericis, & laicis permiſſa eſt;
dummodo non admiſceatur aliquid vitij. vt in
.c. lator. &. c. continebatur. ẽ. de homici. Hanc
autẽ ceſſationem à negotijs aſſumimus ex mul
tis; Quandoq; iocando, & hęc eſt propriè ceſ-
ſatio; quia iocus propriè ex verbis conſiſtit; in
quibus mediocritas illa laudabilis eſt, quã Græ
ci eutropiam vocant; Latini vero, vt inquit Leo
nar. Aret. in prohe. Ethic. plerunque illã vocãt
vrbanitatem, quandoq; feſtiuitatem, interdum
iucunditatem, & nonnunquam comitatem ap-
pellant. In quo ioco, quem alij ludum appella-
uerunt, ſed non propriè; excedentes, ſcurriles;
deficientes verò, ruſticos, & agreſtes appella-
mus. de quo ludo, vel melius ioco, hic non tra-
ctabimus, ſed in ſuis locis. Vituperatur tamen
ſcurrilitas, maximè in clericis. Vnde dicit tex.
clericum ſcurrilem, & verbis turpibus adulato-
rem, ab officio detrahendum cenſemus. hunc
etiam quandoque garrulatorem appellant. 46.
diſt. in ſum. & .c. 1. quandoq; verò maledicum.
vt ea. diſt. c. clericus maledicus. & in. l. ſi nõ cõui
tij. C. de iniur. & in. c. 1. de iniur. de qua materia
dicendum, vt in iuribus ꝑalleg. Interdum verò
hæc ceſſatio fit in vita à negotijs per ludũ, licet
non ita propriè; & tunc quandoque ludus exer
cetur fortitudinis, ſeu agilitatis corporis oſten-
dendæ cauſa, vt contingit in duello, torneamen
tis, lacertorum, aut pugnorum ludo, quę tamen
non eſt propriè ceſſatio à negocijs; ſed qualiſ-
qualis; & quibus, & qualiter hoc liceat, tetigi in
c. 1. ẽ. de torneamen. Quandoq; verò fit ceſ-
ſatio per ludum ſcacchorum, alearum, ſeu ta-
xillorum, vel quid ſimile; & de hoc hic plenè
agendum eſt. Et vt hæc materia plenè, & per
ordinem habeatur, ꝓſequar infraſcriptas quæ-
ſtiones. Prima, quid ſit ludus. Secunda, quo-
tuplex, ſeu quot ſint eius ſpecies. Tertia, quis
ludus ſit permiſſus. Quarta, inter quos ſit per-
miſſus. Quinta, vtrum amiſſum in ludo repeti
poſſit. Sexta, vtrum valeat conſuetudo, ſeu ſta-
tutum in contrarium. Septima, infra qđ tem-
pus repeti poſſit. Octaua, an ſaltem teneatur
quis ad reſtitutionem in foro conſcientiæ.
Nona, qui ſint illi qui tenentur reſtituere in
caſibus, in quibus tenentur. Decima, ſi tene-
tur, cui teneatur reſtituere. Vndecima, quan-
tum quis, ſeu quid reſtituere teneatur. Duode-
cima, vtrum mutuatum in ludo poſſit repeti.
Decimatertia, quid de cæteris contractibus fa-
ctis in ludo. Decimaquarta, quid de ſubtra-
ctis. Decimaquinta, de pœna ludentis. Deci-
maſexta, de pęna receptantis ludum. Decima-
ſeptima, vtrum oſtendens in ludo teneatur.
Decimaoctaua, vtrum ludus dicatur habere cau
ſam lucratiuam. Decimanona, de peccatis, &
malis ex ludo prouenientibus. Circa primam
quæſtionem, quid ſit ludus, doctores aliter non
deſcribunt. Poteſt tamen iudicio meo ſic de-
25 ſcribi; quòd eſt † actus quidam ceſſationis, vel
recreationis, quandoque ex ſola fortuna, inter-
dum ex induſtria, nonnunquam ex vtroque
proueniens. & quare ſic deſcribatur, appare-
bit ex infra dicendis. Circa ſecundam quæ-
26 ſtionem, quotuplex † ſit, ſatis patet ex præce-
denti quæſtione. Nam diſtinguitur princi-
paliter in tria genera; quia quidam ludus eſt
meri ingenij, vt ludus ſcacchorum, & ſimiles.
Quidam ex mera fortuna, vt ludus taxillorum,
azardi, & ſimiles. Quidam mixtus, tàm ex
ingenio, quàm ex fortuna procedens; vt eſt
ludus alearum, ideſt, tabularum cum taxillis. Et
quodlibet genus etiam poteſt habere alias va-
rias ſpecies, ſecundum varios modos ludendi.
Circa tertiam quæſtionem, poteſt dici, vt ar-
27 bitror, quòd omnis † ludus virtutis cauſa,
vel



vel recreationis, aut ceſſationis, vel ſine cupidi-
28 tate, ſeu auaritia permiſſus eſt. probatur † in. l.
ſolent. §. 1. ff. de aleato. Facit. c. 1. & quod ibi
dixi, de cle. venato. Et intellige, dummodo non
admiſceatur dolus, fraus, aut blaſphemia, aut
alia ſpecies delicti; & fiat horis cõgruis, & debi
tis. Ludus aũt qui fieret cupiditatis cauſa, vel ha
bens admixtam aliam ſpeciem delicti, nemini
29 licitus eſt. ita poteſt intelligi tex. in † .l. aliàs,
auth. alearum vſus. C. de religio. & ſump. fun.
& vſu aleæ. Et ex prædictis ego infero, ꝙ lu-
dus Pilæ laicis permiſſus eſt, dũ alia ſpecies de-
licti non admiſceatur. vt probatur in .l. itẽ me-
la. ff. ad. l. aqui. Item ludus ſcacchorum, vel ſi-
milis. et adde quæ dicentur in duabus ſequen-
tibus quæſtionibus. Circa quartam quæſtio-
30 nem, inter quos † ludus ſit prohibitus, ſeu per-
miſſus; Dic, ꝙ ludus qui fit virtutis cauſa, vel
ingenij oſtendendi, indubitanter laicis permiſ-
ſus eſt, & etiam clericis; dummodo non admi-
ſceatur ſuperbia. Idem et ſi fieret recreationis
cauſa, aut ceſſationis; quia etiam ipſe laicis, &
clericis permiſſus eſt. Vnde etiam ſcacchorũ
ludus clericis dicitur permiſſus. vt not. Inno.
in. c. lator. ẽ. de homicid. & glo. in authen. in-
terdicimus. C. de epi. & cle. & glo. in auth. de
ſanc. epi. §. interdicimus. colla. 9. per aliquos
doc. in. l. fin. ff. qua. re. ac. non det. & traditur ẽt
in .c. clerici. ſuꝑ de vi. & ho. cleri. prędicta tamẽ
intellige, ꝙ clericis permiſſus eſt ludus, & vir-
tutis exercendæ, & ceſſationis cauſa, dummo-
do non tumultuosè, ſed quietè, & nõ ſuperbè,
aut voluptatis cauſa, ſed recreationis cauſa fiat,
vt dixi. Facit ꝙ in ſimili dixi in. c. 1. ſuꝑ. de cle.
vena. Secus autem ſi voluptatis cauſa; quia cle-
ricis nõ videtur permiſſus. Vnde nec pro cõ-
uiuio, ſm̃ ꝙ dixi ſuꝑ. in ver. voluptuoſos. et te
net D. m. in. d. c. clerici. 44. diſt. in .c. nõ opor-
tet. & in. c. nõ liceat. Sed laicis tumultuosè lu-
dum facere, non admiſcẽdo aliam ſpeciem deli
cti, non videtur eſſe prohibitum. Item cleri-
cis videtur eſſe permiſſus, dummodo non inci-
dant in crimen percuſſionis. de quo dixi. ſuꝑ in
rubrica in tit. de cleri. percu. Nec etiam blaſ-
phemię, aut auaritiæ cauſa, quibus de cauſis, nec
clericis, nec laicis permiſſus eſt. Facit tex. in
authen. vt iudi. ſine quo. ſuffra. in fi. colla. 3. &
ꝙ tradit Apoſtolus ad Timotheum. vbi dixit,
quòd auaritia radix eſt oĩum malorum. Vidẽ-
31 tur tamen hoc caſu magis peccare clerici, quã
laici. arg. c. cũ quidam. cum ibi no. ſuꝑ. de iureiu.
& ꝙ not. in. l. prę sbiteri. C. de epi. & cleri. &
vide ꝙ dixi in .c. irrefragabili. §. cæterũ. de off.
ordi. & adde quæ dicam in ſeq. q. & .8. Cir-
ca quintam quæſtionem, qua quæritur, vtrum
Cõm. op. 32 amiſſum in ludo poſſit repeti. Cõmunis † * cõ-
cluſio eſt ſecundum Io. de Imo. in .c. clerici.
de vi. & ho. cleri. ꝙ de iure ciuili repeti poſſit.
33 per tex. apertum † in. d. authen. alearum vſus.
& per nota. in .l. fi. §. fi. ff. de aleato. Refert ta-
men aliquos dicere, illam .l. abrogatam eſſe per
contrariam conſuetudinem in locis in quibus
uiget conſuetudo in contrarium, de quo ſtatim
dicam in ſeq. q. Et hanc quæſtionem ſequitur
beatus Thomas ſecunda ſecundę. q. 32. arti. 7.
Et Io. Cal. Zaba. & Pet. in. d. c. clerici. & ibi etiã
ſequitur Io. de Imo. & in. l. ſi quis cum ſciret.
de vſucapio. pro emp. Quod tamen ſupra di-
xi, quòd tenetur ad reſtitutionem, intellige,
quando exercetur ludus prohibitus; Secus ſi
permiſſus; quia tunc ꝙ amiſſum eſt in ludo,
repeti nõ põt; cum fiat lege permittente. arg. l.
gracchus. C. de adul. Qđ intellige, dũmodo fiat
in parua quantitate, nõ in magna. arg. authen.
alearum vſus. & ſequitur. D. m. in. d. c. clerici.
Et ratio eſt, quia tunc non videtur permiſſus. et
potius auaritiæ cauſa, & ſpoliandi proximum
videtur fieri. Item quod dixi, ꝙ in caſu licito
non poteſt repeti amiſſum, eſt verum, ſi modo
eſt amiſſum per habentem rerum ſuarum admi
niſtrationem. Secus ſi per non habentem; ſe-
cundum Inno. Io. An. & doc. in. c. quia pleriq;.
de immuni. eccle. & in .d. c. clerici. & d. l. ſi quis
cum ſciret. & per beatum Tomam in dicto lo-
co. Ex quo infertur, ꝙ amiſſum per ſeruum,
filium, & monachum, repeti poteſt per dñm
Patrem, vel Abbatem. pro quo eſt tex. in .l. fi.
.ff. de aleato. Et ratio in promptu eſt, quia cum
34 illi † non habeant dominium talis pecuniæ, nõ
potuerunt illud transferre in alium. vt in .c. nu-
per. ſuꝑ de donatio. inter vi. & vxo. & in reg.
nemo poteſt. de reg. iur. lib. 6. et hãc opi. ſen-
tit etiam glo. in. d. c. clerici. & Io. Cal. ibi. Itẽ
in quantum dixi, ꝙ non poteſt repeti in ludo
permiſſo; limita, ſi modo ille qui vicit, non cõ-
miſit fraudem, fortè quia luſit cum falſis taxil-
lis; quia tunc indubitanter repeti poteſt. arg.
eorum quæ ſtatim dicam, & etiam in ſeq. q. &
in. 8. Facit ꝙ not. Inno. in .d. c. quia pleriq;. &
Io Cal. in .d c. clerici. & ſenſit beatus Thomas
in dicto loco. Et idem arbitrarer, ſi per aliquã
fraudẽ quis lucratus fuiſſet, ſeu viciſſet; vt puta
quia veniſſet punctus aduerſarij, & ipſe feciſſet
ſibi ſatisfieri, tanquam veniſſet punctus ſuus;
vel ſi clam refudiſſet poſtas, augendo pecuniam
35 victam; quia dolus, † & fraus non debent ſibi
patrocinari. vt in .c. ſedes. ſuꝑ de reſcrip. & in
.c. cum olim. ſuꝑ de offi. dele. Et idem arbi-
tror, ſi per alium ſimilem modum fraus adhibi-
ta fuiſſet; vt puta quia ludens non eſſet ſoluen-
do, vel haberet in manu falſos aureos, vel fin-
geret habere pecuniam, cum non haberet, &
conſuetudo eſſet, prout communiter eſt, quòd
ipſe non teneretur vltra pecuniam quam para-
tam ad ludum in præſentiarum haberet, & ſic
viciſſet; vel aliter qualitercunq; fraudem, vel
dolum committeret. & adde ꝙ ſtatim dicam in
ſeq. q. & etiam. 8. Circa ſextã quæſtionẽ, vtrũ
36 valeat ſtatutũ, vel † conſuetudo in contrarium.
Dicit Io. An. ꝙ quibuſdam videtur, ꝙ cum lu-
dus alearum ſit prohibitus ex conſtitutione hu
mana, ꝙ illi derogatur per conſuetudinem; vt
ſic ratione mixturę valeat efficere cõſuetudo, ꝙ
aliàs facere nõ poſſet. Et aduerte, quia per hãc
rationem, Io. An. videtur hoc procedere velle
in ludo mixto .ſ. tabellarum; & ſubdit, dum-
modo

modo ceſſent frandes, blaſphemiæ, & turpia,
non tenetur reſtituere id quod vicit; nec ſacer-
dos debet ſibi facere conſcientiam. & idem vo
luit beatus Thomas. Io. Cal. & Io. And. & Io.
de Imo. idem videtur voluiſſe in .d. c. clerici.
& in.d.l. ſi quis cum ſciret. D. An. dicit, ꝙ tu-
tius eſt, quòd fiat reſtitutio, ſaltem pauperibus,
propter intẽtionem ſpoliandi proximũ .D. m.
in.d.c.clerici. dicit ſe plus credere, quòd etiam
37 conſuetudo non valeat; quia conſuetudo in-
ducẽs peccatum, ſeu reddens homines facilio-
res ad peccandum, non tenet. vt in .c.ex parte.
de conſue. ſed certũ eſt hoc contingere ex iſto
ludo, vt docet experientia. Facit quod habe-
tur in .d.authen. alearum vſus. & ꝙ dicam in
vlti.q. Ego verò in hoc articulo ſum ſatis du-
bius; & ſatis prima facie videtur rationabi-
lis opi. D. m. Sed reſpectu conſuetudinis, aut
ſtatuti tolerantis, aut permittentis ludum
prohibitum de iure communi, non videtur
procedere ſine magna dubitatione; nam cum
talis prohibitio emanauerit à iure poſitiuo, nõ
video quare contrario iure poſitiuo non poſſit
tolli; vt etiam ſentit beatus Thomas in prælle-
gato loco. Et ſi diceres, ꝙ emanauit prohi-
bitio propter naturalem rationẽ; & vt tollere-
tur materia peccandi; & per conſequens non
debet valere contrarium ſtatutum, aut conſue-
tudo; videtur dicendum, quòd ſi ſtatutũ per-
mitteret ludere purè, & ſimpliciter, adiungen-
do pœnam admiſcenti fraudem, machinatio-
nem, vel blaſphemiam, & maximè quãdo per-
mitteret certis diebus, aut horis, recreationis
cauſa, vel ceſſationis, debeat valere. Et ſi dicis,
licet ceſſent, aut ceſſare debeãt fraudes, blaſphe
mię, & huiuſmodi, tñ non ceſſant alia propter
quæ ludus prohibitus eſſe videtur, de quibus
dicetur in vlti. q. Vnde non ceſſabit intentio
ſpoliandi proximum, & depauperatio ſubdi-
torum; per quam rationem fuit motus .d. An.
quia reſpondeo, quòd hæc ratio non cõcludit
neceſſariò; Nam ſecundum hanc rationem, nõ
38 eſſet licitũ facere ſtipulationes † ſub huiuſmo-
di forma, ꝙ Imperator veniet in Italiã, aut non
veniet; ſupponendo aliquid vincendum, vel
amittendum, ſi veniet, vel non veniet. et ſi-
militer quòd pluet, vel non pluet. nauis re-
dibit ad portum, vel non redibit. quæ omnia
fiũt, aut ſupponuntur, aut aguntur lucrandi
cauſa à ſocio; & cum ea intentione, vt aduer-
ſarius amittat; & tamẽ huiſmodi ſtipulationes,
& pactiones, licitę ſunt. vt.ff.de ver.ob.per tot.
Et ſi tu dicis, facilius inclinantur homines ad
ludum, quàm ad tales ſtipulationes, ſeu pro-
miſſiones. Item & plurima alia mala proue-
niunt ex ludo, vt dicã in vlti.q. Hoc mihi ſatis
ſuadet, vt potius inclinẽ. in opi. D.m. Niſi for-
tè adhiberetur certus modus ſtatuto, vel con-
ſuetudini, per quem prouideretur dictis malis.
Item aduerte, quia hæc non procedunt reſpe-
ctu ſtatuti, vel conſuetudinis permittentis, ꝙ
quis non teneatur reſtituere, ꝙ in ludo vicit;
Licet .D. m. idem videatur velle. tamẽ mihi nõ
placet; quia cum circa tale victum in ludo ceſ-
ſent omnes ratiões prohibitiuę, nõ video qua-
re non teneat conſuetudo, vt poſſit illud reti-
neri. arbitror enim ꝙ teneat; & ideò procedat
opi. be. Tho. Nec ob. ſi diceres, ꝙ ſtatutũ, &
& conſuetudo non videntur valere, quia indu-
cerẽt homines ad peccandum; nam ratione lici
tæ retentionis inclinabuntur ad ludum, & per
conſequens in ipſo ludo incidẽt in mala ex lu-
do prouenientia; quoniam hæc ratio neceſſa-
riò non concludit; nam vt ſupra dixi in tracta-
tu de vſur. poſt beatum Tho. ſecunda ſecundę
39 .q. 32. artic.7. triplici † modo poteſt eſſe ac-
quiſitũ illicitũ. Vno modo, id ꝙ illicitè ab alio
acquiritur; ꝙ debetur ei, à quo illicitè acquiſitũ
eſt; nec poteſt retineri. vt in rapina, vſura, &
furto, ꝙ debet reſtitui illi à quo vſurpatũ eſt;
40 Et non poteſt † etiam de illo fieri eleemoſina;
Alio modo, quando illicitè acquiſitum eſt, ita
ꝙ ille qui acquiſiuit, retinere non poteſt; tamẽ
non debetur ei à quo acquiſiuit; quia cõtra iu-
ſtitiam dedit; Sicut in ſimonia, & alijs, vbi ver
ſatur turpitudo ex parte vtriuſq;. Vñ nõ debet
fieri illi reſtitutio, ſed erogari in eleemoſinas.
Tertio modo eſt aliquid illicitè acquiſitum, nõ
quidem ꝙ acquiſitio ſit illicita, ſed quia me-
dium per quod acquiritur, eſt illicitum. Sicut
patet de eo, ꝙ mulier acquirit per meretriciũ,
41 ꝙ propriè vocatur turpe lucrum; quia † turpe
agit, & cõtra legem Dei, ſe proſtituendo; ſed
nõ turpiter accipit. vt in .l. idem ſi .§. ſed & ꝙ
meretrici .ff.de condi. ob tur.cauſ. Licet ergo
mulier inclinari poſſit, & induci propter dele-
ctationem coitus, & propter lucri retẽtionem,
ſeu receptionem, non tamen propter hoc dici-
tur illicita permiſſio, nec damnatur. Ita & in
propoſito, licet per ſtatutum, aut conſuetudi-
nem permiſſa foret retentio de acquiſitis in lu-
do, non tamen debet cenſeri illicita; quia me-
dium per ꝙ valet.ſ.ludus, ſit illicitus. Et maxi-
mè hoc dicendum foret, quando ſtatutum pu-
niret ludentes, certa pœna prohibendo ipſum
ludum; Nã cum ſtatutũ vtriq; faciat ꝓhibitio-
nem, nõ debet amittẽs poſſe repetere; per reg.
iam dictã. Et ſi ſtatutũ vlterius nõ procederet,
deberet erogari in eleemoſinas; & ſic ab amit-
tente repeti non poſſet, per id ꝙ ſtatim dixi. ta-
men quando vlterius procederet permittendo
retentionem; hæc retẽtio videtur eſſe licita. Et
hæc no. quia ſubtilia, & nouiſſima ſunt. Ad-
uerte tamen, quia bea. Tho. vt etiam refert Io.
de Imo. videtur velle, ꝙ ludus taxillorũ non ſit
prohibitus in ſe; ſed ſolum propter prohibi-
tionem iuris poſitiui. Pro quo facit, quia ſicut
poſſum alicui promittere decẽ, ſi nauis ex Aſia
venerit, vt in .l. ſiquis ita ſtipuletur. cum mul-
tis ſimilibus .ff.de ver. ob. & ſupra tetigi; ita
videtur ꝙ poſſim promittere decem, ſi fortuna
quadã proieceris plura puncta, quàm ego; vel
ſi puncta tua prius venerint, quàm mea. Et ſecũ
dum hoc indubitantèr videtur dicendum, con-
ſuetudinem, vel ſtatutum contra .l. poſitiuam
prohibentem ludum poſſe induci; & ſic ſtatu-
tum,



tum, vel conſuetudinem, ſaltem poſſe induce-
re licitam eſſe retentionem. Subdit tamen Io.
de Imo. ꝙ tutius eſſet propter euitandas opi.
ꝙ erogetur inter pauperes.arg c.iuuenis .ſ̃. de
ſpon. Facit. 14.q. 5.c.non ſanè. Tu verò teneas
ꝙ ſupra dixi, & ſecundum quod .ſ̃. concluſi.
Contra quam cõcluſionẽ videtur obſtare tex.
noſter, qui dicit potius eſſe corruptelam, quàm
conſuetudinem, ſi eſt ludi permiſſiua; Sed di-
42 co, quòd poteſt reſponderi, † & multipliciter;
Et primo, ꝙ hic damnatur conſuetudo nõ tan-
quam ſimpliciter ludi permiſſiua; ſed tanquã
permitteret hæc de quibus in tex. videlicet, ꝙ
permitteret ludum, & etiam mutuationẽ in lu-
do ſub vſuris. Et ideò meritò in totum damna-
43 tur. Sicut in ſimili dicimus, ꝙ † poſitio in par-
te falſa, licet in reliquis ſit vera, poteſt in totum
negari. vt not. glo. in .c. 2. de confeſ. lib. 6. &
glo. in .c. præſentium .ſ̃. de teſti. Vel ſecundo
poteſt reſponderi, ꝙ cõſuetudo illa ſimpliciter
permittebat permiſſionem ludi, quæ vti indu-
ctiua ludi ſimpliciter, non videtur valere, ſecun
dum ꝙ ſupra dixi. Secus ſi ſimpliciter eſſet cir-
ca retentionem acquiſitorum in ludo, vt ſupra
dixi. Circa ſeptimã principalem quæſtionẽ, vi-
44 delicet, infra † ꝙ tẽpus poſſit repeti amiſſum
in ludo. Sol. tex. in auth. alearũ. C. de relig. &
sũpt.fu. vult, ꝙ detur repetitio vſq; ad. 50. ann.
Ego arbitror diſtinguendũ, ꝙ aut quis vult in-
tentare conditionem ex illa .l. & habet locum,
ꝙ dictũ eſt. Aut vult agere ratione falſitatis
commiſſę in ludo, quia poſuit falſos taxillos, &
45 querela † falſi durat per viginti annos. vt in .l.
querela. C. de fal. Aut vult agere actione de do-
lo, quia ludus fuit in ſe permiſſus, ſed per do-
lum vnus vicit; & hoc caſu contra doloſum de
eo, ꝙ non peruenit ad eum, durat actio bien-
nio; de eo autem, ꝙ peruenit ad eum, compe-
tit actio perpetuò contra eum. ff. de dol. l. itaq;.
Et contra hæredem eius, de eo, ꝙ ad ipſum hæ-
redem peruenit, datur actio de dolo, etiam in
perpetuum, vt ibi. Si verò vellet agere ad
recuperationem alia condictione, duraret ſpa-
tio longiſſimi temporis; ſecundum ꝙ traditur
in .l. oẽs, & in .l. ſicut. C. de præſcrip. 30. anno.
Circa octauam quęſtionem, videlicet, an ſaltẽ
46 ille † qui vicit in ludo, teneatur ad reſtitutionẽ
in foro conſcientiæ. hanc .q. tangit glo. in .d.
.c.clerici. & Io. An. & Io. Cal. & làtius Io. de
Imo. ibi. & Inno. in .c. quia pleriq;. ſ̃. de immu-
nit. eccle. & glo. in .c. 1. 35. diſt. & Ray. in ſum.
in tit. de pœn. §. 1. & beatus Tho. in loco ꝑalle-
gato. & finaliter ex omnibus dictis Ioan. de
Imo. diſtinguit tria membra. Primum de eo,
quod perditur in ludo, qui pendet ex ſolo in-
genio; qualis eſt ſcacchorum. Secũdum, de eo,
ꝙ perditur in ludo, qui pendet ex ſola fortuna,
qualis eſt ludus taxillorum ad azardum. Ter-
tium, de eo ꝙ perditur in ludo mixto, qui pen-
dęt ex ingenio pariter, & fortuna, qualis eſt lu-
dus alearum. Circa primum mẽbrum, Io. An.
videtur velle, ꝙ quis non teneatur reſtituere;
ex eo, ꝙ talis ludus videtur eẽ licitus. Qd^r verũ
intelligitur, niſi per fraudem, aut dolum vicif-
ſet; Et maximè ei qui non haberet rerum ſua-
rum adminiſtrationem, ſiñ ꝙ dixi in quinta .q.
Nam hoc caſu indubitanter tenetur ad reſtitu-
tionem. Sed ſi auaritiæ cauſa, aut cum blaſphe
mia, vel cum alia admixta ſpecie delicti quæ fa-
cit ludum illicitum, qui aliàs eſſet licitus ſine il-
la admixtione, videtur dicendum, ꝙ vincens
non teneatur ad reſtitutionem. Nec etiam ad
erogandum inter pauperes. Sed debet pœni-
tentiam agere de peccato auaritiæ, & cupidita-
tis, vel alterius ſimilis peccati, ꝙ tamen non re-
ſpiciat principaliter, id ꝙ victum eſt. Faciunt
quæ habentur in ſimili in .c.fin.ſ̃. de ſimo. Et
47 quanquam † in ludo licito, qualis eſt ludus ſcac
chorum, non videatur licitum ludere vltra vnũ
aureum, per not. in.d. authen. alearum vſus. in
fin. quanuis videatur loqui de alio ludo, vide-
licet, de ꝓijciendo palum, telum, vel quid ſimi-
le; tamen eadem videtur eſſe ratio. ſi tamen
per ſtatutum vel conſuetudinem eſſet deroga-
tum, ꝙ poſſit ludi ſuꝑ illam quantitatem, arbi-
tror, ꝙ hoc caſu valeret conſuetudo; quia ceſ-
ſare videtur multę rationes prohibitionis in ta
libus ludis prouenientibus ex ſolo ingenio. Et
ſic non obligaretur ad reſtitutionem. Et ideò
idem dicerẽ in omnibus ludis qui ex ingenio,
vel virtutis cauſa oſtendendæ fierent. & adde
ad ea quæ dixi in. 6. q. Circa ſecundum mem-
brum, videlicet cum perditur in ludo azardi,
aut alio ſimili ludo fortunæ, dic ſecundum præ-
fatos docto. ꝙ ſi perſona quę amiſit non habet
adminiſtrationem rerum, quia ſeruus, filius,
aut monachus, furioſus, aut prodigus, hoc ca-
ſu qui vicit reſtituere tenetur. Non tamen ei,
qui amiſit, ſed adminiſtratori; & ſi eſt re-
ctor eccleſiæ, & luſit de bonis eccleſiæ, fiet
reſtitutio authoritate ſuperioris, vt dicã in ſe-
quen. q. Si verò ille qui amiſit habebat admi-
niſtrationẽ rerum ſuarum, dicendum eſt, quòd
aut ille qui vicit, doloſè vicit; vt quia cum falſis
taxillis, vel per ſimilem modum; & tunc talis te
netur ad reſtitutionem ratione doli commiſſi;
48 & quia per dolũ † videtur locupletari cum alie-
na iactura. per id ꝙ habetur in .l. 1. & per tot.
tit. ff. de do. & in. l. 1. ff. de cri. ſtellio. & hoc vo-
luit Inno. in .c. quia pleriq;. & beatus Tho. &
alij doc. in locis prælle. Quando verò ille qui
vicit, non commiſit dolum modo prædicto, &
ſubdiſtinguunt, ꝙ aut ipſe attraxit perdentem
49 per vim, vel † per nimiam importunitatem ad
ludendum, & tunc ſimliter tenetur ad reſti-
tutionem; nam tunc videtur quodammodo
doloſè verſari. Facit ꝙ habetur in .l. ſi legata-
rius. ff. de dol. & in. l. 1. ff. de alea. et ita tenent
præfati doct. Sed plus placet ꝙ teneatur uigore
.d. authen. alearum vſus. Si verò qui vicit, ſim-
pliciter attraxit eum qui perdidit, ex eo ſolo,
quia incitauit ad ludendum illum qui perdidit,
videtur etiam teneri ad reſtitutionem, ſecun-
dum Inno. in .d.c. quia pleriq;. et plures alios.
Secus eſt ſi attrahẽs perdidit; quia attractus vin
cens non tenetur illi reſtituere, ſecundum Ray.
& Io.

&Io. de Imol. in locis præallegatis. Tenebi-
tur tñ ſecundum Ray. & beatum Tho. erogare
inter pauperes. arg. c.non ſanè. 14. q. 5. quaſi
videatur quæſitum ex ludo illicito. Sed tamen
50 aduerte, quia mihi † non placet hęc opi. Inno.
ꝙ teneatur ſimpliciter reſtituere. Nec etiã opi.
Ray. & Io. de Imo. in caſu prædicto; quia non
video vnde proceſſerit hæc diſtinctio, ꝙ ſi at-
tractus vicit, non teneatur reſtituere; ſed ꝙ ſit
erogãdum; nã ſi non datur abrogatio .d. auth.
alearum vſus. per ſtatutum, vel cõſuetudinem,
non video quare vincens nõ teneatur ad reſti-
tutionem; cum illa lex ſimpliciter velit, quòd
illud ꝙ victũ eſt in ludo prohibito, debeat per
vincentem reſtitui victo. j̃. 50. annos. Vñ cũ
51 ſimpliciter † loquatur, & non diſtinguat inter
attrahentem, & attractum, illam indiſtinctè in-
telligam. vt in. l. de pretio. cum ſimil. ff. de pu-
52 blici. Interdum autem † neuter aliquem attra
xit, nec interuenit fraus; & in locis in quibus
non reperitur abrogata .d. l. alearum vſus. non
eſt dubium, quòd vincens tenetur ad reſti-
tutionem vt ibi. In alijs locis in quibus .d. l. nõ
ſeruatur, ſecundum bea. Tho. non tenebitur ad
reſtitutionem. Debebit tamen erogare inter
pauperes; cum videatur lucrum illicitum. ar.
.d. c. non ſanè. & ſic refert quidam beat. Tho.
tenuiſſe. Sed ſalua Pace ſua, ipſe non bene pon
derauit verba bea. Tho. qui dicit formaliter, ꝙ
ij qui ſunt legibus poſitiuis aſtricti, teneri viden
tur ad reſtitutionem eorum quæ lucrantur in
ludo; niſi fortè cõtraria conſuetudo præualeat.
Et ſic not. ꝙ quãtum ad hoc, nihil dicit ꝙ ero-
gari debeat inter pauperes. Et ſtatim ſubdit, aut
niſi alius lucraturus ſit ab eo, qui traxit eum ad
ludum, quo caſu non tenetur reſtituere; quia
ille qui amiſit non eſt dignus recipere; nec ali-
ter poteſt licitè retinere, tali iure poſitiuo du-
rante; quo caſu debet eleemoſinam facere. Et
pondera, ꝙ dixit, in quo caſu, non autem dicit,
in quibus caſibus; & fortè ad hoc vltimum di-
cendum, fuit motus ex ſecunda regula de qua
dixi ſupra, ſecundum eum in ſexta quæſtione.
Vnde dico, ꝙ ſi conſuetudo habeat, ꝙ poſſit
retinere, non video ꝙ aliquo modo teneatur
erogare inter pauperes. Item aduerte, quia
contra, id ꝙ dictum fuit, ꝙ ſi neuter alium at-
traxit in ludo prohibito, ꝙ victor teneatur re-
ſtituere, fortiter obſtat regula ſecunda de qua
53 in .6. q. quia cum vterq; † videatur eſſe in pari
cauſa turpitudinis, non videtur reſtituendum
victo; ſed erogandum inter pauperes. Sol. hoc
verum eſſe, ſi .l. alearum vſus. ſimpliciter pro-
hibuiſſet, & nõ ſubiũxiſſet expreſſè, ꝙ victor te
neatur reſtituere, & ideò non eſt neceſſariũ ire
per coniecturas. Et aduerte, quia voluit Ray. ꝙ
ſi infirmus recreationis cauſa luderet ad taxil-
los, ꝙ nõ teneatur reſtituere; ſed teneatur ero-
gare inter pauperes; quaſi fortè voluerit quo-
dãmodo dici poſſe tractũ ad ludum ratione in-
firmitatis. Sed ſi è cõtra ipſe perdidit, debeat ſi
bi fieri reſtitutio. Sed mihi nõ placet. imò arbi-
tror, ꝙ vtroq; caſu debeat fieri reſtitutio victo.

Circa tertiũ membrũ principale, videlicet, de
ludo mixto ex ingenio, & fortuna, qualis eſt lu-
dus tabularum. dicendum eſt ſecundum Io. de
Imo. poſt doct. ꝙ ſi vincitur alicui non haben-
ti rerum ſuarum adminiſtrationem, tenetur vi-
ctor reſtituere. Si verò vincatur habẽti rerum
ſuarum adminiſtrationem, tenetur victo reſti-
tuere, in locis in quibus ſeruatur lex ciuilis. Si
verò non ſeruaretur lex ciuilis prohibitiua lu-
di, quia abrogata eſſet per ſtatutum, vel cõſue-
tudinem; vult Io. An. beatus Tho. & Io. de
Imo. ꝙ nõ teneatur reſtituere, per ea quę dicta
54 ſunt ſupra; nam ſecundum Io. And. † ratione
mixturę ludus p̃dictus videtur eſſe permiſſus.
ar. c. ſacris. s̃. de ſepul. Et ideò vincẽs hoc caſu
non tenetur erogare inter pauperes. Nec con-
feſſores iniungunt pœnitentiam. Dicit tamen
Io de Imo. ꝙ hoc videtur limitandum, vt pro-
cedat in laicis; Secus autem in clericis, in qui-
bus talis ludus videtur eſſe prohibitus. vt in. d.
.c. clerici. & in .c. 1. 35. diſt. Et cõſuetudo quò
ad clericos videtur eſſe damnata, vt hic. Sed tu
intellige tex. vt ſupra dixi. Item aduerte, quia
ſecundum .D. Anto. videtur tenendum, ꝙ eo
caſu quo adeſſet conſuetudo, tale victum eſſet
erogandum inter pauperes, eo caſu quo quis
non teneretur ad reſtitutionẽ, vt infra dicam.
Subdit tamen Io. de Imo. ꝙ in quantum dictũ
eſt, ꝙ ludus alearum, ſeu tabularum ſit licitus,
ꝙ videatur ſufficere pœnitentia de peccato cu-
piditatis, propter quod quis inductus eſt ad lu-
dendum. non autem ꝙ teneatur ad reſtitutio-
nem. Item videtur permiſſus talis ludus alearũ
ſecundũ Io. An. niſi interueniat dolus, & fraus;
& dummodo ceſſent blaſphemiæ, & huiuſmo-
di, ſeu ſimilia delicta non admiſceantur. Poſ-
ſet tamen dici, ſecundum Io. de Imo. ꝙ vbi
interuenit blaſphemia, ſufficiat facere pœniten
tiam de peccato; & ſic non videtur teneri ad re
ſtitutionem. Aduerte tamen, quia licet ſecun
dum Io. An. & ſecundũ ea quæ ſupra dicta ſunt
in hoc membro, & præcedenti; videatur fieri
differentia inter ludum azardi, & ludum alearũ.
Glo. tamen, & Inno. & alij doc. in quibus etiã
beatus Tho. non videntur facere differentiam;
imò indiſtinctè videntur parificare, & videtur
tex. expreſſus in .d. l. fi. c. de reli. quæ loquitur
in ludo aleę; & ſic videtur comprehendere lu-
dum tabularũ: vt in .d. c. clerici. vt ſit ſub hoc
ludo, ſecundum Zaba. vt. d. l. alearum. & c. cle-
rici. & in .l. 1. & fin. iuncto rubro, & quaſi per
tot. ff. de aleato. Et hæc opi. plus mihi placet;
quia etiam ludo tabellarum, ſeu alearũ blaſphe-
mię, & ſimilia peccata admiſcentur propter
mixturã fortunæ; ſicut etiam in ludo mero for
55 tunæ. vt etiam † docet experientia rerum ma-
giſtra. vt in. c. quàm ſit. de elec. lib. 6. Vnde ra-
tione talis mixturę propter eandem rationem,
idem dicendum eſt de hoc ludo alearum, quod
de ludo taxillorum. ar. c. translato. s̃. de conſti.
cum ſimili. Non obſtat. c. ſacris. allegatũ per
Io. An. quia ſicut ex eo, ꝙ ratio ibi dictat, lici-
tum trahit ad ſe illicitum; ſic & in caſu noſtro
ratio



ratio prohibitionis; eo ꝙ illicitum eſt poten-
tius ad trahendum licitum, & idem iudicatur
56 de illicito; & inſpicitur † caſu nocens, nõ quę
prodeſt. l. 3. §. fi. ff. ad ſilla. Et vide circa hoc vl-
timum qualiter intelligatur, & iura quæ alle-
gaui in .c. qualiter. 11. s̃. de accu. in. 10. q. 7.
principalis articuli. Et per prædictas rationes
ego idem arbitrarer dicendum eſſe de ludo car-
tarũ; quia & ipſe ludus, vt plurimũ eſt mixtus
ex fortuna, & ex ingenio. Aduerte tamẽ, quia
maior ratio prohibitionis videtur eſſe in ludo
merę fortunę, vt taxillorum, aut ſimili; nam plu
57 res † inducuntur ad tentandum fortunam per
ſimilem ludum. Sed ad ludum mixtum cõmu
niter non ludunt ignari, & indocti in illo ludo.
Circa nonam principalem quæſtionem, quæro
58 qui ſint illi † qui teneantur reſtituere in caſibus
in quibus victum reſtituendum eſt. Sol. dic,
quòd ad talem reſtitutionem tenetur nõ ſolum
ille qui vicit, ſed etiam hæres ipſius. Et non ſo-
lum ille qui vicit, & luſit in caſu illicito; ſed ẽt
omnis ille qui commodauit taxillos, aut aleas,
aut domum; & præterea ementes, & venden-
tes barattarias. Inſuper etiam omnes faciẽtes,
& vẽdentes taxillos, aleas, & ſimilia inſtrumẽta
ad ludum prohibitum. Et hanc opi. recordor
tenuiſſe beatũ Bernardinum cõciuem noſtrũ.
qui fuit promotus. per regu. c. fi. j̃. de iniur. &
dam. da. vbi dicitur, ꝙ qui occaſionem damni
dat, damnũ dediſſe videtur. Et idem tenet ẽt
ipſe de ijs qui poſſent prohibere ludum illicitũ,
& nõ prohibent; quales ſunt domini ciuitatũ,
rectores, & officiales. per tex. 86. diſt. in. c. fa-
59 cientis. vbi dicit tex. ꝙ facientis † culpam ob-
tinet, qui cum poteſt, manifeſto facinori non
obuiat. Ad ꝙ vide plures ſimiles tex. quos alle
gaui in .c. ad liberandam. s̃. de iudæ. in 18. no.
Pro qua opi. facit quòd not. glo. fi. in reg. pec
60 catum. lib. 6. quæ vult, quòd licet † ego nihil ti
bi abſtulerim, ſi tamẽ iniuſtè damnum dedi, li-
cet ad me nihil peruenerit, ꝙ tamen non remit
titur peccatum, niſi reſtituatur damnum. per
tex. 12. q. 2. in. c. ſiquis de clericis. & j̃. de iniu.
.c. 1. & ff. de ijs qui deie. vel effu. l. 1. Et plus
vult glo. prædicta, quòd etiam hæres eius ad re
ſtitutionẽ tenetur, licet ex maleficio nihil per-
uenerit ad eum, ſecundum canones. de quo re-
mittit ad no. 12. q. 2. in. c. epiſcopus qui filios.
& in. c. fi. s̃. de ſepul. Licet contrarium ſit de iu-
re ciuili. de quo dic vt ibi. Ego vero arbitror,
61 quòd vendentes, vel ementes barattarias pro-
hibitas ad ludum prohibitum, & ſimiliter cõ-
modantes, aut ementes, aut ludentes ad ludum
prohibitũ peccent; & ꝙ teneantur ad damnũ
eius rei, & quę occaſione illius ſequuntur. per
.d. c. fi. j̃. de iniur. quod qualiter intelligatur
ibi videbimus. Sed ꝙ ſimpliciter ille qui facit,
aut accomodat taxillos, aut cartas, aut aleas te-
neatur, nõ placet mihi; quia cũ iſta inſtrumẽta
poſſint exerceri in pluribus, & pluribus caſi-
bus licitis, & permiſſis, videntur potius vendi,
& in cõmertio eſſe propter neceſſariam cõtin-
gentiam, & potius in caſu licito videntur ven-
di. argu. reg. generalis .l. meritò. ff. pro ſo.
Facit quod ſimpliciter tradit Bart. in. l. nõ ſo-
lum. §. ſed vt p̃bari. ff. de no. ope. nun. Facit
etiam ꝙ in ſimili dicimus de faciente, & emen-
te gladios, & enſes. Ad quod vide quæ latè
dixi in .c. pręsbiterum. s̃. de homici. Sed
.dd. de Ro. & officiales qui poſſunt prohi-
bere ludum illicitum, & non prohibent, arbi-
trarer quòd teneantur, per ea quæ dixi de ven
dẽtibus barattarias. Circa decimam quæſtio-
62 nem principalem, quæro † cui ſit fienda reſti-
tutio eorum quæ victa ſunt in ludo. Sol. arbi-
tror diſtinguendum, quòd aut nos loquimur
in non habentibus adminiſtrationem, aut in
habentibus; Primo caſu, nõ eſt dubium, quòd
ille qui vicit tenetur reſtituere illis quorũ pecu
nia erat. Vnde dominis, Patribus, Abbatibus,
fienda eſt reſtitutio, ſi filij, ſerui, aut monachi
luſerunt. Item maritis, ſi vxores eorũ de bo-
nis mariti, nõ de bonis parafrenalibus luſerũt.
& idem in ſimilibus. Si tamẽ fuiſſet rector ali-
cuius eccleſiæ, & dubitaretur de cõſumptione
in malos vſus, ſi reſtitueretur ſibi pecunia,
non debet ſibi reſtitui, ſecundum Ray. in ſum.
huius ti. Sed debet adiri ſuperior illius recto-
ris, & authoritate illius ſuperioris debet reſti-
tui, aut rectori, aut alio modo conuerti in vti-
litatem eccleſiæ. quod etiam ſequitur Io. An.
in. d. c. clerici. & mihi placet. Secundo caſu,
63 quando † loquimur de habentibus adminiſtra-
tionem, dicendum arbitror, quòd in caſibus in
quibus ille qui amiſit non poteſt repetere, vi-
detur eſſe communis* opi. docto. ꝙ ſi ludus Cõm. op.
eſt licitus, quòd vincens nõ tenetur reſtituere,
nec erogare inter pauperes. Sed ſi ludus nõ eſt
licitus, licet ille qui amiſit non poſſit repetere,
vt puta ſi violentia attraxit vincentem, & vin-
cens amittenti non teneatur reſtituere. Tamen
tenetur erogare inter pauperes, ſecũdum opi.
quorundam, de qua dixi in ſecundo membro.
Sed mihi non placet; quia vt ibi dixi, ſi ludus
non eſt licitus, tenetur quis reſtituere illi qui vi-
cit. Prædicta tamen opi. videtur ſapere aliquã
æquitatem. Item dico, ꝙ ſi ludus eſt licitus,
& admixta ſit aliqua fraus per quam pecunia
victa eſt; quia videtur quodammodo talis pe-
cunia quaſi furto ſubtracta, tenetur ille qui vi-
cit reſtituere victo. Non autem debet erogare
inter pauperes. Sed ſi ludo licito miſcuiſſet ali-
quam ſpeciem delicti non ordinatam ad ſubtra
ctionem pecuniæ, vt blaſphemiam, aut ſimile
delictum, non arbitror ꝙ teneatur alicui reſti-
tuere; nec erogare inter pauperes; ſed ſolum
pœnitẽtiam agere de peccato; prout etiam ſu-
pra tactum fuit. Et aduerte, quòd in caſibus
in quibus dixi, quòd tenetur quis reſtituere
64 amittenti, ſeu victo, verũ † arbitror; ſi ille eſt
certus, & viuit, aut eius heres. Si vero eſſet in-
certus, aut non viueret ipſe, aut eius hæredes,
eroganda eſſet pecunia inter pauperes pro illis
quibus reſtituenda eſſet. Facit .c. non ſanè. 14.
.q. 5. & quod dicam in materia vſurarum in ar-
ticulo cui ſit fienda reſtitutio. Sed ſi ille viue-
ret,

ret, aut eius hæres, & quis erogaret inter pau-
peres, non liberaretur; quia per hoc non re-
mittitur onus. 14.q.5.c.fortè.ſ.de iureiuran.
.c ea te. & meli us in .c. ſicut dignum.§.eos.ſ.
de homici. & glo. 2. in regu. peccatum. lib.6.
quæ etiam tangit, quid ſi ille cui ſit fienda reſti
tutio, ſit excõicatus, cui ſit fienda reſtitutio,
an ſibi fienda ſit? dic vt ibi. Circa vndecimã
65 quæſtionem quæro,† quantum quis, ſeu quid
reſtituere teneatur. Sol. audiui ꝙ quidam prę
dicatores tenent, ꝙ victor, caſu quo obliga-
tus eſt reſtituere ſecundum ea quæ ſupra dixi-
mus, tenetur ad reſtitutionem oĩum poſtarum
victarum. Vnde volunt, quòd ſi in vna hora,
vel continuato ludo, ego vici centum poſtas, &
amiſi totidem, & tandem cum tanta pecunia
diſceſſi, cum quanta ludere incœpi, ꝙ teneor
ad reſtitutionem omnium poſtarum ſimplici-
ter lucratarum. Sed vnde traxerit originem
hæc opi. non intelligo. Nimis præterea dura,
& aſpera eſt. Et præterea non vera, poſitis
eiſdem luſoribus, vt ſtatim dicam. Alij verò
volunt, ꝙ teneatur ad reſtitutionem illius, ꝙ in
facto cuiuslibet ludi ſecus portauit; licet alte-
ro die cum eodem, aut cum altero, id ꝙ vice-
rat, ludendo amiſerit. Mouentur, quia cum il-
lud ꝙ victum eſt erogandum ſit inter paupe-
res, iam ius quæſitum eſt pauperibus; & ideò
licet poſtea victor amiſerit, non propterea tol-
litur ius pauperibus iam quæſitum; quia talis
non bona pauperum; ſed ſua ludẽdo amiſit. Et
hanc opi. recitando firmauit idem beatus Ber-
nardinus; ſed non exprimit quis illã teneat.
Sed mihi non placet prædicta opi. niſi in caſi-
bus, in quibus pecunia eſſet eroganda inter
pauperes. Sed ſi vna die Seius viciſſet Titio
mille, & inde ad menſem Titius viciſſet Seio
totidẽ, dico ꝙ nulla fienda eſſet reſtitutio; quia
cũ Seius teneretur ad mille Titio per.l.alearũ.
& tãdem Titius propter ſecundam victoriã te-
neatur ad totidem, ad inuicem admittetur com
penſatio. Sed ſi Titius viciſſet Seio mille, &
deinde cum Sempronio amiſiſſet mille, verum
eſt ꝙ tenetur ad mille; nec releuatur ex eo ꝙ
amiſerit cum alio. Et idem tenerem ſi hoc
contingeret in eodem ludo. Vnde diuerſitas
temporis in ludo, aut identitas, non inducit di-
uerſitatem quò ad obligationem reſtitutionis;
ſed identitas, aut diuerſitas perſonarum in lu-
do hoc inducit, vt colligitur ex p̃dictis. Circa
66 duodecimam quæſtionem, quæro † vtrum mu
tuatũ in ludo repeti poſſit. Sol. D. m. in .d.c.
clerici. ſimpliciter dicit, ꝙ aut ſit mutuum col-
ludenti, & repeti non poteſt, aut tertio, & re-
peti poteſt. Sed Ioan. de Imo. ibi, melius di-
cit, ꝙ glo. in .l. 1. §. 1.ff.de aleato. ponit re-
gulam affirmatiuã, ꝙ repeti poteſt. Fallit pri-
67 mo, quando mutuans fuiſſet ille † qui recepta-
bat ludum in domo, & in loco ſuo; nam tunc
non poteſt repetere; Et meritò, quia talis nec
contra verberatorem agere poſſet actione iniu
riarum. vt in .l. 1. §. 1.ff.de aleato. & tangit Io.
An. in.d.c.clerici. ergo minus debet poſſe repe-
tere pecuniam. ex quo non poteſt conqueri de
verberibus. Secundo fallit, ſi mutuaret collu-
ſori, vt voluit .D. m. & glo. in .l. ꝙ ſi minor.§.
pe. ff. de mino. & in .l.ſi. quis cum ſciret. ff. pro
empt. Facit .l. 2. ff. qua. re. actio. non de.
Tertio fallit, quando mutuaretur minori .25.
annis. per not. in .d.l.ſi quis cũ ſciret. Quarto
fallit, quando mutuaretur ei cui eſſet bonis in-
terdictũ.ff.de verb.obli.l.is cui. Extra caſus p̃-
dictos, videtur ſtare regula, ꝙ competat repeti-
tio, per id ꝙ habetur in .d.l. fin. ff. de aleato.
Sed aduerte ſecũdum Io. de Imo. quia dubium
68 facit circa prædicta, nam † cũ ludus regulariter
ſit prohibitus, niſi fiat pro cœna, aut prandio,
aut ſolatij cauſa, aut virtutis, vt in .l. fi. in prin.
.ff. de aleato. & in .l.fi. c. de religio. & ſumpti.
fu. videtur, ꝙ repeti non poſſit regulariter, tan-
quam turpiter, & in cauſam prohibitã mutua-
tum; per id ꝙ habetur in .d.l. ſi quis cum ſci-
ret. & .l.ſi vnus.§. pacta quæ turpẽ.ff. de pact.
69 Et † ad.l.fina.§. 1. ver. item ſi ſeruus. de aleato.
quæ videtur obſtare, poteſt reſponderi, ꝙ de-
bet intelligi dum litera ibi dicit, ꝙ ſeruus acce-
pit pecuniam, ꝙ intelligatur ex eo quia vicit;
non autem ex eo quia acceperit mutuò, prout
ibi intelligit glo. Dicit tamen, ꝙ iſte intellectus
nõ videtur poſſe ſtare, quia dictus.§. 1. primo
loquitur, qñ ſeruus perdidit in ludo, ſecundo
quando recipit pecuniam, tertio quando mu-
tuat. Et ſic ſecundus caſus neceſſariò videtur
intelligendus, quando recipit pecuniã mutuò,
ne alias ſuperflueret per vltimum reſpon. &
ſic videtur eſſe caſus ibi ꝑ glo. Nec eſſet in pra
ctica ab ea recedendum. per ea quæ not. Iaco.
Bu. in .l. 1.c.qui pro ſua. & per Io. Andr. in .c.
ne innitaris.ſ. de conſti. & per Bar. in.l.fin.C.
de pę. iudi. qui ma. iudi. Et ad contrarium vi-
detur poſſe reſponderi, ꝙ regulariter lex non
putauit ludum eſſe turpem cauſam, attento ẽt
ꝙ dabatur repetitio perdẽti in ipſo ludo. vt.d.
.l.fi. Et licet hoc conſuetudo inducat, ꝙ repeti
non poſſit, non tamen per hoc videtur tolli .d.
70 .l. in quantum permittit mutuum; quia † licet
lex tollatur in vno caſu, non propterea in alio
tollitur, niſi aliud appareat. vt in.l. ſancimus.C.
de teſta. & in .c. cum expediat. de elec. lib. 6.
in .l.ſi cum dotem. in prin. ſo.ma. Dicit tamen
Io. de Imo. ꝙ ſibi magis placeret, ꝙ indiſtinctè
diſponeretur, ꝙ mutuatum in ludo repeti non
poſſet, ex quo conſuetudo habet, quòd in ludo
amiſſum repeti non poſſit. Circa decimãter-
71 tiam quæſtionẽ q̃ro, quid † de cæteris contra-
ctibus factis in ludo. Sol. Bar. in.l. ſi quis cum
ſciret. ff. pro emp. diſtinguit, ꝙ aut quis vendi-
dit colluſori, & non valet contractus, nec tene-
tur de euictione; quia ambo ſimul deliquerunt
.l. 1.§. 1. ff. qua. re. ac. non de. & no. in .d.l. ſi
quis cum ſciret. in .l. ꝙ ſi minor. §. fi. ff. de mi.
& Io. de Imo. in .c. ſi diligenti. de fo. compe.
Aut vendidit alteri, & tenet venditio. ar.l.fi.§.
fi. de alea. Sed vendens nõ tenetur de euictio-
ne. & ſequitur Io. de Imo. & ſentit glo. in. d.§.
fi. & Bar. in .d.l.2.§. 1. & gl. magna in fi. in.d.c.
clerici



clerici. & gl. 35.diſt.c.2. De tranſactione verò
facta in ludo doc. in.d.c.clerici. tenẽt, ꝙ nõ va-
let; & ſequitur ibi .D. m. quia nõ poteſt ibi eſſe
lis; ſed euidens calumnia; & ſic non valet. vt in
.l. in ſumma .ff. de condi. indebi. Circa deci-
72 mãquartã quæſtionẽ q̃ro, † quid de ſubtractis
in ludo, an ſubtrahens teneatur ad reſtitutionẽ.
So. dic ꝙ ſi colluſores ad inuicem ſubtraxerũt,
agi poteſt; & de rapina ad inuicẽ facta tenen-
tur, & actione vi bonorũ raptorũ, & ſimiliter ſi
vim intulerũt nõ permiſsã ex natura ludi. vt in
.l. 1.§. in eũ. cõiuncta .l. 2. ff. de alea. Sed ſi quis
illum apud quẽ alea, ex ꝓpoſito, & data ad hoc
opera ludebatur, maximè ſi lucri cauſa, verbera
uerit damnũue ei dederit, aut ei aliquid dolo
malo ſubtractũ fuerit, denegatur ei audiẽtia; li
cet luſor nõ fuerit qui aliquid eorũ cõmiſerit;
ſicq; neq; iniuriarum, neq; vi bo.rap. neq; fur
ti agere poteſt. Imò ẽt rei vendicatio denega-
tur. ſm̃ Vlp. licet Pompo. contradixerit, & ma
lè. vt in.l. 1.§. ſi rapinã .ff. de aleato. ꝙ perpetuò
not. Circa decimamquintã quæſtionẽ, quæro
73 de pœna † luſorũ. So. diſtinguendũ arbitror, ꝙ
aut luditur in ludo permiſſo, & nulla eſt pœna.
arg. l. gracchus. C. de adult. Aut in ludo prohi-
bito, & ſubdiſtingue, ꝙ aut admiſcetur alia ſpe
cies delicti, & punitur ſm̃ qualitatẽ illius delicti.
Aut non admiſcetur, & dic, ꝙ aut loquimur in
clericis, & pœna eſt prout dixi ſupra in glo. 1.
Aut loquimur in laicis, & regulariter non datur
alia pœna, niſi ꝙ vincens tenetur reſtituere. vt
.d.l. alearũ. & dixi ſupra in .q. 5.6.& .8. Et hoc
procedit vbi alter de colluſoribus aliũ non cõ-
pulit ad ludendum. Sed ſi vnus vim inferret al-
teri, & cõpelleret, pro ipſius exceſſus qualitate,
aut multatur, aut in carcerẽ mittitur, aut in pu
blica vincula deducitur .l. 1. in fin. ff. de alea. Eſt
tñ aduertendum, ꝙ in Italia cõmuniter ſtatuta
diſponunt imponendo certã pœnam, & prę-
74 miando inuenientes luſores. quæ quidẽ † intel-
liguntur habere locum, ſi officialis inuenerit, &
cœperit. de quo dic, vt dixi in tracta. de pœnis.
Circa decimamſextam quæſtionem, quæro de
75 pœna † receptatoris ludi. So. arbitror, ꝙ cum
ipſe faciat contra prohibitionẽ iuris ludum re-
tinendo, ꝙ puniri debet pœna extraordinaria
arbitrio iudicis. Facit ꝙ dixi in .c. 3. in vlti.
no. ſ. eo. Item punitur ẽt propter ea quæ dixi
76 ſupra in .14.q. quia † poteſt impunè verberari,
& cõtra eum rapina, & furtum cõmitti. Fortè
tñ dici poſſet, ꝙ nõ punitur alia pœna extraor-
dinaria, niſi in prædictis de quibus dixi in .14.
.q. & hoc plus mihi placet. Circa decimamſe-
77 ptimam quæſtionẽ quæro, vtrũ offendens † in
ludo teneatur. So. patet ex ijs quę dixi. ſ. in. 14.
.q. nam ſi colludentes ad inuicẽ ſe offenderunt,
vel offendũtur ab alijs, aut alios offendunt, nõ
tñ receptatores ludi, & tenentur. Sed ſi rece-
ptator verberibus offenderetur, furto, vel rapi-
na, nõ puniretur offendẽs; Secus ſi offenderet
grauiori offenſione, quàm ſint verbera; quia
tũc puniretur pro quãtitate delicti. Quãdo aũt
dicatur quis verberatus, vide tex. in.l. lex corne-
78 lia.§. inter pulſationẽ .ff. de iniur. quia † ver
berare eſt cum dolore cædere, pulſare ſine do-
lore. & vide Io. An. in.c. 1. ĩ. de iniur. & idem
Archid. 45. diſt.c. cũ beatus. Aduerte tñ, quia
79 tex. † in.l. 1. in prin. ff. de alea. ſolũ dicit, iudiciũ
non dabo. Vnde poſſet dubitari, vtrum iudex
ex officio ſuo propter rapinam cõmiſſam, vel
verberationẽ poſſet inquirere, circa quod vide
quæ latiſſimè dixi in.c. qualiter .2 .ſ. de accu.
in.7. arti. princip. ver. 8. iunctis etiam ijs quæ
dixi in. 8. arti. princip. in prin. Circa decimam
80 octauam quæſtionẽ. quæro, † vtrũ ludus dica-
tur continere cauſam lucratiuã. Sol. Bal. in.l. 1.
in finali.q.c. ſi quid in frau. pa. arguit quòd nõ.
per no. in.l. 3. C. de inoffi. teſta. quæ nihil facit.
81 In contrarium allegat, quia † omne ꝙ ex male-
ficio quæritur, dicitur lucratiuã cauſam conti-
nere. vt .ff. de excep. do.l. apud Celſum .§. de
authoris. no. Bal in .c. 1. §. firmiter. de prohi.
alie. per Fede. & vide ꝙ tradit idem Bal. in .l.
.1.c. ſi rect. prouin. Et ex hoc ſingulariter in-
82 fert Bal. ꝙ † filij poſſunt reuocare ea quæ pater
amiſit in ludo, vſq; ad legitimã ipſorum. Sub-
dit tamen, hoc dici poſſe in illicito; ſed ſi ludus
eſſet de ſui natura licitus, videretur ſecus; quia
nec fuit fraudis conſilium, ſed vincendi propo-
ſitum; nec dicitur cauſa lucratiua. ar .l. in exe-
cutionẽ.§. fi. iuncta glo. ff. de. ver. obli. Circa
decimãnonam & vltimã quæſtionẽ de malis &
83 peccatis † à ludo ꝓuenientibus. Hoſti. in ſum.
huius tit. his verſibus cõprehendit; videlicet.

Hæc cũ taxillis ludẽdo crimina fiunt,
Eccleſiæ ſpretus, vſuraq;, ſiue rapina,
Scandala, vel nugæ, blaſphemia, ſeu faciendi
Furti doctrina, violentia, crimina falſi,
Et mortis cauſa, deceptio, perditioq;
Temporis, & deſiderium, corruptio, iunges
Iſtis prædictis adulatio, vitaq; turpis.

Eccleſiæ autem ſpretus fit, quia contemnitur
prohibitio eccleſiæ ludum prohibentis. Vn-
84 de † tales quodammodo Arioli, & Pagani nũ-
cupãtur propter tranſgreſſionem canonis .81.
in. c. ſi qui ſunt Præsbiteri. & per talem inobe-
dientiam in crimen primi parentis quis vide-
tur incidere. 3. diſt.c. quorundam. et talis qua-
tuor Euangelia cõtemnere viderur. di. 20.c. de
libellis. in fi. Vnde periculoſum eſt clauẽ Petri
contẽnere. vt in eo.c. in fi. Vſura cõmittitur, &
maxima; quia eodẽ quaſi inſtãti, & minimo tẽ-
pore, ęquiparatur ſorti, & ẽt illam longe exce-
85 dit; cũ in lege ciuili maxima vſura † cẽteſima di-
catur, quæ ſolum in anno ſorti æquiparatur. vt
dixi. ſ. in ti. de vſur. Proueniunt ẽt rapinę, in eo
ꝙ ludens intendit ſpoliare proximũ, & qm̃ ſpo
86 liat, licet quãdoq; nõ contingat; cũ † Deus re-
ſpiciat cor, non manũ. 14.q.5. ſi quid inueniſti.
Scandalũ quoq; inſurgit ex ludo, qm̃ boni ſcan-
87 dalizantur. † nihil aũt agendum eſt cum ſcãda-
lo. ſ. de renun.c. niſi. & in .c. fi. ĩ. ti. 1. Nugæ ẽt
ex ludo deſcendunt; qm̃ in ludo multiplicãtur
88 mendacia; † & verba vana, & ocioſa, quorũ qui-
libet rationẽ reddere tenetur. Et ideò vitanda
ſunt. 44. di. cõuiuia. Sed ab his meximè cauẽdũ

89 eſt† qm̃ euolat emiſſum ſemel irreuocabile ver-
bum.ſ.de cele.miſ.c.dolentes. &.14. di. in fi.
90 Et † mortale eſt pct̃m mẽtiri,& contra naturã.
de quo latè dixi in.c.qualiter.2.ſupra de accu.
in.9.arti.princi.q.44. Blaſphemia ẽt perpetra
91 tur, quia † fruſtratim ſæpe incidũtur mẽbra re-
dẽptoris noſtri, quare talis peior videtur, quã
Iudæi; quia ſaltẽ integrũ corpus reſeruauerũt,
& de hoc in.c.2.ſup̃ de maledi. Furtũ ẽt cõmit
titur, quia cum luſor plerunq; ad inopiam pro-
pter rerũ ſuarum amiſſionẽ deueniat, ad furta
92 conuertitur; ꝙ eſt † pct̃m grauiſſimũ, & con-
tra præcepta decalogi. vt dixi ſupra in rubrica
de furto. Violentia aũt perpetratur quandoq;
per ſimilem cauſam, & quandoq; ẽt volens à
93 ludo diſcedere violenter retinetur;& ſic † quæ-
dã quaſi ſeruitus perſonę perpetratur. vt inſti.
de iure. perſo.in.§.1. Falſum ẽt cõmittitur in
ſuppo nendo, & mittendo falſos taxillos, aut
alias ſimiles falſitates faciendo, ſm̃ ea quę ſupra
latius dixi in.q.5.& 8. Mortis etiam cauſam
frequenter præſtat, quia ludentes ẽt quandoq;
veniunt ad contentioſa verba; & de verbis ad
verbera; & de verberibus ad vulnera: & de vul
neribus ad homicidia; & ſic de primo ad vlti-
mũ,cauſa eſt homicidij. vt in.c. fi.ĩ. de iniur.
94 Deceptiones inſuper infinitæ fiunt, & † qui
melius ſcit decipere, melius dicitur ludere; ec-
cleſia aũt neminẽ vult decipere. ſup̃ de dona.c.
per tuas.nec laqueum inijcere.27.q.1.c.de vi-
duis.2. Perditio etiã temporis inſurgit; vn-
de multi ſcolares qui qñdoq; doctiſſimi euaſiſ
95 ſent,† qñdoq; rudes à ſtudio diſcedunt ꝑptèr
tẽpus in ludendo amiſſum. Facit ꝙ habetur in
96 prohem.ff.§.illud ſanè. Et profectò, vt dicit
Hoſti.† longè magis de tempore amiſſo,quàm
rerũ dolendum eſt,iuxta illud.

Damna fleo rerũ; ſed plus fleo damna dierũ.
Quiſq; poteſt rebus ſuccurrere;nemo diebus.

Vnde Seneca ad Lucillũ epiſtola prima inquit.
vendica te tibi mi Lucille, cum cætera aliena
ſint, tempus tantum noſtrum eſt. Deſide-
rium etiam naſcitur ex ludo,quoniam oritur
97 maxima cupiditas lucrandi, quæ eſt † radix
omnium malorũ,vt ſup̃ dixi.& latius in.c. nam
concupiſcentiam.ſ.de conſti. Corruptio aũt
multiplex naſcitur.ſ.proximorũ inſpicientium
98 quos†malo exemplo ludentes corrũpunt. 11.
.q.3.c.in cũctis.&.c. p̃cipuè.&.ſ.de vot. c.ma-
gnæ.§.1.ſ.de elec.c.cũ in cũctis. Vnde poteſt
dici ſm̃ Hoſti. ꝙ talis tenetur Xp̃o Ieſu de ſer-
uo corrupto.arg.l.1. & .l.vt tm̃.§.fi. & .l.ſe.ff.
de ſer. cor. Adulatores ẽt fiunt, & adulatorijs
verbis cõmendatur cautus ludẽs; & ſic in pc̃õ
exaltatur, & iniquus benedicitur; ꝙ maximè
99 vituperabile eſt.86.diſt.c.donare.&.c.ſe.† quæ
adulatio in clericis crimẽ principale dicitur, &
capitale 46.diſt.c.1.§. ecce. &.c. ſunt nõnulli.
&.c.ſeq.Et dicit lex,ꝙ nõ debet quis ludẽdo au
gere malitiã.vt in.l.1.ff.de ſer.cor. Facit.ſ.eo.
.c.quàm ſit. Vita ẽt turpis agi dicitur propter
100 ludum; & ſic offenditur honeſtas,quæ† eſt in-
ter primaria p̃cepta.vt.ſ.in prohe.in.§.ideoq;.

Et ea potiſſima ratione clerici prohibentur, vt
in.c.clerici. de vi.& ho.cler. Poſtremo qñdoq;
inſurgit deſperatio. Vnde pridie vidimus pro-
pter deſperationẽ amiſſorũ in ludo, iuuenẽ ve-
nenũ guſtaſſe,& vita functũ eſſe. Verum eſt,ꝙ
qñdoq; inſurgit deſperatio bona; vnde plures
ſcolares vidi qui propter amiſſas pecunias, &
libros, ſe ad religionem conuerterunt. Sed
dubitandum eſt de illis, cum ſpiritu Dei non
ducantur ad illud. Et plura ex p̃dictis mala ex
ludo prouenientia colliguntur ex.d.l. alearum
101 vſus.& ex.l.1.ff.de alea. Quare tãquã res† de-
teſtabilis, pernicioſa, etiam ad interitum vſq;,
non ſolũ animæ, ſed ẽt corporis,plerũq;dedu-
cẽs, tãquã ſceleſta res, atq; neſanda, fugiẽdus
eſt ludus. Et ſit finis huic.c.& materiæ ludi.

## Capitulum .XII. Accedentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbates de matrimonijs cognoſcere, & pœni-
tentias publicas iniungere,& literas indulgẽ-
tiarum concedere non poſſunt; niſi competat
eis de iure ſpeciali.*
2 *Fines ſuos nemo debet excedere, neq; immittere
falcem in meſſem alienam.*
3 *Prælatus inferior poteſt acquirere ſpectantia ad
Epiſcopi dignitatem, ac iuriſdictionem ex ſpe
ciali conceſſione, priuilegio, conſuetudine, vel
præſcriptione. & nu. 5.*
*Quæ verò ſunt ordinis Epiſcopalis non poſſunt
quæri conſuetudine, vel præſcriptione. ibidẽ.*
4 *Epiſcopalia inſignia non poſſunt concedi niſi per
Papam.*
6 *Epiſcopus electus, & confirmatus, nondum tamẽ
conſecratus, vtrum poſſit concedere ſolemnes
indulgentias; & maximè cum non ſit ſacer-
dos. Et quid in Legato Apoſtolico nõ ſacer-
dote. nu. 9.*
7 *Imperfecta duo poſſunt facere vnum perfectum.*
8 *Indulgentiæ conceſſio eſt mixtæ poteſtatis.*

1 ACCEDENTIBVS. Abbates† de
matrimonio cognoſcere,peniten
tias publicas iniungere, & literas
indulgentiarũ concedere nõ poſ-
ſunt; niſi cõpetat eis de iure ſpeciali.h.d. Vel
ſic, cognoſcere de cauſa matrimoniali,& pœni
tentias publicas iniungere,& indulgentias con-
cedere,ſpectat ad dignitatẽ Ep̃alem. Vnde in-
ferior Prælatus non debet de his ſe intromitte-
re; niſi competant de iure ſpeciali.h.d. Diuidi-
tur, quia primo ponitur Ep̃orum querela. Se-
cundo prouiſio. Secunda ibi, volentes. Nota
primo ꝙ quędam ſunt ſpectãtia ad dignitatem
Ep̃alem, quę non cõpetunt p̃latis inferioribus;
& hic exprimuntur tria,& alia exprimũtur.68.
diſt.c.q̃uis.&.c.corepiſcopi. Et inter caſus hic
expreſſos pondera caſum iniungendę publicæ
pœnitẽtię, quam nullus infra Ep̃m de iure cõ-
muni poteſt iniũgere;reſeruatur enim ſoli Ep̃o
vt hic. & de hac publica pœnitẽtia vide tex. in
.c. in



.c.in capite.l.diſt.26.q.6.c.fi.& in.c.2.ſ.de ma
ledi. ſed pœnitentiã priuatam poteſt iniungere
quilibet ſacerdos. vt in.c. omnis.ĩ.de pœn. &
2 rem.ſ. Nota ſecundo, ꝙ debet † quis eſſe con-
tentus terminis, & finibus ſuis, nec debet illos
excedere in mittẽdo falcem in meſſem alienã,
& ſimilia iura allegantur in glo.1. Vltimo not.
3 ꝙ† inferior Prælatus poteſt acquirere ſpectan-
tia ad dignitatem Epiſcopalem ex ſpeciali con-
ceſſione, priuilegio, conſuetudine, vel præſcri-
ptione. Et not.quia dixi ad dignitatẽ Epiſcopa
lem; & fortius ſi eſſet ſimplicis iuriſdictionis.
ꝑbatur in.c.cũ olim. & .c.auditis.ſ.de pręſcri.
Secus autem dicendum eſt de ijs quæ ſunt or-
dinis Epiſcopalis; prout eſt chriſmare, Eccle-
ſias conſecrare, Clericos ordinare, & ſimilia;
talia enim non poſſunt quæri conſuetudine,vel
præſcriptione. vt in.d.c.quanto.ſ. de conſue.
& ibi dixi. Sed quæro pro declaratione literę,
de qua conceſſione loquitur tex. noſter. So. di
cunt doc.ꝙ poteſt etiam intelligi de conceſſio-
4 ne Epiſcopi. per tex. 26.q.2.c.viſis. Fallit † ta
men in inſignijs Epiſcopalibus,qm̃ illa nõ poſ-
ſunt concedi niſi per Papam. arg.c.ad Apoſto-
licæ. de priuil. lib.6. Vnde Abbatibus,& infe-
rioribus Prælatis per Papam ſolet concedi vſus
Mitræ, & aliorũ pontificalium, vt ibi.Tñ dicũt
doct.o. ibi, & hic, & bene, ꝙ licet iſta inſignia
Ep̃alia quandoq; concedantur ad decorẽ, vel
etiam vſus talium præſcribatur,tñ talis propter
hoc non poteſt exercere ſpectantia ad dignita-
tẽ Ep̃alem; & talia inſignia ſolum pertinent ad
demonſtrationẽ ſine ſignificato, ſicut circulus
ad tabernã non habentem vinũ,& bannimenta
cum ſono tubæ, quæ poſtea ſecreto dicuntur,
vt quãdoq; fit. Glo.2. quærit, & ſoluit remit-
tendo. Deinde colligit arg.ex tex. cõtra quod
opponit, & ſoluit. In ea.in fi.not. ex hac glo.
5 & ſe. † ꝙ ẽt ea quæ ſunt dignitatis Ep̃alis poſ-
ſunt acquiri per inferiorem ex conſuetudine,
vel præſcriptione; & melius probatur in.c.au-
ditis.ſ.de præſcrip. vbi innuitur,ꝙ ille Abbas
præſcripſiſſet cognitionem cauſarum matrimo
nialium, niſi interrupta eſſet præſcriptio; quod
eſt contra Hoſti. qui tenuit contrarium in.c.li-
teras de reſti. ſpo. Poſtremo extra glo.iſte tex.
inducitur ad deciſionẽ.q.quotidianæ, qua quę-
6 ritur, vtrũ † electus, & confirmatus in Epiſco-
pum,nõ conſecratus,poſſit cõcedere ſolemnes
indulgentias, maximè ſi non ſit ſacerdos; vt
quia non eſt effectus Præsbiter.Et ſimilis dubi-
tatio poteſt oriri quotidie de legato Apoſtoli-
co non pręsbitero.Et videtur dicendum, ꝙ ta-
les poſſint concedere; quia hoc videtur eſſe iu-
riſdictionis. vt in.c. ꝙ aũt. de pœnit. & remiſ.
Sed tales habent iuriſdictionẽ. vt in .c.traſmiſ-
ſam.ſ.de elec. igitur &c. In contrariũ facit ſm̃
aliquos, quia hęc videntur eſſe ordinis Ep̃alis,
& procedunt ex poteſtate clauium, cũ per eas
pœnitentiæ eneruẽtur. vt in.c.cũ ex eo.ĩ. de
pœ.& re. ergo &c. So. dicit Hoſti. ꝙ Epiſco-
pus non poteſt, ſi caret Epiſcopali, & ſacerdo-
tali ordine; ſicut nõ Epiſcopus,qui renũtiauit

ep̃atui,& ſic caret iuriſdictione nõ põt. vt in c.
.1.ſ.de or.ab ep̃o, qui re. epi. Vult tñ ꝙ ſi talis
habens ordinẽ Ep̃alem accedit ad eccleſiam cõ-
firmati in Ep̃m, licet nondum conſecrati, ꝙ de
licentia illius poterit indulgentias dare ſubdi-
tis ſuis; ſicut ẽt poſſet ordinare. vt.ſ. de elec.c.
7 ſuffraganeis. & ſic duo † imperfecta poterunt
facere vnũ perfectũ. Ex quo infertur ſm̃ eum,
8 ꝙ hæc † cõceſſio indulgentię eſt mixtæ poteſta-
tis; quia partim accedit ad ordinẽ, partim ad iu
riſdictionẽ. Fatetur tñ, ꝙ de cõſuetudine,con-
firmati licet non ſint Pręsbiteri, cõmittere poſ
ſunt p̃sbiteris, vt faciant has indulgẽtias. Dicit
tñ,ꝙ hæc cõſuetudo in non ſacerdote videtur
eſſe irrationabilis;quia imponere,aut diminue-
re pœnitẽtias, eſt fori ſacerdotalis, & hoc idẽ
importat datio indulgentiarũ in effectu. Fran
ciſcus Vercellen.in.c.at ſi clerici.ſ. de iudi. te-
net, ꝙ licet confirmatus ſit Præsbiter, tñ ſi nõ
eſt conſecratus, non poteſt concedere; quãuis
dicatur, ꝙ dare indulgentias non eſt ordinis
Ep̃alis; quia licet ſit confirmatus, tamen vt ſim
plex ſacerdos non poteſt dare.per.c. ꝙ ſicut.ſ.
de elec. ne videatur decreſcere, vt in .c. licet.ſ.
de transla. præla. & .93.diſt. legimus .92.diſt.
in ſancta. Eadem rõne idẽ dicit de benedictio-
ne fontium, vnctione infirmorũ; & ſimilibus.
Inducit ẽt,ꝙ vbi Papa loquitur de indulgẽtijs,
mentionẽ facit de Ep̃is,nõ de electis.vt in.c.cũ
ex eo.ĩ.de pœni.& remiſ. & .c.ſe. Nec ob. ꝙ
in.c.quãuis.68.diſt. dare indulgentias non po
natur inter Ep̃alia; quia non ſequitur,ibi non
ponitur, ergo non eſt; cum illa ponantur ibi
exempli gratia. Nec ob.c.2.de transla. præla.
vbi dicitur,ꝙ Epiſcopalis dignitas nil addit cõ-
firmato; quia verũ quò ad vinculũ matrimonij
ſpiritualis. Non obſt. tex.noſter in fi. quia nõ
dicitur hic, ꝙ talia per inferiores poſſint præ-
ſcribi; ſed ꝙ ſi præſcribantur, procedit hoc in
Abbatibus,qui poſſunt præsbiterale officium
exercere; ſed confirmari in Epiſcopos nõ poſ-
ſunt. Et licet de Archiepiſcopo nõ habẽte pal
lium habeamus,ꝙ impediatur in officio Ep̃ali;
de quo tñ dic,vt traditur in.c.ꝙ ſicut.ſ.de elec.
De Ep̃o tñ, vel Abbate, non habemus ꝙ ante
confirmationẽ,vel benedictionem impediatur
in officio Præsbiterali. Et ſic tenet Io. An. ꝙ
licet hoc non ſit ordinis, electus,& cõfirmatus
poſſit concedere indulgentias; dũmodo ſit ſa-
cerdos; Aliàs enim ſi Ep̃s non poſſet attenta-
re quę ſunt ſacerdotalis officij ante conſecra-
tionẽ, non poſſet cõficere Euchariſtiam; ꝙ eſt
falſum. Et ad prædicta facit.74. diſt.c.geſta.&
.c. honoratus. &.C.de dignita.l.3.lib.12. Et
ex p̃dictis dicit Io. An. ꝙ videtur dicendũ,ꝙ
capitulum ſede vacãte nõ cõcedat literas indul-
gentiarũ; licet quidã ſeruent contrariũ; vt re-
fert Archid.in.c.romana.de pœ.lib.6. Io.Cal.
poſt Magiſtrum ſententiarum diſt.20.q.3.ar.2.
&.3. tenet ẽt ꝙ ſi non ſit ſacerdos, poteſt cõfir-
9 matus concedere. Et idem dicit de † Legato.
Iſta opinio plùs placet .D. m. quia concedere
has indulgentias procedit ex diſpenſatione

bonorum eccleſiæ; & ſic ex iuriſdictione; er-
go poſſunt dari per inferiorem Epõ; quia non
ſunt ordinis Epiſcopalis; ſed iuriſdictionis. In
foro tñ pœnitẽtiæ nõ poſſet abſoluere, vel in-
dulgentias concedere; quia tunc eſſet ordinis;
ſed indulgentia in ſe eſt iuriſdictionis.

## Capitulum .XIII. Dilectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Sacerdos compelli non poteſt ad reuelandum peccatum in pœnitẽtia ſibi confeſſum. & nu. 3. Fallit, ſi ſacerdos producatur in teſtem ab ipſo peccatore, nu. 4.*
2 *Iudex ex officio poteſt aliquem compellere ad indicandum furem.*
5 *Interdictum poteſt ferri nedum in loca, ſed etiam in perſonas.*
6 *Sacerdos, an ſit ſuſpenſus, qui non paruit iudici, in caſu huius capituli.*
7 *Papa eſt generalis vicarius Dei in omnibus; ſed ſacerdos reſpectu cõfeſſionis, quam audit, eſt ſpecialis Vicarius Dei: & ideò in hoc maior eſt generali.*
8 *Sacerdos qui productus in teſtem, iurauit dicere veritatem, ſi interrogetur de eo, quod ſcit, vt confeſſor, poteſt reſpondere ſe nihil ſcire. Limita tamen, vt ibidem. Et ibi etiam quid ſi non iurauerit.*
9 *Teſtis qui antequam productus ſit, iurauit non reuelare aliqua ſecreta, poſtea quando producitur iurat dicere veritatem, poteſt non obſtante primo iuramẽto, reuelare ſecretum, ſuper quo producitur.*

1 DILECTVS. Ad reuelandum† pec
catorem, ſiue peccatum in pœni-
tentia confeſſum, ſacerdos cõpel-
li non poteſt .h.d. Et primo po-
nitur querela præsbiteri. Secundo proui-
ſio cum cauſæ expreſſione; ſecunda ibi, quia
2 igitur. Nota primo arg. ꝙ † iudex eccleſiaſti-
cus, vel ſecularis poteſt ex officio compellere
ſubditum ad indicandum furem, ſeu furtum
cõmiſſum. Et contra repugnantẽ, aut cõtuma-
cem, poteſt exercere ſententiã cenſuræ, aut mul
ctam; & hoc colligitur hic arguendo à ſpeciali;
quia ſi non poteſt compelli ex eo; quia nouit
in pœnitentia, tanquã Deus, & non tanquã ho
mo; Secus ergo à cõtrario, ſi nouiſſet aliter quã
in cõfeſſione; & ſic tanquã homo, non tanquã
Deus. Et ſic in hoc redditur iſte tex. ſingularis
pro practica Epõrum fulminantiũ ſentẽtiã ex-
cõmunicationis contra non reuelantẽ furẽ, ſeu
furtũ. Ad idẽ facit.c. qui cũ fure.ſ̃.de furt. Sed
melius ꝓbatur hic. Et facit pro opi. Bar. in .l.
3 ciuile.C.de furt. Secũdo not. ꝙ ſacerdos †qui
peccatorẽ confitentẽ audiuit in pœnitentia, per
iudicẽ, ẽt eccleſiaſticũ non poteſt cõpelli ad re
uelandũ pctm̃, aut pctõrẽ; quanq̃ hæc reuelatio
tendat ad vtilitatẽ ꝓximi, & tendat ad reuelan-
dum ꝑiudiciũ ipſius reuelantis; & ẽt ſi tẽdat ad
purgandum conſcientiã ipſius peccatoris con-
4 feſſi. †niſi produceretur in teſtẽ ab ipſo pctõre.
arg.c.ſignificaſti.ſ̃. de adul.&.c.omnis de pen.
& re. & ꝙ ibi not. Inno. Tertio not. ꝙ ſenten-
5 tia † interdicti poteſt ferri nedũ in loca, ſed etiã
in perſonas. Sed q̃ro pro declaratione literæ,
qui ſunt iſti Rectores fraternitatis vrbis de
quibus hic in tex. Sol. dicunt doc. ꝙ ſunt qui-
dam habẽtes in vrbe iuriſdictionẽ, & poteſtatẽ
ſuper clerum vrbis, ex ſpeciali prouiſione, aut
inſtitutione; & ſunt .12. aut .14. ſm̃ Io. An.
Glo. 1. in prin. quærit, quare non potuerit iſte
cõpelli ad indicandum furẽ; & aſſignat duplicẽ
rationẽ; & contra primã format contrariũ; &
6 pro ſol. remittit. Deinde quærit an † ſacerdos
qui non adimpleuit mandatum iſtorũ delega-
torum, eſſet interdictus, aut ſuſpenſus; arguit
ꝙ ſic, & ſoluit in contrarium, aſſignando plu-
res rationes, dupliciter ẽt legẽdo literã. In ea-
dem glo. ibi, ſm̃ .ll. nemo poteſt compelli. dic,
hoc nõ eſt abſolute verũ, ſm̃ ea quæ dixi in .c.
qui cũ fure .ſ̃. de furt. In eadem ibi, & in hoc
erat maior ipſis Rectoribus. dic, hæc ratio con
cludit ſm̃ doc. ꝙ talis ſacerdos non poſſet com-
pelli, ẽt per Papã ad reuelandum peccatorem,
aut pctm̃ confeſſi; etiam ſi propter hoc à Papa
excõmunicaretur, qui eſt Vicarius Ieſu Chri-
7 ſti; quia † eſt generalis Vicarius in oĩbus;
ſed ſacerdos reſpectu confeſſionis audit vt ſpe-
cialis Vicarius Dei; Et ideò in hoc eſt maior
generali. vt in .c. ſtuduiſti. Et ibi dixi .ſ̃. de offi.
leg. ꝙ dictũ eſt valde ſingulare. Et facit contra
ſimplices ſacerdotes qui reuelant peccatorem,
aut peccatum confeſſi Epiſcopo ſuo, aut alteri
ſacerdoti, proteſtantes ꝙ illud dicunt tãquam
in cõfeſſione; Nam hoc nullo modo facere de-
bent; Nam tanquam Deus non indiget cõfeſ-
ſione. Et illud eſt peccatũ alterius, & nõ ſuum;
Et ſic non ob. id ꝙ poteſt colligi in .c. omnis.
de pœn. & re. Et ex ꝑdictis, & ex tex. infertur,
8 ꝙ ſi † ſacerdos producitur in teſtẽ in iudicio, &
iurauit dicere veritatẽ, ꝙ ſi interrogatur poſtea
de eo quod nouit, vt confeſſor, & ſic vt Deus,
poteſt audacter reſpõdere ſe nihil ſcire. Quod
tñ ſingulariter limitat .D.m. ſi ſolũ illud ſciuit
tanquam confeſſor; Secus etiam ſi illud ſciret
tanq̃ homo; quia hoc caſu cum tanq̃ homo iu-
rauerit, & tanquã homo cõpellatur, & tanquã
homo ſciat, debet dicere veritatẽ. Sed vbi non
ſubeſſet iuramentum, non debet etiam illud re
uelare; niſi eſſet maxima vtilitas, vel neceſſitas,
aut immineret ſcandalũ. Iuxta not. per Inno.
9 & doc. in. d.c. omnis. Quid aũt ſi iurauerit† ali-
qua non reuelare ſecreta, & poſtea producatur
in teſtem, an poſſit reuelare, cum videatur po-
ſitus inter duo iuramenta contraria? Inno. in .c.
qualiter .2. de accu. notab. dicit, ꝙ ſic; motus;
quia aut iſte iurans in primo iuramẽto cogita-
uit illud iuramentũ extendi ad iſtum caſum, &
tale iuramentũ fuit temerariũ; quia contra pu-
blicam vtilitatem; & ideò non ſeruandum. vt
in reg. non eſt obligatorium. Aut à principio
non ꝑcogitauit iſtũ caſum; & tunc iuramentũ
non



non videtur ſe extẽdere ad hunc caſum nõ præ-
cogitatum, vt in .c. 1. de iureiuran. lib. 6. In fi.
glo. dic, primum dictum plus placet Hoſti. pro
quo facit .c. cum ad quorundam .ſ̃. eo. Glo.
fi. ſentit contrarium, ꝙ iſte compellitur reſti-
tuere, & ſoluit. dic vt in ea.

## Capitulum .XIIII. Dilecta.

*SVMMARIVM.*

1 *Collegium conſtituere, & ſigna collegij habere regulariter non poſſunt priuati homines; niſi aliter eis concedatur. & nu. 5.*
2 *Collegij iura poſſunt queri ex conſuetudine, & præſcriptione.*
3 *Collegium qualiter conſtituatur in aliqua eccleſia; remiſſiuè.*
4 *Abbatiſſa poteſt habere iuriſdictionem ſuper clericos ex aliquo iure ſpeciali.*
6 *Inſignia, aut arma alterius, ſi quis velit aſſumere, an poſſit ille, qui prius aſſũpſerat, ipſum prohibere. & nu. 12. & nu. 13. quòd ſic, quando generatur præiudicium alterius, aut aliquod ſcandalum.*
7 *Inſignia quotuplicia ſint.*
8 *Sacrilegij inſtar obtinet dubitare, an quis poſſit uti aliquo priuilegio ex conceſſione Principis.*
9 *Inſignia, quibus ab alijs cognoſcamur, poſſumus ad libitum aſſumere, ſecundum communem.*
10 *Nomen malum plerumq; ſiniſtram ſuſpitionem inducit.*
11 *Signa, & nomina deſignant ſignata.*
14 *Notarius nõ poteſt vti ſigno alterius. Quin & ſi aliquo ſigno cœperit vti, non poteſt poſtea alio vti abſque cauſa.*
*Idem in ſigillo Doctoris.*
15 *Sigilli materia, remiſſiuè.*
16 *Corpus vnum quot modis fieri poſſit: remiſſiuè.*
17 *Partes integrales, & diſtantes quomodo inter ſe differant, remiſſiuè.*
18 *Collegia omnia noua regulariter ſunt prohibita: nec poſſunt fieri nouæ ſectæ, aut religionis ſpecies. & nu. 28. quæ ſint permiſſæ.*
19 *Collegium quid ſit.*
20 *Collegium vnde dicatur.*
21 *Collegium quot nominibus nuncupetur.*
22 *Collegium, quot, & quæ requirat, vt conſtituatur.*
23 *Collegia quando ſuperior poſſit deſtituere.*
24 *Collegij rector dicitur, qui in collegio eſt dignior, & ideò agere, & conueniri, & congregare collegium poteſt. & nu. 57.*
25 *Collegij alicuius rector, in quo ſunt clerici, & laici, debet eſſe clericus, ſi eſt cum iuriſdictione.*
26 *Collegium quotuplex ſit.*
27 *Collegialis ſocietas poteſt fieri propter triplicem finem.*
29 *Ligæ, & cõfœderatiões quæ fiunt inter ciuitates, & Barones, an teneant.*
30 *L. non dubito .ff. de capti. declaratur.*
31 *Collegium Iudæorum, an dicatur approbatum.*
32 *Collegium qui conſtituere poſsint, & an requiratur authoritas ſuperioris.*
33 *Precibus implorandum non eſt, quod eſt à lege permiſſum.*
34 *Ciuitates Collegium inchoare volentes ſine authoritate ſuperioris, præſumunt coniurationem facere contra ipſum ſuperiorem.*
35 *Ciuitates, Caſtra, ſiue villæ non approbatæ à ſuperiore, an gaudeant priuilegio Ciuitatis, Caſtri, ſeu villæ. declarando tamen vt nu. 36.*
37 *Scribens ſuperior colligationi ſubditorum, nominando ipſam ciuitatem, an ciuitatem ipſam conſtituat.*
38 *Collegium quot homines conſtituant.*
39 *In Collegio quæ perſonæ poſsint eſſe.*
*An mulieres.* }
*An ſerui.* } *ibidem.*
*An Monachi.* }
40 *Collegium facere, an dicãtur expulſi propter partialitates.*
41 *De Collegio, an poſsint eſſe homines diſparis profeſsionis.*
42 *De Collegio eſſe, an quis poſsit compelli.*
43 *Statuto ſtante, quòd volens incorporari collegio aliquid ſoluat, an filius incorporati teneatur ſoluere.*
44 *De Collegijs pluribus, an quis poſsit eſſe.*
45 *Collegiati, qualiter debeant ſe appellare.*
46 *In Collegio, ſi ſint diuerſæ qualitates, & diuerſæ dignitates, attẽditur maior qualitas, & maior dignitas.*
47 *Cardinales an faciant collegium;*
48 *Collegiati quod ius habeant in rebus, & bonis collegij.*
49 *L. 1. in fin. de Colleg. illi. declaratur.*
50 *Vniuerſitas eſt perſona repræſentata.*
51 *Res quæ diuiduntur inter ſingulos, vt ſingulos, nõ ſunt diuidendæ inter ſingulos, vt abſentes. Limita ibidem, & nu. ſeq. dupliciter.*
52 *C. epiſcopus .§. qui manumittitur .12. q. 2. dupliciter limitatur.*
53 *Statuto ſtãte, quòd vniuerſitas teneatur damnum emendare, ſi non cœperit malefactorem, tenetur etiam ille qui paſſus eſt, contribuere ad damni emendationem.*
54 *Statuto dictante, quòd condemnationes illorum de Collegio, qui non veniunt ad Collegium, vel aliter ſunt inobedientes, diuidantur inter illos de Collegio, condemnati etiam debent habere partem ſuam.*
55 *Vniuerſitas an dicatur poſsidere res, quæ ſunt in communi vſu. Et qualiter probetur ipſius poſſeſsio.*
56 *Vniuerſitas qualiter congregetur. Et vbi. num. 63.*
58 *Collegiati quando legitimè ſunt vocati, & vna pars eorum nõ venit, an geſta per aliam partem præſentem, valeant.*
59 *Rector quando nõ vult cõgregare collegium, qualiter cogi poſsit.*
60 *Ciuitatis adminiſtratio in agẽdis per ipſam, prius ſpectat ad rectorem, & in eius defectum ad decuriones.*

 61 *Vni-*

61 *Vniuerſitas præſumitur congregata ex mandato ſuperioris.*
62 *Vniuerſitas, quando congregatur per non habentem poteſtatem, an valeant geſta per eam. Et quid ſi alia requiſita non obſeruentur, num. 65.*
64 *Vniuerſitatem vocatam eſſe, an ſufficiat probare, non probando illã interfuiſſe, ac propoſitam feciſſe.*
66 *Collegium qualiter poſſit agere; Et qualiter conueniri. Et qualiter concipiatur libellus contra Collegium; Et nomine Collegij; Et qualiter citetur Collegium. nu. 74.*
67 *Abſentes an ſint vocandi in collegio, & qualiter; remiſsiuè.*
68 *Abſentium in numero qui computentur: remiſsiuè.*
69 *Collegiati, an debeant præſtare conſenſum in communi, an verò ſingulariter poſsint preſtare.*
70 *In Collegio qui habeant vocem.*
*Et quid iuris ſi commiſceantur habiles cum inhabilibus. ibidem.*
71 *Collegia duo ſi cõuenire debeant in actu expediendo, an debeant diſtribui voces per capita, an per collegia; remiſsiuè.*
72 *In Collegio, an vnus poſsit cõmittere vocem alteri: remiſsiuè.*
73 *Collegium qualiter conſtituat ſyndicũ: remiſsiuè.*
75 *Collegium, vtrũ poſsit condere ſtatuta, & qualia.*
76 *Ciuitates regulariter habent omnimodam iuriſdictionem: ſecus Caſtra, & Villæ. Et collegia artificum. ibidem.*
77 *Statuta facere, dependet à iuriſdictione. Limita tamen. nu. 78. Et ſublimita. nu. 79.*
80 *In ſtatutis condendis per vniuerſitatem, an requiratur conſenſus, & authoritas Rectoris.*
81 *Iuriſdictio eſt penes totum populum.*
82 *L. 2. §. deinde cum eſſet. de orig. iu. declaratur.*
83 *Ciuitatis vna pars, ſi ex legitima cauſa expulſa ſit, an altera pars poſſit contra ipſam facere ſtatuta.*
84 *Vniuerſitas doctorum permixta cum vniuerſitate ſcolarium, an poſſit facere ſtatuta in præiudicium ſcolarium.*
85 *Capitula eccleſiarum cathedralium, & capitula ſede vacante, an, & qualiter poſſint condere ſtatuta: remiſſiuè.*
86 *Collegia coram quibus ſint conuenienda. Et quid ſi collegium mixtum ſit ex clericis, & laicis. num. ſequenti.*
88 *De Collegio exire, vtrum quis poſsit liberè.*
89 *Collegia qualiter diſſoluantur. & nu. 93.*
90 *Collegiati omnes ſi mortui fuerint præter vnum, Collegij iura remanent penes eum. Limita tamen vt ibi.*
91 *Senator vrbis Romæ, non dicitur hodie habere poteſtatem collegij Senatorum.*
92 *Collegiati omnes licet mortui fuerint, ſi tamẽ ſpes ſit collegij in habitu, non dicitur diſſolutum Collegium.*
94 *Vniuerſitas, vtrum poſsit delinquere, & qualiter. remiſsiuè.*
*An poſsit accuſari, & qualiter. remiſsiuè.*
*An poſsit puniri, & qualiter. remiſsiuè.*
*An punita vniuerſitate, poſsit ẽt puniri ſinguli.*
95 *Collegio deſtructo, quid agẽdum ſit de bonis ipſius Collegij. & nu. 97.*
96 *Præmium debet ceſſare, ceſſante labore.*
98 *Collegij bona qualiter diuidi debeãt, in caſu diuiſionis fiendæ de ipſis inter collegiatos.*
99 *Collegio deſtructo, vtrũ pereant priuilegia ipſius.*

1 DILECTA. Non † poſſunt ſingulares ſubditi in præiudicium Prælati erigere ſigna collegij .h.
.d. Vel ſic, priuati homines regulariter nequeunt conſtituere collegium, & habere ſigna collegij; niſi aliter eis concedatur.
h. d. Et in prima parte ponitur quærela.
Secundo dantur iudices, ibi, diſcretioni. Nota primo ibi, non conſueuerunt. arg. optimum à
2 cõtrario, ꝙ iura collegij † poſſunt quæri ex conſuetudine, ſeu preſcriptione. Ad idem facit, ꝙ
not. Inno. in .c. poſtulaſti. de iu. pa. Secũdo
3 not. ꝙ licet † in eadẽ eccleſia ſint plures clerici beneficiati, tamen per hoc non dicuntur ipſi cõſtituere collegiũ, ſeu capitulũ, ita ꝙ poſſint ipſi vti inſignijs, aut iure collegij; nã per hunc modũ non licet collegium conſtituere; de quo
4 latius .j. Tertio not. ꝙ Abbatiſſa † poteſt habere iuriſdictionem ſuper clericos; Quod intellige, ex aliquo iure ſpeciali; Secus aũt eſt de iure cõmuni. Vltimo colligitur ſingulariter ex
5 iſto tex. ꝙ quis † poteſt ſe opponere ratione proprij intereſſe, vel preiudicij, volentibus indebitè erigere collegium, aut vti ſigno collegij in preiudicium ſuum. Et ſic inducitur iſte tex.
6 ad .q. not. An † ſi vnus velit vti, aut aſſumere arma, aut inſignia alterius, poſſit ille qui prius aſſumpſerat, ipſum prohibere. Circa ꝙ dicẽdum eſt ſecundum .D. m. & .d. Anto. Quòd
7 quædam ſunt inſignia † dignitatis, vt ſunt inſignia conſularia, vel Legatorum, vel Epiſcoporum; & talibus licitè vtitur ille qui fungitur tali dignitate. vt in .l. 1. ff. de offi. proconſul. Si verò non eſt in tali dignitate vtens, dicitur falſum committere. vt in .l. eos. & ꝙ ibi not. ff. de fal. facit .c. 1. ſ. de cleri. excommu. & .c. vt apoſtolicæ. de priuile. lib. 6. Quędam ſunt inſignia ſingularis dignitatis, quibus vtuntur Reges, Principes, & Nobiles; & iſtis priuatæ perſonę vti nõ poſſunt. vt in .l. 1. C. de ijs qui poten. nom. Quędam verò ſunt inſignia, ſeu arma quibus vtuntur priuatæ perſonæ, & ſubdiſtingue, ꝙ aut vtuntur ex cõceſſione Principis, & non eſt dubium ꝙ poſſunt. Quinimò dubi-
8 tare † an poſſint ex cõceſſione vti, inſtar ſacrilegij obtineret. vt in .l. 2. C. de cri. ſacrileg. Aut
9 ceſſat principis cõceſſio, & cõiter* tenetur † ꝙ Cóm. op.
quilibet poteſt ſibi aſſumere certa inſignia, aut arma; Sicut enim nomina propria aſſumuntur ad placitum, vt vnus ab altero cognoſcatur. vt inſti. de le. §. ſi quis in nomine. & .c. de inge. manu. in .l. ad recognoſcendos. Ita etiam cuilibet licitum eſt aſſumere talia inſignia, vt per ea alter ab altero diſcernatur. Ex quo ego
infero



infero, quòd ſicut vulgariter dicimus, quòd filius multum conqueri poteſt de patre, propter turpe nomen impoſitum, cum libera poteſtas fuerit ponendi pulchrum; Et maxi-
10 mè, † quia à malo nomine plerunque ſiniſtra ſuſpitio inducitur; propter quod ab eo cauendum eſt, vt tradit .d. Anto. ſ. in prohe. ita & cõqueri poteſt filius de patre, qui turpia arma, ſeu inſignia aſſumpſit. Vnde aliqui aſſumpſerunt aratra; alij incudines, quæ ſunt ſigna, quòd
11 vilis conditionis homines erant; cum † ſigna, & nomina, ſignata deſignent. vt in .l. 3. C. de fabricenſi. lib. 12. Facit quod not. 16. q. 1. in .c. ſi cupis. Et ideò prudenter vidi quoſdam ſucceſſores facientes alia arma, & inſignia notabi-
12 lia. Sed iuxta prędicta quęro, de no. quęſt. † an quis poſſit aſſumere arma, vel inſignia alterius. Et videtur dicendum quòd ſic; quia ſicut licitũ eſt aſſumere nomen proprium alterius. vt in .l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tutel. & in .l. facta. §. ſi verò nominis. ff. ad trebel. ita videtur quòd licitum eſt inſignia aſſumere; cum eadem ſit ratio in vtriſque; & vtrunque dependeat à ſimplici voluntate, vt dictum eſt. Sol. dicendum eſt, ꝙ
13 hoc licitum eſt, vbi † non generaretur aliquod præiudicium, aut aliquod ſcãdalum poſſet oriri contra alium talia inſignia habẽtem; nec etiam cõtra rempublicam. Vtputa, ſi vnius Teutonici, aut alterius longè diſtantis, vnus Senẽſis inſignia, ſeu arma aſſumeret, ſecundum docto. Secus ſi poſſet generari aliquod præiudicium. vt puta, ſi vir facinoroſus inſignia mea aſſumeret; propter quod inimici ſui poſſent ex errore, credentes me illum eſſe, offendere me; Nam poſſem implorare officium ſuperioris, vt ille talibus inſignijs nõ vtatur. Facit. l. 1. §. quies. ff. de offic. præfec. vrb. Et idem eſt, vbi aliter intereſſet reipublicæ. Vtputa, quia vnus nouus artifex, aut mercator, aſſumeret ſignum alterius artificis, ſeu mercatoris, vt merces ſuas citius, & cariori ꝑtio venderet, tãquàm factas ab optimo artifice, cum nõ eſſent ita bonæ; hoc enim ex prædicta ratione poteſt per iudicem prohiberi. Facit. l. libertus negotiatoris. ff. de oper. liber. & quod not. in .c. in nonnullis. ſ. de iudæ. & in .l. iudæos. C. de iudæ. vnde ſentit ſingulariter Bal. in. q. ſua, quæ incipit, Accuſatus de vi
14 turbatiua. col. 3. quòd ſi vnus † Notarius aſſumit ſignum alterius, quod facere non poteſt; agitur contra eum de vi turbatiua. Quinimò plus dicit ibi Bal. quòd Doctor, vel Notarius, qui cœpit vti ſigillo, vel ſigno vno, non poteſt vti poſtea alio; niſi ex cauſa. Et ſi vtitur, incidit in crimen falſi. per not. in .l. 1. C. de ſport. Et hoc etiam no. Guil. & Bal. in .l. comparatio-
15 nes. C. de fi. inſtru. Et de materia † ſigilli dixi in .c. 2. de fi. inſtrum. De inſignijs autem, & armis vide etiam tractatum Bal. quem ſuper hoc compoſuit. Glo. 1. colligit not. ex tex. deinde
16 tractat ſubtiliter † qualiter quinque modiș dicatur vnum corpus, & interſerit differentiam
17 inter † partes integrales, & diſtantes; de qua materia dic, vt traditur in .l. rerum mixtura. ff. de
vſuca. & in iuribus per glo. hic allegatis. In ſi. glo. dic, hæc glo. licet ſubtiliter loquatur, non tamen reddit ſufficientem rationem, quare iſti clerici non poterant facere collegium. Vnde pro clariori doctrina ſecundum. D. m. poſt Innoc. hic, & poſt Bar. in .l. ſi. ff. de colleg. illi. & vt
18 patebit ex infra dicendis, regulariter † collegia omnia ſunt prohibita. Nec poſſunt fieri nouæ ſectæ, aut religionis ſpecies, vt dicam. j. in. 5. q. princip. & in. 6. Quare licet iſti clerici eſſent in eccleſia, vt ſingulares, non tamen poterant ꝓpria authoritate cõſtituere ſibi collegium. Sed debebat interuenire authoritas ſuperioris, vt dicam infra in. 6. q. Et maximè cum eſſent ſubditi; vnde in præiudicium ſuperioris non poterant ſibi conſtituere collegium præiudicatiuũ poteſtatis ſuperioris, vt patebit ex infra dicendis. Et ideò meritò prohibentur vti ſigno collegij, cum non haberent collegium, per ea quæ dixi. ſ. in vltimo not. Et hinc ſumpta occaſione Innoc. hic, & Io. And. tractat latè materiam collegiorum; ſed ſatis confuſè. Et ideò. d. An. hic, magis diſtinctè ipſam materiam tractat per octo quæſt. principales. Ego verò quia multũ bene conuenit tex. noſtro, ipſam materiam longè magis ordinatè, & latè, licet ſub compendio quantum potero, tractabo per infraſcriptas q̃ſtiones. Prima quæſtio erit, quid ſit collegiũ. Secunda, vnde dicatur. Tertia, quæ requirãtur ad eſſe collegij. Quarta, quotuplex ſit. Quinta, quæ collegia ſint permiſſa, & quæ prohibita. Sexta, qui poſſint conſtituere collegium, & an requiratur authoritas ſuperioris. Septima, quot homines conſtituant collegium. Octaua, quæ perſonę poſſunt eſſe in collegio. Nona, an quis poſſit cogi eſſe de aliquo collegio. Decima, an de iure quis poſſet eſſe de pluribus collegijs. Vndecima, qualiter debeant ſe appellare collegiati. Duodecima, quod ius habeant homines de collegio in rebus, & bonis collegij. Decimatertia, qualiter congregetur vniuerſitas. Decimaquarta, quos actus poſſit vniuerſitas exercere; & qui debeant interuenire; & qualiter collegium poſſit agere, & qualiter cõueniri. Decimaquinta, vtrum collegium poſſit condere ſtatuta, & qualia. Decimaſexta, corã quibus collegia debeant conueniri. Decimaſeptima, vtrum quis poſſit liberè exire de collegio. Decimaoctaua, qualiter collegia diſſoluantur. Decimanona, quid agendum ſit de bonis collegij, deſtructo collegio. Vigeſima, qualiter fieri debeat diuiſio de bonis collegij inter illos de collegio, vbi dicta bona inter ipſos veniunt diuidenda. Vltima, vtrum deſtructo collegio, remaneant priuilegia ipſius collegij. Pri-
19 mo igitur quæro, quid ſit † collegium. Sol. dic, quòd eſt collectio hominum ſimul viuentium, ſecundum Hug. & Archidi. 12. q. 2. in .c. epiſcopus. §. qui manumittitur. Sed non placet, quia poteſt eſſe collegium ex hominibus; qui tamen non ſimul viuunt; vt patebit ex infra dicendis. Et ideò arbitror, quòd poſſet ita deſcribi. Quòd eſt ſocietas plurium corporum,
ſeu

ſeu hominum inter ſe diſtantium, vno nomine
deputata collegio. & hoc colligitur ex.l.1.ff.de
coll.illi. & patebit ex infra dicendis. Secundo
20 quæro,†vnde dicitur collegium. Sol.dic quòd
dicitur à colligendo; quia homines ipſius ad
inuicem colliguntur. vt in auth.de monac.§.co
gitandum.tradit Archid. in.d.§.qui manumit
titur.&.c.epiſcopus.12.q.2.& gl. & Bal.in.l.1.
21 ff. quod cuiuſ. vniuer. Hoc autem collegium
quandoq; appellatur corpus.Et ideò omnes de
collegio dicũtur incorporati collegio.vt.C.de
priui.corpo.li.11.l.vni. Quandoq; verò appel
latur Capitulũ. vt in.c.capitulũ ſanctæ Crucis.
de reſcript. &.s̃.de ijs quæ fi. à ma.par. cap. in
rub.& nigro. Licet Capitulum habeat alia plu
ra ſignificata. de quibus per Io.And.in.c.repre
henſibilis.de appell.& in.c.Ioannes. de regu.
Quandoq; etiã appellatur vniuerſitas. vt in.l.1.
in prin.ff.quod cuiuſ.vniuer. Et de duplici ſpe
cie vniuerſitatis vide Bal. in.l.1.ff.de dã.infect.
Quandoq; appellatur cętus. vt dicit Bart.in.l.
prætor.ij.in prin.ff.vi bon.rapt. Nam & cętus
hominum ciuitates conſtituunt. vt dicit Cice.
in prohe.de Repub. Quandoq; etiam appel-
latur Gens,& quandoq; Congregatio, de qui-
bus per Bart.in.d.l.prætor. Quandoq; etiam
collegia Societates appellantur. vt in.l.1. circa
princ.ff.quod cuiuſ.vniuer. Item & quãdoq;
appellantur Fraternitates. vnde homines eiuſ-
dem collegij confratres dicuntur. vt in.l.fi.ff.de
colleg.illic. Quandoq; etiam appellantur So-
dalia.vt in.l.1.in prin.ff.de colleg. illic. Quan-
doq; etiam collegium appellatur Conuentus,
à cõueniẽdo in vnũ.vt not.15.diſt.in.c.1.in fi.
vbi probatur,quòd conuentus,cętus, & conci-
lium pro eodem ſupponuntur. Habet etiam
quandoq; & alia nomina, quæ conſuetudo at-
tribuit ſecundum diuerſitatem regionum.vt di-
cit Bar.in rub.ff.de colle.illi. Et vt plurimum
denominatur ab arte,vt collegium Campſorũ,
Notariorum, & ſimil. Et interdum ab effe-
ctu pietatis,vel exercitij, vt collegium fruſtra-
torum, & collegium viſitantium infirmos; &
collegium captiuos redimentium; & collegiũ
eleemoſinam facientium, cum ſimi. Tertio q̃-
22 ro, †quæ requirãtur ad eſſe collegij. Sol.Inno.
hic,ponit duas opin. Prima, quòd ſint alicuius
profeſſionis,vel negotiationis,aut artis, vel ali-
cuius pietatis,vt Grammatici,Campſores, Le-
giſtæ,Canoniſtæ, & ſimiles. Secundo, quòd
habeãt rectorem,vt caput;& habeant commu-
nem arcam,& cõmune ſigillum;& quòd vnian-
tur ad aliquem bonum finem, vel ad aliquam
cauſam approbatam. Secunda opinio eſt, ꝙ
non requirãtur tot;ſed ſufficit eorum nuda vo-
luntas,tacita,vel expreſſa,qui volunt ſimul con-
uenire; & quòd fiat ad finem alicuius iuſtæ cau
ſæ,& honeſtæ,aut à iure permiſſę,quamuis à iu-
re non conſtituatur; vel arcam communem nõ
habeant;talia enim potius ſunt ſigna extrinſeca
collegij. Requiritur tamen, quòd habeant cõ-
mune nomen.Et nominatio communiter fit ab
arte,vel effectu.vt.s̃.dixi.Vnde dicit Bar.in.l.2.
23 ff.de extraor.cri.quòd †ſuperior poteſt deſti-
tuere collegia,quæ videntur facta pietatis cau-
ſa, ſi in ſtatutis collegij non continentur aliqua
ad pietatem pertinentia. Et quòd ad eſſe colle
gij non requiratur quòd habeat rectorem, te-
net etiam Inno.in.c.irrefragabili.§.exceſſus.de
offic.ord.& in.c.cum non ignores. & ibi etiam
D.m.s̃. de præben. & probatur in.l.1.ff.quod
cuiuſ.vniuer.& Bal.in rubr.C.pro ſo.& Bart.in
.l.fi.ff.de colleg.illi.Pau.in clem.1.de regu. Et
ideò facientes collegium, non tenentur ſibi eli-
gere rectorem; ſed totum corpus eſt rector. in
cle.2.de æta.& qualit. Bal.tamen in rub.C.ꝓ
24 ſo.dicit,quòd dignior† habetur loco Præpoſiti,
vel Rectoris,qui põt agere,conueniri, & con-
gregare collegium. per not.per Inno.in.c.1.s̃.
de maio.& obed. Item vt dixi, inter alia neceſ-
ſarium eſt,quòd fiat ex iuſta cauſa. Et dicit In-
noc.hic,quòd iuſta cauſa eſt,ſi fiat ad defenſio-
nem iuſtitiæ;vel ne fraudes in negotiationibus
committantur, ſecundum quod infra dicetur.
Et generaliter, quæ ſint ſigna ad cognoſcẽdum
vniuerſitatem,ſeu collegium;vide etiam per In-
noc.in.c.poſtulaſti.& in.c.nobis.de iure patro.
& per Pau.in clem.vt ij qui.de æta.& qualit. &
Hoſt.in ſum.huius tit. Item aduerte, quòd li-
cet ſupra dixerim; quòd ad eſſe collegij non eſt
neceſſarius rector; tamen illi de collegio,ſi vo-
lunt,poſſunt ſibi conſtituere rectorem. vt in.l.
fin.C.de iur.om.iud. Facit.l.item magiſtri.ff.
25 de pact. Et aduerte, quia ſi in†collegio eſſent
clerici,& laici,& rector deberet habere iuriſdi-
ctionem,vt contingit in collegio,& vniuerſitate
ſcolarium.vt in auth.habita.C.ne fi.pro pa. lai-
cus non poſſet eſſe rector. Et ideò ſtatutum
noſtrum dicit, quòd ſit clericus non coniuga-
tus. Secus ſi rector nullam eſſet habiturus iu-
riſdictionem;nam poſſet tunc eſſe laicus; licet
in collegio ſint etiam clerici. vt tenet ſingulari-
ter Bar.in.l.fin.ff.de colle.illi. Quarto quæro,
26 †quotuplex ſit collegium. Sol.Inno. dicit hic,
quòd quoddam eſt perſonale, quod fit ad ali-
quod negotium perſonale, vel aliquem pium
actum exercendum; vt eſt collegium alicuius
profeſſionis.i.negotiationis,vel alicuius pieta-
tis. Quoddam eſt collegium reale,vt ciuitatis,
caſtri,vel villæ. Subdit tamen,quòd hæc nomi
na non ſunt à iure impoſita; ſed magiſtralia,
ad inſtar ſeruitutum perſonalium, & per re-
ſpectum an debeantur perſonæ; quo reſpectu
aliqua collegia dicuntur regularia,& alia perſo-
nalia;& ſequitur hic.d.Ant. Bal.verò in rubr.
27 C.ꝓ ſoc.dicit,†quòd ſocietas collegialis poteſt
fieri propter triplicem finem.ſ.propter bonũ
honeſtum;vt ſi fiat vt auxilietur viduis, pupil-
lis,& ſimilibus miſerabilibus perſonis. Item
propter bonum delectabile; vt ſi fiat ad tripu-
diandum,bibendum, & comedendum, aut ad
ſimiles actus. Item propter bonum vtile; vt
propter vectigalia. Item adde, quòd propter
publicam vtilitatem; videlicet, vt prouidea-
tur neceſſitatibus ciuitatis,villæ,vel caſtri, vel vt
merces bene vendantur; & vt negotiatores li-
citè,



citè, & legaliter negotientur. Et hęc adde ad
ea,quæ dicta ſunt in præcedenti quæſtione, cui
28 conueniunt. Quinto q̃ro, quæ collegia† ſint
permiſſa,& quæ prohibita. Sol. regula eſt, ꝙ
omnia collegia intelliguntur prohibita, niſi re-
periantur expreſsè permiſſa. vt in.l.collegia.§.
in ſumma.ff.de colle. illi. Permiſſa autem intel
liguntur tàm à iure gentium, quàm à iure ciuili
collegia,quæ ciuitates appellantur,& caſtra, &
villæ.vt.l.ex hoc iure.ff.de iu.& iur. & ponit gl.
in.l.1.§.1.ff.quod cuiuſ.vniuer.& tradit Bal.in
.l.fi.ff.eod.tit. Item approbata intelliguntur
collegia,quæ pietatis,aut religionis cauſa fiunt.
Quod intellige,quando inſtituerẽtur cum hoc,
quòd perſonæ talis collegij remanerent ſæcu-
lares;vt ſunt collegia diſciplinatorum, & aliarũ
fraternitatum cõſtitutarum ad pios actus exer
cendos; quæ de iure communi etiam ſunt per-
miſſa. vt eſt tex.in.l.fin.ff.eod.& ibi Bar. Secus
ſi fierent religionis cauſa; ita vt perſonæ ipſius
collegij efficerentur eccleſiaſticę, quia hoc fieri
nõ poteſt;nec approbata ſunt,niſi fiant cũ ſupe
rioris authoritate. vt in.c.fina.s̃.de re.do. & in
c.1.de re.do.lib.6. Item permiſſa intelligũtur
à iure communi,ſecũdum Bart.collegia docto-
rum,& ſcolarium.vt in auth.habita.C.ne fi.pro
pat. Item collegium plurium facientium vnam
artem,vel negotiationem licitam in vna ciuita-
te,vel loco.vt.d.l.fi. Et dicit glo.in.l.1.ff.quod
cuiuſ. vniuer. quòd omnes artes enumeratæ in
.l.fi.ff.de iur.immun. habent collegium appro-
batum à iure communi. Permittitur etiã pau-
peribus perſonis collegium facere pro ſuſten-
tatione eorum vitæ;dummodo non conueniãt
niſi ſemel in menſe. vt in.l.1.§.1.ff.eod. Alia
autem collegia,& omnes aliæ ſectæ,regulariter
ſunt prohibitæ, vt dixi. Et ex prædictis infert
29 hic Inno.d.An.& Bar.in.d.l.fin.quòd ligæ,†&
cõfœderationes,quæ fiunt inter ciuitates,Prin
cipes,& Barones,regulariter non tenent. Non
30 obſtat†.l.non dubito.ff.de capti. vbi ciuitates
inuicem cõfœderantur, & colligantur; quia il-
lud procedit in ciuitatibus liberis, quæ poſſunt
cõfœderari;& maximè ciuitati Romanæ. Sed
plures ciuitates, vel Barones, qui ſubeſſent vni
domino,vel principi, non poſſunt facere iſtam
confœderationem. Facit quod not.in.c.fi.de
teſti.cog.& in.c.fi.de ſchiſma. Talia enim ſunt
ſodalitia,quæ prohibita ſunt. vt.l.1.ff.de colle.
illic. Et ex prædictis infertur ſecundum Bart.
quòd ciuitates Tuſciæ,vel ſimiles,non recogno
ſcentes ſuperiorem,poſſunt facere talem cõfœ-
derationem. Et ex prædictis infertur, quare
hic in tex.noſtro, Papa prohibet iſtis, ne vtan-
tur ſigillo tanquàm collegij;quia cum non poſ-
ſint facere collegiũ,cum ſubeſſent Abbatiæ; &
quia erant perſonæ eccleſiaſticæ, non poterant
31 vti ſigno collegij. Sed† an collegium iudęorũ
dicatur approbatum,vel reprobatũ. Sol.Bart.
tenet ꝙ non ſit reprobatum ratione ſectæ. in.l.
cum ſenatus.ff.de reb.dub.vide ibi per eum. &
adde quæ dicam in ſequenti quæſtione. Sexto
32 quæro,†qui poſſint cõſtituere collegium,& an
requiratur authoritas ſuperioris. Solut.dicit
d.Ant.poſt Inno.quòd quidam ſunt, qui habẽt
neceſſe ſimul conuenire propter aliquam pro-
feſſionem,artem,ſeu negotiationem;vt Docto-
res,Scolares,Campſores,& ſimiles, & tales à ſe
ipſis poſſunt conſtituere collegium;quia habẽt
à iure authoritatem,ex eo ꝙ approbata ſunt.vt
dixi in pręcedenti quæſtione; & probatur in.l.
omnibus.ff. ad trebel. Quidã verò ſunt plu-
res,vt plures,qui non habent neceſſe ſimul cõ-
uenire,& requiritur ſuperioris authoritas. vt in
.l.fi.ff.de colle.illi. Et hinc poteſt ſumi alia rõ
deciſionis prohibitionis poſitæ in tex. noſtro.
Sed contra prædicta opponitur, & videtur,ꝙ
etiam homines cuiuſcunq; negotiationis, etiã
approbatæ,non poſſunt conſtituere ſibi colle-
gium;cum collegia abſque Senatuſconſulto,vel
Principis authoritate fieri non debeant. vt in
d.l.fin. Sol.dicit hic Innoc. & ſequitur.d.Ant.
quòd aut plures volunt conſtituere collegium
pro aliqua iuſta cauſa à iure approbata, vel pro
33 publica vtilitate, de quibus.s̃.dixi; Et † cum
hoc ſit à iure conceſſum.vt.l.1.ff.de colleg. illi.
non eſt neceſſarium precibus implorare.l.1.C.
de theſau.lib.10. Aut homines,qui volũt vni-
re collegium parum habent ſimul facere; vt sũt
34 quandoq;†ciuitates, & principes volentes col-
legium inchoare; & non poſſunt ſine authori-
tate ſuperioris,ſecũdum Innoc.Qui alibi dicit,
quòd iſtæ præſumuntur cõiurationes; & quòd
fiant ad aliquod malum contra ſuperiorem. vt
in.c.1.s̃.de ſchiſma.& ſequitur.d.Ant. & adde
quæ dixi in quæſtione præcedenti.Et plus dicit
35 in.c.cum ab eccleſiarum.de offi.ord.quòd†ci-
uitates,caſtra,vel villæ, non approbatæ à ſupe-
riore,non gaudent priuilegio ciuitatis, caſtri,
vel villæ. Bar.verò in.d.l.fin.dicit,quòd appro
batio non eſt neceſſaria,cum ſit permiſſa à iure
gentium,vt dixi in præcedenti quæſtione. Et à
iure ciuili non ſit reprobata;niſi quãdo illa ædi-
ficiorum colligatio tenderet ad æmulationem
alicuius ciuitatis, vel materiam ſeditionis præ-
beret. vt eſt tex.in.l.opus.ff.de op.pub. Facit
36 .l.per prouincias.C.de ædific.priuat. Et†hoc
quantum ad hoc,vt collegia illa dicantur popu-
lus,vel collegium. Sed quantum ad hoc, vt di-
catur ciuitas, quia ciuitas in vſu noſtro non ap-
pellatur,niſi habeat Epiſcopatum;& Epiſcopa-
tum habere non poteſt ſine authoritate ſupe-
rioris;ſequitur quòd appellabitur caſtrum, vil-
la,vel populus, ſecundum diuerſa nomina; &
37 collegium erit. Subdit tñ Inno. ꝙ † talis ſub-
ditorum colligatio eſſet approbata eo ipſo, ꝙ
ſuperior ſcriberet tanquàm ciuitati, caſtro, vel
villæ. Sed dicit Bart.quòd hæc approbatio nõ
requiritur quantum ad hoc,vt ſit collegium, vt
dictum eſt. Et quantum ad hoc, vt ſit ciuitas,
dic ꝙ non ſufficeret, vt patet ex prædictis. Et
an per ſalutationem,quam Papa,vel ſuperior fa
cit,ſcribendo vniuerſitati,videatur illam appro
bare,vide.s̃.in ſalut.prohe.Greg. & quod tra-
ditur in cle.fi.& maximè ibi per Steph.de ſent.
excom.& in cle.fi.de ſtat.regu. Septimo quę-
ro,

38 ro,† quot homines conſtituant collegium. Sol.
tex. eſt in.l. neratius priſcus. de verbo. ſign. tres
facere collegiũ exiſtimat. & idem tenet Bart. in
rub. & in.l. fin. ff. de colle. illi. & Bal. in rub. C. ꝓ
39 ſoc. Octauo q̃ro,† quæ perſonæ poſſint eſſe in
collegio. Sol. dicit Bar. in. d.l. fi. quòd tàm ma-
ſculi, quàm fœminæ; ſi tamen illud cuius gratia
collegium celebratur, non repugnat ſtatui mu-
lieris; prout eſt in collegio religionis; vt in eccle
ſia maiori ſancti Petri Florentiæ. & in monaſte-
rio, ꝙ appellatur ibi, il Paradiſo, dixi in cle. 1. de
electio. in glo. 3. vel ſi eſſet collegium ad actus
pios exercendum, vel etiam ad negotiationem;
Secus ſi repugnaret ſtatui mulieris: vt in colle-
gio decurionum, vel doctorum, de quo mulier
eſſe non poteſt. vt in.l. fi. ff. de reg. iur. Et idem
dicendum eſt de ſeruo, qui poteſt eſſe de colle-
gio quod conuenit ſtatui ſuo; requiſita tamen
domini ſui licentia. vt in.l. penul. §. fi. ff. de col-
leg. illi. Et idem dicit Bart. in. d.l. fin. de mona-
cho, ſeu religioſo, qui non poteſt tranſire ad
aliud collegium ſine licentia ſuperioris. Et idẽ
ego dicerem de pueris, in actibus conuenienti-
bus ipſis. Quare & ipſi dicuntur eſſe de vniuer
ſitate, de populo, & de ciuitate. vt not. Inno. in
c. 2. ſ. de ope. no. nun. & in. c. grauem. ſ. de ſent.
40 excom. Quid autem † de expulſis propter par
tialitates, an dicantur facere collegium. ſ. ſub-
dam in. 15. quæſtione. Sed poſſet dubitari
41 vtrũ † de collegio poſſint eſſe homines diſparis
profeſſionis. D. m. in. c. pen. de teſta. & in. c. cũ
cauſam. de elect. per ea quæ traduntur in. c. in
noua. 16. q. 7. dicit ꝙ non; ſi debent ibi inter-
uenire, vt collegium. Secus ſi vt ſingulares. vt
in. c. per tuas. de arbit. & in. c. vbi periculum. de
elect. lib. 6. tradit Innoc. in. c. cum ab eccleſiarũ.
de off. ord. & vide quæ latè dixi in. d. clem. 1. de
elect. Et aduerte, quia ſi in collegio ſint homi-
nes diuerſæ qualitatis, attenditur maior quali-
tas, & dignitas. Facit quod ſtatim dicam in
42 11. q. & in. 14. Nono quæro, † an quis poſſit
compelli, vt ſit de aliquo collegio. Sol. Innoc.
hic, & d. An. dñt, ꝙ collegia perſonalia alicuius
profeſſionis, vel artis, ſunt voluntaria. Vnde nõ
poteſt quis compelli intrare collegium Docto-
rum, Campſorum, vel ſimilium; & qui intrauit
poteſt liberè exire, niſi ſtatutum contradiceret,
ꝙ exire non poſſet; vel exercens talem actum
teneretur intrare, ſeu ſe incorporare facere. In
collegijs verò realibus, eo ipſo ꝙ quis eſt de ci-
uitate, vel habet domicilium in ciuitate, eſt de
collegio ipſius, donec mutet domicilium; quod
licitum eſt. vt in. c. propoſuiſti. ſ. de fo. compet.
& in.l. aſſumptio. ff. ad munici. Quid autem ſi
43 † ex forma ſtatuti volens incorporari collegio,
teneatur aliquid ſoluere; an filius incorporati
teneatur ſoluere; tex. eſt ſingularis ꝙ non, in.l.
fi. in fi. C. de aduo. diuer. iud. Decimo quæro,
44 an de iure † quis poſſit eſſe de pluribus colle-
gijs. Sol. dicendum ſecundum Inno. & docto.
hic, ꝙ in perſonalibus non poteſt. per.l. 1. §. fi.
ff. de colleg. illi. Sed in regularibus poteſt. Sed
melius dicit Bart. in. d.l. fina. Quòd quædam
ſunt, quæ ſubalternantur ad inuicem; & habent
ſe vt totum, & pars, ſicut corpus, & membra.
Exemplum in noſtra vniuerſitate ſcolarium, q̃
diuiditur in tria membra; videlicet, Canoni-
ſtas, Legiſtas, & Artiſtas. Et alibi, vt Bononiæ;
Diuiditur in Vltramontanos, & Citramonta-
nos. Et etiã quęlibet pars diuiditur per natio-
nes. Et iſto caſu poteſt quis eſſe in toto, & in
vno membro totius; ſicut poteſt vnus eſſe de
vna prouincia, & de vna ciuitate. & in ciuitate,
de vno populo, & vna factione, ſeu partialitate,
& ſic de ſimilibus. Quædam ſunt collegia, quę
habent ſe vt ſpecies ſeparatæ. Et ſubdiſtingue,
quia aut quæritur, vtrum quis poſſit eſſe de vno
collegio neceſſariò, & in alio voluntariè; verbi
gratia, tu es ciuis huius ciuitatis origine; & ſic de
collegijs iſtius ciuitatis neceſſariò, vt ſtatim di-
xi. Poteſt tamen effici de collegio alterius ci-
uitatis voluntariè. vt in.l. domicilium. & in.l.
aſſumptio. & in.l. nihil. ff. ad municip. & traditur
in. d. c. propoſuiſti. Aut quæritur an quis poſſit
eſſe in pluribus collegijs voluntarijs. & Innoc.
hic tenet ꝙ non. Sed tu diſtingue. Quòd aut
exercitium vnius, non eſt impedimentum ad
exercitium alterius collegij. Exemplum, licet
tu ſis de collegio alterius alicuius artis, vel ne-
gotiationis, tamen potes etiam eſſe de collegio
diſciplinatorum. vt. d.l. aſſumptio. & l. libertus.
§. præſcriptio. eod. tit. Facit. C. de poſtu. in.l.
quiſquis. & C. de aſſeſſor.l. fina. Si verò vnius
exercitium eſſet alterius impedimentum, tunc
procedat dictum Innoc. per. d.l. 1. §. fina. ff. de
colle. illi. Facit.l. omnes qui. C. de decu. lib. 10.
45 Vndecimo quæro, † qualiter debeant ſe appel-
lare collegiati. Sol. dicit Inno. ꝙ ſi ſunt perſo-
nalia, debent ſumere nomen ab arte profeſſio-
nis, vel negotiationis, quam exercent; Vt pu-
ta, collegium Canoniſtarum, Iuriſtarum, Cam-
pſorum, & ſimilium. Dicit tamen, quòd tales
non comprehendunt vniuerſaliter, & indiſtin-
ctè omnes talem profeſſionem, vel negotiatio-
nem exercentes; ſed debet nomen reſtringi ad
loca, vbi talia exercentur; & ſic debent ſe nomi-
nare ſub nomine loci; vt vniuerſitas ſcolarium
Senen. Bononien. & ſic de ſimilibus. & ſequitur
hic ſimpliciter. d. Aut. Tu verò dic, vt. ſ. dixi,
quòd etiam denominantur ab effectu pietatis.
Collegia verò, quæ ciuitates, & caſtra appellan-
tur, denominantur à nomine ipſius ciuitatis, vt
vniuerſitas populi Senen. Et ſi ſunt alicuius ec
cleſiæ, à nomine ipſius eccleſiæ; & in hoc non
46 eſt magna vis. Et aduerte, quia ſi in † collegio
eſſent diuerſæ qualitates, attenderetur maior
qualitas, & dignitas. vt tenet gl. in ver. fratribus
noſtris. in. c. 1. de off. leg. lib. 6. Et probatur in
omnibus iuribus, in quibus Papa loquens de
Cardinalibus, dicit, de conſilio fratrum noſtro-
rum; cum tamen ſint ibi longè plures prębite-
ri, Cardinales, & Diaconi Cardinales, qui appel
lantur filij, quàm Epiſcopi Cardinales, quos Pa
pa vocat fratres. vt in. c. quàm graui. ſ. de crim.
47 fal. & ibi dixi. Et † an Cardinales faciant colle-
gium, dixi in. c. ad liberandum. ſ. de iudæ. Et de
materia



materia ipſorum latè dixi in cle. ne romani. de
elect. Et redeundo ad propoſitum, dic, quòd
in caſu prędicto collegium ſubijcitur iudici, qui
præeſt perſonæ maioris qualitatis, vt no. glo. pe
nul. in. c. 1. de loca. & Bar. in.l. fin. præalleg. In
contrarium tamen facit quod infra ſubijciam
in. 14. q. Et vide glo. not. in ver. filijs. in ſalut. 6.
quæ vult, quòd propter multam paucitatem,
non attenditur maior qualitas. Quod ego in-
telligo, quando ageretur de collegio, vt colle-
gio; Secus de ſingulis de collegio, vt ſingulis; vt
infra ſubijciam in. 14. q. Duodecimo quæro,
48 † quod ius habeant homines de collegio in re-
bus, & bonis collegij. Sol. Azo. in ſum. in titu.
quod cuiuſ. vniuer. no. dicit, quòd in ijs quæ
ſunt vniuerſitatis, ſingulares de vniuerſitate nõ
debẽt habere partem. vt in.l. 2. §. viarum. ff. ne
quid in loc. pub. & 12. q. 2. in. c. epiſcopus. §.
qui manumittitur.l. ſed ſi hac. §. qui manumit-
titur. ff. de in ius voc. & in.l. in tantum. §. vniuer
ſitatis. ff. de re. diui. In alijs verò, quæ dantur
ſingulis, vt ſingulis, quilibet debet habere par-
49 tem ſuam. vt no. † in.l. 1. in fi. ff. de colleg. illi. &
dicit hic. d. Ant. quòd de ijs quæ collegiati cõ-
ferunt collegio, debent habere partem ſuam. vt
d.l. 1. in fi. facit quod infra ſubijciam. Sed de
alijs quæ legantur, vel donantur, non debent ha
bere partem. vt. d. §. qui manumittitur. Sed
non video quomodo primum dictum poſſit
procedere, ſi illud quod confertur collegio, cõ-
fertur vt collegio. Nec tex. in. d.l. 1. in fi. pro-
bat, quia loquitur in alio caſu. Niſi fortè eſſet
ſtatutum, vel conſuetudo, quòd diuideretur, vt
ſtatim dicam. Et aduerte, ꝙ licet glo. in. d.l. 1.
in fi. dicat, quòd quæ ſunt vniuerſitatis, ſunt ſin
gulorum. Et ad. c. epiſcopus. §. qui manumitti-
tur. cum ſimi. reſpondeat, quòd illud ſtatutum
eſt in dictis iuribus, propter magnum impedi-
mentum, & maximam difficultatem quæ ſeque
retur, ſi aliud ſtatutum eſſet; tamen illa opinio
50 non eſt vera, vt ibi dicit Bart. quia † vniuerſitas
eſt perſona repræſentata; & quod eſt vniuerſi-
tatis, nõ eſt ſingulorum; & aliud eſt collegium,
& aliud ſinguli de collegio. Circa qđ vide quæ
not. dixi in. c. dilectus. ij. de ſimon. Non obſtat
d.l. 1. in fi. per quam mouetur glo. quia loqui-
tur, quando diſſoluitur collegiũ; quo caſu quid
iuris ſit, dicam infra. Item aduerte, quia Inno.
51 hic vult, quòd etiam † res, quæ diuiduntur inter
ſingulos, vt ſingulos, non ſunt diuidendæ inter
52 ſingulos, vt abſentes. per † d. c. epiſcopus. §. qui
manumittitur. & quod not. in. c. 1. de cler. non
reſi. lib. 6. Quod arbitror verum, niſi abſentes
haberentur pro præſentibus, vt ibi not. Item
limito, ſi concederentur propter intereſſentiã,
ſeu præſentiam; Secus ſi propter aliam cauſam,
quæ non ceſſaret propter abſentiam. Et adde
ad prædicta duo ſingularia dicta perpetuò me-
moriæ commendanda, vnum Bart. in.l. ab om-
nibus. §. ſi titius. ff. de lega. 1. qui dicit, quòd ſi
53 ſtatutum dictat, † quòd vniuerſitas teneatur
damnum emendare, ſi non ceperit malefacto-
rem; quòd etiam ille qui paſſus eſt damnum, te-
netur contribuere ad emendationem. Secun-
dum ſingulare dictum eſt per contrarium, vi-
54 delicet, quòd ſi ſtatuto cauetur, † quòd condem
nationes illorum de collegio, qui non veniunt
ad collegium, vel aliter ſunt inobedientes, ciui
dantur inter illos de collegio, quòd etiam con-
demnati debent habere partem ſuam. ita volue
runt Iaco. de Are. Bart. & Ioã. de Imo. in. d. §. ſi
55 titio. An autem † vniuerſitas dicatur poſſidere
res, quæ ſunt in communi vſu; & qualiter pro-
betur ipſius poſſeſſio, vide per glo. Bar. & doct.
in.l. 1. §. fin. ff. de acqui. poſſeſſ. Decimotertio
56 quæro, † qualiter congregetur vniuerſitas. Sol.
glo. in.l. 1. ff. de off. præfect. vigil. & glo. & Bar.
in.l. 2. C. de decurio. lib. 10. ponunt plures mo-
dos; videlicet, per vocem, per ſonum campanę,
qui vt plurimum obſeruatur in magnis vniuer
ſitatibus; & plerunque præmiſſa voce pręconis;
Et poteſt etiam congregari ad citationem nun-
tij facta de ſingulis, vt ſingulis, quòd veniant ad
collegium tali die & hora. Facit. c. cum inter
vniuerſas. de elect. Et dicit Bar. in. d.l. 2. quòd
debet conſtare, quòd commiſſio ſit facta ꝑco-
ni, vt citet, aut vocet. arg.l. neminem. C. de ex-
57 hibit. reo. Et quòd † talis congregatio debet
fieri per rectorem, vel præpoſitum collegij. per
tex. in. d.l. 2 & probatur in. d.l. 1. C. de ſer. reip.
§. manumittitur. & in.l. ſi quid. C. de legatio.
lib. 10. Et vbi rector, vel præpoſitus deficeret,
ille cõuccabit qui eſt anterior, ſeu antiquior in
incorporatione; ille enim ipſo iure intelligitur
primus, ſecundum Inno. & Io. Andr. in. c. 1. ſ.
de maio. & obed. per.l. fin. ff. de fi. inſtru. & l. 2.
C. de oft. ꝑſec. præto. & l. vnicuique. C. de ꝓxi.
ſacro. ſcri. lib. 12. & l. 2. ff. de albo ſcrib. Si ta-
58 men † vocati per antiquiorem non venirẽt, nec
poſſent per ipſum multari, valebunt tamen quæ
faciunt præſentes, vt etiam not. in. c. cum nobis.
ſ. de elect. & ſequitur Bar. in.l. 1. de albo ſcribẽ.
Et idem de antiquiore tenet in. d.l. 2. C. de de-
59 curio. per.l. 1. C. de conſul. Et † ſi ille, ad quem
pertinet congregare, nollet conuocare, poterit
cogi per ordinarium, vel delegatum ſuper cau-
ſa. vt dicunt Inno. & Io. And. in. d. c. 1. Facit. c.
præterea. & c. prudentiam. §. fin. ſ. de off. dele.
& no. glo. in. c. ſi capitulo. de cõceſſ. ꝑben. lib. 6.
& Pau. in cle. 2. de æta. & quali. Si verò loqui-
60 mur † in agendis per ciuitatem, adminiſtratio
prius ſpectat ad Rectorem ciuitatis; & in defe-
ctum illius peruenitur ad conſilium, ſeu ad De-
curiones; etiam in iuriſdictionalibus. vt in.l. vbi
abſunt. ff. de tuto. & cura. da. ab ijs. tradit Bart.
in.l. nulli. ff. quod cuiuſ. vniuer. no. Aduerte ta
61 men, quia † licet non appareat, quòd vniuerſitas
fuerit congregata ex mandato ſuperioris, tamẽ
præſumitur congregata ex mandato ipſius. vt
voluit Bart. in.l. actor. ff. rem rat. habe. Quini-
mò conſuluit Cald. conſ. 11. ſub tit. de iure pat.
62 quòd † licet vniuerſitas congregetur per non ha
bentem poteſtatem, quòd nihilominus valerẽt
geſta per eam. Et ita etiam voluit Barto. in. d.
l. 2. qui dicit, quòd ſatis eſt omnes fuiſſe præſen
tes; licet non appareat conſilium conuocatum,
quando

quando nemo eſt qui lædatur. Sed ſi aliqui eſ-
ſent abſentes, non valeret conſilium, ſeu delibe-
ratio præſentium; quia abſentes potuiſſent tra-
here præſentes in aliam ſententiam. vt in. l. item
ſi vnus. §. fin. cum. l. ſeq. ff. de arbitr. Et huiuſ-
63 modi † congregatio debet fieri ad locum ſolitũ,
& honeſtum, & tutum. arg. d. l. 2. Item aduer-
64 te, quòd † ad validitatem actus geſti, non ſufficit
probare vniuerſitatem vocatam, niſi probetur
illam interfuiſſe; ita ſingulariter dicit Bar. in. l. fi.
C. de p̄di. curia. lib. 10. Facta autem congrega
tione rector, vel qui tenet locum rectoris, de-
bet facere propoſitam. vt not. in. d. l. 2. C. de de-
curio. & ibi Bart. Facit in ſimili. l. 2. §. 1. ff. ad
velleia. Putat tamen Bar. quòd ſi de propoſita
non apparet, & conſtat de voluntate conſilij, ꝙ
valeat. per. l. ſi quid. in fi. C. de legatio. lib. 10.
Facit ff. de legi. in. l. de quibus. in fi. Vide tamẽ
circa p̄dicta not. dictum Bart. in. l. actuarios. C.
65 de numer. & actua. lib. 12. qui dicit, † quòd ſyn-
dicus creatus non congregata vniuerſitate ad
ſonum campanæ, vel alio modo conſueto, aut
ſi non eſt congregata in loco conſueto, vel de
mandato ſuperioris, qui conſueuit congregare,
non dicitur legitimè ordinatus. arg. illius tex. &
ſic dicit de facto obtinuiſſe per. d. l. quod vide-
tur eſſe contra primum dictum Bart. Sed ego
concordarem, quòd iſtud vltimum intelligitur
quando omnes non conuenerunt, & tractatur
de præiudicio abſentium. Secus ſi omnes con-
ueniſſent. & ita intelligitur primum dictũ Bar.
Poſſemus etiam dicere, quòd vbi aliud non ap-
paret, debemus intelligere illam ſolemniter cõ-
gregatam; & ab habente poteſtatem; & in loco
conſueto; & ita intelligatur primum dictũ Bart.
Quod maximè procedit in factis antiquis. arg.
not. per docto. in. l. ſciendum. ff. de verb. oblig.
& in. c. quoniam contra. ẽ. de proba. cum ſimi.
Secus ſi expreſsè contrarium appareat; & ita
intelligitur ſecundum dictum Bart. Decimo-
quarto quæro, de actibus exercendis per ipſam
vniuerſitatem; & qui debeant interuenire; &
66 qualiter † collegiũ poſſit agere; & qualiter con-
ueniri, quæ materia, quia eſt nimis longa, ſatis
erit tangere per remiſſiones. Et in primis re-
gula eſt, quòd in actibus expediendis, ſufficit
maior pars. l. quod maior. ff. ad municip. quan-
doq; duæ partes, quandoq; concordia oĩum;
de quo per. D. m. & docto. in. c. cum omnes. de
conſtit. & quod ibi dicam, & in reg. quod om-
nes tangit. de reg. iur. lib. 6. aliquid dixi in. c. in
cauſis. de re iud. & per Bar. in. l. omnes. ff. de iu.
& iur. & per docto. in. l. nulli. ff. quod cuiuſ. vni-
67 uer. Et an abſentes ſint vocandi, & qualiter, &
68 qui † computentur in numero abſentium, latiſſi-
mè dicam poſt docto. in. d. c. cum omnes. Vbi
69 etiam tractabo, † an conſenſus debeat præſtari
in communi; An verò ſufficiat præſtari ſingu-
lariter; de quo etiam per glo. in. c. 1. de re. eccle.
70 non alien. lib 6. Et † qui habeant vocem in col
legio; Et quid iuris ſi commiſcentur habiles cũ
inhabilibus; vide per docto. & D. m. in. c. fi. de
71 procura. & in. c. illa. de elect. Et quid † ſi in actu
expediendo debent ad inuicem conuenire duo
collegia, An voces eorum debeant diſtribui per
capita perſonarum, an per collegia; vide tex. gl.
& docto. in. c. ſcriptum. de elect. & in. c. paſto-
ralis. de reſcrip. & in. c. 1. de paroch. & per glo.
72 in. c. 1. ne ſed. vac. lib. 6. Et ibi etiam † an vnus
poſſit committere vocem alteri; de quo per do
cto. & ibi tetigi. in. c. conſtitutus. de appella. &
in. c. quia propter. de electio. & per Io. Andr. in
reg. quod alicui. de regu. iur. lib. 6. Et qualiter
73 † conſtituat ſyndicum, plenè dixi in. c. 1. ẽ. de
ſynd. & per Bar. in. l. actor. ff. rem rat. hab. Spec.
74 in tit. de ſyndi. Et † qualiter concipiatur libel-
lus nomine collegij; per Inno. & docto. in. c. fi.
de procura. & in. c. tranſmiſſam. de elect. & per
glo. in. c. diuerſis. ẽ. de cler. coniug. & in. c. cum
eccleſia. de cau. poſ. Et qualiter contra colle-
gium ſit concipiendus libellus; & an exprimen
da nomina ſingulorum, tex. quòd non. in. c. 1.
de reſtit. ſpo. & in. c. 2. de ord. cog. & in. c. cum
dilectus. de cau. poſſ. Et qualiter ſit citanda
vniuerſitas, tractatur in dictis iuribus; traditur
per Inno. in. c. fina. de maio. & obed. & alios in
75 c. 1. quod met. cau. Decimoquinto q̃ro, † vtrũ
collegium poſſit condere ſtatuta, & qualia. Sol.
diſtinguere debes inter ſæcularia, & eccleſiaſti-
ca. In ſæcularibus dic, quòd aut eſt vniuerſitas
76 quæ habet omnimodam iuriſdictionem; † vt
regulariter habent ciuitates; & non eſt dubiũ,
quòd ſimpliciter poſſunt ſtatuta condere. vt in
. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & in. l. Antio-
chenſium. ff. de priuileg. credi. Aut habet iu-
riſdictionem modificatam; & eatenus poteſt,
quatenus ſe extendit iuriſdictio. vt in. c. eccleſia
ſanctæ Mariæ. ẽ. de conſtit. & in. c. 2. de conſtit.
lib. 6. Aut nullam habet iuriſdictionem; vt
ſunt caſtra, & villæ, ſecundum quod not. Bar. in
. l. 1. ff. de dam. infec. & Inno. in. c. ad ſedem. de
reſtit. ſpo. & vt etiam ſunt collegia artificum; &
77 dicendum, quòd non poſſunt; quia facere † ſta-
tuta dependet à iuriſdictione. vt tradit Bart. in
. l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. & Bar. & Bal.
in. d. l. omnes populi. & Innoc. in. c. cum acceſ-
78 ſiſſent. & c. cum omnes. de conſtit. Quod † li-
mita reſpectu eorum, quæ dependent à iuriſdi-
ctione; Secus reſpectu eorum, quæ deſcendunt,
& reſpiciunt adminiſtrationem rerum ſuarum;
vt de modo congregandi, pœna ſoluenda, col-
lecta imponenda, & arte exercenda, & ſimili.
Nam poſſunt talia ſtatuta facere. argu. l. 1. & . l.
ambitioſa. ff. de dec. ab or. faci. & quod traditur
in. d. c. cum omnes. & d. c. cum acceſſiſſent. &
quod not. Io. And. in. c. conſtitutionem. de ver
bo. ſig. lib. 6. Et volunt Bart. & Bal. in d. l. om-
79 nes populi. Quod etiam † limita, dummodo
non faciant leges, per quas præiudicetur alijs;
vt puta, quòd ſolum certę perſonę poſſint illã
artem exercere, & non alij. Vel quòd ſolum
alij recipiantur, & non alij. Vel quòd quibuſ-
dam doceatur, & non alijs. Niſi fieret ex iuſta
cauſa. arg. l. fi. ff. de off. procu. cæſa. Vel ſi ſta-
tuerent, quòd opus cęptum ab vno, alius non
poſſet perficere. arg. l. vni. C. de monopol. Et





80 an requiratur † in condendis ſtatutis per vniuer
ſitatem conſenſus, vel authoritas rectoris. vide
per Compoſt. & docto. in. d. c. cum omnes. &
per Bar. & Bal. in. d. l. omnes populi. Et ſi vni-
uerſitas eſt diuiſa per Terceria, vt hæc ciuitas Se
narum; Aut per Quarteria, vt Florentia, non po
teſt quælibet pars ſtatuere circa ea quæ ſunt iu-
81 riſdictionis; quia † iuriſdictio eſt penes totum
populum. Et ita limita primum dictum. Nec
82 obſtat † . l. 2. §. deinde cum eſſent. ff. de ori. iur.
quia ibi illa Plebiſcita valent ex confirmatione
ſubſecuta ab habente poteſtatem à toto popu-
lo. Sed quantum ad adminiſtrationem rerum
pertinet, poſſunt Terceria, & Quarteria ſtatuta
facere, ſecundum Bart. poſt Iaco. de Are. in. l. ſi
83 quis à filio. §. 1. ff. de lega. 1. Et † ſi vna pars eſ-
ſet expulſa de ciuitate ex legitima cauſa; vt puta
Guelphorum; reliqua pars poteſt facere ſtatu-
tum contra expulſos. Secus ſi fuiſſet expulſa
ſine legitima cauſa. ita dicit Bar. & doct. in. d. l. ſi
quis à filio. §. fin. & Innoc. in. d. c. cum acceſſiſ-
84 ſent. & Bal. in. d. l. omnes populi. Quid aũt † de
vniuerſitate Doctorum permixta cum vniuerſi
tate Scolarium, prout communiter eſt; vtrum
vna per ſe, poſſet ſtatuere in præiudicium alte-
rius? vt puta, Doct. ſtatuunt, quòd doctorãdus
debeat plus ſoluere ſolito. Et videtur quòd nõ
poſſint. vide Bart. & Bal. in. d. l. omnes. & per
Pet. de Anch. in repet. c. 1. de conſtitut. in. 9. q.
85 princi. Vbi etiam tractat, quid † de Capitulis
eccleſiarum cathedralium. Et de Capitulis ſede
vacante. de quibus omnibus latius dicam in. d.
c. cum omnes. & aliquid per Io. And. in. d. c. cõ-
ſtitutionẽ. de verbo. ſign. lib. 6. Decimoſexto
86 quæro, † coram quibus ſint conuenienda colle-
gia. Sol. dic ſecundum. d. Ant. hic, poſt Innoc.
quòd ſæcularia corã ſæculari. vt in. l. 1. in princ.
ff. de colleg. illi. Clericorum coram eccleſiaſti-
co. vt in auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cler. vbi
87 not. Et ſi mixtum eſt † collegium ex clericis, &
laicis, quò ad ſpiritualia non eſt dubium, quòd
coram eccleſiaſtico. vt in. c. 2. de iudi. etiam ſi
totum eſſet laicorum. Sed quò ad temporalia,
attenditur maioritas numeri. Vnde ſi maior
pars eſt laicorum, coram laico; ſi clericorum co-
ram eccleſiaſtico; ſi æquales ſunt, coram eccle-
ſiaſtico; quia dignior trahit ad ſe minus dignũ.
Facit. l. quicquid. §. cum partes. ff. de acquir. re.
do. & tradit. D. m. in. c. ex literis. de conſtitut.
Quod intelligo, quando vt collegium eſſet cõ-
ueniendum. Sed ſi vnus vt ſingularis de colle-
gio eſſet conueniendus, & eſſet clericus, licet
omnes alij eſſent laici, deberet conueniri coram
iudice eccleſiaſtico. per. c. cum ſit generale. ẽ. de
fo. compet. & ita concordat cum ijs quæ dixi
in. 8. & in. 9. quæſt. Decimoſeptimo quæro,
88 † vtrum quis poſſit liberè exire collegium. Sol.
dicit Bar. in. l. fin. ff. de colleg. illi. quòd in colle-
gijs voluntarijs, ſicut quis poteſt liberè ingre-
di, ita & exire. vt in. l. 1. in fi. ff. de colleg. illi. Sed
ſi voto ſe aſtrinxiſſet quis ad collegium alicuius
religionis approbatæ, non poſſet exire, niſi in
certis caſibus, de quibus per Hoſtien. in ſum. in
tit. de regu. §. penult. Decimooctauo quæro,
89 † qualiter collegia diſſoluantur. Sol. dic, quòd
tribus modis; vno modo voluntate omnium
exiſtentium in collegio. vt in. d. l. 1. in fi. Facit
. l. ſi vſufructus ciuitati. ff. qui. mo. vſuf. ami. Et
adde quæ dicit Bar. in. l. eius. §. fin. ff. ad munic.
Quod intelligo, niſi aſtricti ſint voto. Facit qd
dixi in præcedẽ. q. Secundo modo, deſtruitur
per caſum; puta, quia omnes ſunt mortui, vt in
. l. ſicut. §. fi. ff. quod cuiuſ. vniuer. Vbi tex. etiã
ſingulariter vult, quòd licet perſonæ ſint muta-
tæ, adeò quòd nullus ex primis remanſit, nihi-
lominus durat idem collegium, & eſt tex. valde
ſingularis in. l. proponebatur. ff. de iudi. Et li-
90 cet † etiam omnes mortui ſint, & vnus ſolus re-
manſit in collegio, tamen omnia iura collegij
ſunt penes iſtum ſolum. vt. d. l. ſicut. §. fin. Qd
ego ſingulariter limito ſecundum Iac. de Are.
Cy. & Bal. in. l. non ambigitur. ff. de legi. ſi mo-
do ſubſit ſpes reparationis. Secus ſi deficiat. Et
91 ideò hodie † Senator vrbis non dicitur habere
poteſtatem collegij ſenatorum; quia non eſt
ſpes reparationis; nec eſt collegium habitu, aut
92 actu. Ex quo ego infero, quòd † licet omnes
de collegio eſſent mortui, ſi tamen eſſet ſpes col
legij in habitu, ita quòd per nouum introitum
poſſet reparari, non diceretur diſſolutum. vt
etiam ſentit Bal. in. d. l. ſicut. §. fina. Facit quod
not. Inno. in. c. cum ſuper. de cau. poſ. Tertio
93 deſtruitur collegium † præcepto, & mandato ſu
perioris; puta, propter aliquod delictum, ſecun
dum quod traditur in. l. 3. in prin. ff. de colle. il-
lic. tenet Bart. in. l. fin. eod. titu. Vtrum autem
94 † vniuerſitas poſſit delinquere, & qualiter; Et
an poſſit accuſari, & qualiter; Et an poſſit puni-
ri, & qualiter; Et an punita vniuerſitate, poſſunt
etiam ſinguli puniri, pleniſſimè tractaui in. d. c.
95 dilectus. 2. ẽ. de ſimon. Vigeſimo quæro, † de-
ſtructo collegio quid agendum ſit de bonis ip-
ſius collegij. Inno. hic tãgit, & poſt eum. d. An.
ſed multum defectiuè. Vnde dic latius ſecun-
dum Bar. in. d. l. fin. quibuſdam additis. Quòd
quædam ſunt collegia, quæ poſſunt habere bo-
na in cõmuni, & nihil in particulari; vt ſunt col-
legia religioſorum; & hoc caſu bona remane-
rent apud ſuperiorem; vel cui ipſe conceſſerit,
quaſi bona vacantia. vt in. l. 1. C. de bo. vac. & in
. l. 1. de iure fiſ. Quædam collegia poſſunt ha-
bere bona in particulari, & in cõmuni; Et hoc
caſu, ſi bona dantur propter laborem; vt puta,
propter officium, & collegium ſit deſtructum
in parte; bona pro ipſa parte remanent apud
collegium. Et ſi in totum ſit deſtructum, rema-
96 nent apud ſuperiorem; quia ceſſante † labore,
debet ceſſare pręmium. vt traditur in. d. l. ſicut.
97 Quædam verò † collegia habent bona non di-
ſtribuenda inter ſe, ſed inter alios; vt collegia
hoſpitalium, vel ſimilium, quæ debent diſtri-
buere bona inter pauperes; & iſta non debent
aliquo modo diuidi inter illos de collegio; quia
cum ſint quaſi nudi miniſtri, non debet apud
eos aliquod commodum remanere. vt in. l. ſi
quis titio. ff. de lega. 2. Vnde arbitror, quòd di-

ſtribuenda ſint, ſecundum diſpoſitionem, & vo
luntatem illorum, qui illa contulerunt. Et ſi in
pios vſus, fiet per Epiſcopum. vt in.c.ſi hære-
des. & in.c.nos quidem.ſ.de teſta. Si in pro-
fanos, tunc fiet per dominum, ſeu ſuperiorem
tēporalem. Quædam verò ſunt collegia, quæ
habent aliquid propter ſe. Et hic aduerte, quia
quandoq; habent illa communia propter ſe
principaliter, & directè; Exemplum in pecunia
quam ſimul afferunt, vt inde emāt bona ad eo-
rum victum. vt.l.collegia.§.ſeruos.ff.de colleg.
illi.& in.l.1.2.reſpon.eod.tit. Et tunc ſi aliquis
recedit, vel collegium diſſoluitur, debet recipe-
re de iſta pecunia, prout eum pro rata tāgebat.
vt.d.l.1.in fi. Et iſto modo poteſt intelligi.l.
idem neratius.§.1.ff.de vſufru.accreſcen. Vn-
de dicit Bart. ꝙ ſi erant in communi aliquæ res
deputatæ ad proprium vſum cuiuslibet, vt ve-
ſtis, vel calceamenta, debet quiſq; ſua habere.
Si verò haberent aliqua bona ad commodita-
tem; vt ſunt redditus prædiorum, paſcuorum, &
nemorum, ex quibus perſoluuntur onera vni-
uerſitatis, ſi aliquis inde recedit, nihil debet ha-
bere.arg.d.l.1.in fi. quæ vult, quòd debet reci-
pere, quod ſibi competit ex ratione; Sed hic nō
competit ſibi, ſed vniuerſitati. vt in.d.c.epiſco-
pus.§.qui manumittitur.12.q.2.& in.l.in tan-
tum.§.vniuerſitatis.ff.de re.diui. cum ſimi. Si
verò vniuerſitas diſſoluatur in totum, iſto caſu
debet diuidi inter omnes de vniuerſitate. vt in
.l.3.in prin.ff.de colle.illi. Et ſecundum prædi-
ctam diſtinctionem debet intelligi glo. fi. in.c.
cum dilecta.ſ.de reſcript. Vigeſimo quæro,
98 †qualiter eo caſu bona ſunt diuidenda inter il-
los de collegio, an per capita, an verò per ſoli-
dum, & libram. Sol.Bar.in.d.l.fi.ff.de colle. illi.
dicit, quòd quædam ſunt bona, quæ vniuerſitas
habet ex collatione eorum pro parte; & tunc
diuidi debent inter ipſos, ſm ꝙ vnuſquiſq; cō-
tulit.per tex.in ꝑalleg.l.1.in fi. & quod ibi not.
glo. Facit Inſti. pro ſoc.§. illud. Et iſto modo
poteſt intelligi ſecunda opin.glo.in.d.c.in nul-
lo.18.q.2. Quędam verò ſunt bona habita ex
largitate aliorum, quæ legauerunt, vel donaue-
runt; & iſto caſu debet fieri diuiſio, ſm illum
modum, ſecundum quem deſeruiebant vniuer-
ſitati. vt not.in.l.incola.ff.ad municip.Facit.d.
§.illud. Vnde ſi oneri vniuerſitatis deſeruiebāt
per ſolidum, & libram, quia ſic imponebantur
collectæ, ſm ꝙ communiter fit; & tradit Bart.in
.l.4.ff.de re iudi.& not.in.l.omnes.C.de ope.
pub.ita etiam fiet diuiſio per ſolidum, & librā.
Et ſi non apparet vnde fuerint habita iſta bo-
na, præſumendum eſt, quòd ex largitate aliorū;
vt not.Inno.in.c.relatū.de teſta. Et ad hanc ma
tetiam vide quod not. in.c.1.de relig.do.lib.6.
& per Pet.de Peruſ.in tracta. canonicæ portio-
99 nis.q.13. Vltimo quæro, † vtrum deſtructo
collegio pereant priuilegia ipſius. Sol. dic ꝙ
ſic; ſi deſtruitur propter delictum ipſius autho-
ritate ſuperioris. vt in.l.cum vſufructus.ff.qui.
mo.vſufr.amit. nam per hoc patitur maximam
capitis diminutionem. Facit.l.cognitionum.
ff.de va.& extr.cog. Sed ſi nō deſtrueretur, ſed
diſpergeretur; prout quandoq; contingit tem-
pore peſtis, propter quam ſcolares omnes rece
dunt, & alij collegiati, tunc retinentur priuile-
gia reſpectu loci. Facit quod not.in.d.l.ſicut.
& quod not.Inno.in.c.2.de de ope.no.nun. &
quod traditur in.c.abbate. in fi.ĩ.de verbo.ſig.
tenet Bar.in.d.l.fi. Facit quod dixi.ſ.in.18.q.
Et ex prædictis habes ordinatè hanc materiā;
cui cōiunge q̃ dixi in.d.c.dilectus.2. de ſimo.

## Capitulum. XV. Grauem.

*SVMMARIVM.*

1 *Deponi debet, qui contra iuramentum negat prælatum dominum ſuum. Vel coram ſæculari iudice de ipſo conqueritur.*
2 *Iterata contrauentio, maiorem inducit præſumptionem irreuerentiæ.*
3 *Epiſcopus dicitur dominus ſubditorum; Et taliter debet appellari, ſi præſtitum ſit ei iuramentū fidelitatis: Aliàs ſufficit quòd appelletur prelatus.*
4 *Conſilium præſtans, vel auxilium conſpirantibus contra proprium Epiſcopum, debet deponi. Et ibi, an debeat tradi curiæ ſæculari.*
5 *C.ſi quis ſacerdotum.11.q.1.declaratur.*
6 *Fratribus ſpiritualibus magis quis aſtringitur, quàm fratribus carnalibus.*
7 *Laico, etiam incidenter, non competit cognitio ſpiritualium.*
8 *Papa regulariter non intendit derogare iuri alterius, niſi id exprimat.*
9 *Clericus recipiens beneficium ab Epiſcopo ſuo, licitè iurat ſibi & fidelitatem, & obedientiā, non autem pręſtat homagium.*
10 *Homagium præſtatur ratione feudi.*
11 *Contrauentio ſola, ſi non eſt facta litis conteſtatio, an ſufficiat ad impoſitionem pœnæ.*

1 GRAVEM. †Qui contra iuramen-
tum negat prælatum dn̄m ſuum,
vel coram ſæculari iudice de ipſo
cōqueritur, vel ipſum inuadit, de-
poni debet.h.d. Et primo decisè narrat factū.
Secundo mādat puniri ſub triplici diſiunctiua.
ſecunda ibi, diſcretioni. No.primo ibi, ſemel,
2 & ſecūdo, † ꝙ ꝓpter reiteratam cōtrauentionē
fidei præſtitæ, maior ꝑſumitur irreuerentia, &
contumacia. Facit.l.vni.in fi.C.de peti.&.25.
q.2.in.c.ita nos.& in.c.venerabilem.ſ.de elect.
3 ſm Hoſt. Secundo no.ꝙ †Ep̄s dicitur dn̄s ſub-
ditorum, in tantum ꝙ ſubditus negans ipſum
dn̄m, debet priuari beneficijs. Sed contra hoc
facit.c.2.ſ.de donat.vbi appellatur ꝓcurator,
non dominus. Sol.dicit Inno. ꝙ hoc procedit
hic, rōne præſtiti iuramenti, & fidei; ita ꝙ per
contrauētionem, & fractā fidem, & periurium
punitur. Et ideò dicit, ꝙ ceſſante fide præſtita,
ſi ſubditus non vocaret Ep̄m dn̄m, ſed præla-
tum, non teneretur. argu.10.q.3.in.c.cauen-
dum.& idem tenet Abbas. Pro quo deducit
Inno.



Innoc. quia cum iſte dicat verum, non peccat;
Nec teneri poteſt occaſione iniuriarum. arg.l.
eum qui nocentem.ff.de iniur. Vel ſecundum
Io. And. licet prælatus reſpectu rerum dicatur
procurator, tn̄ reſpectu ſubditorum poteſt dici
dominus. D. m. plus placet prima opi.Innoc.
Dicit enim, quòd licet honeſtum ſit, vt ſubditi
appellarēt prælatum dominum, nō eſt tamen
neceſſariū. per tex.95.diſt. in.c.eſto ſubiectus.
vbi tex. dicit, ſciant Epiſcopi ſe ſacerdotes eſſe,
non dominos. Sed quando ſubditus recipiēs
dignitatem, & eccleſiam ab Epiſcopo, præſtat
ſibi iuramentum fidelitatis, ſecundum formam
de qua in.c.cum clerici.ĩ.de verb.ſig. negando
poſtea ipſum dominum, venit contra iuramen-
tum. Et ideò dicit, quòd debet puniri, vt hic.
Secus ergo ſi non veniret contra fidem præſti-
tā. arg.d.c.eſto. &.d.c.2. &.c.quàm graui. de
4 cri.fal. Tertio not.ꝙ†præſtans conſilium, vel
auxilium conſpirantibus contra proprium Epi-
ſcopum, debet deponi. Quinimò etiam ſm
docto. tradi debet curiæ ſæculari; per hūc tex.
5 dum dicit, abſcindatis. Facit†.11.q.1.c.ſi quis
ſacerdotum. Sed nō placet.D.m.Monetur per
hūc tex. qui nō dicit ſimpliciter abſcindatis, ſed
ſubiungit, ab eccleſia Ambianen. quaſi ſentiat,
quòd opin.docto.procedere poſſet, ſi tex. ſim-
pliciter vellet iſtum abſcindendum ab eccleſia.
Et hæc opi.plus mihi placet. Quam probo po-
tiori ratione; nam clarum eſt, vt infra dicam, ꝙ
hæc pœna imponitur, propter quodlibet trium
delictorum hic narratorum; ſed clarum eſt, ꝙ
propter ſimplex periurium, aut depoſitionem
quæſtionis coram iudice ſæculari de cauſa ſpi-
rituali contra Epiſcopum, non debet quis tra-
di curiæ ſæculari, ſecundum ea quæ traduntur
in.c.cum non ab homine.&.c.at ſi clerici. & ibi
per.D.m.ſ.de iudi. ergo &c. Quarto not. ꝙ
6 †magis quis aſtringitur fratribus ſpiritualibus,
quàm carnalibus. Facit.ſ.de transla. prælato.
c.2. In contrarium tamen facit.c.petitio.de iu
reiuran.& de poſtu.c.fin. Sol.dicit Hoſt.quòd
hanc contrarietatem inducit iniuſtitia, quam
ſoluit defenſio iuſtæ cauſæ; quaſi ſentiat, quòd
nemini auxiliari debemus cum iniuſtitia; &
quemlibet debemus defendere cum iuſtitia.
Quinto no.ibi, beneficia ſua, ꝙ quis poteſt eſſe
pluralis in beneficijs. De quo dic, vt latè tradi-
tur per.D.m.in repet.§.qui verò.in.c.extirpan
dæ.ſ.de ꝑben. dixi latiſſimè in clem.gratiæ. de
reſcrip. Sexto not.tria delicta depoſitione di-
gna. Et inter alia pondera de trahente Ep̄m
ſuum in cauſa ſpirituali coram iudice laico; nam
7 †laico, etiam incidenter, non competit cogni-
tio ſp̄ualium.vt in.c.per venerabilem.& in.c.la-
tor.ſ.qui fi.ſint le. Vltimo not.ibi, per illos ad
8 quos donatio, ꝙ†Papa regulariter non intēdit
derogare iuri alterius; niſi hoc exprimat. de
quo in.c.ſuper eo.de off.dele.ſm Hoſt. Glo.2.
opponit, & ſoluit. In fi. dic, not.ex glo.iuncto
9 tex. ꝙ † clericus recipiens beneficium ab Ep̄o
ſuo, licitè iurat ſibi & obedientiam, & fidelitatē.
Pro quo tex.in.d.cum clerici.ĩ.de verbo.ſig.&
ibi tenet Hoſt. Licet quidā cōtra; de quo ibi vi-
debimus. Homagium verò non præſtat pro
10 ſp̄ualibus; quoniam illud†pręſtatur ſolum rōne
feudi, ꝙ quis à domino recepit, propter quod
quis efficitur vaſallus ſuus. Sed recipiens bene-
ficium ab Ep̄o, non efficitur vaſallus Epiſcopi.
Glo.3.q̃rit de exemplo, qualiter iſte negauerit
dominum, & ſoluit ꝙ facto, & verbo. Glo. in
11 ver.in foro ſæculari, q̃rit, † an ſola conuentione
imponatur pœna, ſi non eſt facta litis conteſta-
tio, & ſoluit. In fi.dic, ꝙ cum hac glo.tranſeunt
doct. Sed tu aduerte, quia tex.loquitur per ver
bum quæſtionē, ꝙ ſignificat litis conteſtationē.
Sed dic de his verbis, lis, quæſtio, & controuer-
ſia, vt dicam in.c.ex parte.ĩ. de ver.ſig. traditur
per Bar.in.l.amplius non petitum.ff.rem ra.ha.
Glo.ſuper verbo conſilium, format q̃ſtionem,
& ſoluit. Glo.pen.in prin.eſt literalis. deinde
colligit tres caſus, in quibus iſte Archidiaconus
deponitur. In eadem glo.ibi, iudiciū ſæculare,
dic.ſ.ſuper ſp̄ualibus, vt dicit tex. Secus ſi ſuper
feudalibus. vt.ſ.de fo.compet.c.ex tranſmiſſa.
In eadem ibi, dedit tamen, dicit Hoſt. ꝙ fortè
conſanguinei Archidiaconi ipſo ſciente, & non
contradicente, voluerunt vindicare contra Epi
ſcopum aliquid illatum per Ep̄m contra Archi
diaconū. Aliàs autem ſi Archid.id ignoraſſet,
vel ſciēs ſine fictione expreſsè prohibuiſſet, nō
puniretur.ſ.de ſimo.c.ſicut nobis. & de homi-
cid.c.petrus. Niſi dicatur, ꝙ ſpeciale ſit contra
Epiſcopalem dignitatem, & reuerentiam. arg.
93.diſt.c.nulla. &.c.ſeq. &.11.q.1.in.c.ſi quis
ſacerdotum. Et ſic propter delictum conſan-
guineorum punitur Archidiaconus. arg.ĩ. de
pœn.c.in quibuſdam.ipſo maximè cauſam præ
bente, ſecundum Hoſt. In fi. dic, & quodlibet
ipſorum trium ſufficit; quia tex. loquitur al-
ternatiuè.

## Cap. XVI. Nimis Iniqua.

*SVMMARIVM.*

1 *Abnegare ſemetipſum dicitur eligens religionem, & paupertatem.*
2 *Cōtraria duo poſſunt ſimul ſtare diuerſo reſpectu.*
3 *Auaritia, maximè in viris religioſis, eſt deteſtanda.*
4 *Religioſi tenentur viuere non ſolum ſecundum regulam, ſed etiam ſecundum inſtituta vltra regulam.*
5 *Religioſi non tenentur obedire Epiſcopo aliquid pręcipienti contra regulam ipſorum.*
6 *Religioſi, an teneantur confiteri proprio ſuperiori.*
7 *Religioſi an poſſint ſibi eligere ſepulturam.*
8 *Religioſi, etiam mendicantes, licet non habeant populum, tamen poſſunt habere cæmeterium, & campanam: Et ibi, an poſſint recipere quoſlibet ad ſepulturam, referendo communem.*
9 *Religioſi, etiam mendicantes, ritè celebrāt primas miſſas in proprijs monaſterijs.*
10 *Oblationes factas in eccleſijs religioſorū vēdicare non poſſunt rectores eccleſiarū parochialiū.*

*Et quid de oblationibus factis alicui oratorio,*
*vel alicui imagini depictæ in aliquo muro in-*
*tra ſuam parochiam. ibidem.*
11 *Oblationes factas pro ornamento altaris, vel ec-*
*cleſiæ, vel pro libris eccleſiaſticis, prælati non*
*poſſunt vendicare.*
12 *Religioſi, de quibus loquitur iſte tex. qui ſint.*

NIMIS INIQVA. Ponit multa gra
uamina illata religioſis, à quibus
præcipit prælatos abſtinere. Se-
cunda ibi, quocirca. Not. pri-
1 mo, quòd † eligens religionem, & paupertatem
dicitur ſemetipſum abnegare. Et ſtatus huiuſ-
modi dicitur perfectionis. Et tales dicuntur
tanquam nihil habentes, & omnia poſſidentes.
Et ſic duo contraria diuerſo reſpectu poſſunt
2 † ſimul concurrere. Secundo not. bonum mo-
dum laudandi regulas religioſorum, & damnan
3 di † auaritiam, quæ maximè in viris religioſis
deteſtanda eſt. Vide quod dixi in.c.irrefraga-
4 bili.§.cæterum.de off.ord. Tertio not. † quòd
religioſi tenentur viuere non ſolum ſecundum
regulam, ſed etiam ſecundum inſtituta vltra re-
5 gulam. Quarto not. quòd † religioſi non tenen
tur obedire Epõ pcipiēti aliquid cōtra regulā,
6 aut ſtatuta ipſorum. Quinto not. quòd † reli-
gioſi non tenentur confiteri Epi copo, aut re-
ctori parochiæ, vel ab eis recipere corpus Chri
ſti. Sed ad inuicem alter alterius audit cōfeſſio-
nem, ſecundum Inno. per.c.1.16.q.1. Sed tu
vide Hoſt. in ſum. de pœnit. §.cui. qui dicit, ꝙ
Abbas debet cōfiteri Epiſcopo, ſi nō eſt exem
ptus: Et monachi Abbati; quia quilibet debet
confiteri ſuperiori ſuo. Aduerte tamen, quia
licet hoc videatur rationabile, tamen non prò-
batur iure. Imò tex.in.d.c.1.dicit, quòd poſ-
ſunt confiteri inter ſe. Et vide quod ibi tradit
Archid. Sexto not. ibi, ſi quis decedentium.
7 arg. quòd religioſus † poteſt ſibi eligere ſepul-
turam. Quod procedit ſecūdum Inno. in Prę-
dicatoribus, & Minoribus decedentibus extra
monaſterium. Hoſt. verò dicit, quòd quilibet
poteſt eligere ſepulturam, licet ſit monachus;
quia hæc electio refertur ad tēpus mortis, quo
futurus eſt abſolutus ab omni obedientia ſupe-
rioris. arg.c. de vxore.ſ̃.de ſepult. Sed tu dic,
vt hodie habetur in.c. fi. de ſepul.lib.6. quod
religioſus decedens in monaſterio, vel propè,
non poteſt ſibi eligere ſepulturam. Secus ſi lon
8 gè diſtat. Septimo no. quòd † religioſi, etiam
mendicantes, licet non habeant populum, ta-
men poſſunt habere cæmeterium, & campanā.
de quo videbimus in.c. patentibus.ĩ.de priui-
leg. Vtrum autem religioſi poſſint recipere
quoslibet ad ſepulturam. Sol. dic, quòd de Mi
noribus, & Prædicatoribus dicendum eſt, vt ha
betur in cle. dudum. de ſepul. De alijs verò ſunt
opiniones. Innoc. hic, videtur velle quòd ſic.
Quod placet. Hoſt. ſi habent populum; quo ca-
ſu vult, quòd omnes eligētes poſſunt recipere
ad ſepulturam. Alios non, niſi ibidem hoſpi-
tantes decederent. arg.d.c.1.16.q.1. Sed opi.
Innoc. tenet ibi Archid. & illa communiter* Cō. obſ.
obſeruatur. Octauo no. in ver. nec permittūt.
9 quòd † religioſi, etiam mendicantes, licitè cele-
brant primas miſſas in proprijs monaſterijs.
10 Not. nono, quòd † prælati, ſeu rectores eccle-
ſiarum, non poſſunt ſibi aliquid vendicare de
collatis, ſeu oblatis in eccleſijs religioſorum;
quia videtur oblata intuitu eleemoſinæ. Quid
autem de oblatis alicui oratorio, vel imagini
depictę in aliquo muro.ĩ. parochiā? Vide per
D.m. in rub. de paroch. & quod not. in.c. paſto
ralis. de ijs quæ fi. à præla. & in.c. ad audientiā.
11 de eccle. ædific. Vltimo not. parificari † obla-
tiones factas pro ornamentis altaris, vel eccle-
ſiæ, & pro libris eccleſiaſticis. Et ſic prælati nō
poſſunt de prædictis aliquam partem ſibi ven-
12 dicare. Sed quæro pro † declaratione literæ, de
quibus religioſis loquatur tex. Sol. quidam vo
lūt, quòd de omnibus. Inno. verò videtur vel-
le, quòd loquatur de Prædicatoribus, & Mino-
ribus, & de alijs habentibus conſimilia priuile-
gia. Pro quo tex. ibi, dum dicit, contra regu-
lam à ſede apoſtolica approbatam. Tu dic, ſe-
cundum. D.m. & bene, quòd habet locum in
omnibus religioſis, maximè in paupertate con-
ſtitutis; quorum regula ſit approbata. Facit qđ
not. in.c. ſequen. in princ. Et quia eadem eſt ra
tio in omnibus. In glo. fin. in fin. de hac ma-
teria quantum attinet ad Prædicatores, & Mi-
nores, pro quibus relictis, ſeu oblatis teneantur,
& pro qua parte, & quibus, dic, prout ho-
die habetur in clemen. dudum. de ſepultu. de
quo ibi latè dixi. Sed quantum ad alios, dic
vt traditur in.c. requiſiſti. & in.c. fina. ſupra
de teſtamen.

## Cap. XVII. Nimis Praua.

*SVMMARIVM.*

1 *Prædicatores ſunt præferendi Minoribus.*
2 *Prædicatorum ordo, quo tempore fuerit confir-*
*matus.*
3 *Prędicatorum, & Minorum ordo, debet eſſe con-*
*ſtitutus in arctiſſima paupertate.*
4 *Prædicatorum, & Minorum ſtatus perfectus eſt,*
*dummodo non vſurpet ius parochiale, vel*
*alienum.*
5 *Peccatum non remittitur, niſi reſtituatur ab-*
*latum.*
6 *Prædicatores ſunt incapaces ex ſuis conſtitutioni-*
*bus, quas fecerunt, non autem ex prima ſua*
*regula. Minores verò ex ſua prima regula.*
7 *Prædicatores, & Minores tenentur ire proceſſio-*
*naliter cum Epiſcopo, ſi hoc fiat non ex leui*
*cauſa.*
8 *Proceſſionum cauſa magna quę ſit.*
9 *Quod omnibus imminet, debet omnibus explicari.*
10 *Exempla non reſtringunt regulam.*
11 *Epiſcopus habet iuriſdictionem de iure commu-*
*ni contra omnes, etiam religioſos, licet Præ-*
*dicatores, & Minores, in ſua diœceſi habi-*
*tantes.*

12 Præ-



12 *Prædicatores, & Minores hodie ſunt exempti ab*
*ordinarijs ex priuilegijs apoſtolicis.*
*Quæ tamen priuilegia, licet generalia, non habēt*
*locum in duobus caſibus. vt ibidem.*
13 *Religioſi poſſunt habere Monaſteria, etiam in vil-*
*lis. Declara tamen vt ibi.*
14 *Prædicatores, & Minores non tenentur ad deci-*
*mas hortorum, aut habitaculorum ſuorum.*
*Et quid de alijs religioſis. nu.16.*
15 *Prædicatores, & Minores, licet ſint incapaces*
*aliorum bonorum, tamen ſunt capaces horto-*
*rum, & habitaculorum orum.*

NIMIS PRAVA. Ponit duodecim
grauamina, quæ inferebantur à
prælatis Prædicatoribus, & Mino
ribus, à quibus pręcipit prælatos
abſtinere. h.d. & ſecunda ibi, quocirca. Not.
primo, ibi, Prædicatores, & Minores. arg. ſum-
1 pto ab ordine ſcripturæ, quòd † Prædicatores
præferēdi ſunt Minoribus. Nam hic, & vbique
vbi ſit mentio de iſtis, ſemper in ordine literæ
præferuntur. vt habetur in.c. quorundam. de
elect.lib.6. cum ſimi. Et ratio eſt in promptu;
quia ordo Prædicatorum fuit primo approba-
tus, quàm Minorum, ſecundum Io. And. Licet
quaſi eodem tempore fuerit vtraque regula ap
2 probata. Et recitat hic Io. Cald. † quòd fuit ap
probatus ordo Prædicatorum anno. 1216.
Sed ego recepi, quòd anno. 1215. ab Honorio
III. qui fecit tertiam compilationem Decret.
qui ſucceſſit Innoc. tertio. qui Inno. requiſitus,
vt approbaret dictum ordinem, durus primo
perſtitit. Sed poſtea viſione habita, quòd bea-
tus Dominicus, qui fuit ipſius ordinis author,
& natione Hiſpanus, Lateranēn. eccleſiam ca-
dentem proprijs humeris ſuſtentabat, ipſum or
dinem confirmare deliberauit; ſed morte præ-
uentus non potuit. Vnde Hono. III. qui illi ſuc-
ceſſit, in primo anno pontificatus ſui confirma
uit. Vixit autem beatus Dominicus poſt con-
firmationem annos. v. Et à die mortis ad vn-
decimum annum, per Greg. ix. huius voluminis
compilatorem, & harum Decret. conditorem.
Idem beatus Dominicus Boñ. ſepultus, & mi-
raculis innumerabilibus coruſcans canonizatus
extitit anno. 1233. Et refert etiam hic Cald.
ꝙ eodem anno, quo fuit approbatus ordo Præ
dicatorum, fuit approbata inſtitutio Minorum.
Ego tamen hoc non reperi. Sed ſatis colligi po
teſt ex iſtis duabus decret. In proceſſionibus
igitur, & alijs ſimilibus actibus præferendi ſunt
Prædicatores Minoribus. vt etiam tangit. D.m.
in.c. Nicolao.ſ̃.de appellat. Secundo not. ibi,
3 † in arctiſſima paupertate, quòd ordo iſtorum
Prædicatorum, & Minorum dicitur eſſe conſti-
tutus in arctiſſima paupertate. Et ratio eſt, quia
nec in communi, nec in particulari, poſſunt ali-
quid proprij habere; ſed ſolum viuere debēt ex
eleemoſinis; Et incerta mendicitas eis tribuere
debet neceſſaria. vt in.c.1. eo. tit. lib.6. & in.c.1.
de re. do. eo. lib. & in.d.c. quorundam. Et ideò
4 dicit hic Hoſt. † ꝙ iſtorum ſtatus perfectus eſt;
dummodo caueant ne furentur. i. ne vſurpent
5 ius parochiale, vel alienum; quia † non dimitti-
tur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. vt in reg.
peccatum. de regu. iur. lib.6. Aduerte tamen,
6 quia † Prædicatores non ſunt incapaces ex regu
la primæua eorum; ſed ex cōſtitutionibus, quas
fecerunt. de quibus vide per Fede. conſ. 12. &
ſeq. Sed Minores ſunt incapaces omnino ex
primæua regula. Et ex pdictis dicit hic. D.m.
ſe pluries dixiſſe, ꝙ ſicut fratres Minores non
poſſunt habere annuos redditus, vt ĩ cle. exiui.
§. cumq; annui. de verb. ſig. ita nec Prædicato-
res; cum debeant deſeruire Deo in arctiſſima
paupertate. Hodie tamen omnia immutata sūt.
Et non ſolum Prædicatores, ſed etiam Minores
annuos redditus poſſident. Et non ſolum an-
nuos redditus, ſed cætera quæcunque immobi-
lia bona. Tertio not. ex ver. eis quoque. tex.
7 ſingulariter probantem, quòd † Prædicatores,
& Minores tenentur proceſſionaliter ire cum
Epiſcopo, ſeu pręlato; ſi hoc fiat non ex leui,
8 ſed ex magna cauſa. Poteſt autem † eſſe ma-
gna cauſa, ſecundū doct. hic, ſi imminet introi-
tus Legati, vel Epiſcopi; Vel ſi timetur peſtis,
aut aliquod futurum flagellum, propter quod
ad orationes recurritur. Vel ſi inuitarētur ad ge
nerales litanias, quæ fiunt poſt Paſcha ante feſtū
Aſcenſionis. Facit. 16.q.1. reuertimini. de cō-
9 ſec. diſt.3.c. rogationes. Nam † ꝙ omnibus im-
minet, ab omnibus debet explicari.ſ̃. de off. ar
chid.c. ad hæc. Et quod hic dicitur de Prædi-
catoribus, & Minoribus, idem dicendum de
alijs religioſis approbatis; quod patet ex tex.
dum dicit fratres; & ſic loquitur exemplifica-
10 tiuè; & exempla non reſtringunt generalem
diſpoſitionem. vt in.c.1.ſ̃. ne cle. vel mon. Eſt
ergo concluſio, ꝙ ex leui cauſa non cōpelluntur
11 ire; Secus ex magna. Quarto no. arg. † ꝙ Epſ
fundat intentionem ſuam in iuriſdictione, & ſu
per iure ſubiectionis de iure communi, non ſo-
lum contra ſæculares clericos, ſed etiam ſuper
oēs religioſos diœceſis ſuæ; etiā Prædicatores,
& Minores; nam ſi ſpecialiter eximūtur à qui-
buſdam, vt hic, & præced. c. in alijs remanet re-
gula. Quod ēt pbatur. 18.q.2. per tot. & .ſ̃. de
12 reli. do.c. cum venerabilis. Hodie tñ Prædica-
tores, & Minores, ex toto ſunt exempti à iuriſ-
dictione ordinariorum, & priuilegijs apoſtoli-
cis. In hoc tñ attēdenda ſunt verba priuilegio-
rū. Et quanquā priuilegia gñaliter eximerent,
non tñ intelligerētur exēpti in cauſa hęreſis, &
ſimilibus. de quibus in.c. ad abolendā. de hęret.
Nec ēt poſſent ſe eximere à pcepto ꝙ fieret de
veniendo p cōi ſalute populi proceſſionaliter
ad rogationes. arg.d.c. reuertimini. Not. ſexto
13 ibi, ad hoc, ne fratres, quòd † religioſi licitè poſ-
ſunt habere monaſteria in villis. Debent tñ eſſe
14 honorabilia, vt innuit tex. Vltimo no. † ꝙ iſti
religioſi non tenentur ad decimas hortorū, aut
habitaculorum ſuorum. Ideò autē ipſorum hic
15 fit mentio, quia † non poſſunt alia pdia habere;
prout.ſ̃. dixi. Glo.1. poteſt recitari per quęſt.
dic vt in ea. Gl.2. pōt recitari per oppoſitionē.

P iij dic

dic vt in ea. Glo. 3. in prin. eſt literalis. deinde
16 format quæſt. In fi. glo. vtrum † autem religio-
ſi regulariter teneantur ad decimas, & ad quas,
dic vt traditur in .c. nuper. & in. c. ex parte. ſup
de decim. Glo. pen. poteſt recitari per quæſt.
dic vt in ea.

## Capitulum. XVIII. Tanta.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictum violans, iuriſdictione, et clauium poteſtate priuatur.*
2 *Eccleſiæ poteſtas appellatur clauis.*
3 *Renuntiatio beneficij ſpontanea, facta ab eo, qui veniebat priuandus propter delictum, poteſt admitti ab ordinario.*
4 *Clericus non reſidens iuſto timore, non poteſt priuari beneficio tanquàm non reſidens.*
5 *Interdicti virtus refertur dũtaxat ad exercitium ordinis eccleſiaſtici, non autem ad iuriſdictionem.*
6 *Interdictum etiam Papę, violans, non eſt puniendus ipſo facto beneficijs. Nec eſt excõmunicatus; ſed ſolum ſuſpenſus. Et per ſentẽtiam venit priuandus.*
7 *Homicida etiam, qui irregularis eſt, non eſt ipſo facto priuatus beneficio ſuo.*
8 *Sententia generalis, qua pronuntiatur, quòd omnes inſtitutiones, & deſtitutiones, & ſententiæ quęcunque latæ ſint inanes, & irritæ, valet,*
9 *Iudex omnino curare debet, vt certam ſententiam ferat, etiam ſi de incerta re apud eum actum ſit.*
10 *Manus violentas inijcientes in clericos, coguntur ire Romam, vt ibi puniantur tanquàm ſacrilegi.*
11 *Delegatus pro executione delegationis ſuæ, poteſt inuocare brachium ſæculare.*
12 *Interdicto loco, an cenſeantur interdictæ perſonæ.*
13 *Interdictum violantis pœna quæ ſit.*

1 TAnta. Violans † interdictum pri
uat ſe iuriſdictione, & clauium po
teſtate. h. d. Vel ſic, non ſeruans
interdictũ, ſuſpenſus eſt ab offi-
cio, & beneficio, & omni iuriſdictione. h. d. ſm
vnum intellectum. Diuiditur in tres. Primo. n.
ponit culpas Epiſcopi, & illas aggrauat. Secun
da ibi, licet autem, recitat ceſſionem ipſius Epi-
ſcopi; & narrat culpas aliorum fautorum; & ir-
ritos decernit actus factos per Epiſcopum poſt
violatam ſententiam interdicti. In tertia ibi,
quia verò, punit fautores, qui beneficia recepe-
runt; & qui violauerunt interdictum, & qui op-
preſſerunt ſeruantes interdictum, mandat cita-
2 ri ad curiam. Primo no. quòd † poteſtas eccle-
ſiæ appellatur clauis. Et aduerte, quia in prin-
cipio loquitur in ſingulari per verbum clauis.
Et ſic innuit vnam eſſe clauem. Poſtea tamen lo
quitur in plurali, dum dicitur, Petri claues; Et
ſic innuit duas eſſe; Et ſic videtur ſibi contradi-
cere. Sed poteſt dici, ꝙ vna ſola eſt clauis. i. vna
ſola poteſtas. Sed qui habet iſtam poteſta-
tẽ, debet etiam habere diſcretionem; ideò dici-
tur duas habere claues. Et ideò dicitur, ꝙ Papa
omnia poteſt claue. ſ. non errante. de quo. 24.
q. 1. in. c. manet. Circa quod vide quod not.
glo. in ver. claues. 20. diſt. §. 1. & quod not. In-
noc. in. c. quanto. de conſuet. Secundo not. ex
3 ver. licet autem. † quòd ſuperior licitè admittit
ſpontaneam renunciationem, ſeu ceſſionem be
neficij, vel dignitatis, aut prælaturæ; etiam ab
eo qui veniebat priuandus tali beneficio, ſeu
prælatura, propter delictum ſuum. Et eſt pru-
dẽs cautela pro eo qui venit priuãdus propter
delictum, vt potius cedat, quàm expectet ſen-
tentiam priuationis. de quo dixi in. c. ex literis.
in vltimo not. ſ. eod. & in. c. licet Heli. de ſimo.
4 Tertio not. ꝙ licet † clericus non reſideat, non
tamen priuari debet beneficio tanquam nõ re-
ſidens, ſi ex iuſto timore, puta tyrãni, vel prela-
ti ipſum perſequentis, nolit reſidere. Facit.
7. q. 1. in. c. paſtoralis. & . 56. diſt in. in. c. ſatis
peruerſum. Quarto no. ibi, ab eo poſt interdi-
cti violationem. arg. optimum, ꝙ iuriſdictio p̃-
lati non ſuſpenditur per interdictum; nam hic
irritantur duntaxat ſñiæ excõicationis, & in-
terdicti; & collationes beneficiorum, ſeu inſti-
tutiones, & deſtitutiones attẽtatæ, & celebratæ
poſt violatum interdictum. Ergo facta ante in-
5 terdictum tenerent. Et ſic virtus interdicti ec-
cleſiaſtici videtur duntaxat referri ad exercitiũ
ordinis eccleſiaſtici, non aũt ad iuriſdictionem.
Sed poſt violatum interdictum, violãs ſuſpen-
ditur ipſo facto ab omni ptãte, & iuriſdictio-
ne, ſm verum intellectũ iſtius tex. qui ſm hoc
eſt valde ſing. de quo artic. latius in glo. magna.
6 Quinto no. ꝙ violans † interdictum, etiã Papæ,
ex ſola violatione non eſt priuandus ipſo facto
beneficijs ſuis. Nec etiam eſt excõicatus; Sed
eſt ſolum ſuſpenſus; & per ſñiam venit priuan-
7 dus. Nam † etiam homicida, qui irregularis eſt,
non eſt ipſo facto priuatus beneficio ſuo. ꝓba-
tur in. c. clericis. ſ. ne cler. vel mona. de quo vi-
de. ſ. de homici. c. ad audientiam. in artic. effe-
ctus irregularitatis. Sexto not. ibi, omnem in-
8 ſtitutionem, caſum vnum, in quo valet ſenten
tia † generalis, qua pronuntiatur, quòd omnes
inſtitutiones, & deſtitutiones, & ſñiæ quæcun-
que latæ, ſint irritæ, & inanes. Idẽ ꝓbatur in. c.
veritatis. in fi. ſ. de do. & contu. Sic ẽt in ſimili
quicquid actum eſt contra formam, pronun-
tiatur irritum, & inane. in. c. cum dilecta. in fi. ſ.
de reſcript. Et ponunt etiam hic Io. Andr. &
d. Ant. plures alios caſus ſimiles. Regulariter
9 † autem omnino curare debet iudex, vt non ge
neralem, ſed certam ſententiam ferat; etiam ſi
de incerta re apud eum actũ ſit. vt Inſtit. de act.
§. curare. & . C. de ſen. quæ ſi. cer. quan. l. 1. & 2.
10 Septimo not. quòd † inijcientes violentas ma-
nus in clericos, nedum tenentur ire ad ſedem
apoſtolicam pro abſolutione, de quo in. c. ſi
quis ſuadente. 17. q. 4. & in. c. peruenit. ĩ. de
ſenten. excom. Sed poſſunt compelli, vt ac-
cedant



cedant ad curiam recepturi pro meritis pœ-
nam, licet laici ſint; quia ex hac iniectione, effi-
ciuntur ſacrilegi; Et ſic ſortiuntur etiam forũ
eccleſiaſticum. vt traditur in. c. cum ſit genera-
le. ſ. de fo. comp. Vltimo not. ex fi. arg. opti-
11 mũ, ꝙ etiam delegatus † pro executione dele-
gationis ſuæ poteſt inuocare brachium ſecula-
re; de quo vide per Inno. in. c. ſignificaſti. de
for. comp. Glo. prima in ver. remittere non
poſſet, dic, & intellige ſine pœnitentia, aut ſine
magna cauſa diſpenſare, vt ibi traditur. Glo. 2.
poteſt recitari per duas. qq. dic vt in ea. Glo.
ſuper ver. irritas, & inanes, proſequitur intel-
lectum, & declarationem literę reſpectu geſto-
rum per iſtũ Epiſcopum poſt violatã ſententiã
interdicti, proſequendo principaliter duo mẽ-
bra, primum reſpectu collationum, ſeu inſtitu-
tionum, & deſtitutionum beneficiorũ. Et in
hoc concludit glo. ꝙ non valent ipſo iure. Se-
cundum membrũ eſt, reſpectu ſentẽtiarum ex-
cõmunicationis, & interdicti latarũ per iſtum
Ep̃m poſt violatũ interdictum, & in hoc ponit
duas principales opi. Vnã Io. in ver. cũ Ioan-
nes, quam fortificat per. c. ſi celebrat. & per
. c. poſtulaſtis. in glo. alleg. Et ad tex. qui lo-
quitur per ver. irritas, & inanes, reſpondet in
ver. quidam dicunt, ponendo vnum intelle-
ctum, ꝙ non ſolum hic fuit ſimplicier eccleſia
Colubrien. interdicta; ſed etiã additũ fuit, ꝙ
violatores interdicti eſſent excõmunicati. Sed
gl. reprehẽdit iſtum intellectũ; quia diuinat ad
literam. Et ideò ponit opi. iſtam ſuam, ꝙ etiã
ſententię excõmunicationis. & interdicti latæ
per iſtum Ep̃m poſt violatum interdictum ſint
irritæ, & inanes. & ad hoc aſſignat plures ra-
tiones; & reſpondet ad contraria; & multum
intricatè, & confusè loquitur. In fin. glo. dic,
dicit hic. D. m. ꝙ vt materia gl. clarè habeatur
ſunt examinanda tria membra, Primum, nun-
12 quid † loco interdicto, cenſeantur interdictæ
perſonæ. Secundum de pœna violantis inter-
dictum. Tertium quando quis dicatur violare
interdictum, ita, vt per talem violationem in-
currat irregularitatem. Quò ad primum, con-
cluſio eſt, ꝙ loco interdicto, perſonæ non ſunt
interdictæ directò, & in ſe; Sed quò ad illum
locum. Ex quo infertur, quòd ſi interdicere-
tur hæc ciuitas, clerici iſtius ciuitatis non eſſent
propterea interdicti. Et ideò alibi poſſent cele
brare, & ſacramenta adminiſtrare. vt in. c. ſi ſen
tentia. & in. c. is qui. de ſen. exco. lib. 6. Quã-
tum verò ad ſecundum, & tertium membrum
dic, vt latiſſimè dixi in. c. ad audientiam. in pri-
ma parte ſeptimi membri principal. ſup de
homicid.

## Rub. De Noui Operis Nuntiatione.

*SVMMARIVM.*

1 *Nuntiatio noui operis quid ſit.*
2 *Nuntiatio noui operis quotuplex ſit.*
3 *Nuntiatio noui operis ad quæ opera pertineat.*
4 *Nuntiatio noui operis quare fiat.*
5 *Nuntiare quis poſſit; remiſſiuè.*
6 *Nuntiatio cui fieri poſſit; remſsiuè.*
7 *Nuntiatio qualiter fiat, remiſſiuè.*
8 *Nuntiatio qualiter tollatur: remiſſiuè.*
9 *Nuntiationis quis ſit effectus: remiſſiuè.*

VIſo de exceſſibus
Prælatorum in gene
re, quia quandoq;
ſubditi, vel etiã alij
excedunt ædifican-
do vbi non poſſunt,
& talis exceſſus re-
primitur per nũtia-
tionẽ no. opis, ideò
ſubditur hic Rub. de no. op. nun. De qua ma-
teria canoniſtæ parum habẽt; Sed legiſtæ latiſ-
ſimè habent hanc materiam; in qua maximę
ſunt difficultates. Vt igitur tu canoniſta poſſis
ordinatam doctrinam habere ſub compendio,
circa hanc materiam eſſent huiuſmodi principa
les quæſtiones examinandæ. Prima, quid ſit
nuntiatio noui operis. Circa quam dic ſecun-
1 dum Hoſti. in ſum. ꝙ † eſt prohibitio legaliter
facta ædificanti nouũ opus in præiudicium iu-
ris publici, vel priuati. vt patebit ex infra dicen
dis. Nam quantũ ad materiam noſtrã attinet,
nuntiare, ſeu denuntiare nouum opus, nihil
aliud eſt, quàm prohibere ne opus nouum con
tra iuſtitiã fiat. Facit. ĩ. eo. ſignificantibus. &
in. l. 1. §. nuntiatio. & per totum. ff. eo. ti. Aliter
accipitur denuntiatio ſup in ti. de accu. & de-
2 nuntia. vt ibi dixi in Rub. Secunda q̃ſtio † eſt
quotuplex ſit nunciatio noui ope. Circa quam
dic, ꝙ triplex; videlicet verbalis, per iactum la-
pilli, & prætorem; vt patebit ex infra dicen-
3 dis. Tertia † quæſtio eſt, ad quæ opera perti-
neat; quę quæſtio declarabitur in. c. 2. in glo.
magna in princ. infra eod. & ibi videbimus
quis videatur nouum opus facere; & refertur,
ſeu habet locum non ſolum in ædificatione
profanorum operum; ſed etiam eccleſiarum,
vel piorum locorum. vt in. c. 1. infra eod.
4 Quarta quæſtio † eſt, quare nuntiatio noui
ope. fiat; Circa quam dic, quòd ſit principali-
ter ex tribus cauſis; videlicet, gratia iuris ſui
conſeruandi. Item gratia damni repellendi.
Itẽ & tertio, gratia iuris publici tuendi. vt in. l. 1.
. §. nunc videamus, & in. §. nuntiatio. ff. eo. ti.
5 Quinta quæſtio eſt, † quis poſſit nuntiare, &
hanc expediemus latè in glo. magna in. c. 2. ĩ.
6 eod. Sexta quæſtio, † cui poſſit fieri nuntiatio,
& hanc expediemus in. d. glo. magna. Septi-
7 ma quæſtio eſt, † qualiter fiat hæc nuntiatio
no. ope. & hanc etiam expediemus in. d. glo.
8 magna. Octaua † quęſtio eſt, qualiter tolla-
tur, & hãc expediemus in glo. in ver. remiſſio-
nem, in. c. 2. infra eod. Nona, & vltima quę-
9 ſtio eſt, † quis ſit effectus nũtiationis no. ope.
& de hac videbimus in glo. pe. in. c. 1. ĩ. eod.
& tangitur etiam in glo. in. c. 2. ĩ. eod.

Cap.

## Capitulum .I. Intelleximus.

*SVMMARIVM.*

1 *Aedificium factum poſt nuntiationem noui operis demoliri debet expenſis conſtruētis. Et quæ remedia dentur ne demoliatur, vide nu. 27. Et quid ſi iuſtè ſit ædificatum, nu. 28. & nu. 33. & limita vt nu. 34. & nu. 38. limita multipliciter.*

2 *Rector eccleſiæ poteſt nomine eccleſiæ ſibi ſubiectę nuntiare nouum opus.*

3 *Leges famulari canonibus dicuntur, & num. 20. Canones autem dicuntur à legibus adiuuari.*

4 *Imperator in pluribus caſibus tenetur canones ſequi. & nu. 16. Eccleſia verò non tenetur ſeruare leges, niſi quatenus illas approbet, aut adducat in ſuum auxilium.*

5 *Imperator, cū ſit inferior ſummo Pontifice, poteſt ab eo ligari, non autem illum ligare.*

6 *Doctor iuris canonici debet præcedere doctorem iuris ciuilis prius doctoratum, licet hoc communiter non ſeruetur.*

7 *Cauſæ eccleſiaſticæ debent decidi per leges ciuiles, quando canones deficiunt. & nu. 21. Amplia nu. 22.*

8 *Leges omnes ſuper materia poſitiua non contradicentes canonibus, aut quando canones non diſponunt, videntur eſſe approbatæ ab eccleſia. Et amplia, vt ibi.*

9 *Leges ciuiles quæ poſſunt ſe habere ad cōmodum, & ad præiudicium eccleſiæ, non dicuntur præiudiciales ipſi.*

10 *Lex quomodo cognoſcatur vtrum ſit fauorabilis, vel odioſa.*

11 *Eccleſia noua, ſeu capella non debet ędificari intra limites alterius eccleſiæ; niſi cauſa ſubſiſtente, & iudicis authoritate. nu. 51. declaratur latius.*

12 *Priuatus non poteſt præiudicare iuri iam quæſito alteri ſuperioris authoritate.*

13 *Libellus poteſt ita concipi, quòd quis in eo petat ſibi iuſtitiam miniſtrari ſecundum leges, & canonum ſtatuta, & ſecundum conſuetudinē, vel etiam ſecundum ſtatuta, vel ſynodales conſtitutiones.*

14 *Iura plura ſimul ad idē concurrētia ſunt fortiora.*

15 *Canones ſunt ſeruandi in vtroq; foro in materia concernente peccatum, vel ſpiritualia, aut aut iuris diuini directè interpretatiua: non autem leges.*

17 *Canones an, & quando ſint ſeruandi in vtroq; foro deficiente diſpoſitione iuris ciuilis; & ibi refertur communis opinio.*

18 *Conſuetudo eſt ſeruanda deficiente lege.*

19 *Canon longe maioris authoritatis eſt, quàm conſuetudo.*

23 *Canonicum ius diſcordans à iure ciuili ſuper materia poſitiua ſeruādum eſt in foro ſuo, quando vtrunq; eſt certum; ſecus ſi certum eſſet ius ciuile, & ius canonicum eſſet incertum, vel econuerſo.*

24 *Canonicum ius, & ciuile, ſi ſibi inuicem contradicant, poteſt vtrumq; eſſe rationabile propter varias rationes.*

25 *Laici litigātes in foro eccleſiaſtico, an ſubijciantur Canonibus; Et econuerſo, clerici litigantes in foro ſeculari, an ſubijciantur legibus, tàm reſpectu deciſionis cauſarum, quàm in ordinatorijs iudiciorum.*

26 *Canones, & leges quando ſibi non contradicunt, poſſunt allegari in vtroq; foro.*

29 *Attentatum poſt appellationem extraiudicialem non venit irritandum; niſi ſit contra appellationem, & prius iuſtificetur ipſa appellatio.*

30 *Denuntiatio eſt quædam appellatio, ſeu prouocatio extraiudicialis.*

31 *Mora modici temporis non præiudicat.*

32 *In appellatione proſequenda datur annus, ex cauſa biennium.*

35 *Citatio poteſt ſperni, vbi notorium eſt illam non poſſe fieri.*

36 *Sentētia iniuſtè lata cōtra ius partis, licet teneat; tamē ſecus eſt ſi cōtineat notoriā iniuſtitiam.*

37 *Fine adepto per notorietatem, ceſſant omnia, quę ſunt ad finem.*

39 *Nuntiatio noui operis eſt remedium extraordinarium.*

40 *Nuntiationis primus effectus, quòd deſtruatur ædificatum poſt nuntiationem.*

41 *Nuntiationis ſecundus effectus eſt, quòd afficiat rem. & ideò tenetur quicunq; ; ad quem poſſeſſio peruenerit. Declara tamen vt ibi.*

42 *Nuntiationis tertius effectus eſt, vt ſi ille, cui nuntiatum eſt, vellit defendere rem, quòd tranſfertur in eum onus probationis.*

43 *Nuntiationis quartus effectus eſt, quòd per ipſam conſeruatur poſſeſſio nuntianti. Declara tamen, vt nu. ſeq.*

44 *Nuntiatio facta per iactum lapilli, & per edictis prætoris, denotant audatiam, ac animum retinendi poſſeſſionem: Secus ſi fiat nuntiatio per ſimplex verbum.*

45 *Poßeßio ſolo animo de facili amittitur.*

46 *Nuntiationis practica ſecundum quoſdam.*

47 *Nuntiationis practica Bart. & communis. Declara tamen, vt nu. ſeq.*

49 *Vim vi repellere licet.*

50 *Debitorem fugientem licitum eſt propria authoritate capere.*

52 *Aedificatum in ſolo alieno, licet cedat ſolo, tamē fallit in ædificio facto in ſolo alieno ex rebus Eccleſiæ. Declara tamen vt ibi. & nu. ſeq.*

1 INTELLEXIMVS. † Aedificium
factum poſt nuntiationem noui
operis demoliri debet expenſis
conſtruentis. h.d. Vel ſic, poſt nū-
tiationem no. operis, etiam eccleſia ædificata
deſtruenda eſt expenſis conſtruentis. h.d. cum
ſequē. c. Diuiditur, quia in prima ponit con-
ſultatio. in ſecunda reſpon. ſecunda ibi, quia
verò. Et in tex. ibi, & infra, dic, ſub iſto infra
olim continebatur indeciſum, ꝙ iſte prior al-
legabat ædificatum poſt denuntiationem de-
moliri debere; & in hoc inducebat .ll. hoc

dicentes



dicentes. Epiſcopus verò dubitauit, cum non
inueniret à canonibus hoc diſpoſitum; & ma-
ximę in demolitione eccleſię; Vnde conſuluit
Papā, qui reſpōdet vt ſequitur. Not. primo ex
2 tex. quòd Prelatus, † ſeu Rector eccleſiæ poteſt
nomine eccleſiæ ſibi ſubiectæ nuntiare nouum
opus. Sicut enim nomine eccleſię poteſt age-
re, vt in cle. 1. de reſcr. & in .c. fi. de ſucceſ. ab
inte. ita & opus nuntiare. Et de hoc latius vi-
debimus in .c. ſequen. in gl. ma. Secundo no.
3 ꝙ .ll. † dicuntur canonibus famulari; quia non
dedignātur illos imitari. Canones verò dicun
4 tur à legibus adiuuari. Et ratio eſt, quia † ve-
lit, nolit, Imperator in plurimis caſibus tene-
tur Canones ſequi, vt infra dicam in glo. 2.
Eccleſia verò nō tenetur ſeruare .ll. Niſi qua-
tenus illas approbet; aut adducat in auxilium
5 ſuum. Et ratio rationis eſt, quia † Imperator
cum ſit inferior ſummo Pontifice, poteſt ab eo
ligari. Sed non illum ligare. vt in .c. cum infe-
rior .§. de ma. & obe. & in authen. de ec. ti. in
6 prin. Et ex prædictis infertur, ꝙ † doc. Iuris
Canonici debent præcedere doc. Iuris ciuilis.
Quamquam doctor iuris ciuilis eſſet prius do-
ctoratus. Sed hoc cōiter non ſeruatur. Ar-
bitrarer tamen omnia ſeruanda, data temporis
7 æqualitate. Tertio no. ꝙ † cauſa eccleſiæ decidi
debet per ius ciuile, quando canones deficerēt;
8 quoniā ſuper † materia poſitiua, leges omnes
noncontradicentes canonibus, aut in mate-
ria in qua Canones non diſponunt, videntur eſ-
ſe approbatæ. arg. tex. noſtri, qui ad hoc quo-
tidie allegatur. Qui procedit, non ſolum quò
ad conſtitutiones Principum; ſed etiam quò
ad .ll. per Principes approbatas; vt ſunt omnia
iura Digeſtorū; nam & illa principum diſpoſi-
tiones intelliguntur; eo quòd, omnia noſtra fa-
cimus, quibus authoritatem impartimur. vt in
.l. 3. C. de vet. iure. enu. & in .c. ſi Apoſtolicæ.
9 de præben. lib. 6. Quarto not. ꝙ † illa iura ci-
uilia, quæ poſſunt ſe habere ad præiudicium,
& ad commodum, ſeu fauorem, eccleſiæ, non
dicūtur ſimpliciter prꝗiudicialia. Ex quo infert
D. m. ꝙ licet iura canonica diſponant, ꝙ lex
imperialis damnoſa eccelſijs nō ſit recipienda,
tñ non dicitur præiudicialis, qñ generaliter di-
ſponit; & poteſt ſe habere ad cōmodū, & dam-
nū. Et ideò hic dicitur, ꝙ eccleſia cōſtructa poſt
nuntiationem noui. ope. venit deſtruenda au-
thoritate legū. Et ꝑdicta notabis ad cognoſcē-
10 dum, vtrum † conſtitutio dicatur fauorabilis,
aut odioſa. De quo per gl. pe. in .c. ſciant cun-
cti. de elect. lib. 6. & in .c. ſi propter. de reſcri.
lib. 6. & in .c. ſtatutū de præben. lib. 6. & etiam
per glo. in .c. fi. de ver. ſig. lib. 6. & per legiſtas in
.l. qui exceptionem. ff. de condi. indebi. & in .l.
maximū vitium. & ibi per Bal. C. de libe. pręte.
11 & in .l. 2. C. de in ius vo. Quinto not. ꝙ † no-
ua eccleſia, ſeu capella non debet ædificari intra
limites alterius eccleſiæ; niſi cauſa ſubſiſtente,
& ſuperioris authoritate accedente. Et ratio
12 eſt, quia nō debet † poſſe priuatus, aut inferior,
præiudicare iuri iam alteri quæſito ſuperioris
authoritate. Sed omnia iura parochialia quæ-
ſita ſunt eccleſiæ parochiali iam conſtructæ,
ergo ne illi præiudicetur, non poteſt noua con-
ſtrui. Vltimo not. ex fi. ibi, ſecundum legum,
& Canonum ſtatuta, tex. optimum pro practi-
13 ca † cōmuni, quæ in libellis ſeruatur; ſm̄ quā pe
tit quis ſibi iuſtitiam miniſtrari ſm̄ .ll. & cano-
num ſtatuta, aut ſecundum conſuetudinem, vel
etiam ſm̄ ſtatuta, vel ſynodales conſtitutiones.
poteſt enim implorari, & accumulari auxilium
plurimum iurium; quæ cū ſimul ad idem con-
14 currāt, † fortiora ſunt. Facit ꝙ not. 10. diſt. c.
fi. & ꝙ infra dicam in glo. 2. Ego tamen, quia
quandoq; ex diuerſitate iurium, diuerſa dan-
tur remedia, ſum ſolitus apponere prædictam
clauſulam ſub hac forma; petens ſibi iuſtitiam
adminiſtrari, ſecundum formam iuris, & ſeu ſa
crorum Canonum, & ſeu ſtatutorum, & ſic de
ſimili. Gl. 1. infert ex tex. allegat deinde in cō-
trarium, & ſol. In fi. glo. dic ex dictis doc. in
varijs locis collectis circa hunc articulum glo.
Quòd aut ſumus in materia concernente pec-
catum, vel ſpiritualia; Aut iuris diuini directè
15 interpretatiua, & ſeruandi † ſunt Canones, ēt
in vtroq; foro; non autem leges. vt in .l. fi. C.
de ſum. tri. & in .c. fi. §. de pręſcrip. dixi in .c.
.i. de maledi. Et ratio eſt, quia in iſtis, & ſimili-
16 bus ſolus Papa habet poteſtatē. Et † Impera-
tor quò ad hoc, etiam ſubiectus eſt Papę; Et
ipſius conſtitutiones obſeruare tenetur .96.
diſt. ſi Imperator. & in .c. duo. & .§. de ma. &
obe c. omnes principes. & not. glo. in .l. poſ-
ſeſſor. de re. iur. lib. 6. & not. in .l. fi. C. ſi con-
tra ius, vel vti. pub. Bar. & Bal. in .l. priuilegia
.C. de ſacroſan. eccle. Vbi idem dicunt de re-
bus eccleſiarum, & iuribus eccleſiaſticis. per
not. in .c. eccleſia. de cōſtit. & ꝙ no. in authen.
caſſa. C. de ſacroſan. eccle. Si verò ſumus ex-
17 tra hos caſus ſubdiſtingue. Quòd aut † deficit
diſpoſitio iuris ciuilis, & debet ſeruari canon in
vtroq; foro. arg. opti. hic. Quod etiam pro
18 batur apertè, nam † ſi deficiente lege recur-
ritur ad conſuetudinem, vel ad ſimile legis, vt
in .l. non poſſunt. & in .l. ſeq. & in .l. quibus.
& in .l. ſi de interpretatiõe. ff. de leg. fortius de-
bet recurri ad canones; ex quo per eos ille ca-
19 ſus eſt deciſus expreſsè; cum † canon ſit longè
maioris authoritatis, quàm cōſuetudo, aut ſi-
mile. 11. diſt. c. quis neſciat. Et maximè, cū al
terū veniat ex tacito conſenſu populi, vt cōſue-
tudo; alterum verò à tacito, vel ſubaudito in-
tellectu, vt eſt ſimile; vt ſingulariter dicit glo.
in .c. cupiētes. §. ꝙ ſi per viginti. de elec. lib. 6.
Facit etiam pro .d. deci. 11. diſt. c. eccleſiaſti-
carū, & quaſi per totā illam diſtin. cum omni-
bus ſeq. vſq; ad diſtin. 23. Et quia etiam Im-
20 perator dixit, ꝙ † .ll. non dedignantur imitari
ſacros canones, vt hic in iuribus alleg. in glo.
.1. Et ideò meritò in caſu dubij ſeruandi ſunt
canones. Et hoc ſequuntur hic Io. And. Cal.
D. m. & communiter * doc. Et idem etiā ego Cōm. op.
dicerem † in caſu conuerſo, vt ſi canon defice-
ret, ꝙ ſeruandæ eſſent .ll. vt in iuribus allegatis

hic in

hic in prin.gl.noſtræ. Et probatur.s̃. de arbi.
.c. dilecti & .s̃.de cau.poſſ. & proprie.c.2.&.c.
22 paſtoralis.Et idem ē†ſi ſuper canone eſſent va
riæ opi.& de iure ciuili aliquid certum diſpo-
neretur; nam etiam in foro eccleſiaſtico arbi-
trarer ſeruandas .ll. Et ſic opi. illã quæ .ll. ad-
iuuaretur. Facit ꝙ ſingulariter not. Bar. in
extrauag. ad reprimen. in glo. ſuper ver. per
edictum, & Io. de Imo. in cle.1.de iudi.& ibi
dixi. Et poſſet figurari exemplum per.c.ſuper
literis. de reſcrip. & ibi not. D. m. in. 1.oppo.
qui allegat not. in .c. per venerabilem. qui fi.
ſint le. & ſequitur Io.de Imo. in .l. à diuo Pio.
in princ.ff. de re iudi. & .D. m. in .c. cum tem
pore.in glo. fin.s̃.de arbit. & Io. de Imo. in.c.
fraternitatis.de teſti.per not.in .c.licet.s̃.de fo.
compe. & in .d.c.per venerabilem. Nam licet
23 vbi † ius canonicum diſcordat à iure ciuili ſu-
per materia poſitiua, vtrunq; ſit ſeruandum
in foro ſuo, vt ſtatim dicam; tamen hoc eſt ve-
rum, quando vtrunq; eſt certum. Secus ſi in
vno iure eſſet dubium,& in alio certitudo. Fa-
cit ꝙ no. de duabus quartis in .c. Rainutius.&
.c. Raynaldus.s̃.de teſta. Et de teſtibus exami-
nãdis in cã appellationis ſuper eiſdẽ articulis,
vel de directo contrarijs, in clem.fi.& ibi dixi,
de teſti. Si verò ſuper eadem materia clarè di-
ſponunt .ll. & canones, dic, ꝙ aut ad inuicem
ſibi contradicunt,& tunc quodlibet ſeruandũ
eſt in foro ſuo. vt in .c.2. de arbi. lib.6. & not.
in.c. cum eſſes. & in .c. relatum. & in .c. cum
24 tibi.s̃.de teſta. Nec poteſt dici, ꝙ † cum ſint
iura repugnãtia,de neceſſitate alterum ſit iniu-
ſtum, alterũ iuſtum. Quinimò poteſt vtrunq;
ius rõnabile eſſe in materia merè poſitiua, ꝑ-
pter varias rõnes, & conſiderationes,& perſo-
narum, & locorum, & temporũ. Facit ꝙ not.
in .c. non debet.s̃. de conſan. & affi. & .16.q.
1.c. & tẽporis. Et hæc maximè habẽt locum
in ordinatorijs iudiciorũ, in quibus etiam lai-
25 ci † litigantes in foro eccleſiaſtico ſubijciuntur
canonibus. Et econuerſo, clerici litigantes in
foro ſeculari. vt not. in.c. ꝙ clericis.de fo.cõp.
& in cle.diſpendioſam.de iudi. Sed maius du-
bium eſt,reſpectu deciſionis cauſarum,vtrum
clerici litigãtes in foro ſeculari, quò ad deciſio-
nem ſint iudicandi, ſecundum Canones, Et
laici in eccleſiaſtico ſecundum .ll. Qui articulus
eſt valde dubius.de quo .D.m. remittit ad not.
per ſe in .d.c. ꝙ clericis.& in.d.c.eccleſia ſanctæ
Mariæ. vbi fortè videbimus; quia melius ibi
cadit materia ſupradicta. Et vide Pe. de Anch.
in reg. ea quæ. de reg.iur.lib.6. in repe. & per
26 Io. And. in .c. 1. de conſti. Si verò † leges non
contradicunt canonibus, poſſunt allegari .ll. &
Canones in vtroq; foro. vt hic, & in .c. paſto-
ralis.s̃.de fide inſtru. quia vnum venit ad for-
tificationem alterius. vt dicunt doc.in .d.l.pri-
uilegia. & dixi .s̃. in not. Glo. 3. in prin. eſt
declaratiua literę per allegatas leges,& per ſimi
le. Deinde quærit de effectu denuntiationis,
& ſol. Deinde quærit cui ſit fienda nuntiatio,
& ſol. remittendo. Subdit tamen varios effe-
ctus, an fiat in re,an non.& in fine colligit not.
In ea gl. ibi. & eſt ſimile in excõmunicatione,
dic ꝙ eadem eſt ratio vtriuſq;; nam in nuntia-
tione noui operis,opus factũ poſt nuntiationẽ
demolitur propter contemptam prætoris au-
thoritatem, qui iubet deſiſtere ab ædificando
poſt denuntiationem per tres menſes; vt vide-
27 bimus in.c. fi.ĩ.eo. † niſi aliter nuntiatus ſibi
prouideret per remiſſionem, vel ſatiſdationẽ;
prout videbimus in glo. ſuper ver. remiſſionẽ.
in.c.ſe. Et in excõmunicatione eſt authoritas
eccleſiæ,& cenſuræ, & vt magis timeatur. In
eadem glo.in totum debet demoliri,dic,habes
igitur ex glo. & ex tex. vnum effectum nuntia-
28 tionis noui operis, vt † ædificatũ poſt nuntia-
tionem,etiam iuſtè, demoliri debeat. Et idem
probatur in.l.prætor.§.interdictum.§.qui igi-
tur. & .§.ait prætor. & .§.quicquid autem. ff.
eod. Sed contra hoc fortiter opponit .D.m.
29 videtur.n. ꝙ ſicut † attentatũ poſt appellatio-
nem extraiudicialem,non venit irritandum,ni-
ſi ſit contra appellationem;& prius iuſtificetur
ipſa appellatio. vt in.c.cũ nobis.& ꝙ ibi not.s̃.
de elec.& in.c. bonæ.s̃.de appel. Facit.c. non
ſolum. eo. ti.lib.6. Ita etiam dicendum eſt in
30 denũtiatione noui operis. Nam † denũtiatio
eſt q̃dã appellatio, ſeu ꝓuocatio extraiudicia-
lis. Ergo non deberet demoliri, & deſtrui id
ꝙ iure ędificatum eſt. Imò deberet expectari
finis, & euentus denuntiationis. Sol. contra-
rium eſt difficile,ſecundũ .D.m. in conſideran-
da ratione diuerſitatis. Sol. tamen ipſe, ꝙ ra-
tio diuerſitatis eſt, quòd in denuntiatione
hoc videtur inductum propter vitandas rixas.
Et quia cum infra tres menſes denuntians de-
beat probare de iure ſuo, vt in .c.fi.infra eo. &
ſi nõ probat,nuntiatus admittatur ad ædifican-
31 dum; & † in mora modici tẽporis nõ ſit præ-
iudicium; Ideò Prætor voluit, ꝙ poſt nuntia-
tionẽ,ædificans omnino ceſſet ab opere; aliàs
autem deſtruatur ædificatum poſt nuntiatio-
32 nem. Sed in appellatione alia eſt ratio; † quia
ibi datur annus, & ex cauſa biennium.vt in.c.
ex ratione .s̃. de appel. Vnde durum eſſet, ꝙ
propter quamlibet appellationem pars appel-
lata deberet derelinquere ius ſuum, vel iudex
non poſſet procedere ad vlteriora, ex quo non
tulit ſententiam. Et ideò meritò non tollitur,
nec irritatur ꝙ factum eſt, niſi iuſtificata appel-
latione. Sed iuxta prædicta quæro, numquid
indiſtinctè verum ſit,vt omne ędificium veniat
33 deſtruendum poſt nuntiationem noui † operis,
etiam ſi iure fuerit ædificatum? Sol. videtur
dicẽdum ꝙ ſic; & iſte tex.ſimiliter videtur hoc
velle, dum dicit, ſiue iure, ſiue iniuria. Sed di-
cit .D. m. ꝙ iſte tex. & alia ſimilia iura debẽt
34 intelligi, ſi modo † notoriè nõ conſtet de iniu-
ſta nũtiatione, & iuſta ædificatione. Secus au-
tem ſi notoriè conſtaret. Pro quo facit, ꝙ not.
in .l.2.ff.ne quis eum qui in ius.voca.vbi patet,
35 ꝙ citatio † poteſt ſperni, vbi notorium eſt illam
nõ poſſe fieri. Ad idem ꝙ not.in.c.veniens.s̃.
de accu. & .3. q.2.c. ſi epiſcopus. Et melius
in ter-



minis noſtris in .l. 1. §. vſufructuarius .ff.
eod.vbi patet,quòd ex eo,quòd vſufructuarius
non poteſt nuntiare domino, poteſt ſper-
ni nuntiatio ſua. Vnde idem dicendũ eſt, vbi-
cunq; aliàs notorium eſt, ꝙ nuntianti non cõ-
petit ius nuntiandi; vt quia, aliàs fuit iudicatũ
inter iſtos ſuper ipſa re, ſeu nuntiatione. Et
hoc dicit .D. m. fuiſſe principale, & originale
dictũ Roff.in ſuis libellis. Et ſecutus eſt Spe.eo.
ti. §. ſed nunquid. propè fin. & Bart. in .l. 1.
poſt prin.ff. eod. Quod dicit .D. m. ſingula-
riter notãdum. Pro quo allegat no. in.c.prox.
vbi dicitur, ꝙ ille Archiepiſcopus debeat ac-
quieſcere nuntiationi illorum monachorum;
quia cum eſſent viri perfecti, non eſt præſumẽ-
dum, ꝙ nuntiaſſent, niſi cognouiſſent ſua inte-
reſſe. Ergo ſi notorium fuiſſet ius nõ compe-
tere, non tenebatur Archiepiſcopus deferre
nuntiationi. Allegat etiam not.in.l. poſt rem
.ff. de tranſac.& in .c. 1. de lit.cont. lib. 6. vbi
ante lit. cont. admittiur peremptoria; & ope-
ratur effectum dilatoriarum. Sed tu dic, ꝙ
hanc opi. Roff. prius ſenſit glo. magna in .d.l.
poſt prin.& in .l.de pupillo.§. impoſititiam.ff.
eo. ti. Facit etiam .d.l. 1.§.nunc videamus. in
ver. perſonæ. Et etiã glo. in .d.l. 1.§.iuris no-
ſtri. in ver. pertinet. & Azo. in ſum. eod. ti. &
idem dicit etiã Bart. ſe conſuluiſſe. Pro qua ẽt
36 opinione allego, quia † licet ſententia iniuſtè
lata contra ius partis teneat, ſecundum ea quæ
dixi in.c. 1.s̃. de re iudi. tamen ſecus eſt, ſi con-
tineret notoriam iniuſtitiam. vt in .c.inter cæ-
37 teras. vbi dixi, de re iudi. Facit etiam, † quia
adepto fine per notorietatem, ceſſant omnia
quæ ſunt ad finem. vt dixi in .c. euidentia .s̃.de
accu. Conclude igitur, primam limitationem
38 ad regulam hic poſitam, ꝙ ædificatum, † etiam
iuſtè, poſt nuntiationem demoliendum eſt.
Niſi nuntiatio notoriè fuit iniuſta. Item limi-
ta ſecundum Hoſtien. in ſum.eod. tit. §. fi. ſi
modo nuntiatio tenuit. Secus autem ſi nun-
tiatio fuiſſet nulla; vel ratione nuntiantis, quia
eſt inhabilis ad nũtiandum, de quo dicam in .c.
ſequen. Vel quia non eſt interpoſita in de-
bita forma. de quo etiam dicam in .c. ſequen.
Vnde dicit Bar. poſt glo. in .d. l. 1. poſt prin.
quòd ſi fuit interpoſita ſine cauſa, ꝙ tunc non
habet locum quod hic dicitur. Et idem dicit
hic Hoſti. in ſum.in.c.fin. ſi alia actio compete-
bat; puta, communi diuidundo, vel familiæ
herciſcundæ, vel ſimilis.per.l.in prouinciali.§.
.1.& 2. ff. eo. tit.& .ff. de damn. infec. in .l. ſi
ædibus. & in .l. qui bona.§. de illo. &.ff. fini.
regun. in .l.4.§. ſi communẽ. in fin. Et ratio
39 eſt,ſecundum Bart. † quia nuntiatio noui ope.
eſt remedium extraordinariũ; vnde ceſſat, vbi
locus poteſt eſſe ordinario. Sicut in ſimili di-
cimus in .l.in cauſæ.2. in prin. ff. de mino. et
ff.de eden. in.l.quædam. Habes igitur ex præ-
40 dictis vnum effectum nuntiationis; † vide-
licet, quia deſtruitur ædificatum poſt nũtiatio-
41 nem. Eſt etiam & ſecundus effectus, † quia
afficit rem. Et ideò tenetur quicunq; ad quẽ
peruenerit poſſeſſio, etiam ſi fuerit ſingula-
ris poſſeſſor; puta, emptor qui ædificat poſt
nuntiationem factam venditori. vt .l. fin .ff.
eo. ti. Et iſtud eſt verum, quando opus fuerit
factum ab eo, cui fuit facta nuntiatio; nam te-
netur tũc quilibet ſucceſſor, ſaltem ad patien-
tiam demolitionis. Aut fuit factũ à ſucceſſore;
& tunc aut prohibitio,ſeu nuntiatio prius fue-
rat facta in rem, ſecundum formã ędicti poſiti
in.l. p̃tor. in prin.ff. eo Et tunc emptor ſi fuit
ſciens, tenetur in ſolidum. Aliàs tenetur ad
patientiã demolitionis. per .l. vim facit.§.tan-
diu .ff. ꝙ vi aut clam. Circa quod vide, ꝙ tra-
dit Bar. in .d.l. fi.& in .l. 3 .§. opus .ff. de alie.
42 iudi.mut. Tertius effectus eſt,† vt ſi ille cui an-
nuntiatũ eſt, velit defendere rem, ꝙ trãsfertur
in eũ onus probationis. vt in .l. ſi prius.ff.eod.
ſecundum Hoſti. Sed tu aduerte, quia illa lex
habet varios intellectus; & eſt valde difficilis.
Vnde dic, vt ibi latè traditur per legiſtas. Eſt
43 ẽt & quartus notabilis effectus, † ꝙ per nũtia-
44 tionem conſeruatur poſſeſſio nunciãti, ſi † erat
prius poſſeſſor, & illã faciat per iactum lapilli;
aut Prętoris authoritate. vt in .l. de pupillo .§.
meminiſſet .ff.de no. ope. nun. Secus ſi illã fa-
ceret ſimplici verbo; quia tunc aduerſarius effi
citur poſſeſſor; etiam ſi prius nõ poſſideret. vt
in .l. 1. §. in operis.ff. eo. Dummodo vt dixi,
nuntians nuntiationis tempore eſſet poſſeſſor,
vt.d. §. meminiſſe. Et ratio diuerſitatis eſt,
quam ſentit glo. in.d.§.in operis. Sed latius
per Azo. in ſum. eo. tit.§. fin. quia vbi fit per
iactum lapilli, non eſt ſignum hominis formi-
doloſi, timidi, vel fugitiui; Sed audacis,& pu-
gnaturi, ſi opus ſit per vim poſſeſſionem ſuam
retinere, ſi aduerſarius nõ acquieſcat nũtiatio-
ni. Et idem etiam quando adit Prętorem di-
cens, domine iudex, talis ędificat in meo,man-
detis ei, ꝙ ſtatim exeat, & ab ędificando deſi-
ſtat. Alioquin timeo, ne cum ego,& gens mea
armati ſimus, & parati ad propulſandam vim,
quę mihi infertur,faciã ipſũ exire per vim. Vel
aliter quàm vellet. Nam in his duobus caſi-
bus apparet, ꝙ non habet animum amittendi
poſſeſſionem. Vbi verò ſimplici verbo nũtiat
veniens ad ędificantem, & tanquam meticulo-
ſus dicit, amice, & dñe, vos facitis mihi iniuriã
ędificando in meo. Quare rogo, vt exeatis.
Aliàs nuntio vobis nouum opus. Ex his enim
ſimplicibus verbis,videtur cauſari quędã timi-
ditas; & meritò pręſumitur, ꝙ iſte ſuſpicetur
ſe poſſe repelli. Et ideò amittit poſſeſſionem;
45 quę ſolo † animo, & de facili amittitur. vt .ff.
de acq.poſ.in .l. 1.§.in amittenda, & in .l. ſi id
quod.§. fi. Ad idem facit .ff. de vi & vi arma.
in .l. 3. §. ſi quis autem viſis armatis. & ſeq.
Sed dicit Bar. ꝙ in iactu lapilli modica videtur
46 audacia. Vnde quidam dicunt, ꝙ † practica
huius nuntiationis per iactum lapilli, nõ eſt ſim
pliciter iactare vnum lapillum in opus; Sed ve-
nire ad opus, quod ędificat,de ipſo opere cum
manu, aut cum calce demoliendo; & ſic vide-
tur audax. vt.d.§. meminiſſe. & .ff. ꝙ vi, aut
clam.

clam.l.1.§.3.& in .l.vim facit. §.1. & .ff. ſi ſer.
vendi.in.l.& ſi fortè.§.1. Sed dicit Bar. quòd
talis practica non placet; quia eſſet cauſa rixę.
47 Et ideò eſſet ſeruanda † practica communis,ꝙ
in opus proijciatur lapillus. argu.l. æquiſſimũ.
.ff.de vſufru. Et quia minimè ſunt mutãda &c.
vt in .l.minimè .ff.de legi. An autem quando
fit per iactum lapilli requirantur verba, dicam
48 in.c.ſeq. Sed † tu aduerte, quia iudicio meo
tunc eſſet ſeruanda practica Bar.quãdo in ope-
re aduerſarius eſſet potentior; aut de honeſta-
te, vel vrbanitate. Sed ſi nuntians eſſet poten-
tior; de iuris rigore plus placet alia practica.
Pro qua facit ꝙ not. idem Bar. in .l.1.§. nun-
tiatio .ff.eo. vbi tenet, ꝙ nuntians poſſit pro-
pria authoritate deſtruere ꝙ ædificatur in ſolo
à ſe poſſeſſo. per.l. quemamodum .§. ſi prote-
ctum .ff.ad.l.aquil. Non ob. ꝙ poſſent venire
ad arma, quia hoc facit .l. permittente, & quaſi
49 per viam defenſionis. Vnde † vim vi repellere
licet, vt in vulgatis iurib. Pro qua etiam facit;
50 quia † debitorem fugiẽtem licitum eſt propria
authoritate capere. vt in.l.ait Prætor.§.ſi debi-
torem .ff. quæ in frau.credi. Et prædicta per-
petuò notabis, vt ſcias retinere poſſeſſionem
nuntiando nouum opus; quia ſi illã amitteres,
non recuperares poſtea per remiſſionem; niſi
de nouo acciperes, vt dicã in .c.ſeq. In ea glo.
ibi.c.prox.dic, vt de hoc latius ibidem. In ea-
dem glo.ibi, & not. ꝙ tot debent eſſe. dic de
hoc, vt dicam in .c.ſeq. in glo. ſuper ver. remiſ
ſionẽ. In glo.fi.in fi.dic,ſentit iſta gl. iũcto tex.
51 ꝙ etiam † citra nũtiationem eccleſia iſta ædifi-
cata intra limites alterius eccleſiæ,deberet de-
ſtrui; eo ꝙ non potuit ædificari in præiudiciũ
alterius eccleſię. Sed .D. m. hic dicit ſe dubi-
tare;nunquid iſta ſola cauſa ſufficeret. Et in cõ-
trarium allegat tex. & glo. 16.q.5.in.c.fi. Fa-
cit etiam.c. epiſcopus in diœceſi. 7.q.1.&.14.
.q.6. in.c. comperimus &.17.q.4.in.c.queſti.
Nam ſi in re aliena ædificata ſit eccleſia, &
conſecrata,non debet deſtrui. Imò faciens fie-
ri tenetur ad intereſſe; ita dicendum eſt, & in
caſu noſtro. Subdit tamen, ꝙ hoc caſu faten-
dum eſt, ꝙ nullum præiudicium generatur ec-
cleſiæ antiquę. Et ita debet intelligi ꝙ not.16.
q.1. in.c.eccleſiæ. & in .c. quicunq;. Vnde ex
quo conſtructa eſt,debet remanere ſine præiu-
dicio eccleſiæ antiquę. Et aduerte,quia ex prę-
dictis,& ex tex.ego infero vnam ſingularem li-
mitationem ad dicta per glo. in.c. apoſtolicos.
52 .12.q.2. vbi glo. vult, ꝙ † licet quod ædifica-
tur in ſolo alieno,cedat ſolo,vt inſti.de re.diui.
.§.ex diuerſo. & in .l. ſi is contra quem .C. de
ædific. priua. tamẽ fallit in ædificio facto in ſo-
lo alieno ex rebus eccleſiæ; quia tũc ſolum ce-
dit ædificio; quia hoc videtur eſſe verum, niſi
ſit facta nuntiatio noui operis; nam ſi hoc ca-
ſu deſtruenda eſt eccleſia, quo caſu aliàs non-
deſtrueretur; fortius idem dicendum eſt in ca-
ſu prædicto; Et ſic ſolum non cedit ædificio.
53 Item aduerte, quia † aliàs conſului, ꝙ glo. in
.d.c. apoſtolicos. debet intelligi, quando ille
qui ædificauit ex rebus eccleſiæ, ædificauit in
ſolo proprio. Secus fortè ſi ædificauit in alie-
no inſcio dño; nam tunc cum nihil ſit, ꝙ illi
poſſit imputari, ſeruabimus reg. prædictam, ꝙ
ædificium cedit ſolo. Nec ob. ꝙ dictum fuit
ſupra de eccleſia quæ non eſt deſtruenda; quia
illud eſt propter illius excellentiã. arg. prædicti
.c. comperimus. Et prædicta notabis; quia
nouiſſima ſunt.

## Cap. II. Cum Ex Iniuncto.

### SVMMARIVM.

1 *Aedificans poſt nuntiationem noui operis, & ante factã remiſſionem, nõ ſolum tenetur præſtare patientiam, vt ædificium deſtruatur, ſed proprijs expenſis debet illud deſtrui facere. Limita in hærede. nu. 24.*
2 *Nuntiatio noui operis exiſtenti in dignitate, ſeu magiſtratui, an, & quando fieri poſſit.*
3 *Nuntiato volenti agere confeſſoria, quòd ſibi ius ſit tenendi ædificatum, & prohibendi moleſtiam circa ædificatum, denegatur actio ante deſtructionem operis. Declara tamen, vt nu. 5. & nu. 7.*
4 *Spoliator non eſt audiendus ante reſtitutionem, ſi vult probare de proprietate ſua.*
6 *Deſtructio ita demum fit, ſi notoriè non appareat de iuſtitia ædificantis.*
7 *Exceptio debet opponi à parte, non autem iudex poteſt ex officio agentem repellere. Declara tamen, vt ibi. Et dictam declararationem limita. nu. 9.*
8 *Iudex ex officio põt agentẽ ſine actiõe repellere.*
10 *Statuto diſponente quòd quis non audiatur, an eũ iudex indiſtinctè poſſit ex officio repellere.*
11 *Exceptio dilatoria, videtur cõcedi per hæc verba, denegetur audientia, aut denegetur actio.*
12 *Eccleſia deſtructa authoritate ſuperioris, Canonici ipſius non poſſunt amplius Canonici appellari. Secus ſi ſine ſuperioris authoritate.*
*Idem in ciuitate, quò ad amiſſionẽ iurium ciuitatis. ibidem.*
13 *Cauſa ceſſante, debet ceſſare effectus.*
14 *Præſumendum eſt pro viris religioſis.*
15 *Scandalum vt euitetur, non debet quis ea omittere, vel cõmittere propter quæ incidit in pctũ.*
16 *Scandalum vt euitetur, debent omitti, & fieri ea, quæ fieri, & omitti poſſunt abſque peccato.*
17 *Scandalo proximi, qui potens non obuiat, peccat.*
18 *Succeſſor in dignitate an, & quando ſuccedat in vitium prędeceſſoris ſui. & nu. 21.*
19 *Dignitas, ſeu eccleſia eſt ſemper eadem, & non moritur.*
20 *Hæres defuncti verè eſt alia perſona, licet fingatur eadem.*
22 *Mala fides defuncti, non nocet hæredi vniuerſali in præſcriptionibus.*
23 *Bona fides præſumitur in hærede propter iuſtam ignorantiam.*
25 *L. cum hæredes .ff. de acq. poſſ. intellectus contra communem intellectum.*





26 *L. cum quis in ius. de reg. iu. in. 6. intellectus.*
27 *Res affecta vitio tranſit ad ſucceſſorem, etiam ſingularem, cum vitio.*
28 *Nuntiatio noui operis ad quæ opera pertineat. & nu. 30. & 33.*
29 *Cloacas, & riuos curare, publicæ ſalutis, & ſecuritatis intereſt.*
31 *Demoliri ædificatum poſt nuntiationem, quando non debeat.*
32 *Prætor de minimis non curat.*
33 *Aedificia facta petuntur demoliri per interdictũ quod vi aut clam, aut per alia publica iura aduerſus hæc prodita. Aduerſus verò fiẽda competit nuntiatio noui operis.*
34 *Opus nouum quis dicatur facere.*
35 *Nuntiare nouum opus quis poſſit.*
36 *Minor vigintiquinq; annis, tamẽ adultus, an poſſit nuntiare. Et cõis eſt nu. 37. quòd minor viginti annis non poſſit nuntiare ad publicam vtilitatẽ, etiam cum authoritate curatoris.*
38 *Pupillus vtrum poſſit nuntiare. Et nu. 39. cõis quòd ad priuatum commodum poſſit cum tutoris authoritate. Secus ſine tutoris authoritate. Et quòd ad publicum commodum non poſſit, etiam ſi interueniat tutoris authoritas, communis eſt, nu. 40.*
41 *Socij plures alicuius rei tenentur omnes nuntiare. Declara tamen vt ibi.*
42 *In indiuiduis factum vnius prodeſt omnibus.*
43 *Dominium vtile tantum habens poteſt nuntiare.*
44 *Dominium directum tm̃ habens poteſt nuntiare.*
45 *Dominus directus, & dominus vtilis ſi cõcurrant in nuntiatione, quid agendum; Et an ſibi inuicem poſſint nuntiare. nu. 46.*
47 *Vſusfructuarius, & alij habẽtes ius ſeruitutis, an poſſint nuntiare. Et an domino. & nu. ſeq.*
48 *Vſusfructuarius videtur factus cuſtos, ac procurator generalis à domino in illa re, in qua habet vſumfructum.*
49 *Prælati, & rectores eccleſiarũ an poſſint nũtiare.*
50 *Creditor an poſſit nuntiare.*
51 *Seruus vtrum poſſit nuntiare. & vſq; ad nu. 55.*
52 *Nũtiatio habet uim cuiuſdã ꝓuocatiõis ad iudiciũ*
53 *Nuntiatio eſt quædam defenſio.*
54 *Defenſio neceſſaria eſt iuris naturalis, non autem voluntaria.*
55 *Monachus an poſſit nuntiare.*
56 *Forenſis vtrum poſſit nuntiare. Et quòd ſi non in via publica, ſed in alio loco ædificetur, non poſſit ad publicum commodum nuntiare, cõmunis eſt. nu. 57.*
*Forenſis non intereſt iura alterius ciuitatis tueri, ibidem.*
58 *Forenſis quis dicatur.*
59 *Ciues plures ſi concurrant ad nuntiandum nouum opus ſpectans ad publicum commodum, quid agendum. Et an nomine reipublicæ ſit agendum. nu. ſeq. Et quid ſi prædium ſit fiſci, vel ciuitatis, non in publico vſu, nu. 61.*
62 *Nuntiatio an poſſit fieri nomine procuratorio. Et an præſumatur dicto nomine facta, nu. ſeq. Et quid ſi à falſo procuratore. nu. 64.*
65 *Nuntiare vt quis poſſit, an neceſſario debeat poſſidere. vſq; ad nu. 70.*
66 *Poſſeſſio retinetur per nuntiationem factam per iactum lapilli, & per Prætorem: Amittitur verò per nuntiationem factam ſimplici verbo. Limita tamen, vt nu. ſeq.*
68 *Iudex redditur difficilior ad deſtruendum opus conſtructũ, quã ad prohibendum cõſtruendũ.*
69 *Loca publica ſolent ſingulorum vſibus deſeruire.*
teri inſtituti non poterunt alienare, aut grauio-
ra attentare, ſeu gerere, ſine conſenſu iſtorum
15 patronorum exemptorum; quia† tales exem-
pti habent ius Epiſcopale, & æquiparantur Epi
ſcopis. 12.q.2.c.ſi qua de rebus. & in.c.placuit.
& .ſ̃.de vot.c.magnæ. ver. cum igitur. Quod
procedit ſm Hoſt. in exemptis, vt dictum eſt.
16 Secus in non exēptis; quia patroni† non exēpti
ex nudo iure patronatus nullam conſequuntur
iuriſdictionem. Remittit tamen ad not. in.c.
quanto. de off. ord. Sed ſolam habent præſen-
tationem.ſ̃.de iure pat.c.fin. Collatione verò
beneficiorum non habent. Sed ſolum poſſunt
ſe intromittere de temporalibus; & de plano, ſi-
ne iuriſdictione, qualiter talia bona adminiſtrē-
tur. Et licet repererint inſtitutos male agere,
non tamen poſſunt corrigere; ſed debent nun-
17 tiare Epiſcopo. Sicut non poteſt† Archiepiſco-
pus in diœceſi ſuffraganei ſui. Subdit etiam, ꝙ
licet quidam dicant, quòd tales habeant cuſto-
diam eccleſiarum vacantium. arg.c.bonæ.§.1.
ſ̃.de appel. tamen Inno. hoc non admittit, ſi in-
tenderent facere fructus ſuos. & remittit de
hoc ad not. in.c.cum nos.ſ̃.de off. ord. & ibi vi-
de per eum ſuper glo.pen. Sed dicit hic.d. An.
quòd inquantum ſupra dictum fuit, quòd pa-
troni exempti habent poteſtatem iuriſdictio-
nalem, & poſſunt authoritatē præſtare in agen-
dis, quaſi cenſeātur habere iuriſdictionē Epalē,
habet



habent locum qn̄ religioſi ſunt exēpti, et habēt
eccleſias ſibi pleno iure ſubiectas. & ita intelli-
18 git † .c. ſtatuimus.ſ̃. de tranſac. vbi etiam hoc
tenet Inno. & glo. in cle.1.de re.eccle. non alie.
Secus ſi haberent nudum ius patronatus, quā-
uis eſſent exempti. Quod etiā videtur ſenſiſſe
Inno. ſi rectè pōderētur eius verba .D. m. cla-
rius diſtinguit, ꝙ quandoq; religioſi in ec-
cleſijs habent ſolum ius patronatus. Quādoq;
verò habēt eccleſias ſibi ſubiectas quò ad hoc,
vt poſſint redditus conuertere in vſus ſuos.
Quandoq; verò habēt ſolam collationē. Quā-
doq; verò habent illas ſubiectas pleno iure.
19 Primo caſu dicendum † eſt, ꝙ ſiue ſint exem-
pti, ſiue non, non poſſunt in presbiteros inſti-
tutos exercere iuriſdictionem. Sed ſolum de-
bent præſentare Epiſcopis præsbiteros inſti-
tuendos. Verum eſt, ꝙ poſſunt exigere ratio-
nem generalem de adminiſtratione tempora-
lium. Non tamen, vt repertos culpabiles cor-
rigant. Sed vt corrigendos denuntient Epiſco
po. Facit.16.q.5.in.c.1. vbi dicitur, ꝙ etiam
ſi Epiſcopus in diœceſi alterius ædificat eccle-
ſiam, non habet ibi niſi ius præſentandi, & alia
quæ quis cōſequitur à iure patronatus. Cete-
ra verò reſeruantur Epiſcopo loci. Idem ergo
20 dicendum eſt in religioſis, † etiam exemptis.
Secūdo caſu, quādo habent eccleſias ſubiectas
vt poſſint redditus deputare in proprios vſus,
dicendum etiam eſt, ꝙ non habēt iuriſdictionē
in præsbiteros. Nec poſſunt ibi inſtituere ſi-
ne conſenſu Epiſcoporum; quia ſaltē populus
eſt ſubiectus Epiſcopo. vt traditur. 16.q.2.c.
viſis. & c. de monachis. Et hoc caſu poteſt in-
telligi. ꝙ volunt hic Inno. & Io. An. qui dicūt,
21 ꝙ ſi † impōitur collecta Epiſcopo, & patronis,
ꝙ eccleſiæ patronis ſubiectæ cōtribuunt cum
patronis, & non cum Epiſcopo; quia patroni
habent eas ſubiectas quò ad temporalia. Ter-
22 tio caſu, quando ſunt ſubiectę † quò ad colla-
tionem. dic, ꝙ non poſſunt vltra ſibi vſurpare.
Et ſic videtur, ꝙ non poſſint etiam deſtituere.
De quo tn̄ articulo, quia dubius eſt, dic vt la-
tius dixi in.c. cū ex iniuncto. in fi.ſ̃. de hæret.
& in diſputatione quæ incipit à ſacroſanctæ.
23 Vltimo caſu, quādo ſubſunt † pleno iure. di-
cendum, ꝙ habēt ibi inſtitutionem, & deſtitu-
tionem, vt ſupra dixi. arg. ſumpto hic à cōtra-
rio ſenſu. & tenet glo. noſtra. & p̄batur in.c.1.
de cap. mona. lib.6. Et hoc caſu debet etiam
intelligi quod dixi ſupra de contributione col-
lectę, ſecundū Inno. Sed ſi eccleſia eſt pleno
iure ſubiecta, ſed non populus, tunc religioſi ha
bent inſtitutionem collatoriam, & ſic quò ad
titulum. Sed authorizabilis inſtitutio quò
ad curam populi pertinet ad Epiſcopum. Et
de tali cura Epiſcopo viſitanti, & inquirenti te-
netur reddere rationem. De temporalibus ve-
ro inquiret Abbas. vt ſupra dixi in not. quia ſu-
per omnibus temporalibus habet poteſta-
tem hoc caſu. Salua ſolum portione vi-
carij, quacunq; conſuetudine non obſtante.
ſecundum Inno. & Io. An. per .c. extirpandæ.
.§. qui verò .ſ̃. de p̄ben. & per .c.1.eo.ti.lib.6.
Et hoc caſu, quando pleno iure ſubeſt, poteſt
intelligi illud dictū Inno. ꝙ habent iuriſdictio-
nem ſupra clericos; & quòd poſſunt interpo-
nere authoritatem in alienatione rei eccleſiæ.
vt idem Inno. no. in .d. c. ſtatuimus. ſupra de
tranſac. & ſupra dixi ſecundum .D. Anto. Et
aduerte, quia dicunt etiam Inno. & Io. An. &
ſequitur .D. Anto. ꝙ ſi non eſſent pleno iure
ſubiectę, patroni religioſi non ſunt alimentan-
di à talibus inferioribus eccleſijs, niſi authori-
tatę Epiſcopi. arg. ſupra de iure patrona.c. no-
bis.§. fi. & ſupra de cenſi.c.cum Apoſtolus.§.
p̄hohibemus. & .c. prohibemus. & .c. quanto.
Glo. pe. quęrit de ratione, quare iſti non exi-
mantur à iuriſdictione Epiſcoporum, & ſoluit.
In fi. gl. dic de hac materia, vt dicam infra eo.c.
vt priuilegia. In glo. finali ibi, ſubiacebunt in-
terdicto Epiſcoporum. dic, ſentit ergo iſta glo.
quòd per hęc verba; ſubiaceant interdicto,
24 nō † fertur interdictum ipſo facto, ſed neceſſa-
ria eſt ſententia. Et idem tenet hic Ioan. An.
.D. Anto. & * communiter doc. Sed tu vide Com. op.
glo. in contrarium in .c. 1. de iureiur. lib. 6.
Pro qua glo. facit quod not. 16. q. 4. in .c. ſi
quis ſuadente. & fortius facit ꝙ dixi in .c. 3.
ſupra de rapto. & in .c. dura .ſ̃. de cri. fal. vbi
tenui contrariam ſententiam. & ibi vide. Vn-
de forte. & melius dicendum eſt, quòd hic nō
ſit neceſſaria ſententia. Et pro hoc facit quod
hic ſequitur in fin. tex. dum dicit, & quod ege-
rint, irritum habeatur. cogitabis.

## Capitulum .IIII. Dilecti.

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegijs ſuis priuandus eſt, qui aliorum priui-
legijs derogat.*
2 *Delinques in exemptos, nō propter hoc ſubijcitur
poteſtati aliorum, ſed puniendus eſt ab ordi-
nario ſuo.*
3 *Prælatus, vel iudex negligens facere iuſtitiam, an
incurrat pœnam ſuſpenſionis.*

1 DILECTI. Priuandus † eſt priuile-
gijs ſuis, qui aliorum priuilegijs
derogat .h. d. Primo querelam
ponit. Secūdo prouidet. ibi, pro
certo. Nota primo ex tex. ꝙ ordinarij loco-
rum tenentur adminiſtrare plenam iuſtitiam
priuilegiatis ſecundum tenorem priuilegio-
rum ſuorum. Aliàs autem debent puniri, &
priuari priuilegijs eorum. Et ſic habes no-
tabilem pœnam nolentis ſeruare priuilegia alte-
rius. Et ratio deſcendit ex iure naturali; quia
quod quiſq; iuris & c. vt hic, & ſimiles rationes
habentur hic in glo. fin. Vltimo nota, ꝙ licet
2 quis † delinquat in exemptos, tamen propter
hoc non ſubijcitur poteſtati aliorum. Sed pu-
niendus eſt ab ordinario ſuo. Glo. 1. quęrit
de remedio contra iudices non facientes iuſti-
3 tiam. In fi. glo. Sed dubitatur, vtrum † Prela-
tus,

tus, vel iudex negligens facere iuſtitiã incurrat
pœnam ſuſpenſionis de qua in .c. cum æterni.
quod eſt.c.1.de re iudi. lib.6. Hoſti. hic tenet
ꝙ non. Pro quo facit tex.ibi, dum dicit, fece-
rit;nam aliud eſt facere iniuſtitiam, & aliud ne-
gligere iuſtitiã facere; & ſic videtur dicendum,
ꝙ nõ tenetur pœna iudicis qui male iudicauit.
Idem tamen Hoſtien. tenuit contrarium in .c.
legitima . de appella. lib. 6. vt recitat ibi Ioan.
An. Et contrariã opi. tenet hic Io.An.& in.d.
.c.1.de re iudi. D. m. hic dicit, ꝙ credit poſſe
diſtingui. Quòd aut Prælatus ſtat in meris fi-
nibus negligentiæ; vt quia, ſolum deſidia qua-
dam negligit facere iuſtitiã; & habet locum ꝙ
hic dicit Hoſtien. Aut negligentia reſolui-
tur in factum; vt quia, non vult dare dilatio-
nem; & hoc contra iuſtitiam,& conſcientiam;
& habeat locum aliud dictum. Vnde ſi dolo-
ſè per fraudem, gratiam, aut per ſordes omit-
tit,vel negligit, & pars grauatur ex tali omiſſio
ne, incurrit pœnam .d.c.1. quia vt not. glo. in
ver. contrarium,in .c. 1. de vſur. lib. 6. talis
qui omittit, dicitur facere. vt eſt tex. ff. de
reg. iur. in .l. qui nõ facit. not. Io. An. in .c.
generali. de elect. lib. 6. & in .c. 2. de re. eccle.
non alie. lib. 6. not.in .c.nemo .§.de ſimo.43.
diſt.c. ſi rector. & glo. in.l. in fraudem.ff.quæ
in frau. cre. in.l.ait prætor.ff.ex quib. ca. ma.
Glo. fi. eſt tota generalis, & proſequitur ratio-
nes generales ad tex. dic vt in ea.

## Capitulum .V. Ad Hæc.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegiati, qui ſepeliunt mortuos excommuni-catos,tenentur illos extumulare. & nu. ſeq. Limita tamen vt nu. 11.*

2 *Excommunicatos manifeſtos qui ſepeliunt,incur-runt excommunicationem.ipſo facto.*

3 *Hoſpitalarij an ſint exempti,remiſſiuè.*

4 *Epiſcopus an poſſit punire ſepelientes excommu-nicatos, vel admittentes eos ad diuina, re-miſſiuè.*

5 *Excommunicatis mortuis participantes, an inci-dant in excõmunicationem minorem. & vſq; ad nu. 10.*

6 *Mortuus non eſt homo.*

7 *Legis diſpoſitio ceſſat,ceſſante ratione.*

8 *Excommunicatus debet etiam poſt mortem ab-ſolui, ſi in eo apparuerint ſigna contritionis.*

9 *Priuatio præſupponit habitum.*

10 *Participare cum excõmunicatis, tàm viuis,quàm mortuis,qualiter dicamur.*

1 AD HAEC. Etiã priuilegiati,† qui
ſepeliunt mortuos excommuni-
catos, tenentur illos extumulare
h. d. Vel ſic, etiam priuilegiati nõ
poſſunt admittere excommunicatos ad ſepul-
turam. Et ſi admiſerint,debent inde illos eij-
cere. Et ſi non fecerint, negligẽtiam eorum
ſupplebit Epiſcopus .h.d. Nota primo,quòd
excommunicati non debẽt ſepeliri in cæmete-
rio, aut loco ſacro. Et vide tex. in cle. eos. de
2 ſepul. in quo ſepelientes † manifeſtos excom-
municatos,incurrunt excõmunicationem ipſo
facto. Secundo not. quòd licet beneficiati,
etiam exempti, receperint excommunicatos
ad eccleſiaſticã ſepulturam, tenẽtur illos exhu
mare, & eijcere. Et ipſorum exemptorum
negligentiam ſupplent ordinarij locorum. Et
hoc procedit,intelligendo, ꝙ iſti Hoſpitalarij
eſſent exempti. Secundum quem intellectum,
habes hic vnum caſum, in quo ordinarius exer
cet poteſtatem in exemptos. Inno. tamen
3 hic,vult,ꝙ Hoſpitalarij † non ſint exempti. de
quo ſtatim videbimus in.c.recepimus.ĩ.eod.
in glo. 1. Placet tamẽ quòd notabile procedat
etiam in exẽptis; & hoc in fauorẽ eccleſiaſti-
cæ diſciplinæ; & hoc ẽt videtur tenere Inno.
4 hic. Et an Epiſcopus † poſſit punire ſepelientes
excõmunicatos, vel admittentes illos ad di-
uina, vide plenè per Io. An. in .c. epiſcoporũ.
eo.ti. lib. 6. vbi concludit ꝙ non poteſt, ſi lo-
cus, & perſona ſunt exempti. Glo. 1. quærit,
5 vtrum † excommunicatis mortuis participan-
tes incidant in excommunicationem minorẽ.
& ſol. ꝙ ſic. In fi. glo.dic, Habes ergo, ꝙ effe-
ctus excommunicationis, quò ad prohibitio-
nem participationis,durat etiam poſt mortẽ.
Et ſic patet, ꝙ excommunicatio,non ſolum af-
ficit animam; ſed ẽt corpus. & hoc tenet Phi.
6 Hoſti. verò tenet contrarium; † quia mortuus
non eſt homo. Et quia cum ibi non ſit anima,
non cadit vera communio, cum videatur eſſe
debere ex parte vtriuſq;. Sicut in ſimili dici-
mus de conſenſu. vt in. c. tuæ. de ſpon. Et quia
hoc nõ reperitur in iure expreſſum regulariter.
ſaluo eo quod habetur in .c. 1. & 2. de hæreti.
lib. 6. & in cle.eos. de ſepul. Item quia ceſſat
ratio quare prohibetur communio. nam cum
hoc fuerit inductum, vt excommunicatus ru-
bore confuſus inducatur ad ſatisfaciendum, vt
in .c. pia. de except. lib. 6. & hæc ratio ceſſet
in mortuo, cum omnino de eo non ſit ſpes. 25.
7 diſt. qualis. & Prouerb.c.11. ideò † debet ceſ-
ſare ẽt diſpoſitio. Io. An. hic tenet ſm Hoſt.
cum glo. noſtra. Et pro hac opi. facit ꝙ not.
in .c. à nobis.2. infra de ſenten. excom. Et ꝙ
dicitur in glo.ſeq. vbi dicitur, ꝙ etiã poſt mor-
8 tem † debet abſolui, ſi in eo apparuerunt ſigna
cõtritionis. ergo cum poſſit abſolui, durat ex-
9 communicatio, † cum priuatio præſupponat
habitum. Præterea non eſt verum, ꝙ ceſſat rõ
ꝓhibitiua participationis;quia licet poſt mor-
tem non poſſint pœnitere, tamen dubitantes
de dedecore, ꝙ etiam eis mortuis non partici-
pabitur, facilius, & fortius inducerentur in vi-
tã ad ſatisfaciẽdum. Et quanquam mortui nõ
poſſunt participare cum alijs,tñ poteſt partici-
pari cum eis, corpus radendo, lauando, ve-
ſtiendo, & ſimilia faciendo, quæ negari non
poſſunt fore fauorabilia mortuo. Facit.c.ſa-
cris.de ſepul.24.q.2.c.1. Et ſic magis timebi-
tur eccleſiaſtica cenſura, quæ eſt maxima cauſa
ꝓhibitionis participationis. vt in .d.c.pia. licet
ergo



ergo ceſſet vna ratio,quia nõ poteſt amodo pę
10 nitere; tamen remanet alia. Et † quòd rebus
inſenſibilibus poſſimus participare, probatur
in .c. fi. de cle. exco. Nec eſt opus aliquo mo-
do facto, vel dicto excommunicati ad incur-
rendum excommunicationem; quia incurri-
tur etiam ſi aliquis dicat illi ſalue, aut aue. li-
cet ille nihil rñdeat. 11.q.3. excommunicatos
.24.q.1.omnis. Et hæc opinio eſt cõmunis. * Com.op.
& eam tenet vbiq;.D.m. vt hic, & in .c.ſacris.
& in.c. conſuluiſti.§.de conſe.eccl.vel alta. Sit
ergo cõcluſio, ꝙ lauando mortuũ, aut veſtien-
do, vel etiam aſſociando cadauer excommu-
nicati ad ſepulturam, aut ſimilia faciendo, in-
curritur excommunicatio. Glo. 2. oppo. ꝙ
11 tales † non ſunt exhumandi, & ſol. In eadem
glo. ibi, per eos non ſtetit. not. ex glo. ꝙ licet
quis non fuerit abſolutus in vita, tamen ſepul-
tus in cæmeterio non debet exhumari, ſi per
eum non ſtetit quo minus abſolueretur. vt pu-
ta, quia apparuerunt ſigna contritionis, & nõ
potuit habere ſacerdotem. Sed debet abſolui.
Et dic quòd tex. noſter procedit de exhuman-
do excommunicato, ſiue cœmeteria ſint con-
tigua eccleſijs, ſiue non.

## Capitulum .VI. Si De Terra.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegio eccleſiæ præſcribitur ſpatio triginta annorum.*

2 *Decimę debentur parochiali eccleſiæ, in qua præ-dia ſita ſunt, non ſolum à laicis, ſed etiam à religioſis.*

3 *Decimæ, licet ſint de iure diuino, tamen Papa poteſt concedere priuilegium de ipſis non ſol uendis: & an indiſtinctè procedat.*

4 *Prælati, & Rectores eccleſiarum, an negligendo, ſeu tacendo poſſint preiudicare eccleſiæ. & nu. 7.*

5 *Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.*

6 *Prælati factum præiudicat eccleſiæ, quando per ipſum reuertitur ad ius commune.*

8 *Priuilegio proprio renuntiare cuilibet eſt licitum. Limita tamen vt ibi.*

9 *Priuilegio exemptionis renuntiari non poteſt.*

10 *Priuilegium, an tollatur per vnicam contrafa-ctionem.*

11 *Priuilegium,an tollatur ſpatio triginta, vel qua-draginta annorum; & de communi. nu. 12.*

13 *Præſcriptio,an currat contra ignorantem.*

14 *Præſcriptio non interrumpitur per ſolam contra-dictionem. Limita tamen vt ibi.*

15 *Priuilegium facilius tollitur,quàm ius commune.*

SI DE TERRA. Contra priuile-
1 gium † eccleſię pſcribitur ſpatio
triginta annorum .h.d. Nota pri-
mo ex principio ibi, in parochia,
2 ꝙ † decimę debẽtur parochiali eccleſiæ in qua
prædia ſita ſunt, non ſolum à laicis, ſed etiam
à religioſis. de quo in.c. cũ contingat. de deci.
Secũdo not. ꝙ cum decimę ſint de iure diuino,
etiam religioſi tenentur illas ſoluere. de quo in
.c. ex parte. & .c.nuper. de deci. Tertio nota,
3 ꝙ licet † decimæ ſint de iure diuino, vt in.c.tua.
.§. de deci.tamen poteſt Papa concedere priui-
legiũ de ipſis nõ ſoluendis,& tenet. Et licet hoc
in clericis non ſit dubium, per tex. noſtrũ, &
.d.c. ex parte. & .c.nuper. tamen de laicis eſt
dubiũ. dic vt traditur in.c. à nobis .§. de deci.
4 Quarto nota, ꝙ prælati, † & rectores eccleſia-
rum negligendo, ſeu tacendo,poſſunt præiudi-
care eccleſiæ, permittendo præſcriptionẽ cur-
rere contra eccleſiam. & idem probatur in .l.
iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccle. Nec
ob.reg. delictũ. de re. iur.lib. 6.quia loquor in
ijs quæ cõſiſtunt in faciẽdo. de quo vide ibi. &
ꝙ traditur. per gl. 1. 16. q. 3.c. placuit.2. Nec
ob. ſi tu diceres, ergo ſolutio facto per iſtos, cũ
ſit in faciendo, non poteſt preiudicare eccleſię;
quia reſpondeo, ꝙ cum iſta ſolutio ſit de iure
communi, vt dictum eſt, ſequitur ꝙ aduerſus
ipſam tuebantur ex priuilegio. Vnde cum non
vterentur priuilegio, videtur potius negligen-
tia, & omiſſio, quàm factum. Et facit etiam ꝙ
5 dicit hic glo. noſtra, quia † res de facili reuerti-
tur ad naturam ſuam. vide glo. ſingu.in.c.ſtatu
tum. in ver. iurandum. de præben. lib. 6. & ꝙ
not.in.c.1. iũcto.c.fin. de pac.lib.6. Et ꝙ tra-
6 dit Fede.conſ.89. vbi vult ſingulariter, † ꝙ qñ
per factum prælati redditur ad ius commune,
contra ſpeciale priuilegium eccleſiæ,poteſt ſo-
lus Prelatus præiudicare eccleſiæ. Aduerte tñ,
7 ꝙ licet Prælatus † negligendo poſſit præiudica-
re eccleſiæ, tamen tenetur ipſe ad ſatisfaciendũ
eccleſiæ. hoc ſingulariter voluit glo. in ver.per-
ueniat. in.d.c.placuit. Facit ꝙ not.3.q.4.in .c.
fi.& ꝙ dicimus.de tutore negligente in.l.quic-
quid. C.arbi.tut.& ꝙ not.in gl.in.l.nõ ignotũ.
.c.de admi.tut.Facit. 12.q.2.c.monemus. Vl
8 timo not. ꝙ liberum eſt cuilibet † renuntiare
proprio priuilegio. Quod intellige,dummo-
do per renuntiationem non præiudicetur ſupe-
9 riori. Et ideò † priuilegio exemptionis non
poteſt renuntiari. vt not. in .c.cum tempore.§.
de arbi. Glo. 1. oppo. & pro ſo. remittit. In
fi. glo.dic, et aduerte, ꝙ habes ex hoc, & ex
10 iuribus in glo.allegat. ꝙ priuilegium † non tol
litur per vnicam contrafactionem. Cuius con-
trarium voluerunt quidam. de quo arti. dic, vt
dicam in.c. accedentibus.ĩ. eo. Et ibi etiam
videbimus, an requirãtur. 30. vel. 40. an. Sed
11 pro declaratione iſtius gl. & tex. q̃ro, † an pri-
uilegiũ tollatur ſpacio triginta,vel quadraginta
annorũ. So. Hoſt. & Io. An. hic intelligunt,
& limitant tex. ꝙ voluntariè facta fuit ſolutio,
per tex. noſtrum, dum dicit voluiſtis. Secus ſi
ignoranter, aut inuitò. arg.l. ad eos .ff. como.
12 & .c. ꝙ latenter .ĩ. de regu. iur. & cõiter † * ſe Com.op.
quuntur doc. excepto .D. m. qui dicit, quòd
miratur, quòd doc. hoc ſequantur. & quod
nullo modo putat hoc verum. Nam ex hoc
videtur inferendum, quòd contra ignoran-
13 tes † non currat præſcriptio, ꝙ eſt falſum; vt
in .l.

in .l. fina.in fi.C.de præſcrip. long. tempo. Et
tenet Bart. ꝙ currat, ſed ꝙ detur reſtitutio, in
.l. 1.§. ſi quis autem propter .ff. de iti. actuq;
pri. pro cuius dicto eſt tex.in .l. ſi in partem
.§. 1.& in.l.ſi locus. in prin.ff.quemadmo.ſer.
amit. Item reprobat ipſe ꝙ dictum eſt,ꝙ inui-
ti ſoluentes non præiudicant ſibi; nam ex quo
recipiētes ſunt in bona fide, debēt ipſi præſcri-
bere; & imputandum eſt ſoluentibus,qui con-
uenti in iudicio non allegant, & oſtendunt pri-
15 uilegia ſua; † nec enim per ſolam cōtradictio-
nem præſcriptio interrumpitur.16. q. 3. c.di-
lectio in.§.poteſt &.l.fi.C. de præſcri.lon.tem.
Quod tamen dicit limitandum, per.c. nihil
prodeſt.ſ̃. de præſcrip. nam ſi in loco propter
hoſtilitatem non reddebatur iuſtitia, non cur-
rit præſcriptio. Facit etiam.c.ex tranſmiſſa.ſ̃.
de præſcrip. & ꝙ tradit Bar. ſi rectè memini,
in.l.naturaliter .ff.de vſucap. Aduerte tñ,quia
ego intelligo Io. An. & Hoſti. voluiſſe loqui
de violentia. Glo.2. fortificat tex. colligēdo,
& probando per ſimilia, & per rationem. In
eadem ibi, multo fortius,dic,quoniam facilius
15 tollitur † priuilegium,quàm ius commune, vt
in .l.antiquæ.C.ad velle. & in.l. eius.§. 1. ff. de
teſta. mi.& in.c. præſenti. de præben.lib.6. In
eadem glo. in fi. dic, &.35.diſt. c.ab exordio.
Et adde quæ dixi.ſ̃.in.4.not. Glo. fin.in prin.
allegat cōcor. & in fi.oppo.& pro ſo. remittit.

## Capitulum .VII. Porrò.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegiorū tenor inſpiciendus eſt, & ſeruandus.*
2 *Priuilegia ſunt ſeruanda, non ſolum quò ad formā verborum, ſed etiam quò ad mentem ipſorū.*
3 *Priuilegium alleganti non creditur, niſi illud oſtendat.*
4 *Priuilegium allegandi modus: remiſſiuè.*
5 *Bona acquiſita per priuilegiatos aſſumunt naturā priuilegiatorum.*
6 *Quanuis dictio, aduerſatur tàm in iure, quàm in facto.*
7 *Intellectus duplex huius tex.*

1 PORRÒ. Priuilegiorum † tenor
inſpiciendus eſt,& ſeruādus. h.d.
Vel ſic,de priuilegijs non eſt iu-
dicandum, niſi inſpecto eorū te-
nore,ſecundum quem ab omnibus ſubditis ſer
uāda ſunt .h.d. Not.primo ſecūdum ſumma-
rium, ꝙ poteſt exemplificari, per tex. in .c.nu-
2 per .ſ̃. de deci. Et intellige,ꝙ † priuilegia ſunt
ſeruanda, non ſolum quò ad formam verborū,
ſed etiam quò ad mentem ipſorū, vt in.c. quan-
3 to .ȷ̃. eo. Secundo not. ꝙ † alleganti priui-
legium non creditur, niſi illud oſtendat. Et
4 de † modo allegandi priuilegia, vide in .c.cum
perſonę. cod.tit. lib.6. Vltimo not. arg. pro,
5 & contra, ſecundum varias lecturas, ꝙ † bona
acquiſita per priuilegiatos, aſſumunt ſibi natu-
ram priuilegiatorum. Facit .c. quod circa .ȷ̃.
eo.&.c. vni. de iure pa. lib. 6. & iura quæ alle-
gantur in glo.2. in fi. Glo. 1. quærit de intel-
lectu literæ, & ſoluit. In eadem glo. in verſ.
quanuis, adde tex. in .c. venerabilem. & tex.
iuncta glo. in verſ. quanùis, in .c.bonæ.1. ſ̃. de
elec. & not. in .l.idem .ff. vſufruc. quemadmo.
caue. In eadem ibi, ſed propriè non videtur
6 poſſe ſtare, & ratio eſt, quia iſta dictio † quan-
uis,de natura ſui eſt aduerſatiua; & aduerſatur,
tàm in iure, quàm in facto, vt not.in .l. 1.§.do
lum. de eo per quem fa. erit &c. Sed hic non
ſtat aduerſatiuè, ſed ampliatiuè. Nam ſenſus
7 eſt † literæ ſecundum glo. ſeq. ꝙ cum iſti tem-
plarij habeant multa priuilegia in bonis ſuis,
non eſt dubitādum, quin habeāt illam liberta-
tem in acquirendis, quam in acquiſitis; Sed ſi
dictio,quanuis, intelligeretur ꝓpriè, vt ſtet ad-
uerſatiuè, tunc eſt ſecundus intellectus, ꝙ iſti
non habent illam libertatem in acquirendis,
quam in acquiſitis; Et ſic ex hoc ſecundo in-
tellectu infertur, ꝙ licet res perueniat ad pri-
uilegiatum, non mutat naturam ſuam, vt tra-
ditur in.c. commiſſum .ſ̃. de deci. In vtroq; ta
men caſu, & intellectu, diligenter inſpicien-
da ſunt verba priuilegiorum. Et not. ex præ-
dictis de ſignificato dictionis quanuis, ad in-
terpretationem ſtatutorum. Glo.2.quærit de
intellectu literæ. In fin. glo. dic, iſte intelle-
ctus procedit, ſecundum ꝙ dictio quanuis, nō
ſtat propriè, vt dictum fuit in glo. præced.
Glo. pe. dicit quatuor,vel quinq; not. In fin.
glo. dic, not. hanc glo. in practica; & idē not.
in .c. contingit. de fi. inſtru.& in.d.c.cum per-
ſonæ.de priuile. in 6.

## Capitulum .VIII. Recepimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Cenſus ſolutio non probat quem exemptum, niſi appareat ex alio. & nu. 3. & 4.*
2 *Cenſus reſeruatio de neceſſitate non requiritur ad conceſſionem exemptionis.*
4 *Probatio debet eſſe neceſſaria, & concludens. & nu. 6.*
5 *Dominium non probatur per librum cenſualem.*
7 *Recipere aliquē ſpecialiter in ius beati Petri, importat exemptionem.*
8 *Exemptio non probatur per ſolutionem cenſus, licet cum ipſa ſit receptio ſub protectione. & nu. 43.*
9 *Iuriſdictio, an contineatur actiuè, & paſſiuè ſub nomine protectionis.*
10 *Recipere aliquem in protectionem, non præiudicat in aliquo iuri aliorum.*
11 *Recipiens aliquem in protectionem, non tenetur eum à iuſto bello ſibi moto defendere: Sed tantum ab iniuſto.*
12 *Hoſpitalarij, & Templarij, an ſint exempti. & nu. 48.*
13 *Exemptio quid ſit.*
14 *Priuilegium, quo quis eximitur à muneribus, an dicatur potius priuilegiū immunitatis, quàm exemptionis.*

*15 Exem-*



15 *Exemptionis priuilegium quis poſſit concedere.*
16 *Papa ſuper eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis habet plenam, & omnimodam poteſtatem.*
17 *Imperator in temporalibus, ſupremam habet poteſtatem in terris ſibi ſubiectis.*
18 *Reges, Principes, & ciuitates non recognoſcentes ſuperiorem, in terris ſibi ſubiectis habent tantam poteſtatē, quantā habet Imperator.*
19 *Papa non poteſt quem ita priuilegiare, vt non ſit ſibi ſubiectus, quantum ad ſpiritualia.*
20 *Imperator, an poſſit concedere exemptionem ſubdito ſuo, vt nec coram ſe, nec coram alio iudice ſeculari, ſed tantum coram eccleſiaſtico poſſit conueniri. Et an poſſit reuocare talem exemptionem. nu. ſeq.*
22 *Nolle eſt eius, cuius eſt velle.*
23 *Exemptionē, an poſſit legatus à Latere cōcedere.*
24 *Exemptionem, an poſſint concedere Primates, Archiepiſcopi, & Epiſcopi.*
25 *Exemptio poteſt fieri quò ad quædam, & quò ad quædam non: & pro parte ſic, & pro parte non: ibidem.*
26 *Eximere à ſe principalem eccleſiam retēta capella in poteſtate ſua, & econtrà, an quis poſſit. & nu. ſeq. vbi quid ſi Eccleſia ſit ſubiecta alteri Epiſcopo.*
28 *Exemptio debet fieri cum debita, & requiſita ſolemnitate, & ex cauſa legitima.*
29 *Exemptionē generalem, quò ad temporalem iuriſdictionem, recgonoſcēs ſuperiorem non poteſt concedere: ſecus exemptionem reſpectu munerum; ibidem.*
30 *Renuntiare iuri ſuo cuiq; licitum eſt.*
31 *Exemptionē quis cōceſſerit clericis, qua exēpti ſunt à laicis, ſeu à iuriſdictione Imperatoris.*
32 *Exemptionis priuilegium per quas verborum formulas concedi videatur: Et ibi quòd per nouem, vſque ad nu. 41.*
41 *L.1.§.ſimili modo .C.de lat.liber.tol.declaratur.*
42 *Exēptio importatur per verba ſupraſcripta, dummodo principaliter, ac propter ſe enūtientur.*
44 *Exempta à iuriſdictione Diœceſani nō dicitur eccleſia, quæ conceſſa eſt in proprios vſus alicuius Prælati.*
45 *Exemptio tàm à temporalibus, quàm à ſpiritualibus intelligitur facta, ſi Papa eximat eccleſiam ab Epiſcopo pleno iure, vel vtroq; iure; & idem de conceſſione facta alicui à Papa ſub illis verbis.*
46 *Exemptionis priuilegium, non requirit expreſſam mentionem de Epiſcopo, vel ordinario.*
47 *Exemptionis priuilegia, qui dicantur habere.*
48 *Exempti, an ſint aliqui de iure à iuriſdictione ordinariorum, & ibi an hoſpitalarij.*
49 *Exemptionis priuilegium, quando poſſit concedi.*
50 *Voluntas ſola ſufficit in his, quæ ſunt de iure poſitiuo.*
51 *Papa eſt ſupra ius poſitiuum.*
52 *Exemptionis priuilegium, an iuuet impetrantē poſt citationem factam per ordinarium.*
53 *Exemptionis cauſa, à quo iudice debeat cognoſci. & nu. ſequen.*
54 *Priuilegia debent reſtringi, ſecundum tenorem, & metas ipſorum.*
55 *Immutatum cur ſtare prohibetur.*
56 *Legatus de latere, non poteſt cognoſcere de cauſa exemptionis, in qua ſolus Papa regulariter poteſt cognoſcere; niſi ſpecialiter ſit ei demādatum; ſecundum communem. ibidem.*
57 *Exemptionis cauſa, an poſſit cognoſci à Primatibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis.*
58 *Exemptus regulariter ratione delicti comiſſi extra locum exemptum; vel ratione contractus celebrati extra locum exemptum; vel ratione rei alibi ſitæ, poteſt coram ordinario loci conueniri.*
59 *Effectus ſi extendatur ad locum publicum, licet res ſit in loco priuato, datur interdictum, ne quid in loco publico.*
60 *Exempti ſi contrahant, vel delinquant in loco exemptionis, ordinarius regulariter nō poteſt de ipſis ſe intromittere. Fallit tamen in vigintiquatuor limitationibus infra poſitis. et vſq; ad nu. 69.*
61 *Illatio non fit ex ſeparatis.*
62 *Exemptorum negligētia, debet ſuppleri ab ordinarijs authoritate apoſtolica.*
63 *Ordinarius loci exigit rationem adminiſtrationis geſtorū ab exemptis deputatis executoribus teſtamentorum. Et punit eos, ſi circa adminiſtrationem reperit illos culpabiles.*
64 *Exempti ſepelientes excōmunicatos, vel alios ſimiles, poſſunt ab ordinarijs puniri, ſecūdum communem.*
65 *Notorietas, an tribuat iuriſdictionem ordinarijs contra exemptos, pro delicto commiſſo in loco exempto.*
66 *Exempti excommunicati ipſo facto, poſſunt poſtea ad ordinarijs pronuntiari pro excommunicatis, vt ab alijs vitentur.*
67 *Declaratio, ſeu denuntiatio nihil addit.*
68 *Notoria non requirunt cognitionem iudicialem.*
69 *Exempti, etiam volentes, non poſſunt prorogare iuriſdictionem ordinarij in contentioſis iuriſdictionalibus, & pœnalibus, abſq; licentia Papæ.*
70 *Exempta quando principaliter eſt perſona, an, et quando ordinarius poſſit ſe intromittere.*
71 *Exemptus citatus ab ordinario, an teneatur comparere ſaltem allegaturus priuilegium ſuum. Et ibi practica compellendi exemptum ad oſtendendum priuilegium ſuæ exemptionis.*
72 *Exemptionis probandæ articulo pendente, vtrū ordinarius poſſit exercere iuriſdictionē ſuam contra exemptum.*
73 *Exemptarum Monialium monaſterium, ſi quis ingrediatur contra ſtatutum Epī hoc prohibens ſub pœna excommunicationis, an poſſit ab eodem Epiſcopo puniri.*
74 *Exemptus locus, & locus extra diœceſim, æquiparantur.*
75 *Epiſcopi ſtatutum, vel præceptum non ligat extra Diœceſim.*
76 *Exemptū locum ſibi pro tribunali eligere, an poſſit ordinarius.*
77 *In exempto loco, an poſſit Epiſcopus exercere in*
*pon-*

*pontificalibus celebrationem diuinorum, & benedictionē populi: remiſſiuè.*
78 *Exemptio conceſſa alicui, ne poſſit excommunicari ab alio quàm à Papa, an faciat quòd non poſſit conueniri coram Epiſcopo. & nu. ſeq.*
79 *Conceſſio vnius infert alterius denegationem.*
80 *Exemptus, ſi excommunicetur ab ordinario in caſu non permiſſo, an valeat excommunicatio.*
81 *Exemptus an, & quando, ſubijciatur ordinario ſecundũ opi. Bar. multipliciter diſtinguendo.*
82 *Epiſcopus, ſi in ſtudio emit vinum, vel bladum, poterit conueniri coram ordinario: remiſſiuè.*
83 *Exēptionis effectus colligitur ante omnia ex verbis, & tenore priuilegiorum.*
84 *Exemptus ratione vnius rei, non intelligitur exemptus ratione alterius: Exemptus tamen ſimpliciter, videtur generaliter exemptus.*
85 *Exempta eccleſia, vtrum cenſeantur exempti miniſtri: Et quid de oblatis monaſterio exempto. nu. 86. Et quid de famulis, & mercenarijs ipſius. nu. 87.*
88 *Exempto monaſterio, non cenſentur capellæ exemptæ.*
89 *Exemptio, ſi concedatur monaſterio, & capellis ſuis, an extendatur ad capellas poſtea acquiſitas.*
90 *Exemptio facta eccleſiæ, cum capellis ſuis expreſſis nomine proprio, nō infert neceſſariò, quòd dictæ capellæ ſint ſuæ.*
91 *Exempto loco, ſi locus non exemptus concedatur, an gaudeat priuilegio exēptionis. & nu. ſeq. Et quid in caſu contrario. nu. 93.*
92 *Epiſcopo inferior non poteſt ea, quæ ſunt Epiſcopalis iuris, etiam ex præſcriptione, obtinere.*
94 *Exempta eccleſia, an dicatur liberata à iure reuerentiæ quam debet Epiſcopo.*
95 *Exempti, an præferendi ſint non exemptis in proceſſione.*
96 *Exempti Abbates, an poſſint in ſynodo vti pretioſiori mitra, quàm non exempti.*
97 *Exemptio loci exmpti, vſq; ad quem locum extendatur.*
98 *Exemptionis priuilegium, qualiter tollatur.*
99 *An per viam reuocationis.*
100 *An per viam renūtiationis, ſaltem quò ad præiudicium renuntiantis.*
101 *Exemptio, vtrum tollatur præſcriptione.*
102 *Præſcriptione tolli poteſt, quod per præſcriptionem poteſt induci.*
103 *Tacitè Fieri non poteſt, quod non poteſt expreſſè.*
104 *Exemptionis priuilegium ſecundum impetrans, an videatur renuntiare priuilegio priori ſuper eodem obtento.*
105 *Clericus dubitādo de validitate ſui tituli, poteſt illi renuntiare impetrando alium.*
106 *Dominium non poteſt acquiri ex diuerſis titulis.*
107 *Tituli poſſunt multiplicari.*

1 RECEPIMVS. Solutio † cenſus nō
probat quem exemptum; niſi ex
alio deprehendatur; vt quia ſol-
uitur ad indicium perceptę liber-
tatis.h.d. Vel ſic, per ſolam ſolutionem cēſus,
quæ ſit Romanæ eccleſiæ, non probatur exem-
ptio à iure Epiſcoporum.h.d. Diuiditur, quia
primo ponitur conſultatio, ſecundo reſponſio,
ſecunda ibi, cæterum. Not. primo, ꝙ licet
in priuilegio exemptionis non appareat, ꝙ ſe-
di apoſtolicæ ſoluendus eſt aliquis cenſus, per
hoc tamen non concluditur, ꝙ non ſit conceſ-
ſa exemptio. Et ratio eſt in promptu, quia ſo-
2 lutio cenſus † non eſt de ſubſtantia exemptio-
nis; licet quandoq; concedens exemptionem
ſolitus ſit ad indiciũ conceſſę libertatis reſerua
re ſibi aliquem cenſum; de quo in .c. conſtitu-
tus. ſupra de reli. do. Secundo not. per con-
3 trarium, ꝙ ſolutio † cenſus non probat exem-
4 ptionem; nam cum probatio † debeat eſſe ne-
ceſſaria, & concludens, vt in .c. in præſentia.
ſupra de probatio. & ſolutio cenſus poſſit
fieri propter alias varias cauſas, quàm propter
cauſam cōceſſę exēptionis; ꝙ patet hic in tex.
noſtro, quia & ad indiciũ perceptæ ꝓtectio-
nis poteſt fieri, ſequitur, ꝙ tanquam ambigua
non probat, & neceſſariò non concludit. Si-
5 mile dicimus, ꝙ liber † cenſualis non probat
dominium. vt in.l.cenſualis.C. de dona. Ter-
tio not. ex prædictis, & ex tex. ꝙ non probat
6 hoc † eſſe, ꝙ ab hoc contingit abeſſe. Simile
in .c.tua.§. de ſpon.& in .l. non hoc .C. vnde
cog. Quarto no. ꝙ per hæc verba recipimus
7 te, † vt ſis ſpecialiter iuris beati Petri, videtur
inducta exemptio, & libertatis conceſſio. Et
ratio eſt, quia regulariter oēs eccleſię ſunt de
iure beati Petri. Si ergo in priuilegio dicitur
ꝙ ſint iuris beati Petri ſpecialiter, videtur ali-
quid ſpecialiter de nouo concedi. & per con-
ſequens exemptio. Facit ꝙ not. in .l. ſi quan-
do .C.de inoff. teſta. Et de ſimilibus verbis.
per quæ inducitur exemptio, dicam .ĩ. in ma-
teria exemptionis in tertio articulo principali.
Quinto not. ꝙ etiam iſta ſimul iuncta, videli-
8 cet, receptio † ſub protectione, & ſolutio cen-
ſus, non probant exemptionem. de quo remit
tit .D. m. ad not. per Bal. in .l. ſolet.in fi. ff. de
de offi. proconſul. & ad not. in .c. omnis ani-
ma .§. de cenſi. Sed Bal. in .d.l. ſolet. nihil di-
cit; ſed bene tangit articulum de receptione
ſub protectione, in.l. 1.C. ſi quacunq; prædi.
9 pote. vbi dicit, quòd † nomine protectionis,
omnis iuriſdictio cōtinetur actiuè, & paſſiuè.
Et aduerte, quia non ſolum procedit notabile,
quando eccleſia recipitur ſub protectione; ſed
ēt ſi recipitur ſingularis perſona expreſſo noīe
proprio. vt in.c.ex parte.infra eo. Vltimo not.
10 ex.fi.tex. ꝙ per † receptionem factam ſub pro-
tectione, non intelligitur detrahi in aliquo iuri
ordinariorum, vel ſimilium. ꝙ perpetuò nota-
bis; quia quotidie contingit, ꝙ domini tem-
porales, aut ciuitates, recipiunt aliqua caſtra,
vel paruos dños ſub protectione ipſorũ; nam
per hoc nō præiudicatur iuribus aliorum. Vn-
de habentes iura contra tales receptos, poſſunt
exercere ſicut prius. Et ex hoc infertur, quòd
11 tales † recipientes nō tenētur tales recipere ad-
uerſus bellum, vel litem cōtra eos iuſtè illatam,
vel



vel cœptam. Sed duntaxat ſi iniuſtè grauaren-
tur; vt ſentit hic glo. fin. in fi. & ſequitur
Hoſtien. & etiam ſequuntur docto. Glo. 1.
format .q. & ſol. In fin. glo. dic, videtur ergo
12 hæc glo. innuere, quòd iſti Templarij, † & Ho-
ſpitalarij ſint exempti. Sed Hoſtien. hic dicit,
quòd licet ipſi ſint in multis priuilegiati, non ta
men ſunt exempti. Sed dic vt dicam infra in
quarto principali articulo. In glo. 3. in fin.
dic de hoc, vt dicā.ĩ. in tertio articulo princi-
pali. Glo. fin. in prin. eſt literalis, & probat
literam per ſimile. deinde opponit, & non ſol.
deinde format .q. an talis receptio ſub ꝓtectio-
ne aliquid operetur. In eadem glo. ibi .c. vlti-
mo, dic de hoc, vt ibi dixi poſt doct. In eadem
glo. ibi, cum iniuſtè grauātur. not. hanc glo.
pro ijs quæ dixi in vlti. not.

¶ POSTREMÒ. Extra glo. quia hæc decre.
tractat de materia exēptionis, & etiam Inno.
& docto. hic, & iſta materia eſt multum quo-
tidiana, & vtilis, & multum male, & inordina-
tè explicata per doct. & principaliter conuenit
capitulo noſtro; iccirco, vt ipſam plenè, & or-
dinatè habeas, proſequar infraſcriptos articu-
los principales. Primus erit, quid ſit exem-
ptio, ſeu eximere. Secundus, quis poſſit priui-
legium exemptionis concedere. Tertius, per
quę verba intelligatur eſſe conceſſa exemptio.
Quartus, qui ſint, qui dicuntur priuilegia exē-
ptionis habere. Quintus, quando poſſit con-
cedi exemptio. Sextus, quis iudex poſſit co-
gnoſcere de exēptis, & de exemptionis cauſa.
Septimus, de effectibus exemptionis. Octa-
uus, & vltimus, qualiter exemptio amittatur,
13 ſeu tollatur. Circa primũ igitur quęro, † quid
ſit exemptio. Sol. docto. non tradunt. Sed
iureconſultus in .l. ſed eximendi .ff. ne quis eũ
qui in ius. voca. eſt vi. exi. dicit, quòd hoc
verbum generale eſt. Et ſubdit, ꝙ licet eripe-
re, ſit de manibus auferre per raptum; Exime-
re tamen eſt quoquo modo auferre, etiam ſi de
manibus non rapuerit. Et quanuis hæc ex-
poſitio, ſeu ſignificatio ibi ponatur quantum
ad effectum, & declarationem illius tit. ta-
men etiam pertinet ad titulum noſtrum. Vn-
de dico, quòd verbum eſt generale. Et idem
importat, ꝙ ſubtrahere, ſubferre, vel extra-
here. Vnde dicitur exemptus, quaſi ex ali-
quo demptus, quaſi tractus, vel extractus à iu-
re alicuius, vel ab aliquo munere, ſeu onere; ex-
trahuntur enim exempti, vel à iuriſdictione
ordinariorum, vel ſimilium, ſeu à munere, vel
onere. Arbitror tamen, quòd propriè, & in
potentiori ſignificato, & quantum ad mate-
riã huius .c. pertinet, ſignificet ſubtractionē à
iuriſdictione; vt ꝓbatur hic in tex. noſtro, &
in .c. 1. & in .c. cum perſonæ. & in .c. per exē-
ptionem. eod. tit. lib. 6. Facit .c. ſicut vnire
14 .§. de exceſſi. pręla. Alia vero † priuilegia, qui-
bus eximitur quis à muneribus, ſeu oneribus,
dicuntur potius priuilegia immunitatis, quàm
exemptionis eſſe. vt .ff. de iure immuni. per to-
tum, licet etiam iſta quantum ad hoc, quòd
eximitur quis à muneribus, vel ab aliquo
munere, etiam priuilegia exemptionis di-
cantur, vt patet ex vi vocabuli. & eſt text.
in .c. cum inſtantia. ſupra de cenſi. ibi, dum
tex. dicit, exempta. Circa ſecundum arti-
15 culum principalem quis poſſit † exemptionis
priuilegium concedere, dic, quòd Papa po-
teſt tale priuilegium concedere. vt not. glo.
.2. in .c. 1. eod titu. lib. 6. per tex. 16. q. 1. in
.c. frater noſter. & .9. q. 3. in .c. nunc verò.
16 Ipſe † enim ſuper eccleſijs, & perſonis ec-
cleſiaſticis habet plenam, & abſolutam pote-
ſtatem. vt in .c. 2. de conceſ. præben. lib. 6. &
in.c. propoſuit. ſupra de conceſ. præben. &
in cle. 1. vt lit. pen. & ibi dixi .9. q. 3. c. per
principalem. & .c. cuncta per mundum. Et
hoc, quantum ad ſpiritualia, & quò ad cleri-
cos, & eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas, vel
etiam quò ad temporalia, & laicos, in terris
temporaliter ſibi ſubiectis. Hac etiam ratio-
17 ne, cum etiam Imperator † in temporalibus
ſupremam teneat poteſtatem, vt in.c. ſolitæ. de
ma. & obe. & 10. diſt. quoniam .96. diſt. cum
ad verum. & in .l. deprecatio. ff. ad .l. rodi. de
iac. idem dicendum eſſet in eo, quò ad tempo-
ralia, & laicos ſibi ſubiectos. Et hac etiam ra-
18 tione, ego idem arbitror de omnibus † Regi-
bus, Principibus, & Ciuitatibus, non cogno-
ſcentibus ſuperiorem in terris ſibi ſubiectis;
nam iſti in iſtis terris ſibi ſubiectis tantam po-
teſtatem habēt, quantam Imperator. vt tradi-
tur per docto. in .c. per venerabilem. ſupra
qui. fi. ſint le. et Bart. in .l. hoſtes .ff. de capt.
et Bart. & Ioan. de Imo. in .l. infamem .ff. de
pub. iudi. dixi. in .c. 1. de maledi. Eſt tamen
19 aduertēdum, quòd † Papa non poſſet quem ita
priuilegiare, vt non ſit ſibi ſubiectus. vt tradit
Ioan. Andr. in .c. cum inſtantia. ſupra de cenſi.
Quod ego arbitror verum, quantum ad ſpiri-
tualia, vel reſpectu clericorum, vel eccleſia-
rum; quia non poteſt quis eſſe acephalus.
Facit quod not. in .c. cum non liceat. ſupra de
præſcrip. Secus autem quò ad temporalia; ar-
bitror enim quòd poſſit concedere laico ſub-
dito, vt nō poſſit ratione temporalitatis con-
ueniri, etiam coram ſe. Sed ſolum coram ta-
li iudice temporali, aut coram Imperatore.
Et hac ratione ego arbitror, quòd etiam Im-
20 perator † poſſet cōcedere exemptionem ſub-
dito ſuo, vt nec coram ſe, nec coram ali-
quo iudice ſeculari, ſed ſolum coram aliquo
iudice eccleſiaſtico, ſeu Papa poſſit conueni-
ri. Facit authen. ſi verò contigerit .C. de
iudi. & in corpore vnde ſumitur. Arbitror
21 tamen, † quòd poſſet reuocare hanc exem-
ptionem. vt dicam in vltimo articulo; quia
22 eius † eſt nolle &c. vt in regu. .1. infra de
reg. iur. Dummodo fortè non firmaſſet per
ſacramentum talem exemptionem non reuo-
care. per not. in.c. cum contingat. ſupra de iu-
reiuran. nam tunc non poſſet rebus ſic ſtanti-

 bus.

bus. vt dicam in vltimo articulo. Et prædi-
cta notabis, quia nouiſſima ſunt. Sed quæro
23 iuxta prædicta, vtrum † Legatus de latere poſ-
ſet talem exemptionem concedere. Solu. dic
quòd exemptionem, vt quis eximatur à iuriſdi
ctione ordinarij, non poteſt concedere ſine ſpe
ciali mandato, ſeu commiſſione. vt not. in .c.
.1. eo. tit. lib. 6. per .c. fin. ſupra de confir. vti.
& vide quod ibi dixi. Sed exemptionem, ſeu
immunitatem ab aliquo onere poſſet concede-
re. vt not. in .d. c. fin. de confir. vti. Hoc ta-
men intellige, de omnibus exẽptionibus re-
ſpectu iurium, & onerum in quibus Legatus
poteſt diſpenſare, de quibus latiſſimè traditur
per Specu. in titu. de diſpenſat. §. conſequen-
ter. ver. legatus. & verſ. & generaliter. & quod
not. in .c. quod translationem. ſupra de offi.
24 lega. Vltimo quæro, vtrum † Primates, Ar-
chiepiſcopi, & Epiſcopi poſſint eximere ec-
cleſias, ſeu priuilegia exemptionis concede-
re. Sol. Abb. quem ſequuntur docto. in. c.
.1. eod. titu. lib. 6. dicit quòd non. per .c. 2.
& .c. ſicut vnire. ſupra de exceſ. præla. pro quo
dicto facit, quia ſi Legatus, de quo minor erat
dubitatio, non poteſt eximere, multo minus
debet poſſe inferior ordinarius. Ego verò ar-
bitror hoc verum, quantum ad totalem exem-
ptionem à iuriſdictione. Facit quod not. in .l.
legatus. ff. de offi. præſid. vbi dicitur, quòd
præſes nõ poteſt abdicare à ſe iuriſdictionem.
Sed quò ad alias exemptiones munerum, &
honorum, non procedit dictum Abb. Vn-
de dico, quòd poteſt eximere aliquem, ſeu
aliquam eccleſiam, vt non teneatur ad cathe-
draticum, vel ad moderatum auxilium, & quò
ad alios redditus temporales, vel etiam ſpiri-
tuales; ſi ſint tales qui poſſunt remitti. per not.
in .c. cum venerabilis. de cenſi. & in .c. conſti-
tutus. ſup̃ de relig. do. Et probatur in .c. quia
circa. infra eod. & not. Inno. & poſt eum doc.
in .c. paſtoralis. ſupra de donat. Facit quod
not. 16. q. 1. c. & temporis. & in .d. c. ſicut
vnire. Et ita debet intelligi, & reſtringi ꝙ no.
in .c. cum olim. 2. infra eod. Secus eſt ergo in
ijs quæ non poſſunt remitti. vt not. glo. in ver.
ſedis Apoſtolicæ. in clem. 2. de re. do. Et ſic
25 patet ex prædictis, quòd † quò ad quędam po-
teſt fieri exemptio, & quò ad quædam non.
Item poteſt fieri pro parte, & pro parte non.
& ſic in parte valere, & in parte non. vt pro-
batur in .c. cum capella. infra eod. & in .c. per
exemptionem. & in .c. ſi papa. eod. titu. lib. 6.
26 Itẽ poteſt quis † à ſe eximere principalem ec-
cleſiam, retenta capella in poteſtate ſua; et
econtra. vt not. docto. legiſtæ in .l. liberum ar-
bitrium. ff. de adopt. per illum tex. & proba-
tur in iuribus præallegatis. Et prædicta pro-
cedunt, quando Epiſcopus eximeret eccle-
ſiam ſibi immediatè ſubiectam. Sed ſi exi-
27 meret eccleſiam † diœceſis ſuæ alteri, puta, Ar-
chiepiſcopo, Abbati, vel ſimili prælato ſu-
biectam, tunc ſecundum Inno. in .d. c. paſto-
ralis. intelligitur in totum exempta cum cle-
ricis, & laicis. ita quòd, illi Prælato in to-
tum ſubiacebit. Quod tamen intellige, quò
ad ea quæ ſunt iuriſdictionis Epiſcopalis; non
quò ad ea quæ ſunt ordinis; vt miniſtrare ſa-
cramenta, confirmare in fronte, & ordines
conferre, eccleſias conſecrare, & ſic de ſimi-
milibus; quĩ ab iſtis non videtur exẽpta. vt not.
in .c. ex ore. infra eod. Et hoc procedit in quan
tum Prælatus ille cui ſubijceretur, non poſſet
talia adminiſtrare; ex eo, quòd non haberet
ordinẽ Epiſcopalem. Alias ſecus. vt puta, quia
eſſet ſubiecta alteri Ep̃o, vel Archiepiſcopo qui
poſſet prędicta adminiſtrare, & Ep̃us illam exi-
meret. Item aduerte, quia in quantum dixi, ꝙ
poteſt eximere, debes intelligere, quòd eo caſu
28 quo poteſt eam eximere, debet illud † facere
cũ debita, & requiſita ſolemnitate, & ex cã le-
gitima, ſm̃ ea quæ traduntur in .d. c. paſtoralis.
& in .d. c. 1. de rebus eccle. non alie. lib. 6. &
quod not. glo. in .d. c. conſtitutus. de reli. do.
per Guil. in cle. 1. de cenſi. & per docto. in .c.
cum venerabilis. ſupra de cenſi. tangitur etiam
.16. q. 2. c. viſis. Et ex prædictis ego infero,
quòd licet inferiores domini recognoſcentes
29 ſuperiores, † ẽt quò ad tẽporalem iuriſdictionẽ
non poſſint priuilegium generalis exẽptionis
concedere, tamen reſpectu munerum, ſeu one-
rum, in quibus per propria ſtatuta poſſunt ſibi
præiudicare, poſſunt etiam priuilegium exem-
30 ptionis concedere; quia † licitum eſt vnicui-
que ſuo iuri renuntiare. vt in .c. ſi de terra. ſup̃
eod. Et idem dicendum eſt de ciuitatibus, &
reliquis collegijs reſpectu eorum, in quibus
poſſunt ſtatuta concedere. Poſtremò circa
31 hunc articulũ quæro, quis conceſſerit † priuile-
gia clericis, vt ſint exẽpti à laicis, ſeu à iuriſdi-
ctione Imperatoris. Solu. quidam dicunt,
quòd ſummus Imperator, ideſt, Deus. & ſic de
iure diuino exempti ſunt. Quidã verò dñt, ꝙ
Imperator inferior, non Deus. Quidam verò
volunt, ꝙ Papa de conſenſu Imperatoris. Sed
potius videtur eſſe dicendum, ꝙ de iure diuino
ſint exempti. Vide ꝙ traditur per Innoc. Io.
An. & doc. in .c. 2. ſup̃ de ma. & obe. Et per
Inno. in .c. nouerit. ĩ. de ſen. exc. per Guil. in
clem. 1. de off. ord. in princ. vbi latè tractat.
32 Circa tertiũ articulũ, videlicet, per quæ † verba
videatur priuilegium exemptionis conceſſum.
Sol. dic, ꝙ ſi Papa aſſerat eccleſiam exemptam,
vel propter hoc, verba narratiua, aut enũtiati-
ua ꝓferat, aut priuilegium exẽptionis conce-
dat, vel eximat ab ordinaria poteſtate, intelligi-
tur eccleſia, vel ille pro quo talia verba profe-
runtur, exẽptus eſſe ab ordinaria poteſtate. vt
hæc probantur in .c. ſi papa. eo. ti. lib. 6. Secun-
33 do intelligitur † cõceſſa exẽptio per hęc verba,
noueris te eſſe iuris beati Petri. tex. eſt hic, ad-
iungendo ſolutionẽ cenſus cũ dictis verbis. tñ
hoc nõ eſt neceſſariũ; ſed ſufficiũt dicta verba,
vt eſt tex. in .d. c. ſi papa. et ratio ibi ponitur, de
34 qua dixi. s̃. in not. Tertio dicitur eſſe † conceſſa
exẽptio



ptio, ſi Papa ita dicit, quòd donat libertatem
tali monaſterio, ſeu eccleſiæ, ſeu quòd ibi exiſtẽ
tes plena libertate potiantur. tex. eſt in .c. 3.
ſupra de reſtitu. in inte. & probatur in .d. c. ſi
35 papa. in .c. cum olim. 1. infra eo. Quarto † ſi
aſſerat, vel concedat alicui eccleſiæ, quòd quò
ad ius, & proprietatem Romanæ eccleſiæ, vel
ad romanam eccleſiam ſpecialiter, aut ſine me-
dio, vel etiam ſimpliciter, pertineat, vt in .d. c.
36 ſi papa. & .c. cũ olim. 1. ĩ eod. Quinto, † ſi
priuilegium contineat, vel Papa exprimat aſſe-
rendo, vel principaliter propter ſe enuntiando,
quòd eccleſia ſit libera, ſeu potiatur libertate
romanę eccleſiæ, vel quòd gaudeat ſpeciali
prærogatiua romanę eccleſiæ. vt in .d. c. ſi papa.
37 Sexto, † ſi aſſerat, vel concedat, quòd ſoluat ec-
cleſiæ romanę annuum cenſum ad indicium
exemptionis, ſeu libertatis receptæ. vt in .d. c.
ſi papa. et ſentit tex. noſter. Secus ſi ſimpli-
citer diceret, quòd ſoluat annuum cenſum ro-
38 manæ eccleſiæ, vt hic in tex. Septimo, † ſi Papa
dicit, quòd Epiſcopus non audeat in tali eccle-
ſia cathedram collocare, aut ibi imperare, aut
ordinationẽ, etiam leuiſſimam, facere, aut exer
39 cere. vt .d. c. ſi papa. Octauo, † ſi Papa recipit
aliquos in proprios, & ſpeciales ſubiectos, vt
ibi. Et ſufficit etiam ſi non loquatur copulati-
uè, ſed dicat, quòd recepit aliquos in proprios
ſubiectos. Vel ſi etiam dicat, in ſpeciales ſubie
ctos. ſecundum Io. An. & docto. ibi Nono,
40 ſi † recipit aliquos in proprios, & ſpeciales fi-
lios romanæ eccleſiæ; & ſequatur, ſeu adiunga-
tur in priuilegio clauſula, quòd ſoluãt annuum
cenſum eccleſiæ romanæ ad indicium perceptæ
libertatis. Secus autem, ſi non adiungeretur
dicta clauſula; ſed ſimpliciter diceret, ꝙ recipit
ipſos in proprios, & ſpeciales filios romanæ ec-
cleſiæ; nam propter hoc, non dicerentur exem
pti. vt in .d. c. ſi papa. & in .c. 1. in prin. de verb.
ſign. lib. 6. Sed aduerte, quia contra hoc forti-
41 ter facit † .l. 1. §. ſimili modo. C. de lati. lib. toll.
vbi tex. dicit, ꝙ ſi dominus inter acta aliquem
ſeruum ſuum nominauerit in filium, talis ſer-
uus dicitur eximi à poteſtate ſua, & dicitur eſſe
libertati donatus. Sed poteſt dici ſecundum
Bal. ibi, ꝙ iſtud ibi procedit, quia nulli alij, niſi
domino fit præiudicium. Sed ſecus eſt in caſu
noſtro, quia p̃iudicaretur ordinario. Facit. C.
de emanci. liber. in .l. nec auus. Aduerte ta-
men, quia in omnibus his caſibus, & ſimil. in
quibus diceretur exemptio, vel libertas donata
per priuilegia, diligenter attendenda, & ponde-
randa ſunt verba priuilegiorum vt hic, & præ-
cedenti .c. Eſt tamen aduertendum, quòd ideò
42 ſupra dixi pluries, ſi Papa principaliter † narrat
in aliquo priuilegio, vel ſcriptura &c. nã ſi per
eum, non principaliter propter ſe, enuntiaren-
tur, aut narrarentur dicta verba exemptionis
conceſſiua, vel probatiua, propter hoc non in-
telligeretur data, nec probata exemptio. vt in .d.
.c. ſi papa. in princ. quia talia verba, etiam à Pa-
pa in priuilegio prolata, ſed nõ propter ſe prin-
cipaliter, non diſponunt, vt ibi. de quo articu-
lo dic, vt latiſſimè dixi in cle. 1. de proba. Item
43 eſt aduertendũ, quòd per iſta † verba, recipio
te ſub protectione, non inducitur exemptio, vt
hic. in .c. ex parte. 2. ĩ. eo. etiam ſi ſimul cum
protectione adiungatur ſolutio cẽſus. Eſt etiã
44 notandum, ꝙ etiam † eccleſia, licet ſit conceſ-
ſa in proprios vſus alicuius Abbatis, Prælati,
vel ſimilis, nõ ꝓpterea dicitur exempta à iuriſ-
dictiõe Diœceſani. vt in .c. paſtoralis. in fi. ĩ. eo.
45 Itẽ eſt aduertendũ, ꝙ ſi Papa † eximit eccleſiã
ab Ep̃o pleno iure, vel vtroq; iure, aut alteri cõ-
cedit pleno iure, vel vtroq; iure, intelligitur exẽ
pta à iuriſdictione Ep̃i, tàm in temporalibus,
quàm in ſpiritualibus. tex. eſt in .c. quoniam. ĩ.
eo. & .D. m. in .c. 3. s̃. de reſti. in inte. & glo. in
.c. conqueſtus. de fo. compe. Poſtremo cir-
46 ca iſtum articulum eſt etiam aduertendum, † ꝙ
in caſibus prędictis in quibus dixi exemptionẽ
concedi, aut in ſimilibus, ad validitatẽ priuilegij
cõceſſiui exẽptionis, non eſt neceſſarium face-
re mentionem de Epiſcopo, vel ordinario. tex.
eſt iuncta gl. in .c. cũ olim. 1. ĩ. eo. Nam exem
ptio importat, vt exemptus eximatur à iuriſdi-
ctione ordinarij, & ſubijciatur ſoli ſuperiori. &
ponderatur ibi, quòd in priuilegio non fiebat
mentio de Epiſcopo. Circa quartum articulũ,
47 videlicet, qui ſint, qui dicantur priuilegia exem
ptionis habere; Clara eſt deciſio, ꝙ illi dicũtur
habere priuilegia conceſſiua exemptionis, vel
libertatis, qui habẽt ab eo qui poteſt illam cõ-
cedere, ſecundũ ea quæ dicta ſunt ſupra in duo-
48 bus articulis præcedentibus. Sed de iure, † an
aliqui ſint, qui ſint exempti à iuriſdictione or-
dinariorum? Glo. 1. hic, videtur velle, quòd
Templarij, Hoſpitalarij, & Ciſtercien. ſint exẽ-
pti. Sed Hoſtien. hic tenet contrarium; dicẽs,
ꝙ iſti non ſunt exẽpti; licet in multis ſint pri-
uilegiati. Et de Ciſtercien. ꝙ non ſint exem-
pti, probatur ſupra de ſimo. in .c. ne dei, &
ſupra de ſupp. ne. præ. c. 1. De templarijs, &
Hoſpitalarijs probatur in .c. veniens. de verb.
ſigni. lib. 6. Io. Andr. hic ſuper glo. 1. dicit,
quòd putat, ꝙ glo. reſpicit factum; hoc eſt,
quia iſtis poſt hęc iura fuerũt cõceſſa priuilegia
exemptionis. Dictum verò Hoſti. reſpicit ius;
hoc eſt, quia de iure nõ ſunt exẽpti; ſed omnes
ſunt ſubiecti Epiſcopo. 16. q. 7. in .c. omnes ba-
ſilicæ, & .10. q. 1. per totũ. & in .c. cum venera-
bilis. s̃. de re. do. Facit. c. cum ep̃us. de offi. or.
lib. 6. cum ſimil. Circa quintũ articulum, quã-
49 do † poſſit concedi priuilegium exemptionis.
Arbitror dicendum, ꝙ quando ſubeſt cauſa
rationabilis conceſſiua exẽptionis. Et ratio eſt,
quia cum talis exemptio ſit quædam diſpenſa-
tio, debet fieri cum cauſa rationabili. 1. q. 7. in
.c. & ſi illa. Alias autem ſine iuſta cauſa nõ eſ-
ſet diſpenſatio; ſed diſſipatio. Et diſpenſans
peccaret. Et is cum quo diſpenſatur, quĩ ſine
cauſa diſpenſatur, non eſt tutus quò ad Deum.
vt traditur in .c. cũ ad monaſteriũ. s̃. de ſta. mo.
50 Eſt tñ aduertendũ, ꝙ in ijs † quę ſunt de iure po
ſitiuo, ſola volũtas videtur pro cã ſufficere; cũ
51 Papa † ſit ſupra ius poſitiuũ; hoc voluit Specu.



in ti.

in titu. de diſpenſat. §. nunc breuiter. ver. &
not. de quo articulo dic, vt latè dixi poſt doc.
in .c. quæ in eccleſiarum. ſupra de conſtit. Et
de materia traditur in .l. quoties .C. de preci.
impe. offe. & in .l. fi. C. ſi cõtra ius vel vti. pub.
52 Sed quæro, vtrum † priuilegium impetratum
ſuper exemptione poſt citationem factam per
ordinarium, iuuet impetrantem in cauſa prędi
cta. Sol. dic vt dicam infra in. 7. articulo prin.
vbi melius adaptatur. Circa .6. principalem
53 articulum, videlicet, quis † poſſit cognoſcere dę
exemptione, & exemptionis cauſa, dicendum
eſt, ꝙ regulariter in ijs caſibus, in quibus ex for
ma exemptionis apparet, ꝙ exemptus ſit ſolũ
ſub iuriſdictione ſummi Pontificis, ſolus Pa-
pa poteſt cognoſcere. vt traditur per glo. 93.
diſt. c. nulla. & per gl. in. c. authoritate. eo. ti. lib.
.6. & in .c. 1. & in cle. 2. eo. ti. & in .c. pe. ſupra
de offi. or. Niſi fortè aliud in priuilegijs cont-
54 tineretur; quia ſecundum eorũ † tenorem, &
metas reſtringenda, & intelligenda ſunt. In ca
ſibus verò in quibus non ſubeſt, cognitio per-
55 tinet ad ordinariũ; quia † ꝙ nõ mutatur &c.
vt in iur. vulgatis. & quia, vt ſupra dixi in alio
articulo, poteſt quis eximi quò ad quædam, &
quò ad quædam non. Sed quæro, vtrum in ca-
56 ſibus † in quibus ſolus Papa regulariter poteſt
cognoſcere, poſſit etiam Legatus cognoſcere.
Cõm. op. So. communis * concluſio eſt, ꝙ Legatus non
de latere, non poſſit; niſi ſpecialiter habeat in
mandatis. Sed Legatus de latere poteſt. vt not.
glo. fi. in. c. 1. ſupra de offi. deleg. Et probatur
in .c. 1. & pe. de ver. ſig. lib. 6. & in. c. ſi abbatẽ.
de elec. lib. 6. tenet Spe. in ti. de leg. §. ſupereſt.
ver. ſed nunquid legatus. Et Hoſti. in ſum. in ti.
de offi. leg. §. quid pertinet. verſ. ſed & in exẽ-
ptos. vbi vide. & traditur in. d. c. nulla. & in alijs
iuribus ſupra allegatis in prin. Tertio quæro,
57 quid de † ordinarijs, vt puta Primatibus, Ar-
chiepiſcopis, & Epiſcopis, an poſſint in ali-
quibus caſibus de cauſis exemptorum cogno-
ſcere? Solutio, aduertendum eſt ad tenorem,
& formam exemptionis, & illa ſeruanda eſt,
vt hic. & in. c. præcedenti. Sed pro clara intel-
ligentia huius .q. diſtinguo duos caſus princi-
pales. Primus, quando eſſet conceſſa exẽptio
locis, ſeu eccleſiæ, vel aliquibus ratione certi
loci, vt Monachis reſpectu certi Monaſterij, vel
Canonicis, reſpectu certæ eccleſiæ. Secundus
caſus, quando cõceſſa eſſet exemptio perſonis
principaliter. Circa primum caſum dicendum
58 eſt, ꝙ regulariter † ratione delicti cõmiſſi extra
locum exemptum, vel ratione contractus cele-
brati extra locum exemptum, vel ratione rei ali
bi ſitæ, poteſt exemptus conueniri coram ordi-
nario loci. tex. eſt in .c. 1. in princ. eod. titu.
lib. 6. Et ita poteſt intelligi .c. tuarum. infr. eo.
intelligẽdo, quòd illi Hoſpitalarij eſſent exem-
pti, vt ibi dicam. & ibi glo. latè tractat in ver-
priuilegij. Et ideò dicit Ioan. An. quòd qui
vult eſſe cautus, debet contrahere cum exem-
pto. quod nota perpetuo. Et ita poteſt intel-
ligi quod not. glo. 2. in cle. 1. de vi. & ho. cle.

Et de materia exempti delinquentis extra locũ
exemptum, tangit etiam Inno. in .c. ad hæc. ſ̃.
eod. & Pau. in cle. dudum. in verſ. verum. de
ſepul. & in cle. 1. de ſen. ex. dixi poſt docto. in
cle. 1. de offi. ordi. & latiſſimè per Hoſtien. in
ſum. eo. ti. §. fin. in fi. per duas col. & vltra. Et
aduerte circa prædicta, quia ſi delictum eſſet
commiſſum intra locum exemptum, & exten-
deret uires ſuas, & effectum extra ipſum locum
exemptum, poſſet ordinarius cognoſcere, & pu
nire. per tex. ſingularem in .l. 1. alias. 2. §. idẽ
ait ſi odore .ff. ne quid in lo. pub. vbi dicit, ꝙ
licet in loco non publico fiat aliquid, ſi tamen
59 eius effectus † extenditur ad locum publicum,
vt puta, propter fætorem, vel quid ſimile, da-
tur illud interdictum, ne quid in lo. pub. & hoc
idem probatur in .c. patentibus. infra eo. ſe-
cundum quod ibi colligam poſt .D. Anto. Si
60 tamen † tales exempti delinquerent, aut con-
traherent in loco exempto, non poteſt ordina-
rius cognoſcere, nec ſe impedire. vt in. d. c. 1.
eo. ti. lib. 6. Nec etiam ratione domicilij. vide
quod dicam infra eod. c. ex ore. Hoc autem
quod dixi, regulare eſt. Fallit tamen hæc regu
la in .24. caſibus quos ex diuerſis locis collegi.
Primo fallit in .c. ad abolendam. in fin. ſupra de
hære. videlicet, ſi exempti labantur in hæreſim.
de quo dicendum eſt, vt ibi latius dixi. Et
hoc procedit, etiam ſi ſit cõceſſum exemptio-
nis priuilegium cum clauſula, non obſtantibus
quibuſcunq; iuribus in contrarium diſponen-
tibus. hoc ſimiliter voluit Lap. allegatio. 105.
licet quidam allegent in contrarium. Secundo
Fallit ratione membrorum non exempto-
rum; vt puta, ſi eſt Abbas monaſterij exempti,
& habeat ſub ſe aliqua membra, eccleſias, vel
capellas non exemptas, vt in .c. cum capel-
la. & in .c. ex ore, infra eod. & ibi videbimus.
Tertio fallit, ſi eſſet exemptus locus ratione cer
tarum cauſarum; nam pro alijs cauſis non ex-
preſſis in priuilegio, poterit cognoſci per
ordinarium, argum. præcedentis fallentiæ.
61 Et quia ex ſeparatis † non fit illatio. vt in .c.
quod translationem. ſupra de offi. le. & ibi vi-
de remiſſiones. Quarto fallit ratione violati
interdicti in loco exempto, de qua violatione
poteſt ordinarius cognoſcere, & punire. Nec
valet conſuetudo in contrarium. vt in .c. cum
inter. ſupra de cõſue. & ibi aſſignaui duplicem
rationem in quarto not. Quinto fallit in .c.
nulli. infra de ſenten. excom. vbi videbimus.
Sexto fallit in caſu .c. 1. de ſta. mona. lib. 6.
Septimo fallit in caſu .c. 1. de præben. lib. 6.
Octauo fallit in caſu .c. authoritate. de priuil.
lib. 6. Nono fallit in adminiſtratione ſacra-
mentorum; vt chriſmatis, olei ſancti, cõſecra-
tionis baſilicarum, & ordinationis clericorum
& ſimilium, quæ ſunt poſtulanda, & admini-
ſtranda à Diœceſanis, vt in .c. veniens. ſupra
de præſcrip. 16. q. 1. in .c. interdicimus. Niſi
aliud in ipſorum priuilegijs contineatur, vi-
delicet, quòd poſſint ab alijs recipere. de quo
dic, vt traditur in .c. 1. eo. ti. lib. 6. & in .c. cũ
nullus



nullus. de temp. ordi. lib. 6. Decimo fallit in
62 caſu cle. 1. de ſupp. ne. pla. vbi dicitur, † quòd
ordinarij authoritate apoſtolica debent ſupple-
re negligentiam exemptorum. De quo dic, vt
ibi latius dixi. Vndecimo Fallit in exemptis
63 deputatis † executoribus teſtamentorum, à
quibus ordinarius loci exigit rationem admi-
niſtrationis geſtorum, & punit eos, ſi circa ad-
miniſtrationem reperit illos culpabiles, vt in
cle. 1. de teſta. Duodecimo fallit in exemptis
ſepelientibus excommunicatos, vel publicè no
minatim interdictos, vel manifeſtos vſurarios,
vel alios tempore interdicti, in caſibus nõ per-
miſſis à iure. vt in cle. 1. de ſepul. Aduerte
tamẽ, ꝙ tex. ibi, ſolum vult, quòd tales ſint ex-
communicati ipſo facto, & quòd à tali ſenten-
tia nullatenus abſoluãtur, niſi prius ad arbi-
trium diœceſani Epiſcopi, eis quibus per prę-
miſſa fuerit iniuria irrogata, ſatisfactionẽ exhi-
buerint competentẽ. & ſic ille tex. non conce-
dit, ꝙ diœceſani Epiſcopi poſſint contra tales
procedere, & punire. Vnde circa hoc eſt ma-
gna dubitatio. de qua vide per .d. Dom. poſt
Io. An. ferè per vnam col. cum dimidia, in. c.
epiſcoporum. eo. ti. lib. 6. nam propter calo-
res, & Solem exiſtentem in Leone, intendo in
64 hac materia compendioſè procedere. † tamen
Cõm. op. communis * concluſio videtur eſſe ibi, ꝙ po-
tius poſſet. Decimotertio fallit in caſu cle. 2.
de ſepul. in ver. nos & enim. Decimoquarto
fallit in viſitationibus, quas faciunt ordinarij
de monaſterijs monialium exemptarum. de
quo dic, vt latius traditur in cle. 2. de ſta. mo.
Decimoquinto fallit in ſupplenda negligen-
tia, ſeu defectu hoſpitalariorum, etiam exem-
ptorum, de quo latius in cle. 2. de re. do. Deci-
moſexto fallit in caſu cle. 1. de iure patro.
Decimoſeptimo fallit in caſu cle. 1. eo. ti. De-
cimooctauo fallit in caſu cle. fin. eo. ti. Deci-
monono fallit in exemptis delinquentibus con
tra formam cle. fin. de pœ. & remiſſi. Vige-
ſimo fallit in cle. 1. de ſen. excom. Vigeſimo
primo fallit ſm Lapum, quando delictum eſſet
notorium; allegat not. per Hoſt. in ſum. eo. tit.
§. fin. ver. quid ſi exemptus. & tex. in. c. ſollici
tudinem. de appella. & ꝙ not. in. c. ſtatutum. in
fi. de reſcrip. lib. 6. Sed idem Lap. ibi, non cre-
65 dit hoc eſſe verum; quia † notorietas non tri-
buit iuriſdictionem ordinarijs cõtra exemptos
pro delicto commiſſo in loco exempto. Sub-
dit tamen, ꝙ poteſt ſaluari opi. Hoſti. ſi delictũ
ipſorum eſſet notorium, & ex tali delicto ipſo
facto incurrerent excommunicationem ex iu-
66 ris diſpoſitione; quia tunc † ordinarij loco-
rum poſſent illos denuntiare excommunica-
tos, ad finem, vt per ſuos ſubditos euitentur.
Et hæc fuit originalis opi. Io. An. in. c. 1. eo. ti.
lib. 6. Et optimè facit, ꝙ ſingulariter not. glo.
in ver. cecidiſſe in clem. 1. de ſeque. poſſ. & fru.
Et faciunt ea quæ not. Guil. in cle. 2. de pœ. &
re. Et quia non poteſt dici, quòd ordinarius
imponat pœnam; quia illa eſt iam à iure illa-
67 ta; † & declaratio, ſeu denuntiatio nihil ad-

dit. vt in .c. paſtoralis. ſupra de appella. & in
.l. hæredes palam. §. ſed ſi notam. ff. de teſta.
dixi in. c. fi. ſ̃. de conſti. Nec poteſt dici, ꝙ de
delicto commiſſo in loco exẽpto cognoſcatur;
68 quia † in notorijs non requiritur cognitio iu-
dicialis. vt in. c. 1. de offi. deleg. lib. 6. dixi in. c.
euidentia. ſ̃. de accu. Vigeſimoſecundo fallit
in omibus caſibus, qui ſunt iuriſdictionis vo-
lũtariæ. vt ſentit Inn. & Io. An. in. c. 1. eo. ti. lib.
.6. & Lapus ab. in. c. pen. de temp. or. lib. 6. &
in cle. 2. de ſta. mon. & Guil. in cle. 1. de regul.
& Lapus etiam in. c. fin. ĩ. de pœnis. Quidam
tamen tenent contrarium. circa ꝙ vide quod
latè tradit .d. Dom. in. c. pe. in fi. de tempo. or.
lib. 6. Vigeſimotertio fallit in exempto excõ-
municato, qui volens, & cõſentiens poteſt ab-
ſolui à diœceſano Epiſcopo, vt latè proſequi-
tur Feder. de Senis conſ. 14. quam etiam ſen-
tentiam tenet Io. de Ligna. Et plus tenet Fe-
de. ꝙ exempti etiam in alijs contentioſis poſ-
ſunt prorogare iuriſdictionem ſuorum Epiſco-
porum, & ipſorum priuilegijs non vti. nec per
hoc præiudicatur ipſis in alijs actibus. ꝙ etiam
ſequitur Io. de Ligna. in .c. ſignificaſti. de fo.
compe. Sed contrariã ſentẽtiam tenet Io. An.
in regu. ſcienti. de re. iur. lib. 6. in mercu. Sed
non loquitur in proprijs terminis, ſed de exẽ-
pto cõtrahente in loco exempto, & promittẽ-
te nõ declinare forum Diœceſani, ſi in termino
præfixo non ſoluerit. Et etiam contrariã ſen-
tentiam tenet .D. An. in. c. ſignificaſti. prælle-
gato. quam ẽt ſequitur ibi .D. m. latè. Sed la-
tiſſimè vide per .D. m. in .q. quæ incipit, duo
clericali ordine. Et hanc etiam ſententiam re-
perio tenuiſſe Lapum ab. & poſt eum. d. Dom.
69 in. d. c. pe. de tempo. ordi. lib. 6. vbi dicit, † ꝙ
in contentioſis iuriſdictionalibus, & pœniten-
tialibus, non poteſt Diœceſanus iudicare de
exemptis, etiam conſentientibus, & volenti-
bus prorogare iuriſdictionem, ſine licentia
Papæ. Vigeſimoquarto fallit, ſi exẽptus delin-
queret circa rem exemptam, puta, quia non
portaret habitum, vel diſſiparet bona eccleſię
exemptæ, ſecundum Inno. hic; quem allegat
Archidia. 3. q. 6. in gl. ſum. Et ſequitur hic Io.
Andr. & in. c. 1. eod. tit. lib. 6. quãdo hoc age-
ret in loco non exempto. Secus ſi hoc com-
mitteret in loco exẽpto. Et ita dicit procede-
re quod dicit idem Inno. in .c. patentibus. &
in .c. cum capella. ĩ. eo. & vide omnino quod
tradit Archid. 6. q. 3. in .c. placuit. & Inno. in
.c. ex ore. infra eod. Secundus caſus principa-
70 lis eſt, quando perſona † principaliter eſſet
exempta, non locus. Exemplum in capella-
nis, & familiaribus Papæ, vel alijs habentibus
ſimile priuilegium. Et in hoc dicendum eſt,
ꝙ regulariter non poteſt iſte conueniri, aut iu-
dicari, & puniri à diœceſano Epiſcopo; etiam
ratione delicti commiſſi, vel contractus geſti
in diœceſi, & loco non exempto; quia aliàs
eorum priuilegium eſſet inutile; ex quo ſunt
exempti perſonaliter reſpectu loci. Hoc te-
net .D. m. in .c. tuarum. in fin. infra eod. Du-
S iij bium

binm tamen eſt ſecundũ .D. m. de ipſis, quan-
do moram traherent in domicilijs eorum, fa-
cientes moram in eccleſia, an talis capellaria fa-
miliaritas eos excuſet; & arguit ipſe ꝙ nõ. arg.
.c. 1. §. in eos. eo. ti. lib. *6*. dicit tamen, quòd
hoc non procedit ſine dubitatione. Et aduer-
te, quia ſi perſonę ſunt exemptę & non eccle-
ſia, Epiſcopus in omnibus habebit poteſtatem.
& etiã in omnibus reſpondebit Epiſcopo, prę-
terquam in iuriſdictione clericorum. ſecundũ
Io. An. in. c. per exemptionem .eo. tit. lib. *6*.
Eſt etiam aduertendum, quòd ad iſtam regu-
lam poſſent adaptari multę ex fallentijs de qui-
bus ſupra in pręcedenti caſu, prout diligens
inueſtigator poterit animaduertere. Sed quę-
ro circa prędicta, vtrum exemptus citatus ab
ordinario teneatur comparere, ſaltem allega-
turus priuilegium ſuum. So. circa hoc vide
glo. 3. q. 2. in .c. ſi epiſcopus. & 11. q. 1. in. c.
nullus epiſcopus. & quod traditur in. c. ſi duo-
bus. & ibi per .D. m. & ibi dixi de appella. & in
.c. ſuper literis .s̃. de reſcr. & vide ꝙ latius tra-
ditur per legiſtas in .l. ex quacunq; .ff. ſi quis
in ius voca. &c. & vide in .c. cum perſonę .eo.
ti. lib. *6*. vbi habes practicam cõpellendi exem
ptum ad oſtendendum priuilegium exemptio-
nis ſuę; quia debet aſſignari per ordinarium
locus ſecurus, & cõgruus, & eligi debent per-
ſonę prudentes, corã quibus oſtendi, & pro-
duci debent priuilegia, vt ibi. Item quęro,
72 vtrum ordinarius † pendente articulo proba-
tionis exemptionis, poſſit exercere iuriſdi-
ctionem ſuam contra exemptum. Sol. circa
hoc vide Io. An. & poſt eũ .d. Dom. diſtinguẽ-
tem tria membra in. c. cum perſonæ. in fi. eo. ti.
73 lib. *6*. Vlterius quæro, pone, ſtatutum † Epi,
vel eius præceptum extat, ꝙ ingredientes clau-
ſuram Monialium ſint excommunicati, vel in-
cidant in talem pœnam, vtrum poterit Epiſco-
pus punire ſubditum ingredientem clauſuram
monaſterij monialium exemptarum. Sol. Cal.
ſolemniter diſputauit hanc quæſtionem, & in-
cipit diſputatio, quæro an ſubditis. vbi finali-
ter poſt multa argumenta pro vtraq; parte for
mata, decidit, ꝙ non poteſt. per not. per Io.
An. in .c. cum ſit .s̃. de fo. compe. vbi Io. An.
74 æquiparat † locum exẽptum, & locum, extra
75 diœceſim. Sed † ſtatutũ Epiſcopi, vel præce-
ptum extra diœceſim non ligat, vt in .c. 2. in
fin. de conſti. lib. *6*. ideò &c. Mouetur etiam
per cle. fin. eod. tit. & per not. in. c. 1. eod. ti.
libro .*6*. & vide latius per Io. Cal. in loco præ-
allegato. Inſuper quæro circa prædicta, vtrum
76 Epiſcopus † poſſit ſedere pro tribunali, & co-
gnoſcere in loco exempto. Sol. dic ꝙ tex. in
cle. vni. de fo. compe. vult, quòd quando Epi-
ſcopus eſt compulſus, & alibi in diœceſi ſua nõ
poteſt ſecurè cognoſcere, niſi in loco exem-
pto, poterit cognoſcere in ipſo loco exem-
pto, ipſis exemptis volentibus, & non contra-
dicentibus. ita ſimiliter. not. glo. in ver. parte
in .d. cle. vnic. Aliàs autem regulariter non po
teſt cognoſcere in loco exempto .c. cum epi-
ſcopus. de offi. ordi. lib. *6*. Quod limitat ibi
Io. mo. niſi vellet cognoſcere de cauſis, de qui-
bus iuriſdictionem habet contra exemptos; vt
hæreſi, & ſ mil. de quibus dictum fuit in caſu
proximo præcedenti. Sed dicit ibi Io. An. ꝙ
placet ſibi dictum Io. mo. ſed non exemplum.
Vnde dicit conſiderandũ, an Epiſcopus habeat
iuriſdictionem in perſonas exemptas, an verò
in loca. Facit .c. per exemptionem. eod. titu.
lib. *6*. Primo caſu non poſſet in loco exem-
pto. d. c. cum Epiſcopus. Secundo, poteſt. vt in
cle. fi. de ſta. mo. & in cle. fin. de re. do. & hoc
caſu procedat dictum Io. mona. quod perpe-
tuò notabis. Quęro inſuper, an Epiſcopus poſ
77 ſit † exercere in pontificalibus in loco exem-
pto celebrationem diuinorum, & benedictio-
nem populi. So. dic vt hodie habetur in cle. fi.
78 eo. ti. Sed quæro, quid ſi conceſſa † eſt exem-
ptio alicui, vt non poſſit excommunicari, vel
interdici ab aliquo præterquã à Papa, ſiñ ꝙ tra-
ditur in. c. 1. §. in eos. eo. ti. lib. *6*. an poterit cõ-
ueniri coram Epiſcopo. doc. in .c. cum capella.
infra eo. tenent ꝙ ſic, quia per hoc non viola-
79 tur priuilegium; imò tacitè videtur hoc † con-
cedere, aliud denegando .s̃. de præſum. c. nõ-
ne. & .25. di. c. qualis .ff. de iudi. in. l. cum prę-
tor. Et qualiter intelligatur hoc priuilegiũ hu
iuſmodi exemptionis, ne quis poſſit excommu
nicari, & ad quos extendatur, vide tex. in. c. au-
thoritate. eo. ti. lib. *6*. Quæritur etiam, quid ſi
80 diœceſanus † Epũs excõmunicat exẽptos in
caſibus in quibus regulariter nõ poteſt cogno
ſcere, vel quid ſi excõicat exemptum, qui ex
priuilegio non poterat ab alio excommunica-
ri, quàm à ſummo Pontifice, an valeat excom-
municatio. Solutio docto. in. d. c. 1. §. in eos.
communiter * tenent quòd non. Poſtre- Cõm. op.
mo aduertendum eſt, quia nouiſſimè repe-
ri, quòd Bart. poſt Pe. in .l. fin. ff. de conſtitu.
81 princ. circa hunc articulum † diſtinguit,
quòd aut quæritur de ſpeciali caſu in quo quis
eſt ſpecialiter exemptus, aut non. Primo ca-
ſu dicit, quòd propter delictum, vel contra-
ctum non poteſt coram ordinario conueni-
ri. vt .l. 2. poſt prin. c. vbi quis de curia, &c. Se-
cundo caſu dicit, quod aut conuenitur ratio-
ne publicarum functionum, & tunc exemptio
ſibi non prodeſt. vt. d. l. 2. in fi. & in. l. 1. circa
medium .C. in qui cau. mili. & in authen. vt
iudi. Si quo. ſuff. §. volumus. col. 2. Si verò
conueniatur alia ratione, & tunc, aut eſt data
exemptio loco, & perſonæ, aut perſonæ tan-
tum. Primo caſu, aut exemptus deliquit in
territorio ordinarij, & exemptio ſibi non pro-
deſt. vt in auhten. qua in prouincia .C. vbi de
cri. agi. op. Aut deliquit in loco exempto,
aut in alio loco, in quo non habet ordinariã iu
riſdictionem, & non poteſt coram ordinario
conueniri. vt in .c. 1. eo. tit. lib. *6*. ad quod ſe
remittit. Si verò exemptio eſt data tantum
perſonæ, & tunc aut eſt data ratione dignitatis,
& præeminentiæ, & diſtingue. vt in .l. 2. C. vbi
ſenato. Aut eſt data ratiõe publicę vtilitatis, vt
militi



militibus. Et diſtingue, quòd aut in ciuilibus,
& non poteſt coram ordinario conueniri. vt. l.
magiſteriæ. C. de iuriſd. omn. iud. Aut in crimi-
nalibus, & ſi delictum eſt commune, & enor-
me, poteſt corã ordinario conueniri. vt in. d. au-
then. qua in prouincia. Si verò eſt ſingulare, vt
vendere arma, & dic vt in. l. penul. C. de iur. om.
iud. & vt traditur in .l. 1. C. de re milit. Et vide
etiam ad prædicta dictum Bal. in. l. 1. C. in qui.
cau. mil. vbi dicit, quòd ſi eſt conceſſa exemptio
Epiſcopo, vel alteri, ne poſſit conueniri niſi co-
82 ram Papa, quòd † ſi Epiſcopus in ſtudio emit vi
num, vel bladum, poterit conueniri coram or-
dinario. remittit tamen ad not. in. c. 1. eod. tit.
lib. *6*. & ad. l. fina. C. de iur. om. iud. Tu tamen
tene circa hanc materiam, quę ſupra dicta ſunt.
Quanquã ex diſtinctiõe Bar. quædam adaptaſ-
ſem ad ſuperiora, ſi prius illam vidiſſem. Circa
83 ſeptimum articulum de effectibus † exemptio-
nis; ante omnia colligitur ex verbis, & tenore
priuilegiorũ; vt hic, & in. c. præce. poteſt enim
vt dixi. s̃. in. 2. artic. exemptio concedi ſingula-
riter, & etiam pro parte, ſeu in caſu ſpeciali. nec
84 † exemptus ratione vnius rei, aut vnius cauſæ,
intelligitur exemptus ratione alterius. vt in. c.
cum capella. j̃. eod. Exemptus tamen ſimpli-
citer, generaliter videtur exemptus. 16. q. 1. c.
frater. & ibi glo. quam vide. & Archid. Et in-
ter alios effectus, dicitur tribuere libertatem. vt
in. c. ſi Papa. eod. tit. lib. *6*. Verum propter plu-
res dubitationes, quæ poſſunt oriri, vt decidan
85 tur. Quæro primo, vtrum † exempta eccleſia,
cenſeantur exempti miniſtri. Sol. dic, ꝙ cen-
ſentur exempti miniſtri incorporati, vt mona-
chi, canonici, clerici, conuerſi, & perpetuò ob-
lati. vt in. c. per exemptionem. eod. titu. lib. *6*. &
ibi vide plenè quæ perſonæ dicantur exemptæ,
& quæ non. Vbi etiam vide, quid de confra-
86 tribus † exemptorũ, qui non ſunt plenè oblati.
de quo dictum fuit. s̃. eod. c. cum & plantare. &
tangitur. j̃. eod. c. quidam. & .c. vt priuilegia. Et
87 etiam vide quid † de famulis, & mercenarijs.
88 Secundo quæro, vtrum † per exemptionem cõ-
ceſſam monaſterio, capellæ intelligantur exem-
ptæ. Sol. dic ꝙ non. vt videbimus in. c. ex ore.
89 j̃. eo. Tertio quæro, quid † ſi concedatur exem
ptio monaſterio, & capellis ſuis, an extendatur
ad capellas poſtea quæſitas? Vide quod no. in
90 .c. cum capella. j̃. eod. Quarto q̃ro, quid † ſi
dicatur in priuilegio, quòd eximit talem eccle-
ſiam cum capellis ſuis, quæ proprijs nominibus
exprimuntur per Papam, an probantur eſſe ſuę.
Vide. j̃. eod. c. dudum. vbi Inno. & Io. And. te-
nent ꝙ non; quia Papa non intendit donare,
ſed eximere. Et ideò oportet probare, quòd
capellę fuerint ſuæ. Facit. c. gratioſæ. in fin. de
reſcrip. lib. *6*. De quo dicit. D. m. in. d. c. dudum.
ſe plurimum dubitare, & vidiſſe plurima con-
traria conſilia, cum quæſtio de facto contigiſ-
ſet. Dicit tamen dictam deciſionem procedere,
quando ad inſtantiam partis conceſſum eſſet
priuilegium; quia tunc prędicta verba videntur
narratiua, non propter ſe. Secus ſi motu pro-
prio; quia tunc cum Papa fundat intentionem
ſuam ſuper illa aſſertione ſua, quòd capellæ ſunt
monaſterij, probantur eſſe monaſterij; niſi pro-
betur contrarium. allegat not. in ſimili per Lap.
in cle. 1. de probat. & vide quod ibi dixi. Quin
91 to quæro, quid ſi † locus non exemptus conce-
datur exempto, an gaudeat priuilegio exem-
ptionis. Et quantum ad hoc, in primis arbi-
tror inſpicienda verba priuilegij loci exempti,
vt ſæpius dictum eſt. Vidi tamen conſilium col
legij Florentini ſuper quadam quæſtione. nam
conceſſerat Io. 20. eccleſiam ſancti Martini ci-
uitatis Piſanæ pleno iure Monialibus ſanctæ
Claræ. Et ſubdebatur, ſaluo iure Diœceſani. vn-
de quæſtio fuit orta inter monaſterium, quod
aſſerebat eccleſiam exemptam, & Epiſcopum.
& conſuluit collegium prædictum pro exem-
ptione. per not. per glo. & docto. in. c. vni. s̃. ne
ſed. vac. & in. c. recolentes. circa fi. de ſta. mona.
Circa quod faciunt quæ dixi de vnione. in. c. ſi-
cut vnire. s̃. de exceſ. prælat. Dicunt tamen, ꝙ
ipſi intelliguntur reſeruata ea q̃ ſunt iuris Epi-
92 ſcopalis, quæ alius inferior † non poteſt, etiam
ex præſcriptione, obtinere. ſecũdum not. in. c.
auditis. de præſcrip. & .68. diſtinc. in. c. quamuis.
& .c. corepiſcopi. & de conceſ. præben. c. acce-
dens. ſ. chriſmare, ordinare, conſecrare, & ſi-
milia; de quibus. s̃. ſæpius dictum eſt. reliqua ve
ro ſpectabũt ad monaſterium, ſecundum tamẽ
tenorem priuilegiorum ſuorum, & ſecundum
quod poſſidere, ſeu quaſi poſſidere poteſt. Et
ad prædicta vide quæ traduntur per Innoc. &
Io. And. in. c. de monachis. de præb. & .16. q. 2.
in. c. viſis. Item dicunt, ſecundum quoſdam,
ꝙ Epiſcopus poterit viſitare. arg. c. venerabi-
lis. s̃. de cenſi. & not. in. c. paſtoralis. de donat.
Quod tamen intellige, reſpectu reſeruatorum,
ſecundum ea quæ dixi. s̃. eod. c. 3. Septimo
93 quæro, quid è contra, ſi locus † exẽptus cõceſ-
ſus eſt non exempto, an retineat exemptionẽ.
Circa quod, vide quod latè ſcribit Io. And. in
.c. cum perſonæ. eod. tit. lib. *6*. & per doct. in. c.
dilectus. de capel. mon. aliquid per Io. Andr. in
reg. decet. de reg. iur. lib. *6*. in mercur. & per In-
noc. in. c. 2. de reli. do. Septimo quæro, vtrum
94 † per exemptionem eccleſia exempta liberetur
à iure reuerentiæ, quam debet Epiſcopo. Sol.
dic ꝙ non. hoc not. Io. de Imo. in. l. alia. §. ele-
ganter. ff. ſol. mat. allegat. l. fin. de ope. liber. vide
per docto. in. c. cum venerabilis. de cenſi. & ibi
plenè per Io. And. ad quem ſe remittit Ioan. de
95 Imo. Octauo quæro, vtrum † exempti præfe-
rendi ſint in ꝓceſſione non exẽptis. Sol. glo. in
.c. per tuas. de maio. & obed. tenet ꝙ ſic. Pro
qua facit, quia ex quo Papa voluit illos hono-
rare, conferendo eis exemptionem, ſubditi non
debent dedignari illos præ cæteris honorare.
Facit. c. vt apoſtolicæ. de priuileg. lib. *6*. vbi di-
96 citur, quòd † Abbates exẽpti poſſunt vti in ſy-
nodo pretioſiori Mitra, quàm non exempti.
Quod tamẽ dixi de prælatione, intelligit. D. m.
in. d. c. per tuas. ſi modo cætera eſſent æqualia.
Sed ſi non exemptus prius tempore fuiſſet pro-
motus,

motus,non arbitratur hoc procedere. Sed ꝗ
præferendus ſit primo loco promotus. Facit
17.diſt.in fi. Et ſatis placet.licet tex.in.d.c.per
tuas.aliqualiter faciat in contrarium. Vltimo
97 quæro,†vſq; ad quem locum extendatur exē-
ptio loci exempti. Sol.glo.in ver.exempto.
in.c.1.eod.titu.lib.6. dicit, quòd monaſterio
exempto,eccleſia,cæmeterium,domus, mona-
ſterium,atrium,hortus,areæ,& ſimilia loca quę
ſunt circa eccleſiam,intelliguntur exempta. 12.
q.1.in.c.neceſſaria.&.c.nulla. vbi idem dicit
Archidia.&.17.q.4.c.diffiniuit.&.c.id conſti-
tuimus.&.c.1.ſ.de immu.eccle. Dicit tamen
Archid.in.d.c.1.& ſequitur Io.And.referendo
eum,quòd ſi eccleſia ſit extra muros,poteſt di-
ci, quòd gaudeat exemptione vſque ad 40. vel
30. paſſus, ſecundum diſtinctionem canonis.
17.q.4. ſicut antiquitus.&.c.frater.&.c.diffi-
niuit. Secus ſi ſit intra ambitum murorum ci-
uitatis,vel ſimilis loci; quia tunc non habebit
iſtud priuilegium paſſuum. 17.q.4.c.quiſquis.
Circa octauum, & vltimum articulum, videli-
98 cet,† qualiter tollatur, ſeu amittatur priuile-
99 gium exemptionis. Quæro primo,vtrum†per
viam reuocationis. Solu. dic,quòd tollitur,ſi
reuocatur per concedentem,per reg.1.ſ.de re.
iur.&.l.nihil tàm naturale.ff.eod. Quod tamē
limita,niſi tranſiuerit in contractum. per.l.qđ
ſemel.ff.de decret.ab ord.fa.quia tunc require-
retur vtriuſque conſenſus, ſicut in alijs diſtra-
ctibus.vt in.l.ab emptione.ff.de pact. Et circa
hoc vide quæ latius ſcribit.d.Dom.poſt docto.
in.c.1.de conſtitut.lib.6. Secundo quæro, an
100 perdatur†per viam renuntiationis. Sol. dic ꝗ
non,niſi accedat licentia concedentis, in cuius
fauorem conceſſa fuit exemptio.per.c.cum tem
pore.ſ.de arbit. Facit qđ dixi.ſ.de ꝓrogāda
iuriſdictione ex exꝑſſa voluntate. Aduerte tñ,
quia gl.fi.in.d.c.cū tēpore. videtur limitare,vt
non valeat quò ad præiudicium ſuperioris. Se-
cus quò ad præiudicium renuntiantis. Sed di-
cit ibi.D.m. quòd non videt aliquem effectum
huius renuntiationis quò ad ſe, cum ius ſupe-
rioris ita ſit coniunctum cū iure renuntiantis,
vt ſeparari non valeat. de quo dic, vt ibi dixi.
101 Tertio quæro,vtrum † exemptio tollatur præ-
ſcriptione. Et videtur dicendum ꝗ ſic; quia
poteſt induci pręſcriptione. vt in.c.cum perſo-
nę.eod.tit.lib.6.& in.c.auditis.& in.c.cum ex
officij.ſ.de præſcrip. dummodo non velit om-
nimodam exemptionem præſcribere,itá vt nul
li ſubſit.per.c.cum non liceat.de præſcript. igi-
102 tur ſi poteſt † induci per præſcriptionem, pōt
& tolli.per reg.1.ſ.de reg.iur.& ea quæ.ſ.dixi.
Sed tu dic,quòd hoc eſt verum data ſcientia, &
patientia ſuperioris,cui præiudicatur,& conti-
nuato tempore requiſito ad præſcribendum.
Sed ſi non probaretur ſcientia,& patientia ſupe
rioris,dicerem cōtrarium;quia ſicut exemptus
103 directè,& expreſsè†per renuntiationē,non po
teſt præiudicare ſuperiori, vt ſtatim dictū fuit,
ita nec tacitè. Facit.l.qui ad certum.ff.loca. &
reg.cum quid vna.de reg.iur.lib.6.& quod no.
in.l.aduerſus.C.de vſur. Quod perpetuò nota-
104 bis,vt ſcias articulare. Vltimo quæro,†vtrum
per impetrationem ſecundi priuilegij ſuper
exemptione, videatur impetrans renuntiare
priori priuilegio ſuper eodem obtento. Sol.
D.m.ſuper gl.in ver.de gratia.in.c.cum olim.2.
ſ.eod.per illam glo.& tex. tenet ꝗ non. Sed
poſſet ex vtroque priuilegio ſe defendere. arg.
reg.nullus pluribus. de reg.iur. lib.6. & quod
not.in.c.poſt electionem.ſ.de conceſ.præben.
105 vbi clericus†dubitando de validitate tituli ſui
non videtur illi renuntiare impetrando alium
titulum,etiam à ſuperiore. Imò dicitur ibi, ꝗ
106 hoc eſt cautum,& vtile. Et licet†dominiū non
poſſit acquiri ex diuerſis titulis, quia ſemel
meum,non poteſt amplius effici meum, vt in.l.
ſi vt certo.§.ſi duobus.ff.ſi commo.& in.c.in-
ter dilectos.ſ.de fi.inſtru. & in.c.vt quis duas.
107 de elect.lib.6. tamen tituli†poſſunt multipli-
cari.vt traditur in dictis iuribus. & in.d.c.poſt
electionem. Et ex prædictis habes expeditam
materiam exemptionis.

## Capitulum. IX. Sanè.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium non extenditur ad perſonas in eo non expreſſas.*
2 *Ius patronatus, à laico poteſt præſcribi ſecundum communem.*
3 *Lex debet eſſe communis omnibus, cum ſit ſcripta pro communi vtilitate omnium.*
4 *Perſonæ expreſſæ in lege communi, videntur expreſſæ exempli gratia.*
5 *Priuilegia licet non extendantur, poſſunt tamen cedi alijs.*
6 *Minor poteſt cedere alteri beneficium reſtitutionis.*

1 SANE. Priuilegium non†extendi-
tur ad perſonas in eo non expreſ-
ſas. h.d. Vel ſic, priuilegium vni
conceſſum, non poteſt ad alium
extendi propter identitatem rationis. h.d. Et
quotidie allegatur. Not.primo, quòd priuile-
gium eſt ius ſingulare,& perſonam ſequitur pri
uilegiatam,& cum ea extinguitur, ſi perſonale
eſt.& ideò non tranſit ad aliam perſonam. vt in
reg.priuilegium.de reg.iu.lib.6. Secundo no.
quod colligit glo.2. Vltimo no. quòd quis nō
poteſt vſurpare id quod alteri conceſſum eſt ex
priuilegio. Et ſic iſte tex. ſingulariter induci-
tur hic per doct.in arg. quòd cum laicis ſit cō-
ceſſum ex ſpeciali priuilegio ius patronatus, vt
in.c.3.de iure patro. quòd laicus non poteſt ex
præſcriptione illud vſurpare.Sed non eſt mate-
2 ria noſtra. Et contrarium † communiter* te- Cōm.op.
netur. Vide quod traditur per Io. Andr.in reg.
quod alicui gratioſè.de reg.iu.lib.6. in mercu.
& quod traditur in.c.querelam.ſ.de elect. & la
tè per Fede.conſi.227. Glo.1.in princi. forti-
ficat tex. allegando iura, & rationem. deinde
opponit,



opponit,& ſoluit. In fi.glo.dic,& ratio diuer-
3 ſitatis eſt;quia † lex debet eſſe communis om-
nibus, cum ſit ſcripta pro communi vtilitate
omnium.4.diſt.c.erit.& in.l.iura non in ſingu-
4 las.ff.de legi. Vnde ſi † in lege exprimitur vna
perſona, vt T. vel M. videtur expreſſa exem-
pli gratia.& ideò non reſtringitur ad illam per-
ſonam. Sed priuilegium eſt lex priuata, vt hic.
& ideò non extenditur ad perſonas non ex-
preſſas. Aduerte tamen,quia dicit hic Goff. ꝗ
5 licet†priuilegia non extendantur, quandoque
6 tamē alijs ceduntur. Vnde minor† poteſt ce-
dere alteri beneficium reſtitutionis.vt.ff.de mi
nor. in.l.ſi minor.&.ff.de admin. tuto. in.l.ex
pluribus.

## Capitulum. X. Patentibus.

*SVMMARIVM.*

1 *In Oratorijs priuatis campanæ publicè teneri non poſſunt, etiam per religioſos. & nu.10.*
2 *Hoſpitalia,quando cenſeātur publica,vel priuata.*
3 *Oratoria priuata non gaudent priuilegio eccleſiarum.*
4 *Eccleſiæ non debent fieri, niſi competenter dotentur.*
5 *Priuilegiati debent eſſe contenti iure ſuo.*
6 *Exempti delictum commiſſum in loco exempto, quando extendit effectum extra locum exēptum,puniri poteſt per ordinarium.*
7 *Miſſam celebrare publicè, an liceat in priuatis oratorijs.*
8 *Exemptus exiſtens in loco exempto, qui mandat fieri delictum in loco non exempto,poteſt puniri ab ordinario.*
9 *Idem in exempto proijciente lapidē de loco exempto, in locum non exemptum.*
11 *Campanas plures, an liceat religioſis habere. & nu.18.& 19.& ſeq.*
12 *Conceſſa omnia videntur, quæ non reperiuntur prohibita.*
13 *Vnicuique licitum eſt facere in ſuo quod placet, dummodo ceſſet ſeruitus.*
14 *Cauſæ finis, finem rei imponit; & cauſa perſeuerans extendit rei effectum.*
15 *Campanæ ſonus fit ad conuocandū multitudinem, & ad audiendum verbum Dei.*
16 *Res tranſit de perſona in perſonam cum ſuis iuribus,conditionibus,& libertatibus.*
17 *Priuilegium mutatione perſonæ,an amittatur.*
19 *In fauorem introductum, non debet in odium retorqueri.*
20 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
21 *Conſequentia non eſt bona, tu habes vnum oculū, ergo non habes duos.*

1 PATENTIBVS. In oratorijs†pri-
uatis campanæ publicè teneri
non poſſunt,etiam per religioſos.
h.d. Communis diuiſio. ſecunda
ibi,reſpondemus.& quotidie allegatur. Not.
primo,quòd habere in loco publico, ſeu eleua-
to campanam,& publicè pulſare,eſt ſignum lo-
ci publici,& ſacrati. Quod facit ad deciſionem
2 quæſtionis quotidianæ, an Hoſpitalia†cenſean
tur publica,vel priuata, quando non apparet ꝗ
authoritate Epiſcopi ſint conſtructa.nam ſi ibi
eſt campana eleuata,quę publicè pulſatur,ſignū
eſt,quòd ſint publica,& ſubiecta Epiſcopo. Et
idē dicitur,ſi ibi publicè celebretur. arg. de cō-
ſec.diſt.2.c.vnicuique. & ſeq. de quo remittit
D.m.per ſe in.c.inter dilectos.ſ.de donat. Se-
cundo no.ibi,publicè. arg. à contrario,quòd in
priuatis oratorijs non eſt prohibitum tenere
campanellam priuatam, & priuatim pulſare.
3 Tertio not.quòd†oratoria priuata non gaudēt
priuilegio eccleſiarum. Dicuntur autem ora-
toria, loca ad orandum apta, non conſecrata,
nec dotata. Eccleſiæ verò ſunt publicæ, & ſa-
4 cratæ.Nec debent fieri,†niſi competenter do-
tentur.vt in.c.3.& ibi traditur.ſ.de vi.& hone.
cler. Et vide ꝗ not.in.c. fi.ſ. de cēſib. vbi dici-
tur, ꝗ oratoriū eſt locus vbi oratur, ſed miſſa
nō cātatur. Facit.d.c. vnicuique. Quādoq; tñ
appellatiōe oratorij, cōprehenditur ēt eccleſia.
vt not.Io.An.in.c.fi.ſ.de eccle.ædific. Quarto
5 not. ꝗ † priuilegiati debent eſſe contenti iure
6 ſuo. Vltimo colligit hic.d.Ant.quòd†vbi de-
lictum exempti extēdit vires ſuas, & effectum
extra locum exemptum, licet committatur in
loco exempto,nihilominus poteſt per ordina-
rium coerceri, & puniri; nam pulſare campa-
nas,vt ſtatim dicam,non fit, niſi propter audi-
tū; & licet pulſentur in loco exēpto,tñ propter
ſonum, extēditur turbatio ad locum non exem
ptum. Et ad hoc not.facit.c.ſequens. & quod
not idem. d. Anto.in.c. cum inter. de conſue.
Facit tex. & quod ſingulariter ibi tradit Bart.in
.l.1.aliàs.2.§.idem ait.ff.ne quid in loc.pub.di-
xi.ſ.in.c.recepimus. in.6.artic. ver.tertio q̄ro.
Glo.1.format quæſtionem,& ſoluit. In fi.glo.
dic, hæc glo. procedit ſecundum Hoſti. quan-
do publicè vellet celebrare miſſam. Secus ſi pri
7 uatim. Vel dic ſecundū † Io. And. & melius, ꝗ
aut oratorium eſt conſtructum authoritate Epi
ſcopi, aut non. Primo caſu,poteſt celebrari pu
blicè,& priuatim. Secūdo caſu, non poteſt ce-
lebrari,niſi priuatim. Et vide quod traditur in
.c.fi.de cenſib. Glo.2.colligit.arg.ex tex.In fi.
glo.dic,quòd hæc glo.loquitur nimis generali-
ter,ſecundum.D.m. Et generaliter, & indiſtin-
ctè non eſt vera; quia eſt contra.c.1.eod.titu.
lib.6.Debet igitur intelligi,quantum ad termi-
nos tex.noſtri, quòd ideò Epiſcopus poteſt pu
nire, quia delictum extenditur ad locum non
exemptum. vt dixi.ſ.in vltimo notab. & latius
in.d.c.recepimus. Et idem dicit.D.m. hic, de
8 exiſtente in loco exempto mandante delictum
comitti in locum non exemptum. quod pro-
batur in.c.ſeq.& tradit Bar.in.l.ſi vt ꝓponitur.
ff.de fideiuſſ.& not.in cle.paſtoralis.de re.iud.
9 Et idem dici poteſt de†exiſtente in loco exem-
pto proijciēte telum, vel lapidem extra locum
exemptum, & per talem proiectionem com-
mittente delictum. de quibus etiam not. per
Bar.

·Bar.in.l.libellorum.ff.de accuſ. Et vide quod latius dixi in.c.qualiter.2.ſ.de accuſ. in.11.artic.princ.q.36.&.q.50. Glo.fina. colligit arg. In fi.dic,ſed quò ad concedentem,& eius præiudicium,latè ſunt interpretanda. vt in.l.ſi qũ. C.de bo.vac. lib.10. & traditur in iurib. hic in glo.allegatis. Poſtremo extra glo.opponitur,
10 videtur enim, ꝙ religioſi † licitè poſſunt campanam retinere, nec poſſunt prohiberi per ordinarios,vt eſt tex.in.c.nimis iniqua.ibi,nec ſuſtinentes.ſ.de exceſſ.prælat. Sol.dicit Goffr. ꝙ tex.noſter procedit in priuatis oratorijs. Contrarium in eccleſijs. Vel ſecũdum Innoc. contrarium procedit de priuilegio,& gratia ſpeciali.tex.noſter de iure communi. Vel tertio,ſm Hoſt.cõtrarium loquitur de vna campana. tex. noſter loquitur de pluribus. & idem tenet Archid.18.q.2.c.quidam. Et ſic videtur velle, ꝙ licitum ſit iſtis retinere vnam campanã in iſtis oratorijs. Quod mihi non placet. Dicit.D.m. hic, quòd licet prima ſolutio ſit amica literæ,tamen multum placet ſibi dictum Hoſt.quod dicit notandum pro iſtis religioſis,potiſſimè mẽdicantibus,qui retinent plures campanas; quia
11 de iure † communi retinere non poſſunt. & ſatis eis debet ſufficere, quòd habeant vnam, ex quo non habent populum. quod bene dicit ſeruari à fratribus minoribus, propter inſtitutionem regulæ ipſorum, ſecundum ꝙ traditur in cle.exiui.de verbo. ſig. Mihi non placet intellectus Hoſt.vt dixi. Nec etiam Inno. Et quãuis dictum Goff.ſit verum in ſe, videlicet,quòd iſte tex.loquatur de priuatis oratorijs, & contrariũ de eccleſijs,tamen quod dicunt docto. ꝙ in eccleſijs non poſſunt habere religioſi niſi vnam campanam,etiam ſi ſint mendicantes,nõ placet. Circa quod vide nota. conſi.Old.228. quod incipit, quòd fratres prædicatores. vbi expreſsè cõcludit, quòd poſſint plures habere.
12 Primo,quia † omnia videntur conceſſa, quæ nõ reperiuntur prohibita. vt in.l.ab ea parte.ff.de proba.& in.l.ſtatuas.ff.de reli.& ſump.fu.&.ff. qui.ex ca.ma. in.l.necnon.§.qd' eis. Secundo,
13 quia † vnicuiq; licitum eſt in ſuo facere qd' placet, dummodo ceſſet ſeruitus.ff.de dam. infec. in.l.proculus.ff.de aqua plu. arc. in.l.1.§.idem ait.&.§.denique.&.ff.ſi ſerui.ven. in.l.ſicuti.§.
14 ariſto.Tertio quia,ſicut finis cauſę finẽ rei imponit, quia ceſſante cauſa &c. vt in.c.cum ceſſante.de appella. ita & perſeuerans cauſa ampliat, & extendit effectum.ff.de ope.lib.in.l.planè.& ff.de adulte. in.l.adulterium.§.fin. Cauſa verò pluralitatis campanarum,eſt honor ſancti, & decus diuini cultus,& conuocatio populi. Sed iſtæ cauſæ ſubſunt etiam in religioſis mendican
15 tibus. igitur &c. Fit enim † ſonus cãpanarum ad conuocandum multitudinem ad audiendũ verbum Dei.iuxta illud Num.c.10. fac tibi tubas argenteas, & ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinem. & poſt pauca,cum increpueris tubis,congregabitur ad te omnis multitudo. Et maximè hoc dicendum eſt, ſi talis eccleſia nunc religioſorum, erat prius parochia-
16 lis; quia † res tranſit de perſona in perſonam cũ ſuis iuribus,conditionibus, & libertatibus.ff.ſi ſerui.ven.in.l.1.§.ſi.cum.l.ſeq.& arg.l.generaliter.§.quidam.ff.de fidecom.lib. Et quod di-
17 citur mutatione † perſonæ amittitur priuilegiũ, intelligitur de priuilegio quod conceditur rei propter perſonam. vt.ff.de inoffic. teſtamen. .l.fina. &.ff.de acquir. hær. in.l.paulus. &.ff.de col.bo.in.l.1.§.nec caſtrenſe. Nec obſtat prædictæ concluſioni tex. noſter, qua loquitur de oratorijs priuatis. prout etiam loquitur tex. in auth. vt in pri. do.ſac.ius. non fiant. in rubro, & nigro. vnde non debet intelligi de monaſterijs vbi ſunt ſolemnes eccleſiæ. Facit de conſec. diſt.1. ſi quis etiam. Eſt enim inter hæc manifeſta differentia,vt traditur.14.q.2.c.quidam monachorum. Non obſtat.c.nimis iniqua. vbi ſecundum aliquos videtur probari, ꝙ
18 ſolum poſſint habere † vnam campanam,ſecundum ꝙ.ſ.dixi ſecundum Hoſt.&.D.m.quia dũ tex.ibi loquitur in ſingulari de campana,narratur grauamen quod inferebatur Prædicatoribus, & Minoribus, & illud tollitur. non eſt
19 ergo conueniens, quòd illud † quod principaliter inducitur in eorum fauorem, cedat,ſeu referatur ad grauamen. vt in reg.quod ob gratiam. de reg.iur.lib.6. & probatur opti.in.l.deducta. §.fin.ff.ad trebel.&.ĩ.de verb.ſig. c.fin. Facit opti.ff.ad.l.fal. in.l.in ratione. §.tametſi. Sed ſi ante proceſſiſſet prohibitio generalis, ne campanas haberent, tunc ꝓcederet arg.quòd permittendo habere campanam, non poſſent habere niſi vnam.per reg.quæ à iure. cum ſua materia.de regu.iur. lib.6. cum ergo non reperiatur hoc prohibitum,vt dictum eſt. Imò ex generalitate permiſſum, & ille tex. ſit factus ad inducẽdum fauorẽ, & ad conceſſionem, non debet operari prohibitionem. vt.ff.de adi.leg.in.l.legata inutiliter. &.ff.de condi. & dem. in.l.cum tale.§.fina. Facit de tranſlat. epi. c. inter corporalia. Nec eſt contra proprietatem verbi, vt concedendo campanam, videatur concedere
20 pluralitatem, propter indefinitam † quæ æquipollet vniuerſali. vt in.c.vt circa. de elect. lib.6. & in.c.1. de re iudi. lib.6. & in.l.in vſu. ff. de
21 verbo.ſignifica. Nec † eſt bona illatio, tu habes vnum oculum, ergo non habes duos. vt eſt tex.ff.de actio. empt. in.l.ſi venditor. in princip. & not. in.l.fina. ff.de lega.2. niſi adijciãtur verba taxatiua. Quanquam glo. videatur aliud velle,& male,in.l.fin.§.qui indiuiſam. ff.de lega.3. Sit ergo concluſio, quòd poſſunt habere plures campanas, niſi ex inſtitutione regulæ prohibeantur. & vide latius in dicto conſilio.

## Capitulum. XI. Tuarum.

### SVMMARIVM.

1 *Hoſpitalarij,qui mittunt pro eleemoſinis cruce falſa ſignatos, priuantur prædicationis officio. & num.7.*

*Et*



*Et quomodo miſſi puniantur,ibidem.*
2 *Suſpenſi per Epiſcopos, non poſſunt abſolui per exemptos. & num.14.*
3 *Priuilegiatorum confratres, qui ſe non omnino ad eos tranſtulerunt, non ſunt priuilegiati. & num.18.*
4 *Conuerſi, vel oblati comprehenduntur laicorum appellatione.*
5 *Religionis habitum falsò portans, poteſt puniri de falſo per ordinarium.*
6 *Quæſtores qui mittuntur pro eleemoſinis, quales eſſe debeant.*
8 *Epiſcopus poteſt vnire, ſeu transferre eccleſiam, etiam baptiſmalem,in hoſpitale, ſeu in fratres hoſpitalium.*
9 *Exempta non efficitur eccleſia parochialis, quæ vnitur monaſterio exempto.*
10 *In eccleſia vnita, monaſterium tenetur deſeruire per vicarium. Si tamẽ eſſet patronata ipſius, teneretur præſentare.*
11 *In eccleſia polluta ſanguinis effuſione, non debent diuina celebrari,antequàm ſit reconciliata.*
12 *Suſpenſio iuris,vbi transfunditur in hominis ſuſpenſionem, ad limites ſuſpenſionis iuris, illa non addit uinculum.*
13 *Diſpoſitio vna,ſi transfundatur in aliam,nihil addito,vel diminuto,antiqua non innouatur.*
15 *Excommunicatio lata ab homine,non poteſt relaxari,niſi ab eo,vel à ſuo ſuperiore.*
16 *Excommunicatio lata à iure,an poſſit relaxari ab inferiore Epiſcopo.*
17 *Exempti abſoluentes excommunicatos in caſibus ſibi non permiſſis, ſunt ipſo iure excõicati.*
19 *Conſuetudo laicorum non ligat clericos.*
20 *Eccleſia qualiter reconcilietur. Et per quem.*
21 *Eccleſia quibus modis polluatur.*
22 *Eccleſia polluta,cuius expenſis reconcilietur.*
23 *Eccleſiæ reconciliatio facta per ſacerdotem, qui communi opinione habebatur pro Epiſcopo, an valeat.*
24 *Epiſcopus interdicendo ne celebretur in polluta eccleſia,an videatur ponere nouum interdictum,ultra interdictum iuris.*
25 *Epiſcopus interdicendo notoriè criminoſo, ne celebret,non efficit illum irregularem, ſed potius declarat eſſe.*
26 *Expreſſio eorũ quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*
27 *Monachus,an efficiatur ex ſola delatione habitus.*
28 *Ordinarius,an poſſit punire exẽptos delinquentes.*
29 *Exempti,an teneantur obſeruare interdictum.*

1 TVARVM. In tota † prouincia exhortationis officio priuantur hoſpitalarij, qui mittunt pro eleemoſinis cruce falsò ſignatos. Miſſi verò,ſi ſunt laici,excommunicantur. Si clerici, ab officio,& beneficio ſuſpenduntur. Et eadem ſuſpenſione puniuntur, qui ante reconciliationem in polluta celebrant eccleſia. Et ſuſpenſi
2 per † Epiſcopos, per exemptos ſolui non poſ-
3 ſunt. Et † confratres priuilegiatorum, qui ad eos ſe non omnino tranſtulerunt, priuilegiati non ſunt. h.d. Et principium poteſt ſignari in Ceretanis. Diuiditur, quia in prima ponitur querela,& conſultatio. in ſecunda reſpõſio,ibi, verum. Et prima ſubdiuiditur in quatuor, ſicuti quatuor ponuntur exceſſus iſtorum fratrũ. In tex.ibi,& infra,dic,ſub iſto infra,continebatur,quòd quia fratres non ſufficiebãt, ſibi alios tàm laicos, quàm clericos aſſociabant,eorum pectora falsò cruce ſignantes. Et in tex.ibi, cũ ſint laici,dic, quòd fortè iſti fratres non profitebantur aliquam religionem; nec erat neceſſe, ꝙ aſſumerẽt ordinem clericalem; quales videmus eſſe iſtos fratres pijſſimi, & ampliſſimi hoſpitalis Senen.ſanctæ Mariæ; & hoc caſu debes ſupplere ad tex.dum dicit laici, verbum maximè; quia nec clerici, nec inferiores prælati poſſunt abſoluere.vt.ĩ.dicam. Sed maximè laici non poſſunt,quos ſubeſſe,non præeſſe oportet. 62. diſt.c.docendus. Vel fortè pro maiori parte
4 iſti fratres † erant conuerſi,vel oblati, non profeſſi; qui comprehenduntur laicorum appellatione,vt eſt tex.coniuncta glo.fi. in.c.ſuper eo. ſ.de reg. Vel profeſſi conuerſi,non clerici; qui & laici dicuntur, vt tradit Inno.in.c.1.ſ.de celeb.miſ. In tex. ibi, ſuſpenſos per Epiſcopos, dic,quòd in antiqua litera ſubdebatur,pro ſuorum exigentia meritorum. & tunc etiam dicebat Tancre. ſubaudiendum verbum, maximè, ſecundum Io. And. In tex.ibi, prouinciã tuam, dic, quòd in antiqua litera erat,noſtra fretus authoritate. Item in tex.ibi,reducas, ſubdebantur eadem verba, noſtra fretus authoritate. Not. primo tex.ſingularem contra illos,qui nõ ſunt verè oblati,ſeu conuerſi, & tamen portant
5 habitum † alicuius religionis; poſſunt enim tales per ordinarium coerceri, ex eo,quòd videntur delinquere in religionem eccleſiaſticam. & ſic ſortiuntur forum eccleſiaſticum. nam iſti, cum non eſſent verè fratres, quorum habitus erat ſignatus cum cruce,nihilominus tanquam fratres verè oblati,& conuerſi, habitum ipſum portabant. Arbitror etiam, quòd falsò portantes talẽ habitum,poſſunt puniri pœna falſi. per no.in .l.eos.§.fin.ff.de fal.& quod not.in.c.1.&.2.ſ.
6 de cle.non ord.min. Secundo not. quales † debeant eſſe iſti quæſtores,qui mittuntur ꝓ eleemoſinis; nam debent eſſe literati,& verè confratres mittentium; non autem extranei. Quod hodie minimè obſeruatur. Vnde poſſet frequẽter practicari hæc decretalis contra iſtos ſceleratos, qui vt plurimum & laici,& vxorati falsò aſſumunt habitum S.Antonij,aut S.Spiritus de vrbe,& illiterati,pleni mendacijs, & colluſionibus, ceretana facundia pauperculas decipiunt.
7 Tertio not. † pœnam eorum,qui tales mittunt; nam priuari, ſeu interdici debẽt poteſtate exhortationis,ſeu talis quæſtus. Quæ interdictio fieri poteſt per ordinarium ratione delicti commiſſi in locum,& perſonas non exemptas,quãuis ipſi mittentes ſint exempti, & mandatum fuerit in loco exempto. de quo dixi in.c.præced.& in.c.recepimus. in ſexto artic. Quarto not. ibi, à prædeceſſore tuo collata, quòd Epi-
8 ſcopus † poteſt vnire, ſeu tranſferre eccleſiam,

etiam

etiam baptiſmalem, in hoſpitale, ſeu in fratres
hoſpitalium. de qua materia latius dixi in.c.ſi-
cut vnire. de exceſ.prælat. Quinto not.ex eo-
dem ver.iuncto ver.eos verò. ibi, lege diœceſa-
9 na &c. quòd licet† parochialis eccleſia vniatur
monaſterio exempto, tamen non efficitur exē-
pta ab ordinario. de quo in.d.c.recepimus. &
10 d.c.ſicut vnire. Sexto not. quòd † in eccleſia
vnita tenetur monaſterium deſeruire per vica-
rium. Si tamē eſſet patronata ipſius, teneretur
præſentare, ſecundum ea quæ dixi in.c.cum &
plantare.s̃.eod. Septimo not.in ver.verum, vt
11 iacet. Octauo not. quòd in eccleſia † polluta
ſanguinis effuſione, non debent diuina officia
celebrari, antequàm ſit reconciliata. Et proce-
dit hoc de iure cōmuni; quanquā hic acceſſit ēt
hominis prohibitio. vt probatur in.c.fina.s̃.de
conſecra.eccle.vel alta.& per Io.And.in.c.1.de
conſecr.eccle.vel alta. de quo aliquid dicam, in
glo.2. Nono not. ſecundum.d.Ant. quòd li-
12 cet ſuſpenſio† iuris transferatur cum ea forma,
& limitatione, quæ erat à iure determinata in
ſuſpenſionē hominis, tñ hoīs ſuſpenſio retinet
omnino ſuam primordialem naturam. nec
addit vinculum, nec nouum effectum producit
vltra ſuſpenſionem iuris; nam hic ordinarius
interdixit quod interdictum erat, & tamen po-
ſtea dicitur ſuſpendendos ab officio, & benefi-
cio; & ſic non ſunt ſuſpenſi ipſo iure. Vnde ge-
13 neraliter not.ꝙ vbi vna diſpoſitio† transfundi-
tur in aliam, nihil addito, vel detracto, antiqua
diſpoſitio non innouatur; ſed remanet omni-
no prima. de quo ſtatim dicam in glo.2. Deci-
14 mo not. quòd ſuſpenſus per† Epiſcopum, non
poteſt abſolui per inferiorem prælatum, etiam
exemptum. Et hoc eſt clarum; quia ſententia
15 cenſuræ † lata ab homine, non poteſt relaxari,
niſi ab eo, vel à ſuo ſuperiore. vt in.c.paſtoralis.
16 s̃.de off.dele. Quinimò & lata à iure, non po-
teſt relaxari, niſi ab Epiſcopo, vt in.c.nuper.j̃.
de ſen.excom.& in.c.1.eod.tit. Niſi eſſet talis
inferior Epiſcopo, qui haberet quaſi talem Epi
ſcopalem iuriſdictionem. vt tradit glo. in ſimili
in clem.1. de re.eccl.non alien. &.D.m.in.c.ſi-
gnificaſti. de fo.compet. Quinimò hodie reli-
17 gioſi, quanuis exempti, abſoluentes † excom-
municatos in caſibus ſibi non permiſſis à cano-
ne, vel à ſententijs latis per prouincialia, vel ſy-
nodalia concilia, ſunt ipſo iure excommunica-
ti, & per ſolum Papam abſoluendi, vt in cle.1.
18 eod.tit. Vndecimo not. quòd† confratres, ſeu
oblati religioſorum, ſi non ſunt omnino oblati,
vt quia ſe, & ſua non plenè obtulerunt, non gau
dent priuilegijs exemptorum. Imò ſubijciun-
tur ſtatutis ciuitatis, & locorum. Facit quod
dixi in.c.3.&.c.recepimus.s̃.eod. Vltimo no.
19 hic.d.Ant.poſt Hoſt.ex fin. quòd† conſuetudo
laicorum non ligat clericos. de quo in.c.eccleſia
ſanctæ Mariæ. de conſtit. Glo.2.in princ.for-
20 mat duas quæſtiones; videlicet, qualiter† eccle-
ſia recōcilietur, & per quem, deinde in ver.ſed
nonne. opponit, & ſoluit. deinde in ver.& quia.
ſentit.q. an in caſu noſtro dicatur interdictum
hominis, vel iuris. In eadem glo. ibi, cum vi-
no, dic de hoc, vt latius traditur per doct. & ma
21 ximè per.D.m.in.d.c.propoſuiſti. vbi † etiam
22 tradunt, quibus modis polluatur; Et† cuius ex-
penſis reconcilietur. de quo vltimo etiam per
Vincen.in.c.conquerente.s̃.de offi.ord. & per
Archid.in.c.1.de cenſib.lib.6. In eadem glo.
ibi, ſimplicem ſacerdotem, dic vt traditur in.d.
c.ꝓpoſuiſti. Et videtur velle Io.Cald.in queſt.
quæ incipit, excommunicatus qui cōmuni opi-
23 nione. quòd etiam non valeat† facta reconci-
liatio per ſacerdotem, qui communi opinio-
ne habebatur pro Epiſcopo. In eadem ibi, nō
extenditur ad hunc caſum, dic, & hoc ideò,
quia contrarium loquitur de interdicto gene-
rali. Sed tex. iſte loquitur de interdicto ſpeciali
vnius eccleſiæ tantum. licet propriè non ſit in-
terdictum; quia ſolum ſuſpenduntur organa, do
nec eccleſia ſit reconciliata. In fi.glo. dic, ſen-
tit ergo hæc glo. & clarius glo. antepen. in ver.
24 pœna. quòd† Epiſcopus interdicendo ne cele-
bretur in polluta eccleſia, videtur ponere no-
uum interdictum, adeò quòd ibi celebrantes
incurrunt in irregularitatem. & ſic ſunt ſuſpen
ſi ipſo facto ab officio, & beneficio. Contrariū
tamen tenet hic.d.An. & melius ſecundū.D.m.
dicit enim, quòd per tale interdictum videtur
potius Epiſcopus exequi voluiſſe interdictum
iuris. Et ſubdit concludendo, quòd aut in ec-
cleſia eſt verum interdictum iuris, & ibi cele-
brans, efficitur irregularis. vt in.c.fina.s̃.de ex-
ceſ.præl.& in.c.1.de re iudi.lib.6.& in.c.is cui.
de ſent.excom.lib.6. Aut ibi eſt verum inter-
dictum hominis tantum, & idem dicēdum per
iura allegata. Quando autem dicat verum in-
terdictum iuris, vide quod traditur in.c.vbi pe-
riculum. de elect.lib.6. & in.c.fœlicis. de pœn.
ib.6.& in.c.is cui.præalleg.& traditur in.c.gra
uem.j̃.de ſent.excom. Aut non eſt verum in-
terdictum, vt puta, quia eſt ibi quædam eccle-
ſia polluta ſanguinis, vel ſeminis effuſione, &
tunc celebrans non efficitur irregularis. vt d.c.
is cui. Sed ſi tale interdictum iuris non ve-
rum, ſequitur nouum interdictum hominis, nō
omnino in forma iuris, ſed intendentis de no-
uo aliquid facere, procedit finis glo. noſtræ, vt
in iuribus in glo. allega. & in.c.ex literis.s̃.de
exceſſ.prælat. Sed in dubio non videtur nouū
interdictum velle ponere. vt in.c.licet. & in.c.
penult.s̃.de offic.ord.& quod ibi dixi. Et ſic
quantum ad tex. noſtrum intellectus glo. non
eſt bonus. Et contrariū probat tex. cum man-
dat iſtos præsbiteros ſuſpendi, ergo non erant
ſuſpenſi; & per conſequens nec irregulares. Et
licet glo.antepenul. dicat, quòd hoc refertur ad
factum, iſta eſt impropriatio. Et ex prædictis
25 infertur, quòd† ſi Epiſcopus interdicit notoriè
crimino ſo, ne celebret, non propterea efficitur
irregularis; quia iſta eſt potius prohibitio iu-
ris; ſeu quædam iuris declaratio. Facit quod in
ſimili not.per glo.in clem.1.de iure patro. quia
26 expreſſio† eorum, quæ tacitè inſunt &c. vt in
.l.3.ff.de lega.1. cum ſimil. Et prædicta adde





ad ea q̃ dixi in materia irregularitatis, in.c.ad
audientiam.s̃.de homici.in.6.artic.princ.ꝓpè
princ. Glo.ſuper verbo falsò ſignatos.in prin.
27 quærit, an† ſola delatione habitus, quis efficia-
tur monachus, & ſoluit; & contra ſol. opponit,
& ſoluit. Et tandem inducit prædicta ad deciſ.
quæſt. In fi. glo. hæc non eſt propriè materia
tit.noſtri. vnde dic, vt latius dicam in.c.3.s̃.de
regu. Glo. ſuper ver.priuilegij. ꝓſequitur ma
28 teriam, an ordinarius † poſſit punire exemptos
delinquentes. in qua in princ. facit arg. pro, &
contra. & tandem ponit quatuor opin. In eadē
glo. ibi, tanquàm à ſede apoſtolica delegatis.
dic, quòd iſtud habet locum in caſu.c.ad abo-
lendam. Sed in caſu noſtro arbitror, ꝙ autho-
ritate ordinaria puniant, & cognoſcant; quia nō
ſine cauſa ex tex. noſtro fuerunt remota ab an-
tiqua decretali illa verba, authoritate noſtra fre
tus. Et meritò; quia cum talia delicta extende-
rentur extra loca exempta, & ad res non exem-
ptas, ordinaria poteſtate debet poſſe ordinarius
cognoſcere, & punire. de quo articulo dic, vt la
tius dixi in.c.recepimus.s̃.eod.in.3.q.ſexti ar-
tic.princip. In eadem glo. ibi, licet non poſſit
interdicere. dic circa hunc articulum, an exem-
29 pti† teneantur ſeruare interdictum. quòd ſic, ſi
illud eſt generale. Et non ſeruantes poſſunt pu
niri. vt dixi in.d.c.recepimus. in.6. articulo. in
3.quæſt.in.4.fallentia.

## Cap. XII. Cum Olim.I.

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium deperditum probata amiſſione, & eius tenore per teſtes, innouatur. & nu.4.*

2 *Ad priuilegij alicuius innouationem, poteſt pars de cuius præiudicio agitur, ſe opponere; Et ſi eſt certa, debet citari; ſi verò incerta, debet fieri citatio per edictum.*

3 *Idem in miſſione in poſſeſſionem.*

5 *Teſtes ſi non publicantur in forma iudicij, poſſunt teſtes recipi etiam publicatis atteſtationibus in eodem iudicio, et inſtātia, ſuper eiſdem, vel directò contrarijs.*

6 *Exemptio, per quæ verba intelligatur conceſſa.*

7 *Negatiua coarctata ad inſpectionem inſtrumenti, probari poteſt.*

8 *Abſolutio excommunicati, vel nullitas excommunicationis, præſumitur propter ſuperioris communionem. & nu.20.*

9 *Papa poteſt eſſe iudex, & teſtis in eadem cauſa, licet diuerſa inſtantia.*

10 *Scriptura, licet ſit de ſubſtantia gratiæ apoſtolicæ, tamen poteſt probari priuilegium contētum in ipſa per teſtes.*

11 *Scriptura vbi requiritur à iure, an debeat eſſe publica, vel priuata.*

12 *Statutum diſponens, quòd contra inſtrumētum publicū non admittatur probatio, niſi per aliud inſtrumentum publicum, quomodo intelligendum ſit.*

13 *Pactum, quòd contra inſtrumentum non poſſit fieri probatio, niſi per aliud inſtrumentum, non valet.*

14 *Teſtes, ſi producantur à reo, an debeant pariter produci ab actore. & cōis quòd non. nu.15.*

16 *Iudex poteſt compellere partes, vt teſtes coram ſe producant, quando habet aliquā ſuſpicionē.*

17 *Teſtibus non iuratis non creditur.*

18 *Et an in Cardinalibus hoc procedat.*

19 *In exemptionis priuilegio, non eſt neceſſe facere mentionem de Epiſcopo.*

21 *Inſtrumētum qui vult innouare, quæ debeat probare, An tenorem. nu.23. An authoritatem inſtrumenti. num.26. An amiſſionem inſtrumenti. num.27.*

22 *Legatus, an poſsit probare amiſsionem, & tenorem inſtrumenti legationis.*

23 *Inſtrumenti deperditi tenor, vt probetur, an omnia ſubſtantialia, & ſolemnia ipſius debeant probari. & nu.25.*

24 *Teſtes duo ſufficiunt ad probandum teſtes ſeptem fuiſſe in teſtamento.*

25 *Teſtes duo probant famam, & notorium.*

28 *Teſtes in probationibus, cum inſtrumento parē habent vim, quando deponunt de veritate rei geſtæ. Secus ſi deponant de tenore inſtrumēti. Quod tamen declaratur nu. ſeq.*

29 *Scriptura de neceſsitate requiritur in priuilegio apoſtolico, & in ſententia.*

30 *Reus non poteſt facere, quòd actor agat.*

31 *Teſtium examinationis ad perpetuam rei memoriam, difficile eſt iudicium.*

32 *Notario exemplanti, ſicuti non creditur, ita nec teſti deponenti de tenore.*

33 *Priuilegium, vel inſtrumentum, ſi de iure requirit, quòd in ipſo aliquid exprimatur, nō poteſt hoc probari per teſtes, neque per alias probationes. Et quòd hæc ſit communis. nu.34.*

35 *Glo.pen. in cle.2. de præb. ab authore declaratur.*

36 *Priuilegium, & ſententia, in caſu quo probantur per ſcripturam, non exigitur, vt probentur omnia verba ipſorum; ſed ſufficit quòd eorum effectus probetur.*

37 *In ſñia ritè, & rectè præſumuntur omnia acta.*

38 *Inſtrumenti innouationem non poteſt ille petere, qui illud doloſè amiſit.*

39 *Ex dolo proprio nō debet quis cōmodū reportare.*

40 *Dolum proprium non poteſt quis allegare.*

41 *Creditor lacerando, ſeu reſtituēdo inſtrumentum debitori, præſumitur remiſiſſe debitum. Idem voluntariè amittendo. nu.42. Et cautela eſt, quòd debitor immediatè acceptet liberationem. nu.43.*

44 *Inſtrumentum traditum à notario parti, in cuius fauorem tendebat, ſi ipſa dicat ſe illud amiſiſſe, an à notario debeat refici, & innouari ex originali apud ſe remanente, & quō.*

45 *Legatum ſe aſſerenti, etiam ſi ſit comes, non creditur ſine literis Principis. Quod tamen intellige, quando adeſt præiudicium tertij. nu.46. Et an ei credatur, quòd aliquid ſibi fuerit cōmiſſum viuæ vocis oraculo. nu.47.*

48 *Inſtrumētum facto iudicis ſi fuerit amiſſum, quid agendum, remiſsiuè.*

49 *Inſtrumenti amiſſio, an poſſit probari per iura-
mentum.*
50 *Literæ iuſtitiæ deperditæ, an poſſint probari per
teſtes.*
51 *In literis iuſtitiæ non præſumitur ita falſitas, ſi-
cuti in literis gratiæ.*

1 CVM OLIM. Priuilegium† deper-
ditum, probata amiſſione, & eius
tenore per teſtes, innouatur. Vel
ſic, priuilegium de cuius verita-
te, tenore, & amiſſione conſtat, poteſt innoua-
ri. Vel ſic, & generalius, contenta in inſtru-
mento deperdito probari poſſunt per teſtes,
qui illud perlegerunt, ſi deponunt de tenore, &
quòd erat ſine vitio, aut alia reprehēſione. h.d.
& eſt caſus valde ſingularis, nec alibi habetur
ita clarus, & materiam continet vtilem, & quo-
tidianam. Diuiditur. In prima parte ponitur
proceſſus narratio. In ſecunda diffinitio. ſecun-
da ibi, nos verò. Et in tex. ibi, ſubijſſet & infra
dic, ſm̃ Io. And. ꝙ ſub iſto, infra, continebatur
in antiqua; Cæterũ, quoniam infra datum ter
minum, & receptum, in producendis teſtibus
defecerunt, nos verò &c. Not. primò, ꝙ con-
2 tra † petentem innouationem alicuius priuile-
gij, vel inſtrumenti, poteſt pars de cuius præiu-
dicio agitur, ſe opponere, & innouationē im-
pedire. Ad idem. c. cum dilecta. de confir. vti.
Et ex hoc infertur, ꝙ ſi certus eſt ille de cuius
præiudicio agitur, in innouatione, ſeu exem-
platione priuilegij debet citari, vt compareat
ad contradicendum. Et ſi eſt incertus, debet
fieri citatio per edictum generale, ꝙ quicunq;
ſua putauerit intereſſe, compareat ad contradi-
cendum. vt plenè tractatur in. c. albericus. & in
c. ſignificauit. s̃. de teſtib. de quo vide quæ latè
dixi poſt docto. in. c. fin. s̃. de fi. inſtrum. Et ad
3 idem† facit in ſimili de immiſſione in poſſeſſio
nem in. c. dilecto. de verbo. ſign. & in. c. cum ſu-
per. & in. c. ſuborta. de re iudi. iunctis not. in. l.
meminerint. C. vnde vi. & in. c. fi. de elect. lib. 6.
4 Secundo not. ꝙ amiſſo† priuilegio, ſeu inſtru-
mento, non eſt neceſſe probare de veritate in-
ſtrumenti, ſeu priuilegij. ſed ſatis eſt probare
de ipſius tenore, & amiſſione. de quo latius. j̃.
in glo. fin. Tertio colligit. d. Ant. quòd ſi teſtes
5 non† publicantur in forma iudicij, poſſunt te-
ſtes recipi etiam publicatis atteſtationibus in
eodem iudicio, & inſtantia, ſuper eiſdem arti-
culis, vel directò contrarijs. de quo dic, vt latiſ-
ſimè dixi in clem. fin. de teſtib. Quarto not. ex
6 ver. nos verò. plura verba, per quæ conceſſa† in-
telligitur exēptio. de quibus dixi. s̃. eod. in. c.
recepimus. in tertio artic. princi. Quinto not.
7 ibi, & quòd nulla in eis mentio &c. quòd† nega
tiua coarctata ad inſpectionē inſtrumenti, pro-
bari poteſt. de quo in. c. bonæ. 1. de elect. & in
. l. in illa. & in. l. hoc iure. ff. de verb. oblig. dic la-
tius vt in. c. ſuper his. s̃. de accuſa. Sexto not. ꝙ
8 per† communionem factam per ſuperiorem cũ
excommunicato, præſumptio eſt, vel ꝙ excom
municatio nõ tenuerit, vel quòd ille fuerit abſo
9 lutus. Septimo not. ꝙ in† eadem cauſa, licet in
diuerſa inſtãtia; poteſt Papa eſſe teſtis, & iudex;
& atteſtari de eo quod vidit in eadē cauſa; licet
coram eo agitetur. Et ſic not. caſum ſingularē,
in quo iudex poteſt iudicare de eo, & per id ꝙ
proprio oculo vidit. Vltimo not. ꝙ licet ſcri-
10 ptura† ſit de ſubſtantia gratiæ apoſtolicæ, quia
regulariter non poteſt probari, niſi per ſcriptu-
ram, ſm regulam curiæ, vt tradit Io. And. in ꝓ-
hem. 6. & Bal. in. l. humanum. C. de legi. tamen
ſi priuilegium eſt amiſſum, poteſt probari per
teſtes qui viderunt ſcripturam. Et quæ requi-
rantur ad hoc, latius dicetur. j̃. in glo. fin. Et ſic
habes hic vnum caſum, in quo requiritur ſcri-
ptura; videlicet, in priuilegio apoſtolico. Alios
caſus habes enumeratos per glo. in ver. in ſcri-
ptis. in. c. 1. de cenſi. lib. 6. vbi glo. enumerat. 28.
caſus. Io. And. verò in. d. c. 1. enumerat. 18. &
vide aliquid per Io. And. in reg. nemo poteſt. de
reg. iur. lib. 6. Et licet in. c. ex diligenti. s̃. de ſi-
mo. ego remiſerim me hic dicturum de caſibus
prædictis, tamen ſufficiant dictæ remiſſiones.
11 Sed poteſt dubitari circa hoc, an † vbi ius requi-
rit ſcripturam, debeat eſſe publica, vel priuata.
Io. And. & doct. in. c. 1. de ſen. excom. lib. 6. te-
nent ꝙ ſufficit, quòd ſit publica, vel priuata. &
idem tenet Inno. in. c. cordi. de appel. lib. 6. Et
circa hoc adde duo ſingularia dicta. vnũ. D. m.
in. c. 3. s̃. de reſtitu. in integ. vbi dicit per illum
tex. quòd licet priuilegium Papæ non poſſit ꝓ-
bari, niſi per ſcripturam, vt dictum eſt; tamen ſi
principalis probatio ſit per ſcripturam, poſſunt
produci aliæ probationes extrinſecæ ad decla-
randum priuilegium Papæ. Pro hoc etiam fa-
cit quod ſingulariter not. Bart. in. l. quicunque.
C. de apoc. pub. lib. 10. vbi dicit per illam legē,
12 ꝙ licet † ex forma ſtatuti contra inſtrumētum
publicum non poſſit admitti probatio, niſi per
aliud inſtrumentũ publicum, tñ contra præſum
ptionem quæ reſultat ex inſtrumento, non ta-
men exprimitur, ſeu continetur in ipſo inſtru-
mento, poteſt fieri ꝓbatio per teſtes; quod ſin-
gulariter not. Eſt enim præfatum ſtatutum ſtri
ctiſſimè interpretandum, tanquàm exorbitans
à iure communi. vt dicit Bal. in. l. ſiue apud acta.
C. de tranſact. Secundum dictum eſt Cyn. &
Bar. in auth. iubemus. C. de iudi. vbi volunt, ꝙ
13 non valet pactum, † ꝙ contra inſtrumentũ non
poſſit fieri probatio, niſi per aliud inſtrumētũ.
Glo. 2. aſſignat rationem ad tex. In fi. glo. dic,
14 not. glo. quæ mirabiliter vult, ꝙ reus† teneatur
producere teſtes, vbi actor produxit, propter
æqualitatem ſeruandã. Facit. s̃. de iudi. c. no-
uit. ver. cæterum. &. s̃. de mu. peti. c. 2. &. s̃. de
excep. c. cum inter. Sed aduerte, quia hoc vi-
detur potius iniquitas. Si enim actor, & pars
Abbatis voluit hoc onus ſubire in curia, mos ei
gerendus fuit. vt in. l. circa. ff. de prob. & in. c. 1.
s̃. de reſtit. ſpolia. Sed per hoc non ſequitur, ꝙ
Epiſcopus, ſeu reus hoc facere debeat; cum for-
tè ſit ſibi difficile, aut non poſſet tales ſumptus
15 facere, nec poſſit ei aliquid imputari. Et† ideò
Io. And. hic, & communiter* docto. reprobant Com. op.
hanc



hanc glo. dicentes, quòd regulariter iſte non po
terat compelli ad producendum teſtes in curia.
arg. c. conſtitutus. s̃. de fideiuſ. Et ad iſtum tex.
reſpondent tribus modis. Primo, quia fortè
hic fuit hoc conuentum inter partes. Facit. ff.
de ope. no. nun. in. l. 1. &. §. & poſt operis. &. ff.
de re iudi. in. l. ſi conuenerit. cum ſimi. Vel Epi
ſcopus hic recepit iſtas inducias ſponte ſub illo
tenore. & hoc modo procederet ſm Hoſt. Si-
cut in ſimili in. l. fi. C. de anna. excep. Vel tertio
& melius, ſm Io. Andr. Papa habebat hoc factũ
ſuſpectum; & ideò voluit vt probaretur in cu-
ria. Facit quod not. in. c. cupientes. §. ſi verò.
& in fi. de elect. lib. 6. vnde ſingulariter not. ꝙ
16 iudex† poteſt compellere partes, vt teſtes corã
ſe producant, quando habet aliquam ſuſpi-
cionem. Glo. in ver. quorundam fratrum. ſen-
tit contrarium, quòd dictis aſſertionibus fra-
17 trum non deberet credi, quia† teſtibus non iu-
ratis non creditur. Soluit glo. & bene. In eadē
glo. ibi, iurati non fuerint. not. perpetuò hanc
18 glo. quæ vult, quòd etiam† Cardinalibus produ
ctis in teſtes non creditur ſine iuramento, niſi
ſicut & alijs bonis viris, quibus ſolum creditur
quò ad præſumptionem. Nõ ergo creditur ad
plenum alicui producto in teſtem, quacunque
præfulgeat dignitate, ſi depoſuerit non iuratus,
& etiam in fauorem eccleſiæ. Facit bonus tex.
in. c. nuper. s̃. de teſti. Et ex hoc habes decla-
rationem ad id, quod dicimus quotidie, quòd
teſtibus, non teſtimonijs eſt iudicandum; hoc
eſt, quòd ſimplici aſſertioni ſine iuramento nõ
eſt ſtandum. vt in. c. tua. de coha. cler. & mu. Et
intellige de plena probatione, non autem quò
ad præſumptionem aliquam. Et licet hic Inno.
colligat, ꝙ aſſertionibus Cardinalium ſtandum
eſt, tamen non bene dicit, vt patet ex prædictis.
Nec tex. iſte probat contrarium; quia Papa fun
dat hic ſe ſuper depoſitionibus. Facit quod. j̃.
dicam. Facit quod not. in. c. cum à nobis. s̃. de
teſti. & in. c. quod ſuper. s̃. de fi. inſtru. In glo.
ſuper ver. mentio diœceſani. in fi. not. ex hac
19 glo. & ex tex. quòd in priuilegio† exemptionis
non eſt neceſſe facere mentionem de Ẽpo. de
quo dic, vt dixi in. c. recepimus. s̃. eo. in. 3. artic.
principali. in fi. Glo. ſuper ver. non ligatum.
quærit de intellectu literæ. In fi. glo. de hoc ar-
ticulo dic, vt in. d. c. cum deſideres. licet. n. tex.
20 noſter tangat, an per communionem † factam
per ſuperiorem excommunicato videatur per
hoc relaxata excõicatio, tamen melius cõuenit
tit. de ſen. excom. Sed quantum ad tex. noſtrũ
dic, quòd cum hic ex certa ſcientia propter in-
ſpectionem priuilegij exemptionis Papa com-
municauerit, videtur pronũtiaſſe tacitè excõi-
cationem nullam fuiſſe. Et hanc glo. iũcto tex.
adde ad ea quæ dixi in. c. recepimus. in. 6. artic.
princip. quaſi in fi. s̃. eo. Glo. fi. in prin. colligit
21 quæ neceſſario† incumbãt ad probandũ, quare
ipſum inſtrm̃ vult innouare, & ſoluit. deinde
22 format. q. an † Legatus poſſit probare amiſſio-
nem, & tenorē inſtrumenti legationis, & ſoluit.
deinde in ver. item qñq;. opponit cõtra id qđ
dixerat in prin. ꝙ nõ ſit neceſſarium tunc ꝓba-
re, & ſoluit. deinde in ver. ſi quæras. q̃rit, quali-
ter ꝓbetur perditio inſtrumenti, & ſoluit. Et
ex p̃dictis vltimo loco infert ad deciſionem al-
terius q̃ſtionis. In eadem glo. ibi, oportet ꝙ
plura ꝓbet. dic, licet. d. Ant. hic ponat multa, ta
men ex mente glo. & tex. videtur dicendum, ꝙ
de neceſſitate tria ſint probanda. Primo tenor
23 inſtrumenti; † Et ſub hoc comprehenditur, ꝙ
ſolemnia, & ſubſtantialia inſtrumenti ꝓbētur;
videlicet, annus, dies, locus, prępoſitio nõis Do
mini, & Imperatoris, vel Papæ, aut Regis, ſicut
moris eſt; & ſic de reliquis ſolemnitatibus, q̃
ſunt neceſſaria ad publicum inſtrumentum.
Et idem de cæteris ſolemnitatibus, quæ ſunt
neceſſaria ad cætera priuilegia, & gratias apo-
ſtolicas; vel etiam ſi requirerentur vltra ius
cõmune aliquæ ſolemnitates ad eſſentiã inſtru-
menti. in his omnibus. n. eadem eſt ratio. Et de
his quæ ſunt neceſſaria ad eſſentiam publici in-
ſtrumenti, latè dixi in. c. 1. s̃. de fi. inſtru. Ad-
uerte tñ ſingulariter, ꝙ quanuis ad eſſentiã in-
ſtrumenti requirerētur ſeptē, aut plures teſtes,
24 ꝓut in teſtõ, tñ ad probandum † tenorem, &
hanc ſolemnitatem, ꝙ ibi eſſent teſtes neceſſa-
rij, ſufficiunt duo teſtes. vt eſt bonus tex. cum
glo. ſm. D. m. in. l. 2. C. de bon. poſſ. ſm tab. ſed
melior eſt tex. iudicio meo. & ibi ſingulariter
not. Bal. in. l. teſtium. C. de teſti. ſentit etiã glo.
in. l. ſicut iniquum. C. de fi. inſtru. Nam & vide-
25 mus, ꝙ duo† probant famam, & notorium. vt
not. glo. 2. q. 1. §. ſi. de quo latè dixi in. c. quali-
ter. s̃. de accuſ. in. 9. artic. princip. Non igitur
debet innouari inſtrumentum, niſi habeat ſo-
lemnitates prædictas. Sicut etiam non debet
exemplari. de quo latè dixi poſt doct. in. c. fin.
de fi. inſtrum. Secundo debet probari autho-
26 ritas † inſtrumenti, quòd fuit ſine aliquo vitio
falſitatis, ne fortè habens inſtrumentum falſum
illud fingat amiſiſſe, oſtenſo tenore ipſius inſtru
menti prius aliquibus teſtibus, qui poſſent ꝓ-
bare tenorem, ſed non comprehendere vitium
falſitatis. Et ideò glo. noſtra in fi. requirit, &
bene, ꝙ ſint teſtes diſcreti, & periti. Facit qđ
27 ſtatim dicam. Tertio requiritur, quòd ꝓbetur
amiſſio inſtrumenti, ne, vt dixi, fraudulenter al-
legetur amiſſio, ad hoc, vt falſitas deprehendi
non poſſit. Et ſi tu diceres, videtur quòd ſit ſu-
perflua hæc probatio amiſſionis; cum ipſis te-
28 ſtibus ſimpliciter eſſet credendum; quia† teſtes
in probationibus parem vim habēt cum inſtru
mento. vt in. l. in exercendis. C. de fi. inſtrum.
& in. l. indicia. C. de rei vend. Sed ad hoc re-
ſpondetur ſecundum docto. hic, quòd contra-
rium procedit, quando teſtes deponerent de
veritate rei geſtæ; videlicet, ꝙ fuerunt præſen-
tes ijs quæ geſta fuerunt, & in inſtrumento cõ-
tinebantur. Secus autem, quãdo deponunt de
tenore inſtrumenti; nam tunc teſtes non de-
ponunt de veritate rei, neque de ijs, reſpe-
ctu geſtorum in veritate, quæ aliquo pro-
prio ſenſu perceperint. & inſtrumentum po-
tuiſſet eſſe falſum, ſeu falsò confectum. Sed

pro clariori doctrina diſtingue poſt doct. quòd
29 aut loquimur in caſibus, in quibus † ſcri-
ptura eſt de ſubſtantia ad validitatem rei ge-
ſtæ, vt in priuilegio apoſtolico, & in ſententia,
& cæteris, de quibus ſupra dedi remiſſiones; &
hoc caſu non ſufficit, quòd teſtes fuerint præ-
ſentes. Sed debet probari, ꝙ ſcriptura interue
nit, & fuit perdita. vt in. l. teſtium. C. de teſti. &
alia probanda ſunt, de quibus hic. Aut loqui-
mur in caſibus, in quibus non requiritur ſcri-
ptura, & diſtingue. Quòd aut teſtes non fuerũt
præſentes ijs quæ geſta fuerunt, & contineban-
tur in inſtrumento; & non ſufficit probare teno
rem inſtrumenti, niſi probetur amiſſio; quia po
terat eſſe inſtrumentum falſum; & iudex me-
lius ſciret cognoſcere, quàm teſtis. Sed ſi teſtes
interfuerunt contentis in inſtrumento, & ſcri-
ptura non eſt de ſubſtantia ad validitatem, &
tunc nõ eſt neceſſe, ꝙ probetur perditio inſtru-
menti; vel ꝙ inſtrumentum fuerit ſine falſitate.
Sed ſatis eſt deponere de veritate rei; quia te-
ſtes æquiparantur inſtrumentis. vt. d. l. in exer-
cendis. Vnde vanum, & ſuperfluum eſſet tunc
petere innouationem, cum poſſet teſtes produ
cere. Sed aduerte, quia etiam hoc caſu ego ar-
bitror, ꝙ poſſet eſſe vtile. Pone. n. ꝙ inſtrumen-
30 tum contineret defenſionem, nec eſt † in pote-
ſtate rei facere, ꝙ actor agat, & teſtes fortè nõ
ſunt valetudinarij, vel quid ſimile, ita ꝙ non ſit
locus examinationi teſtium ad perpetuam rei
31 memoriam; vel quia difficilius † ſit hoc iudiciũ
examinationis teſtium ad perpetuam rei me-
moriam; nam hoc caſu vtile erit, quòd petatur
fieri innouatio inſtrumenti, quæ facilius conce-
ditur probando per teſtes de veritate. Arbitra-
rer tamen, quòd & cætera de quibus hic dici-
tur, eſſent neceſſaria. Aduerte tamen, ꝙ quan-
do ſcriptura eſſet de ſubſtantia actus, licet anti-
qui doct. videantur velle, quòd probato teno-
re inſtruméti, & amiſſione, cum cæteris hic re-
quiſitis, videatur iſtis teſtibus plenè credendũ,
& innouandum eſſe priuilegium; vt tex. hic etiã
videtur probare, tamen glo. in. l. ſicut iniquum.
C. de fi. inſtru. & ibi Bar. & melius Bart. in auth.
ſi quis in aliquo. C. de eden. & ibi Bal. & Bart. in
l. 2. §. diuus. ff. de iur. fiſ. volunt, quòd tales te-
ſtes non faciant plenam fidem; ſed ſemiplenam
probationẽ, ita quòd deferendum ſit iuramen-
32 tum; quia ſicut nõ creditur notario † exẽplan-
ti, ita nec teſti deponenti de tenore. Et ideò
Bart. ſingulariter reſtringit hunc tex. ad caſum,
quando teſtes eſſent maximæ authoritatis; vt
magni aduocati, vel magni doctores, qui de fa-
cili potuiſſent deprehendere vitium falſitatis. &
tunc faciant plenam probationem. Et hoc ẽt
ſentit iſta glo. in fi. dum dicit, quòd debent eſſe
diſcreti, & tales qui poſſint cognoſcere literas
de vitio falſitatis. Et hoc etiam fuit de mente
huius literæ, vbi Papa non ſolum fundauit ſe
ſuper depoſitionibus teſtium, ſed etiam ſuper
aſſertionibus Cardinalium, & etiam ſuper vi-
ſione propria, vt hic in fin. tex. & hanc opin.
etiam tenuit Cyn. in. d. auth. ſi quis in aliquo.

ꝙ ſequitur etiã Io. de Imo. & ibi dixi in. c. 1. ſu-
per glo. fina. ſ. de fi. inſtrum. Et aduerte circa
33 prædictam materiam, videtur enim, quòd † ſi
ius requirit, quòd aliquid exprimatur in priui-
legio, vel inſtrumento, quòd hoc nullo modo
poſſit probari per teſtes, vel per alias probatio-
nes. vt ſingulariter vult glo. penul. in clem. 2. de
præben. Sed poſſet reſponderi, quòd ea glo.
non eſt vera. Et ideò Zenze. tenet ibi contrariũ.
arg. clem. dudum. §. huiuſmodi. de ſepul. & qđ
not. Archid. in prohe. 6. in ver. tranſmittimus.
Et ad tex. in clemen. 2. reſpondet, quòd ibi non
fuit quæſitum, an poſſet probari per teſtes. Sed
34 quia † dicta glo. communiter* approbatur, & te Com. op.
netur. Pro qua etiam facit quod traditur in. c.
ſi motu proprio. de præben. lib. 6. Ideò ego
35 arbitror dictam glo. † ita intelligendam; videli-
cet, quòd ſi quis vellet probare per teſtes motũ
proprium duntaxat ſ. quòd motu proprio Pa-
pæ fuit conceſſa gratia; vel per teſtes vellet ꝓ-
bare, quòd de intentione Papæ fuit, per literas
ſimpliciter conceſſas ſuper prouiſione fienda,
quòd poſſet prouideri de leproſarijs, hoſpita-
libus, & ſimilibus locis, & hoc caſu non poſſet
probari per teſtes; & ſic loquatur illa glo. Sed
ſi quis diceret ſe literas amiſiſſe ſuper ꝓuiſione
fienda, in quibus continebatur expreſsè, quòd
poſſet prouideri de leproſarijs, eleemoſinarijs,
aut hoſpitalibus, aut quòd motus proprius in
ipſis contineretur, non eſt dubium iudicio meo
per ea quæ hic dicuntur, quòd per teſtes ꝓban-
tes tenorem prædictarum literarũ, & proban-
tes de alijs, de quibus hic dicitur, quòd proba-
bitur etiam motus proprius, & alia ſimilis clau-
ſula, & fiet innouatio. & ita poteſt procedere
36 opin. Zenze. Item aduerte, quòd ſi vellet pro-
bare priuilegium per teſtes, aut ſententiam de-
perditã, quæ requirit ſcripturam. vt in. c. fin. de
re iud. lib. 6. quòd fieri poteſt ſeruatis his, quæ
hic dicuntur; ſatis eſt, quòd probet effectum
priuilegij, vel ſententiæ. non autem eſt neceſſe
probare, & deponere de omnibus verbis priui-
legij, aut de omnibus verbis ſententiæ prolatis
per iudicem; vt ego notaui poſt doct. in. c. ſicut
nobis. ſ. de re iudi. Et plus ibi ſimpliciter dixi,
quòd ſi probetur, quòd ſentẽtia fuit lata in ſcri-
ptis, vel quòd teſtes viderint tenorem ſenten-
tiæ in ſcriptis ſub tali effectu, quòd licet aliàs ad
validitatem ſententiæ requiratur libellus, litis
conteſtatio, citatio, & reliquæ ſimiles ſolemni-
tates, tamen de his non eſt neceſſarium, quòd
37 teſtes deponant; ſed † omnia præſumuntur ritè,
& rectè acta. Vnde aſſerenti contrarium incum
bit onus probandi. Nec diſtinguitur inter fa-
ctum recens, & antiquum. Nec inter proceſ-
ſum, & iuſtitiã. Licet regulariter docto. ita di-
ſtinguant in. c. quoniam contra. ſ. de probat. &
Hoſtien. in. c. cum inter. ſ. de re iudi. quod eſt
valde ſingulare ad declarationem prædictorũ.
Circa quod vide quæ ibi traduntur. Et facit
etiam ad declarationem eorum, quæ traduntur
per Bal. & docto. in. l. geſta. C. de re iudi. Item
aduerte, quia quod ſupra dixi, quòd petens in-
noua-



nouationem tenetur probare quæ hic dicũtur,
& volens ita probare admittitur, procedere vi-
detur, quando caſu, aut facto alterius tertij, non
tamen aduerſarij, vt ſtatim dicam, inſtrumen-
38 tum eſſet amiſſum. Secus † arbitror, ſi dolo ꝓ-
prio, aut fraude quis amiſiſſet inſtrumentum;
quia tunc præſumendum eſt contra ipſum, ꝙ in
inſtrumento eſſet aliquod vitium falſitatis latẽs
quod fortè non poterat ita faciliter apparere;
ſed potuiſſet apparere facta diligenti inueſtiga-
tione. Exemplum poteſt figurari ſecundum
glo. fin. in. c. licet. ſ. de crim. fal. ſi non poſſet ap-
parere raſura multum tenuis, niſi carta poſita
ad ſolem. & de alijs ſimilibus vitijs latentibus
ibi dicitur. Item pro hoc adduco quod per
contrarium ſtatim dicit glo. quando dolo ad-
uerſarij inſtrumentum eſt amiſſum. Tertio fa-
39 cit, quia † ex dolo proprio non debet quis com
modum reportare. vt in. c. ſedes. ſ. de reſcrip. &
in. c. cum olim. ſ. de off. deleg. cum infinitis ſimi
libus. Quarto facit, quia iſte nõ poteſt innoua
re, niſi allegando perditionem. Sed hæc amiſſio
40 eſt doloſa, ergo ſicut non poteſt † quis dolum
proprium allegare, vt in. l. tranſactionis. C. de
tranſact. & in. l. ſi creditoribus. C. de ſer. pig. da.
manu. & in. l. cum profitearis. C. de reuo. dona.
cum ſimilib. ita non videtur poſſe allegare hanc
41 perditionem doloſam. Item facit, quia † ſicut
lacerando, ſeu reſtituendo debitori, videtur re-
miſiſſe debitum; vt in. l. 2. & ibi traditur. ff. de
pact. ita & hoc caſu voluntariè amittẽdo. Præ-
42 terea & vltimo, iſte videtur † habere id quod
continebatur in eo inſtrumento ad ſuam vtili-
tatem, quodammodo pro derelicto. Facit. l. ſi
id quod. §. fin. ff. pro derelict. Et ideò conſilium
43 eſſet, quòd † aduerſarius immediatè quòd ſen-
tiret voluntariam perditionem, acceptaret libe-
rationem. arg. l. 1. & 2. ff. pro derelict. Et præ-
dicta notabis, quia nouiſſima ſunt. Sed quæro,
iuxta prædicta, nos vidimus de innouatione in-
ſtrumenti fienda propter perditionem, cuius
inſtrumenti originale non reperitur; quid ſi ꝓ-
44 pter amiſſionem inſtrumenti petatur † innoua-
ri, ſeu refici aliud inſtrumentum, quando origi-
nale non eſt deperditum; vt puta, Notarius de-
dit inſtrumentum parti, in cuius fauorem ten-
debat, iſte dicit ſe amiſiſſe, & iterum vult aliud
inſtrumentum; quæro an Notarius debeat illud
innouare, ſeu reficere; & an ſit neceſſarium pro-
bare deperditum, quod traditũ fuit; & an pars
ſit citanda, & qualiter cognitio adhibenda, &
ſub qua forma tradendum ſit. vide latè per Spe
cu. in tit. de inſtrum. edi. §. poſtquàm. ver. vbi
autem inſtrumentum. & ver. ſeq. & vide etiam
per Barto. in. l. ſi quis ex argentarijs. in fi. ff. de
eden. vbi etiam tractat ad quem pertineat pro-
batio amiſſionis. tangit etiam Bar. in. l. ne caſu.
C. de diſcuſſo. lib. 10. & in. l. fina. ff. de bo. aut.
iudi. poſſ. & in. l. de tabulis. ff. de tabu. exhib.
In eadem glo. ibi, ſi honeſtus, & notus ſit, hæc
glo. videtur eſſe contra. l. vnic. C. de man. princ.
45 vbi probatur, quòd ſine † literis principis non
debet credi, etiam Comiti, aſſerenti ſe Legatũ.

Et quanquam doct. & hic, & in. c. nobiliſſimus.
alleg. in glo. reſtringant ſolum ad Cardinales,
tamen hæc glo. extendit ad quemlibet bonum,
& notum virum. Vnde dici poteſt ſecundum
D. m. & tenuit etiam. d. Ant. hic, quòd vbi non
46 tractatur † de præiudicio alterius, credatur pro-
bo, & noto viro aſſerẽti ſe Legatum, etiam ſine
literis. & ita intelligit glo. in. c. ſicut. j. de ſentẽ.
excom. Secus in præiudicium alterius. Facit
. c. cum in iure. ſ. de off. deleg. Et vide de mate-
ria per Inno. in. c. venerabili. de cenſib. dicam in
47 d. c. ſicut. An † autem credatur, quòd fuerit
aliquid ſibi commiſſum viuæ vocis oraculo.
vide per Spec. in tit. de lega. §. ſupereſt. ver. quid
ſi delegati. & in titu. de teſte. §. 1. ver. quid ſi
aduocatus. & per Archidiac. in. d. c. nobiliſſi-
mus. & per Innoc. in. c. cum dilectus. de accuſa.
& per Io. Andr. in. c. 1. de offic. leg. lib. 6. dicam
in. c. ad eminentiam. j. de ſenten. excom. In
ead. glo. ibi, ſed hoc eſt in odium illius. Circa
hoc vide Specu. in titu. de inſtru. edi. §. reſtat.
ver. illud quoque. vbi dicit, quòd ſi per factum
aduerſarij mei perdo priuilegium, vel inſtru-
mentum quo vſurus eram, ſufficit ad intentio-
nem meam fundandã, quòd eius vitio deper-
ditũ fuerit, per quod ꝓbatur id, de quo agitur.
per. d. l. ſi de poſſeſſione. C. de probatio. & l. te-
ſtium. C. de teſtib. & ſ. de teſti. cog. c. perue-
nit. 1. & 3. quæſt. 7. c. infamis. §. tria. Quod
tamen intellige, probato tenore inſtrumenti,
vt dicit Bal. in. d. l. ſi de poſſeſſione. quia aliàs
probatio eſſet incerta. Faciunt quæ in ſimili
dixi in. c. fina. ſ. quod met. cau. & quod tradi-
tur in. l. ſi quando. C. vnde vi. Sed quæro iu-
48 xta prædicta, quid † ſi facto iudicis inſtrumen-
tum fuit amiſſum. vide Spec. in titu. de inſtru.
edi. §. reſtat. ver. illud quoque. In glo. ea, ibi,
qui furatus fuit inſtrumentum. dic, quid au-
tem iuris de eo qui lacerauit inſtrumentum,
vide quod tradit Ioan. Andr. & quod ibi di-
xi in. c. accepimus. ſupra de fi. inſtrumen. &
per Specu. in titu. de inſtru. edi. §. videndum.
ver. illud quoque. In eadem glo. ibi, per iu-
ramentum, not. hanc glo. quæ ſingulariter vult,
49 quòd † perditio inſtrumenti poteſt probari
per iuramentum perdentis. Sed Innoc. & Io.
And. dicunt hic, quòd requiruntur aliquæ con-
iecturæ de perditione. Et ſic iudex adhibe-
bit aliquam cauſæ cognitionem. Et vide Spe
cu. in d. §. reſtat. ver. illud quoque. vbi dicit,
quòd poteſt probari per præſumptionem, &
per iuramentum partis perdentis, & per fa-
mam, & per caſum. per. l. ſuper. ff. quod vi
aut clam. & quod not. in. d. l. ſi quando. C. vn-
de vi. & in. d. c. fina. ſupra quod met. cau. 2.
quæſt. 1. in primis. & . c. fina. de probatio. &
vide quod tradit Barto. in. d. l. ſi quis ex ar-
gentarijs. §. fina. ff. de edend. In fin. glo.
dic, docto. in hoc inſtant, tamen finaliter
50 concludunt, quòd † aut ſemel fuerunt exhi-
bitæ, & præſentatæ in iudicio, & eis per-
ditis, poſſunt probari per teſtes. Secus ſi nun-
quam fuerint exhibitæ. D. m. & melius, ſim-

 pliciter

pliciter tenet glo. quòd ſi literæ gratioſæ, & in-
ſtrumenta, ſeu priuilegia magis præiudicialia
poſſunt probari per teſtes, licet nunquam fue-
rint producta in iudicio, fortius idem dicēdum
51 in literis iuſtitiæ, † in quibus non præſumitur,
ꝙ de facili falſitas committatur. vt in.c.penult.
ſ.de crimi.fal.

## Capitulum. XIII. Ex Parte.

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegij innouatio non tribuit nouum ius, ſed antiquum conſeruat. vt nu. 10*
2 *Reſcriptum impetratum contra exemptum, debet facere mentionem de exemptione.*
3 *Exempta eccleſia, populus non videtur exemptus niſi ſpecialiter exprimatur.*
4 *Mulierum fragilitati eſt compatiendum.*
5 *Clero interdicto, non intelligitur interdictus populus. nec è contra.*
6 *Diutius verbum, quantum tempus importet.*
7 *Appellationis cauſa admittit nouam petitionem, & nouos articulos, dummodo ſint connexi cauſæ principali.*
8 *Inſtrumentorum inſinuatio poteſt fieri coram iudice appellationis.*
9 *Priuilegij innouatio quādo fit per eum, qui poteſt de nouo concedere, non eſt citāda pars. Quod tamen declara, vt ibi.*
11 *Literæ non facientes mentionē de priuilegio exemptionis, an valeant.*
12 *Ordinarij ſolent odio habere exemptos.*
13 *In innouatione inſtrumenti fienda, non eſt citanda pars, quando non contenditur de validitate, ſed partes aſſerunt validitatem, aliquid aliud opponendo.*
14 *Reſcriptum impetrans, vel offerens libellum, an teneatur probare cauſam expreſſam in libello, vel reſcripto.*
15 *Demonſtratio falſa non vitiat.*

1 EX PARTE. Innouatio † priuilegij
nouum ius non tribuit, ſed anti-
quum conſeruat. h.d. Et primo
ponitur appellantium cōqueſtio,
priuilegij productio, & de ipſius innouatione
deciſa petitio. Secundo ponitur deciſio deciſę
petitionis, cum proteſtatione, ibi, nos autem.
2 Not. primo. arg. quòd in reſcripto impetrato
contra exemptum in præiudicium exemptio-
nis, debet fieri mentio de exemptione. Sed de
hoc ſtatim latius dicam in glo. 2. Secundo no.
3 quòd † eccleſia exempta, populus eccleſiæ non
cenſetur exemptus, niſi ſpecialiter exprimatur.
de quo latius, & clarius in.c.per exemptionem.
eod.tit.lib.6. tetigi in.c.recepimus, ſ.eod.in.7.
artic.princip. Tertio not. ibi, nec compatien-
4 tes, ꝙ compatiendum eſt † fragilitati ſexus mu-
lierum. & idem not. in.l.aſſiduis.C.qui pot. in
pig. ha. Quarto not. ibi, clerum, & populum.
5 ꝙ interdicto † clero, non propterea intelligitur
interdictus populus, nec è contra. Ad idem.c.
ſi ſententia. de ſen.excom. lib.6. Quinto not.
6 ex ver. diutius. † coniunctis dictis Goffr. & Io.
And. ꝙ hoc verbum importat. xl. dies, ſecundū
conſuetudinem romanæ curiæ. Sed tu vide
quantum tempus importet, in.c.cum venera-
bilis. ſ. de exceptio. & per glo. & doct. in.c.1. ſ.
de coniug. leproſo. & per glo. 3.q.2.c.ſi epiſco-
pus. & per Spe. in tit. de diſpu. & allegat. §. poſt
hoc. ver. item diutius. Sexto not. ſecundum
7 D. Ant. ꝙ in cauſa † appellationis poteſt dari no
ua petitio, & nouus articulus accumulari, dum
tn̄ connexus ſit cauſæ principali de qua agitur.
Vn̄ pōt peti innouatio priuilegij, ſuper quo in
cā principali agitur. Et eſt ēt arg. ꝙ inſinuatio
8 inſtrumentorum † poſſet etiā fieri penes iudicē
appellationis, ſeu coram eo. Septimo not. ſm
verum intellectum, quòd quando innouatio
9 priuilegij † fit per eum qui poteſt de nouo il-
lud concedere, non eſt neceſſaria partis aduerſæ
citatio ad contradicendum, niſi quò ad cautelā.
Secus ſi fieret per inferiorem; quia tunc eſſet ne
ceſſaria, vt dixi in.c.præced. & not. in.c.ſignifi-
cauit. ſ. de teſtib. & in.c.fi. de fi. inſtrum. Pars
tamen poteſt ſe opponere ſponte. vt in.c.præ-
ced. in glo. Vltimo not. ex fi. quòd innouatio
10 priuilegij † non tribuit aliquod nouum ius. Et
ideò ſi priuilegium per aliud poſterius fuerat
reuocatum, vel contra illud præſcriptum, vel re
nuntiatum, vel aliter non valeret, innouatio ni-
hil prodeſt; etiam ſi fiat ab habente poteſtatem
concedendi de nouo concedere. Sed ius anti-
quum confirmat, ſi quid competebat. vt hic in
fi. & in.c.cum dilecta. de confir. vti. In glo. 2.
in fi. dic, hæc glo. & præcedens videtur velle, ꝙ
11 tales † literæ non facientes mentionem de priui
legio exemptionis non valent. Quod eſt ve-
rum, ſi priuilegium tribuit exceptionem dilato
riam. Secus ſi peremptoriam; quia ſicut de pe-
remptoria non eſt neceſſe facere mentionem,
ita nec de priuilegio ipſam continēte. vt in.c.1.
de lit. conteſt. lib.6. Sed in dilatoria non pro-
cedit. vt in.c.cum ordinem. ſ. de reſcrip. vbi vi-
de, & in.c.conſtitutus. eod.tit. vbi per Innoc.
Aduerte tamen, quia dicit hic Hoſt. quòd de ſti
lo curiæ debet fieri mētio de exemptione, vbi-
cunque literæ impetrantur contra exemptum;
quia fortè ſi pars expreſſiſſet exemptionem,
alios iudices dediſſet. Nec ſolet Papa deputa-
re contra tales, ordinarios locorum; quoniam
12 ipſi † odio habent exemptos. Et hæc ratio cō-
cludit, etiam ſi impetrentur literæ in alia cauſa,
quàm exemptionis. Et certè ſi hoc habet ſti-
lus curiæ, ſeruādus eſt. vt in.c.ex literis. de cō-
ſtit.c.quàm graui. de cri. fal. Sed de iure non vi
detur neceſſarium, niſi ſm ꝙ. ſ. dixi. In glo. in
ver. ſpecialiter. in fi. dic, docto. dicunt, ꝙ prima
ratio eſt vera; ſed ſecunda ratio non procedit;
quia iſti qui protulerunt ſententias cenſuræ,
erant delegati apoſtolici, quorum reſpectu iſti
non erant exempti. Secus in.c.proximo præ-
ced. quia ibi ſententia fuit lata ab ordinario.
Sed tu potes dicere, ꝙ etiam prima ratio non
eſt ſimpliciter vera. Sed dependet à validitate
appel-



appellationis, vel admiſſionis. ſecundum not.
in.c. non ſolum. de app. lib.6. & in c. licet. de
ſen. ex lib. 6. In glo. ſuper ver. Innouandum,
in fin. dic, alij dicunt ꝙ Epiſcopus hic fuit cō-
tumax. Sed non placet Inno. quia de hoc nō
apparet, ſaltē reſpectu eius innouationis; quia
de innouatione non pendebat q̄ſtio. Vnde di-
cit ipſe, ꝙ ideò Papa innouauit, quia Epiſcopus
non contendebat de validitate priuilegiorum.
quaſi ſentiat, ꝙ contēderet ſe præſcripſiſſe cō-
tra priuilegia. Et ex hoc infertur alia limitatio
13 no. ꝙ † pars non eſt citāda in innouatione fien
da, quando non contenditur de validitate; ſed
partes aſſerunt validitatem, ſed aliquid aliud
opponunt, vt præſcriptionem, reuocationem,
vel quid ſimile. Sed oppo. contra tex. nam de-
bebat hic Papa diffinire articulum principalem
.ſ. appellationis. Sol. cauſa iſta non erat in cu-
ria; quia appellatio non fuit recepta à iudici-
bus, nec approbata à parte. de quo dicendum,
vt in.c. ſæpe. &.c. interpoſita. ſ. de app. & ibi
dixi. Et ideò iſtę mulieres vſę ſunt iſto reme-
dio innouationis, ſecundum Inno. Hoſtien. &
Io. An. Glo. fin. eſt literalis. & colligit not. ex
tex. Vltimo Inno. hic quærit de vna .q. ſatis
14 quotidiana. Nunquid † impetrans reſcri-
ptum, vel offerens libellum, teneatur probare
cauſam expreſſam in reſcripto, vel in libello.
poteſt poni exēplum in hac litera; Abbatiſſa
impetrauit expreſſa cauſa, ꝙ Epiſcopus com-
miſſionis cauſa moleſtabat &c. Et concludit,
ꝙ vbi intētio libellantis fundatur ſuper illa cau
ſa, vel demonſtratione, neceſſe eſt illam pro-
bare. Et idem in reſcripto, ſi reſcriptum ali-
ter non habuiſſet. Secus vbi cauſa, ſeu demon-
ſtratio non fundant principaliter intentionem
libellantis, ſiue impetrantis; quia tunc non eſt
neceſſe probare cauſam, vel demonſtrationem;
15 nam falſa † demonſtratio non vitiat. vt in .l.
cum tale. §. falſam. ff. de condi. & demon.

## Capitulum. XIIII. Cum Olim.

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegio exemptionis duplici vtens eccleſia, licet ex vno ſuccūbat, ex alio poterit obtinere.*
2 *Articuli plures, et diuerſi, poſſunt in eodem libello contra eundem accumulari; tot tamen dicūtur libelli, & tot ſententiæ, quot articuli.*
3 *Papa, ſi citat appellatum ad deciſionem negotij principalis, tenetur appellatus comparere, non obſtante quòd appellatio ab interlocutoria non ſit iuſtificata, nec cauſa ſit in curia.*
4 *Appellatione pendente, iudicis officiū conquieſcit. Quod tamen limita, vt ibidem.*
5 *Citatio ad ſententiā licet non ſit liquidata cauſa, poteſt fieri, quando fit de longinquo.*
6 *Citatio ad inſtantiā, & ad commiſſionem liquidationis cauſæ, poteſt fieri eodem inſtanti.*
7 *Papa poteſt delegare cauſam Monacho. et nu. 29.*
8 *Iudex ſententiando, poteſt prius condemnare in expenſis, quàm ſententiare ſuper principali, licet ſeruetur contrarium.*
9 *Iudex apellationis poteſt condemnare in expenſis cauſæ principalis, & appellationis.*
10 *Inſtantia nō perit de iure canonico lapſu triennij.*
11 *Expenſæ non intelliguntur, niſi de expenſis ratione negotij litis. Et quid de expenſis in quibus quis prius fuerit cōdemnatus ratione cōtumaciæ. ibidem.*
12 *Epiſcopus vnà cum Canonicis, poteſt eximere eccleſiam aliquam à ſua iuriſdictione.*
13 *Canonicorum conſenſus præſtitus ad mandatū principis ſuperioris, non ſufficit ad validitatem actus requirentis liberum conſenſum.*
14 *Manachus poſt promotionē ad Epiſcopatum, an acquirat eccleſiæ, vel monaſterio. Et an acquiſita per ipſum primo monaſterio, ſequātur ipſius perſonam, num. 16.*
15 *Authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccleſ. limitatur.*
17 *Monachus ſi fiat Epiſcopus, tamen per hoc nō habilitatur ad habendum proprium; & in cæteris etiam retinet ſubſtantialia regulæ.*
18 *Epiſcopus nō poteſt magnam donationem facere, etiam monaſterio, etiam de rebus mobilibus.*
19 *Exemptus non poteſt ædificare eccleſiā in aliena parochia ſine conſenſu Epiſcopi.*
20 *Reſtitutio aduerſus ſententiā poteſt peti hoc pacto, quòd ſententia pronuntietur nulla, & ſi eſt aliqua, concedatur reſtitutio.*
21 *Libellus alternatiuus admittitur, quādo dubietas quæ ab eo deſcendit, dependet à facto libellantis.*
22 *Prælati delictum in omittendo, non nocet eccleſiæ, vt ſaltem non poſſit petere reſtitutionem in integrum.*
23 *Renuntiare priuilegio Papæ non cenſetur impetrans idem priuilegium ab inferiore.*
24 *Inſtrumentum habens ſingulas ſubſcriptiones manibus ſingulorum ſubſcribētium notatas, prę-ſumitur extractum, non originale; Et an faciat fidem.*
25 *Inſtrumentum autenticans debet attendere ad omnia ſubſtantialia ipſius.*
26 *Appellationis iudex, quando reuocat priorem ſentētiam ex nouiter actitatis, debet addere cauſam quare reuocet.*
27 *Citatio ad ſententiam, an poſſit fieri ante definitum negotium per cognitionem. Et ibi, an Papa poſſit hoc facere.*
28 *Monachus an poſſit eſſe procurator.*
30 *Delegati iudices, à quibus fuit appellatū, an poſſint procedere in cauſa, & vſq; ad nu. 34. vbi ponuntur plures intellectus ad tex. iſtū.*
31 *Papa citando, cenſetur auocare ad ſe cauſam.*
32 *Procurator, ſicut debet certificari de reuocatione mandati, ita etiam Iudex de reuocatione delegationis.*
33 *Conceſſum in vno, in alio denegatum intelligitur.*
34 *Coniecturis opus eſt in cunctis.*
35 *In expenſis condemnari debet qui nō proſequitur appellationem, ſecundum communem, quæ tamen non placet authori.*
36 *Cōſenſus liber, ſi requiritur in aliquo actu ad eius ſubſtantiam, non ſufficit quòd ſit extortus. Et*
quid

*quid ſi non requiratur ad validitatem actus, nu. 38.*
37 *Matrimonium metu cõtractũ eſt ipſo iure nullum.*
39 *Portarius quis ſit.*
40 *Portarij, vel ſimiles non poſſunt compellere Canonicos, vel ſimiles ad conſentiendum.*
41 *Monaſterio non acquiritur ex ſtipulatione alteri facta per monachum.*
42 *Monachus, an poſſit ſtipulari futuro prælato: remiſſiuè.*
43 *Monachus expulſus, an acquirat monaſterio: remiſſiuè.*
44 *Monachus, an acquirat poſſeſſionem monaſterio: remiſſiuè.*
45 *Monaſterium, an obligetur ex contractu, vel delicto monachi: remiſſiuè.*
46 *Epiſcopus, ſeu Abbas poteſt aliqua donare de rebus eccleſiæ. & nu. ſeq.*
47 *Prælatus habet pinguiorem adminiſtrationem, et magis liberam, quàm tutor, aut curator. & nu. 52.*
48 *Epiſcopus in infirmitate de qua obijt, ſi donat, nõ valet donatio.*
49 *Epiſcopus in morte non cenſetur habere liberam.*
50 *Donatio in magna ſumma non præſumitur eleemoſina.*
51 *Donare nõ poteſt regulariter is, qui habet liberã.*
52 *Prælati videntur quodammodo vſufructuarij, vel vſuarij.*
53 *Monaſterium in cauſa appellationis, an admittatur ſine reſtitutione ad producendum priuilegia apoſtolica, & pluribus nu. ſeq.*
54 *In appellationis cauſa, non deducta, & non probata in cauſa principali, deduci, & probari poſſunt.*
55 *Iure ſpeciali fruſtra petit ſe admitti, qui iure communi ſe tueri poteſt.*
56 *Intellectus plures ad iſtum tex. in glo. ſuper verbo tenere. & pluribus nu. ſeq.*
57 *Læſus dicitur, qui omiſſit neceſſariam probationẽ.*
58 *Sententia, quando eſt nulla ipſo iure, non eſt neceſſarium remedium extraordinarium reſtitutionis. ſecus quando tenet.*
59 *Reſtitutionis petitio non tollitur per remedium appellationis; quia pinguius ſubuenitur per reſtitutionem.*
60 *Exemptum ſe prætendens ex priuilegio Epiſcopi, poteſt ex alia cauſa dicere ſe exemptum ex nouo iudicio.*
61 *Exemptum ſe dicens ſimpliciter, videtur totum ius ſuum ex omni cauſa competens in iudiciũ deduxiſſe.*
62 *Exemptionis exceptio eſt peremptoria.*
63 *Exceptio peremptoria, an poſſit opponi poſt ſententiam.*
64 *Actio, & exceptio ſi competant ad idem, & in iudicium per viam exceptionis ab aliquo deducatur ius competens ex vno capite, & ſuccũbat, an poſſit ex alio capite idem intentare.*
65 *Res inter alios acta non valet.*
66 *Subſcriptiones plurium in aliqua ſcriptura, ſi ſunt eodem charactere factæ, ſunt ſuſpectæ.*

CVM OLIM. Hæc decretalis habet multa dicta. Sed ad titulum
1 .h.d. Eccleſia † vtens duplici priuilegio exemptionis, licet ſuccumbat ex vno, poteſt nihilominus ex alio ſe iuuare, & obtinere. Et exemptus non tenetur promittere obedientiam Diœceſano. Vigore tamen exemptionis, non poteſt ſine licentia Diœceſani eccleſiam conſtruere in loco non exempto. Et ſi exemptus de facto conſtruit eccleſiam, cedit iuribus Epiſcopi. Diuiditur, quia in prima parte narratur factum, in ſecunda ponitur diffinitio delegatorum; ibi iudices. in tertia ponitur petitio monaſterij contra ſententiam. ibi, tandem. in quarta ponitur Papæ diffinitio, ibi, nos igitur. In tex. ibi, credentes. dic, cum hoc non eſſet; non tamen ex defectu iudicum, ſed partis, vt patet ex ſi. In tex. ibi, condemnarũt. dic, ꝙ in quinq; fuit iudicatum contra monaſterium. Primo in expenſis. Secundo in libertate per Epiſcopum conceſſa. Tertio in ſubiectione monaſterij adiudicata Epiſcopo. Quarto in reſtitutiõe monetæ. Quinto in adiudicatione eccleſiarum cũ fructibus. Et iſtorum iudicum ſententia in tertio infirmatur, in reliquis confirmatur, ſm Hoſt. & doct. In tex. ibi. marabatinorum, dic, ꝙ eſt genus monetæ. & idem in ſimili in .c. olim. ſupra de cenſi. & ſupra de iureiuran. querelam. & de emp. & vend. ad noſtram. In tex. ibi, in nullo ſententiæ derogamus; et ibi, non derogantes iudicibus. dic, hoc eſt, honori dictorum iudicum; *qui ipſi iuſtè* fecerunt quò ad ipſos pertinuit; quia non viderunt priuilegia apoſtolica, cum non eſſent producta. ſed re ipſa ſententia erat iniuſta in ipſa parte. & ideò ipſi derogatur. Nota primo, ꝙ in eodem
2 libello † poſſunt contra eundem cumulari plures diuerſi articuli, qui omnes poſſunt eadem ſententia terminari. Tot tamen dicuntur libelli in effectu, & tot ſententię, quot ſunt articu-
3 li. Secũdo not. ꝙ nõ obſtante, ꝙ † appellatio ab interlocutoria non ſit iuſtificata, nec cauſa ſit in curia, tamen ſi Papa citat appellatum ad deciſionem negotij principalis, tenetur comparere. Et ſi non comparet, procedi poteſt ad ſententiam diffinitiuam. Et hoc ideò, quia in poteſtate Papę eſt, ad ſe reuocare negotiũ principale, nõ obſtãte ꝙ nõ ſit appellationi delatũ; aut non ſit appellatio iuſtificata. Faciunt no. in .c. paſtoralis. §. præterea .ſ. de offi. delega. & .c. ſi ſoli. de conceſ. præben. lib. 6. Tertio not. limitationem ad id ꝙ quotidie dicimus,
4 ꝙ appellatione pendente, † iudicis officiũ conquieſcit. vt in .l. ſiue pars. C. de dila. quia hoc eſt verum, niſi aliquid cõmittatur, vel mandetur expediendũ ſimul cum ipſa appellatione.
5 Quarto not. ꝙ licet † adhuc non ſit liquidata cauſa, tamen valet citatio ad ſententiam audien-
6 dam, quando citatio fit de longinquo, & † eodem inſtanti poteſt fieri citatio ad ſententiam, & committi cauſæ liquidatio. Ad ꝙ .c. conſuluit .ſ. de offi. dele. & infra tangetur. Quinto not.



7 to not. ꝙ cauſa † poteſt per Papam monacho delegari. & de hoc infra ſuper ver. monacho. in
8 glo. Sexto not. ꝙ † iudex ſentẽtiando poteſt prius partem condemnare in expenſis, quàm diffinire ſuper cauſa principali. Seruatur tamẽ de conſuetudine contrarium; quia incipitur à cauſa principali, & vltimo loco fit condemnatio expenſarum. Ex hac tamen præpoſteratione, non vitiatur ſententia. vt eſt tex. hic.
9 Septimo not. ꝙ † iudex appellationis poteſt condemnare in expenſis cauſæ principalis, & appellationis. Et hoc procedit ſecũdum vnum intellectum; ſecundum quẽ iſti ſecundi delegati intelliguntur delegati reſpectu cauſæ appellationis. Octauo not. tex. optimè proban-
10 tem, ꝙ † per lapſum triennij de iure canonico. non perit inſtantia. Et licet ad hoc allegetur .c. pe. ſ. de iudi. & ibi doc. tractant hunc articulum, tamẽ melius probatur hic. Nono not.
11 ibi, occaſione negocij &c. ꝙ † condemnatio expenſarum fieri debet occaſione negotij litis. Et idem traditur. in .l. ſancimus .C. de iudi. Quod intellige, deductis expenſis, in quibus quis prius fuiſſet condemnatus ratione contumaciæ; cuius cõdemnationis cauſa, etiam poteſt fieri condemnatio expenſarum. vt in .c. cũ dilecti. de do. & contu. Et de materia vide latè in .c. finem litibus .ſ. de do. & contu. & in .l. terminato .c. de fruc. & lit. expen. Decimo
12 not. ꝙ † etiã Epiſcopus poteſt eximere eccleſiam à iuriſdictiõe ſua. probatur in .c. ſicut vnire .ſ. de exceſ. præla. Requiritur tamen, quòd hoc faciat cum libero conſenſu canonicorum. Circa quod, vide ꝙ dixi in .c. recepimus .ſ. eo. in .1. articulo principali. ver. vlterius quęro.
13 Vndecimo not. ꝙ † conſenſus Canonicorum præſtitus ad mandatũ Regis, aut alterius Principis ſuperioris, videtur quodammodo per metum. Et ideò non ſufficit ad validitatẽ actus qui requirit liberum conſenſum, vt hic. Duo-
14 decimo not. ꝙ quicquid † acquirit monachus, vel religioſus, ſeu Canonicus regularis poſt promotionem ad Epiſcopatum, vel ad aliã dignitatem, prælaturam, vel eccleſiam, acquirit eccleſiæ ad quam promotus eſt, nõ autem primo monaſterio. Et adde ꝙ not. 18. q. 1. c. vnic. Quod notabis pro limitatione iurium diſponentium ꝙ omnia acquirantur monaſterio, tàm in re, quàm in ſpe. vt traditur. 19. q. vlti.
15 .c. ſi qua mulier. & in † authen. ingreſſi .c. de ſacroſan. eccle. & in .c. in præſentia. ſupra de proba. procedunt enim data perſeuerantia in monaſterio. Secus ſi trãsfertur ad aliam eccleſiam, dignitatem, vel monaſterium; quia tunc acquirit ſecundæ eccleſiæ; non primæ, vt dictũ
16 eſt. An aũt q̃ſita † per ipſum primo monaſterio ſequantur ipſius perſonam, magna eſt dubitatio. de quo dic, vt in .d. c. vnic. & in .c. 3. ſ. de cle. coniug. & ibi per .D. m. Decimotertio not. bonam cautelam ad concludendum, ꝙ quæſita per Prelatum ſint acquiſita de bonis eccleſiæ; videlicet, ꝙ probetur, ꝙ ante promotionem erat inhabilis ad proprium; & ꝙ concludatur quęſita fuiſſe poſt promotionẽ ad Epiſcopatum, vel prælaturam. Decimoquarto
17 not. ꝙ † licet monachus fiat Epiſcopus, tamẽ per hoc nõ habilitatur ad habendum propriũ, & ad diſponendum ad libitum de proprietate acquiſitorum. Remanent ergo ſubſtãtialia regulæ, licet in quibuſdam concernentibus ſolemnitatem, vel ſubiectionẽ abſoluatur. vt eſt tex. cum glo. 16. q. 1. c. nemo. Decimoquin-
18 to not. ex eodem ver. præterea, ꝙ † Epiſcopus non poteſt facere magnam donationem de rebus epiſcopatus; etiam mobilibus; etiam ſi donaret monaſterio. Minus ergo debet poſſe conſanguineis. & hoc tangetur infra cum glo.
19 in ver. reſtitutionem. Decimoſexto not. † ꝙ non eſt licitum, etiã alicui religioſo exempto, ędificare eccleſiam in aliena parochia, ſine authoritate Epiſcopi; Et eccleſia ædificata non eſt deſtruenda; ſed cedit ad vtilitatem, & diſpoſitionem Epiſcopi; ſicut regulariter & alię eccleſiæ. Et hoc ſi non fuit ædificata poſt denuntiationem factam. Sed ſi fuiſſet ædificata ſpreta nuntiatione noui operis facta, veniret deſtruenda. vt in .c. 1. & .2. ſ. de ope. no. nun. Et aduerte, ꝙ ſecundum .D. m. ædificator talis eccleſiæ de quo hic, non acquirit ius patrona-
20 tus. Decimoſeptimo not. practicam † petendi reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam, vt generaliter petatur, ꝙ ſentẽtia pronuntietur nulla; & ꝙ ſi eſt aliqua, concedatur
21 reſtitutio. admittitur † enim iſte libellus alternatiuus, ex eo, ꝙ dubietas quæ deſcendit, pẽdet à facto libellantis. Et ꝙ admittatur, eſt tex. hic, & in .c. conſtitutus. de reſti. in inte. & ibi dixi. Et vide per Spe. in ti. de ſen. §. iuxta. ver.
22 ſed nunquid libellus. Decimooctauo not. † ꝙ delictum prelati in omittendo non nocet eccleſiæ, vt ſaltem non poſſit petere reſtitutionem
23 in integrũ. Decimonono not. ꝙ propter † impetrationem, & receptionem priuilegij exemptionis obtentæ ab inferiore, non videtur renuntiare quis primæ exemptioni conceſſæ à
24 ſede apoſtolica. Vigeſimo not. quòd † quando inſtrumẽtum habet ſingulas ſubſcriptiones ſingulorum ſubſcribentium manibus notatas, eſt ſignum ſecundum Inno. ꝙ non eſt originale, ſed extractum. Quod an faciat fidem, latè dixi poſt docto. in .c. fin. ſ. de fi. inſtru. Vnde
25 colligit hic Hoſti. ꝙ ille † qui authenticat priuilegium, vel aliam ſcripturã, debet eſſe cautus, & attendere omnia, & ſubſcriptionẽ, & ſigna; & de litera, ac de diuerſa ſubſcriptione, ſeu interlineatura facere expreſſam mentionẽ. Aliàs de facili falſitatem incurrere poſſet, vt traditur in authen. de inſtru. cau. & fi. in prin. Vnde cauti notarij dicunt, ſe, vel addidiſſe, vel mutaſſe de ſubſtantialibus, ſecũdum Hoſti. & Io. An
26 Vltimo no. ꝙ iudex † appellationis quando reuocat priorem ſententiã ex nouiter actitatis, debet cauſam adijcere, quare reuocet; ſiue reuocet in totum, aut pro parte; vt facere poteſt, vt probatur hic, & in .c. ſicut .ſ. de re. iudi. & ibi dicitur; Et hoc, vt debitus honor iudicibus defera-

deferatur. Glo.3. ſentit cõtrarium, ꝙ iſti iudi
ces à quibus fuerat appellatũ nõ potuerũt diffi-
nitiuè ſuiare. In eadẽ glo. ibi, ꝓceſſum fuerat
in cauſa ad plenum, dic, In cõtrarium facit tex.
noſter in ver. interim, vbi datur facultas par-
tibus producendi coram iudicibus quicquid
vellent; ergo de cauſa nõ erat plenè cognitum;
& per conſequens partes citari non debebant
ad ſententiam audiendam. Sol. dicit Inno. ꝙ
iſta citatio debet ciuiliter intelligi; videlicet,
quòd veniant ad audiendum ſententiam feren-
dam .ſ. debito tempore, quando de cauſa erit
plenè cognitum. Et ex hoc, & ex tex. col-
27 ligitur, ꝙ † etiam ante diffinitũ negotium per
cognitionem, poteſt fieri citatio ad ſenten-
tiam. Sed dicit .D. m. ꝙ iſtud non eſt verum
in quolibet iudice; nam inferior à Papa non
poſſet hoc facere; niſi eſſet appellatum à diffi-
nitiua, vel iuſtificata eſſet appellatio; ita ꝙ
negotium principale deuolutum eſſet ad iudi-
cem ad quem. In Papa aũt ſpeciale eſt, vt etiam
omiſſo appllationis articulo, poſſit ad ſe totã
cauſam auocare, & diffinire, vt in .c. non ſo-
lum. de appel. lib.6. Facit .l. iudicium ſolui-
tur .ff. de iudi. & ꝙ .ſ. dixi in ſecũdo nota. Et
de citatione ad totam cauſam, vſq; ad ſenten-
tiam diffinitiuam incluſiuè, quando fieret cita-
tio de longinquo, vide in .c. fin. de dila. & in
.c. conſuluit. de offi. dele. per Inno. Glo. ſuper
ver. monacho. in prin. opponit quòd cauſa nõ
poſſit delegari monacho; & ſoluit, & bene.
28 Deinde in ver. ſimiliter, decidit. q. an † mona-
chus poſſit eſſe ꝓcurator. Deinde in ver. hodie,
generaliter tractat quibus perſonis à Papa, vel
legatis apoſtolicis poſſint cauſæ delegari. In
eadem glo. ibi, expreſſo nomine monachatus,
dic, & idem tenet glo. in .c. ſtatutum. de reſcrip.
lib. 6. de quocunque ſimplici clerico; eo ex-
preſſo, quòd ſit ſimpliciter clericus. In ea-
dem glo. ibi, præſenti decreto, dic, hodie verò
incipit ſtatutum. & eſt poſitũ in volumine.6.
ſub tit. de reſcrip. Et vide quod latè dixi circa
29 hanc materiã de † monacho, & canonico regu
lari eccleſiæ cathedralis, an delegatio ſibi facta
teneat, in cle. 2. de reſcrip. Licet quidam hic
tractent; ſed non conuenit titulo. Et vide ẽt
per Io. An. poſt Archid. poſt prin. in .d.c. ſta-
30 tutum. Glo. ſuper ver. quibus, opponit, † ꝙ
iudices iſti delegati à quibus extiterat appel-
latum, non potuerunt proſequi, & ſententiam
diffinitiuam proferre; quia eorum iuriſdictio
ſuſpenſa erat. vt in .c. cum ceſſante .ſ. de appel.
glo. ſoluit tripliciter. In fi. glo. dic, Inno. hic
fuit alternatiuè locutus; videlicet, ꝙ iſti fuerũt
alij iudices; vel ſi fuerunt ijdem, dicendum eſt,
quòd proceſſum fuit authoritate prorogata; &
ſic non vigore ſecundæ commiſſionis, ſed pri-
mæ. Sed aduerte, quia non videtur, ꝙ vigo-
re primæ commiſſionis potuerint aliquo mo-
31 do; nam ex quo Papa † citauit ad ſententiam
audiendam, auocauit ad ſe cauſam prędictam;
& ideò reuocata fuit à prioribus iudicibus; vel
ab alijs, vigore primæ cõmiſſionis delegatio-
nis, & per conſequens ſententia eorum, ſi alij
fuerint, vel ſi ipſi ijdem, & vigore primæ com-
miſſionis proceſſerunt, eſt nulla. Niſi fortè di-
ceremus, ꝙ excuſantur, quia hoc ignoraſſent.
Quod tamen attenta qualitate facti de quo in
tex. non videtur præſumendum; maximè quan
do ipſiſmet iudicibus primis ſecunda delega-
tio eſt facta. Et præterea ignorantia eorum
non debet magis tribuere validitatem actui,
poſtquã reuocata videtur eorũ iuriſdictio per
not. in .d.c. 1. de app. lib.6. coniuncta .l. iudi-
cium ſoluitur .ff. de iudic. Niſi diceres, ꝙ ſicut
32 debet certificari ꝓcurator † de reuocatione, de
de quo latiſſimè dixi in cle. 1. de procura. ita
etiam iudex qui reuocatur. Et ideò videtur,
ꝙ melior eſt alia ſolutio, videlicet, ꝙ iſti pro-
ceſſerunt vigore ſecundę delegationis. Et ſi tu
diceres, vigore ſecundæ delegationis non vi-
detur ꝙ iſti poſſent niſi recipere proponenda,
producenda, ſeu probanda per partes, vt hic di
citur; Ad hoc reſpondet glo. ſeq. ſuper ver. ad
probandum, quòd adiectum erat in literis, ꝙ
ſententiam diffinitiuã ꝓferrent, ſi de partiũ vo-
lũtate ꝓcederet. Vnde oportet intelligere, ꝙ iu
dices iſti vigore ſecundæ commiſſionis de par-
tium voluntate proceſſerint. Et iſta videtur ſe-
curior ſol. quamuis in veritate iſte tex. ſit valde
ambiguus, & difficilis, ꝓpter abſurditates quæ
videntur inſurgere. Et omnis difficultas cau-
ſatur à deciſis, & à verbis, quæ ab antiqua de-
cretali fuerũt remota. prout etiam de alijs dif-
ficultatibus infra patebit. Et prædicta notabis,
quia nunc venerunt in mentem. Glo. ſuper
ver. ad probandum, ſentit contrarium, ꝙ par-
tes non debuerunt remitti iudicibus à quibus
fuerat appellatum, per .c. interpoſita .ſ. de app.
Vel ſecundo poteſt opponi vna cum glo. cõtra
tex. ꝙ licet data eſſet poteſtas partibus, vt poſ-
ſent ꝓbare corã iudicibus à quibus erat appel-
latũ, ſi quid vellent probare, aut producere, tñ
iudices non debuerunt poſſe ſententiare in cau
33 ſa principali; quia in vno † conceſſum, in alio
denegatum intelligitur. vt in .c. nonne .ſ. de
præſump. Sed glo. ſol. vtrũq; contrarium, ꝙ
hic fuit data poteſtas iudicibus ſententiandi, ſi
de partium volũtate proceſſerit. Et hæc reſpõ
ſio eſt communis ad vtrũq; contrarium. Vel
poteſt reſpõderi ſecundum Inno. ad ſecundum
contrarium, ꝙ iſti delegati proceſſerunt autho-
ritate prorogata, & non virtute ſecundæ com-
miſſionis; ſed virtute primæ prorogatæ. Sed
contra hoc facit, ꝙ dixi in præcedenti glo. Vel
poteſt dici, ꝙ in ver. iudices, recitatur proceſſus
qui fuit factus ante iſtam ſecundam commiſſio
nem vigore appellationis iam interpoſitæ. Vn-
de ſecundum Hoſti. appellatũ fuit poſtea à dif-
finitiua. Et ſic ſentit, ꝙ cauſa confirmationis,
ſeu infirmationis ſentẽtiæ, per iſtos iudices fuit
delata ad Papam vigore appellationis; cuius
contrarium videbitis in glo. Poſſet tamen alius
dari intellectus, & eſſet planus, hoc modo in-
telligendo, videlicet, ꝙ cũ cauſa eſſet delegata,
& appellatum ab interlocutoria, iudices non
obſtante



obſtante appellatione, credentes ſufficienter
de cauſa cognitum, ſententiam diffinitiuam
protulerunt, de qua hic in ver. iudices, & ab
iſta diffinitiua partes non appellauerunt. Sed
proſequẽtes appellationem ab interlocutoria,
Papa citauit partes, ꝓut hic in prin. & nihilo-
minus commiſit, quòd ſi partes vellent inte-
rim aliquid proponere, illud proponerent, &
probarent coram iſtis iudicibus, de quibus hic
in ver. interim; vnde ſiue iſti fuerint ijdem
cum primis, prout videtur velle tex. dum di-
cit, quibus fuit cauſa prius; ſiue diuerſi, non
eſt curandum; nam vigore ſecundę commiſ-
ſionis nullam ſecundam ſententiam diffiniti-
uam protulerunt; ſed iam protulerant vigore
primæ comiſſionis. & contigit, quòd pars
monaſterij etiam appellationem interpoſi-
tam ab interlocutoria non fuit proſecuta; &
ideò fuit poſtea neceſſaria petitio reſtitutionis,
& conceſſio; ſicuti habetur hic in ver. tandem.
Et ſecundum hunc intellectum ceſſant omnia
contraria facta hic in glo. præcedenti. & de qui-
bus in glo. ſuper ver. de gratia. Vel poſſumus,
& aliter intelligere, ꝙ cum coram prioribus iu-
dicibus partes proceſſiſſent, & fortè aſſigna-
tus eſſet terminus ad probandum, & producẽ-
dum inſtrumenta, & priuilegia, & quicquid
vellent ipſe partes dicere, producere, vel alle-
gare; tandem elapſo termino; volebat pars
monaſterij producere priuilegium apoſtolicũ,
iudices noluerunt admittere; vnde pars mona-
ſterij appellauit ad ſedẽ apoſtolicã. Sed iudices
nõ obſtante appellatione, quoniã arbitrati ſunt
fruſtratoriã, ꝓceſſerunt; credentes ſufficienter
actum; & ſententiam protulerunt, prout hic
in ver. iudices. Papa verò reſpectu appellatio-
nis iam interpoſitæ non à diffinitiua, quia nõ
appellauit monaſteriũ à diffinitiua; ſed ab inter
locutoria, citauit partes, & commiſit, prout
dictum eſt in præcedenti intellectu. Et prædi-
cta etiam notabis, quia nouiſſima ſunt; & per
quæ redditur clarus intellectus tex. noſtri; &
tolluntur omnia cõtraria iam dicta. Et ſi tu di-
ceres, quòd prędicta continent diuinationem;
Dico, ꝙ hoc eſt neceſſe facere; quia cum pro-
pter multiplicatas quæſtiones, hic deciſum nõ
habeamus certum caſum, neceſſe eſt in cunctis
34 ire † per coniecturas. vt in .l. continuus .§.
cum ita .ff. de verb. obli. & in .l. precibus .C.
de impub. no. glo. in .c. cupientes .§. ꝙ ſi per
viginti. de electio. lib.6. Glo. ſuper ver. in ex-
35 penſis, quærit, & ſol. In eadem ibi, non † fuit
proſecuta appellationem, dic, licet doc. omnes
ſequantur glo. tamẽ mihi non placet; vnde di-
co, retentis duobus intellectibus de quibus in
præcedenti glo. ꝙ iſti condemnauerunt in ex-
penſis occaſione litis iniuſtæ. Et hoc patet ex
tex. dum dicit, occaſione negotij. Glo. ſuper
ver. iuraueras, quærit, & ſol. dic vt in ea, & in
iuribus in ea allegatis. Glo. ſuper ver. extorto,
36 in fi. dic melius, ꝙ † qñ in actu requiritur liber
cõſenſus, vel qualitas libertatis eſt de ſubſtantia
actus, tunc ille actus quicunq; ſit, ſi habet con-
ſenſum extortum, non tenet; quia non habet
liberum conſenſum requiſitum ad eius validita
37 tem. Et hinc eſt, ꝙ † cum matrimonium re-
quirat liberum conſenſum, ſi per metum con-
tractum eſt, ipſo iure nullum eſt. vt in .c. cum
locum. de ſpon. & .33. q. 5. in .c. notificaſti.
In alijs verò actibus qui requirunt conſenſum
38 liberum, non tamen requirunt liberum conſen
ſum ad ſubſtantiam actus, valet actus per me-
tum factus; ſed datur reſtitutio ex edicto, quod
vi aut clam. vt in .c. pen. ſupra quod me. cau.
& .ff. quod me. cau. per totum. Et ad id
quod dicit glo. hic, de confeſſione per metum
extorta, vide glo. quæ non eſt alibi ſecundum
.D. m. in .c. ex literis .ſ. de diuor. quæ dicit,
quòd ſi calore iracundiæ emanauit, nõ tenet;
niſi detur perſeuerantia. Sed quæro iuxta præ-
dicta, quia tex. dicit, per portarium extorta,
39 quid † ſignificet verbũ portarium. Sol. Inno.
& Hoſti. exponunt portarium, ideſt, curſorẽ,
vel nuntium, vel vicarium regium. Et dicitur
portarius, quaſi portator literarum, vel amba-
ſciatarum, ſeu mandatorum, aut rogaminum.
40 Deinde q̃runt præallegati doc. an tales † por-
tarij, vel ſimiles, poſſint compellere Canoni-
cos, vel ſimiles ad conſentiendũ. Et ſol. quòd
non. Et hinc ſumpta occaſione multa tractant
circa materiam executorum, & executio-
num; quæ latè vide hic per eos, & per Ioan.
An. & .D. Anto. quæ omitto, quia non perti-
nent principaliter ad titu. noſtrum, nec ad in-
tellectum tex. Glo. ſuper ver. reſtitutionem,
ſentit quæſtionem, quare iſti iudices con-
demnauerunt monaſterium ad reſtitutionem.
& ſol. In eadem glo. ibi, acquiſiuit Epiſcopatui,
dic Inno. Ioan. Andr. & .D. Anto. ſumpta
occaſione à glo. & tex. noſtro de q̃ſitis per mo
nachum, proſequuntur hic plures quæſtiones;
41 videlicet, vtrũ † ex ſtipulatione alteri facta per
monachum, quæratur monaſterio, & tenent ꝙ
42 non. Item an † monachus poſſit ſtipulari fu-
43 turo prælato; Et an monachus † expulſus quę-
44 rat monaſterio; Et an † acquirat poſſeſſionem
monaſterio; Et plures ſimiles quæſtiones.
45 Et quid de obligationibus † paſſiuis, an ex eis,
vel ex delicto monachi, monaſterium oblige-
tur; de quibus vide hic per eos; quia non per-
tinent ad materiam ti. In fin. glo. dic, ſed con-
tra hoc. oppo. doc. de .c. 3 .ſ. de donatio. vbi
46 patet, quòd † Epiſcopus, ſeu Abbas poteſt ali-
qua donare de rebus eccleſiæ. Item prælatus
47 habet † pinguiorem adminiſtrationẽ, & ma-
gis liberam, quàm tutor, aut curator. vt not.
in .c. quia epiſcopus. 5. q. 3. & in .c. cum dile-
cti. de elec. ergo cum videantur habere liberã,
videtur poſſe donare, ſecundũ Inno. per .l. pro-
curator cui .ff. de procura. Sol. Inno. multũ in-
ſtat circa hoc. & ſumpto dicto fundamento fal
ſo, ꝙ habens liberã poſſit donare; ſoluit pri-
48 mo, ꝙ hic, † iſte Epiſcopus donauit in infirmi-
49 tate, de qua obijt; & ideò non valet; † quia
in morte non cenſetur habere liberam. vt in .c.
50 fin. ſ. de pecul. cle. Item quando † donatur
tanta

tanta ſumma, non videtur eſſe eleemoſina ; &
ſic non loquitur .c.3. quod loquitur de parua
ſumma. Nec ob. c. relatum. quia loquitur de
bonis proprijs. Vel dic ſecundum eum, ꝙ iſti
dicebant ꝙ dederat ; ſed non probabant. Vel
ſententia de reſtituendo tranſiuit in rem iudica
tam ; quia ab ea non fuit appellatum. Conclu-
dit tamen, quòd prima ſententia plus ſibi
placet. Pro qua facit ꝙ traditur in .c. de his.
ſupra de ſepul. in .c. ad hæc.§. de teſta. Hoſti.
ét hic vagatur in ſolutionibus. Io. An. dicit, ꝙ
obiectio eſt falſa ; quia cõtra.c. fin. de offi. vica.
lib. 6. & contra not. in.c. cum nobis .§. de elec.
& in.c. is cui. de elec. lib. 6. Vnde dicit, ꝙ ideò
hic nõ tenuit donatio, quia fuit enormis. Con-
51 cluſio vera eſt, ꝙ licet † quis habeat liberã admi
niſtrationem, non tamen poteſt donare regu-
lariter. vt in .l. contra iuris. §. fin. ff. de pact.
& in .l. filiusfamilias. ff. de dona. & in.c. fin. de
52 offi. vica. lib. 6. Prælati tamen, quia † quo-
dammodo videntur vſufructuarij, vel vſuarij,
& ſic plus iuris habere, quàm habentes ſimpli-
citer liberam adminiſtrationem ; cõceſſum eſt,
vt poſſint miniſtris moderatè donare. vt in .c.
.3.§. de dona. Glo. ſuper ver. reuocari, colli-
git, & infert ad declarationẽ tex. In eadem glo.
ibi, etiam ſi ſit exemptus, dic, hoc verum, qñ
vult ædificare in loco nõ exempto ; ſed ſi in lo-
co exempto vellet ędificare, requiritur licentia
Papę ; qui in loco exempto eſt loco Diœceſa-
ni. vt in .c. authoritate. eo tit. lib. 6. In eadem
glo. ibi, dominium reuocabit, dic, hoc intelli-
gendum eſt, non vt ſibi lucri faciat ; ſed vt de eis
diſponat, ſicut de cęteris eccleſijs ſuę Diœceſis ;
vt latius dictum fuit in notabilibus. Glo. ſuper
ver. tenere, quærit, & ſoluit. dic vt in ea. Glo.
ſuper ver. de gratia, opp. ꝙ monaſterium debe
53 ret † admitti de iure communi, ſine aliqua re-
ſtitutione ad producendum priuilegia apoſto-
54 lica ; quia in cauſa † appellationis non produ-
cta, non deducta, & non probata in cauſa prin
cipali, deduci, produci, & probari poſſunt. vt
in .c. cum ioannes. de fide inſtru. cum ſimil.
55 Vnde † cum de iure communi poſſet ſe tueri,
fruſtra ſpeciali iure petebat admitti. Glo. in ef-
56 fectu † diſtinguit, ꝙ in cauſa principali lapſo
termino, nõ admittitur de iure cõi ; Secus in cau
ſa appellationis ; ſed hic non fuit appellatũ à ſen
tentia diffinitiua. In fi. glo. dic, vult ergo
glo. ꝙ Papa hic, non cognouit de ſententia dif-
finitiua per viam appellationis ; Cuius contrariũ
expreſſè infertur ex vltimo not. ſupra collecto.
Vnde dicit .D. Anto. hic, ꝙ ſi volumus tene-
re, ꝙ hic fuerit appellatum à diffinitiua, ꝙ ter-
minus in prima inſtãtia fuerat ſpecificè ſtatutus
ad producenda inſtrumẽta, & erat lapſus. Qua-
ſi ſentiat, ꝙ ſi in cauſa principali ſtatutus eſt ter-
minus ad ꝓducenda inſtrumenta, & ſit lapſus,
ꝙ non poterũt produci in cauſa appellationis,
vt idem .D. Anto. dicit, & hoc traditur in.d.c.
cum ioannes. & .24.q.3.c. de illicita. Ego ar-
bitror ꝙ poſſit defenſari vterq; intellectus, &
glo. quòd hic non eſſet appellatum ; & doc. ex
eo, quod dicitur in vltimo not. Sed ſi tenere-
mus quòd eſſet appellatum, oportet dicere, ꝙ
infra ſtatutum terminum ad producendum in-
ſtrumenta in cauſa appellationis, monaſterium
non produxit ; adeò quòd iure communi mo-
naſterium erat excluſum à poteſtate producẽ-
di, ſecundum tradita in .d. c. cum dilectus. &
in .c. paſtoralis. de cauſa poſ. & proprie. & in.c.
auditis. ſupra de procura. Et ideò neceſſariũ
fuit recurrere ad remedium extraordinarium
reſtitutionis aduerſus omiſſam probationem.
57 In qua petenda, † non habet neceſſe probare
læſionem ; quia eo ipſo, quòd probationem
neceſſariam omiſit, dicitur læſus. vt in .c. 3. &
in .c. ſuſcitata. de reſti. in inte. Poſſet etiam
intelligi iſte tex. quòd monaſterium non ap-
pellauit ; & quia lapſa erant tempora ad ap-
pellandum, neceſſaria erat petitio reſtitutio-
nis in integrum. et hoc eſt clarum. Poteſt etiã
iudicio meo intelligi notabilius, & tertio, vi-
delicet, ꝙ licet adhuc ſupereſſet tẽpus ad ap-
pellandum, tamen monaſterium voluit potius
intẽtare viam reſtitutionis in integrum ; & de-
buit admitti, non obſtante, ꝙ cum poſſit vti
remedio ordinario appellationis, non debeat
admitti ad remedium extraordinarium reſtitu-
tionis, vt hic dicit glo. quia vt dicunt glo. &
doc. in .c. ex literis.§. de reſti. in inte. argu. pro-
58 cedit, quãdo per remedium † ordinarium quis
eſt tutus ipſo iure ; vt quando ſententia, vel con
tractus eſt nullus. Secus quando actus tenet,
& neceſſaria eſt appellatio, quia tũc omiſſo re-
medio appellationis poteſt intentari reſtitutio
59 in integrum. Vel ſecũdo põt reſponderi, † ꝙ
non tollitur petitio reſtitutionis per remedium
appellationis, quia pinguius ſubuenitur per re-
ſtitutionem, quàm per appellationem, quia
obtenta reſtitutione, non habet iſte nouam
inſtantiam inchoare, aut nouum iudicem
adire. Et circa hoc vide quod dixi in .d. c. ex
literis. de reſtitu. in integ. Sed contra præ-
dicta extra glo. oppo. videtur enim, ꝙ non fue
rit neceſſaria reſtitutio, ſed quòd ipſo iure de-
buerit monaſterium audiri ; quia ſi quis præ-
tendit ſe exemptum ex vna cauſa, vt faciebat
60 hic monaſterium † prætendens ſe exemptum
ex priuilegio Epiſcopi, poteſt ex alia cauſa di-
cere ſe exemptum ex nouo iudicio. vt in .l. cum
quæritur .ff. de excep. rei iudi. & in .c. fin. ſu-
pra de libel. obla. Sol. contraria loquuntur cũ
certam cauſam expreſſit, & illam ꝓſecutus fuit.
hic autem nullam cauſam expreſſit ; ſed ſimpli-
61 citer † dixit ſe exemptum. Vnde videtur to-
tum ius ſuum ex omni cauſa competẽs in iudi-
cium deduxiſſe. vt in .l. ſolemus .ff. de iudi. Et
ideò fuit neceſſaria reſtitutio ; quia de iure
communi non debuiſſet audiri per rationem
prædictam, ſecundum Inno. Hoſt. hic dicit, ꝙ
obiectio non procedit ; quia monaſterium hic
non agebat contra Epiſcopum ; ſed è contra,
Epiſcopus cõtra monaſterium. ꝙ patet ex tex.
in fi. dum Epiſcopo imponitur ſilentium. Sed
dicit .D. An. ꝙ tunc magis videtur firma op-
poſitio



poſitio ; nam ſi dicamus monaſterium fuiſſe
reum, & ſic quod exemptio fuerit oppoſita in
62 modum exceptionis, ſequitur quod † cum
iſta exceptio .ſ. exemptionis ſit perempto-
ria de iure communi per monaſterium non po
63 tuiſſet † opponi poſt ſententiam. vt in .l. pe-
remptorias .C. ſenten. re. non po. Sed poſſes
64 dicere, quòd † quando actio, & exceptio
competunt ad idem, quòd ſi quis in iudicium
per viam exceptionis ſolum deducit ius ſibi
competens ex vno capite, aut ex vno priuile-
gio, licet ſuccubuerit, poteſt nihilominus in-
tentare idem ius ex alio capite, ſeu priuile-
gio. iuxta not. per Inno. in .c. fin. de offi. or.
& ſequitur hic .D. Anto. Quod eſt not. di-
gnum. Sed opponitur, & tertio ꝙ non fuerit
neceſſaria reſtitutio ; quia per talem ſententiam
non præiudicabatur Papæ. per .c. cum tem-
65 pore. ſupra de arbi. Et quia † res inter alios
acta alijs non debet præiudicare. vt in .c. pen.
ſupra de re iudi. Cum ergo de iure commu-
ni Papa audiretur, & ipſo iure ſeruetur illæ-
ſus, non videbatur neceſſaria reſtitutio. So.
ſecundum .D. Anto. contrarium procedit,
quando Papa produxiſſet priuilegium, & pro-
ſequeretur ius ſuum. Sed hic Papa non proſe-
quebatur ; ſed procurator monaſterij pro mo-
naſterio. Glo. ſuper verb. ſubſcriptiones.
format contrarium, & ſoluit. In fin. glo. dic,
vel poteſt dici, & clarius, quòd vnum fuit
priuilegium exhibitum de conceſſione fa-
cta per epiſcopum ; ſed in eo dicebatur, quòd
canonici ſubſcripſerant ſe ſimpliciter ; & quòd
habebat aliquas raſuras. Sed tamen ipſum
inſtrumentum productum non habebat ali-
quam raſuram ; nec habebat ſubſcriptio-
nes variatas. & ex hoc videbatur ſuſpe-
ctum, ex eo, quòd ſi ſingulorum debebat ha-
66 bere ſubſcriptiones, ſubſcriptiones † debe-
bant eſſe variatæ, vt docet experientia. Vnde
cum ſcriptura videretur eadem, arguebatur,
quòd non erant diuerſæ ſubſcriptiones ; & per
conſequens erat ſuſpectum de falſo.

## Capitulum .XV. Accedentibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Priuilegia Eccleſiæ, præſcribuntur ſpatio quadraginta annorum.*

2 *Decimę præſcribuntur ſpatio quadraginta annorum, etiam contra eccleſiam.*

3 *Actor, contra quem eſt ius commune, debet concludere in libello per medium, per quod non obſtante iure communi, admittatur.*

4 *Hoſpitalia in præſcriptione gaudent priuilegio quadraginta annorum, ſicut eccleſiæ.*

5 *Præſcriptio de neceſſitate eſt probanda contra priuilegium eccleſiæ*

6 *Silentium ſuper aliqua re quando imponi mandatur, non dicitur narrari ſimpliciter factum, ſed ius etiam ſtatui.*

7 *Præſcriptio requirit tempus continuatum ſine lite intermedia.*

8 *Actor prius debet probare replicationem, quam reus exceptionem. Declara tamen vt ibi.*

9 *Præſcriptio ex parte eius, contra quem præſcribitur, habet quandam tacitam renuntiationem.*

10 *Priuilegium quanto tempore amittatur.*

11 *Priuilegijs conceſſis publico fauore, renuntiari non poteſt : ſecus conceſſis perſonæ, vel corpori particulari.*

12 *Priuilegium habens tempus determinatum, durat tempore determinato ; niſi amittatur culpa priuilegiati.*

13 *Priuilegium non habens tempus determinatum, quod tamen habet cauſam determinatam, ceſſat, ceſſante illa cauſa.*

14 *Priuilegium conceſſum circa iudicia ad agendum, durat tanto tempore, quanto durat actio.*

15 *Si verò ad excipiendum concedatur, an ſit perpetuum. Et quid in replicatione. nu. 17.*

16 *Reſciſſoria actio durat quadriennio, Et tamen exceptio contra ſententiam eſt perpetua.*

18 *Acceſſorium tollitur, ſublato principali.*

19 *Priuilegium conceſſum ad negotia quando eſt ad faciendum, an præſcribatur per decennium. Et ſi ſit conceſſum ad non faciendum quanto tempore præſcribatur. nu. 20. vbi multipliciter diſtinguit ; & præſertim, an fuerit conceſſum perſonæ priuatæ nu. 21. an verò eccleſiæ, nu. 23.*

22 *Priuilegiatus circa non ſubeundum munera, recipiens decurionatũ, an cenſeatur etiam renuntiaſſe priuilegio non ſubeundi alia munera.*

24 *C. cum acceſſiſſent de conſtitutio. limitatur. & nu. 41.*

25 *Priuilegium ſi eccleſiæ competat ex conſuetudine quòd non teneatur recipere Canonicos, niſi conſtitutos in ſacris, non propterea præiudicatur ipſi, quod aliqui non conſtituti in ſacris recipiantur.*

26 *Priuilegium datum reſpectu plurium perſonarum, vel plurium rerum, per contrauentionem in vna, non intelligitur ſublatum.*

27 *Correctio iurium eſt euitanda. Declara tamen vt ibi.*

28 *Præſcribi, quanto tempore poſſint bona eccleſiæ.*

29 *Authen. quas actiones : C. de ſacroſan. eccle. declaratur.*

30 *Præſcribi, quanto tempore poſſint ſtatuta, & conſuetudines fauorabiles eccleſiæ.*

31 *Dominia rerum eſſe diu in ſuſpenſo non debent.*

32 *Præſcriptionis tempus quomodo probetur continuum fuiſſe ; & communis quòd ſufficiat probare extrema. nu. 33.*

34 *Poſſidere hodie præſumitur, qui ſemel poſſedit. & nu. 37.*

35 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

36 *Qualitas ſemel poſita, ſemper præſumitur durare.*

38 *Præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione.*
39 *Illatio non fit ex ſeparatis.*
40 *Priuilegia tot ſunt, quot ſunt res.*

1 ACCEDENTIBVS. Contra pri-
uilegia eccleſiæ non præſcribitur
minori ſpatio quadraginta anno-
rum .h. d. & primo ponitur par-
tium comparitio, & actoris narratio. Secun-
do iuditium datio, ſeu cauſæ cõmiſſio. ibi, di-
2 ſcretioni veſtræ. Not. primo, quòd† decimæ
præſcribuntur ſpatio quadraginta annorum:
etiam contra eccleſiam. Nec requiritur tem-
pus duplicatum reſpectu rerum corporalium;
Sicut in ſimili dicimus de præſcribendi rebus
corporalibus, & incorporalibus, ſeu pręſcri-
benda ſeruitute continua, vel nõ continua, nã
in diſcontinua requiritur tempus duplicatũ. vt
in.l.ſi quis diuturno.ff.ſi ſeru.ven.& traditur in
.l.1.C. de ſeruit. & aq. Nã licet ius decimandi
habeat cauſam diſcõtinuam, nihilominus non
requiritur ad pręſcribendum illud ius, tempus
duplicatum, vt hic, & in .c.de quarta. ſupra de
præſcriptio. Secundo not. tex. optimè pro-
3 bantem, quòd † ille qui agit, contra quem ius
commune eſt, debet in libello ſuo concludere
per aliquod medium, per quod non obſtante
iure communi admittatur. Aliàs autem iu-
dex poſſet talem libellum ex proprio officio
reijcere. vt probatur hic. Nam cum decimæ
debeantur eccleſiæ parochiali, vt ſæpius dictũ
eſt; monachi, & Abbas agentes ad dictas de-
cimas concludebant, quòd diu quietè poſſi-
derant dictas decimas ante priuilegium con-
ceſſum ipſis templarijs. Hoc tamen hic non
erat neceſſarium, propter præſcriptionem ſe-
4 quentem. Tertio not. quòd † etiam hoſpita-
lia in præſcriptione gaudent priuilegio qua-
draginta annorum, ſicut & eccleſiæ. Vnde di-
cunt Docto. quòd priuilegia conceſſa eccle-
ſijs intelliguntur conceſſa hoſpitalibus, & alijs
ſimilibus pijs locis. Iſta enim videntur æqui-
parari. vt in .c. requiſiſti. ſupra de teſta. & hoc
firmat Ioan. Andr. in .c. 2. de reſti. in integ.
lib. 6. & Bart. in .l. omni :C. de ſacroſan. eccl.
Quarto not. ibi, quod ſi in probatione de-
5 fecerint, quòd † præſcriptio quadraginta an-
norum de neceſſitate probanda eſt contra pri-
uilegium eccleſiæ. Et per hunc tex. tollitur
opp. quòd hic recitetur factum; nam Papa
6 hic mandat iſtis actoribus † ſilentium imponi,
niſi probauerint præſcripſiſſe; ergo ſtatuitur
ius. non autem narratur ſimpliciter factum.
7 Quinto not. quòd † ad hoc vt procedat præ-
ſcriptio, requiritur quòd tempus neceſſarium
ſit continuatum ſine lite intermedia. Sexto
not. ibi, monachi ſufficienter oſtenderunt,
8 quòd † actor prius tenetur probare replica-
tionem, quàm reus exceptionem. Et hoc
procedit, quando exceptio eſt certa; aut con-
feſſata; vel eſt de iure communi. Ad idem ſu-
pra de deci. c. ex parte. tradit. Ioan. Andr. in
.c. à nobis. ſupra de excep. in ſexto membro.
9 Vltimo not. quòd quælibet † præſcriptio ex
parte eius contra quem præſcribitur, habet ta-
citam quandam admiſtam renuntiationem.
concordat .c. ſi de terra. ſupra eod. Glo. 1.
10 format vnum contrarium, quòd † nullo tem-
poris ſpatio eccleſia amittat priuilegium
ſuum. Deinde inculcat duo contraria; pri-
mum, quod amittatur priuilegium per vni-
cam contrauentionẽ. ſecundum quòd ſaltem
amittatur ſpatio triginta annorum. In ea glo.
ibi de generalibus ſtatutis. vel dic ſecundum
docto. ꝙ contrariũ loquitur in ſtatutis, quibus
11 renuntiari non poteſt; quia† conceſſa ſunt pu-
blico fauore, qualia ſunt de quibus traditur in
.c.ſi diligenti. ſupra de fo. comp.& in.c.con-
tingit. de ſenten. excommu. Hic verò lo-
quitur de particulari, & ſingulari priuilegio,
cõceſſo fauore perſonæ, vel corporis particu-
laris; cui renuntiari poteſt. In eadem glo. ibi,
cum acceſſiſſent. Licet docto. ibi, tractent de
hac materia, tamen articulus in quantum
pertinet ad materiam priuilegij, magis conue-
nit huic titulo. In hac tamen materia variæ
opiniones reperiuntur; ibi, glo. recitat quin-
que principales op. doct. verò ponunt alias.
Tu verò diſtingue ſecundum Ioan. Andr. &
.D. m. plurimis additis. Quòd aut loquimur
12 in priuilegio † quod habet tempus annexum,
& determinatum, & tunc durat tempore de-
terminato. vt traditur in .l. quoties .C. de prę-
ci. impe. offe. Sicut dicimus in priuilegio re-
ſtitutionis in integ. reſpectu etatis, quòd durat
vſq; ad .29. annos. Hoc tamen limitandum
eſt, niſi interea priuilegiatus faciat aliquid per
quod ante finitum tempus amittat priuile-
gium. vt in minore, in .l. 1.& .2. C. de ijs qui
ve. æta. impe. & in authen. ſacramẽta puberũ.
.C.ſi aduer. ven. Facit quod ſtatim dicam de
priuilegio ſimpliciter conceſſo. Quia idem
iuris eſt de parte, quò ad partem &c. vt in .l.
13 qui de tota .ff. de re. ven. Aut † priuilegium
non habet determinatum tempus, habet ta-
men determinatam cauſam tacitam, vel ex-
preſſam; & tunc limitatur à cauſa, vt ceſſante
cauſa, ceſſet priuilegium. Exemplum in .c.ſug-
geſtum. Supra de deci. & melius in .l. genera-
liter .C. de epiſ. & cle. canonizata. 16. q. 1. in
.c. generaliter. Item facit regu. generalis .c.
cum ceſſante. ſupra de appel. Aut ſumus extra
iſtos duos caſus, & ſubdiſtingue, quòd aut
priuilegium conceditur circa iuditia, aut cir-
ca negotia; primo caſu, aut conceditur ad
14 agendum, & durat tanto tempore, quan-
to durat actio; argu. l. ſi eum .§. qui iniuria-
rum.ff.ſi quis cau. & ratio deſcendit ex ijs quę
dixi. ſupra de priuilegio dato ad tempus.
15 Aut priuilegium † conceditur ad excipien-
dum, & eſt perpetuum: vt in .l. purè in fin.
.ff. de doli excep. niſi debens excipere de-
prehendatur in culpa in non excipiendo tem-
pore quo agitur; argu. l. pomponius .§.
penul.



penul. ff. de procura. Quod tamen ego ar-
bitror limitandum, quando ad excipiendum
competeret etiam actio; quia tunc videtur
durare tanto tempore, quanto tempore du-
rat actio. eò quòd poteſt imputari ei, qui
poteſt agere, & excipere; quare non egit.
Hoc tamen procedit, quando ius excipiendi,
& agendi, habent eandem cauſam; quia tunc
tanto tempore durat priuilegium in excipien-
do, quanto in agendo. vt in .l. Papinianus .§.
ſi filius .ff. de inoffi. teſta. Facit .c. ſi autem
ſupra de reſcrip. & ibi tradunt .D. Anto. & .D.
.m. & Cyn. in .l. fin. C. de tempo. in inte. re.
in fin. q. & Bal. in repe. l. data opera .C. de
ijs qui accu. non poſſunt. col. antepenul. Paul.
& Inno. & ibi dixi, in cle. 1. de reſti. in inte.
Secus ſi ius excipiendi non fundatur principa-
liter ſuper iure agendi; vt in actione de dolo,
quæ durat biennio, & exceptio eſt perpetua,
vt in .d. l. purè in fin. Et ad prædicta vide quæ
dixi in .c. 2. in fin. ſupra de.cri. fal. in quarto
membro principali quaſi in fin. In eo quòd
16 ibi dicitur, quòd † actio reſciſſoria durat qua-
driennio; & tamen exceptio contra ſenten-
17 tiam eſt perpetua. Item quod † dixi de priui-
legio exceptionis mixtæ cum actione, quòd
durat tanto tempore, quanto tempore du-
rat actio, habet etiam locum in priuilegio re-
plicationis; quæ durat tanto tempore, quan-
to tempore durat actio. vt tradunt glo. & doc.
in .l. licet .C. de excep. Et ratio eſt in prom-
18 tu, quia actio eſt eius principale; Vnde † ſub-
lato principali &c. vt in reg. vulgaribus.
19 Secundo caſu principali, quando † priuile-
gium conceditur ad negotia, non ad iudicia,
ſubdiſtingue; quòd aut priuilegium concedi-
tur ad aliquid faciendum, & perditur ſpatio
decem annorum, ſi priuilegiatus non vtitur
priuilegio. vt in .l. 1. C. de nundi. vbi eſt tex.
ſingul. ꝙ ſi princeps concedit priuilegium ali-
cui ciuitati, caſtro, vel villæ, quòd poſſit nun-
dinas celebrare, & priuilegiatus non vtitur illo
priuilegio per decennium, illud perdit. Hoc
tamen non procedit in Eccleſia; quia requiri-
20 tur maius tempus, vt infra dicam. Aut † pri-
uilegium conceditur ad non faciendum, &
dic, quòd ſi priuilegium habet admiſtum fa-
uorem concedentis, non poteſt priuilegiatus
renuntiare expreſſè, vel tacitè per lapſum tem-
poris; niſi quatenus priuilegium tangit, & re-
ſpicit eum particulariter, ſeu ſpecialiter. vt in
.c. cum tempore. ſupra de arbi. Sed ſi non re-
ſpicit concedentis fauorem, quia princeps ni-
hil ſibi reſeruauit, & tunc ſubdiſtingue; quòd
21 aut † fuit conceſſum perſonæ priuatæ, aut ec-
cleſiæ. Primo caſu perditur per vnicã contra-
uentionem; ſi modo directè obuiatur priuile-
gio, & iſte eſt caſus in .c. cum acceſſiſſet ſupra
de conſtit. Optimè facit .l. 2. C. de iu. do-
mi. impe. Arbitror tamen, quòd ſi iſte vni-
cus actus contrarius repugnans reſpiceret vni-
uerſaliter totum priuilegium, amittitur pri-
uilegium, non ſolum in illo actu; ſed etiam
in reliquis. vt eſt tex. ſingularis in .l. 1. & .2 .C.
de ijs qui ſpon. mu. ſub. lib. 10. vbi priuile-
22 giatus † circa non ſubeunda munera recipiens
decurionatum, videtur renunciaſſe priuilegio,
etiam aliorum munerum; quia decurionatus
reſpicit omnia munera. Secus ſi actus parti-
cularis contrarius reſpiceret priuilegium par-
ticulariter; quia tunc ſolum quò ad particu-
larem videtur renunciaſſe. vt eſt tex. in .d. l. 1.
vbi recipiens aliud munus, ſeu honorem quàm
decurionatus; non videtur alijs renunciaſſe.
quod not. & eſt bonus tex. in .l. voluntariæ.C.
de excuſa. tuto. Et quod dixi de generalita-
te, quòd videtur ſibi generaliter præiudicaſ-
ſe, non procedit vbi recipiens decurionatum,
vel faciens actum contrarium reſpiciens ge-
neraliter priuilegium, proteſtaretur, quòd
non intendit ſibi præiudicare, niſi quò ad il-
lum actum. Et ideò in .d. c. cum acceſſiſſent.
Canonici recipientes vnum vltra numerum,
cum proteſtatione, non præiudicaſſent ſibi
quò ad alios. vt dicit ſingulariter Barto. in .d.
23 .l. 1. C. de ijs qui ſpon. mune. ſub. Si † ve-
rò priuilegium fuit conceſſum eccleſiæ dic,
quòd non perditur; niſi legitimo tempore
præſcribatur. et iſte eſt caſus huius .c. & .c. ſi
de terra. ſupra eo. Et ratio eſt, quia perſonæ
ſingulares non poſſunt per contrauentionem
earum renuntiare priuilegio indulto eccleſiæ.
Et ideò expectatur legitima præſcriptio.
Et per hoc dicit .D. m. in .d. c. cum acceſ-
ſiſſent. quòd eſt differentia, an priuilegium
concedatur eccleſiæ, vel priuato; quia per
contrauentionem perditur ex tacita renuucia-
tione, vt hic in tex. noſtro in fi. Et ideò conſi-
derandum eſt, an, & quando, contrauentio in-
ducat validam renuntiationẽ; nam in priuato
qui poteſt priuilegio indulto renuntiare. vt in.
d. c. ſi de terra quælibet directa contrauentio
inducit renuntiationem validam. arg. c. cum re-
nunciatur .22. q. 1. & quod not. in cle. gratiæ.
de reſcrip. Sed in eccleſia talis actus nõ poteſt
validam renuntiationem inducere; quia ſicut
expreſſè non poſſunt Canonici renuntiare pri-
uilegijs eccleſiæ, ita nec tacitè, vt hic. Et ideò
in eccleſia expectaur tempus legitimum, vt
hic. Vnde idem dicendum eſſet, in quolibet
alio, etiam priuato, qui non poſſet expreſſè
renuntiare, vt requiratur legitimum tempus.
24 Et ex his infertur † ad limitationem .d. c. cum
acceſſiſſent. quòd ſi illud priuilegium reſpe-
xiſſet vtilitatem eccleſiæ, Canonici per vni-
cam contrauentionem non præiudicaſſent
eccleſiæ. Vnde potuiſſent allegare per talem
contrauentionem priuilegium non eſſe ſubla-
tum; vt voluit Inno. & bene. Et ex hoc in-
fero, quòd ſi ex conſuetudine priuilegium ali-
25 quod cõpeteret, puta, quòd † eccleſia non te-
neatur recipere Canonicos, niſi cõſtitutos in ſa
cris, ꝙ cum conſuetudo videatur reſpicere fa-
uorem eccleſiæ, licet Canonici recipiant aliquẽ

non conſtitutum in ſacris, non propterea præ
iudicant eccleſiæ; vt voluit hic Innocen. &
& Archid. 11. diſt. c. in his. Item aduerte,
26 quòd † ſi priuilegium datur reſpectu plurium
perſonarum, vel plurium rerum, per contra-
uentionem in vna, non intelligitur ſublatum in
alia; vt hic voluit glo. fin. & probatur in.l. vo-
luntariæ .C. de excuſa. tu. vbi de hac materia
latè traditur per Cyn. poſt Pe. & tenet .D. m.
in .d.c. cum acceſſiſſent. Quod tamen limitan
dum eſt, ſecundum ea quæ ſupra dixi per. l. 1.
&. 2. C. de ijs qui ſpon. mu. ſub. In ea glo. ibi,
.c. ſi de terra. non tenet; dic, licet quò ad ter-
minos contrarij .c. ſi de terra. varię ponantur
ſolutiones, & varij dētur intellectus, vt euite-
27 tur † correctio iurium, per .c. cum expediat.
de ele. lib. 6. tamen paruam habent vtilitatem
& falſæ ſunt, ſecundum Ioan. Andr. Vnde di-
cit ipſe, quòd propter falſas ſolutiones, non de-
bemus vitare iurium correctionem. Conclu-
ditur ergo, quòd contra priuilegia eccleſijs cō-
petentia, nō præſcribitur minori ſpatio .40. an.
28 Et ratio eſt, quia † hodie, etiam reſpectu alio-
rum bonorum eccleſiarum, non currit præſcri-
29 ptio minori ſpatio. vt in † authen. quas actio-
nes .C. de ſacroſan. eccl. Et ad .c. ſi de terra.
poteſt reſponderi, quòd loquitur eo tempore,
quo prę̨ſcribebatur contra eccleſiam ſpatio tri-
ginta annorum. vt in .c. 3. ſupra de præſcrip.
Sed quia illud ius fuit immutatum, ergo &
iſtud, ꝙ regulabatur ad inſtar illius. Et idem
30 etiam † hic dicit Inno. in ſtatutis, & conſuetu-
dinibus fauorabilibus eccleſijs, vt non tollantur
minori ſpatio quadraginta annorum. Nam
cum non poſſint iſti de eccleſia renuntiare ex-
preſſè tali iuri, & fauori; ergo per contra-
uentiones non habentes legitimum tempus
quadraginta annorum non præiudicabitur. ar.
.l. præſes .C. de tranſactio. & quod ibi not. &
tenet Archid. in .d.c. in his. 11. diſt. ſed per
præſcriptionem quadraginta annorum præiu-
dicabitur; quia negligentia, & patientia ſupē-
31 rioris hoc caſu hoc operatur; ne † dominia re-
rum diu ſint in incerto, & in confuſo. Quæ
ratio ceſſat in vnica, aut pluribus contrauen-
tionibus non habentibus temporis continua-
tionem legitimam. Et aduerte ad hoc de con
tinuatiōe poſſeſſionis, ſeu temporis, ne glo.
noſtra te decipiat; Nam licet in probanda
præſcriptione requirat hic glo. vt poſſeſſio
ſit continuata legitimo tempore quadragin-
ta annorum, vel ſimili, ſi maius, vel minus re-
quiritur; & velit quòd quolibet anno ſit con-
tinuata, tñ glo. alibi in .c. volumus. 16. q. 4.
32 tenet, † quòd ſufficiat probare extrema. ſ. prin-
cipium, & finem; quia media preſumuntur.
Cōm. op. 33 Et illam † glo. ſequuntur cōmuniter* omnes
docto. quod etiam ſequitur ſingulariter Bart.
in .l. celſus .ff. de vſuca. Vbi etiam plus dicit,
quòd ſufficit probare initium poſſeſſionis ad
34 probandum poſſeſſionem de præſenti; † quia
qui ſemel poſſedit, præſumitur hodie poſſide-
re, ex quo allegat poſſeſſionem ad commo-
dum proprium. quod ſequitur .D. m. hic;
quia cum requiratur, quòd quis animo amittat
35 poſſeſſionem, vel deſerat, & † facta non præ-
36 ſumātur, meritò ſemel poſita qualitas, † ſemper
præſumitur durare. vt in regu. ſemel malus.
de re iur. lib. 6. & in .c. ſi fortè. de ele. lib. 6.
37 Vnde olim † poſſidens, vel olim dominus,
p̄ſumitur hodie poſſidere, & hodie dominus.
Circa quod vide tex. in .c. olim .3. & glo. in
.c. cum ad ſedem. de re. ſpo. & glo. in .l. cum
te. & in .l. ſiue poſſidetis. & ibi per Cyn. C. de
proba. & per Cy. & Bal. in .l. non ignorabit.
.C. ad exhiben. cū ſimil. Et ad iſtum tex. po-
teſt reſponderi, quòd probatur continuata
poſſeſſio probando initium, & allegando
poſſeſſionem de præſenti. & ſic poſſumus in-
telligerę iſtam glo. ſecundum iura præallega-
ta. Glo. fin. format quæſtionem, & ſoluit.
In fin. glo. dic, pro hac glo. poteſt induci,
quia tantum intelligitur præſcriptum, quan-
38 tum reperitur poſſeſſum; quia † ſine poſſeſſio-
ne præſcriptio non procedit. vt in regu. ſine
poſſeſſione. de regu. iur. lib. 6. Ex quo infer-
tur, quòd ſi iſti templarij habuiſſent plures
poſſeſſiones, & ſoluiſſent huic monaſterio
decimas ſolum de vna poſſeſſione, non tene-
rētur ad ſolutionem decimarum pro alijs poſ-
39 ſeſſionibus. arg. prædictorum; quia † ex ſe-
paratis non fit illatio, vt dicam in .c. ſequen.
40 Et ratio eſt, quia † tot dicuntur priuilegia,
quot ſunt poſſeſſiones ex quibus non ſunt de-
cimę ſoluendæ. arg. l. ſcire debemus .ff. de ver.
obli. Et ideò licet quis præiudicet ſibi in vno,
non tamen videtur præiudicaſſe in alio. vt in .c.
41 præcedenti. Non † obſtat .d. c. cum acceſſiſ-
ſent; quia ibi eſt actus indiuiduus, vniuerſali-
ter reſpiciens priuilegium; Sicuti dixi ſupra
de decurionatu, per. l. 1. &. 2. C. de ijs qui ſpo.
mu. ſub.

## Cap. XVI. Cum Capella.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemptus, ſeu priuilegiatus ratione certæ rei, vel loci, non dicitur exemptus ratione alterius loci, vel rei.*
2 *Priuilegia non extēduntur de caſu ad caſum; ſed ſtrictè interpretanda ſunt, maximè quando præiudicant nimium iuri tertij.*
3 *Clerici adminiſtrantes in capellis dominorum, non ſubſunt ſub magiſtris illarū capellarum; ſed ſub Epiſcopis locorum.*
4 *Epiſcopus habet fundatam intentionem de iure communi in tota diœceſi.*
5 *Priuilegium, eo ipſo, ꝙ conceditur certis perſonis cum adiectione loci, non eſt tunc merè perſonale, nec reale, ſed perſonale ad locum determinatum, & reſtrictum: & ita mixtum. num. 8.*





6 *Exemptio facta in vno, non extendit effectus ſuos quò ad alia.*
7 *Incluſio vnius, eſt excluſio alterius.*
9 *Canonicus, an poſſit habere eccleſiam parochialē.*
10 *Beneficiorū pluralitas vbi tractetur ab authore.*
11 *Stipulatio refertur ad illud quod debetur ante tempus ſtipulationis, nō autem ad debitum futurum.*
12 *Priuilegium conceſſum monaſterio cum capellis ſuis, non extenditur ad capellas poſtea acquiſitas; ſecundum communem.*
13 *Teſtator ſi legat argentum ſuum, intelligitur de eo tantum, quod habebat tempore teſtamenti.*
14 *Priuilegia, quia ſunt odioſa, ſunt ſtrictè intelligenda.*
15 *In publicatione bonorum non veniunt bona futura.*
16 *Secus in obligatione pignoris.*
17 *Diſpoſitio ſimpliciter concepta, an extendatur ad futura: remiſſiuè.*
18 *Res vna diuerſo iure poteſt cenſeri, reſpectu diuerſarum qualitatum.*
19 *Subiectum idem adæquatum, non poteſt in naturalibus diuerſo iure cenſeri.*

CVM CAPELLA Subiectus dici-
tur ratione vnius beneficij, qui ra-
tione alterius eſt exēptus. h. d. Vel
1 ſic, & melius. Exemptus † ratio-
ne certæ rei, vel loci, non cenſetur exemptus
reſpectu alterius loci, ſeu rei. Diuiditur in duas.
In prima ponitur querela. In ſecūda prouiſio,
ibi, quocirca. Not. primo, ꝙ diuerſo reſpectu
quis pōt eſſe exemptus, & non exemptus; & ſic
diuerſo iure cenſetur. de quo dicemus infra
2 in glo. Secundo not. quòd priuilegia † non ex-
tenduntur de caſu ad caſum; ſed ſtrictè inter-
pretanda ſunt; maximè quando præiudicāt ni-
mium iuri tertij, vt hic. & infra dicetur in glo.
3 Tertio not. ꝙ clerici † adminiſtrātes in capellis
dominorū, non ſubſunt ſub magiſtris illarum
capellarum; ſed ſub Epiſcopis locorum. nam
& ipſi Domini ſubſunt in ſpiritualibus Epiſco-
pis locorum. vt in .c. omnes principes .ſ̄. de
ma. & obe. Fortius ergo ipſi clerici capellarū;
4 nam quò ad iſta, Ep̄s † fundatam habet inten-
tionem de iure communi in tota diœceſi. 16.
.q. 7. in .c. omnes baſilicæ. & in .c. cum ep̄s. de
offi. ordi. lib. 6. Quarto not. ꝙ eo ipſo, ꝙ con-
5 ceditur priuilegium † perſonis cum adiectio-
ne certi loci, vt Canonicis talis loci, priuilegiū
exemptionis non eſt merè perſonale; nec merè
reale; ſed eſt perſonale reſtrictum ad locum.
Et ideò ſi iſti Canonici quibus cōceſſum eſt pri
uilegiū exemptionis reſpectu capellę, delinquāt
in capella, non poſſunt excommunicari, vel in-
terdici ab Epiſcopo, aut ſuſpēdi. Sed bene poſ-
ſent alia pœna puniri; quia non ſunt ſimplici-
ter exempti; ſed quò ad quid; hoc eſt, vt non
poſſint excommunicari, vel interdici. Vnde
6 exemptio † facta in vno, non extendit effectus
7 ſuos, quò ad alia. Imò contrarium; quia † in-
cluſio vnius excluſio eſt alterius, de quo dixi in
.c. recepimus .ſ̄. eo. in. 8. arti. principali. Sed
8 ſi † iſti delinquerent extra capellam, poſſent
etiam excōicari, & interdici; vt dixi in .d. c.
recepimus. in .6. articu. principali. Secus ſi pri
uilegium eſſet merè perſonale; quia tunc non
9 poſſent, vt ibi dixi. Vltimo not. ar. quòd † quis
poteſt eſſe Canonicus in vna eccleſia, & habere
ēt parochialem eccleſiam; de quo dic, vt tradi-
tur in .c. gratia. de reſcrip. lib. 6. & in .c. 1. de
conſue. lib. 6. & in c. de multa. in fin. ſupra de
10 præben. Et de † materia pluralitatis beneficio-
rum, dic vt latè dixi in cle. gratiæ. de reſcrip.
Glo. in princi. eſt literalis, deinde format. q.
& tandem contra tex. oppo. & ſoluit. In ea
11 glo. ibi, cum ſtipulamur. vbi dicitur, quòd † ſi
ſtipulor quicquid te dare, vel facere oportet, in
hac ſtipulatione ſolum venit illud, quod debe-
tur ante tempus ſtipulationis; & ſic non exten
ditur ad futurū debitum. Sic ergo et in caſu no-
12 ſtro, † priuilegium conceſſum monaſterio cum
capellis ſuis, non extenditur ad capellas poſtea
quæſitas. Et hoc communiter* tenent doc. Com. op.
Pro quo facit. l. ſi ita. & quod ibi not. ff. de aur.
13 & argu. lega. vbi tex. dicit, quòd † ſi teſtator
legat omnem veſtem ſuam, vel argētum ſuum,
ſolum venit id quod erat ſuum tempore teſta-
14 menti. Item facit, quia hæc † priuilegia tan-
quam odioſa ſunt ſtrictè interpretanda; ex eo,
quia præiudicant nimium ordinarijs. Facit ꝙ
not. in .c. quanuis. de præben. lib. 6. & in .c.
15 cum dilecti. ſupra de dona. Et ideò in † publi-
catione bonorum non veniunt bona futura;
quia publicatio eſt grauis præiudicij. vt in .l. ſi
mandauero tibi. §. is cuius. ff. manda. Secus
ſi materia eſſet leuis præiudicij; vt in obliga-
16 tione † pignoris. Vnde obligans bona ſua,
intelligitur obligare & futura. vt in .l. fin. C.
quæ res pi. ob. po. Et in prædictis iuribus vi-
17 de quando diſpoſitio † ſimpliciter concepta
extendatur ad futura. & etiam vide per Bar. in
.l. talis ſcriptura .ff. de lega. 1. & tangitur. in .c.
quia circa. infra eod. In ea glo. ibi, huic decre-
18 tali, dic, quinimò, & eadem † perſona reſpe-
ctu diuerſarum qualitatum in ea concurren-
tium, poteſt diuerſo iure cenſeri. vt in .c. cum
olim. & quod ibi not. ſupra de re iudi. & in .c.
ex literis. ſupra de proba. & in .l. ſi conſul. ff.
de adoptio. & in .c. raynutius. & in .c. rainal-
dus. ſupra de teſta. Sed non reſpectu eiuſdem
ſubiecti, ſeu qualitatis; Nam & in naturali-
19 bus videmus, quòd † idem ſubiectum adęqua-
tum, nō poteſt diuerſo iure cenſeri. Sed in eo-
dem ſubiecto non adęquato poſſunt concurre-
re, etiam duæ qualitates repugnantes. Vnde
idem ſubiectum ferri, in vna parte erit ignitum,
& in alia frigidum.

## Capitulum. XVII. Ex Ore.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbas monaſterij exempti, pro mēbris non exem-*

*ptis ad Synodum epiſcopalem accedere, & Epiſcopo parere tenetur. & nu. 3.*
2 *Priuilegiorum verba diligenter ſunt inſpicienda.*
4 *Abbas, an generaliter teneatur ire ad Synodum epiſcopalem: remiſſiuè.*
5 *Synodalia ſtatuta ſeruare debet, qui tenetur ire ad Synodum.*
6 *Ab abſurdo licitum eſt arguere.*
7 *Abbas, an teneat primum locum poſt Epiſcopum.*
8 *Abbates, an veniant appellatione fratrum.*
9 *Epiſcopus recipiens aliquid à ſubiectis, etiam modicum, videtur recipere in ſignum ſubiectionis.*
10 *Priuilegia, etiam ab eadem parte producta, quæ videntur contraria, debent per diſtinctionem concordari.*
11 *Monaſterij exēpti membra, non gaudent priuilegio exemptionis conceſſo monaſterio.*
12 *Abbas, ſi delinquat in loco exempto, vel non exempto, coram quo debeat conueniri.*
13 *Clericus exemptus, vel non exemptus, an ratione domicilij poſſit conueniri; & qualiter.*
14 *Abbas non poteſt habere niſi vnum domicilium, videlicet, in monaſterio ſuo. Sed Clericus ſecularis poteſt habere diuerſa. nu. 15.*
16 *Ab Abbate exempto ſi appelletur ratione membrorum non exemptorum, ad quem debeat appellari.*

1 EX ORE. Abbas † monaſterij
exempti, pro membris nō exem-
ptis, tenetur ire ad ſynodum Epi-
ſcopalem; & Epiſcopo parere.
Vel ſic, per exemptionem conceſſam monaſte
rio, capellæ ſubiectę non cenſentur exemptæ
.h.d. Diuiditur; quia primo præmittit exor-
dium. ſecundo narrat factum, & partium allega
tiones. tertio diffinit. ſecunda ibi, cum igitur.
tertia ibi, nos. Nota ex principio optimum
exordium ſecūdum doc. pro exhortatione iu-
ſtitiæ. Cicero tamen tali exordio nunquam
fuiſſet vſus. Et expone hæc verba, gladius bis
acutus, id eſt, ex vtraq; parte ſcindens, ad mo-
dum enſis. Vel ex vtroq; latere pungens; quā-
doq; lædens actorem, & quandoq; reum. & ſic
quandoq; ad dexteram, quandoq; ad ſiniſtram
prout cauſa deſiderat, vel in totum, vel pro par
te. ꝓut hic fecit Papa qui pro vtraq; parte pro-
nūtiauit in parte. & habentur hæc verba Apo-
calipſis .c. 1. & .c. 19. Secundo not. ex ver.
2 porrò, ꝙ † diligenter ſunt inſpicienda, & pon-
deranda verba priuilegiorum, non ſolum reſpe
ctu eorum, quæ in ipſis verbis formaliter con-
tinētur; ſed etiam reſpectu eorū, quæ ſub ver-
bis ex mente clauduntur. Ad idem .c. qm̄ .§.
eod. & .c. recepimus. & .c. porrò .§. eod.
3 Tertio not. ꝙ Abbas † non exemptus tenetur
ire ad ſynodum epiſcopalem. Et idem dicen-
dum eſt, ſi ipſe ſit exemptus ratione capellarū,
ſeu eccleſiarum ſibi ſubiectarum non exem-
4 ptarum. Et generaliter an Abbas † teneatur
ire ad ſynodum epiſcopalem, vide in .c. quod
ſuper his. ſupra de ma. & obe. & .18. diſt. in .c.
Epiſcopus. quod eſt palea. Quarto not. opti-
5 mum modum arguendi, tenetur ire † ad ſyno-
dum, ergo & ſynodalia ſtatuta ſeruare. Ad
6 idem .d.c. ꝙ ſuper his. Quinto not. ꝙ † valet
argumentum ab euitatione abſurdi; fugiendus
eſt enim intellectus abſurditatem continens. vt
in .l. nam abſurdum .ff. de oper. lib. & in .c. in
geneſi. ſupra de elec. Aduerte tamen, quia hic
non videtur abſurditas hęc concludi de neceſſi-
tate, quòd teneat Abbas primum locum poſt
Epiſcopum Vigorienſem; nam & in concilio
prouinciali, & in concilio generali poſſet con-
tingere, quòd iſte Vigorienſis Epiſcopus vlti-
mo loco ſederet inter Epiſcopos. Vnde non
ſequeretur abſurdum, quòd Abbas poſtea ſe-
dendo, præcederet Epiſcopos. Et ideò ne-
ceſſarium eſt intelligere, ꝙ Papa ſciebat iſtum
Epiſcopum in vtroq; concilio non tenere vlti-
mum locum; cuius aſſertioni ſtandum eſt.
7 Sexto not. quòd † Abbas tenet primum locum
poſt Epiſcopum, vt patet in hoc .c. nam ratio-
ne dignitatis, & religionis plurimū ſibi defe-
rendum eſt. Facit .c. 1. ſupra de æta. & quali.
Poſſet tamen iſte tex. allegari in contrarium;
nam videtur probare, quòd hoc fuerit conceſ-
ſum in priuilegium; ergo in contrarium debet
eſſe ius commune. Sed poteſt reſponderi, ꝙ
fuit conceſſum in priuilegium reſpectu aliorū
Abbatū ibidem exiſtentium. Septimo not. in
eo, ꝙ tex. dicit de fratribus primo, deinde de
8 Abbatibus, ꝙ † appellatiōe fratrum continen-
tur etiam Abbates, ſecundum Hoſti. Ad idem
.c. fin. ſupra de ſimo. Octauo not. quòd Epi-
9 ſcopus † recipiens aliquid à ſubiectis, quantū-
cunq; modicum ſit, videtur recipere illud in
ſignum ſubiectionis. & illo modo probatur
10 ſubiectio. Nono not. quòd † priuilegia, etiam
ab eadem parte producta, quæ prima fronte
videntur contraria, debent per diuiſionem re-
duci ad concordiam. Vnde ſi vnum priuile-
gium dicit eccleſiam liberam, aliud priuilegiū
oſtendit aliquid deberi Epiſcopo, intelligi-
tur libera reſpectu capitis; & ſubiecta reſpe-
ctu membrorum. Et ſic limita .c. imputari.
ſupra de fi. inſtru. & ꝙ ibi traditur. Vltimo
11 not. quòd † membra monaſterij exempti non
gaudent priuilegio exemptionis conceſſo mo-
naſterio; tale enim priuilegium odioſum eſt;
ideò reſtringendum, non extendendum. vt di-
xi in .c. præceden. In glo. 2. in fin. dic de hoc
vt traditur in .c. 2. ſupra de tempo. ordi. In
glo. ſuper verbo aliqua, in fin. dic de hoc vt ple
nè traditur in .c. penul. ſupra de confir. vti.
In glo. ſuper verbo præſcriptio, ibi, exempta,
ſupple, quia non probauit Abbas præſcriptio-
nem reſpectu eorum quæ non continebantur
in priuilegijs, in quibus iure præſcriptionis vo
lebat vti exemptione. Nec etiam Epiſcopus
probauit præſcriptionem contra priuilegia, re-
ſpectu exemptionis contentę in priuilegijs. Et
ideò dicit tex. quòd à neutra parte fuit proba-
ta præſcriptio. In glo. pen. in fin. dic de hoc
vt di-



vt dictum fuit .§. c. prox. Extra glo. quæritur,
ad quid ꝓdeſt iſtud priuilegium reſpectu mo-
naſterij, ex quo reſpectu membrorū Abbas nō
eſt exemptus, ſed ſubiectus. Sol. dic vt dixi in
12 .c. præced. an Abbas delinquat in † loco exem-
pto, vel nō exēpto; vt reſpectu nō exemptorum
teneatur coram Epiſcopo reſpondere; ſed re-
ſpectu exemptorū ſecus. de quo articulo etiam
dixi in .c. recepimus .§. eod. & dic vt ibi. Et tan
13 gunt hic docto. an † ratione domicilij poſſit cle-
ricus exemptus, vel non exemptus conueniri,
14 & qualiter; & quòd † Abbas non poteſt habere
niſi vnum domicilium; videlicet in domicilio
15 ſuo; ſed clericus ſæcularis poteſt habere diuer-
ſa, ſicut & laicus. de quo in .c. poſtulaſti .§. de
fo. compe. & ibi vide, quia non eſt materia no-
16 ſtra. Quæritur tamen hic, quid † ſi contingat
appellari ab Abbate exēpto ratione membro-
rum non exemptorum, ad quem debeat appel-
Cōm. op. lari; Et licet ſint opin. tamen communis* con-
cluſio eſt, quòd appellari debeat ad Epiſcopū;
quia reſpectu talium membrorum, non cenſe-
tur exemptus. Secus ſi pronuntiaret vt exem-
ptus ratione loci exempti, vel perſonarum exē-
ptarum; quia tunc appellandum eſſet ad Papā,
qui eſt ſibi loco Epiſcopi. vt in .c. authoritate.
eod. lib. 6. Cætera autem quæ hic traduntur
reſpectu materiæ exemptionis, tractaui in .c.
recepimus. ſupra eod.

## Cap. XVIII. Ex Parte.

*SVMMARIVM.*

1 *Exemptus non cenſetur receptus ſub protectione Papæ.*

1 EX PARTE. Receptus † ſub pro-
tectione Papæ, per hoc non cen-
ſetur exemptus. h.d. Et expedi-
ta fuit eius materia in .c. recepi-
pimus. in. 1. & in. 3. artic. princip. ſupra eod. Et
quod dicitur ibi de loco recepto ſub prote-
ctione; hic dicitur de perſona ſingulari recepta
ſub protectione, quòd per hoc non intelligitur
exempta. & ſic non videtur iſte tex. ſuperfluus.

## Capitulum. XIX. Paſtoralis.

*SVMMARIVM.*

1 *Religioſi, quibus à Papa conceſſum eſt, vt eccleſias eis ſubiectas poſſint in proprios vſus conuertere, non poſſunt abſque Diœceſano illarum poſſeſſionem apprehendere. & nu. 10.*
2 *Eccleſiæ conceſſio in proprietatem, non præiudicat rectori; ſed ſortitur effectum poſt mortē, ſeu renuntiationem ipſius.*
3 *Eccleſia regulariter conceditur in titulum; ſed quandoq; etiam in proprietatem.*
4 *Dominium licet regulariter transferatur in eccleſiam ſine traditione, Limitatur tamen, vt nu. 5. & 6.*
7 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio aduerſus priuilegiatum.*
8 *Beneficij conceſſi in proprietatem, poſſeſſionem tradere ſpectat ad Epiſcopum. Sed conceſſi in titulum, ſpectat ad Archidiaconum. ibidem.*
9 *Priuilegium intelligitur abſque præiudicio tertij.*
11 *Celebrandi licentiam vbique habens à Papa, an poſſit celebrare abſque licentia Diœceſani.*
12 *Proprietas, & poſſeſſio nihil habent commune.*
13 *Epiſcopus, vtrum poſſit concedere eccleſiam religioſis, vt illam poſſint conuertere in proprios vſus. Et quid operetur iſta conceſſio. nu. 14. Et ibi circa effectum ipſius adducitur communis.*
15 *Eccleſiæ conceſſio in proprios vſus, non eximit illam à iuriſdictione Epiſcopi. Et ſi concedatur pleno iure, quid intelligatur conceſſum. num. 16.*
17 *Donatio, quò ad donatorem latiſſimè interpretatur.*
18 *In alienatione rei eccleſiaſticæ ſitæ in vna diœceſi, & donatæ Abbati alterius eccleſiæ, et alterius diœceſis, vter Epiſcopus habeat præſtare authoritatem dictæ alienationi ad eius validitatem.*

1 PASTORALIS. Religioſi, † qui-
bus à Papa conceſſum eſt, vt eccle
ſias eis ſubiectas poſſint in pro-
prios vſus cōuertere; nō authori-
tate ꝓpria, ſed à Diœceſano loci illarū eccleſia-
rum poſſeſſionē recipiēt, niſi in priuilegio aliud
exprimatur. h.d. Communis diuiſio. ſecunda
ibi, ad quod. Not. primo, quòd religioſi non
poſſunt propria authoritate eccleſias ſibi ſubie
ctas in proprios vſus conuertere. Vnde non de-
bent redditus capere, & in eorum vtilitatem
conuertere. Sed poſſunt in illis eccleſijs recto-
res inſtituere. Et eſt hoc regulare in omnibus
prælatis habentibus eccleſias ſibi ſubiectas. vt
in .c. 3. ſupra de exceſ. præla. Et idem dicendū
eſt in prioratibus manualibus, & reuerentiali-
bus. vt eſt tex. hodie in cle. vni. de ſupple. neg.
præla. & probatur hic; quia ex indulgentia Pa-
pæ fuit hoc impetratum, vt poſſint in proprios
vſus conuertere. Secundo not. ibi, decedenti-
2 bus perſonis, quòd † conceſſio eccleſiæ in pro-
prietatem, non præiudicat rectori ibi tunc exi-
ſtenti. Sed demum poſt mortem, aut renun-
tiationem talis rectoris conceſſio ſortitur effe-
ctum. Concordat clem. ſi vna. de re. eccle. non
alien. & .c. conſultationibus. ſupra de dona. talis
enim conceſſio intelligitur ſine præiudicio iu-
3 ris tertij, vt hic. Tertio not. quòd † licet regu-
lariter eccleſia concedatur in titulum, vt ſupra
de conceſſ. præben. per totum. Et quando de
titulo eſt quæſtio, habeat locum cle. 2. de iudi.
tamen quandoq; conceditur in proprietatem,
vt hic; & tunc nō habet locum illa cle. vt ibi di-
4 citur. Quarto not. quòd † licet regulariter ex
ſolo titulo donationis, vel venditionis, ſine alia
traditione dominium trāsferatur in eccleſiam,
vt in .l. fi. C. de ſacroſan. ecc. & not. in .c. 2. ſupra
de

5 de conſue. Poſſeſsio tñ† quæ plurimum facti ha
bet, non transfertur, niſi corporaliter apprehen
datur, vt hic. Concordat. c. ſuper eo. s̃. de offi.
delega. & not. in. d. c. 2. in princ. Facit in ſimili
tex. in. l. cum hæredes. in princ. de acqui. poſſ.
Aduerte tamen, quia quod dixi de translatione
6 dominij, † non videtur habere locum, quando
donatio, vel venditio fit ab eccleſia eccleſiæ;
7 quia † priuilegiatus non vtitur priuilegio ad-
uerſus priuilegiatum. Et ideò videtur habe-
re locum in priuato donante, vel vendente. de
quo dic, vt per. D. m. in. c. 2. s̃. de ijs quæ fi. à
præla. dixi in clem. 1. de renun. in not. Quinto
8 not. quòd † tradere poſſeſſionem eccleſiæ con-
ceſſæ in proprietatem, ſpectat ad Epiſcopum.
Secus in tradenda poſſeſſione eccleſiæ conceſſę
in titulum; quia talis inſtallatio, ſeu inueſtitura
pertinet ad Archidiaconum. vt in. c. ad hoc. &
in. c. vt noſtrũ. s̃. de off. Archid. Vltimo not.
9 quòd regulariter † à quolibet priuilegio intelli-
gitur exceptum, ne tertio præiudicetur. Ad
idem iura allegata hic in glo. 1. & l. 2. §. meritò.
& §. ſi quid à principe. ff. ne quid in lo. pub.
10 Oppo. contra tex. & videtur, quòd † quis poſſit
vti priuilegio conceſſo à ſede apoſtolica; & ꝙ
non habeat neceſſe expectare licentiam Diœce
ſani. vt in. c. in ijs. j̃. eod. vbi ille cui conceditur
11 vt poſſit vbilibet celebrare, poterit † vbilibet ce
lebrare ſine licentia Diœceſani. Sol. ſecundum
docto. Hoſt. & Io. And. hic, per hunc actum, ſi
fieret ſine licẽtia Diœceſani, pręiudicaretur rei
publicæ, & publicæ vtilitati, quantum ad hoſpi
talitatẽ, eleemoſinam, & epiſcopalia iura per-
ſoluenda. vt in. c. 2. s̃. de ſupp. neg. præla. vnde
cum poſſet eſſe priuilegium ſubreptitium, &
ſit p̃iudicatiuum, vt dictum eſt, ideò per Diœ-
ceſanum diligenter diſcutiendum eſt. Facit. c.
ſuper literis. s̃. de reſcrip. & quod not. in. c. 1. s̃.
ne ſe. vac. Contrarium verò loquitur de actu
non præiudiciali Epiſcopo; aut publicæ vtilitą-
ti. Datur etiam alia ſolutio, quòd hoc priuile-
gium poteſt aliquid operari, licet requiratur pe
titio licentię in petenda traditione poſſeſſionis.
In contrario verò, ſi expectaretur licentia Diœ
ceſani, nihil operaretur; quia etiam ſine priuile-
gio, cum licentia Diœceſani poteſt quis in alie-
na diœceſi celebrare. Vel tertio, ſecundum
Vinc. hic fuit expreſſum, quòd non præiudica-
ret Epiſcopo; & ſic, quòd ſine licentia non poſ-
ſet intrare poſſeſſionem. ibi ſecus. Sed plus pla
cẽt præcedentes ſolutiones. Glo. 1. & 2. ſunt
literales. Glo. 3. opponit de. c. cum veniſſent.
& ſoluit, ꝙ ibi nolebat acquirere poſſeſſionẽ,
ſed retinere quam habebat. Vltima glo. etiàm
12 eſt literalis. In ea glo. ita hic; dic, nam † cum ꝓ-
prietas, & poſſeſſio nihil habeant commune, vt
in. l. naturaliter. §. nihil commune. de acq. poſſ.
ideò per conceſſionem proprietatis, non intelli
gitur conceſſa poſſeſſio. Extra glo. docto. hic
formant plures not. quæſt. Primo igitur quæ-
13 ro, vtrum † Epiſcopus poſſit concedere eccleſiã
religioſis, vt poſſint conuertere in proprios
vſus. Sol. dic ꝙ ſic; dummodo interueniat cõ-
ſenſus Capituli. Et fiat cum cauſa, & ſolemni-
tatibus requiſitis in alienationibus. vt probatur
in cle. ſi vna. de re. eccle. non alien. & in. c. paſto-
ralis. s̃. de dona. & c. ſicut vnire. s̃. de exceſ. præ
14 lat. Secundo quæro, quid † operetur huiuſmo-
di conceſſio, per quam conceditur eccleſia in
proprios vſus. Sol. concluſio eſt, ſecundum
Innoc. & docto. communiter, * ꝙ videtur con- Cõm. op.
ceſſum regimen ipſius eccleſiæ in temporali-
bus, & ſpiritualibus. Vnde ſi eccleſia erat col-
legiata, remanet collegiata, & in ſtatu ſuo. Si
verò ibi inſtituebatur rector, tunc per iſtos reli
gioſos præſentabitur vicarius perpetuus Epi-
ſcopo, & Epiſcopus illum inſtituet; maximè ſi
eccleſia illa habet populum. vt traditur in. c. ex-
tirpandæ. §. qui verò. s̃. de præben. & in. c. 2. s̃.
de ſupple. neg. præl. & per glo. in verbo ad men
ſam. in cle. 1. de exceſ. præl. conſeruabitur ergo
eccleſia quo ad p̃dicta, & ſimilia in primo ſtatu.
Sed ex cauſa, cum authoritate Epiſcopi poſſent
mutari in vſum Deo magis acceptum; nam ſi
prius habebat populum, & plures canonicos,
& populus ſit diminutus, poterit minui nume-
rus canonicorum, & reliqui redditus poterunt
conuerti in proprios vſus. Imò & ſi cauſa ſug-
gerat, poterit ibi ſolus vicarius inſtitui, aſſigna-
ta ſibi neceſſaria, & congrua portione reddi-
tuum; reliqui verò poterunt conuerti in ꝓprios
vſus religioſorum, & ſimilium. vt in. c. de mona
chis. & in. c. auaritiæ. s̃. de præben. & in clem. 1.
ſupra de iure patro. Sed vbi eccleſia eſſet an-
nexa pleno iure menſæ ipſorum, tunc non te-
nerentur ponere *ibi vicarium* perpetuum; ſed
ſufficeret ponere rectorem temporalem, quem
poſſent ad libitum remouere. vt tradit glo. in
d. clem. 1. de exceſ. præla. Et ſic patet ex prædi
15 ctis, & ex tex. in fi. quòd † per hanc conceſſio-
nem factam in proprios vſus, non eximitur ec-
cleſia à iuriſdictione Epiſcopi. Tertio quæri-
16 tur, pone † quòd conceditur eccleſia religioſis
pleno iure, quid intelligatur per hoc cõceſſum.
Sol. dicit Inno. quòd intelligitur conceſſum re-
gimen in ſp̃ualibus, & temporalibus. 16. q. 2. c.
viſis. vnde habebunt ibi iura quaſi Epiſcopalia.
vt. j̃. eod. c. quoniam. Sed non poſſunt conuer
tere fructus in vſus proprios; ſicut Epiſcopus,
qui licet habeat eccleſiam ſubiectam pleno iu-
re, non tamen capit fructus pro vtilitate pro-
pria; niſi fortè ex cauſa, & ad tempus, & cum ſo
lemnitate, de qua in. c. 1. circa fi. s̃. vt eccle. ben.
Quod tamen dixi, quòd non videtur conceſſa
poteſtas conuertendi fructus in proprios *vſus*,
eſt verum, niſi fortè ille qui conceſſiſſet, habuiſ-
ſet poteſtatem conuertendi tales fructus in ꝓ-
prios vſus; quia videtur tranſtuliſſe hanc pote-
ſtatem. arg. l. traditio. ff. de acqui. re. do. & quia
17 quò † ad donatorem fit largiſſima interp̃tatio.
vt in. c. cum dilecti. ſupra de dona. & in. l. ſi quan
do. C. de bo. vacan. lib. 10. Vltimo poſt doct.
18 quæro de quæſt. not. & quotidiana, pone, † ꝙ
eccleſia donata, ſit in vna diœceſi, eccleſia verò
cui fit donatio, ſeu vnio, eſt in alia diœceſi, &
imminet neceſſitas alienandi prædia eccleſiæ
donatæ,



donatæ, quæritur cuius Epiſcopi conſenſus, &
authoritas in hac alienatione requiratur. Et li-
cet iſta non ſit materia noſtra, tamen quia doc.
omnes hic tractant, ideò præter cõſuetudinem
noſtram, ego etiam eam hic expedio. Dic er-
go, quòd variæ ſunt opin. Prima opin. eſt In-
no. qui dicit, quòd requiritur conſenſus Epiſco
pi eccleſiæ donatæ; quia eccleſia eſt ſibi ſubie-
cta. Secus dicit, vbi eccleſia habet prædium in
alia diœceſi; nam tunc requiretur authoritas
Diœceſani, vbi ſita eſt eccleſia; & non vbi ſitum
eſt prædium. arg. 12. q. 2. in. c. ſine exceptione.
cum ſimi. Secunda opi. fuit, quam ſentit glo.
17. q. 4. c. in venditionibus. vt interueniat au-
thoritas Epiſcopi, vbi ſitum eſt prædium. arg. l.
ſi prædium. C. de prædi. mino. vbi ſi alienatur
prædium pupilli exiſtens in alia iuriſdictione,
requiritur authoritas præſidis, vbi p̃dium ſitũ
eſt. Et ad idem quod traditur per glo. 10. q. 2.
in. c. caſellas. Tertia opin. fuit quæ in ſimili col
ligitur ex dictis Iaco. de Are. & Cyn. in. d. l. ſi
p̃dium. vt ſufficiat authoritas cuiuſcunque Epi-
ſcopi, per illam. l. ſi p̃dium. coniuncta. l. magis
puto. §. illud. ff. de reb. eo. Quarta opin. eſt, vt
ad cautelam interueniat authoritas vtriuſque.
arg. l. iuris peritos. de excu. tuto. §. cum oriun-
dus. Facit ſimile de appellatione interponen-
da, quando eſſet dubietas, ad quem iudicem eſ-
ſet appellandum. vt in. c. 3. ſupra de appella. &
hoc eſt magis tutum. Alia opin. fuit Io. Andr.
vt de neceſſitate interueniat conſenſus vtriuſq;
& non ſolum ſit ad cautelam; quia intereſt Epi-
ſcopi loci, vbi eccleſia ſita eſt, ne depauperetur;
& ſic diminuantur iura epiſcopalia. Item in-
tereſt Epiſcopi, vbi prædium ſitum eſt, cum ha-
beat p̃dium ſubiectum; & ratione ipſius poſſet
coram eo fieri conuentio. D. Ant. hic tenet, ꝙ
ſufficiat authoritas Epiſcopi, vbi eccleſia ſita
eſt; quicquid dicatur in alienatione rei mino-
ris. & ſic videtur tenere opin. Innoc. D. m. di-
cit, quòd ſufficit authoritas Epiſcopi, vbi eccle
ſia eſt ſita, licet alibi ſit p̃dium ſitum; quia ad
Epiſcopum ſpectat cura eccleſiæ cum dote ſua.
10. q. 1. c. nouerint. & 6. q. 5. c. 1. in fin. Facit
quod not. in. c. 2. ſupra de relig. do. Ad euitan
das tamen opin. cautum eſt, vt vtriuſque Epi-
ſcopi authoritas interueniat. Et vide quod
dixi in. c. ſicut vnire. ſupra de exceſ. præla. in. 6.
artic. princip. in. 11. concluſione.

## Capitulum. XX. Petiſtis.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdictum, licet non ſeruetur ab eo, propter cu-
ius delictum eſt poſitum, tamen debet ſeruari
ab alijs. Si verò non ſeruetur ab eo, in cuius
fauorem eſt latum, non debet ab alijs ſeruari.
& eſt communis.*
2 *Pro, dictio, ſignificat aliquid inductum in fauo-
rem aliquorum; ſed dictio, propter, ſignificat
inductum ob culpam.*
3 *Ciuitas tota, an poſſit ſubijci interdicto ob deli-
ctum particularium.*
4 *Delictum vnius non præbet alteri licentiam de-
linquendi.*
*Peccati pudorem tollit multitudo peccantium.
ibidem.*
5 *Interdictum, an violetur per inobſeruationem
vnius perſonæ tantum; an requiratur quòd
maior pars ipſum inobſeruet.*
6 *Excommunicatus vbi eſt aliquis ad commodum
aliquorum, ſi ipſi communicent cum excom-
municato, an liceat alijs cum illo communica-
re. & communis quòd non. nu. 7.*
8 *Ab excommunicatione ad interdictum, an liceat
arguere. & nu. 11.*
9 *Extenſio fit in exorbitantibus, quando vnica eſt
ratio, licet lex loquatur taxatiuè.*
10 *Animæ fauore fit lata interpretatio.*

PEtistis. Quandiu templarij,
& hoſpitalarij non ſeruant inter-
dictum in loco interdicto ꝓ eis
prolatum, alij ſeruare non tenen
tur. h. d. Vel ſic, ſecundum verum intellectum
amplectendo vtrunque reſponſum, vt diuersa.
1 Si illi, † propter quorum delictum prolatum eſt
interdictum, illud non ſeruant, nihilominus alij
ſeruare tenentur. Secus ſi fauore aliquorum
prolatum ſit interdictum; nam ipſis non ſer-
uantibus, alij minimè ſeruare tenentur. Et ſic
intelligunt communiter * doct. literam noſtrã, Cõm. op.
quæ ad inuicem contrariari videtur; cum pri-
mo dicat, quòd exceſſus templariorum non ſer
uantium interdictum, non præbet licentiam
alijs non ſeruandi; vt in verſ. ad ꝙ. Sed in ver.
ſed ſi præfati, dicit cõtrarium. Sed ver. ad qd',
intelligitur, quando interdictum fuit latum ꝓ-
pter delictum templariorum. ver. ſed ſi præfati,
loquitur, quando fuit latum pro vtilitate, & fa-
uore ipſorum. Et quod dicit tex. priuilegio-
rum ſuorum fines exceſſerint, intellige, quòd
iſti templarij habebant priuilegium celebrandi
tempore interdicti ſub certa forma, quam exce
debant, interpretando interdictum prolatum
in eorum fauorem. Et ſic ex prædictis colligi-
2 tur differentia inter † propter, & pro; nam pro-
pter eos fertur interdictum, quando propter
eorum culpam, vel delictũ. pro eis verò fertur,
quando in eorum fauorem. Cõmunis diuiſio.
3 ſecunda ibi, ad quod. Not. primo ex tex. † ꝙ
propter delictum particularium perſonarum
poteſt tota ciuitas ſubijci interdicto. Ad idẽ
. c. non eſt. ſupra de ſponſa. Et ſic innocens pa-
titur pœnam pro delicto nocentis. Sed hoc
fit, quando de facili ſingulares illæ perſonæ nõ
poſſunt corrigi; nã interdicitur tota ciuitas, ad
hoc, vt tanquam potens inducat illos ad emen-
4 dam, & correptionem. Vltimo no. quòd † de-
lictum vnius non præbet alteri licentiã delin-
quendi; quia non minus ardebunt, qui cum
multis ardebunt. 2. q. 1. c. multi. Dicit tamen
Senec. in lib. de beneficio. quòd pudorem pec-
cati tollit multitudo peccantium, deſinitq; eſſe
ſub prohibitione maledictum. Sed intelligo il-
lud dictum, data conſuetudine ſuper delictis
iuris

iuris poſitiui, quæ poſſunt fieri non delicta ex
conſuetudine. Sed quæro pro intellectu lite-
ræ, quando iſti templarij dicantur violare inter-
dictum; an ſufficiat vna perſona. Sol. dic quòd
5 non; ſed † requiritur ꝙ maiores, ſeu maior pars
eorum violet. arg. c. fin. de procura. de quo dic,
reſpectu delicti, quando dicatur à collegio cō-
miſſum. vt in. c. dilectus. 2. s̃. de ſimo. Vltimo
6 quæro, pone ꝙ † excommunicatio fuit lata cō-
tra aliquos in fauorem iſtorum templariorum,
ipſi non ſeruant excommunicationem; puta,
communicando ipſis excommunicatis, an alij
teneantur obſeruare; tex. iſte videtur tenere ꝙ
non tenentur. D. Ant. hic, & docto. communi-
Com. op. 7 ter* tenent contrarium; † quia iſtud eſt ius ſin-
gulare, & loquitur in ſententia interdicti, ergo
8 non † eſt extendēdum ad excommunicationē.
arg. l. ius ſingulare. ff. de legi. Mihi non placet
hæc opi. quia hic vnica rō exprimitur, per quā
9 † etiam in exorbitantibus fit extenſio. vt not. in
cle. 2. de elect. & in cle. diſpendioſam. de iudi. &
per glo. in. c. ſi poſtquā. de elect. lib. 6. per Paul.
in cle. eos. de ſepul. & in cle. eos. de cōſan. & affi.
Quinimò voluit Cy. in. l. 2. C. de pat. qui fil. di-
ſtrax. qd[r] hoc habeat locum, etiā ſi lex loquatur
taxatiuè. & Bar. in. l. ſi cōſtante. ff. ſol. mat. tra
ditur in. l. illud. C. de ſacroſan. ecc. Facit etiam
qd[r] not. in reg. in argm̄. de reg. iur. lib. 6. & eſt
optimus tex. in. l. milites agrum. ff. de re. mil.
Facit etiam. l. his ſolis. C. de reuo. donat. Item
10 quia hoc tendit in fauorē animarum, ergo † latè
interpretandum. vt traditur in. c. iuuenis. de
ſponſ. dixi in. c. ad audientiam. s̃. de homici. &
11 maximè, quia † in multis procedunt à pari ſen-
tentia interdicti, & excommunicationis.

## Capitulum. XXI. Quoniam.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium conceſſum monaſterio, vt eius monachi excommunicari non poſſint, intelligitur de monachis exiſtentibus in monaſterio, vel in eccleſijs vtroque iure ſibi ſubiectis.*
2 *Eccleſia quando dicatur ſubiecta pleno iure prælato. & nu. 5. An ſit idem concedere pleno iure; & vtroque iure.*
3 *Clericus ſæcularis poteſt eſſe beneficiatus in monaſterio regularium, non tamen facit vnum corpus cum ipſis.*
4 *Priuilegium conceſſum perſonis reſpectu certi loci, non ſequitur illas extra locum.*
6 *Prælatus inferior Epiſcopo, non poteſt acquirere ea, quæ ſunt iuris Epiſcopalis. Secus iuriſdictionalia competentia Epiſcopis.*
7 *Exempta eccleſia, an per ſolutionem cenſus vnius anni factam Epiſcopo, dicatur ipſi ſubiecta.*
8 *Et quid ſi hæc ſolutio fiat alteri eccleſiæ.*

1 QVONIAM. Priuilegium † conceſ-
ſum monaſterio, vt eius monachi
excommunicari non poſſint, in-
telligitur de monachis exiſtenti-
bus in monaſterio, vel in eccleſijs vtroque iure
2 ſibi ſubiectis. h. d. Not. primo, quod † eccleſia
non dicitur ſubiecta prelato pleno iure, vbi Ep̄s
percipit ius epiſcopale; illa ergo eccleſia dicitur
pleno iure ſubiecta, à qua Ep̄s non percipit iu-
ra epiſcopalia. Vnde prælatus ille inferior, cui
ſubiecta eſt, videtur habere quaſi ius eccleſiæ.
Et ſic not. modum probandi, & articulandi, vt
concludatur, quòd eccleſia ſit, vel non, pleno iu
re ſubiecta. Secundo not. ibi, monachis, aut
3 clericis; quod etiā † in monaſterio regularium
poteſt eſſe beneficiatus clericus ſæcularis. non
tamen dicitur ipſe facere vnum corpus cum
monachis. Vnde inter monachos non habet
ſtallum, nec vocem in capitulo monachorum.
Sed redditibus ſuis debet eſſe contentus. Vlti
4 mo not. ꝙ † priuilegium cōceſſum perſonis re-
ſpectu certi loci, non ſequitur illas extra locū.
Ad idem. c. cum capella. s̃. eod. & c. 1. §. in eos.
eod. tit. lib. 6. In glo. 1. in fi. not. ex glo. quòd
5 iſta † æquipollent, concedere eccleſiam pleno
iure, ſeu vtroque iure. Et idem not. D. m. in
c. 3. s̃. de reſtit. in integ. nam vtroque caſu intel
ligitur eſſe ſubiecta, quò ad temporalia, & quò
ad ſpiritualia, videlicet, vt prælatus, cui prædi-
ctis modis conceditur, habeat in poteſtatē exer
cendi ſpiritualia, vt inſtituere, & deſtituere; &
etiam temporalia. Vnde poterit exigere rōnē
de temporalibus, ſicut patronus eccleſiaſticus.
vt dixi in. c. cum & plantare. s̃. eod. tradit In-
no. in. c. cum ad ſedem. s̃. de reſtit. ſpol. Non
tamen poterit fructus in proprios vſus conuer-
tere, niſi prout dixi in. c. paſtoralis. s̃. eod. In-
no. verò hic, intelligit, quòd eccleſia videtur
conceſſa vtroque iure, aut pleno iure, quando
conceditur quò ad legem Diœceſanam, & quò
ad legē iuriſdictionis, de quibus in. c. dilectus.
s̃. de off. ord. & in. c. 1. s̃. de ſtat. regu. & quæli-
bet expoſitio eſt bona. Eſt ergo concluſio, ꝙ
pleno iure intelligitur ſubiecta, quando habet
iura quaſi epiſcopalia. Intellige tamen, prout
6 iuriſdictionis † ſunt; quia quæ ſunt ordinis, non
poteſt acquirere. vt in. c. auditis. s̃. de præſcrip.
vide quæ dixi ſupra eod. in. c. recepimus. in. 3.
7 artic. princip. Sed quæro, nunquid † eccleſia
exempta propter ſolutionem alicuius annui ſa-
ctā Epiſcopo, dicatur ſubiecta Epiſcopo. Sol.
dicunt quidam, quòd aut id quod ſoluit, perti-
net ad ius epiſcopale, & præſumitur ſubiecta.
Secus ſi id quod ſoluit, eſt extraneum à iure
epiſcopali. Hoſt. verò tenet, ꝙ ſemper debet
præſumi pro Epiſcopo, ratione iuris epiſcopa-
lis. Secus ergo videtur in alio. Et ex hoc ſen-
tit, ꝙ ſi vna eccleſia ſoluit alteri eccleſiæ aliquid
annuatim, propter hoc non præſumitur illi ſu-
biecta. Facit quod not. in. c. omnis anima. &
in. c. peruenit. s̃. de cenſ. Licet contrarium te-
nuerit Bal. in. l. ſolet. in fi. ff. de off. proconſul. &
male, ſecundum. D. m. Ego dicerem, ꝙ aut ec-
cleſia eſt plenè exempta; & tunc licet ſoluat ali-
quid Epiſcopo extraneum à lege Diœceſana,
vel iuriſdictionis, per hoc non maculatur priui-
legium exemptionis. Sed ſi aliquid ſolueret,
quòd



quòd pertineret ad legem Diœceſanam, vel iu
riſdictionis, data continuatione temporis ne-
ceſſaria, tolleretur, & macularetur exemptio,
ſecundum not. in. c. accedentibus. s̃. eod. Sed
dubium tunc eſſe poſſet, vtrum quò ad omnia
intelligeretur exemptio ſublata, ſaltem ex præ-
ſumptione; circa quod vide quæ dixi in. c. re-
8 cepimus. in fi. ſupra eod. Sed † ſi ab vna eccle-
ſia ſolueretur alteri eccleſiæ inferiori, quodcun
que illud eſſet, non propterea intelligeretur illi
ſubiecta; ſed tantum iuris acquireret altera ec-
cleſia ratione ſolutionis, quantum poſſideret,
ſeu quaſi poſſideret. vt in. d. c. auditis. In Epi-
ſcopo tamen non ſic eſt; quia habet fundatam
intentionem de iure communi. 16. q. 7. in. c.
omnes baſilicæ.

## Cap. XXII. Quia Circa.

*SVMMARIVM.*

1 *Decimæ, ſi remittantur indefinitæ, cenſentur remiſſæ præteritæ, & futuræ.*
2 *Epiſcopus poteſt remittere eccleſię inferiori ius ſoluendi decimas Epiſcopales.*
3 *Indefinita diſpoſitio æquipollet vniuerſali.*
4 *Priuilegium latiſſimè interpretatur contra concedentem.*
5 *Res vna, & eadem, an poſſit diuerſo iure cenſeri. vſque ad finem.*
6 *L. eum qui. de vſucap. declaratur. vſque ad finem.*
7 *Vnitati formæ reſpondet vnitas ſubſtantiæ.*
8 *Verbum vnum, & idem diuerſificatur, ac contrario modo accipitur reſpectu diuerſorum adiunctorum.*
9 *Determinatio vna & eadem, an debeat vniformiter determinare duo determinabilia.*
10 *L. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. declaratur.*
11 *Moriatur verbum accipitur directè, & obliquè.*
12 *Experiri verbū capitur pro agere, & defendere.*

1 QVIA CIRCA. Epiſcopus † re-
mittens alicui eccleſiæ decimas
epiſcopales, videtur remittere nō
ſolum præteritas; ſed etiam futu-
ras. Et eſt caſus notab. Diuiditur in duas par
tes. In prima ponitur conſultatio. In ſecun-
da reſponſio, cum triplici ratione. ſecunda ibi,
ſuper quo. & prima ratio ponitur ibi, cum ni-
hil. ſecunda ibi, ac in beneficijs. tertia ibi, nec
2 debeat. Not. primo, quòd † Epiſcopus poteſt
remittere eccleſiæ inferiori ius ſoluendæ deci-
mæ epiſcopalis. Debet tamen hoc agere ſm
canonicas ſanctiones, hoc eſt, cum conſenſu
Capituli, & alijs ſolemnitatibus requiſitis in
alienatione rei eccleſiaſticæ. de quibus. 12. q. 2.
c. ſine exceptione. & in. c. 1. de re. ecc. non alie.
lib. 6. & in iuribus allegatis hic in glo. 2. Et tūc
talis remiſſio præiudicat etiā ſucceſſori, vt hic.
3 Secundo not. quòd † diſpoſitio indefinita æqui
pollet vniuerſali. de quo vide quod plene tra-
ditur per glo. & docto. in. c. vt circa. de electio.
4 lib. 6. Tertio not. quòd priuilegiū conceſſum,
latiſſimè interpretatur contra concedentem.
Vnde tranſire videtur in naturam beneficij. Ad
idem. l. ſi quādo. 1. C. de bo. vac. lib. 10. & infra
5 latius dicam. Vltimo not. quòd † vna, & eadē
res non debet diuerſo iure cenſeri. Concor-
dat. c. cum in tua. ſupra de deci. 12. q. 2. c. 2. &
6 c. cognouimus. ff. de vſuca. l. † eum qui ædes.
Facit de except. rei iudi. in. l. iudicatæ. & ff. de
lib. cau. l. duobus. & ff. de ſtatu lib. l. ſi duobus.
7 Ad † vnitatem enim formæ reſpondet vnitas
ſubſtantiæ. vt in. l. cum quæſtio. C. de lega. Qd[r]
intellige, vt dixi in. c. cum capella. ſupra eod.
reſpectu eiuſdem ſubiecti adæquati, ſeu indiui-
dui non reſpicientis diuerſa, ſed vnitatem ha-
bentis. Secus ſi eadem res, vel perſona, licet
in ſe indiuidua, repræſentaret diuerſas qualita-
tes, aut reſpiceret. nam tunc poteſt etiam eadē,
& indiuidua res diuerſo iure cenſeri. tex. eſt, &
ibi not. Bal. in. l. his quibus. C. de fideico. liber.
vbi poteſt quis quò ad quid, dici libertus; vide-
licet quò ad obſequia reuerentialia, & quò ad
paſſiuam ſucceſſionem; & quò ad quid poteſt
dici ingenuus; quia non poteſt vt libertus reuo
cari in ſeruitutem. Et idem probatur in. c. cum
capella. & in. c. præced. ſupra eod. vbi idem mo
naſterium diuerſo iure cenſetur reſpectu diuer-
ſorum ſubiectorum. Et vide etiam tex. ad præ
dicta in. l. hinc quæritur. §. 1. ff. de pecu. Et re-
8 ſpectu † etiam diuerſorum adiūctorum, vnum,
& idem verbum diuerſificatur, & cōtrario mo-
do accipitur. vt not. glo. fin. in. c. ſi papa. de pri-
uileg. lib. 6. & ff. de contrahen. empt. in. l. quod
ſæpe. §. veneni. Facit etiam. l. qui venenum.
9 ff. de verbo. ſign. Item licet regulariter † vna,
& eadem determinatio vniformiter debeat de-
terminare duo determinabilia, vt in. l. quamuis.
& in. l. hæreditatem. C. de impub. & ali. ſubſtit.
10 & not. † in. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pup. &
in. l. fin. in fi. de lega. 2. tamen quandoq; ea de-
terminatio, reſpectu diuerſorum difformiter,
& diuersè determinat. vt traditur in. d. l. iam
hoc iure. & in. c. ſi pater. de teſtamen. lib. 6. vbi
11 verbum † moriatur, accipitur directè, & obli-
què. Et ad idem quod not. in. l. precibus. C.
de impub. & in. c. raynutius. & in. c. rainaldus.
ſupra de teſta. & vide glo. ſuper verbo relaxetis.
in. c. ſanctæ crucis. ſupra de reſcrip. & glo. in
12 verbo † experiri. in. l. ſæpe. ff. de re iudi. vbi ex-
periri ponitur pro agere, & defendere. & idem
not. in. c. cum dilectus. ſupra de conſuet. & tra-
dit Io. An. in. c. quoniam abbas. s̃. de off. dele.

## De Purgatione Canonica. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio canonica quid ſit. Et auctor ponit plures definitiones, eaſque declarat vſq; ad nu. 4. & ibi affert ſuam definitionem.*
2 *Infamatus ad honores promoueri non poteſt.*
3 *Famam ſuam qui negligit, ſui ipſius crudelis dicitur.*

5 Pur-

5 *Purgationis ſpecies quot ſint.*
6 *Purgatio quot modis ſumatur.*
7 *Purgatio canonica, quando, & propter quas cauſas ſit indicenda; remiſſiuè.*
8 *Purgatio canonica, in quibus cauſis poſſit indici; remiſſiuè.*
9 *Ad purgationem canonicam, vtrum iudex neceſſitetur; & ibi quid de parte; remiſſiuè.*
10 *Purgatio canonica, quibus ſit indicenda, & quis ualet ſe purgare; remiſſiuè.*
11 *Purgatorum numerus, quotus debeat eſſe; remiſſiuè.*
12 *Purgatores, quales eſſe debeant; remiſſiuè.*
13 *Purgatio canonica, coram quo iudice fieri debeat; Et per quem iudicem ſit indicenda; Et per quem ſint eligendi compurgatores, remiſſiuè.*
14 *Purgatio canonica in quo loco fieri debeat. Et coram quibus; remiſſiuè.*
15 *Purgatio canonica, qualiter fieri debeat; remiſſ.*
16 *Sententia lata in purgatione, qualis ſit, an interlocutoria, vel definitiua; remiſſiuè.*
17 *Appellari an poſſit à ſententia purgationis; remiſſiuè.*
18 *Purgationis canonicæ, & ipſius iudicij effectus, quis ſit; remiſſiuè.*
19 *Purgare ſe nolentis, & deficientis in purgatione, quæ ſit pœna; remiſſiuè.*
20 *Purgationis canonicæ indicendę poteſtas, an tollatur p̃ſcriptione, aut alijs modis; remiſſiuè.*

QVONIAM in ſuperioribus titulis tractatum eſt de prælatorum, & clericorũ exceſſibus, & delictis puniendis. Et quia plerunque prælati, & clerici excedunt circa priuilegia eis indulta. Et etiam quandoq; per illa ſe defendunt, de quibus dictum fuit ſupra titu. proxi. Et quandoq; infamia notati deficiente accuſatione, & probatione, ne fidelium populus in eis ſcandalum patiatur ad purgationem canonicam deueniendum eſt, ideò ſubijcitur hæc rubrica. Pro cuius materiæ expeditione plena, & ordinata examinabimus infraſcriptos ar-
1 ticulos. Et primo, quid ſit canonica † purgatio. Circa quod dic, ſecundum Dama. & Gof. quòd eſt purgatio de obiecto crimine, & innocentiæ oſtenſio. Sed non placet, rationes patebunt ex infra dicendis. Vnde dic, ſecundum Hoſt. in ſum. quòd eſt nocentis infamiæ eccleſiaſticæ innocentiæ canonicè facta detectio.
2 Et ideò dicit nocentis, quia infamatus † ad honores promoueri non poteſt. de quo latè dixi in c. omnipotens. de accuſa. & ideò ſui ipſius
3 crudelis † dicitur, qui famam ſuam negligit. vide authoritates notabiles, quas poſui in. c. fin. ſupra de accuſa. Facit tex. in. c. 2. j̃. eod. Deinde ponitur verbum infamiæ; quia nedum de crimine infamati inducitur purgatio, ſicut innuit Dama. & Goffr. ſed etiam propter alium defectum, vt dicam in quarto principali articulo. in. c. moniales. j̃. eod. Deinde dicitur canonicè facta detectio per ea quę dicam in decimo principali artic. in. c. inter. j̃. eod. Hæc tamen diffinitio non ex toto eſt bona, quia non conuertitur cum ſuo diffinito; quia etiam quandoq; non infamato, etiam inducitur purgatio propter vehementem ſuſpitionem, aut ſcandalum; vt patebit ex ijs quæ dicam in tertio principali artic. in. c. 1. j̃. eod. Poſſet etiam & aliter reprehendi, ſed non inſiſto; quia patebit ex infra dicendis. Vnde idem Hoſt. vltimo loco ita diffinit, quòd eſt alicuius bonæ opinionis ob malam famam ſigillatæ, ſeu ꝓpulſatæ ad ſatiſfaciendum credentibus, & ſuſpitionem tollendam, canonicè facta declaratio. Quæ diffinitio, etiam mihi non placet, per rationes quæ colligi poſſunt ex ijs quæ dicam in ſequenti mea diffinitione. Vnde ego ſic diffinio, ſeu
4 deſcribo, quòd eſt † actus legitimus alicui infamia, vel vehementi, graui, aut veriſimili ſuſpitione notato de aliquo defectu, vel delicto nõ probato, aut notorio, aut quòd probari poſſit deficiente accuſatore; aut propter ſcandalum veriſimile futurum ad ſatisfaciendum credentibus, & tollendum infamiam, ſuſpitionem, ſeu ſcandalum ſub debita forma contentioſi fori inductus. Et not. quòd illa verba, actus legitimus, ponuntur vt genus. Reliqua verò verba ponuntur vt differentiæ, ſecundum ea quæ ſimiliter dixi de diffinitione. ſupra de accuſa. in rubrica. Et verba illa, alicui infamia &c. ponuntur vt dicam in tertio principali articulo. in. c. 1. j̃. eod. Deinde ſubijcitur de delicto, vel defectu, per ea quæ dicam in quarto principali articulo. in. c. 3. j̃. eod. Deinde ſubijcitur non probato, aut notorio, aut quòd probari poſſit, per ea quæ dicam in. d. c. 1. & ad differentiam accuſationis, vel inquiſitionis, quæ fiunt de delicto notorio, vel quod probari poteſt. Deinde ideò ſubijcitur deficiente accuſatore, per ea quæ dicam in. d. c. 1. ver. 2. princip. Deinde ſubijcitur propter ſcandalum &c. per ea quæ dicã in. d. c. 1. ver. quarto principaliter. Reliqua autem verba ad ſatisfaciendum credentibus &c. ponuntur ad denotandum ipſius purgationis effectum. de quo latius in. 14. principali articulo. in. c. accedens. j̃. eod. Vltima autem verba ſub debita forma contentioſi fori &c. ponuntur ad denotandum purgationis modum, per ea quæ latius dicam in vndecimo principali articulo. in. c. inter. j̃. eod. & ad differentiam ſatisfactionis, & purgationis quæ fit ad forum pœnitentiale. de quo infra in tit. de pœniten. & remiſſ. Secundo loco principali
5 examinandum eſt, quot † ſunt purgationis ſpecies, ad quod dicendum eſt, ſecundum Hoſt. in ſum. eod. tit. quòd ſunt duæ; vna canonica, de qua in præſenti titulo. alia vulgaris, de qua in ſequenti titulo. Ego verò dico, quòd ſunt tres. vna fori pœnitentialis, de qua in tit. de pœnit. & remiſſ. alia canonica eſt. & alia vulgaris. Et hoc quantum pertinet ad canonicas. non





6 enim loquimur de † purgationibus phyſicis fiendis. ille enim medicis, & infirmis ſunt dimittendæ. Omitto etiam purgationes fiendas de cloacis, & riuis. de quibus in. l. 1. in princip. ff. de riuis. in. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff. de noui ope. nun. Item omitto purgationem, quæ fit per abolitionem, & ſenat. conſul. turpil. de qua. ff. de ſenat. conſul. turpil. per totum. & . C. de abolitio. Tertius articulus eſt,
7 quando, & propter † quas cauſas ſit indicenda canonica purgatio. de quo in. c. 1. infra eod.
8 Quartus, in † quibus cauſis poſſit indici. de quo
9 in. c. 3. infra eod. Quintus, vtrum † iudex ad eam neceſſitetur. Et quid de parte, de quo di-
10 cam in. d. c. 3. Sexto, quibus † ſit indicenda. Et quis valet ſe purgare, de quo dicam infra in . c. 4. Septimus, quotus debeat eſſe purgato-
11 rum † numerus. de quo in. c. quoties. j̃. eod.
12 Octauus, † quæ in purgatoribus qualitas exigatur. de quo in. c. cum. P. infra eod. Nonus,
13 coram † quo iudice fieri debeat. Et per quem iudicem ſit indicenda. Et per quem ſint eligendi compurgatores. de quo dicam in. c. ex tua-
14 rum. infra eod. Decimus, in quo loco † fieri debeat. Et coram quibus, de quo dicam in . c. inter. infra eod. Vndecimus, qualiter in
15 ea † procedatur. & qualiter fieri debeat. de quo dicam in. d. c. inter. j̃. eod. Duodecimus, qua-
16 lis ſit ſententia † lata in purgatione, an interlocutoria, vel diffinitiua. de quo in. d. c. inter.
17 Decimus tertius, vtrum † à ſententia purgationis poſſit appellari. de quo in. c. nos inter. infra
18 eod. Decimus quartus, quis ſit † purgationis cauſa, & ipſius iudicij effectus. de quo in. c. ac-
19 cedens. j̃. eod. Decimus quintus, quæ † ſit pœna deficientis in purgatione, vel volentis ſe purgare. de quo in. c. fina. j̃. eod. Decimus ſextus
20 & vltimus, vtrum † poteſtas indicendæ purgationis canonicæ tollatur præſcriptione, aut alijs modis, & quibus. de quo in. d. c. fina. infra eod.

## Capitulum. I. Nobilis Homo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Purgat ſe per iuramentum ingenuus, ſiue fide dignus, infamatus: aliàs non.*
2 *Peccans enormiter non cenſetur fide dignus, ſiue ingenuus. & nu. 10. quòd amittit etiam nobilitatem.*
3 *Ingenuus quiſque non eſt nobilis, etiam ſi fidelis ſit, & virtuosè viuat. Quod tamen intellige vt nu. ſeq.*
4 *Nobilitas quò ad nos, eſt qualitas, quædam collata à Principe, per quam nobiles diſtinguuntur à plebeis.*
*Nobilitas ſumma apud Deum eſt, clarum eſſe virtutibus. ibidem.*
5 *Doctores, non ſolum nobiles, ſed etiam nobiliſſimi appellantur.*
*Doctores legentes per viginti annos in ſtudijs approbatis efficiuntur comites legitimi. ibidem.*
6 *Criminales cauſæ olim tractabantur in ſynodo tàm epiſcopali, quàm prouinciali; dic tamen vt ibi, remiſſiuè.*
7 *Purgatio canonica requirit vt crimen probari nõ poſſit. & nu. 23.*
8 *In purgatore eadem qualitas videtur requiri, quæ exigitur in purgando.*
9 *Nobilis aliter punitur, quàm ignobilis.*
11 *Credulitatis commodo, quæ delicta priuent aliquem in facto proprio, vt nec ſibi præſtetur iuramentum ad propriam vtilitatem.*
12 *Iuramentum regulariter exigitur à purgando: remiſſiuè.*
13 *Vel, dictio, exponitur quandoq; pro, ideſt, aut pro, &.*
14 *Iuramenti præſtatione repellitur quilibet infamatus; Quod tamen intellige, vt ibi, & num. ſeq.*
15 *Infamis infamia facti dicitur vilis; Et præſumptio eſt quòd deieraret.*
16 *Nobilitas tollitur per monachatum.*
*Religionem, eo ipſo quòd quis intrat, debet cum alijs æqualiter viuere. ibidem.*
*Fratres omnes religioſi ſine perſonarum delectu æqualiter tractandi ſunt. ibidem.*
17 *Religio dicta eſt à religando, quia vnit nos, & quaſi ligat cum Deo.*
18 *Nobiles qui intrauerunt religionem, non comprehenduntur in priuilegijs, & ſtatutis loquentibus de dignitate.*
19 *Ingratitudinis vitium, an tollatur per ingreſſum religionis.*
20 *Irregularitas, an tollatur per religionis ingreſſũ. remiſſiuè.*
21 *Purgare quomodo ſe debeat ſeruus, ſeu libertinus.*
22 *Purgatio quando, & ob quas cauſas ſit indicenda.*
23 *Purgatio vt indicatur, requiritur, quòd delictum non poſſit probari; in quo ponuntur multæ illationes, vſque ad nu. 25.*
24 *Suſpicio violenta ſufficit ad ſententiam condemnatoriam.*
25 *Purgatio vt indicatur, requiritur, quòd deficiat accuſator. Et quid ſi ſola accuſatio ſit formata, licet non probata, num. 26. num. 40. & num. 60.*
27 *Purgatio canonica non habet locum in cauſa ciuili.*
28 *Purgatio vt indicatur alicui, requiritur, quòd ſit infamatus, vel vehementer ſuſpectus.*
29 *Infamia quæ, & qualis debeat eſſe ad hoc, vt poſſit indici purgatio.*
30 *Teſtis eſſe non poteſt inimicus.*
31 *Infamiæ ortus difficilè poteſt probari.*
32 *Fama volat, tranſitq; modum quocunque vagatur.*
33 *Purgatio, an poſſit indici alicui conſentiẽti, quando infamia non eſt ſufficiens.*
34 *Purgatio quando non poteſt indici ex infamia minus legitimè orta, tamen poteſt inquiri ſuper infamia.*
35 *Purgatio, an ſit indicenda, quando infamia ortum*

*habuit ab vno ſolo, & deuenit ad probos, & graues viros.*

36 *Purgatio an ſit indicenda infamato per viam exceptionis.*

37 *Teſti infamato per exceptionem, vt repellatur à teſtimonio, an debeat indici purgatio.*

38 *Probationes contra teſtes ad eos repellendos, non faciunt plenam fidem contra ipſos in alio iudicio, ſed tantum præſumptionem.*

39 *Teſtium dicta debent reduci ad concordiam; ne reatu periurij de facto notentur.*

40 *Crimen inceptum non infamat.*

41 *Purgatio, an indici poſſit ex infamia generali. & vſque ad nu. 44.*

42 *Circunſtantiæ quæ ſunt in occulto, non ſunt neceſſariò exprimendæ.*

43 *Genus valet tantum, quò ad genus, quantum ſpecies valet, quò ad ſpeciem.*

44 *Purgatio an ſit indicenda, quando aliquis eſt infamatus de aliquo crimine, & ipſe pro ſe allegat, & probat præſumptionem oppoſitam illi infamiæ.*

45 *Ad purgationem excludendam, an admittatur qui vult contra infamiam probare bonam famam.*

46 *Purgare an poſſit ſe infamatus, quando iudex vult inquirere de infamia ipſius.*

47 *Purgatione intendit quis probare negatiuam; per inquiſitionem intendit iudex probare affirmatiuam.*

48 *Purgationem an poſſit alicui indicere prælatus de crimine, quod ipſe ſciat, & tamen probari non poſſit.*

49 *Beneficium iuris nemini eſt denegandum.*

50 *Sacerdos tenetur recipere ad Euchariſtiam, quem ſcit in mortali peccato conſtitutum. & num. 55.*

51 *Epiſcopus quando vtitur iure ſuo, non eſt ei imputandum, ſi inde mali aliquid eueniat.*

52 *Iuramentum accipiens alicuius, quod ſcit eſſe falſum, vincit homicidam.*

53 *Iurantem falsò non prohibens, cum poſſit prohibere, peccat.*

54 *Sacramentum nullum maius eſt, quàm corpus Chriſti.*

56 *Purgatio an ſit indicenda propter ſuſpitionem. & vſque ad nu. 59.*

*Et quod ſola ſuſpitio Epiſcopi non ſufficiat, ſecundum communem. nu. 58.*

57 *Purgatio Regibus ob ipſorum honorem, & ad euitandum ſcandalū, potius eſt indicenda, quàm fienda inquiſitio.*

59 *In ſuſpitione, debet iudex animaduertere ad quantitatem, & ad effectum & ortum ipſius, & perſonæ qualitatem; etiam in crimine hæreſis.*

60 *Purgatio an ſit indicenda propter infamiam, vel ſuſpitionem ex accuſatione formata contra aliquem, in qua accuſator deſtitit, & non probauit.*

61 *Purgatio an ſit indicenda, ſi accuſator probat ſuam accuſationem per teſtes inhabiles.*

62 *Inquiſitio quando formata fuit contra aliquem, & non eſt probatum crimen, an debeat ſimpliciter abſolui, vel ſit ei indicenda purgatio.*

63 *Purgatio an ſit indicenda, quando contra accuſatum crimen eſt ſemiplenè probatum.*

*Et an deferendum ſit ipſi reo iuramentum. num. 65.*

64 *Auth. nouo iure. C. de pœ. iudi. declaratur. vſque ad nu. 66.*

66 *Purgatio an ſit indicenda ex confeſſione facta in iudicio vetito. Et quid ſi extra iudicium. num. 67.*

68 *Gloriantis de delicto quæ pœna ſit.*

69 *Purgatio an ſit indicenda propter rumorem.*

70 *Rumor quid ſit. Et quid differat à fama, & clamore. nu. 71.*

72 *Purgatio an ſit indicenda propter ſcandalum.*

1 NOBILIS HOMO. H. d. Ingenuus, † ſiue fide dignus, infamatus, per iuramentum ſe purgat.
2 aliàs non. Et ingenuus, ſiue † fide dignus non cenſetur, enormiter peccans.
h.d. Diuiditur in duas partes. Primo ponit
vnum dictum. Circa formam indicendæ pur-
gationis fide digno. Secundo quid in non
fide digno. & ex quibus quis dicatur, non fi-
de dignus. ſecunda ibi, ſi autem. Nota pri-
mo ex principio, duplicem perſonarum qua-
litatem; quia quidam nobilis, & quidam in-
genuus. Et ſic ſequitur ex tex. iuncta glo. 1.
3 quòd non quiſque ingenuus † eſt nobilis,
etiam ſi fidelis ſit, & virtuosè vixit. Et intel-
lige de nobilitate quò ad nos, quæ eſt quali-
4 tas † quædam collata à principe, per quam
nobiles diſtinguuntur à plebeis. de qua vide
per Barto. in repeti. l. 1. C. de dignit. lib. 11.
Sed non eſt materia noſtra. ſed pertinet ad tit.
de præben. & dignit. ideò omitto. Sed apud
Deum ſumma nobilitas eſt clarum eſſe virtu-
tibus. 40. diſtinct. c. non loca. & . c. cum om-
nia. 56. diſtinct. c. nunquam. & . c. naſci.
Et vide tex. ad prædicta. qui appellat docto-
5 res † non ſolum nobiles, ſed etiam nobiliſſimos.
in. l. diximus. in fi. ff. de excuſa. tuto. Et ſi per
viginti annos in approbatis ſtudijs legunt, ef-
ficiuntur legitimi comites. vt. l. 1. C. de profeſ.
qui in vrb. Conſtantinopo. lib. 11. de quo vi-
de quod latius dixi in. c. quanto. ſupra de ma-
6 giſt. Secundo not. quòd olim cauſæ † crimi-
nales tractabantur in ſynodo tàm Epiſcopali,
quàm prouinciali. de quo dic, vt dixi in. c. ſi-
cut. & in. c. qualiter. il 2. in pluribus articulis. ſu
pra de accuſa. Tertio not. ibi, crimen negaue-
rit, iunctis ijs quæ dicit hic Ioan. And. qui ſup-
plet. ſ. & probari nō poſſit. Nota vnum requi-
ſitum ad hoc, vt poſſit procedi ad purgationem
7 canonicam; videlicet, ꝙ crimen † non poſſit pro-
bari. de quo latius. ꝟ. poſt glo. Quarto no. ibi,
cum duodecim, quotus debeat eſſe numerus
compurgatorum. de quo dic, vt dicam in. c.
quoties. ꝟ. eod. Quinto not. ibi, ingenuus.
8 quòd eadem qualitas † videtur requiri in purga
tore,



tore, quæ exigitur in purgando. de quo di-
cam in. c. cum. P. ꝟ. eod. Sexto not. quòd ali-
9 ter procedendum eſt † contra nobilem, & inge-
nuum, & aliter cōtra ignobilem, & ſeruum. Si-
mile etiam videmus in pœnis imponendis. per
tex. in. l. aut facta. §. perſona. ff. de pœn. vide gl.
in. c. fin. ſ. de tranſa. Septimo not. quòd enor
10 miter peccans † perdit ingenuitatem, & nobili-
tatem. de quo in glo. fin. in prin. Octauo not.
11 tria delicta, † quæ priuant aliquem commodo
credulitatis in facto proprio, ita vt ad propriā
vtilitatem non præſtetur ſibi iuramentum. Et
idem dicendum eſt de ſimilibus, aut maioribus
delictis. Quod nota ad materiam. c. fin. ſ. de iu
reiuran. Et vide quod ibi latè dixi in quinto
principali articulo. Vltimo no. argumentum,
12 quòd à purgando † regulariter exigitur iura-
mentum. dicam in. 11. principali artic. in. c.
inter. ꝟ. eod. Tamen hic in ſecunda parte quis
ſe purgat abſque iuramento. de quo ibi dicam.
In glo. 1. ibi, in princ. dic, idem not. glo. in. c. 1.
ſ. de ſer. non ordi. In eadem glo. ibi, aliàs non
13 eſt nobilis. dic, Hoſti. verò exponit, † vel inge-
nuus, ideſt, ingenuus. Vel exponitur, vel, pro &,
vt etiam traditur in. l. ſæpe. de verb. ſig. Ex hoc
dicit Hoſti. quòd ſecundum glo. eadem pur-
gatio imponeretur nobili, & ignobili, dummo
do ingenuo. Sed dicit Io. And. quòd hoc totū
arbitrariū eſt. Facit quod dicam in. c. quoties.
& in. c. cum. P. & in. c. inter. ꝟ. eod. Glo. penul.
quærit de ratione, quare deprehenſus in periu-
rio, furto, vel falſo teſtimonio, non admittatur
ad iurandum, & ſoluit. In fi. glo. dic, & ſic eſt
14 not. iſta glo. quòd † quilibet infamatus repelli-
tur à præſtatione iuramenti. Quod intellige,
de iuramēto, quod tendit ad ſui commodum.
vt in. c. cum in eccleſijs. ſ. de maior. & obed. &
15 ibi glo. Et idem dicit. D. m. in infame † in-
famia facti; quia talis etiam dicitur vilis. Et præ
ſumptio eſt, quòd deieraret. Tu adde quod
dicam circa purgationem talium, & an præſtēt
iuramentum. in. c. 3. ꝟ. eod. Glo. fina. in princ.
colligit argumentum, oſtendens quare iſte nō
purgat ſe, vt ingenuus. & in ſimili ponit quæ-
ſtionem, qualiter debeat ſe purgare. In eadem
glo. ibi, nomen dignitatis. Pro quo eſt tex. in
. l. 1. C. de digni. lib. 12. & in. l. 1. C. vbi ſena. vel
clariſ. & ibi glo. alleg. concordat. Facit ille ver-
ſus, degenerant homines &c. In eadem glo.
16 ibi, propter † monachatum, dic, idem tenet glo.
in. c. fin. ſ. de ſta. monac. & ibi ſcripſi. Et ratio
poteſt eſſe ſecundum. D. m. quia eo ipſo, quòd
quis intrat religionem, debet cum alijs æquali-
ter viuere. nam cum iſti ſint fratres, ſine perſo-
narum delectu omnes æqualiter tractandi ſunt.
vt in. d. c. fina. Et amittunt velle, & nolle. 12.
quæſt. 1. c. non dicatis. meritò etiam dicuntur
amittere nobilitatem. Pro quo etiam allego,
17 quòd † religio dicta eſt à religando, quia vnit
nos, & quaſi ligat cum Deo. vt tradit Auguſt.
in lib. de vera religione. & Archidiaco. 20. q. 3.
c. præſens. Sed quò ad Deum talis nobilitas
non conſideratur, vt ſupra dixi in primo nota.
igitur &c. Et prædicta not. ad hoc, quòd in
18 priuilegijs, & † ſtatutis loquentibus de digni-
tate non comprehenduntur nobiles qui intra-
uerunt religionem. Et adde quæ dixi in. c. 2.
19 de apoſt. vbi tetigi, an per ingreſſum † tollatur
vitium ingratitudinis. & latius vide quod dixi
in. c. ad audientiam. ſupra de homic. in decimo
20 principali articulò. vbi tractaui, an † tollatur ir-
21 regularitas. In fin. glo. quidam † dicunt, quòd
talis purgabitur per tormenta. Innocen. verò
dicit, quòd per vulgarem purgationem. Pro
quo facit, quòd hæc decret. olim in ſecunda cō-
pilatione erat in titu. de purgatione vulgari,
vbi dicebatur ingenuus non eſt, niſi feruenti
aqua, vel candenti ferro ſe expurget. Et pro-
pter hoc dicit Vincen. quòd hæc decre. ita re-
ſecata, non eſt paſſim in iudicijs alleganda.
D. Anto. & D. m. hic tenent opin. glo. & me-
lius. Ego dicam in. 11. princi. artic. in. c. inter.
ꝟ. eod. Poſtremo extra glo. quia ſupra in rubr.
ego dixi me dicturum hic de tertio principali
22 articulo. Ideò quæro, quando, † & propter
quas cauſas ſit indicenda purgatio. Sol. in pri-
mis ego arbitror illā fuiſſe cauſam, ne de infa-
mato, aut de crimine, vel de facto aliquo ve-
hementer ſuſpecto abſque purgatione tolera-
to, populus fidelium ſcandalum patiatur.
Quod probat tex. in. c. 2. in fi. infra eod. & . 2.
quæſt. 5. c. præsbiter. 2. Et ne, cōtra apoſtolum,
infirmorum corda percutiantur; Et ne vitupe-
retur ſuperioris miniſterium; Et ne licentiùs
in peccatum prolabatur. 2. quæſt. 5. c. ſi mala.
ſupra de adulte. c. ſignificaſti. Verum quia, &
& alia plurima neceſſaria ſunt ad indicendam
purgationem, eadem proſequar ſecundum or-
dinem, quem magis conſentaneum arbitror.
23 Primo igitur † requiritur, quòd delictum non
poſſit probari. vt eſt tex. hic. & in. c. quoties.
in. c. accedens. infra eod. & . 2. quæſt. 5. c. præ-
sbiter. 1. & . c. ſi legitimi. Ex quo primo infer-
tur à contrario, quòd quando delictum poſſet
probari, non eſſet indicenda purgatio; quæ eſt
ſubſidiaria. vt probatur in dictis iuribus. & . c.
moniales. & . c. cum dilectis. infra eod. & in. c.
ad noſtram. ſupra de probatio. Facit, quia ſi
vbi delictum eſt probatum, non poteſt indici,
ergo nec quando ſtatim poteſt probari; quia
quæ incontinenti fiunt &c. vt not. in. c. officij.
de electio. & . l. lecta. ff. ſi cer. pet. Et hoc etiam
tenent Goffr. & Ioan. Andr. in. c. qualiter. 2. ſu-
pra de accuſat. Secundo infertur, quòd vbi-
cunque delictum eſt probatum, nunquam in-
dicitur purgatio. vt. d. cum dilectis. ad finem.
notat. Goffr. & Io. Andr. in. c. ſuper his. ſupra
de accuſat. & Henric. Bohic. in. c. inter. infra
eod. Nam ſi probatum eſt crimen, debet pu-
niri. non autem debet fortè per purgatio-
nem remanere impunitum. Tertio infertur,
quòd vbi crimen non eſt notorium, tunc eſt
indicenda purgatio. tex. eſt in. c. penulti. in-
fra eod. per quem hoc tenet Specul. in titu.
de abolit. §. nunc. ver. in crimine. & Hoſtien.
in ſum. eod. titu. §. quando. ver. hoc autem te-

neas. Et per prædicta reprobat Hoſti.conſue-
tudinem Saxoniæ,& Daſiæ, tanquam prauam
corruptelam,vbi ſi rem mihi ſubtractam noto-
riè conſtat te habere, quia illam habes in vna
manu,vel ego habeam promptos teſtes ad pro
bandum te mihi ſubtraxiſſe; tamen ſi offeres
purgationem,admitteris, & præſtita abſolue-
ris. ad quod vide quod traditur in.d.c.ad no-
ſtram. Quarto infertur, quòd vbi contra ali-
quem eſt violenta ſuſpitio de crimine, non in-
dicitur purgatio. Ita ſentit glo. fina. in.c.4.j.
24 eod. quia † talis ſuſpitio ſufficit ad ſententiam
condemnatoriam.32.quæſt.1.c.dixit.& ſequi-
tur.d.Anto.& docto.in.d.c.4. Et intellige de
præſumptione,ſeu ſuſpitione violenta. de qua
in.c.afferte. ſupra de præſumpt.& de qua intel-
ligit glo.penult.& docto.in.c.literas.ſupra de
præſumpt. Secundo principaliter requiritur
25 quòd † deficiat accuſator. vt not.in.c.nos inter.
& in.c.penult.j.eod. & in.d.c.ad noſtram. ſup
de probatio.&.2.quæſt.4.c.Mennam. &.c.ſu-
per cauſa.&.c.ſi mala. Ex quo infertur, quòd
apparente accuſatore non indicitur purgatio.
vt not. D.m.in.d.c.nos. &.c.2.infra eod. Et
ideo deſcendit ex his quæ proximè dixi; quia
purgatio eſt ſubſidiaria. vnde ſi inſtat accuſa-
tor,præſumptio eſt, quòd poſſit probari. Et
hinc eſt, quòd in forma procedendi ad purga-
tionem, neceſſarium eſt, quòd ponatur deli-
ctum,ſi quis voluerit accuſare, de quo dicam
in.c.inter.infra eod. Si autem non appareat
accuſator,vel apparuit,& non proſequitur cō-
currentibus aliijs cauſis, & qualitatibus neceſ-
ſarijs, indicenda eſt purgatio. Vtrum autem
26 ſola † accuſatio iam formata, licet non proba-
ta ſit ſufficiens cauſa ad purgationem indicen-
dam, dicam infra eod. articulo. Tertio prin-
cipaliter requiritur, quòd agatur de crimine.
27 Et ſic † in cauſa ciuili non habet locum purga-
tio canonica, ſecundum.d.Anto. qui hoc not.
in.c.nos inter.infra eod.de quo dic,vt dicam in
quarto artic. in.c.4.j.eod. Quarto principa-
28 liter requiritur, quòd † talis ſit infamatus, vel
vehementer ſuſpectus, aut immineat ſcanda-
lum. Et vt hæc ſingulatius explicentur, de-
29 bes intelligere primò, quòd † infamia debet
eſſe apud bonos, & graues de aliquo crimine,
vel defectu. vt in.c.2. &.c.quoties. &.c.ſi quis
de gradu.&.c.nos inter.infra eod. Et exigitur
quòd talis infamia ſit vulgata. vt not. D.m.in
d.c.inter. Et quòd ſit vehemens, & non exi-
lis, ſeu leuis. vt not.33.diſtinct.c.habuiſſe. &
Archidiac.2.quæſt.4.in.c.quanto.ſuper glo.2.
& glo.2.quæſt.4.c.habet. Et exigitur, ꝙ or-
tum habeat ex probabilibus coniecturis. vt in
c.cum in iuuentute.infra eod. Et quòd non ha
beat ortum ab inimicis,vel indignis; quia tunc
non eſſet indicenda purgatio. vt.d.c.cum in
iuuentute. &.2.quæſt.4.c.omnibus. ſupra de
accuſa.c.qualiter.2. 11.quæſt.3.c.in cunctis.
Sed glo.in.c.penult.infra eod. & Specu. in titu.
de abolit.§.nunc. verſ. quid ſi liquet. dicunt
ſufficere infamiam vndecunque ortã, dummo-
do apud bonos, & graues ſit grauata eius opi-
nio. argum.c.cum in iuuentute. &.c.accedens.
infra eod.&.24.quæſt.3.c.ecce. Sed Specu. in
30 d.ver. concludit, quòd † ſicut non valet teſti-
monium inimicorum, nec iudex debet ſecun-
dum illud iudicare, ſupra de re iudi.c.cum.I.&
A.cum ſimilibus. Ita nec propter infamiam
ab inimicis ortam, debet indici purgatio. Et
hanc opin. tenet Vincen. &.d.Anto.in.c.acce-
dens.infra eod.& fuit etiam opin.Lau. & Tanc.
quam refert Archidiac.in.d.c.cum in cunctis.
& Goff.in libel.iur.tangit in rubrica quis debet
ſe purgare. & Goffr. in ſum. in titu. de accuſa.
31 vbi ſubdit,quòd † cum difficile ſit probare or-
tum infamiæ, quòd ſatis dici poteſt, quòd li-
cet ceſſet inquiſitio, non tamen ceſſabit purga-
tio. ſupra de accuſa.c.inquiſitionis.§.fin. & ſu-
pra de præſumptio.c.cum in iuuentute.& ſupra
de adulte.c.ſignificaſti.&.2.quæſt.5.in ſum.te-
net Hug.23.diſtin.c.illud. Tu verò conclude
poſt Hoſtien. & Io.Andr.in.c.cum in iuuentu-
te.infra eod.&.c.accedens. & Archid.in.d.c.in
cunctis. quòd ſi infamia ortum habuit ſolum
ab inimicis, & vilibus, & inter ipſos ſolum
vagatur, vera ſit prima opinio; quia non eſt in-
dicenda purgatio. Sed ſi etiam vagetur inter
bonos,& graues,vera ſit alia opinio. Et hoc
ſequitur.D.m. Faciunt etiam not.in.c.veniēs.
ſupra de accuſa.& per Inno.in.c.tua. de cohab.
cleric.& mulie. Et etiam tenet Ioan.Andr. re-
ferendo Hoſtien.in.c.qualiter.2.ſupra de accu.
prope finem. Facit etiam quod dicam in ſe-
quenti quæſtione. nam vt dicit Ioan.Andr. in
32 d.c.cum in iuuentute. fama † volat,tranſitq; mo
dum quocunque vagatur. Ad quod vide qđ
latius dixi in.d.c.qualiter.2.in.21.quæſt. in
nono principali articulo. Dicit etiam Archid.
in.d.c.in cunctis.quòd vbi conſtat, quòd infa-
mia ortum habuit ab inimicis,vel vilibus,quòd
33 licet propter hoc † non ſit indicenda purgatio
contra voluntatem infamati, tamen ad ipſius
poſtulationem poterit indici. Facit.c.cum in
iuuentute.§.1.infra eod. & in ſimili.l.circa.ff.
de probatio.vel ſi ſcandalum immineat. vt in.c.
inter.&.c.accedens. infra eod. Et idem tenet
Archidiac.2.quæſt.4.c.ſi legitimi. Vbi ſubdit,
quòd iudex non neceſſitatur ad hoc. Ad quod
vide quod dicam in.c.3. infra eod. in quinto
principali articulo. Item aduerte circa prædi-
cta,quòd licet de neceſſitate non ſit indicenda
propter talem infamiam, tamen ad cautelam
iudex poteſt indicere,ſecundum aliquos.per.c.
veniens.in fi.s.de accuſa. Vel etiam ſi per ac-
cuſationem minus legitimam, vel alium ſimilē
modum grauata ſit opinio alicuius apud bo-
nos, & graues. argum. nota. in.c.cum opor-
teat.ſupra de accuſat.not.Archidia.2.quęſt.6.
c.teſtes. Quod tamen intelligit Henri.Bohic.
in.c.penulti. infra eod. ſi ille cui indicitur con-
ſentiat, fortè conſentiendo, vt ſuam inno-
centiam talibus oſtendat. Sed ſi contradi-
cat, & infamia, vel ſcandalum non ſit ſuffi-
ciens, credit ipſe, quòd ei non ſit indicenda.
Et



Et ſi induceretur, poſſit appellare per ea quæ
ipſe not.in.c.nos inter.j.eod.quia per hoc poſ-
ſet prælatus,fingendo quòd faciat ad cautelam
quandocunque vellet indicere purgationem,ꝙ
eſſet abſurdum.& ſatis mihi placet hæc limita-
tio. Et aduerte etiam,quòd non ſufficit,quòd
pars hoc affirmat, quòd infamia ſit orta ab ini-
micis,quia ſibi non creditur,niſi aliter oſtēdat.
& ita intelligunt doct.c.accedens.j.eod. Item
34 not. quòd licet † ex infamia, quæ dicitur eſſe
orta minus legitimè non poſſet indici purga-
tio; poſſet tamen inquiri ſuper infamia, vt di-
xi in.c.qualiter.in nono principa.artic. q.16.
Et not.d.Ant.in.d.c.accedens.j.eod.per illum
35 tex. Sed quæro, pone † quòd aliquis eſt infa-
matus apud bonos, & graues; infamia tamen
habuit ortum ab vno ſolo,an ſit indicenda pur
gatio. Sol. Spec. in titu. de abolit.§.nunc de
purgatione.ver.quid ſi aliquis. dicit quòd ſic,
per tex. in.c.ſignificaſti.s.de adulte. & arg.c.ſi
qñ.s.de reſcrip.& de pœn.diſt.1.c.importuna.
ſm Vin.qui hoc not.in.c.cũ in iuuentute.j.eo.
& ſequitur Io.And. poſt Hoſt. in.d.c.qualiter.
iuxta fin. Faciunt etiam ea quæ ſupra dixi de
36 infamia orta à malis. Secũdo q̃ro, quid † ſi ali-
quis ſit infamatus per viam exceptionis, an ſit
indicenda purgatio. Sol. glo.2.in.c.inter.j.
eod.tenet quòd ſic,dummodo talis remaneat
infamatus.& expreſſius hoc tenet in.c.cum di-
lectus.de ord.cog. & tenet Goffr. Io. & Hoſti.
in.d.c.inter.j.eod. & Archid.22.diſt.c.laici.
Sed Inno.& Io.And.in.d.c.inter.dicunt,quòd
hoc eſt verum, quando de crimine excipitur
contra accuſatorem,vel alium directè, & ſuper
hoc producũtur teſtes, ita quòd aduerſario da-
tur copia defenſionis contra teſtes. Secus ſi in-
37 directè exciperetur. Exemplum, quando † ex-
cipitur contra teſtem productum,vt à teſtimo-
nio repellatur;quia tunc ei non datur copia, ſe-
cundum ea quæ traduntur in.c.ſuper his.de ac-
cuſa.&.c.peruenit.de fi.inſtrum. & ita reſpon-
det.d. Ant.in.d.c.inter. Sed.D.m.ibi dicit, ꝙ
ſibi plus placet dictum glo.indiſtinctè; nam ex
quo orta eſt infamia, & ſatis ex probabilibus
coniecturis,indici poteſt purgatio, vt illa abo-
38 leatur; nam † licet probationes inductæ contra
teſtes ad eos repellendos, non faciant plenam
fidem contra eos in alio iudicio, per not.in.l.
lucius.in fi.ff.de his qui not.infam. & per glo.
in.c.at ſi clerici. ſupra de iudi.2.quæſt.1.c.mul
ti.tamen inducunt quandam præſumptionem
contra ipſos. Pro quo facit.c.cum tu.ſupra de
39 teſtib. vbi dicta † teſtium reducuntur ad con-
cordiam,ne reatu periurij de facto notentur.
Ego arbitror, quòd qualitercunque, ſiue per
viam exceptionis,ſiue per alium modum quis
remaneat infamatus apud bonos, & graues,
debeat indici purgatio; ne in eo fidelium po-
pulus ſcandalum patiatur;vt ſupra dixi in prin
40 cipio iſtius articuli. Nec obſtat,quòd † crimen
incœptum non infamat, vt.d.c.cum dilectus.
quia illud eſt verum de infamia iuris. Secus de
infamia facti, quæ ſufficit ad purgationem.
Facit.ff.de do.except.in.l.apud.§.aduerſus. vt
tenet Oldr.conſi.53.&.d.Ant.in.d.c.inter. Et
ſentit Archid.2.quæſt.7.c.teſtes. Et adde ad
prædicta quod dicam in.c.cum P.j.eod. in
octauo principali artic. Tertio quæro, vtrum
41 ex † infamia generali, poſſit indici purgatio.
Sol.Inno.& poſt eum Io.And.in.c.fina.j.eod.
circa hanc materiam plurima,& varia confun-
dunt,& circa illum articulũ,an aliquid ſufficiat
agere in genere, vbi agendum ſit in ſpecie;
commiſcentes accuſationes,inquiſitionis, ele-
ctiones,confirmationes,& plura generis eiuſ-
dem, quæ ego latè retuli in.d.c.qualiter.2.s.
de accuſa.in nono artic.principali.quæſt.15.
Vnde illa omittam quæ ad propoſitum noſtrũ
non ſunt neceſſaria,& ſolum neceſſaria eligam.
Videtur igitur primo dicendum, quòd non
ſufficiat infamia generalis, ſed ſit reijcienda,
tanquam incerta, ne detur vagatio cum alte-
rius iactura. per not.in.l.prætor edixit.ff.de iu-
reiuran.& in.c.vt quis duas. de electio. lib.6.
Et hoc idem tenet, vt dicit, Inno. Alij verò,
quibus etiam aſſentit idem Inno.dicunt,quòd
contraria procedunt in accuſatione,ſecundum
ea quæ habentur in.l.libellorum.ff.de accuſa.
canonizata.2.q.8.in.c.fina.§.libellorum. Sed
in inquiſitione, ſeu purgatione indicenda, ex
42 quo in † occulto ſunt circunſtantiæ, non ſunt
neceſſariò exprimendæ. Sed ad terminos in-
famiæ eſt fienda inquiſitio, & indicenda pur-
gatio. Vnde ſi infamia eſt generalis, purga-
tio generaliter indicetur.vt.d.c.fina. Facit.c.li-
43 cet heli. ſupra de ſimo. Item facit, quia † tan-
tum valet genus,quò ad genus, quantum ſpe-
cies,quò ad ſpecies.& è contra.arg.nota.in.l.ſi
duæ.ff.de adminiſt.tuto. & in.l.quæ de tota.ff.
de rei vend. Et hæc ſunt, quæ principaliter ad
materiam, ſeu ſubſtantiam principalis articuli
noſtri, dicuntur per Inno. & Ioan. Andr. Et
ſic concluditur, quòd vbi quis eſt generaliter
infamatus, nec apparet de ſpecialitate, puta,
infamatus eſt de fornicatione, vel de furto,
ſed non cum qua muliere, vel cui furtum
commiſit, hoc caſu indicenda eſt purgatio in
genere. Et ita procedit tex. in.d.c.fina. Et
probatur etiam hic in tex. noſtro. & in.c.2.
3.&.4.infra eod. &.c.conſtitutus. &.c.ex tua-
rum.&.c.nos inter. &.c.accedens. infra eod.
Si verò de ipſa ſpecialitate conſtet, exprimen-
da eſt in purgatione. vt in.c.quoties. &.c.pe-
nult.ver.cumq; idem.infra eod.& ſupra de præ
ſumptio.c.cum in iuuentute.& ſupra de accuſ.
c.cum.P. Et ſic patet ex prædictis, quia in tra-
ditione capitulorum,non eſt aliquis ſpecialiter
infamatus, niſi quatenus eſt ſpecialiter infa-
matus, ne cogatur quis ad alicuius infamiam
denotandam. Facit quod not. & legitur in.c.
dilectorum. ſupra de teſti.cog. & in.c.2. ſupra
de offic.ord. Et ad prædicta vide quod latius
dixi in.d.c.qualiter. Quarto quæro, pone ali-
44 quis † infamatus eſt de aliquo crimine, ipſe ta-
men per ſe allegat. & probat præſumptionem
oppoſitam illi infamiæ, an erit indicenda pur-



gatio.

gatio. Sol. glo. 24.diſtin.c.1. concludit, quòd
non. & ſequitur Archid. allegando ad idem.c.
cum in iuuentute. de præſumpt. Pone exem-
plum. P.eſt infamatus de fornicatione cõmiſſa
cum.A. ipſe tamen probat, quòd illa erat ſibi
naturali fœdere, ſeu cognatione coniuncta, ceſ-
ſat certè infamia, & præſumptio, ſecundum præ
dictam opin. quæ opinio mihi placet. Si mo-
do talis præſumptio non ſit leuis, puta, quia
longo gradu cognationis iungerentur. Quin-
45 to quæro, quid † ſi alicui fortè propter purgan-
dam infamiam indicitur purgatio, & ipſe vult
probare bonam famam, an admittatur ad exclu
dendum purgationem. Sol. dic, vt dixi in.d.c.
qualiter. in nono principali artic. quæſt.41.
46 Sexto quæro, infamatus † vult ſe purgare, iudex
vult inquirere de infamia ipſius, an hoc poterit,
vel teneatur indicere purgationem. Sol. glo.
2.quæſt.4.c.habet. arguit pro, & contra, & ſol-
uendo concludit, quòd ſi infamia eſt orta con-
tra eum, iudex poſſit inquirere per præalleg.c.
qualiter. Et ſequitur Archid. dicens, iudicem
47 præferendum; quia † per purgationem intendit
quis probare negatiuam, per inquiſitionem in-
tendit iudex probare affirmatiuam. Vnde quã-
diu affirmatiua probari poteſt, nunquam eſt
indicenda purgatio ſuper negatiua. vt in.c.ad
noſtram. ſupra de proba. Ad quod vide quod
dixi in.c.ſuper his. ſupra de accuſa. Et ad intel
lectum omnium prædictarum quæſtionum, &
aliarum plurium ſimilium, quæ circa materiam
infamiæ oriri poſſent, vide omnino quæ pleniſ-
ſimè dixi in.d.c.qualiter. in decimo principali
artic. à quæſt.20. vſque ad quæſtionem.40.
Vltimo quæro circa hunc articulum infamiæ
requiſitæ in purgatione de notab. quæſtione.
48 Pone prælatus † ſcit ſubditum ſuum infamatũ,
eſſe reum illius criminis, vtrum debeat illum ad
purgationem compellere, poſtquàm crimen
aliter probari non poteſt. Sol. glo.15.quæſt.5.
c.2. arguit primo quòd ſic; quia generaliter di-
ſponitur, quòd infamatus debet purgare. 2.q.4.
per totum. & ſupra de ſimo.c.de hoc. & in.c.
inſinuatum. & ſupra latius dixi. ergo tenetur
49 eum ad purgationem admittere; cum † iuris be
neficium non ſit denegandum. 28.diſtin.c.de
50 his.cum ſimilib. Item quia † ſacerdos tenetur
recipere ad euchariſtiam, quem ſcit in mortali
peccato conſtitutum. de conſecra.diſtinct.2.c.
51 non prohibet. Item cum Epiſcopus † vtatur
iure ſuo, ſi quid inde mali eueniat non eſt ei im
putandum; cum id faciat lege permittente. 31.
quæſt.1.c.hac ratione. 23.quæſt.4.c.qui pec-
cat.&.l.gracchus.C.de adulte. Item quia non
poteſt dici, quòd talem cogat ad periurium,
ſed potius canon. 33.quęſt.2.c. quòd Deus.
23.quęſt.5.c.ſi homicidium. In contrarium
52 verò allegat, quia † talis qui accipit alterius iu-
ramentum, quòd ſcit eſſe falſum, vincit homici-
53 dam. 22.quæſt.5.c.ille. Item quia ille, † qui
permittit alium falſum iurare, cum poſſet pro-
hibere, peccat 22.quęſt.5.c.hoc videtur. ergo
fortius qui inducit. Et hanc ſecundam ſen-
tentiam tenet Hoſtien.in.c.clericos. de cohab.
cleric. & mu. quia purgatio pendet ex volun-
tate impendentis, vt hic. & ſupra de ſimon.
c.inſinuatum. Subdit tamen, quòd ſi ſit ca-
ſus per eum diſpenſabilis, diſpenſabit cum eo
poſt pœnitentiam. ſupra de cleri.coniug.c.ſa-
nè. Aliàs ipſum quanuis deprobatum ſuſti-
nebit. ſupra de ſimonia.c.ex tuæ. nec mani-
feſtabit, cum non indicet ſibi, quòd ſe ma-
nifeſtet. de pœniten. diſtinct. 1. c. non tibi.
Et referendo ſequitur Ioan. Andr. & Ioan. de
Imol. in.d.c.clericos. Deinde ſubdit illa glo.
ſecundum Hugo. quòd prælatus debet ei ſe-
creto conſulere, vt potius confiteatur cri-
men publicè, quàm fiat periurus. Et ſi non
poteſt ad hoc inducere, non purgabit; ſed
dicet populo; abſit vt quicquam ſiniſtri de
illo clerico ſuſpicemur. 11. quæſt.3. c.abſit.
Alij dicunt, quòd delegare debet purgatio-
nem. Facit.ff.de his qui nota. infam.l.furti.
§.ſi quis. Tertij dicunt, quòd non peccat
audiendo purgationem, cum faciat authori-
tate canonis. Et in hoc reſidet illa glo. Pro
qua facit, quia cum iſte ſit executor iuris, vi-
detur hoc ius facere. argum.23.quæſt.5.c.ho-
micidas.&.c.præceden. Et ſi fortè habet ſcru-
puloſam conſcientiam, deponat errorem. vt
ſupra de ſimon. c. per tuas. Nam facit ipſe,
quòd ex officio facere debet. argu.c.2. ſupra
de offic. archidiaco. Et in hac ſententia reſi-
det Ioan. de Fantu. in.d.c.2. 15. quęſt.5. Et
dicit ibi Archidiac. quòd credit, quòd bene
dicit; quia prælatus non facit hoc, vt priua-
ta perſona, ſed vt iudex. Quare cum vt iu-
dex nihil ſciat, ſed ſolum ſciat vt prelatus,
meritò debet purgationem indicere. Nam
54 nullum † eſt maius ſacramentum, quàm cor-
pus Chriſti. 95.diſtin.c.ecce. 1.quęſt.1.c.mul-
ti.de conſecra.diſtinct.2.c.nihil. Et ſi quis in-
dignè aſſumit, non minus eſt reus, quàm qui
55 indignè iurat. Et tamen † ſacerdos, qui ipſum
ſacratiſſimum corpus diſpenſaturus eſt, tene-
tur peccatori, quem ſcit etiam peccata gra-
uiſſima commiſiſſe, illud diſpenſare, ſi alij
ignorant. vt.d.c.non prohibeat. de conſecra.
diſtinct.2.& in.d.c.2. de offic.ordi. Nec pla-
cet ſententia Hugo. cum prebeat cauſam men-
tiendi. Et ad predicta vide quę tradit Ray. in
ſum. de iura. ver. quid de iudice. & quod di-
cam in ſexto articulo. in.c.3.ĩ.eod. Alias ve-
rò quęſtiones ad hunc tertium articulum per-
tinentes circa ſuſpitionem, & ſcandalum, di-
cam in. c. ſequen. eod. quia hęc decret. ni-
mium grauata fuit. Octauo quęro, poſtquàm
56 tractatum fuit de infamia, vtrum † propter ſu-
ſpitionem ſit indicenda purgatio. Solu. glo.
2. quęſt. 5. c. omnibus. primò arguit quòd
non. deinde in contrarium arguit de.c.ex par-
te. de offic. ord. & de.c.fina. 30.diſtinct. Et
finaliter concludit, quòd ſi eſt accuſatus, &
ſuſpectus Epiſcopo, quòd Epiſcopus poſſet
cogere ad purgationem. Aliàs ſecus. per tex.
6. quęſt.2.c.placuit. Glo. verò in.d.c. pla-
cuit.



cuit. dicit, ꝙ propter ſolam ſuſpitionem eſt
indicenda purgatio; quia publica laborat in-
famia, & apud bonos, & graues. vt dixi.ſ̃. per
.c.nos inter .ĩ. eo. Sed glo. in .c.excommuni-
camus .ſ̃.de hæreti. in ver. ſuſpitione. & ſeq.
Primo videtur velle, ꝙ ſola ſuſpitio probabilis
ſufficiat; deinde ſubdit, ꝙ attenditur qualitas
perſonæ, & infamiæ. Sed glo. in.c. 4. ĩ. eod.
dicit, ꝙ temeraria ſuſpitio ſemper repellitur.
veriſimilis verò inducit purgationem. Et ſic
omnes glo. iuris canonici videntur ſentire, ꝙ
ſola ſuſpitio non ſufficit, niſi ſit vehemens, pro-
babilis, & veriſimilis, ſeu ſit iuncta cum infa-
mia. Inno. verò in .d. c. qualiter .2. ſupra de
accu. videtur velle, ꝙ ſufficiat, ꝙ quis ſit ſuſpe-
ctus ſuo Prælato, vel principi, vel bonis viris.
adeò, ꝙ abſq; alia infamia poterit indici purga-
tio. per .d.c. omnibus. Sed ipſe Inno. in .c.
pen. ĩ. eo. dicit, ꝙ ſiue ſcandalum, ſiue pericu-
lum, ſiue infamia, ſiue grauis ſuſpitio ſit contra
aliquem, ꝙ purgatio poteſt indici. Et ſubdit,
57 quòd † propter ſuſpitionem Regum, ſeu do-
minorum, potius ſit indicenda purgatio, pro-
pter ipſorum honorem, & propter vitandum
ſcandalum; ꝙ quã ſit facienda inquiſitio. Et
idem tenet Inno. in .c. cum oporteat .ſ̃. de
accu. Tau. Vin. Phy. & Inno. in .d. c. ex parte.
tenent, ꝙ ſola ſuſpitio abſque infamia, apud
bonos, & graues non ſufficiat. Sed Hoſti. ibi
tenet contrarium, per illum tex. & per tex. in
.c. inter .ĩ. eo. & per .d. c. omnibus. Sed Io.
An. ibi diſtinguit, ꝙ ipſius Epiſcopi occulta
ſuſpitio non ſufficiat. Vincen. in.c. 4. infra eod.
voluit veriſimilem ſuſpitionem ſufficere, li-
cet quis non ſit infamatus. Sed ſi aliquis tan-
tum ſit infamatus Epiſcopo, non ſufficiat
& idem not. ipſe in .d. c. licet hely. de ſimo.
Archid. verò in .d.c. omnibus. etiam conclu-
dit quòd ſolius Epiſcopi occulta ſuſpitio non
ſufficiat. per .c. placuit. 6. q. 2. ſed veriſimilis
apud Epiſcopum, & alios ſufficiat. D. Anto.
in .c. inter. ĩ. eo. requirit vehementem ſuſpi-
tionem. et idem dicit in .c. cum .P. infra eod.
vbi vult quòd vehemens ſuſpitio ſufficiat, quã-
uis nulla præcedat accuſatio, vel inquiſitio.
Sed idem. D. Anto. in .d. c. cum oporteat.
voluit, quod in certis criminibus, præter hære-
ſim, iudex debeat arbitrari qualitatem ſuſpi-
tionis. Sed in crimine hæreſis vult, quod ſuffi
ciat ſola ſuſpitio. Pro quo dicto facit ꝙ not.
Hugo. & Archid. 7. q. 4. c. fin. vbi dicunt arg.
illius tex. & .c. fin. 30. diſt. & d.c. omnibus. ꝙ
ſuſpectus de enormi crimine, quamuis deficiat
accuſator, vel fama mala, cogitur ad purgatio-
nem. Io. de Imo. in .d.c. cum oporteat. Di-
Com. op. 58 cit, quòd † communis* opinio eſt, quòd ſo-
la Epiſcopi ſuſpitio nõ ſufficiat. Sed demum
ꝙ tranſiuit ad alios. vt in.d.c. ex parte .D.m. in
.d.c. inter .ĩ. eo. concludit, ꝙ aut quis eſt ve-
hementer, ſuſpectus apud ſuum Prælatum, &
tunc non requiritur ſcandalum, per illum tex.
Et idem intelligo, ꝙ velit, quòd non requiritur
alia infamia. Aut quis eſt ſuſpectus alij, quam
ſuo prælato, & tunc non ſufficit ad indicendam
purgationem, niſi ſit tanta ſuſpitio, quæ gene-
ret ſcandalum, & ita intelligit .c. tua. ſupra de
coha. cle. & mul. Vbi etiam glo. & Io. de Imo.
volunt, quòd ſola ſuſpitio non ſufficiat, niſi ſit
vehemens, adeò quòd ad alios tranſeat, & ge-
neret ſcandalum. Ego verò ponderando tex.
loquentes in hoc articulo, conſulerem, quòd
ſola ſuſpitio non ſufficiat; quamuis ſit apud
prælatum. vt probatur in .c. ſequen. vbi Epi-
ſcopus propter ſuſpitionem præsbiteri, non
prius indixit purgationem, quòd eſſet detecta
ipſius infamia. Vnde exigitur, vel ꝙ ſit cõuin-
cta cum infamia, vel quòd ex ea generetur ſcan-
dalum. vt in .d.c. tua. & in .d.c. inter. vel ꝙ ſit
veriſimilis. vt .c.4. ĩ. eo. vel quòd ſit vehemẽs.
vt in .d.c. inter. Quare ad .d. c. ex parte. & ad
tex. loquentes ſimpliciter de ſuſpitione, ſup-
plendum eſt aliquod ex prædictis, per quod
59 iuuetur ſuſpitio. Vnde ſit concluſio, ꝙ † iu-
dex debet animaduertere ad quantitatem, & ad
effectum, & ortum ipſius ſuſpitionis, & perſo-
nę qualitatem. Quod arbitror procedere, etiã
in crimine hæreſis per tex. in authen. gazaros.
.C. de hæreti. vbi tex. dicit iuxta conſideratio-
nem ſuſpitionis, qualitatemq; perſonæ. No-
60 no quæro, vtrum † ex accuſatione formata con-
tra aliquem, in qua accuſator deſtitit, & non
probauit, ſit inducta tanta ſuſpitio, vel infamia,
quòd ſit indicenda purgatio. Sol. dic, ꝙ Inno.
in .c. quoties. ĩ. eo videtur velle, ꝙ ſic. Hoſti.
ibi remittit ad not. in .c. cum .P. ſ̃. de accuſa.
.D. Anto. in .d. c. quoties. ſentit, ꝙ ſit indi-
cenda purgatio. Et remittit ſe ad no. per Spe.
in ti. de abolit. §. nunc. ver. ſed pone Titius.
Archid. 2. q. 4. in .c. ſi legitimi. refert ẽt quoſ-
dam tenere hanc opin. per illum tex. in authen.
nouo iure. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi. refert
tñ Lau. tenere contrarium. arg. c. omnibus .2.
.q.4. in ſumma; quia prima opi. procedit, quã
do accuſatus laborat infamia, vel alia qualitas
adeſt ſufficiens ad purgationem. & ita ſentit
Spec. in dicto ver. ſed perſonæ, & in princ. il-
lius. §. Sed ſi accuſatori non adiũgitur alia qua-
litas non eſt indicenda purgatio. & ita reperio
tenuiſſe Io. de Deo. in.d.c. omnibus. in apoſtil.
vbi dicit, ꝙ .c. veniens. ſ̃. de accu. procedit,
quando ante accuſationem erat infamatus.
Aliàs ex accuſatione non fuiſſet ei indicta pur-
gatio, quia ſola accuſatio non reddit eum infa-
mẽ. vt colligitur ex ijs quæ dixi in.d.c. qualiter.
in nono principali articulo, à .q.20. vſq; ad .q.
.40. Et ſi aliqua ſuſpitio ex accuſatiõe fuit or-
ta contra eum, ſublata eſt per deſiſtentiã accu-
ſatoris. Sed circa prædicta vide ſpecialem ca-
ſum, in quo de iure ciuili videtur ſufficere accu
ſatio, licet accuſator deficiat in probatione, nec
alia ſit orta infamia. Iſte eſt tex. ſingularis in
.d. authen. nouo iure. Sed fortè dici poteſt,
ꝙ ille tex. non loquitur de purgatione indi-
cenda in forma canonica; ſed de purgatione
indicenda pro ferenda ſententia abſolutoria.
Ad quòd vide quæ ſtatim dicam in .12. q.
Deci-

61 Decimo quæro, quid † ſi accuſator probauit
accuſationem ſuam per teſtes inhabiles, vtrum
ſit indicenda purgatio. Sol. Inno. & Io. An.
in .c. quoties .j̃. eo. ſentiunt quòd ſic, per il-
lum tex. vbi inducitur purgatio. & loquitur de
teſtibus productis non ſeruata debita forma ca
nonum. Quod intelligunt Inno. & Io. Andr.
& .D. Anto. quãdo tales repelluntur à teſtimo
nio, vel propter crimen, vel propter ætatem,
vel propter infamiam, vel aliam ſimilem cau-
ſam, vel quia ſufficienter nõ probabãt. Quod
tamen ego intelligo, quando ex tali probatio-
ne grauata eſſet fama accuſati. Aliàs non vi-
deo, quòd debeat indici purgatio. per ea quæ
dicta fuerunt ſupra, & maximè in materia infa-
miæ. Vnde intelligo .c. quoties. ꝙ ibi contra
Epiſcopum laborabat infamia, vel quid æqui-
pollens. Vel ſecundum .D. m. poteſt dici, ꝙ
ibi reiterata erat accuſatio per plures perſonas,
quamuis vnius canonicè proſequentes. & ideò
inducta erat ſuſpitio, & infamia habilis ad pur-
gationem indicendam. ꝙ ſatis placet. Vnde-
62 cimo quæro, pone, cõtra † Titium formata fuit
inquiſitio, & non eſt probatum crimen, an de-
beat ſimpliciter abſolui, an ſit ei indicenda pur-
gatio. Sol. glo. in .d. c. qualiter. tenet quòd
ſic, ſi durat infamia. Idem ſentit glo. in .c. pen.
infra eo. & .2. q. 4. habet. Sed tu dic de hoc
articulo, vt latiſſimè dixi in .d. c. qualiter. in de-
cimoſexto principali articulo. Duodecimo
63 quæro de notabili quæſtione, pone, cõtra † ac-
cuſatum de crimine, crimẽ fuit ſemiplenè pro-
batum, vtrum purgatio canonica ſit indicenda.
Sol. glo. 2. q. 4. c. habet. tenet ꝙ ſic. per .c. inter.
infra eo. Sed tu aduerte, quia gl. in .c. tàm lite-
ris .s̃. de teſti. tenet, ꝙ ita demum ſit indicen-
da, ſi ſemiplena probatio coniuncta ſit cum in-
famia. & hoc etiam tenuerunt quidam in .c. fi.
64 ſupra de iureiu. & per ti. noſtrũ, & per tex. † in
authe. nouo iure .C. de pœn. iudi. .D. Anto.
65 in .d. c. fi. tenet ꝙ † deferendum ſit ipſi reo iu-
ramentum ad probandum innocentiam ſuam.
Et ideò vocatur iuramentum purgationis ſecũ-
dum eum. Et de prædictis opinionibus, &
alijs pluribus, vide quæ latiſſimè dixi in repeti.
.d. c. fi. de iureiuran. in .1. q. principali primi
articuli. Bar. in .l. 3. §. 1. & .l. eum qui. §. in
popularibus .ff. de iureiuran. & plenius in .l.
maritus. ff. de quæſti. dicit, quòd in caſu præ-
dicto defertur iuramẽtum reo ad abſolutionẽ.
per .l. præſenti .C. de ijs qui ad eccle. confu.
Et ſic ad oſtendendũ innocentiã ſuam. Tu dic,
ꝙ aut nos loquimur de vera purgatione indi-
cenda in forma canonica, de qua dicemus in
.11. articulo. in .c. inter .j̃. eo. & talis non ſit
indicẽda; niſi ex tali probatione ſemiplena or-
ta ſit infamia, vel vehemens ſuſpitio, aut ſit fu-
turum ſcandalum, per ea quæ dicta ſunt ſupra.
Aut loquimur de iuramento prȩſtando ipſi reo
ad purgandam, & tollendam ſuſpitionem quã
fortè iudex conceperat contra eum, ſecundum
ea quæ dixi in .d. c. fin. in. tertio principali ar-
ticulo. & hoc caſu, iudex, ad hoc vt poſſit ab-
ſoluere reum, abſq; aliqua dubitatione, defer-
ret iuramentum pro abſolutione inſpicienda.
Et hoc modo tale iuramentum poteſt appella-
ri iuramentum purgationis. Et iſto modo po
teſt intelligi .d. authen. nouo iure. Et ſic ha-
bes caſum in quo reus poteſt ſe purgare per ſo
66 lum iuramentum. Decimotertio quæro, † an
ex confeſſione facta in iuditio vetito, ſit indi-
cenda purgatio. Sol. glo. in .c. at ſi clerici .s̃.
de iudi. tenet, ꝙ ſic. cum ex tali confeſſione or-
ta ſit infamia. Sed ego non arbitror, ꝙ ex tali
cõfeſſiõe inducatur infamia, niſi hoc aliter eue-
nerit in facto. Et ad prædicta vide quæ latius
ibi dicit .D. m. Nec iſto modo accuſatur infa-
mia, ſecundum ea, quæ dixi in .d. c. qualiter. in
nono principali articulo à .q. 20. vſq; ad .q. 45.
67 Et ex his potes colligere quid † iuris de con-
feſſione facta extra iudicium de delicto com-
miſſo. Circa quod glo. not. in .c. 4. infra eo.
dicit, ꝙ ſi hoc fiat occultè ſacerdoti, non ſit in-
dicenda purgatio. Sed ſi extra iudiciũ, ſcilicet
fortè gloriando de delicto, cogeretur ſe purga-
re, vel docere ſe aliter intellexiſſe. vt not Inno.
ſupra de elec. c. per inquiſitionem. & ſequitur
68 .D. m. in .d. c. 4. Et de † pœna gloriationis de
delicto, vide ꝙ latè dixi in .c. quam ſit. ſupra de
exceſ. Præla. Decimoquarto quæro, vtrum
68 propter rumorem † ſit indicenda purgatio.
Sol. glo. in ver. rumoribus. 23. q. 4. c. non in
uenitur. tenet, ꝙ not. argu. illius tex. & .c. in
cunctis. 11. q. 3. & .c. ſuper eo. de eo. qui cog.
70 conſan. vxo. ſu. Eſt autem rumor † ſecundũ
Archid. 35. q. 6. c. ſi duo. particularis aſſertio
ex incerto authore, & à ſola ſuſpitione proue-
niens. vt in .d. c. ſuper eo. & .c. oſius .s̃. de elec.
ad ꝙ vide quòd latius dixi in .d. c. qualiter .s̃.
de accuſa. in decimo principali articulo .q. 20.
vbi poſui aliàs deſcriptiones rumoris. & quid
71 differat à † fama. & quid à clamore. Arbitror
tamẽ, ꝙ poſſet eſſe talis rumor, propter quem
iudex deberet arbitrari indicendã fore purga-
tionem, per ea quæ ſupra latius dicta ſunt. Et
ex his, eſt expedit[9] iſte tertius principalis arti-
culus, quem volui cum bona dote ire ad nu-
ptias, propter filiam mihi datam. Decimo-
quinto quȩro, de tertia qualitate, videlicet de
72 ſcandalo, vtrum propter † ſcandalum ſit indi-
cenda purgatio. Sol. Archid. 11. q. 3. c. in
cunctis. dicit, quòd ſic. etiam vbi aliàs non eſt
tanta infamia, propter quam de iure eſſet indi-
cenda purgatio. & hoc tenet. D. m. in .c. pen.
infra eo. Et Hoſti. in .c. inter .j̃. eo. & ibi. D.
.m. dicentes, ꝙ ſolum ſcandalum ſufficit. & for
tius ſi conuinctum ſit cum infamia. Et idem
glo. & .D. m. in .c. ex literis .s̃. de homici. ali-
quid tetigi in .c. ſignificaſti .s̃. de adul. in glo.
pe. & ſatis mihi placet.

## Cap. II. Si Quis Presbiter.

*SVMMARIVM.*

1 *Infamatus tertio monitus, ſi non ſe corrigit, cum*
*poſſit,*



*poſſit, ab officio ſuſpenditur, donec ſe purget.*
*& nu. 15.*
2 *Famam negligens, vitam propriam dicitur de-*
*ſpicere.*
3 *Famæ amiſſio, eſt maior, quam oculorum.*
4 *Diffamationes hominum prauæ, illos infamant,*
*& de eis ſuſpitionem inducunt.*
5 *Teſtis poteſt aſtringi ad dicendam veritatem, non*
*ſolum ſub vinculo veritatis; ſed etiam ſub*
*banno Chriſtianitatis, ideſt, ſub pœna excom*
*municationis. & nu. 16. Et an requiratur*
*tunc eius iuramentum, nu. 6.*
6 *Bannũ chriſtianitatis quid ſit. & vide ſub nu. 16.*
7 *Teſtis dictum non iuratum licet non probet, tamẽ*
*inducit infamiam.*
8 *Epiſcopus poteſt inquirere de infamia contra ſu-*
*ſpectum.*
9 *Purgatio nõ eſt indicenda, apparente accuſatore.*
10 *Infamatus dicitur, qui eſt infamatus penes po-*
*pulum.*
11 *Teſtes qualiter debeant deponere ad probandum*
*infamiam.*
12 *Purgationis forma ex delicto emendabili quæ ſit.*
13 *Seorſum dicitur fieri, quod fit in occulto.*
14 *Publicè non dicitur fieri, quod fit coram duobus,*
*vel tribus teſtibus.*
17 *Infamiam facti, qualiter quis debeat purgare.*
18 *Contraria contrarijs curantur.*
19 *Purgationis canonicæ proceſſus, qualis debeat eſ-*
*ſe: remiſſiuè.*

SI QVIS PRAESBITER. Suſpe-
1 ctus, † ſeu diffamatus, tertio mo-
nitus ſe non corrigens, cum poſſit,
ab offitio ſuſpenditur, donec ſe
purget .h. d. Diuiditur, primo ponit modũ,
& formam tenẽdam cum ſuſpecto, & diffama-
to de crimine emendabili. Secundo non cor-
rigenti ſe, pœnam ſuſpenſionis imponit, &
purgationem indicit ibi, ſi verò. Tertio aſſi-
gnatur ratio ibi, ne populus. Et in tex. ibi per-
miſerit, dic. ſ. agendo id propter, ꝙ mala ſuſ-
pitio naſci poteſt. Et in tex. ibi, vſq; ad con-
dignam ſatisfactionem, ideſt, canonicam pur-
gationem: vt faciat ad titulum. Nota primo,
2 ꝙ qui † negligit famam, dicitur propriam vi-
tam deſpicere. Ad quod vide authoritates
quas dixi in .c. fin. s̃. de accuſa. & alias quas po
ſui in .c. qualiter .2. in nono principali articu-
3 lo. eo. ti. de accuſa. Et adde, ꝙ † maior eſt
amiſſio famæ, quam oculorum. vt not. in .l. in-
4 famia. C. de decur. lib. 10. Secundo not. † ꝙ
prauæ hominum diffamationes illos infamãt,
& de eis ſuſpitionem inducunt. Tertio † not.
5 ꝙ quis poteſt aſtringi † ad dicendum veritatẽ,
non ſolum ſub vinculo veritatis, ſed etiam ſub
banno Chriſtianitatis. Et ſic videtur ſecundũ
6 .D. Anto. ꝙ iuramentum † non ſit omnino de
ſubſtantia dicti teſtis. Ex quo infert, ꝙ ſi teſtis
in iudicio examinetur ſub banno Chriſtianita-
tis, ꝙ eius dictum valet. Quod dictum mihi
non placet; quia iuramentum eſt de ſubſtantia
teſtimonij. vt in .c. teſtibus .s̃. de teſti. & in .l.
iuriſiurandi. C. eo. Nec ob. tex. noſter; quia
reſpondeo, ꝙ compellendo iſtos teſtimoniũ
deponere ſub banno Chriſtianitatis, hoc eſt
ſub pœna excõmunicationis ſecundum Doc.
intelligi debet, ꝙ deponere debeant in forma
debita præſtito iuramento. & ſic ſentit hĩc glo.
.3. vel poteſt dici, ꝙ ad informandum iudicem
prout fuit hic, non eſt neceſſarium, quòd teſtes
iurent, vt ſingulariter dicit Bal. in .c. 1. §. ſi duo
de pac. tenen. Facit ꝙ not Inno. in .c. 1. ſup̃
de poſtula. præla. & in .c. bonæ .1. de elec.
7 Vel tertio dici poteſt, quòd licet † dicta te-
ſtium non iuratorum non probent, tamẽ poſ-
ſunt inducere infamiam, & præſumptionem. vt
not. gl. in .c. tua. de coha. cle. & muli. Facit. c.
quoties. j̃. eo. Sed p̃cedentes ſolutiones plus
mihi placẽt. & ſecundum duas vltimas poteſt
8 ſaluari dictum .D. Anto. Quarto not. † quòd
contra ſuſpectum poteſt Epiſcopus inquirere
de infamia; & debet prius inquirere de infamia.
quã de veritate criminis de quo latius dixi in
.d. c. qualiter. in nono princincipali articulo. q.
9 .16. Quinto not. quòd † apparente accuſato-
re, non debet indici purgatio. de quo dixi in .c.
10 præced. Sexto not. quòd ille † dicitur infama-
tus qui penes populum eſt infamatus. Et ſic
11 habes qualiter † teſtis debeat depõere ad pro-
bandum infamiam. Vide latius in .d. c. quali-
ter. in nono principali articulo, à .q. 19. vſq;
12 ad .q. 41. Septimo not. formam † ſeruandã
ad purgationẽ ex delicto emendabili. ꝙ dicã in
nono principali arciculo in .c. inter .j̃. eo.
13 Octauo not. ꝙ † illud dicitur fieri ſeorſum, ꝙ
fit in occulto nullis vocatis teſtibus, ſed exclu-
ſis. ꝙ not. pro ſtatutis. Nono not. quòd illud
14 quòd fit coram duobus, aut tribus, nõ dicitur
fieri publicè. Ad ꝙ vide quod dixi in .c. qua-
liter. in nono principali arciculo .q. 36. & ꝙ
dixi in .c. 2. ſupra de malefi. Vltimo not. ꝙ
15 infamatus † poteſt ſuſpendi, donec ſe purgaue-
rit. de quo dicam in decimoquarto principali
articulo in .c. accedens .j̃. eo. In glo. ſuper
verbo Chriſtianitatis, in fi. vel dic, ideſt, ſub
16 pœna † excõmmunicationis; quia excõicatio
eſt bannum à cõmunione Chriſtianorum. vt .c.
à nobis. de excep. Facit ꝙ dixi in .c. & ſi iu-
das .s̃. de iude. In glo. pen. in fi. dic, not. hãc
17 glo. per quam habes iuncto tex. qualiter † quis
debeat purgare infamiam facti; quia debet de-
ſiſtere à malo, & facere habitum bonorũ ope-
18 rum; quia contraria † contrarijs remedijs cu-
rantur. de pœ. diſt. 1. c. 1. Et not. ꝙ ille tex.
dicit, ꝙ debet bonas operationes in conſue-
dinem trahere; & ſic debet habitum virtutis
inueſtire. Et alibi dicit tex. ꝙ debet id agere
per multa contraria. 26. q. 7. c. affectum. Vn-
de emanauit ille verſus. Quem ſemel &c.
Et aduerte, quia glo. iuncto tex. ſentit, quòd
ſi iſte monitus emendaſſet ſe in prima, ſecun-
da, vel tertia monitione, ꝙ ei non eſſet in-
dicenda purgatio. Quòd tamen non eſt ſim-
pliciter verum; ſed dic vt dicam intra in .11.
articu. in prin. in .c. inter. infra eod. In glo. fi.
in fin.

in fin. dic .D. m. & Doſto. hic, aliquid tangũt
19 de forma † procedendi ad purgationem cano-
nicam. Sed dic vt latius dicã in .c. inter. ꝟ. eo.

## Capitulum. III. Moniales.

### *SVMMARIVM.*

1 *Purgatio regularibus, ſecundum tenorem ſuæ regulæ eſt indicenda.*
2 *Libido, an ſumatur pro actu veneris. Et nu. 8. de alijs ſignificationibus ipſius.*
3 *Manifeſtum quid dicatur eſſe.*
4 *Purgare ſe tenẽtur, non ſolum ſeculares clerici infamati; ſed etiam laici.*
5 *Purgatio canonica, eſt ſubſidiaria.*
6 *Purgatio canonica, non eſt voluntaria, ſed neceſſaria. & nu. 15.*
7 *Purgatio in quibus cauſis poſſit indici.*
9 *Purgatio poteſt indici in omni crimine, et exceſſu.*
10 *Purgatio poteſt indici, non ſolum delinquentibus, ſed etiam eis auxiliantibus, & ſimilibus.*
11 *Purgatio, an poſſit indici in cauſa ciuili. Et quid ſi ſit mixta. nu. 12.*
13 *Purgatio, an ſit indicẽda propter defectus ex delictis non deſcendentes.*
14 *Purgatio, an ſit indicenda in cauſa matrimoniali.*
15 *Purgatio, an ſit indicenda propter ſolam voluntatem delinquendi.*
61 *Ad Purgationem vtrum index, vel pars neceſſitetur; Et ibi communis, quòd iudex ad petionem infamati non neceſſitetur. quæ declaratur. nu. 17.*
18 *Purgatio, an poßit peti per procuratorem. Et an requirat ſpeciale mandatum. nu. 19.*
20 *Mandatum ſpeciale requiritur, vbicunq; ex facto procuratoris conſtituens poteſt incurrere ſtatus diminutionem.*
21 *Purgationem, an poſſit quis præſtare per procuratorem.*

1 MONIALES. Regularibus, † ſe-
cundum regulæ ſuæ tenorem, eſt
indicenda purgatio .h. d. ſecundũ
intellectum glo. Vel ſecundum
alium intellectum .h. d. Etiam regulares pur-
gant ſe de delicto ſecundum canonicam regu-
lam. Nota primo, ꝙ monialibus libidini ſer-
uientibus, eſt indicenda canonica purgatio.
2 Et intelligit glo. 1. hic, & Io. An. ꝙ † libido
hic ſumitur, ꝓ actu veneris, cui moniales inter
dum inſeruiunt; vt dicitur etiam in .c. 1. de ſta.
reg. lib. 6. Tu verò, qualiter accipitur hic libi-
do, ſeu qualiter accipi poſſit, dic vt ſtatim dicã
poſt glo. in prin. quarti principalis articuli.
3 Secũdò not. poſt .d. Ant. ꝙ † illud dicitur ma-
nifeſtũ, quod eſt probabile, vel probari poteſt,
vel eſt probatum. ꝙ vltimum placet. Sed pri-
mum, & ſecundum non ſunt vera, nec tex. no-
ſter illa probat. Sed hoc vult tex. noſter, ꝙ
illud quod poteſt manifeſtè probari, ſit mani-
feſtum. Aduerte tamen, quod ẽt quandoq;
dicitur manifeſtum, ꝙ colligitur ex coniectu-
ris; Et etiam tale quandoq; dicitur euidens. ad
ꝙ vide iura quæ allegaui in .c. cum dilectus .ſ̃.
4 de dona. Tertio not. ꝙ non ſolum † ſeculares
clerici infamati, ſed etiam regulares tenentur ſe
purgare. de quo latius infra poſt glo. in quarto
principali articulo. Quarto not. ibi, detegi nõ
5 valuerint, ꝙ † purgatio canonica eſt ſubſidia-
ria; quia indicitur quando aliter delictũ pro-
bari nõ poteſt. de quo dixi .ſ̃. in .c. 1. in tertio
principali articulo. Vltimo not. ex fi. quòd
6 purgatio † canonica nõ eſt voluntaria, ſed ne-
ceſſaria. de quo dicam infra poſt glo. in quarto
principali articulo. Glo. 1. format .q. & ſol-
uit, dic vt in ea. Glo. 2. quærit de intellectu.
tex. & ſoluit. & ſecundum intellectũ glo. pro-
cedit primum ſummarium. Alio modo intel-
ligitur, ſecundum quod dixi in ſummario ſe-
cũdo. Et vterq; intellectus eſt bonus. Extra
glo. quia ſupra in rubri. dixi me hic dicturũ de
quarto, quinto, & ſexto articulis principalibus,
proſequendo ordinem illum, capio quartum
principalem articulum. Quarto principaliter
7 quæro, in quibus cauſis † poſſit indici purga-
tio. Sol. dic, ꝙ in omnibus delictis, & exceſ-
ſibus. Hoc primo probatur hic; nam hic di-
8 citur, ꝙ poteſt indici ratione libidinis, ſed † li-
bido, prout hic ſumitur, & ſcribitur, per .b. ſi-
gnificat cupiditatem; quamuis ſcripta per .v. ſi-
gnificet corporis liuorem. Vnde libidinis pri-
mæ pro cupiditate ſumptę, multæ, & variæ ſunt
operationes. Sicut vlciſcendi. & hæc eſt ira.
Item alium ſpernendi, & hæc eſt ſuperbia. Itẽ
immoderatè habendi. & hęc auaritia eſt. Item
carnaliter appetẽdi. & hæc eſt mœchia. Qua-
re ſi verbum libido ita ſimpliciter hic ſumere-
tur, cum omnia delicta, & exceſſus ortum ha-
beant à prædictis vitijs, & prædicta vitia in li-
bidine contineantur; ſequitur ꝙ ratione cuiuſ-
libet criminis, & exceſſus poteſt indici purga-
tio. Sicut in ſimili dicimus de cõcupiſcentia, ex
qua omnia crimina oriuntur. vt in .c. 4. & ibi
vide glo. not. & ꝙ ibi dixi, ſupra de conſtitu.
Similiter etiam in luxuria dicendum eſt, prout
capitur pro omni immoderato exceſſu. vt not.
in .l. ex damno. in prin. ff. de dam. infec. Eſt
ergo concluſio ſecundum hunc intellectum, ꝙ
9 in † omni crimine, & exceſſu poteſt indici
purgatio. Quæ concluſio ẽt clarius probatur,
quia ſiue de fornicatione agatur, poteſt indi-
ci purgatio, vt probatur hic, accipiendo libidi-
nem ſolum pro mœchia, vt voluit glo. & Ioan.
Andr. Siue agatur de raptu. vt in .c. ſequen. Si-
ue de ſimonia. vt in .c. quoties. ꝟ. eo. Siue de ho
micidio. vt in .c. ex tuarum. ꝟ. eo. Siue de hæ-
reſi. vt in .c. inter. infra eo. Siue de quocunq;
alio crimine. vt in .c. nos inter. ꝟ. eo. ibi, ſi de
aliquo crimine &c. Et not. quòd non ſolum,
ſi aliquis ſit infamatus principaliter, quòd per
ſe delictum commiſerit, ei eſt indicenda purga-
10 tio. Sed † etiam ſi infamatus ſit, ꝙ delicto cõ-
ſenſerit. vt in .c. ſequen. Et idem dicendum
arbitror, qualitercunq; quis ſit infamatus, vel
veriſimiliter ſit ſuſpectus, quòd cauſam, vel
occaſio-



occaſionem dederit delicto. vt puta, ope, auxi-
lio, fauore, mandato, iuſſu, ſeu præcepto, con-
ſilio, ſiue perſuaſione, ſeu ſuggeſtione, negli-
gentia, deſidia, incura, vel ratihibitione; & per
omnes alios modos, per quos quis delinquere,
poteſt, ſecundum ea quæ latius dixi in materia
irregularitatis, in .c. ad audientiam .ſ̃. de ho-
mici. in quarto membro principali, ſeptimi
principalis articuli, à .q. 4. vſq; ad .q. 59. & di-
cam .ꝟ. in .c. inter. in decimo principali articu-
lo. inſuper etiam notandum eſt, pręcicta proce
dunt, non ſolum in delictis momentaneis, ſed
etiam emendabilibus, & ſucceſſiuis. vt in .c. præ
ceden. quamuis diuerſa forma ſit in vtriſq; ſer-
uanda, ſecundum ea, quæ dicam in .d.c. inter. in
vndecimo principali articulo, in primo mem-
bro. Sed quæro iuxta prædicta, vtrum in cau-
11 ſa † ciuili, ſit indicenda purgatio. Sol. dic, ꝙ
regulariter nõ poteſt indici. hoc ſentit .D. An.
in .c. nos inter. vbi dicit, ꝙ ad hoc, vt habeat
locum purgatio, exigitur, ꝙ agatur ex crimine.
Aduerte tamen quia dicit Hoſti. in ſum. eo. ti.
.§. quando, ꝙ etiam in ciuilibus aliquando in-
iungitur. vt probatur in .c. quòd ad conſulta-
tionem .ſ̃. de re iudi. ſecundum vnum intelle-
ctum Goffr. de quo ibi dixi. Quinimmò di-
cunt quidam, quòd regulare eſt, quòd actore
deficiente in purgatione, iuramentum defera-
tur reo ad oſtendendum ſuam innocentiam, ſi
præſumptio eſt contra reum. vt in .c. fin. ſupra
de iureiuran. Sed tu de hoc articulo. & cui de
ferendum ſit iuramentum hoc, & ad quem effe
ctum deferatur, quando defertur reo. vide quę
latè dixi in repeti. d.c. fi. in quarto principali
articulo, & duodecimo. Et in quibus cauſis,
vide ꝙ dixi ibi in primo principali articulo.
Et ſecundum prædicta poſſunt intelligi, quæ
not. Archid. 2. q. 5. c. ſi quis. il 4. Sed tu ad-
12 uerte, quia ego arbitror, quòd quamuis † cauſa
eſſet ciuilis, ſi tamen in ea eſſet intentatum de-
lictum, & ſic eſſet mixta, ſecundum ea, quæ latè
dixi .ſ̃. de iudi. in rubri. dico, quòd ſi ex tali
cauſa quis remaneret infamatus ex delicto, vel
aliter vehementer ſuſpectus, & ſcandalum eſſet
futurum, ſecundum ea quæ dicta ſunt in tertio
principali articulo in .c. 1. ſ̃. eo. eſſet purgatio
indicenda, non reſpectu ciuilis cauſæ, ſed reſpe
ctu delicti. Et idem arbitror, ſi ex cauſa ciuili-
ter intentata, aliquis remaneret infamatus, vel
vehementer ſuſpectus de aliquo defectu, vel il-
legitimitate, propter quam eſſet indicenda pur
gatio, vt dicam in ſeq. q. Secũdo quæro, vtrũ
13 propter alios defectus † ex delictis non deſcen-
dentes, ſit indicenda purgatio. So. arbitror di-
cendum ꝙ ſic, ſi per eos aliquo modo fidelium
populus ſcandalum in illo patiatur. Vnde ſuper
illegitimitate diffamato, qui fortè promotus
eſt, vel cupit ad ordines promoueri, eſt indicen-
da purgatio. vt in .c. accedens. infra eo. Simi-
liter etiam, vt dicit Hoſtien. in ſum. eod. ti. §.
quando propter impotentiam coeundi purga-
tio indicitur. Ad quod facit ꝙ dicam in ſeq.
.q. & .ꝟ. eo. c. inter. in vndecimo principali ar-
ticulo. Quandoq; etiam ſecundum Hoſtien.
in dicto loco indicitur purgatio ratione ſuſpi-
tionis, & infamię ortę ĩ reſcripti impetratione.
vt traditur in .c. ex parte. de offi. or. Tertio
14 quæro, vtrum in cauſa matrimoniali † ſit indi-
cenda purgatio. So. dic ſecundum Vincen. in
.c. nos inter. ꝟ. eo. quòd aut agitur ad diſſolu-
tionem mutuæ ſeruitutis, & tunc ſi vxor eſt in-
famata de adulterio, vel maritus, poteſt ſibi in-
dici purgatio. 2. q. 5. c. conſuluiſti. §. hoc au-
tem. quòd ſi defecerit, punitur. vt conuicta, vel
ſeparabitur matrimonium quò ad thorum. Ad
quod vide quæ dicam in .c. fi. ꝟ. eo. in. 15. prin-
cipali articulo. Si verò ageretur ad diſſolutio-
nem coniugij, puta, propter impotentiam
coeundi, vel propter cõſanguinitatem, & tunc
non eſt indicenda purgatio; quia etiã expreſſè
confitendo non poſſunt coniuges præiudicare
matrimonio. vt in .c. ſuper eo .ſ̃. de eo qui cog.
conſangui. vxor. ſuæ. Nec habet locum dela-
tio iuramenti neceſſarij. 11. quæſt. 3. c. rurſus.
ſecundum Vincen. & ſequuntur Ioan. Andr.
.D. Anto. & .D. m. in .d.c. nos inter. Et ad-
de quæ dixi in .c. fi. ſ̃. de iureiuran. in. 2. vel. 3.
.q. primi principalis articuli. Quarto quæro,
15 vtrum propter ſolam † voluntatem delinquen-
di ſit indicenda purgatio. So. glo. in .c. petrus.
de homici. tenet ꝙ non. Glo. 1. q. 4. in .c. quia
præſulatus. arguit ꝙ ſic, per illum tex. deinde
arguit in contrarium, per tex. de pœ. diſt. 1.
c. cogitationis. & finaliter concludit, ꝙ de vo-
luntate non producta ad actum, non tenetur ſe
purgare. Aliàs ſecus. 23. q. vlt. c. fin. & tenet
Lau. 2. q. 5. in .c. ſi legitimi. Sed Archid. ibi, re-
mittit ad .c. auditum ea cauſa. & .q. vbi etiam
concludit, ꝙ non ſit indicenda, niſi de volun-
tate, quæ proceſſit ad actum, quæ dicitur coo-
peratio, ſiue conſenſus; & eandem ſententiam
etiam ſequuntur To. & Vinc. in .d.c. petrus. &
Specu. in ti. de aboli. §. 1. Ego arbitror ꝙ de
voluntate in mente retenta, non ſit indicenda
purgatio. vt .d.c. cogitationis. cum ſimil. Sed
de voluntate producta ad aliquem actum, quã-
uis non perfectum, vt puta, mandati, vel con-
ſilij, vel ad ſimilem actum. ſecundum ꝙ dixi
ſupra in princ. huius articuli, ſi talis remanet de
hoc infamatus eſt indicenda purgatio quam-
uis non fuerit ſecutus effectus. & ita loquitur
.c. ſi quis viduam. 50. di. & .l. fi. §. fi. C. de fid. in-
ſtru. Circa quintum principalem articulum, in
16 quo tractãdum eſt, vtrum iudex, † vel pars ne-
ceſſitetur ad purgationem. Dic ꝙ ad petitio-
nem infamati iudex non neceſſitatur indicere
purgationem. hoc tenet Hoſti. Io. Andr. &
communiter * Docto. in .c. cũ in iuuentute. ꝟ. Cõm. op.
eo. vbi cõcludunt, ꝙ hoc non à voluntate par-
tium, ſed à iudicis arbitrio depẽdet. per not. in
.c. ex tuarũ. & in .c. quoties. ꝟ. eo. & in .c. excõi-
camus. §. 1. & §. adijcimus. ſ̃. de hęreti. Et hanc
ſententiam ſequitur .D. Anto. & .D. m. in .d.
.c. cum in iuuentute. Et Archid. 11. q. 3. c.
cum in cunctis. Ego arbitrarer ita dicendum,
quòd aut petens purgationem non eſt infama-
tus

tus tali infamia, propter quam iudex debet ar-
bitrari indicendam eſſe purgationem, & pro-
cedat dicta opinio. Sed ſi vellet, poſſet peten-
ti morem gerere, vt eſt tex. infra eo. & in .d.c.
cum in iuuentute. in ver. cæterum. Sicut in ſi-
mili dicit tex. in .l. crica .ff. de proba. Aut
prælatus dicit iſtum talē diffamatum infamia,
vel alia veriſimili ſuſpicione exigente purga-
tionem. Vnde ipſum petentem promoueri
fortè ad ordines, vel quid ſimile, intendit præ-
latus propter hanc infamiam repellere, ipſe ve-
rò dicit, indicatis mihi purgationē; & hoc ca
ſu æquum eſt, vt neceſſitetur Prælatus. argu. c.
accedens. infra eod. facit .d. c. cū in iuuentute.
Quod tamen limita, ſecundum ea quæ dicam
in ſexto principali articulo, in ſeq. c. Et proce-
dunt prædicta quò ad neceſſitatem iudici im-
ponendam. Si verò loquamur, vtrum infama-
tus, ſeu ſuſpectus neceſſitetur ad ſe purgãdum,
videtur dicendum quòd nō. ar. 2. q. 5. c. quo-
ties .§. in præmiſſis. & .c. auditum. In con-
trarium facit eadem cauſa. & .q. d. c. auditum.
.§. ecce. & .c. omnibus. vbi probatur, quòd
talis ad purgandum eſt cogendus. nec conſiſtit
in ipſius voluntate, ſed in iudicis arbitrio. Et
hoc tenet ibi Archid. dicens, quòd illud. c. au-
ditum. quod fuit allegando inductum, corrigi-
tur per .d.c. omnibus. Sed iudicio meo prę-
dicta iura poſſent melius cōcordari diſtinguē-
do, quòd aut nos loquimur de Papa infamato,
& ei non imponitur neceſſitas. vt .d. c. auditū.
Vnde quod ibi dicitur, non præſcribo legem
cęteris qua id facere cogãtur, intelligo .ſ. cęte-
ris ſummis Pontificibus. Quod tamen fortè
limitandum eſſet, ſecundum ea quæ dicit glo.
ſing. 40. diſt. c. ſi Papa. Aut loquimur de infe-
riore infamato, & hoc caſu procedit commu-
Cōm. op. 17 nis* opinio; † quia neceſſitatur. vt in .d. c.
omnibus. quamuis non per viam directam, ſed
cauſatiuè; puta, quia ſi ſe nō purgauerit infra ter
minum ſtatutum à iudice, ſecundum ea, quæ
dicã .j̃. in .c. inter. in vndecimo principali arti-
culo. Sed circa prædicta dubitatur, vtrū quis
18 talem † purgationem poſſit petere per procu-
ratorem. Sol. tex. eſt quòd ſic. in .c. cum in iu
uentute. infra eo. & ibi hoc not. D. Anto. Sed
19 vtrum, ad hoc † requiratur ſpeciale mãdatum?
glo. in ver. poſtulare, in .c. cum in iuuentute.
infra eo. Primo arguit, quòd ſic. Sicut in iu-
ramenti delatione. de iureiuran. c. fin. & .c.
qui ad agendum. de procura. lib. 6. In con-
trarium tamen facit ille tex. quia ibi non ap-
paret, quòd ille procurator haberet ad hoc
aliquod ſpeciale mandatum. Vnde glo. huius
timore ibi dicit primo, quòd per hoc ibi dñs
non cogitur habere ratam illam poſtulationē,
vel quòd ibi erat mandato vicinum. vel tertio,
quòd ibi habebat mandatū ad hoc. Sed Inno.
ibi vult, quòd generalis procurator poſſit hoc
petere per .c. veniens de accu. & fortè fuit mo-
tus ex ratione glo. quia hoc erat vicinum man-
dato, ex eo, quia cum haberet mandatum ſu-
per poſtulatione iam facta, ne aliquo modo
poſſet impediri propter infamiam, potuit pe-
tere purgationem. Ego verò arbitror, quòd
requiratur ſpeciale mandatum; quia vbicunq;
20 ex facto procuratoris cōſtituens poſſet incurre
re diminutionem ſtatus, ſemper requiritur
ſpciale mandatum. vt .l. non ſolum .§. fin. ff.
de procu. gl. in ver. electi, in cle. 2. de procura.
& ibi dixi. Facit ēt quòd dicimus de petenda
abſolutione, ab excōicatione in. c. quod de his
in fin. de ſenten. ex. & quod dicam in .c. inter.
infra eo. in vndecimo principali articulo in ſe-
cundo mēbro. Nec ob. c. cum in iuuentute.
quia potes ſol. vt ſupra dixi. Vel poteſt ſol. vt
ibi dicam. Nec ob. c. veniens. quia ille tex. nō
probat opi. Inno. Sed vtrum purgationē poſ-
ſit quis præſtare per procuratorem, dicam in
21 .c. inter. infra eo. in vndecimo principali arti-
culo in ſecundo membro.

## Capitulum .IIII. Si Quis.

### SVMMARIVM.

1 *Purgatio non indicitur, vbi delictum eſt proba-
bile.*
2 *Clericus cuiuſcunq; gradus poteſt in irregularita-
tē incidere, & per conſequens degradari.*
3 *Purgatio indici poteſt cuicunq; ordinato, ſubſi-
ſtente cauſa, & materia habili ad indicendū.*
4 *Delinquere dicitur, non ſolum qui per ſe principa-
liter delinquit, ſed etiam qui conſenſit deli-
cto, vel aliud ſimile agit.*
5 *Agentes, & conſentientes pari pœna puniuntur.*
6 *Purgatio non eſt indicenda propter quamlibet
ſuſpicionem.*
7 *Purgatio quibus ſit indicenda. Et quis poſſit ſe
purgare. Et ibi quòd cuicunq; nclerico, ſiue
ſeculari, ſiue regulari, &c.*
8 *Laico ſubſiſtente cauſa, & habili materia ad in-
dicendum purgationem, an poſſit purgatio
indici. vſq; ad nu. 11.*
9 *Crimen omne videtur eſſe publicum, ſecundum
canones.*
10 *Epiſcopus non debet pati, quòd etiã laicus ſtet in
peccato mortali.*
11 *Purgatio canonica non indicitur ad effectum pœ-
nitentiæ; ſed pœnæ, ſi purgãdus deficit in pur
gatione.*
12 *Purgationis forma, an ſit ſufficiens, quòd purgã-
dus iuret ſe immunem.*
13 *Epiſcopis, Archiepiſcopis, & aliijs poteſt indici
purgatio. Et nu. ſeq. quid de Papa.*
15 *Purgatio, an indici poſſit cuilibet infamato, vel
ſuſpecto de crimine, vel defectu, & ſub-
dito Prælati.*
16 *Periuro an ſit indicenda purgatio. & vſque ad
nu. 19.*
17 *Deierans ſemel, ſemper præſumitur deierare.*
18 *Periurus tenetur ſubire iuramentum quod tendit
ad ipſius incommodum.*
19 *Purgatio an ſit indicenda ei, quem Iudex ſit de-
liquiſſe, ſi credit eum iuraturum non commi-
ſiſſe.*





20 *Purgationem, an debeat iudex indicere ei, qui
cōfitetur ſecretò illi ſe commiſiſſe crimen, &
dicit quòd non indicat ſibi purgationem,
quia publicè iurabit ſe non commiſiſſe.*
21 *Purgatio canonica, an ſit indicenda abſoluto per
purgationem vulgarem.*
22 *Purgatio canonica, an ſit indicenda abſoluto ſe-
mel per eandem purgationem.*
23 *Purgare, an poſſit ſe quis per procuratorem: re-
miſſiuè.*

1 SI Qvis. Si delictū † eſt proba-
bile, ſeu probatum, non indici-
tur purgatio. Aliàs ſecus .h. d.
Et in tex. ibi, alienarum ſponſa-
rum, dic .i. aliarum rerum. Nam quandoq;
res, & quandoq; corpora rapiuntur. vt ſupra
de rap. per to. & in quolibet delicto locum ha
bet purgatio. vt dixi in .c. p̃ced. in quarto prin
cipali articulo. Nota primo ex principio,
2 quòd † clericus cuiuſcūq; gradus poteſt in ir-
regularitatem incidere. & per conſequens de-
gradari. Ad idem. c. cum non ab homine. ſ̃.
de iudi. & dic vt dicam in .c. nouimus. infra de
verb. ſigni. Secundo not. ex eiſdem verbis ſi-
3 quis de gradu eccleſiaſtico, quòd † ſubſiſtēte
cauſa, & materia habili ad indicēdam purgatio-
nē, cuicunq; ordinato, pōt indici. de quo infra
poſt glo. in ſexto principali articulo. Secun-
4 do not. quòd † quis dicitur delinquere, nō ſo-
lum ſi principaliter per ſe delinquat, ſed etiam
conſentiendo, aut interueniendo, fortè opem,
vel auxilium, vel quid ſimile præſtando. ſecun-
dum ea, quæ dixi infra in .c. pen. in quarto ar-
5 ticu. in prin. Quarto not. ꝙ † agētes, & cō-
ſentientes pari pœna puniuntur. de quo dic, vt
dixi poſt glo. & Docto. in .c. 1. ſupra de offi.
6 deleg. Vltimo not. quòd † nō propter quãli-
bet ſuſpicionem eſt indicenda purgatio, ſed
ſolum propter veriſimilem. quod tangitur hic
in glo. fi. de quo dic, vt latè dixi. ſ̃. in .c. 1. in. 3.
principali articulo .q. 8. Glo. prima poteſt re-
citari, per quæſtionem, quare conſenſor repel-
litur à gradu. Glo. 2. poteſt recitari per con-
trarium. Et in eadem glo. ibi in iudicio, dic,
idem ſi extra iudicium quis confiteretur, &
non in præſentia, de quo dic, vt traditur per
.D. m. & Docto. in .c. at ſi clerici. ſupra de iu-
di. Ego forte dicam in .c. 1. de confeſſ. Glo.
fin. poteſt recitari per oppoſit. nam videtur
quod imò ratione ſuſpicionis ſit indicēda pur-
gatio. quinimò, vel quòd ſit repellenda, vel
quòd ſit ferenda ſententia. Sol. glo. diſtin-
guendo triplicem ſpeciem ſuſpicionis. dic vt
in ea, & per Doc. hic. Poſtremo extra glo. quia
ſ̃. in rubri. dixi me hic examinaturum ſextum
7 principalē articulum. Quæro † pro eius exa-
minatione, quibus ſit indicenda purgatio, &
quis poſſit ſe purgare. Sol. dic, ꝙ cuicunq; in
gradu eccleſiaſtico cōſtituto poteſt indici pur-
gatio. Et ſic etiam conſtituto in minoribus.
vt probatur hic in tex. noſtro in prin. qui lo-
quitur generaliter. Dūmodo talis ſit infama-
tus, vel ſuſpectus de aliquo crimine, vel defe-
ctu, ſecundum ea, quæ dixi in .c. præceden. in
quarto principali articulo. Et non ſolum cle
rico ſeculari, ſed etiam cuicunq; regulari cle-
rico poteſt indici. vt in .c. præced. ſiue ſit ma-
ſculus, ſiue fœmina, vt ibi. Similiter etiam li-
beris hominibus, libertinis, & ſeruis poteſt
indici purgatio. vt colligitur ex. c. 1. ſupra. eo.
Exigitur tñ, ad hoc vt alicui poſſit indici purga-
tio, ꝙ ſit ſubditus, per ea quæ dicã in .c. ex tua-
rum. j̃. eo. in nono principali articulo. Et pro-
pter hoc inſurgit notabilis dubitatio. Vtrum
8 laico, † ſubſiſtēte cauſa, & habili materia ad in-
dicēdum purgationem, poſſit purgatio indici.
Dubium facit, quia cum purgatio canonica vi-
deatur eſſe indicenda per iudicem eccleſiaſticū.
et laicus ſit ſubditus ſeculari, non eccleſiaſtico,
meritò, non videtur ſibi poſſe indici. Tex. tamē
in .c. nos inter. j̃. eo. videtur ſentire contra-
rium, dum ſimpliciter vult, ꝙ Epiſcopus paro-
chiano ſuo de crimine infamato poſſit purga-
tionē indicere. Nec diſtinguit parochianū lai-
cum, à clerico. Et hãc opinione ſequitur Spe.
in tit. de abolit. §. fi. ver. Item purgat. Sed in
contrarium facit. c. nouit. ſ̃. de iudi. & .c. cau-
ſam. ſ̃. qui fi. ſint le. Vnde glo. in .d .c. nos in-
ter. diſtinguit, ꝙ aut crimen eſt eccleſiaſticum,
puta, hæreſis, vel vſurarum, aut etiam ratione
mixturę eſt tale, quòd de eo pōt iudex eccleſia-
ſticus cognoſcere, quale eſt crimen ſacrilegij,
inceſtus, & ſimilium, vt traditur in .c. cū ſit ge-
nerale. & ibi latè dixi. de fo. cōpe. & in .c. 1. ſ̃.
de offi. or. per glo. & hoc caſu poteſt laico pur-
gationem indicere; quia de tali crimine poteſt
cognoſcere. Aut non eſt crimē eccleſiaſticum
merum, vel mixtum, & ſubdiſtinguit, ꝙ aut ta-
lis laicus eſt de dominio temporali eccleſiæ, et
poteſt ſibi purgationē canonicam indicere, per
.c. licet. de fo. compe. & in .c. cum ioannes. ſ̃.
de fi. inſtru. & in .c. ſi duobus. ſ̃. de appel. Aut
laicus non eſt de dominio tēporali eccleſiæ, &
tunc non poteſt contra eum indicere purgatio-
nē; cū nō poſſit de dicto crimine cognoſcere.
& hãc opi. ſentit hic Inno. Sed Inno. in .c. 3. de
conſue. lib. 6. ēt in prædicto vltimo caſu tenet
contrarium, ꝙ poſſit; per illum tex. qui loqui-
tur indiſtinctè. Inducit ēt not. in .c. licet. ſ̃. de
9 offi. or. Item quia ſm̃ † canones, omne crimē
videtur eſſe publicū. vt not. in .c. 1. ſ̃. de collu.
& ibi vide remiſſi. per glo. Facit ēt, ꝙ not. glo.
.4. q. 1. c. fi. Et Io. & Archid. 6. q. 2. in .c. 2. vbi
volunt, ꝙ omne crimen ſit eccleſiaſticum. & ꝙ
not. ſ̃. de elec. c. bonæ. 1. circa medium, ver. &
ideò nos. Et hanc opi. Archid. tenet Mathe. in
cle. 1. de offi. or. dicens Alanū ita tenuiſſe, per
.c. eum qui .5. q. 5. Sed potes p̃dictas opinio-
nes concordare ſm̃ Hoſti. vt prima opi. glo. &
Inno. in .d. c. nos. habeat locū quò ad imponē-
dam pœnã temporalem. Aliàs fruſtra videre-
tur cōmiſſus gladius dño temporali, ſi ratione
cuiuslibet criminis tota iuriſdictio ad eccleſiã
pertineret. Vnde eccleſia nō cognoſcit de cri
mine laici; niſi ſit de ſuo dominio tēporali; vel

niſi ſit eccleſiaſticũ, vel mixtũ, vel niſi in defe-
ctum iuſtitię ſecularis, vel ratione pacis, aut iu-
ramẽti, vel ex ſimili cauſa, propter quam laicus
efficiatꝰ de foro eccleſię. Ad ꝙ vide tres caſus
in quibus laicus fit de foro eccleſię, quos poſui
in.d.c.licet. de fo.cõp.Secũda verò opi.Archi.
& ſequacium, habeat locũ, quò ad pœnã ſpũa-
lem,& quò ad pœnitentiam; quia quò ad hoc,
de quolibet peccato mortali ſpectat cognitio,
examinatio,& correctio, ad eccleſiaſticũ iudi-
cẽ; de quo ſi quis infamatus eſt, inquiret. vt in
.c.1.ſ̃. de offi. or. Et ſi probari non poteſt in-
dicit purgationem. Facit .d. c.nouit. Et hanc
opi.tenet etiam Zenzel. & ſequitur etiam Zab.
in cle. 1.de offi.or. & .D. An. & .D. m. in .d.c.
10 nos inter. quia†non debet pati Eṗs, ꝙ etiam
laicus, ſtet in peccato mortali; ne ſanguis eius
requiratur ex ipſius manibus. vt in .c. irrefra-
gabili. de offi. or.& 43. di. c. epheſijs. Et ad-
uerte, quia nunc venit in mentem, ꝙ vltimum
mẽbrum. Hoſti. & ſequacium,non põt proce-
11 dere; nam purgatio†canonica non indicitur ad
effectum pœnitentię, ſed pœnę, ſi purgandus
deficit in purgatione. arg. d.c. fina. & dicam
in .c.inter.ĩ. eo.in vndecimo principali articu-
lo, in ſecundo membro, dum ibi tractabitur,
12 an†ſit ſufficiens forma purgationis,ꝙ purgan-
dus iuret ſe immunem. Cogitabis quia nunc
venit in mentem. Et aduerte, quia non ſolum
13 clericis†inferioris ordinis poteſt indici purga-
tio, ſed etiam alijs ſuperioris ordinis, ſiue ſint
Epĩ, vt in.c.ſeq. ſiue Archiepiſcopi, vt in .c. fi.
infra eo. Et idem arbitror de Patriarchis. Sed
de Papa maius eſt dubium. Arbitror tamen,
14 ꝙ † ſuper crimine hæreſis à concilio ſibi poteſt
indici purgatio. Sed de alijs caſibus nõ;niſi hoc
ipſe velit. ad ꝙ vide ꝙ dixi .ſ̃. in .c.ꝑced.in.5.
principali arti. Sed quęro circa prædicta, vtrũ
15 cuilibet infamato, †vel ſuſpecto de crimine,vel
defectu, & ſubdito ꝓlati poſſit indici purgatio.
16 Sol. videtur dicendum ꝙ non; nam†periuro,
aut aliàs in alio crimine depreh enſo, non vide-
tur indicenda purgatio; quia cum purgatio fiat
per proprium iuramentum, vt .22.q.5.c. par-
uuli.ſequitur, ꝙ talis non poterit ſe purgare. &
hoc tenet Hugo. & Archid. imputet enim ſi-
bi, vt dicit glo. ille qui in talem caſum incidit,
per quem culpa ſua non poteſt purgare. Facit
reg. Damnum ꝙ quis. de re. iur. lib. 6. & ꝙ
not.15.q.1.c.ſi quis inſaniens.ex quo enim ſe-
17 mel†deierauit ſemper præſumitur deierare. &
ideò eius iuramento à modo non videtur cre-
dendum. Facit ꝙ not. glo. in .d.c.1.ſ̃.eo.
Sed in contrarium facit ille tex.c.1.ſ̃.eo. qui lo
quitur de periuro, & tamen admittit illum ad
purgationem; licet exigat grauiorem purga-
tionem. Vnde ego arbitror diſtinguendum,
ꝙ aut talis purgatio indicitur periuro, aut ſi-
mili ad ipſius incommodum, & vt deficiens in
purgatione, puniatur, & tũc admittatur,& de-
18 beat iurare; quia etiam periurus†tenetur ſub-
ire iuramentum, ꝙ tendit ad ipſius incommo-
dum; quale eſt hoc iuramentum in hoc caſu.

Et vt in ſimili dicimus de iuramento de ſtan-
do mandatis eccleſię,de calumnia,& ſimilibus,
ad quæ ſubeunda cogitur periurus, vel infa-
mis. vt in .c.cum in eccleſijs.ſ̃.de ma.& obe.&
ibi Abb. & in .c. literas. ſupra de præſump.
per Abb. Guil. Pe. Inno. Hoſti. & Ioan. An.
& etiam Archid. in .d.c. paruuli. Quãuis glo.
Tan. Goff. & Phi. teneant contrarium in .d.c.
literas. & male. Aut talis purgatio tendit ad
ipſius periuri vtilitatem, vt puta, quia petit
purgari ad hoc, vt admittatur ad aliquod com-
modum; & tunc dicerem ipſum non admit-
tendum. per ea quæ primo loco dicta ſunt, &
per authoritates ſupra allegatas. in .c. cum in
eccleſijs.& in .c.literas. diſtinguẽtes inter iura-
mentum honoris, & oneris. Vel fortè melius
dici poſſet, ꝙ licet periurus ſit admittendus ad
purgationem, tamen illam præſtabit abſq; iu-
ramento. per tex. in .d.c. 1.ſ̃. eo.ibi, non ad-
mittatur ad iuſiurandum. Vnde erit caſus ſpe-
cialis, in quo purgans non præſtabit iuramen-
tum; ſed propter hanc cauſam iudex debebit
grauiorem purgationem indicere, ſecundum
ea, quæ dicam in. d. c. inter. infra eod. in vn-
decimo articulo .q.9. Tertio quæro, pone,
19 ꝙ † iudex dubitat de periurio, puta, quia ſcit
purgan dum commiſiſſe delictum, tamẽ credit,
ꝙ ipſe iurabit non commiſiſſe, an debeat indi-
cere purgationem. Sol. dic vt dixi in .c. 1.ſ̃.
eo. in tertio principali articulo. ver. vltimo
quæro. Quarto quæro, pone,clericus†confi-
tetur ſecreto iudici ſe commiſiſſe crimẽ, & di-
20 cit iudici, ꝙ non indicat ſibi purgationẽ; quia
publicè iurabit ſe non cõmiſiſſe, an debeat ſibi
indicere purgationẽ. Sol.dicit Io. An.in.c.cleri
cos.ſ̃.de coha.cle. & mu. circa prin. quòd iu-
dex conſiderata qualitate perſonę,vtrum ſit ve
riſimile, quod debeat deierare, vel non, co-
get eum ad purgandum. Facit quod legitur,
& not. in .c. mandata. ſupra de præſum. Nec
enim ſtatim debet ei credere; quia poſſet hoc
dicere, vt euitaret iuramentum. ſupra de accu.
.c. inquiſitioni. & ſequitur etiam Io. de Imo.
in. d.c. clericos. Et ad prædicta vide præce-
dentem quæſtionem. Quinto quæro, vtrum
21 abſoluto † per purgationem vulgarem, ſit indi-
cenda purgatio. Sol. tex. eſt quòd ſic, in .c. ex
tuarum. infra eod. Et ratio eſt, quia talis pur-
gatio eſt prohibita. vt dicam in titu. ſequenti.
Et ideò ſequitur, quòd impedimentum, vel
effectum non pariat. vt in regu. non præſtat.de
22 regu.iur. lib. 6. Quid autem de abſoluto†per
purgationem canonicam, vtrum ei poſſit ite-
rum indici purgatio, dicã in .c. accedens.ĩ.eo.
in decimo quarto principali articulo. Poſtre-
mo quæro, vtrum quis poſſit ſe purgare per
procuratorẽ; & ſic,vtrum procuratori alicuius
habenti ad hoc ſpeciale mandatum poſſit in-
dici purgatio. Sol. dic, vt dicam in .d. c. in-
ter. infra eod. in vndecimo principali articulo.
in ſecundo membro principali.



## Capitulum .V. Quoties.

### *SVMMARIVM.*

1 *Infamatus contra quem crimen probari non po-
teſt, debet ſe purgare iurando de veritate.
Compurgatores verò de credulitate.*
2 *Vicini præſumuntur ſcire facta vicinorum; et ma-
ximè ſi ſit factum ſcandaloſum, & notabilis
perſonæ.*
3 *Accuſato, an ſit indicenda purgatio, accuſatore
deficiente propter formam canonicam non
ſeruatam circa teſtes.*
4 *Accuſare vnum plures poſſunt. & nu. 13.*
5 *Accuſatio debet porrigi in ſcriptis.*
6 *Numerus compurgatorum eſt arbitrarius. vide
tamen nu. 14. & 18.*
7 *Purgandus debet propria manu tangendo ſacra
Euangelia iurare.*
8 *Epiſcopalis dignitas, an ſit ordo: remiſſiuè.*
9 *Iurans ſe non feciſſe illud quod fecit per alium, nõ
autem per ſe, an dicatur peierare.*
10 *Compurgatores debent iurare ſuper ſancta Dei
Euangelia, etiam ſi ſint Epiſcopi, quòd cre-
dunt illum, qui ſe purgauit, iuraſſe veritatem.*
11 *Epiſcopus regulariter non tenetur, dum iurat, tan
gere ſancta Dei Euangelia. Fallit tamen in
duobus caſibus, ibidem.*
12 *Iurans ſuper facto alieno, an, & quando teneatur
deponere de veritate.*
15 *Infamia quando leuis eſt, an ſufficiat ſolum iura-
mentum purgantis; Et an in aliquo caſu poſ-
ſit ſe purgare quis; nu. 16. Et an mulieres,
fratresue, ac aliqui conſanguinei poſſint ad-
mitti ad compurgandum; nu. 17.*
19 *Iudex debet cauſam adijcere circa arbitrationem
numeri compurgatorum. Et ſi non ſit legi-
tima poteſt purgandus appellare. nu. 20.*

1 QVOTIES. Infamatus,† cõtra quẽ
crimen probari non poteſt, de-
bet ſe purgare iurando de verita-
te, compurgatores verò de cre-
dulitate.h. d. Diuiditur in tres partes. Primo
narrat factum. Secundo purgationem indi-
cit,& numerum taxat. ibi communi. Tertio
ponit formã purgationis, ibi,porrò. Et in tex.
ibi, ſcriptum, dic .i. libellum accuſatorium.
Facit .c. tuæ. ſupra de procura. Et in tex. ibi,
tertia manu, dic.i. tribus Epiſcopis. Et ibi,
quarta, dic.i. quatuor. Not. primo, ibi, la-
tere, quòd præſumptio eſt,quòd vicini, & ma-
2 ximè ſuperiores, ſciant † facta vicinorum. &
maximè quando factum eſt ſcandaloſum, &
magnę, vel notabilis perſonæ. Facit.c.quoſ-
dam.& .c.quanto.ſupra de pręſump.& qđ not.
in.l. ſi vicinis .C. de nupt. Secundo not. quòd
3 licet accuſator†deficiat in accuſatione propter
formam canonicam non ſeruatam circa teſtes,
vel quia erant non legitimæ ætatis, vel quia
erant infames, aut aliàs inhabiles, vel non red-
debant ſufficientem cauſam dicti ſui, indicenda
eſt tamen purgatio accuſato. Quod intelli-
ge, ſi per hoc inſurrexit infamia, vel veriſimi-
lis ſuſpicio contra ipſum accuſatum. Quod po-
tuit hic veriſimiliter contingere, propter mul-
tiplicatam accuſationem plurium accuſato-
rum. vt ſentit hic .d. Anto. vide quod di-
xi in .c. 1. ſupra eod. in tertio principali arti-
4 culo. Tertio not. quòd plures† poſſunt vnum
accuſare. de quo hic in glo. 1. Quarto not. ꝙ
5 accuſatio†debet porrigi in ſcriptis. de quo in
.l. libellorum .ff. de accu. canonizata .2 .q. 8.
.c. fin. §. libellorum. ad quod vide quæ dixi.
.c. ſuper his. ſupra de accuſa. Quinto not. ex
6 ſecunda parte argumentum.ꝙ numerus† com-
purgatorum eſt arbitrarius. de quo dicam in-
fra poſt glo. Sexto not. ibi, tertia manu, con-
iunctis illis verbis, ſuper ſancta Dei Euange-
7 lia, quòd purgandus†propria manu debet iu-
rare tangendo ſancta Dei Euangelia. Et ex
hoc ſequitur, quòd quis non poteſt ſe purga-
re per procuratorem. de quo dic, vt latius di-
cam in.c.inter. infra eo. in vndecimo principa-
li articulo. Septimo not. ibi, ſui ordinis, ar-
gumẽtum quod colligit glo. 2. quòd Epiſco-
8 palis†dignitas ſit ordo. quod proſequitur Io.
Andr. & D. Anto; ſed non eſt materia noſtra.
vide remiſſiones quas dedi in .c. antiqua. ſupra
tit. proximo. in ſecũdo notab. Octauo not.
argumentum ex tex. ibi, nec per ſubmiſſam
9 perſonam, quòd † iurans aliquid non feciſſe,
non dicitur peierare, ſi non fecit illud per ſe,
ſed per interpoſitã perſonam. Et ſic ꝓbat iſte
tex. ꝙ ille qui per alium facit, non dicitur pro-
priè facere. Et ſic in materia ſtricta nõ veniet
factũ per ſubmiſſam perſonã;de quo tñ dic, vt
traditur per Dyn.& Doc. in reg. poteſt quis.&
in regu. qui per aliũ.de re.iur. lib. 6. & per Bar.
in.l.ſi is qui ꝓ emptore.ff.de vſucap. & per Bal.
in.c.1.§.ſi quis deceſſerit. ſi de feu.defun.cõtẽ.
ſit. &c. in vſibus feudo. & not. per eũdẽ in.l.ſi
familia.ff.de iuriſd.om.iud.col.pe.& fi. Et vide
Io.de Imo. in .l. ſi cum dotem. §. tranſgredia-
10 mur.ff.ſol.ma. Nono not.ꝙ etiã†compurga-
tores debent tangere, & iurare ſuper Sancta
Dei Euangelia, quanuis ſint Epiſcopi; & iura-
re, quòd credunt illum qui ſe purgauit, iuraſ-
ſe veritatem. dicam latius in .d.c. inter. Deci-
mo not. ex ſecunda & tertia parte, duos caſus
11 in quibus Epiſcopus iurãdo†debet tãgere ſan
cta Dei Euangelia. regulariter enim non debet
tangere. ad quod vide glo. in cle. 1. de hæreti.
& quod not. 11.q. 1.c.teſtimonium.§.nec ho-
nore. & in .c. fin. ſupra de iur. calum. dicam la-
tius infra in .d.c.inter. Vltimo not. ex fine,
quòd in facto alieno†non tenetur quis depo-
12 nere de veritate. Quod intellige, quando non
reꝑſentatur alicui ſenſui deponentis, per quem
poſſit haberi certa ſcientia, prout eſt hic; quia
vt plurimum purgans iurat ſe non commiſiſſe
delictum; & ſic deponit ſuper facto negatiuo,
quod non repreſentatur ſenſui alterius ad ve-
ram.ſcientiam. Secus ſi coarctata eſſet nega-
tiua, adeò ꝙ poſſet reꝑſentari ſenſui alterius;
vt puta, quòd tali die, & tali hora non commi-

ſi adulterium cum Egidia amica mea. Ad ꝙ
vide, quod dicã in.d.c.inter.in vndecimo prin-
cipali articulo in tertio membro, Et quod la-
te dixi in materia negatiuę in c. ſuper his .s̃.de
accuſa. Glo. 1. ſuper ver, accuſatores.oppo.
de .l.ſi plures .ff.de accuſa. quòd plures accuſa-
tores non debent admitti, ſed vnus eligi. cu-
ius contrarium hic innuitur, & ſoluit dupli-
citer. In eadẽ gl. ibi,de accuſa. ſi plures. dic de
13 hac materia, vtrũ † plures poſſint vnum accu-
ſare, vel vnus plures, in .c.1. s̃. de collu.deteg.
remiſi me hic dicturum. Sed quia hic titulus
ſatis erit grauatus materia ſua, ideò omit-
to. & fortè dicam in.c.2. infra ti. proximo. vbi
tangit Hoſti. Glo. 3. allegat notabile. de quo
dic, vt latius dicam in.c. conſtitutus.j̃.eo.Glo,
pen. colligit ex tex. In fin. dic vt dixi.s̃.in no.
Glo. fin. format duas quæſtiones. In fin.dic vt
dicam in .d.c.inter. in vndecimo principali ar-
ticulo. Poſtremo, quia .s̃.in rub.ego me dixi
hic dicturum de .7. principali articulo. Quæ-
14 ro † quot debeat eſſe compurgatorũ numerus.
Sol. tex. hic videtur velle, ꝙ ſufficiant ſeptem
compurgatores, tres eiuſdem ordinis, & qua-
tuor inferioris. Sed glo. 2. q. 5. in ſum. con-
cludit, ꝙ Epiſcopus purgat ſe manu duodena
ſui ordinis. Pręsbiter ſexta.Diaconus tertia.per
tex. 2.q.5.omnibus. &.c.ſi legitimi.&.c.præſ-
biter.2. Vnde dantur verſus iſti. Pontificem
parium manus expurgat duodena. Septima
Sacerdotẽ, Leuitam tertia purgat; Maior ma-
iori, minor eſt adhibenda minori. Quos etiã
verſus ponit glo. 3.in .c. inſinuatum.s̃.de ſimo.
& glo.4. in.c.inter. infra eo. Hoſti. in ſum. eo.
ti.§. quoties. vbi finaliter concludit, ꝙ ſecun-
dum omnes Docto. hodie numerus cõpurga-
torum eſt arbitrarius. Ex quo infert, ꝙ duo
primi verſus corriguntur, & tertius ſeruan-
dus eſt, dum dicitur, maior maiori &c. Et
ſubdit, quòd maiori maior, & minori mi-
nor purgatio arbitrio iudicis eſt adhibenda.
per .c. cum eſſet. ad fin. s̃. de ſimo. &.c.cũ .P.
&.c.inquiſitionis.s̃.de accuſa.&.2. q.5.omni-
bus. & .j̃. eo. ti.c.ex tuarũ. & .c.cum in iuuen-
tute. & hoc etiam tenent .D. Anto. & .D.m.
hic. & fuit opi. glo. in.c.1.s̃. eo. & ibi etiam
tenent .D. Anto.& .D. m. & mihi placet. nam
in .c. inter.j̃. eo. fuerunt .14. compurgatores
adiunctis duobus Epiſcopis. Sed in .c. 1. s̃.
eo. requiruntur .12. in .c. inſinuatum .s̃. de ſi-
mo.5 .vel.6. in.c.cum .P. s̃. de accuſa. manda-
tur, quòd cum tribus debeat ſe purgare. Et
ſic concludit, ꝙ numerus iſte eſt arbitrarius.
Quod ẽt tenet. D. An. in.c. ad abolendam .s̃.
de hæreti. Et tenet etiam finaliter glo. 2. q. 5.
in ſum. & gl.in .c. cum. P. de accuſa.& eſt tex.
apertus in .c. ſignificaſti .s̃. de adulte.ibi,iuxta
arbitrium tuum. Dic ergo, cum ſit arbitra-
rius numerus, iudicis arbitrium debet verſari
in examinãdo grauitatem delicti, qualitatem
perſonæ,& cęteras huiuſmodi perſonas cõpur
gatorum. Vnde dicit .D. m. in .c. .inter.j̃.eo.
quòd maior numerus eſt adhibendus maiori,
ſeu, potentiori, quàm minori. Et ratio eſt,
quia maiores plurium perſonarum habent
notitiam,& plures facilius inueniunt compur-
gatores. minores verò non habent tot notos,
nec de facili poſſunt alios inducere ad ſe pur-
gandum; nam tales compurgatores ſunt vo-
luntarij. vt dicam in .d.c. inter. in .10. articulo.
Et maximè hoc debet arbitrari ad determinan-
dum numerum compurgatorum, quando eſ-
ſent minores, & extranei. Et not. Archid. 2.
.q.5.c.ſi legitimi. ꝙ propterea in crimine hæ-
reſis propter eius grauitatem maior numerus
exigitur. vt not. glo.4. & Docto.in.d.c. inter.
vbi dicam. Item debet aduertere ad quanti-
tatem infamiæ. Vnde dicit glo. 2. q. 5. in .c.
15 quanto, ꝙ † quãdo infamia eſt leuis, & exilis,
ad purgationem, ſolum ſufficit iuramentũ pur-
gantis, ſeu infamati. et tenet ibi Archid. Fa-
ciũt quæ dixi.s̃.in.c.1.in tertio principali arti-
culo, Et vide ad hoc, ꝙ not. in authen. nouo
iure .C. de pœ. iudi. qui ma. iudi. Quinimò
dicit Archid. poſt Io. de Fantu. in .d. c. quan-
16 to, quòd infamia poteſt † eſſe tàm leuis, quòd
abſq; aliquo, & abſq; iuramento, poteſt quis
ſe purgare per ſimplicem reſponſionem, reſ-
pondẽdo, ſe non commiſiſſe delictũ. Pro quo
etiam facit, quod not. glo. 2.q.5.d.c. quanto,
quæ dicit, quòd de grauibus expurgabit ſe iu-
ramento, de leuibus nuda promiſſione. Et
propter ipſius iudicis arbitrium, non ſolum
17 viros, ſed etiam mulieres, † & quãdoq; etiam
fratres, & conſanguineos, poterit admittere.
vt dicam latius in .c. cum .P.infra eod. in octa-
18 uo articulo. Eſt ergo cõcluſio, quòd † regula-
liter numerus compurgatorum eſt arbitrarius.
Fallit tamen ſecundum Hoſtien. in ſum. in .§.
quotus. in fin. in caſu .c. laudabilem.ſupra de
frigi. & male. Et in hoc Hoſtien. in ſum. §.
qualiter. & §. ſed nunquid. in tit. de frigi.con-
cludit, quòd numerus ſeptennarius de quo in
.d.c. laudabilem. non debet minui, licet regu-
lariter ſit arbitrarius, vt dixi; quia in cauſa tàm
ſolemni, & periculoſa, qualis eſt ſeparatio ma-
trimonij, non eſt recedendum à certa iuris diſ-
poſitione, ſi aliud non inuenitur ſtatutum.
Facit .l. fin. C. de fideiuſ. & .20.diſt.c.de qui-
bus .42. diſt. c. quieſcamus. cum ſimili. Et
maximè hoc dicendum arbitror, cum in cauſa
prædicta, idem numerus per alia iura reperia-
tur. vt eſt tex. 33.q. 1. c. requiſiſti. & in .c.fin.
ſupra de frigi. & ibi hanc opi. tenent .D. An.
&.D.m.poſt Vincen. vbi concludũt,quòd de-
bent habere.7. conſanguineos. Et ſi illi non
poſſunt haberi, debent ſumi ſeptem vicini; qui
ſi propter probabilẽ cauſam, puta, inimicitiã,
non eſſent admittendi, vel quia eſſet homo
auſterus qui non poteſt tot habere, poſſet pau-
ciores arbitrari. Et idem tenet Ioan. Andr. in
.d. c. laudabilem. Ego breuiter concluderẽ,
quòd ſi certi ſunt actus, in quibus infamia
communis eſt, vel vehemens ſuſpicio,& com-
purgatores poſſunt haberi, & in certo deli-
cto certus numerus ſtatuitur, quòd iudex de-

beat



debeat arbitrari illum numerũ; neq; illũ exce-
19 dere, aut diminuere. Et ſi fortè excederet, † vel
diminueret, debet cauſam adijcere, propter
quam alteret dictum numerum. Sicut in ſimi-
li.de app.regulariter prohibita,& in certis caſi-
bus conceſſa, vt dixi in .c. quò ad conſultatio-
20 nem. ſupra de re iudi. Et ſi cauſa † non eſſet le-
gitima poſſet purgandus appellare, vel ille cu-
ius intereſſet. Vnde licet etiam in caſu, in quo
expreſſus ſit certus numerus data cauſa legiti-
ma, valeat plus vel minus arbitrari, tamen ſine
cauſa non poterit. Scut in ſimili dicitur in pœ-
na in .l. quid ergo .§. pœna grauior .ff. de ijs
qui no. infa.

## Capitulum .VI. Nos Inter.

### *SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus compellit parochianum ſuum infamatum ad purgationem, niſi ab eo appelletur.*
2 *Epiſcopo ſubiecti poſſunt dici parochiani Epi.*
3 *Purgatio ad hoc, vt indici poſſit quattuor requiruntur.*
4 *Appellari poteſt ab indictione purgationis.& nu. 9.& 11. & 14. Et quod ipſa appellatio ſuſpendat purgationem, nu. 5.*
6 *Appellatio non ad minorem, ſed ad ſuperiorem debet interponi.*
7 *Appellantis in voluntate eſt eligere iudicem.*
8 *Purgatio, an poſſit indici laico.*
10 *Appellari poteſt de iure canonico à quolibet grauamine. Et de iure ciuili à grauamine irreparabili remiſſiuè.*
12 *Iudex quando dicatur excedere modũ in indictione purgationis.*
13 *Arbitrio iudicis quando aliquid eſt commiſſum poteſt appellari ab eo ſi excedat modum. ſecus ſi commiſſum ſit conſcientię ipſius iudicis.*
15 *Appellans à purgatione quam formam ſeruare debeat.*
16 *In appellatione, quæ regulariter eſt prohibita, et in caſu exceſſus ſpecialiter eſt permiſſa, ſemper eſt exprimenda cauſa.*
17 *Tertius qui fuit, in iuditio, non poteſt appellare, niſi ſua interſit, & cauſam ſui intereſſe exprimat.*
18 *Cauſa, quando exprimenda eſt in appellatione, debet etiam exprimi in impetratione literarum ſuper ipſa appellatione.*

1 NOs Inter. † Epiſcopus paro-
chianum ſuum non compellit
ad ſe purgandum, niſi ab eo ap-
pelletur.h.d. Communis diuiſio.
2 Secunda ibi conſultationi. Not.primò † quòd
quilibet ſubiectus Epiſcopo, poteſt dici paro-
chianus Epi. Ad idem tex. in .c. peruenit. &
in.c.nũtios. Iuncta ſupraſcriptione, de deci.&
in.c. ad apoſtolicæ. eo.ti. nam & appellatione
parochiæ comprehenditur diœceſis, vt dixi in
3 .c.1.s̃.de rap. Secũdo not. quatuor † requiſita
ad hoc, ut poſſit indici purgatio. Primum, ꝙ
agatur de aliquo crimine. de quo dic, vt dixi in
.c. 3.s̃.eo. in quarto principali articulo. Secũ-
dum ꝙ publica laboret infamia. Tertium, ꝙ
deficiat accuſator. Quartũ, ꝙ probari nõ poſ-
ſit. de quibus vltimis, dic vt latius dixi in.c.1.
s̃.eo.in tertio principali articulo. Et vtrũ in cau
ſa matrimoniali poſſit indici purgatio, dixi in
4 .c.3.s̃.eo. Tertio not. † ꝙ ab indictione purga
tionis poteſt appellari. Quarto not. ꝙ appel-
latio ab indictione purgationis ſuſpẽdit ipſam
5 purgationem. Facit ꝙ traditur in rubro, &
nigro .ff.nil. no.app. pendet. Et vide ꝙ dixi in
c. bonæ.s̃. de appella. Quinto not. ꝙ appella-
6 tio, non ad minorem, ſed ad ſuperiorem de-
bet interponi. de quo dic vt latè dixi in Rub.de
7 appella. in .1.q. Vltimo not. † ꝙ in voluntate
appellantis eſt eligere iudicem. Facit.c.ſi duo-
bus.s̃.de appella. Et vide quod dixi in.c. fi.s̃.
de offi. dele. Glo. 1. in prin.ſentit cõtrarium,
vt illud fatetur, deinde format. q. & ſoluit. in
eadem glo. ibi, & ſi nullus appareat, dic vt dixi
in .c. 1.s̃.eo.in tertio principali articulo,in ſe-
cundo requiſito. In eadem glo. in fi. dicit de
8 hac materia,& an † laico poſſit indici purgatio,
ꝙ ſentit glo. noſtra, quia in clerico non diſtin-
gueret crimina. Et probat tex.noſter dum ſim
pliciter loquitur de parochiano, non diſtin-
guens clericum à laico. dic vt latè dixi in .c. 4.
.s̃. eo. in .6.articu. Glo. fi.poteſt rectari per
.q. & per contrarium. In eadem glo.ibi, aliàs
non admittitur appellatio, dic vt ponitur in .c.
.3.ſup̃. de appel. in fi.glo. quia ſolum iſte tex.
tractat de appellatione indictionis purgatio-
nis,nec alibi poterat in hoc tit.iſte articulus me
lius adaptari, ideò expedimus hic, decimum
tertium articulum de quo dixi.s̃.in rub. Deci-
9 mo tertio igitur quæritur, † vtrum in cauſa pur
gationis liceat appellare. Et hanc .q. ſubdiui-
do in tria membra. primum an poſſit, ſecundũ
quando, & per quas cauſas poſſit. tertium quã
formam ſeruare debeat. Quò ad primum tex.
iſte vult expreſſè, ꝙ poſſit appellare. Et hoc
etiam firmat glo. fi. hic. & hoc etiam tenet Io.
An. D. m. & communiter * Docto. Goff. & Cõm.op.
Phi. in.c. tua.s̃. de coha. cle. & mul. Archid.
.2.q.5.c. presbiter.2. & .D.m. in.c.inter.j̃.eo.
Et iſtud eſt clarum, ſiue ſentẽtia purgationis ſit
10 diffinitiua, ſiue interlocutoria, nam de † iure ca-
nonico à quolibet grauamine poteſt appella-
ri. vt in .c. vt debitus .s̃. de appella. imò, & ſe-
cũdum iuris ciuilis regulas licitum eſt appella-
re; quia tale grauamẽ non poteſt reparari, aliàs
appellando poſt diffinitiuã, cum alia ſententia
non veniat ferenda. Et ideò permittitur ap-
pellatio etiã de iure ciuili à tali interlocutoria.
Ad ꝙ vide quę latiſſimè dixi in.c. ſuper eo.2.s̃.
de appel. Vtrum autem talis ſententia ſit diffi-
nitiua, dicam in.c.inter infra eo. in.12. princi-
pali articulo. Circa ſecundum mẽbrum dic, ꝙ
tunc poteſt appellari, qñ ſuperior excedit mo-
dum. Modũ autẽ dicitur exedecere, qualiter-
cunq; grauet, vt hic dicit glo.fi. Facit ꝙ in ſimi
li dicimus. in .d.c.3.s̃. de appella. & .c. quò

 ad

ad cõſultationes.s̃.de re iudi. Quando aũt di-
catur modum excedere, vel grauare, exempli-
ficat Io. An. poſt Hoſti. quando nollet recipe-
re teſtes notos ad probandum bonam famam;
Sed recipit ignotos, vel forſan inimicos, vel
adiectos; vel nimium inquirit de qualitate cõ-
purgatorum. & idem dicit .D. m. hic, Si epiſ-
copus nimis grauaret in numero compurgato-
rum; nam licet numerus ſit arbitrarius vt dixi,
in .c. præcedenti, tamen debet arbitrari, vt bo-
nus vir; & ſi aliter arbitratur, poteſt ab illo ap-
pellare. Sicut in ſimili dicimus in .c. 1 .s̃. de
13 dila. Licet ſecus ſit, ſecundũ .D.m. quãdo † lex
committit aliquid conſcientiæ alicuius; quia
tunc non poteſt appellari. vt not. glo. in .c.ſta-
tutũ. §. aſſeſſorem. de reſcrip. lib. 6. ꝙ an ſit ve
rum, & quid in præcedẽti caſu, quando lex cõ-
mittit arbitrio. dic vt dixi in repeti. c. fin. s̃. de
iureiuran. in. 5. principali articulo .q. 2. Et la-
tius dixit poſt glo. D. Anto. & .D. m. in c. .s̃.
de accuſa. in fi. vbi omnino vide. & vide .D.m.
in.c.cũ dilectus.s̃.de arbi. Ego arbitror ſimili-
14 ter dicendum, ꝙ † qualitercunq; iudex grauet
excedendo modum, & formam obſeruandã in
purgatione, vel circa qualitatem infamię, vel cir
ca ſuſpitionẽ, vel ſcandalũ, vel infra quẽ terminũ
indicat purgationem, vt in .d. c. quòd ad con-
ſultationem. vel in numero, aut qualitate com-
purgatorum, aut in forma per ipſum iudicem,
vel purgandos, vel compurgatores ſeruanda li-
citum ſit appellare. arg. prędictorũ. Et idem,
ſi deficienti in purgatione, vel volenti ſe purga-
re, grauiorem debito pœnam imponeret. Ad
quod vide quæ ego dicam in.c. fin. infra eod.
in decimoquinto principali articulo, & tenet
15 .D. m. hic. Quò ad tertium mẽbrum, † quam
formã debet ſeruare, breuiter arbitror dicẽdũ;
ꝙ debet exprimere cauſam grauaminis, & ex-
ceſſus; Nã ſi eſt interlocutoria res eſt clara, ꝙ
debet cauſam exprimere. vt in .c. vt debitus.
ſupra de appella. & cle. appellanti .eod. ti. Si
verò ſit diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ,
idem dico; quia quotieſcunq; regulariter pro-
hibetur appellatio, & ſolum conceditur pro-
16 pter exceſſum, ſemper in appellationę † debet
inſeri cauſa exceſſus. vt in .c. ꝙ ad conſultatio-
nem. & ibi dixi, de re iudi. tenent moderni in
.l. ab executore .ff. de appella. D. Bart. de Sa-
lice. in .l. ea quidem .C. de accu. & ibi. D. Ra-
pha. & in .l. 3. §. fin. ff. de appella. dixi poſt
.D. m. in .c. conſuluit. ſupra de appel. Facit ad
prædicta quę dicimus de tertio qui fuit in iudi-
cio, qui non poteſt appellare, niſi ſua interſit.
Et ideò ipſius appellatio non tenet; niſi expri-
mat cauſas ſui intereſſe. vt tradit Bart. & mo-
derni in .l. à ſententia .ff. de appella. & Bal. in
.l. hodie .C. eo. Et aduerte ad vnum ſingulare
dictum, ꝙ etiam in impetratione literarum ſu-
17 per cauſa † appellatiõis huiuſmodi, arbitror ap-
pellationis cauſam exprimendam eſſe, vt appa-
reat appellatum extitiſſe in caſu conceſſo; quia
fortè Papa aliter non conceſſiſſet literas, ſi vi-
diſſet cauſam rationabilem nõ ſub eſſe; per ea
quæ dixi poſt Inno. & .D. m. in .d. c. 3. ſupra
de appel. & per not. in .c. poſtulaſti. de reſcrip.
Et prædicta notabis, quia non tanguntur in
hac materia per Docto.

## Capitulum . VII. Cum .P.

### *SVMMARIVM.*

1 *Purgatores debent eſſe honeſti. & nu. 6. & 14. & notum habere eum quem purgant, & nu. .9. nec debent à iudice, vel alio impediri. & nu. 5. & deficiens in purgatione punitur, vt conuictus. & nu. 4.*

2 *Iudicium tria peruertunt, Amor, Odium, & Lucrũm.*

3 *Pecunia ſumitur pro omni reducibili ad pecuniam.*

6 *Purgatores debent eſſe eiuſdem ordinis.*

7 *Frater in cauſa neceſſitatis poteſt purgare fratrem.*

*Fœminæ deficientibus alijs admittuntur ad purgationem; Limita tamen vt nu. ſeq.*

10 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*

11 *Purgator etiam non vicinus, dummodo cognoſcat perſonam purgandi admittitur ad purgationem deficientibus vicinis.*

12 *Purgandus poteſt etiam in caſu neceſſitatis purgare ſe per ſacramentum.*

13 *Purgatores, an debeant habere notã vitam ipſius purgandi de præſenti, vel de præterito.*

15 *Teſtis idoneus dicitur quando omni ex parte ſecundum omnem caſum, & omnem modum idoneus eſt. Et talis idoneitas conſideratur ſecundum ſubiectam materiam. nu. 16.*

17 *Purgando, an ſufficiat ad probãdam legalitatem, & bonam famam ſuam quod ſit toleratus ab eccleſia, ſi fortè eſt criminoſus.*

18 *Periurus nullo modo debet admitti etiam ſi ſit toleratus ab eccleſia.*

19 *Compurgator in cauſa hæreſis debet præcipuè eſſe catholicus.*

1 CVM .P. † Purgatores debent eſſe
honeſti, & notum habere quem
purgant. Nec debent à iudice,
vel aliquo impediri. Et defi-
ciens in purgatione punitur, vt conuictus.
h. d. Primo po. deciſa conſultatio. Secunda
ibi, purgatores, trimembris reſponſio, & ſecun
dum membrum ibi, deficientem. tertium ibi,
præcauens, & iſta decretalis eſt pars quę ſe-
quitur ad fi. decret. c. cum .P. ſupra de accuſa.
Not. Primo, quales debeãt eſſe compurgato-
res. de quo latius infra poſt glo. Secũdo not.
2 tria † iudicium peruertentia, amor, odium,
& lucrum. Adde etiam quartum .ſ. timor. 11.
.q. 6. c. quattuor. de quibus dic vt dixi in .c.
poſtremo. ſupra de appella. Et not. ꝙ ſumitur
3 hic verbum † pecunię, pro omni reducibili ad
pecuniam. Ad quod vide glo. 1. q. 3. per totũ.
& quòd not. in .l. pecuniæ .ff. de verb. ſigni.
4 Tertio not. quę ſit † pœna Imponẽda deficien-
ti in purgatione. de quo hic tractant Io. Andr.
Hoſt. & latius. D.m. & latius ego dicam in.c.fi.
j̃.in. 15. principali articulo. Vltimo not. ꝙ
5 purgatores † nõ ſunt terrẽdi, neque impedien-
di. de quo dicam in.c.inter. j̃ .eod.in. 11. artic.
& in tertio membro. Glo. ſunt claræ. & glo. 1.
poteſt recitari per cõtrarium. Poſtremo, quia
tex. noſter facit hic mentionem de qualitate
purgatorum, & ſupra in rubr. dixi me hic di-
cturum de octauo articulo. in quo dicta mate-
ria venit tractanda, ideò ad ipſum tranſeamus.
Quæro igitur, † quales debeant eſſe cõpurga-
6 tores. Sol. dico, ꝙ tres principales qualitates
requiruntur. Prima, quòd ſint eiuſdem ordinis.
Secunda, quòd habeant notam vitam, & quali-
tatem purgandi. Tertia, ꝙ ſint honeſti, boni, &
legales. Quò ad primã, dixi ꝙ requiritur, ꝙ
ſint eiuſdem ordinis; vnde Epiſcopus Epiſco-
pum, ſacerdos ſacerdotem &c. in.c. quoties. s̃.
eo. 2. q. 5. c. ſi legitimi. & .c. omnibus. & de Epi
ſcopo habetur in.c. inter. & .c. ſeq. j̃ .eod. de ſa-
cerdote qui ſe purgat cũ leuitis, in iuribus prę-
allegatis. Item ingenuus cum ingenuis. vt. c. 1.
s̃. eod. & ſic de ſimil. Et hoc procedit, ſi repe-
riuntur. Si verò non poſſent reperiri, quia for
tè omnes alij ſui ordinis, vel neceſſarij, ſunt eius
inimici, vel haberi non poſſunt, vel reſiſtit alia
qualitas, tunc poſſunt aſſumi compurgatores
inferioris ordinis, ſeu alterius qualitatis. Vnde
clerici, deficientibus clericis, poſſunt ſe purga-
re, etiam cum laicis. vt not. glo. fin. in. c. cum in
iuuentute. j̃ .eod. & .2 .q. 5 .c. omnibus. & .d. c. ſi
legitimi. 81 .diſt. c. clerici. Et quandoq; etiam
admittentur conſanguinei, ſi alij non poſſunt
7 haberi. vnde data neceſſitate frater † quãdoque
purgat fratrem. vt not. glo. in. c. ſi mala. 2 .q. 5. &
probatur in .c. literas. s̃. de præſumpt. Quini-
mò etiam deficientibus alijs, quandoq; admit-
tuntur fœminæ ad purgationem. arg. 18. q. 2.
c. in decima. tenet glo. fin. in. d. c. cum in iuuen-
tute. & .D. m. in. c. inter. j̃ .eo. Et ipſarum fœ-
minarum maxima eſt purgatio. & hoc per ſo-
latium. Et dicit. D. m. in. d. c. inter. ꝙ ſi omnes
deficerent, ꝙ poſſent ſe purgare per ꝓprium ſa-
cramentũ. vt not. gl. in. c. cũ oporteat. de accu.
Faciunt ea quæ dixi in fi. præceden. articuli.
8 Secundo limitatur, niſi cauſæ, † ſeu cauſarũ cir-
cunſtantium leuitas, vel grauitas, aliud inducat.
vnde & quandoq; exiguntur compurgatores
ſuperioris ordinis. vt. d. c. inter. vbi, ad purga-
tionem decani requiruntur duo epiſcopi. Se-
9 cũda principalis † qualitas exigitur, quòd purga
tores habeant notam † vitam purgandi. vt hic.
not. glo. in. d. c. ſi mala. & eſt tex. in. d. c. cum di-
lectus. j̃ . eod. vbi propter hanc cauſam pluries
aſſumuntur vicini. vnde de eodem, & non de
alieno, ſeu aliena prouincia capiuntur Epiſcopi,
vel Archiepiſcopi. vt in. c. cum in iuuentute. &
10 ibi. d. Ant. & docto. j̃ .eo. Et ratio eſt, quia † vi
cini melius pręſumuntur ſcire facta vicinorum.
vt. c. quoſdam. & .c. quanto. de præſumpt. & .l. ſi
vicinis. C. de nupt. Et dicunt Vinc. & Io. And.
in. d. c. cum dilectus, quòd debent eſſe tales, ac ſi
fuiſſent in loco, tempore commiſſi delicti. Præ-
11 dicta tamen limitat ibi. D.m. ſi † modo vicini
poſſint haberi. Aliàs ſi ex aliqua cauſa nõ poſ-
ſint haberi, ſufficit habere alios per præalleg. c.
cum in iuuentute. Quod intelligo, de alijs. ſ.
qui habent notam vitam ipſius purgandi. Aliàs
ſecus; quia non poſſent de illo præbere teſtimo-
nium. Et tunc purgaret ſe quis per proprium
ſacramentum, vt dixi in præcedenti qualitate.
12 Quod poteſt cõtingere, † ſi aliquis ſit extrãeus,
vel peregrinus in loco, vel adeò pauper, quòd
vndiq; careat amicis. arg. 11. q. 3. c. pauper. vel
propter inimicitias, quas habet in loco. in. d. c.
cum in iuuentute. j̃ .eo. Quibus caſibus Hoſt.
& Io. And. in. d. c. inter. volunt, quòd conſide-
rata fama, & quantitate ſcandali, & quantitate
criminis ſuperior poſſit per arbitrium ſuum ibi
ſubuenire in moderatione numeri, & quòd ad-
mittantur alij non multum habentes notam il-
lius cõuerſationem. Intelligo tamen, dummo-
do aliqualem habeant notitiam, & aliæ adſint
qualitates idoneitatis, de quibus in tertio ſe-
quenti requiſito. Et ſic ex prædictis patet, ꝙ
iſti teſtes differunt ab alijs deponentibus ſuper
contractibus, aut ſimilibus geſtis, in quibus nõ
eſt neceſſe, quòd cognoſcant vitam, & mores
eorum, pro quibus, vel contra quos deponunt
de geſtis, vel contractis ab eis, niſi producerен-
tur ad probandum qualitatem inhærẽtem per-
ſonæ. Sed circa prædicta dubitatur, vtrum de-
13 beat † habere notam vitam ipſius purgandi de
præſenti, vel etiam de præterito. Solu. glo. 1.
hic, & .c. dilectus. j̃ .eo. tenet quòd ſic. per. c. in-
ter. j̃ .eod. & ſentit Io. And. poſt Hoſt. in. c. cõ-
ſtitutus. j̃ .eod. Sed idem Inno. in. c. inter dicit,
quòd ſufficit, quòd habeat notitiam de præſen-
ti. Nec obſtat ille tex. quia ibi ſecundum eum
ponitur caſus ſpecialis in hæreſi, in qua multa
alia ſpecialia concurrunt, de quibus dicam in. d.
c. inter. in quarto artic. in fi. primi membri.
D. m. diſtinguendo concordat, quòd aut illud
crimen, de quo quis debet ſe purgare, dicitur iã
diu fuiſſe perpetratum, & procedat prima opi.
Aut de præſenti, & procedat ſecunda opi. & ſa-
tis mihi placet. Tertio requiritur, quòd ſint
14 honeſti, † & bonæ opinionis, & tales, quòd ve-
riſimile ſit, quòd neque odio, amore, aut pre-
ce velint deierare. Et dicit tex. in. c. conſtitu-
tus. j̃ .eod. ꝙ debent eſſe bonæ famæ, non cri-
minoſi, & ab eccleſia tollerati. vnde ſit conclu-
ſio, ꝙ debent eſſe idonei, prout hic dicit tex.
15 Nam idoneus dicitur, quando † omni ex par-
te, ſecundum omnem modum, & omnem ca-
ſum idoneus eſt; & non ſecundum quid. vt. l. ſi
quis. C. de murileg. lib. 11. 23. diſt. c. tales. 50.
diſt. c. ex pœnitẽtibus. s̃. de elec. c. cum in cun-
ctis. & .c. poſtquã. & .c. nihil. & de teſti. c. ſigni-
ficauit. & .s̃. de æta. & qualit. c. fin. Nec mirum,
16 quia ſecundum ſubiectam † materiam conſide-
ratur idoneitas. vt not. glo. in verſ. idoneam. &
ibi dixi. in cle. vni. de ſeque. poſſ. & fruc. Facit
c. cum teneamur. & .c. ſuper inordinata. s̃. de ꝑ-
ben. & .c. is cui. de præben. lib. 6. Et aduerte,
quia

quia ſecundum.d.Ant.in.c.cum dilectus. infra
eod.quantum ad legalitatem ipſius purgandi,
17 &†bonam famam, ſatis videtur eſſe, quòd ſit
ab eccleſia toleratus; quanuis fortè ſit crimi-
noſus. Sed tu diſtingue circa hoc, quòd aut
quis non eſt ab eccleſia toleratus; quia iam eſt
condemnatus,& tunc non dicitur idoneus, cũ
crimen ipſius ſit effectum notorium. per.c.de-
xtra.&.c.fina.ſ̃.de cohab.cler.& mulie. & ideò
repellendus eſt, tanquàm infamis.vt in.c.teſti-
monium.ſ̃.de teſti. not. glo.fina.in.c.conſtitu-
tus.j̃.eod. Aut criminoſus toleratur per ec-
cleſiam, & diſtingue, quòd aut opponitur ei
crimen,quòd ante alio iudicio fuit oppoſitum
contra eum in modum exceptionis, & proba-
tum, aut crimen quod ante nõ fuit probatum,
ſed nunc offertur probari. Primo caſu, aut ex
illa probatione ante facta in iudicio, eius opi-
nio eſt infamata, & grauata, & repellitur, non
tantum propter hanc probationem criminis,
propter infamiam; ſed vt dicit glo.fina.in.d.c.
conſtitutus. & ſequitur ibi Hoſt. Ad quod vi-
de quod dicitur in.d.c.teſtimonium. & in.c.1.
ſupra de exceptio. Et adde quod dixi in.c.1.
ſupra eod.in tertio articulo.quæſt.2. Aut opi-
nio ipſius non eſt grauata, & tunc non repelli-
tur. vt in.d.c.conſtitutus.à contrario ſenſu. &
ſupra de ord.cog.c.cum dilectus. in fin. ſecun-
dum Hoſtien. & idem tenet Archidiaconus
2. quæſtio. 5. c. omnibus. Quanuis Tancre.
ibi videatur tenere contrarium ad primum di-
ctum quòd non admittatur. & Roff.Beneuen.
in lib.6. iuris canonici.in rub. de effectu purga-
tionis.vér.quæritur. Sed ipſorum dictum de-
bet intelligi, quando ex tali crimine probato
non eſt orta infamia, ſecũdum.d.Ant.&.D.m.
in.d.c.conſtitutus. qui intelligunt prædictam
opinionem, ſecundum prædictam diſtinctionē,
an ſit orta infamia, vel non. Si verò criminis
probatio offertur, & tunc diſtingue, quòd aut
in iſto iudicio purgationis offertur, & non ad-
mittitur talis opponens; cum ipſe ſit ab eccle-
ſia toleratus.& ita intelligit glo.in.d.c.conſtitu-
tus.& tenet Tancr.Goff.Vinc.& Phil. Et hoc
procedit, quando opponeretur crimen ſolum
abſque infamia,& offerretur probatio. vt pro-
batur.ſ̃.de accuſ.c.accedens. Sis ergo cautus
in practica,quia ſi ſolum opponeres crimen, ſi-
ne infamia,nihil ageres. Secus ſi cum infamia,
quòd etiam tenet Io. And.in.d.c.cõſtitutus. Si
verò crimen prius eſſet probatum per viam ac-
cuſationis, tunc non admitteretur talis purga-
tor;quia vt ſupra dixi,crimen eſſet effectum no
torium.& tenet glo.fi.in.d.c.conſtitutus. Præ-
dicta tamen diſtinctio non habet locum in
periuro; quia periurus nullo modo debet ad-
18 mitti, † etiam ſi ſit toleratus. vt not. glo. &
Archidiaconus. vigeſimaſecunda, quæſt.5.c.
per mili. Et in cauſa hæreſes, maximè re-
quiritur hæc qualitas, quòd compurgator
ſit catholicus. vt in tex. in.c. inter. infra
eodem.

## Cap. VIII. Ex Tuarum.

*SVMMARIVM.*

1 *Abſolutio facta ſecundum purgationem vulgarem,non tenet: & ea non obſtante poteſt de nouo indici purgatio; & admittitur accuſatio.*
2 *Purgatio indicitur ratione infamiæ.*
3 *Infamatus de graui crimine poteſt incontinenti ſuſpendi.*
4 *Sententia lata prætextu ꝓbationis à iure improbatæ, eſt nulla: quod intellige,vt ibi.*
5 *Purgatio canonica ſolum indicitur deficiente accuſatore.*
6 *Numerus compurgatorum eſt arbitrarius.*
7 *Purgatio vulgaris eſt prohibita.*
8 *Oſtendere aliquid quis dicitur, ſi id oſtendit per ſuum iuramentum veritatis, & aliorum credulitatis. Quod intellige,vt ibi.*
9 *Abſolutus ſemel per canonicam purgationem, nõ tenetur amplius ſe purgare.*
10 *Officium iudicis poſt præſtitam purgationem,quod debeat eſſe.*
11 *Infamiæ partus,& ipſius effectus eſt debilis.*
12 *Iudicium peregrinum, an ſit reprobatum: remiſſiuè.*
13 *Purgatio canonica ad hoc, vt valeat, debet fieri coram ſuo iudice.& nu.15. Declara tamen, vt nu.17.& 18. Et quid iuris ſit, ſi purgandus ſit laicus, vide nu.16.remiſſiuè.*
14 *Purgatus canonicè, vtrum poſſit poſtea accuſari.*
19 *Papa delegando, committendoq; cauſas contra aliquem videtur eximere iuriſdictionem inferiori ordinario, quò ad illam cauſam: adeò quod proceſſus coram illo agitatus nõ ualeat.*
20 *Compurgatores,per quem ſint eligendi.*

1 EX TVARVM. Abſolutio † facta
ſecundum purgationem vulgarē
non tenet, & ea non obſtante po-
teſt de nouo indici purgatio, &
admittitur accuſatio. h.d. Communis diuiſio.
ſecunda ibi,quia verò. Nota primo,quòd ra-
2 tione † infamiæ indicitur purgatio. de quo di-
3 xi in.c.1.ſ̃.eod. Secundo not. ꝙ † infamatus
de graui crimine,poteſt incontinenti ſuſpendi,
ſecundùm glo.1.hic tenet.d.Ant.& D.m. Sed
Io.And. hic voluit,quòd iſte fuit ſuſpēſus,quia
nolebat ſe purgare. Sicut in ſimili in.c.2.ſ̃.eo.
de quo articulo latius dicam in.c.inter.j̃.eod.
in.11.principali articulo. in primo membro.
4 Tertio not.quòd†ſententia lata prætextu pro-
bationis à iure improbatæ,nulla eſt. Quod in-
tellige,quando eſſet in ea talis error expreſſus.
vt probatur hic. Ad quæ vide quæ latè dixi
5 in.c.1.ſ̃.de re iudi. Quarto not.quòd † purga
tio canonica ſolum indicitur deficiente accu-
ſatore.de quo dixi in.c.1.ſupra eod. Quinto
6 not.quòd numerus†compurgatorum eſt arbi-
trarius. de quo dixi in.c.quoties.ſ̃.eod. Sexto
7 not.quòd purgatio†vulgaris eſt prohibita. de
8 qua in tit. ſequenti. Septimo not.ꝙ † quis di-
citur aliquid oſtendere, ſi id oſtendit per ſuum
iuramentum veritatis, & aliorum credulitatis.
Quod intellige,quando materia eſt talis,in qua
aliter non poſſet haberi concludentior proba-
tio veritatis per veram ſcientiam. Aliàs ſecus,
ſecundũ ea quæ latè dixi in.c.cum cauſam.ſ̃.de
9 teſti. Octauo not.arg.quòd † ſemel abſolutus
per canonicam purgationem, non tenetur am-
plius ſe purgare. de quo latius dicam in.c.acce-
dens.j̃.eod.in.14.principali artic. Nono no.
10 quod debeat eſſe† officium iudicis poſt præſti-
tam purgationem. de quo latius in.c.inter.j̃.
eod.in.11.principali articulo.in decimoquarto
membro. Decimo not. quòd etiam infamia
11 facti,†& ipſius infamię effectus eſt delebilis.de
quo dicam in.d.c.inter. & aliquid tangitur hic
in glo. Glo.1.poteſt recitari per quæſt.& per
contrarium, de ti. vt lit.pend. Glo.2. poteſt
recitari per quæſt. & dic de materia ipſius, vt
dicam in tit.ſequen. Glo.3. poteſt recitari per
12 oppoſitionem,& quæſt.quòd iudicium†pere-
grinum non ſit reprobatum. Glo.4. in princ.
quærit,& poſt colligit quatuor argumenta. In
eadem glo. ibi, non ſui iudicis, dic, & ſic vult
13 glo.quòd ad hoc,vt valeat purgatio†canonica,
debet fieri coram ſuo iudice. de quo dic,vt di-
cam in nono principali articulo. poſt glo.
Glo.fin.in princ.ſentit contrarium,deinde for-
mat quæſt.& recitat duas opin. In eadem glo.
ibi,ſolius Dei eſt, dic de hoc, vt dicā in.c.inter
.j̃.eo.in.11.artic.& in.c.accedēs.j̃.eo.in deci-
mo quarto artic. In fi.gl. dic, de hoc articulo
14 vtrum purgatus†canonicè poſſit poſtea accuſa-
ri in.c.de his.ſupra de accuſ. in ſexto membro.
dixi me hic dicturum. Sed de eo dicam in.d.
c.accedens.in.14.principali artic. Poſtremo,
quia ſupra in rubrica dixi, me hic examina-
turum nonum principalem articulum; vide-
15 licet,coram quo iudice fieri debeat†purgatio,
& per quem iudicem ſit indicenda, & per quē
ſint eligendi compurgatores; dic quò ad pri-
mum, & ſecundum, quòd debet fieri coram
Epiſcopo,ſeu ſuperiori prælato ipſius purgan-
di.vt eſt tex.in.c.nos inter.ſ̃.eod. Et quid iu-
16 ris ſit, ſi purgādus† ſit laicus. dic vt dixi in ſe-
xto principali artic.in.c.4.ſupra eod. Ad hoc
ergo,vt teneat purgatio, debet fieri coram iu-
dice. Et ideò ſi ſit facta non coram ſuo iudice,
non tenet,vt hic dicit glo.4. in prin. & ſequitur
d.Ant. Quod ego arbitror verum;niſi quis eſ-
17 ſet infamatus ratione † geſtorum in iudicio co-
ram non ſuo iudice aſſumpto per viam proro-
gationis validæ, ſecundum ea quæ dixi in.c.ſi-
gnificaſti.ſupra de fo.compet.& facit.l.nullum.
C.de teſtib. Quinimò etiam fortè dicendum
eſſet,ꝙ ſi prorogatio non tenuiſſet, nihilomi-
nus ſi ex iudicio agitato contigiſſet infamatio,
in illo loco, deberet talis infamatus coram illo
iudice ſe purgare,ſaltem ratione delicti ibi per-
petrati, vigore cuius ſortiretur ibi forum. de
quo latè dixi in.c.poſtulaſti.ſupra de fo. comp.
Et aduerte,quia quod dixi,quòd ordinarius ſu-
18 perior,eſt ille†qui debet indicere purgationē,
& coram quo quis debet ſe purgare, procedit,
niſi Papa ſuper iſtis criminibus, vel crimine, de
quibus,vel de quo quis eſt infamatus, commi-
ſiſſet cauſam alicui delegato;quia tunc ordina-
rius non poſſet purgare, vt eſt tex.in.c.penult.
j̃.eod. Et ratio eſt,ſecundum glo.fin.ibi,& ſe-
19 cundum.D.m,quia Papa†delegando, commit-
tendoq; cauſam contra aliquem videtur exi-
mere iuriſdictionem inferiori ordinario quò
ad illam cauſam. adeò quòd non valeat proceſ-
ſus coram inferiore iudice agitatus.arg.not.per
Inno.in.c.cum.M.de conſtitu.&.c.vt noſtrum.
de appella. Quò ad vltimum, per quem ſint
20 eligendi†compurgatores,dic vt dicam in.c.in-
ter.j̃.eod.in vndecimo artic.in.2.membro.



## Capitulum. IX. Conſtitutus.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatorem ſufficit eſſe bonæ famæ; & ab eccleſia toleratum; nec de crimine condemnatū.*
2 *Doctus vir, & iuſtitiæ adminiſtrandæ præpoſitus quòd agat ea quæ non ſunt iuri conſona, non modicum admirandum eſt.*
3 *Indagatio nimia eſt vituperanda,potiusquàm laudanda. & nu.14.*
4 *Sapere plusquàm oporteat,nemo debet.*
5 *Ius ſummum, ſumma iniuria.*
6 *Ordinandi quales eſſe debeant: remiſſiuè.*
7 *Ordinator debet adhibere magnam diligentiam in ordinandis.*
8 *In Purgatoribus nõ exigitur tanta idoneitas,quāta in ordinandis.*
9 *Iuramenti forma duplex, quam poſſunt præſtare purgatores.*
10 *Purgatores quot qualitates debeant habere.*
11 *Statuto ſtante, quòd aliquis proculdubio admittatur abſque illius indagine; non tollitur propter hoc quin debeat inquiri de perſonæ euidenti illegitimitate,vel infamia.*
12 *Statuto remouente omnem exceptionem etiam nullitatis, non intelligitur remota exceptio nullitatis patentis. & nu.ſeq.*

1 CONSTITVTVS. Sufficit, †quòd
purgator ſit ab eccleſia toleratus,
& bonæ famæ,nec de crimine cō-
demnatus. h.d. Primò ponitur
facti narratio,& reprehenſio. Secundo proui-
ſio,ibi,ſanè. Not.primò,quòd non modicum
2 admirandum eſt, quòd † vir doctus, & iuſtitiæ
adminiſtrandæ præpoſitus agat ea,quæ nõ ſunt
iuri conſona.ad idem.c.in ijs.ſupra tit.proxi.
3 Secundo not. ꝙ † nimia indagatio, ſeu exami-
natio eſt vituperanda potius, quàm laudanda;
4 quia non debet quis plus velle † ſapere, quàm
debeat ſapere,vt in.c.1.de renun. lib.6. Vnde
tex. iſte optime facit ad authoritatem Cicero-
nis in primo officiorum,inquientis,iam eſt tri-
5 tum ſermone prouerbium, † ſummũ ius,ſum-
ma iniuria eſt. & adde quod ſtatim dicam in ſe-
6 cunda glo. Tertio not. arg. † quales debeant
eſſe

eſſe ordinandi, de quo latius hic in glo. 3. & la-
tius per Hoſt. in ſum. in tit. de temp. ord. §. cui.
7 Quarto not. † quòd ordinator debet magnam
diligentiam adhibere in ordinando, vt ordinet
8 idoneos. Quinto not. † q; in purgatoribus nõ
exigitur tanta idoneitas, quanta in ordinandis.
9 Sexto not. duplicem † iuramenti formam, quã
poſſunt pręſtare purgatores, de quibus latius in
.c. ſequen. in. 11. artic. in tertio membro. Se-
10 ptimo not. quot in purgatoribus † qualitates
exigantur. de quo latè dixi in. c. cum. P. ſupra
eod. Vltimo not. ex fi. argumentum, quòd li-
11 cet ſtatutum dicat, q; † aliquis proculdubio ad-
mittatur abſque illius indagine, ſeu aliqua in-
dagatione, quòd non tollitur, quin per hoc de-
beat inquiri de euidenti illegitimitate perſonæ,
vel infamię nota. ſecundùm. d. Ant. de quo vide
ſingularem glo. in verb. imperfectã. in. l. 1. §.
hoc interdictum. ff. de tab. exhib. Ex qua pro-
12 batur, quòd licet † ſtatutum remoueat omnem
exceptionem, etiam nullitatis, non intelligitur
remouere exceptionem nullitatis patentem.
Facit quod not. in clem. 1. de re iudi. Vnde no-
tabiliter dicit Oldr. conſi. 106. quòd licet ſta-
13 tutum dicat, quòd † exceptio nullitatis in ali-
quo non habeat impedire executionem ſen-
tentiæ, intelligitur de nullitate, quæ requirit
altiorem indaginem. Secus de ea, quæ eſt in
promptu. per. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. & l.
ille à quò. §. ſi de teſtamento. ff. ad trebell. Et
vide de materia, quæ latè dixi in cle. vni. de ſe-
queſt. poſſ. & fruc. In glo. 2. in fi. dic, quòd in-
14 dagatio nimia † pernitioſa, calida, deceptiua, &
ſuperflua, eſt vituperabilis. Secus ſi eſt rationa-
bilis, & vtilis, & ad verum intellectum eius, de
quo quęritur. ita loquitur. l. ita vulneratus. alle-
gata pro contrario. Facit. c. capellanus. ſupra
de feri. §. 1. & c. 2. §. 1. ſupra de transla. epiſ. Et
de materia vide quod latius dixi in clem. 2. de
iudi. & in. c. dilecti. ſupra de iudi. Glo. 1. ponit
qualitates ordinandorum. dixi ſupra in quarto
notabili. Glo. pen. ſentit contrarium. In fi.
dic, vt latius dixi in. c. cum. P. ſupra eod. Glo.
fi. format duas quæſtiones. In fi. dic de his. qq.
glo. prout dixi in. d. c. cum. P. in octauo princi-
pali articulo.

## Cap. X. Inter Solicitudines.

### *SVMMARIVM.*

1 *Infamatus propter magnitudinem criminis, poteſt ſuſpendi ab officio, & beneficio, donec ſe purgauerit. Et dic vt nu. 8.*
2 *Prælatus debet eſſe ſolicitus in officio ſibi commiſſo.*
3 *Diligentia eſt mater virtutum; & negligentia nouerca.*
4 *Negligentia in prælatis eſt peccatum mortale; in alijs verò ita demum eſt peccatum, ſi negligitur quod præcipitur.*
5 *Papa ſpecialiter, & principaliter debet inuigilare contra hæreticos.*
6 *Hæretici appellantur vulpeculæ.*
7 *Ad purgationem quis compelli poteſt per ſuſpenſionem ab officio, & quandoq; à beneficio.*
9 *Iudex ſubſiſtente cauſa poteſt pœnam alterare.*
10 *Suſpenſus ab officio, non propter hoc cenſetur ſuſpenſus à beneficio.*
11 *Prælatus præcedente infamia publica, poteſt cõtra ſubditum de veritate criminis inquirere.*
12 *Criminis veritas per ſolam famam non probatur.*
13 *Purgatio eſt indicenda inquiſito, contra quem licet non ſit plenè probatum, tamen remanſerit infamia.*
14 *Purgatio indicitur propter infamiam; graue ſcandalum, & vehementem ſuſpicionem.*
15 *Rigor cum æquitate eſt temperandus: remiſſiuè.*
16 *Purgatio in loco infamiæ eſt peragenda: remiſſ.*
17 *Purgatores quales eſſe debeant: remiſſiuè.*
18 *Purgationis præſtitæ effectus.*
19 *Infamia orta ex malis operibus, tollitur per virtuoſos mores.*
20 *Suſpenſus ab officio, non videtur prohibitus prædicare.*
21 *Hæreticus ad fidem conuerſus, licet audiatur, & non degradetur, neque tradatur curiæ ſæculari; non tamen auditur quò ad pœnitentiam, quominus ad eam peragendam in arctum monaſterium detrudatur.*
22 *Purgatio in quo loco, & coram quibus ſit facienda.*
23 *In purgatione qualiter procedatur: & ſub qua forma fieri, & præſtari debeat.*
24 *Purgationem qui indicere debet, quid agere debeat. Et ibi, an teneatur præfigere terminum accuſare volentibus. An verò hoc ſit ipſius arbitrarium.*
25 *Iudex volens terminum præfigere accuſare volentibus, an ſufficiat quòd illum præfigat per generale edictum, quo certus terminus ſtatuatur accuſare volentibus: An verò exigatur quòd illum præfigat alicui in ſpecie.*
26 *Citationis prædictæ, & termini præfigendi, quæ ſit practica, & forma.*
27 *Citatio generalis debet fieri in caſu præmiſſo, licet prius facta fuerit ſpecialis.*
28 *Infamatus ſi ſit aliquis de aliquo certo commiſſo delicto cum aliqua certa perſona, propter quod ſpecialiter poſſet illius, vel alterius intereſſe, vtrum illo ſpecialiter non citato, vel illi termino ſpecialiter non aſſignato, teneat indicta, & facta purgatio.*
29 *Citandus non eſt ad validitatem actus ille, contra quem non dirigitur petitio, niſi ipſius ſpecialiter interſit reſpectu directæ citationis.*
30 *Iudex quid agere debeat accuſatore comparente. Et ibi quid ſi non comparuerit accuſator.*
31 *Ad infamiam detegendam poteſt Epiſcopus compellere ſubditos ſub vinculo iuramenti, & banno chriſtianitatis.*
32 *Iudex quid agere debeat patefacta infamia, & deficiente accuſatore, ac poteſtate probandi delictum, vel ſubſiſtente vehementi ſuſpitione, aut graui ſcandalo.*
33 *Contraria contrarijs remedijs curantur.*

34 De-



34 *Delictum vbi eſt conſumatum, monitio eſt fruſtratoria.*
35 *Iudex an debeat prius citare purgãdum, antequã purgationem indicat.*
36 *Citari debet ad actum ille, cui actus poteſt præiudicare.*
37 *Purgandus citatus, ſi comparet, & dicit, domine iudex, non intẽdo me purgare, ſed clarè oſtendere me non eſſe culpabilem in tali delicto, quid agendum.*
38 *In claris non eſt opus coniecturis.*
39 *Citari an debeat ille, contra quem commiſſum eſt delictum, ſi exiſtente infamia, de hoc indicenda ſit purgatio ei, qui deliquit, & ſi de offenſi intereſſe tractetur. Et nu. 40. Quid dicendum ſi accuſatio non fuit porrecta prius per offenſum, & nunc comparens dicat, quòd quia aliter iniuriam probare non poteſt, proteſtatur non procedendum eſſe in tali purgatione, niſi ſe citato. Et nu. 41. Quid agendum, ſi nullus comparuit ad talem proteſtationem faciendam. Et nu. 42. Quid agendum, quando accuſatio fuit porrecta, & fortè accuſator in accuſatione defecit.*
43 *Iudex quid agere debeat in ipſa purgatione indicenda factis citationibus, & infamato comparente, nec aliquid opponente ad impediendum purgationem.*
44 *Quadrimeſtre tempus datur iudicatis.*
45 *Purgatio ſi indicatur abſque termini præfixione, intelligitur ſtatutus terminus quatuor menſium.*
46 *In purgatione, an dicatur deficere, qui ſe non purgat intra terminum præfixum à iudice. Et an differentia ſit inter aſſignare terminum ad ſe purgandum; & purgationem indicere: ibidẽ.*
47 *Iudex quando ſtatuit terminum ad purgationem, an poſſit illam indicere cum pœna, & ſine pœna.*
48 *Iudex non poteſt pendente termino ad purgandum ſuſpendere ab officio, & beneficio: Declara tamen vt nu. 50. & nu. 53.*
49 *Condemnati, qui appellauit, debet integer ſtatus remanere.*
51 *Cap. ex tuarum. ſupra eod. declaratio.*
52 *Papa quando facit aliquid, non eſt vlterius diſputandum.*
54 *In purgando laicum poſſunt exerceri alia remedia prodita contra contumaces.*
55 *In purgatione canonica, vtrum requiratur litis conteſtatio.*
56 *Cap. placet. infra eod. declaratur.*
57 *Cap. cum. I. & A. de re iudi. declaratur.*
58 *In purgationis idictione quid agere debeat iudex.*
59 *In purgatione hæreſis maior numerus compurgatorum exigitur. Et multa alia ſpecialia, vt infra vſque ad nu. 68.*
60 *Requiruntur etiam duo Epiſcopi: quamuis agatur de purgatione Decani.*
61 *Et indicitur ad primum ſonitum infamiæ.*
62 *Fit quoque ſuſpenſio ab officio, & beneficio.*
63 *Compurgatores debent habere notam vitam purgandi, etiam præteritam.*
64 *Extenſio in pœnalibus, non fit ex identitate rationis.*
65 *Purgatio in crimine hæreſis reſpicit fauorem publicum, & animæ.*
66 *Purgandus debet abiurare publicè familiaritatem hæreticorum.*
67 *Purgandus in alijs criminibus, an teneatur abiurare ſe ſimilia non facturum in poſterum.*
68 *Infamatus de vna ſpecie hæreſis, non ſolum de illa, ſed etiam de omnibus cogitur ſe purgare, & generaliter abiurare. & nu. 78. Quod tamen intellige, vt ibi.*
69 *Purgatio an requiratur eadem in regularibus clericis, quæ requiritur in ſæcularibus.*
70 *Purgandi quod ſit officium, & quæ forma ab ipſo in purgatione ſeruanda. Et primo, quòd debet præſtare iuramentum veritatis, data ſcientia. nu. 71.*
72 *Iuramentum credulitatis, non autem veritatis, eſt exigendum ab eo, qui non habet ſcientiam rei.*
73 *Purgandus quibus verbis, & qua forma debeat præſtare iuramentum.*
74 *Purgationis, an certa forma ſit ſeruanda inter cõiuges ratione frigiditatis, & impotentiæ coeundi; & per quem præſtanda ſit hæc purgatio, an per maſculum, an per fœminam, an per vtrunque.*
75 *Purgationem inter coniuges iudex non debet indicere, niſi ad petitionem ipſorum, uel alterius eorum.*
76 *Infamatus de vno delicto, an debeat ſe purgare de pluribus.*
77 *Cap. ego Berengarius. diſt. 2. declaratio.*
79 *Reus eſt omnium, qui in vno deliquit.*
80 *Purgando an ſufficiat iurare ſe eſſe immunem à delicto, de quo eſt infamatus.*
81 *Fori pœnitentialis, & fori contentioſi varij ſunt effectus.*
82 *Cap. fi. infra eod. declaratio.*
83 *Purgandus à quo tempore debeat præſtare iuramentum purgationis; an à tempore promotionis; an à tempore natiuitatis. Et ibi plenè declaratur; multipliciter diſtinguendo.*
84 *Approbaſſe non dicitur quis quod ignorauit.*
85 *Iuramentum pręſtare in purgatione an teneatur, qui vouit non iurare. Et ibi quòd ſic.*
86 *In iuramento ſemper intelligitur excepta ſuperioris authoritas.*
87 *Purgandus ſi ſit criminoſus, infamis, vel periurus, an debeat ſe purgare per iuramentum. Et nu. 90. Quòd hoc ſit arbitrarium iudicis.*
88 *Periurus cogitur ſubire iuramentum oneris.*
89 *Infamia ſola de iure canonico nõ ſufficit, vt perueniatur ad tormẽta, niſi quis aliàs ſit probatus criminoſus. Et ibi quid de iure ciuili: remiſſ.*
91 *Epiſcopus ſe purgans, an debeat tangere euangelia.*
*Epiſcopus ſolum iurat præſentibus euãgelijs. ibi.*
92 *Papa abiurando, tenetur tangere euangelia in crimine hæreſis, & ſimoniæ.*
*In alijs verò criminibus, nec tenetur iurare, nec alios compurgatores adhibere: ſed ſtatur*

ipſius

*ipſius ſimplici aſſertioni; vt nu. 97.*
93 *Simonia eſt ſimilis hæreſi.*
94 *Deponentes de credulitate, an iurando teneantur tangere ſacra. & nu. 95.*
96 *Manus, per quam corpus, & ſanguis Chriſti conficitur, iuramento pollui non debet.*
98 *Purgare ſe per procuratorem, an quis poſſit, cum purgandus debeat tangere euangelia propria manu. vſque ad nu. 102.*
*Per iuramentum poteſt quis ſe obligare per procuratorem. ibidem.*
99 *Iuramentum purgationis debet præſtari in propria perſona.*
*Iurare in propria perſona, vel propria manu; & iurare per proprium iuramentum, differunt. ibidem.*
100 *Iuramentum, quod præſtat procurator ex ſpeciali mandato, eſt proprium principalis.*
101 *Teſtis non poteſt iurare per procuratorem. Et ibi ratio redditur.*
102 *Purgandus per nudam aſſertionem, ſeu negationem, poteſt ſe purgare per procuratorem.*
103 *Purgandi officium quod debeat eſſe.*
104 *Compurgatorum officium quod ſit. uſq; ad nu. 10.*
105 *Compurgatores non debent iurare de veritate, ſicut purgandus. Et hæc eſt communis opinio in omnibus caſibus. vt nu. 107.*
106 *Factum alterius non poteſt alteri repræſentari, nec per viam indirectam. Declara tamen vt ibi.*
108 *Teſtes deponentes de credulitate, & ſecundum conſcientiam, ſunt voluntarij: qui verò deponunt de veritate repræſentatorum alicui ſenſui corporeo, ſunt neceſſarij.*
109 *Periurus non eſt, iurans de credulitate, ſi in veritate ita credebat, licet fallatur.*
110 *Compurgatorum vnus, ſi iurat; quòd non credit purgatum iuraſſe veritatem; quid iuris ſit: remiſſiuè.*
111 *Iudicis officium quod ſit præſtita, vel non præſtita purgatione: remiſſiuè.*
112 *Sententia purgationis, an ſit interlocutoria, vel definitiua: remiſſiuè.*

INTER SOLICITVDINES.
1 Propter † magnitudinẽ criminis
infamatus poteſt ſuſpendi ab offi
cio, & beneficio, donec ſe purga-
uerit. h. d. primo. Et augetur propter hoc nu-
merus compurgatorum, hoc ſecũdo. Et purga-
tores debent eſſe catholici, & probatæ vitæ, &
noti, hoc tertio. Et ex cauſa poſt purgationẽ
quandoq; quis ad tempus ſuſpenditur, hoc
quarto. Et quandoq; deficiens in purgatione,
punitur vt coniunctus hoc quinto. ſecunda ibi,
attendentes. tertia ibi, ita tamen. quarta ibi, pur
2 gatio. quinta ibi, ſi forſan. Nota primo, † ꝙ ad
prælatum ſpectat ſolicitum eſſe in officio ſibi
3 commiſſo. Eſt † enim diligẽtia mater virtutũ
in opere ſuo, vt dicitur diſt. 83. c. nihil. ſicut ne-
gligentia eſt nouerca virtutum, vt eſt tex. ibi.
Ad quod vide quæ dixi in. c. ad audientiam. ſ̃.
de homici. in ſeptimo principali artic. Et eſt
4 negligentia † in prælato peccatum mortale, vt
not. glo. pen. in. c. ea quæ. ſ̃. de offi. archid. not.
Hoſtien. in. c. inter cætera. de offic. ord. Sed
in alijs non prælatis, ita demum eſt peccatum, ſi
negligitur quod præcipitur. vt not. Io. And. in
5 d. c. inter cætera. Secundo not. ꝙ † Papa ſpe-
cialiter, & principaliter debet inuigilare contra
6 hæreticos. Tertio not. ꝙ † hæretici appellan-
tur vulpeculæ, ex eo quòd latrent, & ad inſtar
vulpium latebras quærant. Quarto not. mo-
7 dum † compellendi quem ad purgationem;
videlicet per ſuſpenſionem ab officio, & quan-
doq; à beneficio. de quo dicam. ĩ. poſt glo.
8 Quinto not. quòd † infamatus regulariter non
debet ſuſpendi à beneficio, antequàm deficiat
in purgatiõe; niſi ꝓpter criminis immanitatẽ.
de quo dicam in loco prædicto. Sexto not. ꝙ
9 iudex, † cauſa ſubſiſtente, poteſt pœnam altera-
re. Nam licet eccleſiaſtica conſtitutio diceret,
ꝙ tantum ab officio deberet ſuſpendi, tamen
non reprobatur factum iſtius Archiepiſcopi,
qui ex cauſa ſuſpẽdit etiam à beneficio. de qua
materia plenè per legiſt. in. l. quid ergo. §. quid
ergo. ff. de his qui no. infa. Septimo no. ꝙ licet
10 quis † ſit ſuſpenſus ab officio, non propter hoc
cenſetur ſuſpenſus à beneficio. Et ſic in hoc
acceſſorium non ſequitur naturam principalis.
Sed de hoc, an, & quando ſuſpenſus ab officio,
cenſeatur, vel non, à beneficio ſuſpenſus, vide
glo. & doct. in clem. ſi. de pœ. Octauo not. ex
11 ſecunda parte, quòd prælatus præcedente infa-
mia publica, poteſt contra ſubditum de verita-
te criminis inquirere. de quo dic, vt latiſſimè
dixi in. c. qualiter. 2. ſ̃. de accuſa. in nono prin-
12 cipali artic. Nono not. ꝙ † per ſolam famam,
criminis veritas non probatur. Et quantum
probet fama, & de ipſius effectibus vide quod
latiſſimè dixi in dicto. 11. artic. quæſt. 11. & ali-
qua in repet. c. ſi. de iureiuran. in tertio artic.
Decimo not. quòd licet crimen per inquiſi-
tionis viam non potuerit plenè probari, non
13 tamen eſt inquiſitus † ſimpliciter abſoluendus,
ſed eſt ei, infamia remanente, purgatio indicen
da. Vndecimo not. tria propter quæ ſit indi-
cenda purgatio; & propter quodbliet de per ſe,
licitum eſt purgationẽ indicere. videlicet, pro-
14 pter infamiam, graue † ſcandalum, & vehemen-
tem ſuſpicionem. de quibus dixi in. c. 1. ſupra
eod. in tertio principali articulo. Duodecimo
15 not. quòd † rigor eſt cum æquitate temperan-
dus. de qua materia vide quod dixi in. c. fina. &
ibi per docto. ſ̃. de tranſactio. & latius dixi in
clem. 1. de iudi. Decimotertio not. quòd pur-
16 gatio † in loco infamiæ peragenda eſt. de quo
dicam infra poſt glo. in decimo princip. artic.
17 Decimoquarto not. quales debeant eſſe † com-
purgatores. de quo latius dixi in. c. cum. P. ſ̃.
eod. in octauo principali artic. Decimoquin-
18 to not. quòd † effectus præſtitæ purgationis
eſt, vt ſpoliato beneficium reſtituatur; & repo-
nendus eſt purgatus in priſtinum ſtatum. Qđ
eſt verum, ſi poſt purgationem præſtitam nul-
lum remaneret ſcandalum. Aliàs poteſt ratione
ſcan-



ſcandali, etiam poſt purgationem, purgatus
remanere ſuſpenſus. de quo dicam latius in. c.
accedens. infra eod. in decimoquarto articulo.
19 Decimoſexto not. quòd infamia † orta ex ma-
lis operibus, tollitur per bonos, & virtuoſos
mores in contrarium; nam contraria contra-
rijs tolluntur. de pœniten. diſtinctio. 2. c. 1. Et
contraria in contraria per corruptionem, &
generationem conuertuntur. Decimoſepti-
20 mo not. quòd licet quis ſit ſuſpenſus † ab of-
ficio, non tamen propterea videtur prohibi-
tus prædicare. Nam huic ſuſpenſo ab offi-
cio mandatur, quòd interim prædicaret.
Decimooctauo not. quòd deficiens in purga-
tione, punitur vt conuictus. de quo latius di-
cam in. c. fina. infra eod. in decimoquinto prin
cipali articulo. Vltimo not. quòd licet hæ-
21 reticus ad fidem † conuerſus audiatur, & non
degradetur, nec tradatur curiæ ſæculari, non
tamen auditur quò ad pœnitentiam, quomi-
nus ad eam peragendam in arctum monaſte-
rium detrudatur, vt hic in fin. Glo. 1. in prin-
cip. quærit. deinde in verſic. vnde not. po-
nit modum, & formam procedendi in purga-
tione. deinde quaſi in ſi. ſentit contrarium de
. c. cum non ab homine. & ſoluit. In eadem
ibi, vnde not. dic de forma, & de modo proce-
dendi, vt ſtatim latius dicam poſt glo. in vndeci-
mo principali articulo. Glo. 2. colligit argu-
mentum, & ſoluit contrarium, quod poſſet for
mari. In eadem glo. ibi, non infament, dic. ſ.
infamia iuris. In ead. glo. ſugillat opinionem,
dic. ſ. infamia facti. In ea glo. in ſi. dic de ma-
teria iſtius glo. vt latius dixi in. c. 1. ſupra eod.
in tertio principali articulo. quæſt. 2. Glo. 3.
ſentit contrarium ad tex. quòd non requiritur
tantus numerus. In eadem glo. ibi, ordinaria
purgatio, dic de hoc articulo numeri compur-
gatorum, vt latè dixi in. c. quoties. ſupra eod.
in ſeptimo principali articulo. In ſi. glo. dic
de materia iſtorum duorum verſuum, vt ſtatim
dicam poſt glo. in decimo principali articulo.
Glo. ſuper ver. familiaritatis. quærit, & colligit
argumentum. In ſi. glo. dic de hac materia, vt
dixi in. c. nulli. ſupra de accuſa. vbi vide ad ma-
teriam notabiles authoritates. Glo. penult.
fortificat tex. & adducit quædam ſimilia. In
ſi. glo. dic, vt dicam ſtatim poſt glo. in vndeci-
mo articulo, in ſecundo membro. Glo. fina.
opponit, & dupliciter ſoluit. Et vltima ſolutio
quò ad terminos noſtros melior eſt. Non ha-
beret tamen locum, quando iſte reincidiſſet; nã
ſi reincidiſſet, videtur præcedens ſolutio eſſe
melior; quæ ita intelligendo, eſt valde ſingularis
in hoc articulo, de quo tamen dic, vt latius di-
cam infra eod. & in. c. ſi. in decimoquinto prin-
cipali artic. Poſtremo, quia ſupra in rubr. ego
dixi me hic dicturum de decimo, & vndecimo
principalibus articulis. idcirco venio ad deci-
mum. Decimo igitur principaliter quæro, in
22 quo loco, & coram quibus ſit facienda † purga-
tio. Sol. tex. noſter expreſsè vult, quòd in lo-
co infamiæ. & ad hoc etiam glo. hic, ſuper
ver. vbi noſcitur. allegat ſex iura ad hoc. Facit
etiam ad prædicta. 24. quæſt. 1. c. pudenda. &
23. quæſt. 4. c. ſi illic. Et vide quod latius di-
xi in materia remiſſionis ratione delicti, in. c.
poſtulaſti. ſupra de fo. competen. in ſecundo
principali articulo. Et ratio, quare in loco in-
famiæ, & non alibi, ſit indicenda purgatio,
poteſt eſſe; quia alibi vbi non eſſet infama-
tus, de facili reperiret purgatores. Et quia
ex tali purgatione alibi facta, ipſius infamia,
vel ſcandalum minime tolleretur. Facit quod
not. Archidiaco. 2. quæſtio. 7. c. teſtes. vbi di-
cit, quòd famæ diſcuſſio ibi fieri debet, vbi
ortum habuit, & vbi eſt infamatus conuerſa-
tus. Et per illos qui cum eo conuerſati ſunt.
vt probatur in dictis iuribus, & ſupra de elect.
c. ſcriptum. & . C. vbi de crim. agi. opor. l. 1.
& . 2. Et ſi quis ſit infamatus inter laicos, in-
ter ipſos ſe purgabit. Si verò inter clericos
tantum, coram clericis purgationem faciet.
ſupra de accuſat. c. qualiter. 2. nam vbi naſci-
tur malum, ibi etiam debet mori. 2. quæſtio. 1.
c. ſi peccauerit. Et hinc emanarunt illi duo
verſus. Quem plebs accuſat &c. de quibus
hic in glo. 5. in ſi. Et per Hoſtien. in ſumma.
eod. titu. §. quotus. vnde purgatio publicè de-
bet fieri, ſi eſt publicè diffamatus. 2. quæſt. 5.
c. præsbiter. 2. & . 23. diſtinctio. c. illud. Si
verò tantum apud clerum, priuatim purga-
bitur. 15. quæſtio. 5. c. 1. & ibi glo. diſtinguit
inter infamiam publicam, & occultam. & ita
debet intelligi quod ibi not. Archidiaco. &
2. quæſtio. 5. in ſumma. Dicit tamen idem
Archidiaco. poſt Ioan. de Fantu. 23. diſtinctio.
c. illud. quòd aut loquimur de iam ordina-
to purgando, et ſeruatur dicta diſtinctio.
Aut de purgando ordinando, & debet eſſe
publica; quia cum ſit publicè examinandus,
& ex contradictione electionis ſuſpectus ha-
beatur, in publico debet purgari; vt qui om-
nibus alijs præficitur, ipſis omnibus irrepre-
henſibilis habeatur. argumento eorum, quæ
notantur in dictis iuribus.
Vndecimo principali articulo tractandum
23 eſt, qualiter † in purgatione procedatur; &
qualiter, & ſub qua forma fieri, aut præſtari
debeat; pro cuius articuli plena declaratio-
ne, diſtinguo quatuor membra principalia.
Primum membrum erit, quod ſit officium
iudicis, & quam formam debeat ſeruare in in-
dicenda purgatione. Secundum, quod ſit of-
ficium purgandi, & quam formam debeat ſer-
uare. Tertium, quod ſit officium purgato-
rum, & quam formam debeãt ſeruare. Quar-
tum membrum, quod, & quale ſit officium iu-
dicis poſt præſtitam purgationem, vel poſt quã
quis in purgatione deficit. Circa primum,
24 quid agere debeat † ſuperior indicens purgatio-
nem. Aduertendum eſt, quòd noſtra glo. hic
dicit, quòd Epiſcopus in primis debet præfige-
re certum terminum accuſare volentibus, vt. ſ̃.
de clande. deſponſ. c. cum inhibitio. & per glo.
2. q. 5. c. præsbiter. 2. & Specul. in tit. de abolit.

§.fina.circa fin.per.c.lator. ſupra qui fi. ſint le-
giti. &.c.fina. ſupra qui matr. accuſa. poſſ.
Aduerte tamen circa prædicta, quia. D. m.
hic voluit, quòd quanuis ſuperior non habeat
probationes ſpontaneas, non tamen talem
terminum accuſare volentibus, ſtatuere com-
pellitur, quanuis accuſator ſe non offerat; ſed
eſt in eius arbitrio, etiam abſque termini præ-
dicti præfixione, purgationem indicere. &
idem tenet in.c.2. &.c.ex tuarum. ſupra eod.
& in.c.penult. infra eod. vbi dicit de hoc eſſe
tex. non variando, nec violando litteram, quan-
uis Innocen.ibi videatur vacillare. Ego arbi-
tror, quòd vtraque opinio ſit ſuſtentabilis.
Puto tamen, quòd ſi infamatus comparens,
diceret; domine iudex præfigatis terminum
accuſare volentibus, ad hoc, vt ſi compareat
accuſator, eo deficiente in probatione non
tenear me purgare; aut ſaltem cum maiori
facilitate, & minori ſolemnitate ad purgan-
dum admittar, quòd fortè hoc caſu potius
neceſſitetur ad terminum ſtatuendum, maxi-
mè quia, vt dixi in.c.1. ſupra eod. in tertio
articulo. purgatio eſt remedium ſubſidiarium.
Sed quæro circa prædicta, vtrum eo caſu, quo
25 iudex † diſpoſuit talem terminum præfige-
re, ſufficiat illum præfigere per generale edi-
ctum, quo certus terminus ſtatuatur accuſa-
re volentibus, an vero exigatur, quòd præ-
figatur alicui in ſpecie. Solu. hanc quæſtio-
nem non reperi tactam per aliquem docto.
Circa eam tamen ſic arbitror dicendum, quòd
ſi diſtamatio iſtius purgandi ſit generalis, pu-
ta, quòd ſit criminoſus, vel ſpecialis; puta,
quòd commiſit furtum, vel adulterium; ſed
non exprimitur cum quo commiſerit, & tunc
ſufficiet proponere edictum in genere. per
nota. per Ioan. Andr.in.c.2.qui ma. accu. poſſ.
& per Hoſtien. in.c.ad noſtram. 2. de iure-
iuran. & per ea quæ dixi in clemen. 1. de iu-
di. & in.c. qualiter. 2. de accuſat. quæſtio. 97.
& aliquid poſt. D. m. in. c. exhibita. ſuper
glo. 1. de iudic. per nota.in.c.fina. de electio.
lib.ſexto. Si verò perſona eſt certa, puta, ꝙ in-
famatus eſt aliquis ꝙ cõmiſit adulterium cum
.B. vxore. P. vel commiſit furtum ipſi.P. an
.P. ſit terminus ſpecialiter aſſignandus, ſeu
notificandus, infra quem debeat accuſare, ſi
vult; & arbitror dicendum quòd ſic; cum ſit
certus ipſe. P. cuius poteſt fortè intereſſe.
per not. in .l.ea quidem. C.ſi mancip. ita fue.
aliena. Facit quod not. in .l. meminerint. C.
vnde vi. & quod not. Pet. de Anchara. in.c.
fina. de electio. lib. ſexto. Conclude ergo,
quòd ſi perſona eſt certa, cuius intereſt, de-
bet ſpecialiter notificari. Si generalis, gene-
raliter per edictum generale. vt nota. Barto.
in.l.ſi diu. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. mit. &
in.l. ſi ſeruus. ff. de bo.aucto.iudi.poſſ. Et ſic
habes vnam differentiam inter perſonam cer-
tam, & incertam in prædicta notificatione fa-
cienda. Eſt etiam, vt arbitror, & alia diffe-
rentia, quia quando perſona eſt incerta, de-
bet fieri talis citatio, & termini ſtatuitio per
edictum generale, cum ſolemnitate trinæ ci-
tationis; nec ſufficit vnica cum perempto-
rio. Facit quod not. in ſimili Ioan. Andr.
in.c.ex tuæ. ſupra de cleric. non reſid. & ibi
not. Ioan. de Imo. quem omnino vide. & eſt
glo. in clemen. 1. de vita & honeſt. cleric. Fa-
cit tex. & glo. in. c. conſtitutionem. §.ſtatui-
mus. de ſenten. excommunica. lib.6. Sed ſi
perſona eſſet certa, cui ratione intereſſe ipſius
eſſet præfigendus, & notificandus terminus,
poſſet in prima citatione iniici peremptorium,
ſecundum ea quæ traduntur in.l.tres denun-
tiationes. C.quomodo & quando iud. & quod
dixi in clemen. 1. de iudi. & per Ioan. de Imo.
in.d.c.ex tuæ. vbi allegat multa alia iura, quæ
potes videre. Secundo quæro, de practica,
26 & † forma in prædicta citatione, & termini
præfixione. Solu.arbitror, quòd hæc ſit for-
ma ſeruanda. Nos.B. de nobilibus de Mon-
te Galinio Epiſcopus Senenſis, cum intenda-
mus. P. clerico de talibus delictis infamato,
exprimendo delicta, ſi ſunt certa, vel genera-
liter infamato, ſi delicta ſunt incerta, purga-
tionem canonicam indicere, monemus, & ci-
tamus omnes qui ſua putauerint intereſſe,
quatenus infra triginta dies, vel alium termi-
num, non curo, debeant ipſum. P. de deli-
ctis & criminibus accuſaſſe. Aliàs poſt dictũ
terminum non audientur. Et hoc pro primo
termino. & finito primo termino, poteſt ſi-
militer ſecundum terminum per generale edi-
ctum ſtatuere, quo finito, ſub ſpeciali formæ
ſtatuat tertium terminum, ſubiungendo pro
termino peremptorio. Et eſt vtile, quòd ap-
ponatur in fine illa clauſula, quòd poſtea amo-
do non audietur, per ea quæ dicam in.c.acce-
dens. infra eod. articulo decimoquarto. Et
hæc procedunt, quando quis eſſet generaliter
infamatus, vel ſpecialiter de crimine non com-
miſſo in certam perſonam. Et ſi de crimini-
bus commiſſis in incertã eſſet infamatus, re-
ſpectu citationis de eo cuius intereſt, ſpeciali-
ter poſſet in prima citatione, vt ſupra dixi,
mitti peremptoria, vt puta. Nos .N. &c.
tibi. A. cui. P. clericus dicitur commiſiſſe,
vel tuam vxorem adulteraſſe, ſtatuimus termi-
num triginta dierum, quorum decem pro pri-
mo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio
termino peremptorio aſſignamus, infra quem
debeas ipſum accuſare, ſi vis; cum intendamus
ad purgationem ipſius deſcendere. Alioquin
termino elapſo, iuſtitia mediante ad purgatio-
nem ipſius procedemus. Et not. quòd facta
27 iſta † citatione ſpeciali, etiam fienda eſt alia ge-
neralis per edictum generale de alijs, qui vel-
lent accuſare ſub trina termini diſtinctione.
vt ſupra dixi. Sub qua etiam diſtinctione
poſſet fieri citatio, vel termini præfixio certæ
ſpeciali perſonæ, ſub eo termino, quem iudex
congruũ arbitrabitur. Et prędicta omnia nota-
bis, quia per doct. non tanguntur. Tertio q̃ro,
aliquis eſt infamatus de aliquo certo commiſſo





delicto, cum aliqua certa perſona, propter
quod ſpecialiter poſſet illius, vel alterius inte-
reſſe, vtrum illo ſpecialiter non citato, vel illi
termino ſpecialiter non aſſignato, teneat indi-
cta, & facta purgatio. Solu.arbitror quòd ſic,
& quòd propter hanc omiſſam citationem
non inualidatur purgatio; quia quòd talis cita-
tio, & termini præfixio requiratur pro forma
ſpeciali, non memini me legiſſe. Præterea pro
hac deciſione facit quod ſingulariter not. Bar.
in.l. 3.C.quomo. & quan. iu. vbi dicit, quòd ſi
contra aliquem certum non dirigatur petitio,
29 ille talis de neceſſitate † non eſt citandus ad va-
liditatem actus; niſi ipſius ſpecialiter interſit
reſpectu directæ citationis; allegat not. per In-
nocen.in.c.humilis.ſupra de maio.& obed. Et
hoc etiam tenet ibi Io. Andr. in ver.requiratis.
per tex. in.l.etiam.§.fina.ff.de minorib. &.l.1.
primo reſpon.ff.de magiſt.conue. Subdit ta-
men, quòd alij dicunt, quòd non tenet, niſi per
edictum ſolemniter ſint vocati.ff.quæ ſenten.
ſine appella. reſcin. in.l. 1. §.item cum ex edi-
cto. Loquitur tamen ibi, in citatione gene-
rali; ſed prius dictum placet plus mihi. Sed
aduerte; quia ſi talis, cuius poſſet intereſſe ſpe-
cialiter non citaretur, non præiudicaretur ſi-
bi, ſicut præiudicaretur, quando ſpecialiter ci-
taretur. Ad quod vide quod dicam in.c.acce-
dens. infra eod.in decimoquarto princip.artic.
Quarto quæro, his peractis, quid agere debeat
30 iudex, ſi † accuſator comparuerit. Solu.glo.pe-
nult. 2. quæſt.5. in.c.præsbiter. 2. concludit,
quòd talis accuſator canonicè audietur. per
tex. 2.quæſt.5.c.omnibus. &.15.quæſt.5.c.1.
& ſupra eod.c.ex tuarum. Et ſi accuſatus con-
uincatur canonicè punietur. vt.d.c.1. Si verò
accuſator non comparuerit, & mala fama cre-
ſcit, tunc ſecundum glo. hic, & clarius in.d.c.
præsbiter.2.quæſt.5. poteſt Epiſcopus voca-
tis eccleſiæ ſenioribus ad inquiſitionem pro-
cedere. de qua inquiſitione, formam ponit il-
la glo. Sed tu vide quæ latè dixi in.c.qualiter.
2. ſupra de accuſat. in decimo principa. artic.
& in vndecimo. Et dicit hic.D.m. quòd aut
ſuperior habet probationes paratas, & non
eſt vtile ſtatuere terminum accuſare volenti-
bus; quia poſſet ſupponi amicus, & fieri col-
luſio. Vnde debet potius procedere per viam
inquiſitionis contra ipſum infamatum. Sed
tu dic quò ad hanc quæſtionem vtrum ſupe-
rior, ad hoc, vt poſſit inquirere, habeat neceſſe
præfigere terminum accuſare volentibus, vt
latius dixi in.d.c.qualiter. in vndecimo princi-
pali articulo. quæſt.95. Si verò nullus apparet,
& ſuſpitio veriſimilis ſit, de ſubito poteſt ſu-
perior inquirere de infamia. vt in.c.2. ſupra
eod. Ad quod vide quæ dixi in.c.1. ſupra
eod.in tertio principali artic.& in quarto. ver.
principaliter requiritur. in fi. ante ſecundam
quæſtionem. Et ad hanc infamiam detegen-
31 dam poteſt † compellere ſubditos ſub vinculo
iuramenti, & banno chriſtianitatis, hoc eſt, ſub
pœna excommunicationis, vt.d.c.2. ſupra eod.
& ibi dixi. Quinto quæro, his peractis, & pa-
32 tefacta infamia, & deficiente accuſatore, ac po-
teſtate probandi delictum, vt dictum eſt, vel
ſubſiſtente vehementi ſuſpitione, aut graui
ſcandalo, quid agere debeat? Sol. debet ani-
maduertere, an delictum ſit emendabile, vel
non, ſi eſt emendabile, hoc eſt, quia habeat cau
ſam continuam, & ſucceſſiuam. Exemplum
in clerico, qui teneret concubinam, vt focca-
riam, aut haberet frequentẽ acceſſum ad aliquã
mulierem, vel eſſet ſuſpectus, quòd exerceret
vſuras; his caſibus debet ſuperior ipſum prius
charitatiuè monere.c.cum in iuuentute. ĩ.eod.
& primo monere ſeorſum, & occultè, vt ſe à
tali crimine abſtineat. Et ſi non abſtinuerit,
debet coram duobus, vel tribus teſtibus ipſum
monere. Et ſi non emendauerit, debet publi-
ca increpatione increpare. Quod ſi ſe non
correxerit, tunc debet ei publicam purgatio-
nem indicere, & ſuſpendere ab officio vſque
ad condignam ſatisfactionem, hoc eſt, vſque ad
purgationem. vt.c.2.& ibi dixi ſupra eod. Et
ſic videtur velle tex. iſte à contrario ſenſu, quòd
ſi in prima, ſecunda, vel tertia monitione, talis
ſe correxerit, quia tunc non ſit indicenda purga
tio. & ita ſentit glo. in ver. emendauerit. quia
taliter infamatus à tali infamia per contrarium
factum, & emendationem videtur ſe purgare.
33 & ſentit glo. &.D.m.in.d.c.2. quia † contraria
contrarijs remedijs curantur, vt hic. & de pœ-
nit.diſtin.2.c.1. Et hoc mihi placet, inquan-
tum per talem correctionem, & deſiſtentiam
ceſſet infamia, ita quòd amplius populus fide-
lium in eo ſcandalum non patiatur. Secus ſi
tale ſcandalum per ceſſationem ſuam non tol-
leretur, vt puta, quia remaneret infamatus pro-
pter illam frequentiam, vel quia aliam ſimilem
fornicationem, vel ſimile delictum commi-
ſiſſet. Nam hoc caſu, ſi fidelium populus in eo
tolerato, non purgato ſcandalum pateretur,
eſſet illi indicenda purgatio; ſicut in quolibet
delicto momentaneo. argum.d.c.2.in fi.ſupra
eod. iuncto.c.cauſa ceſſante. ſupra de appella.
vnde intelligo.d.c.2. quòd à contrario ſequa-
tur, vt dictum eſt, quòd illo deſiſtente, & ſe e-
mendante, non ſit purgatio indicenda, ſi per
correctionem, ſeu emendationem ſopiretur
infamia, & ſcandalum. Vel fortè ſi nulla erat
infamia de aliquo delicto conſummato. Sed
erat dubitatio, & veriſimilis ſuſpitio, ne pro-
pter tantam frequentiam illaquearetur deli-
cto; quo caſu, ſe emendando, & corrigendo,
ceſſaret ſcandalum, ſuſpitio, & infamia. & non
eſſet indicenda purgatio, nec augenda ſuſpi-
tio. vt not.d. Anto. in.d.c. cum in iuuentute.
infra eod. cum ceſſante cauſa &c. vt dictum
eſt. Et iſta notabis, quia nouiſſima ſunt. Si
verò delictum non eſt emendabile, vel ſucceſ-
ſiuum, ſed momentaneum; vt puta, homici-
34 dium, vel furtum, tunc non eſt neceſſaria mo-
nitio; quia fruſtra fieret, vt iſte ſe corrige-
ret; cum iam delictum eſſet conſumatum; vt
dicit. D. m. in dicto.c.2. & etiam ibi ſenat

d. Anto. &.D.m.in.d.c.penult. infra eod. Se-
35 xto quæro, vtrum† his peractis, antequàm ſu-
perior indicat hanc purgationem, an debeat
citare ipſum purgandum. Sol. videtur dicen-
dum quòd ſic. hoc not.D.m. not.etiam Ioan.
And.in.c.penul.ỹ.eo.in ver.iuris ordinem. vbi
dicit, quòd ibi fuit omiſſus iuris ordo, quia nõ
fuit facta citatio purgandi. Quod intellige,
ad hoc, vt ipſe poſſit ſe defendere, & purga-
tioni indicendæ contradicere, probando, quòd
non eſt indicenda purgatio, fortè probando
contrariam bonam famam, vel aliquam præ-
ſumptionem eneruantem infamiam, vel veriſi-
milem ſuſpicionem, vel oſtendendo, quòd non
eſt futurum ſcandalum, ſecundum quòd iudex
fuerat informatus. Nec eſt hoc mirum, quia
cum agatur de ipſius purgandi præiudicio, ſi
deficeret in purgatione, vt dicam in.c.fina.ỹ.
36 eo.in decimoquinto artic. meritò debet † citari
per regulam.l.de vnoquoque.ff.de re iudic. &
cle.2.de re iudi. &.l.nam ita diuus.ff.de adopt.
facit quod ſtatim dicam in ſequen. quæſtione.
37 Septimo quæro, purgandus † citatus compa-
ret, & dicit.D.iudex, non intendo me purgare;
ſed clare oſtendere me non eſſe culpabilem de
tali delicto; ſeu me delictum illud non commi-
ſiſſe, de quo infamatus ſum; quia illa die, & ho-
ra, qua Titius dicitur eſſe interfectus, aut mu-
tilatus, Aut. B. violata in ciuitate; ſequitur,
fui in ciuitate Mediolanenſi, vel per totam il-
lam diem, vel maximè hora prædicta conuerſa-
tus fui cum talibus; adeò quòd non potuiſſem
committere dictum crimen, quominus ipſi
vidiſſent, vel proponere alios modos proban-
dæ negatiuæ coarctatæ loco, & tempore, ſecun
dum ea quæ notantur in.c.ex tenore. ſupra de
teſtib. &.l.optimam.C.de contrahen. & com-
mit.ſtip. & quæ latè dixi in.c.fraternitatis.ſupra
de teſtib.in ſecundo principali artic. ver.quinta
ſpecies. & in decimo princip. artic. vtrum talis
debeat audiri, & admitti. Sol. indubitanter di-
cerem quòd ſic; quia cum purgatio fiat ad effe-
ctum tollendi ſcandalum in populo fidelium,
vt ſæpius dictum eſt, & fortius tollatur per
hanc certam probationem, quàm per purga-
tionem, quæ eſt præſumptiua, meritò erit lo-
38 cus certo, & ceſſabit† præſumptio; quia in in-
certis, non certis &c. vt in.l.continuus.§.cum
ita.ff.de verbo.oblig.cum ſimilib. Et aduerte,
quia hoc caſu non exigeretur iuramentum ab
ipſo ſic probante. vt dicam infra in præſenti ar-
ticulo.in ſecundo princip. membro. Octauo
quæro circa prædicta de notabili quæſtione,
quæ ſuperioribus diebus de facto contigit, vi-
39 delicet, vtrum exiſtente† infamia de delicto cõ-
miſſo ſpecialiter contra aliquem certum, ille ta-
lis, cuius fortè poteſt intereſſe, ſit in ipſa purgá-
tionis indictione citandus. Sol. hanc quæſt. à
nemine tactam reperio. & hæc quæſt. not. dif-
fert ab ea, de qua dixi ſupra in princip. quia illa
procedit in citatione reſpectu termini præfixi
ad accuſandum; hæc verò procedit reſpectu ci-
tationis ſuper indicenda purgatione. Fortè
enim iſte tertius, cuius intereſt, citatus compa-
rens dicet, quòd delictum eſt magis graue, vel
maior infamia, vel maius futurum ſcandalum,
quàm ipſe ſuperior arbitretur; vel quòd com-
purgatores non ſunt idonei. Et profectò quę-
ſtio iudicio meo eſt ſatis dubia. Arbitror ta-
men pro deciſione ipſius diſtinguendum eſſe,
40 quòd † aut in illa proceſſit accuſatio porrecta
per ipſum tertium, aut non proceſſit. Primo
caſu, aut iſte tertius iniuriam paſſus comparet,
& dicit; domine iudex, ego intellexi, quòd vos
intenditis procedere ad purgationem talis qui
mihi iniuriam intulit, quam tamen, quia aliter
probare non poſſum, ideò ipſum non accuſa-
ui; ſed proteſtor, quòd non debeatis procede-
re in ipſa purgatione, niſi me monito, vel cita-
to, ne fortè nimis leuem purgationem indice-
retis, quàm conueniret; vel ne fortè admitte-
retis compurgatores non admittendos; & hoc
caſu dicendum arbitror, quòd iudex non debe-
ret in ea procedere tali non monito, ſeu non
citato, ne fortè contra eum præſumeretur de
colluſione adhibita. Et hoc maximè videtur
dicendum, per ea quæ dicam in.c.accedens.
infra eod.in decimoquarto princip.artic. fortè
tamen poſſet attentari, quòd ſi ſuperior hoc
non obſtãte procederet ad purgationem abſq;
citatione ipſius tertij, quòd nihilominus te-
net purgatio; ſed non haberet effectum omni-
ninò excluſiuum iſtius tertij, quominus poſt
purgationem admitteretur ad accuſandum,
vel aliud ſimile. Prima pars iſtius conclu-
ſionis iudicio meo probari poteſt, per ea quæ
dixi ſupra in principio, vbi dixi, quòd quando
petitio non dirigitur contra aliquem, talis non
eſt de neceſſitate citandus. Secunda pars con-
cluſionis, quòd non ſit tanti effectus, proba-
tur; quia per hanc purgationem ipſi non cita-
to, non debet parari præiudicium. vt dicam in
41 d.c.accedens. Si verò nullus † cõparuit ad ta-
lem proteſtationem faciendam, dicerem, quòd
multò fortius purgaretur. Sed an tertio paſſo
iniuriam præiudicetur, & in quantum dicam
42 in.d.c.accedens. Tertio verò † caſu, quando
accuſatio fuit porrecta, & fortè accuſator in
accuſatione defecit, quia delictum non plenè
probauit; tamen infamiam, aut ſemiplenè deli-
ctum probauit; quibus caſibus eſt indicenda
purgatio, vt dixi in.c.1.ſupra eo. in tertio prin
cipali artic. & hoc caſu maius eſt dubium. Ar-
bitror tamen, quòd ad probationem innocen-
tiæ illius accuſati, & pro eo ſimpliciter abſol-
uendo, accuſator in tali purgatione ſit citan-
dus; ſicut eſſet citandus, ſi teſtes, aut inſtru-
menta producerẽtur. vt.c.2. ſupra de teſtib.
&.c.contingit. ſupra de fid. inſtrumen. & ibi
per glo. per.l.voluit.§.1. &.l.fina. ff.de inter-
rog. actio.tradit Bal.in.l.ſi quando.C.de teſtib.
Aduerte tamen, quia arbitror dici poſſe, quòd
ſi citatio prædicta non fieret in purgatione fa-
cienda, nihilominus ſententia abſolutoria lata
ꝓ accuſato ſimpliciter pręcedẽtibus debitis ci-
tationibus, aut monitionibus ad ſniã, teneat.
Quod



Quod arbitror verum, ſi nulla in ipſa ab-
ſolutione ſit expreſſa cauſa. Sed ſi iudex
nulla facta citatione ad purgationem, ſolum fa-
cta citatione ad ſententiam; ita pronuntiaret,
Cum talis per iuramentum purgationis, quo
aſſeruit, & iurauit ſe tale delictum non com-
miſiſſe, ſe purgauerit, aut per ſimilia verba.
Ideò eum abſoluimus. talis ſententia dici poſſet
inualida, propter expreſſionem falſæ cauſæ in
ea, quo caſu talis purgatio non valuiſſet parte
non citata. per not.in.c.ſicut. & quod ibi dixi
ſupra de re iudi. & quod latius dixi.c.1.eod.tit.
& per.D.m. & Hoſti. in.c.ex parte. de conceſſ.
præben. Cogitabis, quia etiam prædicta non
43 tanguntur. Nono quæro, factis † citationi-
bus, & infamato comparente, nec aliquid op-
ponente ad impediendum purgationem, quid
agere debeat iudex in ipſa purgatione indicen-
da. Dic quod debet terminum ſtatuere huic
infamato, infra quem debeat ſe purgare. vt in.c.
quòd ad conſultationem. ſupra de re iudi. per
quem probatur, quòd iudex ſtatuere poteſt,
44 non ſolum† quadrimeſtre tempus, quòd datur
iudicatis. de quo ibi, & in.c.quærenti. ſupra de
off.deleg. ſed etiam minorem terminum aſſi-
gnare, etiam abſque alia cauſa, parte non con-
tradicente. vt not. Innoc. Hoſtien. & docto. in
d.c.quod ad conſultationem. vbi fuit ſtatutus
terminus viginti dierum. Sed parte contradi-
cente non poſſet hoc ſine cauſa. Volunt tamen
docto. quòd pars hoc caſu, non ſolum debeat
contradicere, ſed appellare. vt not. Inno.hic, &
ibi, & in.c.1.ſupra de ijs quæ fi. à ma.par. cap.
Sed Hoſtien. contradicit, dicens, quòd ſi pars
contradixit, vel inuitus minorem terminum
recepit, non videtur ſpontè feciſſe, ita quòd ſibi
præiudicetur. quòd placet Io. de Imo. quò ad
hoc, vt ſi minor terminus quadrimeſtre datus
ſit, quamuis pars non appellauerit, ſi tamen ſim
pliciter contradixit, & iudex ſine cauſa id fecit,
non præiudicatur ſibi quominus habeat inte-
grum quadrimeſtre. Facit quod not.Inno.in
.c.ſolicitudinem.ſupra de appella. & Io. Andr.
in.c.fina.de appella.lib.6. de quo articulo dic,
vt dixi in.d.c.quod ad conſultationem. Sed ſi
ſententia in alio noceret, quàm in termini præ-
fixione, tunc non ſufficeret ſola contradictio;
ſed eſſet neceſſaria appellatio. Aliàs ſententia
tranſiret in rem iudicatam, vt in.c.cum dile-
ctus. ſupra de electio. & iſto modo procedit
talis opinio. Si verò iudex abſque aliqua ter-
mini præfixione indiceret purgationem, in-
45 telligitur tunc ſtatutus terminus quattuor men
ſium. vt colligitur ex nota. in.d.c. quòd ad
conſultationem. &.l.2.&.3.C.de vſu.rei iudi.
46 Vtrum autem † poſſit iudex aſſignare termi-
num ad purgationem faciendam, adeò quòd
ſe non purgãte infra illum terminum, videatur
in purgatione deficere, & an ſit differentia in-
ter indicere purgationem, vel aſſignarę termi-
num ad ſe purgandum, dic vt latius dicam in
.c.fina. infra eod. in decimoquinto articulo.
47 Decimo quæro, vtrum à principio, quando iu-
dex ſtatuit terminum ad purgationem, poſſit
illam indicere ſub certa pœna. Sol. dic quod
poteſt, & cum pœna, & ſine pœna illam indice-
re. Et quæ differentia ſit inter hæc, dicam in
dicto quinto artic. Not.tamen, quòd ante præ
ſtitam purgationem, vel pendente termino ad
purgationem, regulariter non debet iudex pur
48 gandum ſuſpendere ab officio, vel beneficio.
vt.c.ſignificaſti.ſupra de adulte. ſentit glo. fina.
in.c.2. ſupra eod. ſed debet iudex expectare
exitum ipſius purgationis; quia pendente li-
te non debet impediri ſuper poſſeſſione ſua;
quia etiam ſi fuiſſet condemnatus, & appellaſ-
49 ſet, debet† eius ſtatus integer remanere. vt.l.1.
§.integer.ff.nihil.no.appel.inter. Quòd pro-
cedit etiam in clerico depoſito appellante. vt
50 not.in.c.ſæpe. ſupra de appella. Hæc† tamen
regula procedit, vbi non ſubeſſet ſcandalum,
vel vbi delictum non eſſet graue, & enorme,
quibus caſibus etiam à principio poſſet ſu-
ſpendere, vt hic in tex. & ſequuntur doct. & te-
net glo.2.quæſt.5.c.præsbiter.2.per illum tex.
& per.c.tua. ſupra de cohabit. cleri. & mulie.
28. quæſt.1.c.iam nunc. &.2.quæſt.2.c.audi-
uimus. & tenet.d.Anto. &.D.m. in.c. ex tua-
51 rum. ſupra eod. per illum tex. ſed Io. And.in-
telligit illum tex. quòd ibi fuit ſuſpenſus, quo
caſu volebat ſe purgare; quia vt ibi dixi, non
ſolum ab officio, ſed etiam à beneficio poteſt
ſuſpendere, vt hic in tex.noſtro, in prima par-
te. & tenet Hugo.in.d.c.præsbiter. Quidam
tamen dicunt ſuſpenſionem à beneficio, de
qua hic non eſſe approbatam, vel reproba-
tam; quia tex. dicit, nolumus improbare. &
ſic ſecundum eos remanet dubium, quòd
olim erat, an poſſit à beneficio ſuſpendere.
Alij tenent contrarium; quia ex quo Papa
non reprobat deductum in iudicio, videtur
illud approbare. ſupra de præben.c.cum ian-
dudum. in fi. & hoc dicit hic Io. And. tenen-
dum eſſe. & tenet Innocen. & Abbas. Licet
52 Hoſtien.dicat, quòd aut Papa † hoc facit, &
non eſt vlterius diſputandum, aut facit infe-
rior, & tunc, aut querela defertur ad Papam,
& eſt in poteſtate ipſius approbare, vel im-
probare, vt hic. Aliàs ſi non defertur, ſtatui
ſententiæ inferioris. Aduerte tamen, quia ſu-
53 ſpectus † de dilapidatione, omnino debet ſu-
ſpendi, ſecundũ Io. And. de quo ſe remittit ad
nota.in c.licet hely. ſupra de ſimon. vbi poſt
Hoſtien. ponit tria ſpecialia concurrentia in
crimine dilapidationis. adde quod not.d.Ant.
in.c.nos inter. ſupra eod. ſingulariter dicens,
quòd ſicut indicẽs purgationem, poteſt ſuſpen
dere clericum à celebratione diuini officij, do-
nec ſe purgauerit, ita poteſt ſuſpendere laicum
ab auditione diuini officij, donec ſe purgauerit.
Ego arbitror, quòd contra ipſum laicum poſſet
54 exercere etiam alia remedia † prodita cõtra cõ-
tumaces, de quibus per Bart. in.l.conſentaneũ.
C.quomodo & qñ iud. & per glo. in.l.contra.
ff.de re iudi. & per glo.fin.c.2. de confeſ. lib.6.
55 Decimo quæro, vtrum in purgatione† canoni-

Z iij ca re-

ca requiratur litis conteſtatio. Sol.d.Anto.in
c.pen.ĩ.eod.colligit, quòd ſic, per illum tex.
Sed Io.And.ibi poſt Goff.dicit,quòd allegatio
illa de litis conteſt. non erat bona;quia litis cō-
teſtatio non erat facienda coram illis, quibus
Papa mandauerat, quòd purgationem indice-
rent,& punirent.& hanc ſentētiam tenet Hoſt.
in ſum.in titu.de lit.conteſt.§.1.ver.item in eo.
per.c.de hoc. &.c.inſinuatum. de ſimon. &.c.
tua.de cohabi.cler.& mulie. & hæc opin. mihi
placet. quam etiam ſentit glo.2.q.5.c.ſi mala.
pro qua vide,quę latiſſimè dixi in.c.qualiter.2.
ſupra de accuſ.in decimo principali artic.q.50.
56 Nec obſtat.c.placet.ĩ.eod. quia † vt dixi in di-
cta quæſt.& tenet ſupra Io.An.prædictum cap.
in quantum loquitur de litis conteſtatione, ꝓ-
cedit allegando,non diſponendo. & ita etiam
57 reſpondetur † ad. c.cū.I.& A. ſupra de re iudi.
58 Duodecimo,& vltimo quæro,quid † agere de-
beat iudex in indictione purgatiōis. Sol.dic,ꝙ
debet modum in illa, & diſcretionē ſeruare, &
ratione prę uia arbitrium ſuum regulare, quan-
doq; grauiorem,quandoq; verò leuiorem pur-
gationem indicendo,tam reſpectu numeri com
purgatorum, de quo dixi in.c. quoties. ſupra
eod.in ſeptimo princip.artic.quam etiam reſpe
ctu qualitatis eorum. vt dixi in.c.cum.P. ſupra
eod.in octauo artic. quam etiam reſpectu ter-
mini,& reliquarum circunſtantiarum;conſide-
rando etiam qualitatem delicti, vt hic. Nam
in crimine hæreſis grauior imponitur purga-
tio. Et in eo, propter ipſius grauitatem,
multa ſpecialia concurrunt. Primo in nu-
59 mero † compurgatorū, exigūtur enim hic.14.
vbi regulariter ſufficiunt.12. vel pauciores, vt
dixi in.c.quoties. Secunda ſpecialitas, quia
vltra prædictum numerum exiguntur duo Epi
60 ſcopi,quanuis † agatur de purgatione decani;&
ſic exiſtentis in inferiori ordine;cum tamen re-
gulæ ſint, quòd ſufficiant purgatores eiuſdem
ordinis.dixi in.d.c.cum.P. Tertia ſpecialitas,
61 quia ad † primum ſonitum infamiæ, ſiue cre-
breſcentiā inquiritur de veritate, & indicitur
purgatio, vt hic, cum regulariter requiratur,
quòd fama ſit frequens.vt.d.c.qualiter.2.ſupra
de accuſa.& ibi dixi in decimo artic. quæſt.17.
62 & ſequen. Quarta, quòd † interim ſuſpendi-
tur ab officio,& beneficio, vt hic. Quinta, ꝙ
talis ſuſpenſio à beneficio remanet, etiam poſt
præſtitam purgationem, vt hic. Et idem fortè
dici poteſt in alijs grauibus,ſecundum Inno.&
Ioan.And.hic.per.l.non poſſunt. ff. de legib.
Quanuis poſt præſtitam purgationem regula-
riter quis ſit ſimpliciter abſoluendus. vt in.c.ex
tuarum. ſupra eod.&.c.accedens.ĩ.eod. & ibi
dicam in decimoquarto princip.artic. Sexta,
63 quia requiritur † in compurgatoribus, quòd vi-
tam purgandi, etiam præteritam, notam ha-
beant,cum aliàs videatur ſufficere notitia mo-
dernorum,ſecundum Hoſtien.& Io.And.in.c.
cum.P. ſupra eod. & ibi dixi in octauo artic.
Et hæc omnia,vt ſentit Io.And. habent locum,
vt arbitror, etiam in quocunque alio graui cri-
mine,in quo eadem eſſet ratio. per.d.l.nō poſ-
64 ſunt. Nec obſtat,quòd in pœnalibus † non de-
beat fieri extenſio ex identitate rationis, vt in
reg.in pœnis.de reg.iur.lib.6.quia reſpondeo,
65 quòd hæc purgatio reſpicit fauorem † publi-
cum, & animæ, & vt plurimum in ea verſatur
iudicis arbitrium, vt ſæpius dictum eſt. Septi-
66 ma ſpecialitas eſt,quam addo, † quia qui purga-
tur abiurare debet publicè familiaritatem hæ-
reticorum,vt hic. Et glo.penul.hic aſſignat ra-
tionem, quia infamatus de tali crimine, iuxta
conſiderationem Epiſcopi, debet ſe purgare.
per tex.in.c.excommunicamus. §. qui autem.
ſupra de hæret. Et ſubdit, quòd in quibuſdam
67 alijs caſibus, debet † quis purgandus, iurare ſe
ſimilia non facturum, per iura in ea allegata.
Et ponit ſimile de incendiario, ſubdens idem
eſſe in quolibet nefando crimine. & ſequuntur
docto. Quod tamen ſingulariter limitat Io.
And. poſt Vincen. & Goffr.hic, quotieſcunq;
crimen eſt talis qualitatis, in quo de facili dare-
tur relapſus, quale eſt crimen fornicationis;
nam tunc non tenetur abiurare conuerſatio-
nem illam fœminæ, vel concubinę, vt.c.cleri-
cos.ſupra de cohab.cler.& mulie. Octaua ſpe-
68 cialitas,quia † infamatus de vna ſpecie hæreſis,
non ſolum de illa,ſed etiam de omnibus cogi-
tur ſe purgare,& generaliter abiurare. Proce-
dit tamen hoc, potius de conſuetudine, quàm
de iure,cum aliàs hoc fieri regulariter non de-
beat, vt dicam in ſequenti membro. Debet
ergo bonus iudex conſiderare omnes circun-
ſtantias,& qualitates, & criminis, & infamiæ,
& ſuſpicionis, & ſcandali, & qualitatis ipſius
purgandi,& locum,& tempus,& ſimilia. Nam
poſſet etiam eſſe tàm leuis infamia,quòd dignè
arbitraretur ſolum iuramentum adhibendum,
vel nudam reſponſionem,vt ſæpius dictum fuit
maximè in tertio artic.in.c.1.ſupra eod. & in
ſeptimo artic.in.c.3. ſupra eod. Vltimo quæ-
69 ro, † vtrum prædicta vendicent ſibi locum,non
ſolum in clericis ſæcularibus, ſed etiam in re-
gularibus. Sol.dic quòd ſic, niſi regulares ha-
berent aliquam conſtitutionem inducentem
certam formam, quam iudex deberet ſeruare.
vt probatur in.c.3.ſupra eod.ſecundum vnum
intellectum. Et idem intelligo de quacunque
alia conſtitutione ſynodali,per quam certa for-
ma traderetur; nam & illa eſſet ſeruanda,etiam
reſpectu aliorum clericorum. arg. d.c.3. niſi
expreſsè talis conſtitutio contradiceret cano-
nibus,per ea quæ dixi in.c.cum inferior. ſupra
de maio.& obed. & in clem. romana. de elect.
& per hoc ſit expeditum hoc primum mem-
brum. Circa ſecundum membrum principa-
70 le quæro, quid ſit officium, † & quæ ſit forma
ſeruanda per ipſum purgandum. Sol.in pri-
mis dicendum eſt,quòd purgandus debet præ-
71 ſtare † veritatis iuramentum, non credulitatis
tangendo manu ſancta Dei euangelia. vt in.c.
quoties.ſupra eod.& in.c.fina.ĩ.eod. &.2.q.5.
c.auditum. Quod eſt verum,quādo per ipſum
purgandum poteſt haberi certa ſcientia eius,
de quo



72 de quo quæritur. Secus ſi non poſſet † habe-
ri, niſi credulitas; vt in filiatione, & legitimi-
tate. Nam quòd ego Marianus ſim filius So-
zini, & legitimus, non poſſum ſcire niſi per
credulitatem. & ideò hoc caſu ſufficit præſtare
iuramentum credulitatis. vt tenet glo. Inno.
Hoſti. & Io. An. & Docto. in.c. accedens.ĩ.
eod. ne aliàs anceps quis cogeretur ſubire per-
iurium, ſi de veritate iuraret. vt.l.videamus. ff.
de in lite. iuran. & .l. marcellus.ff. re. amot.
Et idem eadem ratione tenendum eſt in omni-
bus caſibus, in quibus non daretur ſcientia cer-
ta. Et ideò in ꝑmiſſis exēplis forma iuramenti
erit huiuſmodi, videlicet, ꝙ ego credo ꝙ ſim
filius Sozini, quia hoc in veritate habui à ma-
tre, & ab omnibus conſanguineis meis, & à vi-
cinis, qui me pro filio legitimo ipſius Sozini
ſemper tenuerunt, & reputauerūt. Secundo
73 q̃ro, † quibus verbis, & ſub qua forma debeat
purgandus purgationis præſtare iuramentum.
Sol.dic,ꝙ ſi eſt Epiſcopus, qui ſit de ſimōia in-
famatus.huiuſmodi erit forma; quia iurabit, ꝙ
pro beneficio ſancti B. conferendo præsbitero
.P. nec per ſe, nec per ſubmiſsā perſonā,nec eo
ſciente,aliquod præmium recepit. vt in.c.quo-
ties.ſ̃.eo. nec mādauit, nec cōſilium dedit, aut
dixit.50. diſt. .c.ſi quis viduā.2.q.5.c.auditū.
tradit Specu. de abolit. §.fin. vbi dicit, ꝙ etiā
poteſt addi, nec etiam ratum habuit, ſi quid
eius nomine factum fuit. per. c. cum ad ſedem.
ſup̃ de reſti. ſpo. & .ff.de vi. & vi ar.l.3. §. cum
procurator. Itē ſubdit Spe. ꝙ addi poteſt,nec
ſciuit; & ſi ſciuit, prohibere non potuit. 86.
diſt. c. facientis.2.q.7.c.negligere. & infra de
ſen. ex. c.quantæ. Vide etiam aliā formā in.d.
.c. auditum. quæ eſt talis; videlicet, purifi-
co me in conſpectu veſtro corā Deo, & Ange-
lis eius, ꝙ iſtas ſceleritates, & nefarias res, de
quibus ſum infamatus, nec feci, nec perpetra-
ui, nec conſilium dedi,aut perpetrare iuſſi. Ego
arbitror, quòd forma ipſius purgationis, &
verba ſint adaptanda, & conferenda delicto, &
ipſius qualitati iuxta limites infamiæ, & ſuſpi-
cionis. Vnde ſi infamatus ſit, ꝙ delictum per
ſe commiſit, ſatis erit per ſe iurare,quòd per ſe
ipſum illud non commiſit. Et ſi infamatus eſ-
ſet, quòd per cauſam, vel occaſionem ſuam
commiſiſſet, ſimiliter conformabit verba pur-
gationis infamiæ. Si verò velles omnem for-
mam, & poſſibilem modum committendi de-
licti comprehendere in purgatione, eſſet ſub
iſtis verbis, & forma præſtanda purgatio, iura-
ret enim purgandus, ꝙ nec per ſe tale delictū,
ſeu talia delicta cōmiſit, aut fecit; nec ſua ope,
auxilo, aut fauore; nec ſuo iuſſu, mandato, aut
p̃cepto; nec ſuo conſilio, aut ſuggeſtione;nec
ſua negligētia,vel deſidia,aut iniuria; nec ratiha
bitione, aut collaudatiōe, aut per alios modos;
per quos videatur verè,aut ficte dici poſſe deli-
ctum perpetraſſe. Ad ꝙ vide, ꝙ latiſſimè dixi
in.c.ad audientiam.ſ̃. de homici. in ſeptimo
principali articulo per.101. qq. Et licet qui-
dam dicant, quòd debet addi,quod nec voluit,
nec intentionem habuit. arg.1.q.4.c.quia prę-
ſulatus. tamen Spe. in.d.§. fin. hoc non admit
tit,niſi in voluntate,quæ proceſſit ad actum.de
quo dic,vt dixi.ſ̃. in.c. 3. in quarto principali
74 articulo.q.4. Tertio quæro vtrum † in purga-
tione canonica, quæ adhibenda eſt per coniu-
ges ratione frigiditatis, aut impotētiæ coeundi
ſit certa ſpecialis forma ſeruanda; Et per quē
præſtanda ſit hæc purgatio, an per maſculum,
vel per fœminam. Sol.dic ꝙ ſic. Et quòd per
vtrunq; purgatio eſt præſtanda. Quare ſi ra-
tione frigiditatis viri ſit pręſtanda,maſculus iu-
rabit, ſe naturaliter frigidum.i. ſe non poſſe co
gnoſcere aliquam mulierem; nec moueri ad vo
luptatem; & quòd nunquam ipſe, & vxor ſua
fuerunt effecti vna caro. Mulier verò iurabit
quòd vir eam nunquam cognouit; & ꝙ credit
illum naturaliter frigidum; nec vnquam vidit
illius virgam erigi; nec ipſum moueri ad vo-
luptatem coeundi, quamuis ipſius virgam
palpauerit, & diligenter tractauerit, & omnem
ſolicitudinē, & induſtriam adhibuerit, vt opus
ſequeretur. Vnde credit eum impotentē na-
turaliter. Nec enim cogitur iurare ſimplici-
ter eum impotentem, aut naturaliter frigidū,
cum ſit de facto alieno. per ea quæ dixi ſupra in
prima.q. iſtius membri. Et ideò dixi, quòd
nunquam vidit illum moueri ad voluptatem
coeundi; quia ſi aliquando moueretur,licet nō
poſſet perficere, nec eſſet naturaliter frigidus;
vt puta, quia aliquando virga eius erigitur, ſed
nullatenus perficit, vel vt ſtatim erigitur ante-
quam apponat ad clauſtra pudicitiæ ſemē ſpar-
git, poſſet eſſe, ꝙ medicamentis, & electuarijs
iuuari poſſet; quibus cauſis expectandum eſ-
ſet triennium à iudice ſtatuendum. vt in.c. lau-
dabilem. ſupra de frigi. Quo elapſo, ſi nec
medicinis, nec electuarijs, aut alia ſimili diligen
tia, & induſtria, maximè tempore veris adhi-
bita, quo tempore etiam plantę ſuccum emit
tunt, non potuerunt ſe ad inuicem cognoſcere,
purgabit ſe vterq; ſub forma prędicta, quę cō-
ueniat negocio, de quo quæritur. Et econ-
tra, ſi mulier eſt tàm ſtricta, quòd cognoſci nō
poteſt, vt dicit tex. in .l. quæritur.§. mulie-
rem.ff.de edil. edic. Iurabit mulier, ꝙ ipſa fe-
cit quicquid potuit, vt cognoſceretur à viro, &
ꝙ eſt ita arcta, ꝙ nunquam potuit à viro deflo-
rari: quamuis frequentem adhibuerit vſum.
Et veriſimiliter iurabit, quòd ipſe omnem in-
duſtriam, & diligentiam, & frequentem vſum
adhibuit, vt illā cognoſceret, & in Babiloniam
ſoldarium immitteret, ſed nunquam implere
potuit; quia ita eſt ſecreta, ꝙ prout ipſe credit,
à nemine eſt cognoſcibilis, præter diuinum
miraculum, aut grauem, & periculoſam inci-
ſionem. vt.c. fraternitatis. ſupra de frigi. Et
ad hoc vide Hoſti. in ſum. in ti. de frigi.§. qua-
liter. ver. eſt autem. Arbitror tamen, quòd
75 iudex † nō debeat hanc purgationem indicere,
niſi ad petitionem ipſorum coniugum, vel al-
terius eorum. Ad quorum petitionem arbi-
tror etiā, quòd debeat ſuperior eſſe cautus, vt
adhibeat

adhibeat mulieres peritas ad videndum, vtrum
illa remanſerit virgo, vel ſit cognita. vt not. in
.d.c. laudabilem. quibus referentibus, poterit
quãdoq; terminũ triennij ſtatuere, vt ſupra di-
xi. niſi ſigna ſint euidentiſſima, ꝙ fruſtra expe-
ctauerit triennium; vt puta, quia vir eſt caſtra-
tus, vel eius virga eſt ſicca, vel forus mulieris
eſt adeò ſtrictus, ꝙ vix emittit vrinam. Quar-
76 to quærò vtrum infamatus † de vno delicto,
debeat ſe de vno, aut pluribus purgare. Sol.
dic inſpiciendam eſſe infamiæ qualitatem. Nã
ſi generaliter eſt infamatus, generaliter ſe pur-
gabit. ad quod adde, quæ dixi in .c. 1. ſ͞. eod.
in tertio principali articulo. quarto requiſito.
.q.3. Si verò infamatus ſit de certis expreſſis
delictis de illis ſe purgabit. Et ſi de aliquo ſpe-
ciali crimine non expreſſa certa perſona, de il-
lo ſpecialiter ſe purgabit, nullam ſpecialem per-
ſonam exprimendo. Si verò expreſſa ſit ali-
qua perſona, cum qua delictum dicatur perpe-
tratum; ſpecialiter ſe purgabit de illo, expri-
mendo illam certam perſonam. vt in .c. quoties.
ſupra eo. quia vt ſæpius dictum eſt, & proba-
tur hic in tex. contraria contrarijs remedijs &c.
Sed contra prædicta opponitur, videtur .n. ꝙ
licet quis ſit infamatus de vno delicto, aut plu-
ribus certis, quòd non ſolum de illo, aut illis;
ſed de omnibus generaliter teneatur ſe purga-
re. arg. tex. de conſec. diſt. 2. c. ego Berengarius.
vbi infamatus de vna ſpetie hæreſis, abiurat ſim-
pliciter, & generaliter omnem hæreſim. Facit
.8. q. 3. c. Artaldus. Sol. glo. in .d.c. ego. ſentit
quòd non ſit neceſſarium. ꝙ quilibet purget ſe
de omnibus; ſed quòd ſatis eſt, ꝙ purget ſe de
illo, vel de illis, de quo, vel quibus eſt infama-
tus. arg. 2. q. 5. c. præsbiter. 2. Nõ ob. ille tex.
77 in .d.c. ego quia, vt ibi dicit glo. ille † Diaconus
fecit illud ex abundanti. Et eãdem opi. tenet
in .d.c. Artaldus. Et ad illum tex. reſpondet, ꝙ
ibi non fuit generale iuramentum, quod prȩſti-
tit Epiſcopus, ſed ſolum innuit ille tex. ꝙ Ar-
chiepiſcopus ei aliud crimen non obiecerat. Et
pro hac opi. facit tex. in .c. accuſatus. de hæ-
reti. lib. 6. & ibi glo. in ver. ſimpliciter inducit
illum tex. pro hac deciſione. Dicit tamen Io.
An. ibi, in nouella, ꝙ de conſuetudine in hære-
ſi ſeruatur, ꝙ omnis ſuſpectus de hæreſi, licet
78 hæreticus † ſit in vna ſpetie tantum, generaliter
abiuret omnem hæreſim. Et ideò ſpecialitas
poteſt eſſe, quam tangit glo. in .d.c. ego Beren-
79 garius. quia qui in vno † deliquit, factus eſt
omniũ reus, ꝓ quo facit. ȷ͞. de re. iur. c. defleat.
& de pœ. diſt. 5. c. fi. Et quia qui in vna perſo-
na trinitatis errat, in tota trinitate. dicitur erra-
re. de conſe. diſt. 4. c. in ſynodo. Quinto quȩ-
80 ro, vtrum ſufficiat † prȩlato, vel ſimili in pur-
gatione ſua ſeruare hanc formam, videlicet, ꝙ
iuret ſe eſſe immunem à tali delicto, de quo eſt
infamatus. So. tex. in .c. præce. videtur velle,
ꝙ ſic. Sed tex. eſt in contrarium in .c. fin. ȷ͞. eo.
Et iſta fortè poteſt eſſe ratio, prout aſſignat gl.
in ver. ignorat in .c. fin. infra eo. & Doc. ibi.
quia talis purgatio poſſet eſſe captioſa; fortè
enim iſte iurat ſe eſſe immunem, propter pœ-
nitentiam quam peregit; propter quam, licet
remiſſa ſit culpa, non tamen intelligitur di-
miſſa pœna. vt ibi not. & de pœ. diſt. 1. c. ſi pec-
catum. Et ideò licet quis pœnitentiam egerit,
nihilominus poteſt accuſari. vt dixi in .c. de his.
ſupra de accu. in quarto membro principali.
Et ratio rationis ſit; quia fori principalis, &
contentioſi varij ſunt effectus; pœnitentialis
81 ſit, vt ſatiſfaciat Deo quem læſit. Sed conten-
tioſo ſatisfacit per pænam impoſitam à re pu-
blica, quam ſimiliter læſit, & ſcandalizauit. Et
hinc eſt, quòd in delictis locus eſt remiſſioni.
Faciunt quȩ dixi ſupra in tex. noſtro in decimo
principali articulo. & quæ latius dixi in .c. po-
ſtulaſti. ſuṕ de ſo. comp. in tertio articulo prin-
cipali. Ne igitur purgandus decipiat iudicem,
& ſe ipſum, iuxta illud. de pœ. diſt. 2. c. ſi enim.
non ſufficit iurare ſe immunem. Non ob. c.
præallegatũ in contrarium; quia poteſt reſpõ-
82 deri dupliciter, vno modo, ꝙ dum tex. dicit, ꝙ
ſufficit ſi iurat ſe immunem, ꝙ debet intelligi,
hoc eſt, ſe non commiſiſſe delictum. Vel ſecũ-
do poteſt reſponderi, & melius ſecundũ Doc.
in .d.c. fin. ꝙ .c. præcedens loquitur in iuramẽ-
to, ꝙ præſtatur à compurgatoribus, in quibus
eſt ſatis, quòd iurẽt ſe credere illum eſſe immu-
nem; quia in illis non poteſt conſiderari fraus
prædicta ita de facili. Et Hoſti. in ſum. eo. ti. §.
83 qualiter. Sexto quæro, à quo † tempore de-
beat quis præſtare iuramentum purgationis.
Vtrum ſufficiat, quòd iuret ſe talia delicta non
commiſiſſe à tẽpore promotionis ſuæ. An ve-
rò exigatur, ꝙ iuret illa delicta non commiſiſſe
à tempore natiuitatis hucuſq;. Sol. licet qui-
dam voluerint, ꝙ debeat iurare, quòd à tẽpo-
re natiuitatis &c. Alij, quòd à tempore baptiſ-
mi, vt traditur per glo. 2. in .c. fin. infra eo. per
tex. 25. diſt. c. fi. tamen Hoſti. in ſum. eo. ti. §.
qualiter. tenet, ꝙ ſatis eſt, ꝙ prælatus iuret, ꝙ
à tempore promotionis illa delicta non com-
miſit. argu. c. fin. ȷ͞. eo. Nec ob. c. fin. ȷ͞. eod.
quia hodie rigor illius canonis non ſeruatur, &
ibi vide rationes. Ego verò arbitror conſide-
randum eſſe purgationis cauſam, & infamiam,
nã ſi quis eſt infamatꝰ, de delicto cõmiſſo à cer-
to tẽpore citra, de illo à tali tẽpore ſe purgabit.
Si verò de vno, vel pluribus delictis ſit infama-
tus abſq; tẽporis præfixione, aut de delictis in
gñe; dicerẽ, ꝙ aut purgatio iſtius exigitur ad fi-
nẽ ordinationis, ſeu ꝓmotionis; aut poſt ordi-
nem, ſeu promotionem. Primo caſu, arbitror
quòd teneatur ſe purgare ab eo tempore quo
potuit delinquere, & delicta deflere, ſecundũ
ea quæ dixi .ſ͞. in rub. de delic. pur. & per totũ;
dummodo poſt illa delicta non fuiſſet baptiza-
tus; quia tunc arbitrarer, ꝙ ſatis eſſet, quòd ſe
purgaret à tempore baptiſmi. argum. c. fin.
.25. diſt. Si verò quærimus de purgatione
poſt ordinem, vel promotionem, placet, ꝙ ſu-
pra dixi ſecundum Hoſti. ꝙ iuret, ꝙ à tempore
promotionis ſuæ illa delicta non commiſit.
Quod tamen arbitror limitandum, niſi inter

ea poſt



ea poſt ordinem, vel promotionem tale, vel ta-
lia delicta commiſiſſet, & conuictus pœnã ſol-
uiſſet, aut indulgentiam obtinuiſſet, & nũc de
nouo eſſet infamatus, quòd recidiuaſſet, nam
hoc caſu, debebit iurare, ꝙ à tempore pœnȩ,
ſeu indulgentiæ, vel comiſſi illorum delictorum
propter quæ pœnam ſubſtinuit, talia delicta
non perpetrauit, de quibus infamatus eſt. Itẽ
arbitror, quòd ſi infamia de nouo ſuperueni-
ret de delicto commiſſo ante promotionem, ꝙ
fortè promouenti fuiſſet occultum, poſſet etiã
de hoc delicto ab illo tempore indici purgatio.
Licet glo. pe. videatur aliter ſentire; ex quo
promotor illius mores videtur approbaſſe. Sed
84 dic, ꝙ non poteſt videri approbaſſe † quòd tũc
ignorauit, vel etiam ſucceſſor ſuus non poteſt
dici approbaſſe vide not. in .c. nulli, de accuſa.
Sed generaliter infamatus de delicto inconti-
nentiæ, non ſe purgabit, niſi à tempore promo-
tionis. vt .d.c. fin. ȷ͞. eo. Septimo quæro, quia
ſupra dixi quod quis debet ſe purgare per iura-
mẽtum veritatis. Quæro, pone, quòd ille cui
85 indicitur purgatio, vouit non † iurare; quæro
an hoc caſu teneatur præſtare iuramentum.
So. Io. An. in addi. Spe. in ti. de aboli. §. fin.
ſentit, ꝙ ſic, & remittit ad not. per Specu. in ti.
de accuſa. §. 1. ver. ſed quid ſi iurauerit. vbi
idem tenet in eo qui iurauit non conſentire.
Et uide ꝙ tradit in ſimili Spec. in ti. de iura.
calum. §. fin. poſt prin. & in ti. de teſti. §. penul.
ver. quid ſi quis. Et de cita. §. 1. in fin. & tenet
Bart. Brix. q. dominicali. 38. ſeu. 39. Vbi con-
cludit, ꝙ non obſtante præcedenti iuramento,
vel voto de amplius non iurando, infamtus co-
getur ſe purgare per iuramentum; quia ſemper
86 intelligitur excepta † ſuperioris authoritas. ſu-
pra de iureiuran. c. venientes. 22. q. 2. c. beatus.
& ſupra de vot. c. non eſt. & per Io. Andr. in .c.
quia plerique. de off. ord. lib. 6. Octauo quæ-
87 ro, pone quòd purgandus ſit † criminoſus, infa-
mis, vel periurus, vtrum talis debeat ſe purgare
per iuramentum. Solu. pro deciſ. iſtius quæſt.
vide quod dixi in .c. 4. ſ͞. eod. in ſexto principali
artic. q. 2. videtur enim primo dicendum, quòd
nõ debeat iurare, per tex. 22. q. 5. c. paruuli. In
contrarium facit, quia vt dixi in .d. 2. q. periurus
88 cogitur † ſubire iuramentum oneris. Glo. fin.
in .c. 1. ſ͞. eod. dicit, quòd talis ſe purgabit abſq;
iuramento ad arbitrium iudicis. Et placet. d.
Ant. & D. m. Sed Vincen. ibi dicit, quòd talis
ſe purgabit per tormenta. Ex quo dicto ſingu-
89 lariter not. quòd de iure canonico † propter ſo-
lam infamiam, niſi aliàs quis ſit criminoſus ꝓ-
batus, non peruenitur ad tormenta. Quid au-
tem ſit de iure ciuili, vide Bar. in .l. de minore. §.
tormenta. ff. de quæſti. Ego arbitror, quòd in
90 arbitrio † iudicis ſit, indicere purgationem per
iuramentum, ſi vult; & etiam abſque iuramen-
to; & loco iuramenti indicendo grauiorem pur-
gationem, tàm reſpectu numeri, quàm qualita-
tis ipſorum compurgatorum. Nono quæro,
quæ ſupra dixi, quòd purgandus debet purgare
91 tangendo euangelia, vtrum hoc habeat † locum
in Epiſcopo? Et videtur dicendũ quòd ſic. per
c. quoties. ſ͞. eod. in contrarium facit. c. fina. ſ͞.
de iura. calum. vbi Epiſcopus ſolum iurat præ-
ſentibus euangelijs. Sol. Io. Andr. in .d.c. quo-
ties. videtur velle, quòd regulariter Epiſcopus
ſe purgans, non teneatur tangere euangelia, niſi
92 in crimine hæreſis. In quo etiam Papa † abiu-
rando tenetur tangere euangelia. 1. q. 7. c. quo-
ties. & in clem. 1. §. porrò. de hæret. Et idem in
crimine ſimoniæ. vt .d.c. quoties. ſ͞. eod. in quo
93 etiã eſt ſpeciale; quia † eſt ſimile hæreſi. 1. q. 1.
c. quiſquis. dixi in .c. ſicut. 3. ſ͞. eod. de ſimon.
In contrarium tamen facit prædictum. c. quo-
94 ties. vbi compurgatores Epiſcopi † iurando de-
bent tangere euangelia. & tamen in ipſis ceſſat
prædicta ſpecialitatis ratio. Sed Io. And. cona-
tur reſpondere, dicens, quòd ibi illud eſt ex alia
ratione; videlicet, quia iuramentum compurga-
torum eſt de credulitate, & eſt voluntarium. vt
dicam infra in tertio membro principali. Ex
quo ſingulariter infertur, quòd illi qui depo-
95 nunt de credulitate, † non tenẽtur iurando tan-
gere ſacra. Quod apud me ſatis eſt dubium,
nec memini alicubi legiſſe. Item ſequitur ex
prædictis, quòd regulariter Epiſcopus ſe pur-
gando, non tenetur tãgere ſacra. Quod etiam
apud me ſatis eſt dubium; quia tex. in .d.c. quo-
ties. nullum ponit verbum ſapiens ſpecialitatẽ.
vnde aduerte, quia ſi teneremus hanc opinio-
nem, quòd Epiſcopus regulariter non teneatur
iurare tangendo ſacra, quàm opin. tenet Guil.
Io. Mo. & Archid. in .c. vt circa. de elect. lib. 6.
Et glo. 11. q. 1. c. teſtimonium. §. nec honore.
Prædicta opin. Io. And. eſſet vera. Sed ſi tenere-
mus aliam opin. quòd regulariter teneatur tan-
gere ſacra, ſicut quilibet alius, niſi in caſibus à
iure aliter expreſſis, quã opin. tenuerunt. d. An.
& Zaba. in .d.c. fi. & Zaba. in .d. §. porrò. opi.
Io. An. eſſet falſa. D. m. aliter diſtinguit in .d.
.c. fi. non tamen attingẽdo ſpecificè articulum
noſtrum. Ego valde dubito in articulo noſtro,
ex eo, ꝙ tex. 2. q. 5. c. ſi quis præsbiter. dicit, ꝙ
præsbiter ſe purgando purgabit non tangendo
ſacra: ſed vice ſacramenti interrogabitur per
ſanctam conſecrationem. Et aſſignat rationẽ,
96 ne manus per quas † corpus, & ſanguis Chriſti
conficitur iuramento polluantur. Vnde forte
concludendum eſſet, ꝙ ſecundum grauitatem,
& leuitatem delicti arbitrium erit ſuperioris in-
dicere purgationem Epiſcopo, per quã tenea-
tur, vel non teneatur Euangelia tangere. ſicut
diximus de numero, & qualitate compurga-
torum .ſ͞. eo. ti. c. quoties. in ſeptimo articulo.
& .c. cum .P. in octauo articulo; quia cum poſ-
ſit, etiam cuilibet alteri, & ſine iuramento, &
per ſimplicem negationem purgationem indi-
cere; multo fortius poterit cum iuramento. Fa-
cit. d.c. ſi quis prȩsbiter. Arbitror tamen, ꝙ in
caſu .c. quoties. aut in crimine hæreſis non poſ-
ſit hoc arbitrari; Niſi fortè multum exilis, &
ſubtilis eſſet infamia. Cogitabitis, quia articu-
lus eſt ſatis dubius. Et adde ꝙ dixi in .d.c. fin.
de iur. cal. Et aduerte, quia Papa, excepto

crimine

crimine hæreſis nec tenetur iurare, nec alios
compurgatores adhibere. Sed ſtatur ipſius ſim
plici aſſertioni. 2. q. 5. c. auditũ. Decimo quęro,
quia ſupra dixi, ꝙ purgans ſe debet tangere
98 Euangelia. Vtrum quis poſſit † purgare ſe per
procuratorem. Sol. glo. 2. q. 5. c. ſtatuit. di-
ſtinguit, ꝙ aut agitur directè de crimine, & nõ
poteſt. Niſi fortè admitteretur, quia ſocius.
argu. 3. q. 6. c. hæc quippe & . ſ̃ . de do. & contu.
cum dilecti. Aut non agitur directe de crimi-
ne, et tunc poteſt. 63. diſt. c. tibi domino. Sed
dicit Ar. in . d. c. ſtatuit. quod . c. tibi dño non
probat; quia loquitur in iuramento per quod
quis poteſt ſe alteri obligare per procuratorẽ.
Nec obſtat . c. ſtatuit. quia potius facit in con-
trarium, dum tex. ibi vult, ꝙ ad præces fuit cõ
ceſſum, ꝙ alter illorum vtroſq; poſſet purgare
ergo de iure videtur dicendum contrarium per
. l. 2. C. de theſau. lib. 10. Prædictam tamen
opi. glo. ſequitur Hugo. Ego arbitror, quòd
ſi cauſa eſſet ex tali delicto, & taliter intentata,
ꝙ deficienti in purgatione veniret imponenda
pœna à relegatione ſupra ꝙ abſq; ſpeciali ſupe-
rioris conceſſione non poſſet purgare ſe quis
per procuratorem. per ea quæ dixi in. c. veniẽs.
ſupra de accuſa. in . 1. q. 2. principali articulo.
Sed ſi veniret imponenda pœna à relegatione.
infra tũc eſt maius dubium. Et fortè dici poſ-
ſet, ꝙ hoc ſit arbitrarium; nam ſi iudex videret
perſonam procuratoris legalem, poſſet admit-
tere. Vel fortè dici poſſet, ꝙ non ſit iurandũ
de legalitate ipſius; quia cum debeat habere
ſpeciale mandatum ad iurandum de veritate,
ꝙ non commiſit tale delictum, vel ꝙ non pati-
tur talem defectum. de quo eſt infamatus, vide-
tur tanquam pica, & organum. & ideò non cu-
randum de legalitate. Sed contra prædicta
opp. & videtur, quòd in nullo quis poſſit ſe
purgare per procuratorem; cum purgandus
debeat tangere Eeuangelia propria manu. vt in
. c. quoties. ſ̃ . eo. & . c. ſi. ĩ . eod. ergo non poteſt
præſtari iuramentũ per ꝓcuratorẽ. Et hoc te-
net Archid. in . d. c. vt circa. §. fin. de elec. lib.
. 6. In contrarium facit, ꝙ ibi tradit glo. pe.
poſt Guil. ꝙ licet ille tex. exigat probationem
ignorantiæ, & ſuperuenientis facultatis pro-
bandi per proprium iuramentum, tamen glo.
concludit, ꝙ poterit præſtari per procuratorẽ
habentem ad hoc ſpeciale mandatum. Sed
Archid. tenet ibi contrariam opi. Et inter alia
99 argumenta adducit, quia iuramentum † purga-
tionis, debet præſtari in propria perſona. per
illum tex. Ideò non poteſt pręſtari per procu-
ratorem. quam opi. Ioan. Andr. ibi, in nouella
dicit ſatis æquam. Sudbit tamen, quòd ſi
quis vellet tenere contrarium in terminis illius
glo. poſſet reſpondere, ꝙ magna eſſet diffe-
rentia, an iura dicãt, ꝙ iuretur in ꝓpria perſo-
na, vel propria manu, an dicant per proprium
iuramentum. Nam primo caſu non poſſet
præſtari per procuratorem; quia perſona pro-
curatoris, & ipſius manus non eſt perſona, aut
manus principalis. Secundo caſu poteſt; quia
100 iuramentum † qđ præſtat procurator, ex ſpe-
ciali mandato, eſt proprium principalis, quòd
patet, quia ſi eſt falſum, principalis eſt periurus.
vt in . c. fin. de iureiuran. lib. 6. Et ad not. alle-
gat alia plura. Ioan. Andr. ſed omitto, quia nõ
faciunt ſpecificè ad articulum noſtrum. Re-
manet ergo Io. And. in hac concluſione, quòd
quando iura exigunt, quòd in propria perſo-
na, vel propria manu, quis pręſtet iuramentum,
ꝙ non admittitur procurator. & ſequitur ibi
. D. Domi. vbi plus dicit, ꝙ licet ius exigat ſim
pliciter iuramentum, abſq; hoc, ꝙ dicat cum
propria perſona, vel propria manu, ꝙ tamen
non poterit quis iurare per procuratorem, q̃ñ
fuit actus quem quis fecit in ſua propria perſo-
na, & non per alium. Quod tamen vltimum
dictum, eſt ſatis dubium. Et ſic ex prædictis
concluditur, ꝙ tale iuramentum non videtur
poſſe præſtari per procuratorem. Et hæc opi.
ſatis mihi placet, pro qua etiam facit, ꝙ tradit
Bald. in rub. ff. de iureiuran. vbi vult, quòd te-
101 ſtis non poteſt iurare † per procuratorẽ; quia
iudex debet videre, quo vultu, quo palore &c.
vt . l. de minore . §. tormenta . ff. de quæſtio.
Cogitabis ergo, quia articulus eſt dubius, &
diſputabilis; maximè quia . c. quoties. ſ̃ . eo. &
. c. fin. ĩ . eo. non dicunt ſpecificè, ꝙ in propria
perſona, & manu propria debeat purgandus
iurare. Aduerte tamen, quia prædicta pro-
cedunt, quando purgandus tenetur ſe purgare
102 per iuramentum; Sed quãdo per nudam † aſ-
ſertionem, ſeu negationem iuxta ea quæ dixi
in . c. cum . P. ſ̃ . eo. in octauo arriculo, & . c. ex
tuarum . ſ̃ . eod. in . 9. articulo ſatis clarum eſt,
ꝙ poſſet ſe purgare per procuratorem. Vn-
103 decimo quæro, vtrum aliud incumbat † offi-
cio ipſius purgandi. Sol. dic ꝙ ſic. debet enim
eligere, & producere compurgatores iuxta nu-
merum, & qualitatem ſibi indictam per . c. de-
teſtibus. ĩ . eo. ibi, inducuntur. & per tex. in . d.
. c praeſbiter. 2. 2. q. 5. dum dicit, ſibi adiungit.
Item quòd producuntur iſti in teſtes, & teſtes
regulariter à partibus producuntur. vt . ſ̃ . de
teſti. per tot. & . c. 1. & per tot. ti. de teſti. cog.
Duodecimo, & vltimo ad limitationem eorũ,
quæ dicta ſunt in hoc ſecundo principali arti-
culo, & membro; vide quæ dixi in fin. q. primi
p̃cedentis membri. Circa tertium principale
membrum iſtius principalis articuli, videlicet,
104 ꝙ ſit † officium compurgatorum, breuiter di-
cendum eſt, quòd compurgatores debent iu-
rare de credulitate, ꝙ credunt illum qui ſe pur-
gauit verum iuraſſe. vt . c. ſi. in fin. ĩ . eod. & in
. c. præced. & . c. quoties. in fin. ſ̃ . eod. Et debẽt
etiam iurando tangere Euangelia. vt ibi eſt tex.
Et hoc procedit in purgatione ratione frigidi-
tatis, & impotentiæ. vt traditur in . c. laudabilẽ
. ſ̃ . de frigi. 33. q. 1. c. requiſiſti. Vel dic, ꝙ
ſufficit, ꝙ compurgatores iurent, ꝙ ſecundum
eorum conſcientiam, & opinionẽ purgãdus eſt
immunis ab illo crimine. vt . c. præceden. Et
105 quæ ſit ratio, quare iſti non debeant † iurare
de veritate, ſicut purgandus tex. in . c. quoties.
ſupra



ſupra eo. in . c. de teſtibus. ĩ . eo. dicit ne tales cõ-
purgatores, cum de facto alieno deponant, an-
cipites cogantur ſubire periurium vt . l. videa-
mus . ff. de in lit. iuran. & . l. marcellus . ff. rer.
ammota. Itẽ quia, vt dicunt Io. An. & . D. m.
in . d. c. accedens . ĩ . eo. vt plurimum in tali pur-
gatione venit factum negatiuũ, vt dixi in. d. c.
106 quoties . ſ̃ . eod. in vltimo not. ꝙ factum † al-
terius, nõ poteſt alteri repręſentari; nec per viã
indirectã; niſi eſſet coarctatum loco, & tem-
pore; vt puta, ꝙ tali die, & tali hora, non com-
miſit adulteriũ cum . B. in ciuitate Sęnen. pro-
bando, ꝙ illa die fuit Mediolani. Ad quod vi-
de quę dixi. ſ̃ . in primo membro principali. q.
. 7. Sed hoc caſu, cum probaretur vera inno-
centia, ceſſaret purgatio, vt ibi dixi. Et aduer-
te, quia in filiatione, aut legitimitate, ex eo,
quòd per veram ſcientiam non poteſt eſſe no-
ta ipſi infamato, ſatis eſt ꝙ infamatus ſe pur-
gans, præſtet iuramentum credulitatis. vt dixi
in præcedenti membro in . 1. q. Voluerunt tñ
quidam, ꝙ in iſtis caſibus, & ſimilibus com-
purgatores debeãt illum purgare per iuramen-
Cõm. op. tum veritatis. Sed Io. An. & Docto. omnes *
107 communiter † in . c. accedens . ĩ . eod. tenent
contrarium. Et mihi placet; quia iſti non poſ
ſunt magis ſcire veritatem per veram ſcien-
tiam, quàm ipſe purgandus; Et ſi deponerent
eo modo quo poteſt probari legitimitas, aut fi-
liatio, non eſſet locus purgationi. vt ſupra dixi,
108 & vt dicã in. d. c. accedens. Et not, quòd † tales
compurgatores ſunt voluntarij, & non neceſ-
ſarij. Ita tenet Io. An. in. c. quoties. ſupra eo.
per . c. cum . P. ſupra eo. vbi etiam hoc tenet
Hoſti. D. Anto. & . D. m. Et idem tenet . D.
An. in . c. de teſtibus . ĩ . eo. & . D. m. hic. Licet
regulariter ſecus ſit in alijs teſtibus. vt ſupra de
teſti. cog. per totum. Et ratio differentiæ ſit,
ſecundum . D. m. quia alij teſtes deponunt de
veritate repræſentatorũ alicui ſenſui corporeo,
vt in. c. cum cauſam . ſ̃ . de teſti. Iſti verò depo-
nunt de credulitate, & ſecundum cõſcientiam;
Vnde non ſunt cogendi ancipites ſubire periu-
rium; vt ſupra dixi. Ex quo videtur inferen-
dum, ꝙ idem dicendum eſſet in omnibus alijs
teſtibus qui debent deponere ſecundum con-
ſcientiam; vt puta de peritia partis. Quod
eſt valde ſingulare, ſi eſſet verum, ſiñ . D. m. qui
ſic reſidet. Sed mihi videtur, quòd non ſit ve-
rum, ꝙ cogantur ancipites ſubire periurium;
109 quia ſi in † veritate ita credant; licet fallantur,
non ſunt periuri. Et ex p̃dictis infertur, ſi ſunt
voluntarij, non ſunt terrendi, & cogẽdi. vt tra-
ditur in . c. cum dilectus . ĩ . eo. Nec iudex de-
bet eos impedire, aut permittere, ꝙ alius im-
pediat. Nec ſunt nimis ſubtiliter examinandi.
vt not. in. c. præced. Faciunt quæ dixi in . c. cũ
. P. in octauo articulo. Et in cuius manibus de-
beant iurare, ſatis colligitur ꝙ in manibus ſu-
perioris. dixi in. c. ex tuarũ. ſupra. eo. in nono
110 principali articulo. Et quid iuris; ſi vnus † ex
compurgatoribus deficit, quia iurat, ꝙ non
credit illum iuraſſe veritatem, dicam in . c. fin.
infra eo. in . 15. principali articulo. Et ſi pur-
gandus purgat ſe per ſimplicem negationem,
abſq; iuramento, compurgatores debẽt iurare,
ꝙ credunt illum dixiſſe veritatem. Et poſtre-
mo circa hoc tertium principale membrũ re-
pete, ꝙ dixi ſupra in vltima. q. primi principalis
mẽbri. Circa quartum principale membrum,
111 quod ſit officium † iudicis pręſtita, vel non
præſtita purgatione. Dic breuiter, quòd
aut eſt præſtita purgatio, & quid agendum ſit,
dicam in . c. accedens. ĩ . eo. in decimoquarto
principali articulo. Aut quis deficit in purga-
tione, & tũc dic, vt dicam in . c. fin. infra eod.
in decimoquinto principali articulo. Vltimo
ſupereſt iuxta ordinem poſitum in rub. exami
nare hic duodecimum articulum. Videlicet
112 qualis ſit † ſententia purgationis, an ſit diffi-
nitiua, vel interlocutoria. Sed quia hæc decre-
talis fuit nimis grauata, & ſequens non habet
materiam, ideò ibi dicam,

## Cap. XI. Cum Dilectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Compurgatores debent eſſe vicini, & honeſti. Honeſti, qui dicantur. ibidem.*
2 *Purgationis ſentẽtia vtrum ſit diffinitiua, vel interlocutoria. Et ibi diſtinguendo affert plures opin. vſq; ad fin. c. & nu. 4. ponit ſuam opinionem.*
3 *Sententia diffinitiua dicitur illa, quæ continet abſolutionem, vel condemnationem.*
5 *Sententia, an ſit interlocutoria, vel diffinitiua, vel mixta, per quas regulas, & per quæ ſigna cognoſcatur. remiſſiuè.*

CVM DILECTVS. Breuis eſt, nec po-
teſt ſummari breuius. Et in tex. ibi,
vos. dic, ꝙ fortè iſti erant iudices de-
legati ſuper purgatione alicuius infa-
mati. Et in tex. ibi purgationem, dic . ſ. alte-
rius, non ſui ipſius. Et not. ex tex. ꝙ compur
1 gatores † debent eſſe vicini. ad quod glo. aſſi-
gnat rationẽ. Item quòd debent eſſe honeſti,
ꝙ glo. intelligit, hoc eſt ab eccleſia tolerati. Tu
dic, vt latius dixi de vtraq; qualitate, & alijs
qualitatibus requiſitis in compurgatoribus in
. c. cum. P. ſ̃ . eo. Poſtremo extra glo. quia de-
cretalis habet modicam materiam, inſtitui hic
expedire duodecimum articulum; Vnde pro
2 ipſius expeditione, quæro vtrũ ſententia † pur
gationis ſit diffinitiua, vel interlocutoria. Sol.
Inno. in . c. ꝙ ad conſultationẽ . ſ̃ . de ſenten. &
re iudi. primo dicit, ꝙ ſententia purgationis
indictiua, eſt interlocutoria. Sed ſentẽtia pri-
uationis beneficij, niſi quis ſe purgauerit, eſt
diffinitiua. Deinde ſubdit, quòd ſententia per
quam indicitur purgatio, dicitur diffinitiua. per
. c. quoties . ſ̃ . eo. Abbas antiquus in . d. c. ꝙ
ad conſultationem. dicit, ꝙ talis ſententia eſt
interlocutoria; mouetur, quia illa dicitur ſen-
3 tentia † diffinitiua, quæ continet abſolutionẽ,
vel

vel condemnationem. Sed abſolutio non fit
niſi de purgato; & condẽnatio niſi de deficien-
te in purgatione, ergo ſententia purgationis in-
dictiua eſt interlocutoria. Io. An. ibi dicit di-
ſtinguendum eſſe, an feratur ſententia, niſi quis
ſe purgauerit, an ſimpliciter indicatur purga-
tio. & ſic reſidet. quaſi velit dicere, ꝙ primo ca-
ſu, eſt diffinitiua. Secundo eſt interlocutoria.
4 Ego dicerem, quòd ſi † dato libello petatur, vt
indicatur purgatio, & ſuper hoc exhibeatur co
gnitio, an ſit indicenda, & demum feratur ſen
tentia indictiua purgationis, ꝙ talis eſt diffini-
tiua. Si verò emergenter, aut incidenter in-
dicatur purgatio, tunc talis ſententia eſt inter-
locutoria. Et pro hac diſtinctione, vide quæ
plenè dixi de re iudi. ſupra in rub. vbi latè tra-
5 ctaui regulas, & ſigna † ad cognoſcendum, an
ſententia ſit interlocutoria, vel diffinitiua, vel
mixta.

## Cap. XII. Cum In Iuuentute.

### *SVMMARIVM.*

1 *Purgatio non eſt de neceſſitate indicenda ob infamiam, quæ non habuit ortum ex probabilibus coniecturis: poteſt tamen indici ad inſtantiam purgandi.*

2 *Pater quem diligit, corrigit.*

3 *Correctio eſt ſignum, & actus amoris, & charitatis.*

4 *Clerici non debent multum conuerſare cum mulieribus conſanguineis ſuis.*

*Caſtitatem ſeruare volenti non eſt tuta conuerſatio conſanguineæ. ibidem.*

*Ni fugias tactus, vix euitabitur actus. ibidem.*

5 *Homo hominis pernicies quàm maxima: authore Biante.*

6 *Monitio charitatiua debet præcedere, vbi delictũ eſt emendabile.*

7 *Cauſa ceſſante præſumptionis, vel ſuſpicionis, ceſſat etiam præſumptio, ſeu ſuſpicio.*

8 *Purgatio non eſt indicenda propter infamiam ab æmulis ortam.*

9 *Maledici vnius dictum, facile ſequitur multitudo.*

*Multitudinis voces tanquã vanæ non ſunt exaudiendæ. ibidem.*

10 *Amicos conſulere in agendis prudentia eſt, declarando tamen, vt per auctorem, ibidem.*

11 *Agere aliquid ſecũdum bonum zelum non ſufficit, niſi ſubſit iudicium rationis.*

12 *Ignorantes, promoueri in Epiſcopos periculoſum eſt.*

13 *Iudicandum eſt ſecundum allegata, & probata, non ſecundum conſcientiam.*

*Iudicandum eſt ſecundum iura quę nullum peccatum nutriunt. ibidem.*

14 *Purgatio, an poſſit peti per procuratorem: Et an requiratur ſpeciale mandatum: remiſſiuè. Et quid in generali procuratore: nu. 19.*

15 *Importunitate petẽtis, quãdoq; ſuperior concedit non concedenda.*

16 *Infamia orta ab ęmulis non impedit promouendũ ad dignitatem.*

17 *Subditi præſumuntur inimici illorum, qui aduerſantur domino ſuo.*

18 *Cõpurgatores eiuſdem ordinis vbi deficiunt, poſſunt aſſumi qui ſunt inferioris ordinis.*

20 *Papa ſolutus eſt legibus.*

21 *Purgationis indictio, & motus, non pendet à voluntate partis; ſed ex iudicis arbitrio.*

CVm In Iuuentute. Nõ ſem-
per propter infamiã eſt indicen-
1 da purgatio .h.d. Vel ſic, ſi † infa-
mia non habuit ortum ex proba-
bilibus coniecturis, non eſt de neceſſitate indi-
cenda purgatio. poteſt tamen indici de inſtan-
tia purgandi. Et eſt caſus notabilis ſecundum
iſtum intellectum. Diuiditur, quia primo
narrat factum, & procuratoris petitionem ex
facto ſecutam. Secunda ibi, nos autem, pe-
titionẽ improbat. Tertia ibi, cæterũ, petitio-
nem admittit cum quadã proteſtatione. Et in
tex. ibi, &. ſ. dic ſub iſto, infra, continebatur, ꝙ
habetur in .c. cum iuuentute. ſ. de præſum. quę
fuit pars iſtius. & hęc ad illam cõtinuatur. De-
bes enim ſcire, ꝙ cum Quinquecclienſis Eps
in iuuentute ſua fuiſſet prouidus, honeſtus, &
maturus, & ſcientia præditus, adeò ꝙ, exigen-
tibus meritis ſuis promotus fuit ad Epiſcopatũ
quinquecclienſem; fuit tandem in ſenectute ſua
infamatus de inceſtu cũ propria ſæpe perpe-
trato, & delatus per Regem Vngariæ ad ſedem
apoſtolicam. Sed Papa propter vrgentiſſimas
rationes in cõtrarium, noluit ad talem delatio-
nem purgationem indicere; ſed literas ſolũ mi-
ſit ipſi Epo de quibus hic in tex. procedẽ-
te autem deinde tempore, cum vacaret Strigo-
nẽſis Metropolis, Colocenſis Archiepiſcopus,
& iſte Eps Quinquecclieſis in diſcordia fuerũt
ꝓmoti ad ipſam Metropolim Strigonenſem. vt
habetur in .c. bonæ .2. ſ. de poſt. præla. Vn-
de cum de prædictis cauſis poſtulationum age-
retur corã Papa, vt facilius impediretur ipſius
Epi poſtulatio, renouata eſt infamia iſtius in-
ceſtus. pro vt hic habetur. & ſic ſecundũ Hoſti.
hæc decretalis præceſſit prædictũ .c. bonę. Itẽ
in tex. ibi, ꝙ ex illa cauſa, dic ꝙ ſm aliã literam
habetur, ex alia cauſa, vt habeť ex notabilibus.
Item ibi, ꝙ Strigonẽſis, dic, hoc poteſt eſſe red-
ditio cauſæ ad præced. ver. quamuis. vel melius
eſt redditio cauſę ad tacitam obiectionem, quę
poſſet fieri, quare non mandauit Papa, quòd
purgatio fieret per Epiſcopos: & ſic ver. quã-
uis, eſt quædam intercapedo. Et in tex. in fi.
dum dicit, per Epiſcopos regni, ſupple, nec de
alio regno ſumẽdos; quia non eſſent idonei pur
gatores; cum debeant eſſe vicini. vt .ſ. c. pro-
2 ximo. Primo not. ꝙ pater † quẽ diligit corri-
git, ꝙ not. pro exordio correctionis alicuius
ſubditi. ad ꝙ vide iura allegata in prima gl. Eſt
3 enim correctio † ſignum, & actus amoris, &
charitatis. ad quod vide quæ dixi in c. nouit. de
iudi. Secundo not. iuncta glo. 2. quòd etiam
4 conſanguineæ, † & nepti, non licet cum clericis
multum



multum conuerſari; quia non eſt hoc tutum
volenti ſeruare caſtitatem. Facit quod not.
in .c. monaſteria. ſupra de vi. & honeſta.
clerico. Vnde Hieronym. contra Iouinianum
ſic inquit. Quomodo qui ignem tetigerit ſta-
tim aduritur, ita viri tactus, & fœminæ ſtatim
ſentit naturam ſuam, & diuerſitatem ſexuum
intelligit. vnde verſus,

Ni fugias tactus, vix euitabitur actus.

Vide Io. Andr. in .c. veniens .2. ſupra de eo
qui cogn. conſangui. vxo. ſuæ. Tertio not.
ibi, inimicus homo, bonum tex. pro di-
5 cto † Biantis, vnius ex ſeptem græciæ ſapienti-
bus, dum dixit, pernicies hominis quàm ma-
xima, ſolus homo. nam & inimici homi-
nis domeſtici eius. Vel dic, quòd tex. loquitur
de homine inimico iſtius Epiſcopi. Vel ſe-
cundum Ioan. Andr. homo inimicus .i. Dia-
bolus. Sed placet plus præcedens expoſi-
tio. Et ad idem vide .c. licet de vitanda .ſ.
6 de elec. Quarto not. quòd vbi † delictum
eſt emendabile, debet præcedere charitatiua
monitio. de quo dixi in .c. 2. ſupra eod. in
primo membro .q. 5. Quinto not. quòd ceſ-
7 ſante † cauſa ex qua inſurgit veriſimilis præ-
ſumptio, vel ſuſpicio, ceſſat etiam ſuſpicio.
dixi in .d. quæſt. 5. Sexto not. quòd propter
8 infamiam † ab æmulis ortam, non eſt indi-
cenda purgatio. Vnde ſecundum Hoſtien.
infamia hic non habuit ortum à literis Pa-
pæ; ſed ab æmulis. Licet Inno. teneat contra-
rium. Sed melior videtur opin. Hoſtien. cũ
tex. dicat, quòd propter literas creuit. Et
ideò non indicitur purgatio ex tali infamia;
quia certum erat, vnde habebat ortum. Se-
cus vbi non eſſet certum. vt ſupra de ſimo. c.
licet. & .11. quæſt. 3. in cunctis. & vide quod
latius dixi in .c. 1. ſupra eod. in tertio articu-
lo principali, in quarto requiſito, & duabus
9 ſequen. qq. Septimo not. quòd † dictum
vnius maledici facile ſequitur multitudo. Et
hoc caſu multitudinis voces, tanquam va-
nę, non ſunt exaudiendæ .c. oſius. ſupra de
elec. & .l. decurionum .C. de pœn. Octauo
10 not. quòd licet in agendis, prudentia † ſit ami-
cos conſulere, iuxta illud Senecę epiſtola. 3.
ad lu. omnia cum amico delibera. tamen vt
Seneca ibi ſubdit, prius de amico deliberan-
dum eſt, hoc eſt, prius deligendus eſt ipſe ami-
cus, qui verè ſit amicus, & non ſimpliciter
bonum zelum habeat; ſed bene intelligat, &
prudenter conſulat. Et hoc eſt, quod vult
dicere tex. noſter, ſed non ſecundum con-
ſcientiam, hoc eſt, non ſecundum quod pru-
denter ſapere, & intelligere debebant. Vide
quod latius dixi in .c. qualiter .2. ſupra de ac-
cu. in decimo principali articulo. Et de ami-
citia vide .c. repellantur .ſ. de accuſa. Nono
not. ibi, bonum zelum, & ibi, minus proui-
11 dam, quòd non ſufficit † aliquid agere ſecun-
dum bonum zelum; niſi ſubſit iudicium ratio-
nis. Quod facit ſecundum Hoſtien. contra
Pręlatos religioſos habentes tantum zelum in
puniendis delictis, vt prętermittãt iudiciarium
ordinem, inquirentes quandoq; de crimini-
bus omnino occultis. Ideò dicit periculo-
12 ſum eſſe quòd ignorantes † promoueantur in
Epiſcopos. Non enim ſecundum conſcien-
13 tiam, ſed ſecundum † allegata, & probata iudi-
candũ eſt, vt dixi ſupra de offi. ordi. c. ſi ſacer-
dos. Et iudicandum eſt ſm iura quę nullum
pctm̃ nutriunt. 14. q. 1. c. quiſquis. & .c. ꝙ pręci
pitur. & . 23. q. 4. c. qui peccat. Decimo not. ꝙ
14 purgatio † poteſt peti per procuratorem. de
quo dic vt latius dixi in .c. 3. ſ. eod. in quin-
to principali articulo. vbi tradidi, an requira-
tur ſpeciale mandatum. & vide hic in gl. in ver.
poſtulauit. Vndecimo not. quòd importuni-
15 tate † petentis, ſuperior quandoq; concedit
non cõcedenda. ad quod vide iura allegata hic
16 in glo. Duodecimo not. quòd infamia † orta
ab ęmulis, non impedit promouendum ad di-
gnitatem. & hoc probatur in tex. in ver. quan-
uis, in quantum litera dicit, ex illa cauſa talis
petitio &c. quaſi velit, quòd non erat neceſſa-
riũ, ꝙ propter illam cauſam promotionis in-
diceretur purgatio, ſecũdum Hoſtien. ad quod
vide quæ dixi in .c. omnipotens. ſup de accu.
Cõmunis tamẽ litera dicit, ex alia cauſa. Quod
poteſt intelligi multipliciter; ex alia .ſ. quę ſe-
quitur in ver. quia. Vel fortè ex alia cauſa, quia
.ſ. non habebat mãdatum, vt innuit glo. in ver.
poſtulare. Vel poteſt intelligi, vt arbitror, ꝙ
talis petitio minus prouidè fiebat; quia Papa
iam diſpoſuerat admittere poſtulationem de
Colocenſe Archiepiſcopo, prout fecit. vt habe
tur in .d. c. bonę .2. de poſtula. pręla. Deci-
17 motertio not. ꝙ ſubditi † pręſumuntur inimi-
ci illorum qui aduerſantur dño ſuo. Ad quod
vide quę dixi in .c. poſtremo. ſ. de app. De-
18 cimoquarto not. ꝙ vbi deficiunt † compur-
gatores eiuſdem ordinis, poſſunt aſſumi com-
purgatores inferioris ordinis. de quo dic, vt
dixi in .c. cum .P. ſupra eo. in octauo principa-
li articulo. Vltimo not. ꝙ numerus compur-
gatorũ eſt arbitrarius. dixi in .c. quoties. ſ. eo.
Glo. ſuper ver. poſtulare. opponit, & duplici-
ter ſoluit. In eadem ibi .§. vlti. dic, & in .c.
qui ad agendũ. de procu. lib. 6. In fi. glo. dic,
19 Inno. tenet, quòd generalis procurator † poſſit
hoc poſtulare, per .c. veniens .ſ. de accu. Sed
Hoſti. dicit, ꝙ licet ꝓcurator haberet, vel nõ ha
beret mandatũ, nulla iuris neceſſitas cogebat
Papam, vt petitionem admitteret, ex triplici
ratiõe; Prima, ꝙ erat improuida petitio, vt di-
xi .ſ. in duodecimo notabili. Secunda, quòd
20 Papa † ſolutus eſt legibus. .c. ſignificaſti .ſ.
de elec. & .l. princeps .ff. de legi. Tertia, quia
21 indictio purgationis, † & motus, non pendet à
voluntate partis; ſed ex iudicis arbitrio. vt di-
xi in .c. 3. ſ. eo in quinto principali articulo, vbi
tractaui iſtius glo. materiam. Glo. pen. forti-
ficat tex. Glo. fin. colligit quędam circa qua-
litatem compurgatorum, de quo latius dixi in
.c. cum .P. ſ. eod.

## Capitulum .XIII. De Teſtibus.

*SVMMARIVM.*

1 *Compurgatores qualiter teneantur iurare de credulitate.*

1 DE Testibvs. Ponit qualiter
compurgatores † teneantur iu-
rare de credulitate. de quo dic
vt dixi in .c. inter. ſupra eod. in
vndecimo principali articulo, in tertio mem-
bro principali. vbi etiam examinaui. glo. hic
poſitam.

## Capitulum .XIIII. Accedens.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgare ſe prius debet infamatus ſuper defectu, natalium, ſi vult promoueri.*

2 *Humilis debet eſſe inſinuatio, ſeu poſtulatio, maximè inferiorum.*

3 *Purgatio debet indici, vbi infamia inſurgit ab æmulis, vna cum alijs non æmulis.*

4 *Aemulus, idem importat, quod inuidus.*
*Aemulos habere, qualiter proſit: remiſſiuè. ibidem.*

5 *Virtus torpet ſine aduerſario.*
*Virtus in infirmitate perficitur. ibidem.*

6 *Purgatio locum habet non ſolum ſuper crimine, ſed etiam ſuper alijs defectibus.*

7 *Conſcientiam læſam qui habet, non debet facere per alium, quod ipſe facere non vult, vel non poteſt.*

8 *Ordinandus non eſt quis, ſine licentia proprij Epiſcopi.*

9 *Nota, quandoq; ſumitur pro infamia: Et ibi quot modis ſumatur: remiſſiuè.*

10 *Promoueri non poteſt infamatus de aliquo crimine, vel defectu impeditiuo, pendente iudicio purgationis. et nu. 15.*

11 *Ordinum ſacrorum appellatione, veniunt omnes ordines, etiam minores.*
*Promoueri prohibetur illegitimus, non ſolum ad ſuperiores ordines, ſed etiam ad minores. ibidem.*

12 *Filiatio quomodo probetur.*

13 *Purgatio poteſt indici laicis, & fœminis.*

14 *Purgationis, & ipſius iudicij effectus quis ſit. Et de effectu inſurgente, pendente iudicio purgationis num. 15. De effectu verò qui inſurgit poſt præſtitam purgationem. num. .16. vbi multipliciter diſtinguitur. Primo reſpectu indictionis. nu. 17. Secundo ratione purgati. nu. 20. Tertio reſpectu tertij, & aliorum: num. 23.*

18 *Infamiam facti remouere ſolus Deus poteſt.*

19 *Famam bonam de facto quomodo aliqualiter reſtituere videatur iudex: Et quomodo infamatus poſſit eam recuperare. ibidem.*

21 *Purgatus, eſt naturaliter obligatus, adueniente caſu, compurgatores ſuos purgare.*

22 *Obligatio naturalis, quæ oritur ex facto, venit in compenſationem.*
*Donari non dicitur, ſi ſoluitur id quod naturaliter debetur. ibidem.*

23 *Purgatus ſemel, vtrum poſſit accuſari. vel vtrum poſſit ſibi iterũ indici purgatio. Et ibi variæ recitantur opin. vſq; ad fin. cap.*

24 *De delicto eiuſdem hominis ſæpius quærendum non eſt. & num. 27. vbi ponit quatuor fallentias ad iſtam regulam.*

25 *Illatio non fit ex ſeparatis.*

26 *Nouo indigent auxilio, quæ de nouo emergunt.*

28 *Termino ad accuſandum elapſo, volens accuſare non videtur amplius audiendus.*

29 *Termini dati ad aliquid faciendum lapſus, habet vim renuntiationis.*

30 *Comminatio facta à iudice, ſi quis voluerit accuſare veniat infra certum terminum, aliàs poſtea non audietur, eſt talis potentiæ, quòd nedum priuato, ſed etiam prælato eccleſiæ præiudicat; & ipſius etiam ſucceſſoribus.*
*Quod tamen limita, vt num. ſequen.*

32 *Citari generaliter illum non ſufficit, qui venit ſpecialiter citandus.*

33 *Publicatio edicti, ad hoc vt inducat præſumptionem ſcientiæ, quæ requirantur.*
*Et cautelam circa hoc, vide nu. 35.*

34 *Edicti ablatio, vel corruptio, eſt delictum.*

36 *Sententia quando eſt lata ex integra probatione, non eſt poſteà amplius audiendus accuſator.*

37 *Sententia in caſu purgationis præſtitæ, non fertur ex integra probatione.*

ACcedens. Infamatus ſuper de-
1 fectu † natalium, ſi vult promo-
ueri, debet prius ſe purgare.
Primo ponitur conſtitutio. Se-
cundo ponitur prouiſio, ibi, quocirca. Not.
2 primo ibi, humili, q̄ inſinuatio, † ſeu poſtu-
latio, maximè inferiorũ, debet eſſe humilis.
Simile ſupra de homici. c. ioannes. & humi-
lis doctrina magiſtri. vt in .c. humilis. de ma.
3 & obe. Secundo not. q̄ vbi infamia † inſur-
git ab æmulis, vna cum alijs non æmulis, debet
indici purgatio. dixi in .c. 1. ſupra eod. in
tertio articulo principali, in quarto requiſi-
to, & duabus ſequen. qq. Tertio not. quòd
4 idem importat æmulis, † quod inuidis, ſecun-
dum Docto. hic, & ſupra de renun. c. lectæ.
Et qualiter proſit quãdoq; æmulos habere, vide
notabiles authoritates Oldr. conſi. 81. torpet
5 enim, vt inquit Seneca, ſine † aduerſario vir-
tus. & Apoſtolus inquit, quòd virtus in in-
firmitate perficitur. Quarto not. quòd non
6 ſolum ſuper † crimine, ſed etiam ſuper alijs
defectibus, habet locum purgatio. dixi in .c. 3.
ſupra eod. in quarto principali articulo.
7 Quinto not. quòd ille qui habet læſam † con-
ſcientiã, nõ debet facere per alium q̄ ipſe facere
non vult, vel non poteſt. de quo in .c. ſi ſacer-
dos .ſ̃. de offi. ordi. & in .c. quia propter. §. il-
lud. de elect. per Ioan. Andr. Sexto not.
8 quòd quis non eſt † ordinandus ſine licentia
proprij Epiſcopi. de quo in .c. nullus. & .c.
fin. de tempo. ordi. lib. 6. & ſupra de cleri. pe-
regri. per to. Septimo not. quòd nota, quan
9 doq; † ſumitur pro infamia. Quot autem
modis ſumatur, traditur in .c. cum olim. ſup̃ de
offi. dele. Et vide quod latius dixi in .c. ad
audientiam. in prin. ſupra de homici. in prima
quæſt. principali. Octauo not. vnum effe-
ctum iudicij purgationis; quia .ſ. tali iudicio
10 pendente, † infamatus de aliquo crimine, vel
defectu impeditiuo, non poteſt interea pro-
moueri. de quo infra poſt glo. Et probatur
hic, quòd nedum ille de cuius legitimitate
non conſtat, non debet ad ordines promoue-
ri, ſed etiam ille de cuius illegitimitate viget
infamia. Et procedit tex. noſter, non ſolum
in filijs ſacerdotis, ſed in alijs quibuſcunq; ille-
gitimis. Ad quod vide quod latius dixi in
.c. ad audientiam. in primo principali articu-
lo. ſupra de homici. Vltimo not. q̄ appella-
11 tione ſacrorũ † ordinum, veniunt omnes ordi-
nes, etiam minores; nam non ſolum ad ſupe-
riores ordines, ſed etiam ad minores prohi-
betur illegitimus promoueri. vt dicit hic Ioan.
Andr. & latius traditur in .c. 1. ſupra de fi.
præſ. Et ad prædicta vide glo. 32. diſt. in
ſumma. & quod latè dixi in .c. veniens. ſupra
de accu. in .7. q. primæ. prin. q. 2. artic. princi-
pali. Glo. ſecunda poteſt recitari per quæ-
ſtionem, & per oppoſitionem. In eadem glo.
ibi, hoc indirectè, not. ex hac glo. modum
12 probandi † filiationem. ad quod vide quod
traditur in .c. tranſmiſſæ. ſupra qui fi. ſint le.
& in .c. michael. ſupra de fi. præſ. & per glo.
.2. q. 1. c. manifeſta. & per Bart. in .l. 1. §. ad
quæſtionem .ff. de quæſti. & per Bald. in .l. 1.
.C. qui accuſa. nõ poſſ. Et aduerte, quia ſi pro-
baretur filiatio vt dicit glo. non eſſet locus pur-
gationi, ſm̃ Docto. quia talis probatio, eſt illa
vera probatio quæ poteſt fieri ſuper filiatio-
ne; & exiſtente vera probatione, ceſſat pur-
gatio. vt in .c. ſequen. & dixi ſupra eod. in .c.
.3. vndecimo articulo, in primo membro .q.
.7. & in tertio membro. Sed debes intelli-
gere glo. iudicio meo, quòd ipſe purgandus
ita iuret; quòd credit ſe legitimum; aſſignan-
do cauſas de quibus in glo. dixi in dicto vnde-
cimo articulo in ſecundo membro. q. 2. In
13 fin. glo. vtrum laicis, † & fœminis, & quibus,
poſſit indici purgatio, dic, vt latè dixi in .c. 3.
ſupra eod. Poſtremo, quia ſupra in rubrica
dixi me hic dicturum de decimoquarto prin-
cipali articulo, ideò pro ipſius expeditione.
14 Decimoquarto quæro, quis ſit iſtius † purga-
tionis, & iudicij ipſius effectus. Sol. diſtin-
gue duo membra principalia, Primum de ef-
fectu qui inſurgit ex ipſius purgationis iudi-
cio lite pendente. Secundum de effectu in-
ſurgente poſt præſtitam purgationem. Cir-
15 ca primum dic, quòd vnus † effectus colligi-
tur ex tex. noſtro, videlicet, quòd interea non
debet infamatus ordinari, niſi prius ſe purga-
uit. Ad quod vide quod latius dixi in .c. om-
nipotens. ſupra de accuſa. Alius effectus eſt,
quia ſi delictum eſt graue, vel timetur ſcanda-
lum, vel ter monitus quis ſe non emendauerit,
vel ſi infamatus quis ſit de dilapidatione, po-
teſt quis interea pendente iudicio purgatio-
nis ſuſpendi ab officio, & quãdoq; etiã à be-
neficio, ſecundum ea quæ dixi in .c. inter. ſu-
pra eod. in primo membro .q. 10. Circa ſe-
16 cundum membrum, † de effectibus poſt purga-
tionem, ſubdiſtingue tres caſus; Primus eſt
de effectu reſpectu iſtius indictionis. Secun-
dus de effectu reſpectu iſtius purgati. Tertius
reſpectu tertij, ſeu aliorum. Circa primum,
17 arbitror † ſubdiſtinguendum, quòd aut pur-
gatio fuit minus canonicè facta, & tunc non ſor
titur effectum, quominus iudex poſſit iterum
illum purgare, aut contra ipſum inquirere.
vt in .c. ex tuarum. ſupra eod. Aut fuit legiti-
timè facta; & ſubdiſtingue, quòd aut purga-
tio fuit indicta præcedente iudicio criminali,
puta, accuſatione, vel inquiſitione, & tunc
iudex debet talem purgatum abſoluere ab accu
ſatione, vel inquiſitione formata. argu. c. fin.
& eorum quæ ibi dixi. ſupra de iureiuran.
Et vltra hoc, debet tollere omnem ſuſpenſio-
nem interea factã propter infamiam, ſeu ſcan-
dalum, ſiue ſit facta ab officio, ſiue à beneficio,
vel aliqua etiam alia ſint interea innouata; cum
limitatione tamen de qua ſtatim dicam. Et
debet etiam reſtitui priſtinæ bonæ famæ, ſe-
cundum quod infra ſubijciam. Cum limitatio-
ne, niſi etiam alius fortè ſuperueniret accuſa-
tor, aut doceretur de præuaricatione, vel ſi-
mili cauſa, ſecundum quod dicam in tertio ca-
ſu principali. Si verò quis ſe purgauit præce-
dente iudicio ciuili, vt puta, quia fuit ſibi præ-
ſtitum iuramentum neceſſarium pro abſolu-
tione ipſius, & tale iuramentum neceſſarium,
quod quandoq; appellatur purgatiuum, cu-
ius ſit effectus, dic, vt dixi in repetit. c. fina.
ſupra de iureiuran. in duodecimo principali ar
ticulo. Aut purgatio fuit indicta non præ-
cedente aliquo iudicio criminali, vel ciuili;
& hoc caſu dic, quòd iudex debet ſine dif-
ficultate relaxare ſuſpenſionem quam interea
fecit, ſiue ſit ab officio, ſiue à beneficio. Et
debet eum denuntiare virum boni teſtimonij.
Et abſoluere ab infamia, nullius contradictio-
ne, aut appellatione obſtante. vt .d. c. ex tua-
rum, & ſic debet ipſum priſtinæ bonæ famæ
reſtituere, vt ibi not. Quod intellige, de
infamia iuris. vt not. Archid. poſt Goff. 2. q. 5.
.c. omnibus. & ſentit glo. fin. in princi. in .d.
c. ex tuarum. Facit quod not. in .l. quid er-
go .§. pœna grauior .ff. de infami. & in .l. ſi
Poſidonium .c. eo. Nam de infamia facti non
18 poteſt intelligi; quia ab illa † ſolus Deus po-
teſt eum liberare, vt dicit glo. fin. in prin. in c.
ex tuarum. ſupra eod. & Archid. 2. q. 5. c.
omnibus. & .33. diſtin. in c. laici. Intelli-
ge tamen, quòd iſte iudex iſta reſtituendo,

19 etiam aliqualiter videtur de facto † famam re-
ſtituere, & ortum dare, ac fundamentum
pro illa reſtituenda. Ipſe verò infamatus
bonam famã de facto, maximè cum nunc ſit
purgatus, poterit per contrarias operationes
recuperare. vt in.c. inter. ſupra eod. & ibi no-
taui. Aduerte tamen, quòd interdum, etiam
poſt præſtitam purgationem, iudex ratione
ſcandali, veriſimiliter poteſt non relaxare ſuſ-
penſionem ab officio, ſed ipſam dimittere in
ſuſpenſo, donec ceſſet ſcandalum; & benefi-
cium reſtituere. vt in .d. c. inter. & ibi dixi in
decimo articulo in primo membro. quæſt. de-
20 cima. Secundo caſu de effectu ratione † pur-
gati, ſimiliter ſubdiſtingue; quòd aut purga-
tio non fuit canonicè præſtita, & effectualiter
nullum conſequitur effectum de iure, niſi de fa-
cto; vt quia iudex relaxet ſuſpenſionem interea
factam, per dictum .c. ex tuarum. & argu. reg.
non præſtat impedimentum. de regu. iur. lib. 6.
Si verò fuit legitimè facta, vnus effectus eſt,
quòd reſtituatur, ſecũdum ea quæ dixi in præ-
cedenti caſu. Alius effectus eſt reſpectu illius
ad tertium; quia poſtea accuſari amplius non
poterit, nec purgatio ſibi indici; ſecundum
ea quæ latius dicam in tertio ſequenti caſu.
Alius effectus eſt ſecundum aliquos, quia ta-
21 lis purgatus † eſt naturaliter obligatus, vt ſi
caſus accideret, teneatur purgare compur-
gatores ſuos. argu. c. cum in officij. ſupra de
teſtamen. & .ff. de peti. hæred. in .l. ſed & ſi le-
ge. §. conſuluit. Quod eſt verum ſecundum
Archid. 2. q. 5. c. mennam. *ſi cauſa eſt iuſta.*
Vel melius ſecundum eum, hæc naturalis obli-
gatio, non eſt *talis, qualis* eſt illa quæ oritur ex
facto; illa enim eſt fortior, quàm iſta; Et ve-
22 nit † in compenſationem .ff. de compenſa. l.
etiam. Et ſi id quod naturaliter debetur, ſol-
uitur, non dicitur donari .ff. de donat. l. hoc iu-
re. §. penul. ſecundum Vincen. qui hæc not.
ſupra de proba. c. ad noſtram. Et idem ibi Io.
23 Andr. poſt eum. Tertio caſu, reſpectu † ef-
fectuum quò ad tertium, poteſt dubitari,
vtrum talis ſemel purgatus, poſſit accuſari. vel
vtrum poſſit ſibi iterum indici purgatio. Et
videtur dicendũ ꝙ non poſſit. per. c. de his. ſ̃.
de accu. & .23. q. 4. c. ſi illic, nec enim de deli-
24 cto † eiuſdem hominis ſæpius quærendum eſt.
vt .l. licet. in fin .ff. naut. caup. ſtabul. Sed
aduerte, quia circa hos effectus variæ fuerunt
doct. opiniones. Glo. fin. in .c. ex tuarum. ſ̃.
eod. refert duas opi. Prima fuit quorundam
qui diſtinxerunt, an purgatio fuerit præſtita
præſente accuſatore, & hoc caſu non poſſit de
nouo accuſari; niſi in caſu .l. 3. ff. de præuarica.
Aut fuit præſtita non præcedente accuſatione
& poteſt de nouo accuſari; niſi talis ſit ex-
cluſus per lapſum termini præfixi ad accuſan-
dum. & hæc opi. fuit Boſia. Secunda opi. quã
refert dicta glo. fuit Lau. qui voluit, ꝙ regula-
riter talis non poſſit accuſari; niſi doceretur de
colluſione. per. l. eum qui. §. in popularibus. ff.
de iureiur. Et in hanc opi. videt̃ inclinare Ber-
nardus. Et hanc opi. tenuerunt Abba. Tanc. &
Vinc. Tertia opinio fuit quaſi ſimilis p̃cedenti
glo. 2. q. 5. c. habet. quæ dicit, ꝙ ſemel abſolu-
tus per purgationem, amplius non poteſt ac-
cuſari ſuper illo crimine; niſi in caſu .l. ſi cui.
§. 1. ff. de accuſat. Et hanc ſententiam tenet
Spe. in ti. de abolit. §. fi. in fi. Quarta fuit opi.
Hugo. 2. q. 5. c. mennam. qui ſimpliciter di-
ſtinguit, an quis ſit purgatus præcedente accu-
ſatione, & non poſſit amplius accuſari. Aliàs
ſecus. & ſic videtur conformare cum prima.
Licet Io. An. hic alleget Hugo. aliter. Quinta
fuit Goff. vt refert Archid. in .d. c. mennam.
qui voluit, quòd etiam poſt primam purga-
tionem admittatur accuſator. arg .c. admonere
.33. q. 2. vbi poſt pœnitentiam permittitur ac
cuſatio. Item mouetur, quia ſicut poſt abſo-
lutionem fit purgationis indictio, vt ſupra de
accu. veniens. ſic videtur, quòd poſt purgatio-
nem admittatur accuſatio. Sed idem Goff. hic
dicit, quòd volens probare purgatum deieraſ-
ſe, audietur. Bart. Brix. in ſua venerea .q.
quæ incipit, aliquis fuit de crimine. quę eſt. 71.
in ordine. & etiam in .q. præcedenti, recitat
opi. & in fin. videtur ſequi ſecundam opinio-
nem propoſitam. Sexta fuit opi. glo. in .d. c.
ex tuarum. & Hoſtien. in ſum. eod. titu. §.
pen. dicentis, ꝙ de infamia præcedente pur-
gationem, nec poterit accuſari, nec cogetur
ſe purgare, ſi terminus fuit aſſignatus ad accu-
ſandum. Et idem ſi non fuit aſſignatus termi-
nus, ſed purgatio fuit indicta bona fide. Si ve-
rò mala fide, puta, ad impediendum eum, qui
paratus erat accuſare, tunc poterit accuſari,
non obſtante purgatione. Ioan. Andr. in .d. c.
ex tuarum. in hoc recitat opi. & ſimiliter quaſi
idem facit ibi .d. Ant. Henricus Bohic in .d. c.
ex tuarum. dicit, quòd ſiue accuſatio præce-
dat, ſiue non, & ſiue aſſignatus fuerit termi-
nus, ſiue non, quòd purgatus, & poſt pur-
gationem abſolutus, regulariter accuſari non
poteſt; niſi in tribus caſibus, de quibus infra
dicam. D. m. in .d. c. ex tuarum. facit vnam
breuem diſtinctionem per quam conatur con-
cordare opiniones. Ego verò in hoc articu-
lo ſic diſtinguendum arbitror, quòd aut nos
quærimus vtrum purgatus de vno crimi-
ne, poſſit de alio accuſari, aut purgari, &
dico, quòd ſic. & hoc ſenſit glo. fin. in .d. c.
ex tuarum. Etiam ſi eſſet eiuſdem generis, &
reiterabile, vt tenuit Vincen. Et ratio eſt in
25 promptu, quia ex ſeparatis † non fit illatio.
vt in iuribus vulgaris. Aut quærimus vtrum
poſſit accuſari, vel purgatio indici de eodem
delicto, & ſubdiſtingue, quòd aut quis de
nouo accuſatur, aut indicitur ſibi purgatio pro-
pter infamiam nouiter ortã poſt purgationem,
& poteſt. per illam regulam, quia quæ de no-
26 uo † emergunt &c. vt in .c. inſinuante.
ſupra de offi. delega. & in .l. de ætate. §. ex cau
ſa .ff. de inter. acti. & in .c. paſtoralis. ſupra
de excep. Fatit tex. in .c. cum in iuuentute.
ſupra eod. & ita poteſt intelligi tex. 2. q. 5.
habet.



habet. & .c. mennam. Aut quærimus de in-
famia orta ante purgationem, & ſubdiſtin-
gue, quòd aut non fuit canonicè præſtita, &
tunc admittitur accuſatio, & purgatio. per
tex. in .d. c. ex tuarum. & ibi hoc notaui. &
probatur expreſsè in .c. ſequen. Aut purga-
tio fuit canonicè præſtita præcedente accuſa-
tione, vel inquiſitione, aut nullo inter-
ueniente accuſatore; Primo caſu, pone e-
xemplum, accuſatio fuit inſtituta, ſed accu-
ſator non potuit delictum plenè probare, ſed
probauit infamiam, vel aliquid ſimile, & fuit
indicta purgatio, quam præſtitit; Et hoc caſu,
regulariter non poteſt iterum accuſari, aut
purgari. Et ita procedit glo. fin. in prin. in
Cõm. op. .d. c. ex tuarum. & ibi* communiter tenent
Docto. & Hoſti. in ſum. eod. tit. §. vltimo in
27 prin. quia de delicto † eiuſdem hominis ſæpius
quæri non debet. vt in .d. l. licet, & .d. c. de his.
Hæc tñ regula fallit in pluribus caſibus. Pri-
mo, ſi accuſatus ſuam, vel ſuorum iniuriã pro-
ſequatur, & probat ſe ignoraſſe accuſationẽ,
vel inquiſitionem ab alio inſtitutã. per. l. ſi cui.
§. fi. ff. de accu. Et hoc tenet glo. in. d. c. ha-
bet. & ſentit glo. in. d. c. ex tuarum. & ſequitur
Hoſtien. Arbitror tamen, quòd licet propter
cauſam prædictam poſſit accuſari, tamen ad
petitionem iſtius non poſſet propter hoc ſo-
lum indici purgatio, poſtquam ſemel fuit
præſtita. Secundo fallit, ſi nouus accuſa-
tor vult probare de præuaricatione, ſeu col-
luſione prioris accuſatoris, aut inquiſitoris.
per .l. 3. ff. de præuari. & .l. eum qui. §. in
popularibus .ff. de iureiuran. & hoc tangit
glo. in .d. c. habet. & ibi tenent hoc Dama.
Tanc. Ala. Io. de Fantu. & Archid. Et ſentit glo.
in .d. c. ex tuarum. Et has duas fallentias ſen-
tit etiã Spe. in tit. de aboli. §. fi. in. fi. Tertio
fallit, ſi de nouo veniens vult probare purga-
tum deieraſſe, ſecundum Gof. cũ iuramentum
fuerit iudiciale. per. l. admonendi. ff. de iurein-
ran. & ſequitur Hoſti. in ſum. in .d. §. pe.
Quarto fallit in caſu ſpeciali auth. nouo iure. C.
de pœ. iudi. Secundo caſu, quando nulla præ-
ceſſit accuſatio, ſubdiſtingue, ꝙ aut ad accuſan-
dum præfixus fuit certus terminus cũ clauſula
decreti, quòd poſt terminum non audietur,
ſecundum quod dixi in. c. inter. ſ̃. eo. in vn-
decimo articulo in prin. primi membri, & in
pluribus .qq. illius membri. Et hoc caſu præ-
ſtita purgatione, non admittetur nouus accu-
ſator; nec indicetur purgatio, ſm̃ Hoſti. in. d. c.
ex tuarum. & .D. m. & .D. Anto. & Hoſtien.
in ſum. in .d. §. pen. Quinimò, etiam poſt ter-
28 mini † lapſum volens accuſare non videtur au-
diendus. Faciunt not. in .c. fin. ſupra qui ma.
acc. poſſ. Nam cum ſit elapſus terminus ad ac
cuſandum, non videtur amplius audiendus. vt
.d. c. fin. & ſentit glo. in .d. c. ex tuarum. &
probatur in .l. ſi maritus. §. ſi negauerit. ff. de
adulte. Facit quod not. in .l. titia. ff. de accu-
ſa. & .l. ſi ea. C. qui accu. non poſſ. Et quod
not. in .c. licet. ſ̃. de accuſa. & .c. conqueren-
te. de offi. or. & in .c. accepimus. ſ̃. de fi. in-
ſtrumen. & quod non in .l. diffamari. C. de
29 inge. ma. Facit, quia lapſus † termini dati ad
aliquid faciẽdum, habet vim renuntiationis. vt
not. Bald. in .l. 1. C. de reſti. in inte. & .l. bo-
norum. ff. rem ra. ha. & .l. ſi ego. ff. de neg.
ge. & .l. cum mulier. ff. ſol. ma. col. 11. vbi alle-
30 gat etiam alia iura. Nam comminatio † facta
à iudice, vt ſi quis voluerit accuſare veniat infra
certum terminum, aliàs poſtea non audietur,
eſt talis potentiæ, quòd nedum præiudicat pri-
uato, ſed etiã Prælato eccleſiæ. Et nedum ipſi.
Prælato, ſed ẽt ſucceſſoribus, ſecundum Hoſti
& Goff. per tex. ſingularem in .d. c. accepimus
in eo, quòd integra illius decretalis erant illa
verba, & ſucceſſoribus ſuis. de quo dic vt ibi.
31 Prædicta tamen arbitror † limitanda, ſi modo,
qui nunc venit ad accuſandum, allegat præfi-
xionem termini non fuiſſe ſibi notam ex aliqua
legitima cauſa. Et poteſt eſſe cauſa legitima, ſi
32 fortè ipſe ſpecialiter erat † citandus; quia age-
batur de ſuo præiudicio ſpecialiter, & erat cer-
tus. Vnde non ſufficiebat ipſum citari per ge-
neralem citationem. per not. per .D. Pe. de
Ancha. & .D. Domi. poſt eum in. c. fi. de elec.
lib. 6. in fin. q. Et probatur in. l. ſi eo tempore
.C. de remiſ. pig. Ad quod etiam vide not. per
Inno. in .c. fin. ſ̃. de ma. & obe. & per Ange. in
repetit. l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10.
Facit ꝙ not. in .d. c. fin. ſ̃. qui ma. accu. poſſ. &
in. c. Albericus. ſ̃. de teſti. & quod dixi in cle. 1.
de iudi. Item poteſt eſſe legitima cauſa, quia
licet ẽt quãtum ad hunc venientem de nouo ad
accuſandum ſufficeret citatio generalis per edi-
cta, tñ talis citatio non dicitur legitimè facta.
Vel fortè dicitur, ꝙ prædicta edicta non ſtete-
runt diu affixa. Aduerte, ꝙ reperio quendam
Robertum de Fronzola dixiſſe in quodam con
ſilio, ꝙ in talibus non ſufficit ſola affixio edicti;
niſi diu ſteterit, & tanto tempore, quòd mul-
torum oculis veriſimiliter innotuerit. per tex.
in .c. 1. ſ̃. de poſt. præla. ibi, dum dicit ſolemni-
ter, & publicè promulgauit. iuncta cle. 1. de
iudi. vbi dicitur, ꝙ debet talis citatio fieri ſo-
lemniter, & publicè affigi. & in clemen. cauſam
verſ. verum. de elect. ibi, dum dicitur, aliquo
loco publico ſic ſolemniter volumus publica-
ri, quòd ad appellati notitiam poſſit veriſimi-
liter peruenire. & ad idem .c. 3. ſupra de clan.
deſpon. ibi, dum dicitur, publicè proponat.
Ex quibus iuribus videtur neceſſarium, quòd
33 ad hoc, vt publicatio † inducat præſumptio-
nem ſcientiæ, de qua in dictis iuribus, & .d. c.
fin. quòd fiat lectio in loco publico .i. in mul-
torum præſentia. Vel quòd in loco publico;
& quòd tanto tempore ſit affixa, quòd veriſi-
militer tranſeat in notitiam citatorum. Aliàs
de facili poſſet fieri fraus, ſupponendo ami-
cum, qui immediatè remoueret. Sed tu vide
Bart. in extraua. ad reprimendum. in verſ. per
edictum. qui dicit, quòd hoc eſt arbitrarium
quanto tẽpore debeat ſtare affixa; Et ꝙ ſufficit
ꝙ in actis reperiatur ſcriptum, quòd edictum

fuerit publicè affixum; Nam ex quo eius
34 ablatio, † vel corruptio eſt delictum, vt .l. ſi
quis id quòd .ff. de iur. om. iudi. præſumitur
durare, vt dixi in.d.cle. 1.de iudi. Sed quò ad
terminos noſtros arbitror dici poſſe, ꝙ opi.
Bar. procedit præſumptiuè. Sed ſi pars aduer-
ſa probaret per aliquos teſtes, ꝙ eadẽ die qua
dicitur edictum in tali loco poſitum, viderunt
illum locũ, & ibi nullum fuiſſe affixum edictũ,
concludendo certam horam; & etiam die ſe-
quenti non viderunt &c. cum ad illum locum
acceſſerint, nec potuiſſet ibi eſſe affixum, quin
vidiſſent, quòd hoc caſu ſit legitima cauſa ad-
mittendi talem de nouo. Et procedat opi. di-
cti doc. Facit ꝙ not. D. Anto. poſt Hoſti. in
.d.c. ex tuarum. in eo, quòd requiritur, quòd
talis terminus debeat ſtatui, & labi bona fide.
Secus ſi mala fide ad ſupplantãdum, ſeu ad ex-
cludendum accuſatorem. Et arbitror, quòd
35 bona † cautela eſſet, qualibet die in actis po-
nere, qualiter edictum ſtabat affixum. Aut
nullus eſt præfixus terminus ad accuſandum, &
tunc, aut purgatio eſt præſtita, ſed abſolu-
tio adhuc non eſt facta, & hoc caſu poteſt
iterum accuſari; quia licet probauiſſet ſe inno-
centem, tamen poſſet accuſari, ex quo non fuiſ-
ſet abſolutus, ſecundum Ioan. Andr. in .d.c. ex
tuarum. Et ſentiunt Inno. & Hoſtien. in .c.
ſequen. Et ita poteſt intelligi Hugo. opi. de qua
ſupra. Aut purgatio eſt præſtita, & abſolutio
ſecuta. Et tunc, aut iſte nouus accuſator vult
illum grauare onere purgandi ſe, & non poteſt.
vt probatur in .d.c. ex tuarum. & ibi notaui. &
etiam not. in .c. ſequen. vbi de nouo non fuiſ-
ſet indicenda purgatio ſi condemnatio te-
nuiſſet. Aut iſte nouus accuſator comparet
ad finem tantum, vt iſte puniatur, intendens
in accuſatione procedere, & volens delictum
probare, & ſe grauare onere probandi, & de-
bet admitti, non obſtante abſolutione prius
præſtita. Et ſi diceretur ex quo lata eſt ſen-
tentia, non debet iſte audiri. vt in .c. de his.
ſupra de accu. & .d. l. licet. ff. na. cau. ſtabul.
quia reſpondeo, ꝙ illud eſt verum, quando ſen
36 tentia † eſt lata ex integra probatione. Sed
37 in caſu purgationis † præſtitę, nõ fertur ex in-
tegra probatione. Facit ꝙ nota in .l. admo-
nendi .ff. de iureiur. Et tenet .D. An. & .D. m.
in .d.c. ex tuarum. Facit etiam quod dixi de
abſoluto per viam iuramenti neceſſarij in repe-
titio. c. fin. de iureiuran. & ibi vide rationem
ad hoc. Et hoc mihi placet quamuis Henri-
cus Bohic ſimpliciter velit, quòd non poſſit
amplius accuſari. Et ex prædictis habes nota-
biliter expeditum hunc decimum quartum
articulum.

## Capitulum .XV. Cum dilectis.

### SVMMARIVM.

1 *Purgatio non eſt indicenda ſuper notorio crimine.*
*Purgatio ſuper criminibus recepta ab ordinario non tenet, ſi cauſa pendeat coram delegato Papæ. & nu. 30. Quod tamen limita. vt nu. 35.*
2 *Delicta diuerſa inſurgunt ex eodem facto propter diuerſas qualitates conſiſtentes in perſona illius, in quem delictum eſt.*
3 *Monialem cognoſcens triplex committit delictum, inceſtum, adulterium, & ſacrilegiũ. Si verò ſit virgo, committit etiam ſtuprum; ibidem.*
*Monialis quælibet dicitur conſaguinea. ibidem.*
4 *Accuſatus de vna ſpecie delicti, an poſſit accuſari, aut iterum puniri de alia ſpecie; remiſſiuè. Et nunquid poſſit iterum de eodem delicto inquiri; nu. 13.*
5 *Remedio vno electo, an reliqua remedia ad idem competentia cenſeantur excluſa. remiſſiuè.*
6 *Infamia qualis eſſe debeat, ad hoc, vt indicatur purgatio; remiſſiuè. & nu. 33.*
7 *Epiſcopus appellatur quãdoq; Electus in Epiſcopum. Et hoc ſecundum morem Theutonicorum. De veritate tamen vide remiſſiuè; nu. ſequenti.*
9 *Ordinarius poteſt indicere purgationem canonicam abſque aliqua aßignatione termini ſtatuti accuſare volentibus.*
10 *Inuadere rem aliquam; vel contra iudicis ſententiam, aut præceptum retinere, paria ſunt. Et dicitur occupans qui talia facit: Quod notandum eſt pro ſtatutis. ibidem.*
11 *Ad inquiſitionem promouendam plures admittuntur. Et ibi quid de vniuerſitate: remiſſiuè.*
*Et quid in extraneo: remiſſiuè nu. 12.*
14 *Beneficio debet priuari deficiens in purgatione.*
15 *Litis conteſtatio eſt neceſſaria in iudicio purgationis; Dic tamen vt ibi remiſſiuè. Et num. 16. quòd requiratur in proceßu inquiſitionis.*
17 *Scriptura non ſolum principalis; ſed etiam tranſcriptum ex principali facit fidem, quando fuit factum cum debitis ſolemnitatibus.*
18 *Relationi vnius iudicis non creditur; relationi verò plurium creditur, & hoc de curiæ conſuetudine: Et ibi etiam quando vnius relationi credatur.*
*Relationis materia: remiſſiuè. ibidem.*
19 *Ordine iuris ꝑtermiſſo, an proceſſus inquiſitionis, aut purgationis teneat.*
20 *Acceſſorium non valet, inualido principali.*
21 *Retractari dicitur id; quod non tenet. Quod intellige, vt ibi.*
*Priuatio de facto, præſupponit habitum de facto. ibidem.*
22 *Iudex, ſi in ſententia ſua apponit aliquam cauſam, quomodo illam debeat apponere.*
23 *Sententia continens cauſas repugnantes cum ſubſtantia ſententiæ, eſt nulla.*
*Repugnantia inuicem ſe elidunt. ibidem.*
24 *Notorium quando dicatur crimen.*
*Notorium poteſt probari, licet de viſu nihil dicatur. ibidem.*





25 *Fornicationis, ſeu inceſtus crimen, quomodo poſſit eſſe adeò notorium, vt non ſit locus inficiationi; Et ideò abſque alia indagine puniri poſſit.*
26 *Laici poſſuat teſtificari contra clericos in delicto notorio.*
27 *Proceſſus habitus à iudice, tanquàm certo, qui debet haberi ab eo tanquàm dubio, non valet tanquàm contra ius.*
*Purgatio canonica debet indici à iudice tanquã dubio, & in ſubſidium deficiente probatione. ibidem.*
28 *Purgatio eſt ſubſidiaria in defectũ accuſationis.*
29 *Purgatio minus legitimè facta non producit effectum, quominus alia legitima poſſit indici.*
30 *Papa delegando cauſam, videtur tacitè adimere iuriſdictionem ordinario.*
31 *L. 1. C. de appellatio. declaratio.*
32 *Iudex cauere debet, ne dubium pro notorio accipiat.*
34 *Purgatio canonica, an poſſit indici propter ſcandalum, vel ſuſpic ionem: remiſſiuè.*

CVM DILECTIS. Super noto-
1 rio † crimine non eſt indicenda
purgatio. Et pendente cauſa cri-
minum coram delegatis Papæ,
purgatio ſuper illis ab ordinario recepta non
tenet. h.d. In prima ponitur datio auditoris
ad cauſam. In ſecũda ibi, idem procurator, po-
nitur actoris petitio. In tertia ibi, dictus verò,
ponitur reſponſo rei. In quarta ibi, his igitur,
ponitur cauſæ diffinitio. Et in tex. ibi, conceſ-
ſimus, dic, ſuper eo, quòd idem clericus pe-
tebat ſibi aſſignari corporalem poſſeſſionem
dictarum eccleſiarum collatarum ſibi per Ab-
batem, ſecundum Innocen. Debes enim ſci-
re pro intellectu literæ, quòd cum quidam
H. præsbiter, eſſet infamatus de crimine ince-
ſtus, & adulterij, eo quòd publicè detineret
quandam vxorem conſanguinei ſui, & ad peti-
tionem quorundam, delegati fuiſſent iudices
ſuper ipſius .H. purgatione interea pendente
hac delegatione, Conſtantienſis electus ordi-
narius ipſius .H. Indixit ſibi purgationem, &
quia in purgatione defecit, ipſum eccleſijs ſuis
priuauit. Sed ipſe priuatione non obſtante,
prædictas eccleſias poſſidebat; deinde iudices
delegati cognito, quod coram Epiſcopo iſte
defecerat in purgatione, propter quod fuerat
priuatus; & quia eis conſtabat eum notoriè de-
liquiſſe, vt ipſi in ſententia aſſerebant, ipſum. H.
etiam priuauerunt de prædictis eccleſijs, & li-
centiam conceſſerunt Abbati ſancti Galli, ad
quem collatio pertinebat prædictas eccleſias
conferendi; qui Abbas illas contulit cuidam. O.
Quare dictus. O. coram apoſtolica ſede petebat
poſſeſſionem dictarum eccleſiarum, allegans
prædictas priuationis ſententias. Sed pars ad-
uerſa reſpondebat, quòd ſententiæ erant nullæ
ex cauſis poſitis in ver. dictus. Vnde cum de his
eſſet facta relatio Papæ, Papa diffinit, & man-
dat, vt habetur in quarta parte. Et in tex. ibi,
nequiuiſſet, dic, ſecundum quod dicebat pro-
curator. O. contrarium erat verum, vt patet ex
deciſione. Vel dic, nequiuiſſet. ſ. de iure; quia
pendente cauſa prædicta coram delegatis, non
potuit ordinarius ſe intromittere. In tex. ibi,
nihilominus, dic. i. non obſtante deſtitutione;
quia vel non erat facta, vel ſi erat facta, non te-
nebat. Et ibi, conſtitiſſet, dic. ſ. prætermiſſo iu-
ris ordine, vt ſequitur. Item ibi, contumacem,
dic, quia non parebat ſententiæ ordinarij; quod
non pertinebat ad delegationem ipſorum, ſe-
cundum Inno. Item ibi, concedẽtes, dic. i. con-
ceſſam oſtẽdentes, propter factas priuationes.
Item ibi, qui, dic. ſ. Abbas ſancti Galli. Item ibi,
& infra dic ſub iſto, & infra, cõtinebatur procu
ratoris concluſio, dicentis, quòd cum prædi-
ctus. H. eſſet priuatus dictis eccleſijs, tàm per
ordinarium, quàm delegatos, & collatæ eſſent
dicto modo principali ſuo, petebat ſibi illas ad-
iudicari, & illarum etiam petebat poſſeſſionem
nomine dicti. O. & ideò ſuper hoc erat fienda
litis conteſtatio, cum vel hic ageretur per viam
accuſationis, ſecũdum Inno. vel ſi agebatur per
viam inquiſitionis, ſecundum quòd vult Hoſti.
erat neceſſaria inſtigatio, quia inquirebatur ad
petitionem dicti. O. de quo dic, vt latè dixi in
c. qualiter. 2. ſ̃. de accuſa. in vndecimo articulo.
q. 80. Item in ver. dictus, ibi, & infra dic, ſub
iſto ſecundo, & infra, continebatur cõcluſio. H.
præsbiteri conuenti, qui dicebat, ꝙ per prædi-
cta per eum deducta abſoluendus erat à peti-
tione dicti. O. Et prædicto. O. ſilentium per-
petuum imponẽdum. Item in tex. ibi, ibidẽ dic
.i. in ipſius delegationis literis. Itẽ in tex. ibi, ſu
per prædictis criminibus, dic. ſ. inceſtu, & adul-
terio, de quibus erat infamatus. Not. primo
2 ibi, inceſtus, quòd ex eodem facto † quandoq;
inſurgunt diuerſa facta delicta, propter diuerſas
qualitates conſiſtentes in perſona illius, in quẽ
delictum eſt. Nam cognoſcens conſanguineã
ſuam alterius vxorem, vel conſanguinei ſui vxo
rem committit inceſtum; ratione conſangui-
nitatis, & affinitatis; Et adulterium, quia cum
nupta; quia vt dicit glo. 27. q. 1. c. virginibus.
3 agens † cum moniali committit triplex delictũ;
Inceſtum, quia conſanguinea; quia quælibet mo
nialis dicitur conſanguinea. Adulterium, quia
cum ſponſa Chriſti. Et ſacrilegium; quia vio-
lat rem ſacram. Tu adde quartum, ſi eſt vir-
go, quia etiam ſtuprum committit. Et vtrum
4 accuſatus † de vna ſpecie delicti, poſſit accuſari,
aut iterum puniri de alia ſpecie, tangunt hic do
cto. Io. And. & .d. Anto. Tu vide quæ latè dixi
in. c. 1. ſ̃. de collu. deteg. & in. c. de his. ſupra de
accuſa. Item etiam tractant hic de exceptioni-
bus competentibus, & actionibus, & ſimilibus
5 remedijs, & vtrum per electionem † alterius, al-
terius electio tollatur. Sed non eſt materia no-
ſtra. vide hic per eos. & de actionibus vide per
legiſtas in. l. 1. C. de fur. & in. l. quod in hærede.
§. eligere. ff. de tribut. Secundo not. ibi, infa-
matus, iuncto fine tex. ibi, apud bonos, & gra-
6 ues, qualis † debeat eſſe infamia, ad hoc, vt indi-
catur purgatio. & hoc tractãt in gl penul. Sed
dic,

dic, vt latius dixi in.c.1.ſ.eod.in tertio artic.
in quarto requiſito. Tertio not.ibi, Conſtan.
Epiſcopo, iuncto ver.dictus verò, ibi, ab electo
7 Conſtantien.quòd†electus in Epiſcopum quã-
doq; appellatur Epiſcopus. Sed poteſt dici ſe-
cundum Hoſtien. quòd Papa alludit hic vulga-
ri theutonicorum, qui electos vocant Epiſco-
pos. Vel dic, quòd iſte, dum eſſet electus,
proceſſit ad purgationem; ſed poſtea cum age-
batur cauſa coram auditore fuerat conſecratus.
Vel dic tertio, quòd Epiſcopus indixerat pur-
gationem, & tandem eo mortuo Epiſcopus ſuc
cedens illi, priuauit ipſum. H. in purgatione
deficientem. Sed ſecunda opi.plus placet. Vtrũ
8 autem appellatione † electi veniat Epiſcopus,
dic vt dixi in.c.meminimus.ſ.de accuſa. Quar-
9 to not.quòd ordinarius poteſt † indicere pur-
gationem canonicam non præcedente aliqua
termini aſſignatione ſtatuti accuſare volẽtibus.
de quo dic, vt dixi in.c.inter. ſupra eod. in vn-
decimo princip.artic.in princip. Quinto not.
10 ibi, occupatas. quòd nihil intereſt rem † ali-
quam inuadere, vel contra iudicis ſententiam,
vel præceptum retinere. Nam & talis dicitur
occupare. Quod not.ad ſtatuta. Vel dic, quòd
iſte Epiſcopus ſententiam mandauerat execu-
tioni; ſed ea non obſtante ipſe.H.dictas eccle-
ſias occupauit. Sexto not. ibi, & quorundam
11 aliorum, quòd† plures admittuntur ad promo-
uendum inquiſitionem.de quo dic, vt latius di-
xi in.c.qualiter.2.ſ.de accuſa. in ſexto princip.
artic.q.11.Et quid de vniuerſitate, dixi ibi.q.12.
Septimo not.ibi, Conſtant. diœceſis. arg.quòd
12 extraneus, ſeu exiſtens alterius diœceſis, non
admittitur ad promouendum inquiſitionem.
Et idem tenet glo.magna. in fi.in.d.c.qualiter.
& vide quod ibi dixi in dicto artic.q.9. Octa-
uo not.ibi, quòd ex crimine adulterij, & ince-
13 ſtus coram ipſis &c. arg. quòd† quanuis de de-
licto vnius ſit actum, nihilominus poteſt ite-
rum de eo committi inquiſitio. Contra quod
opponunt docto. de.c.fi.ſ.de collu. deteg. Et
tres dantur ſolutiones. Prima, quòd ibi actum
fuit de inceſtu, & nunc agebatur de adulterio.
ſed hæc diuinat. Secunda ſolutio eſt, ꝙ ideò
ab eodem iterato cognoſcitur, quia iſte iam fue
rat condemnatus. & ideò condemnatio non
debet ſibi prodeſſe. de quo dic vt dixi in.d.c.de
his.&.c.1.ſ.de colluſio. Tertia ſolutio, & iſta
eſt vera; quia hic primum iudicium non tenuit;
quia factum à non habente iuriſdictionem. &
ideò iterum indicitur purgatio. de quo dic, vt
dixi in.c.præced. in decimoquarto princip. ar-
tic.in tertio caſu principali. Nono not.ibi, pri
14 uauerunt. arg.quòd deficiens † in purgatione,
debet priuari beneficio. de quo tangitur hic in
glo.1. Sed ego latius dicam in.c.ſequen.in.15.
artic. Decimo not.ex tertia parte ibi, cum lite
15 non conteſtata. arg.quòd in iudicio†purgatio-
nis eſt neceſſaria litis conteſtatio. Sed tu dic, ꝙ
iſta erat allegatio partis; & non bona, ſecundũ
glo. Ad quod vide quod latius dixi in.c.inter.
ſupra eod. in vndecimo artic. principa.q.10.

Vndecimo not. ex eiſdem verbis, ſecũdum aliũ
16 intellectum, quòd in proceſſu † inquiſitionis
requirit̃ litis conteſtatio.de quo dic, vt latè dixi
in.d.c.qualiter.in vndecimo artic.q.80. Duo-
decimo not.ibi, tranſcriptum, quòd non ſolũ
17 principalis ſcriptura, ſed etiã tranſcriptum† ex
principali fidẽ facit. Quod intellige, quando
id fuit factum cum debitis ſolemnitatibus. de
quo latè dixi in.c.fi.& in.c.1.ſupra de fi.inſtru.
Decimotertio not. quòd relationi iudicum de-
legatorum tranſmiſſe ad curiam, creditur. Fa-
cit.c.inter dilectos.&.c.ex literis. ſupra de ex-
ceſſ.præla.&.c.veritatis. ſupra de do. & contu.
& qd' not.in.c.cum dilecti.ſupra de accuſa.& in
.c.cum olim.ſupra de offic.deleg. Sed in con-
trarium facit quod not. in.c.quod ſuper. de fi.
inſtrum.& in.l.diuus.ff.de cuſtod.reo. Sol. ſe-
18 cundum Hoſtien. relationi † vnius iudicis non
creditur.vt.c.quoniam.ſupra de probat.ſed re-
lationi plurium creditur. Et hoc approbat cu-
ria de conſuetudine, ſecundum eum, & Io.An.
Vel ſecundum prædictos docto. creditur rela-
tioni vnius.ſ.producentis, inquantum agatur
de præiudicio ipſius producentis, prout hic
erat. Facit quod not.in.c.cum olim. & ibi per
Io.And.&.d.Ant.ſupra de cenſi.& per Bart. in
l.poſt legatum.ff.de his quib.vt indig.& quod
not.in.l.cum precum. C.de lib.cau. Et vide de
materia in.c.ſcriptum.&.c.cum in iure. de elec.
& in.c.2.de fi.inſtrum.&.c.cum à nobis. ſupra
de teſtib. Et de materia relationis, vide quod
latè dixi, & ordinatè in.c.intimaſti.de appella.
Decimoquarto not. ibi, iuris ordine præter-
19 miſſo, quòd proceſſus†inquiſitionis, aut purga
tionis non tenet, ſi fiat prætermiſſo iuris ordi-
ne. Quod intellige, de eo quod in alterutro eſt
neceſſarius. Et de ordine ſeruando in inquiſi-
tione, dixi latè in.d.c.qualiter.maximè in vnde-
cimo, & decimo artic. Et de ordine iudicij pur
gationis, dixi in.c.inter.ſupra eo. in vndecimo
artic. Et dicit hic Io.And. quòd fortè iſti de-
legati omiſerunt facere citationem ipſius pur-
gandi. Vel ſine cauſa non citato purgando, ei-
dem nimis breuẽ terminũ ſtatuerunt. Decimo
quinto not.ibi, quam conceſſionem, ꝙ vbi nõ
20 valet † principale, nec acceſſorium: de quo in
glo.hic, in ver. repugnantia. in fi. Decimoſe-
xto not.ibi, retractamus, in quantum exponi-
tur.i.retractatum denuntiamus; arg. quòd etiã
21 id† quod non tenet, dicitur retractari. Quod
intellige.ſ.prout de facto proceſſit. Facit.c.ac-
cedens.ſ.vt lit.non conteſt. cum ſimilib. vnde
priuatio hic de facto, præſupponit habitum de
facto. Vltimo not.ibi, præſertim, quòd ſi iu-
22 dex † in ſententia ſua addit aliquam cauſam,
non debet illam adiungere pro vnica, & ſola;
ſed vel non debet apponere, vel ſi apponit, de-
bet illam apponere cum dictione præſertim,
vel maximè, aut ſimili. Et vide ad prædicta q̃
latè dixi poſt doct. in.c.ſicut. ſupra de re iudi.
Decimooctauo not.ex verbo dicitur, quòd ſen
23 tentia† continens repugnantiam, ſeu cauſas ad-
inuicem repugnantes cum ipſa ſubſtantia ſen-
tentiæ,



tentiæ, eſt nulla. Et ratio eſt in promptu, quia
repugnantia inuicem ſe elidunt.l.vbi repugnã-
tia.ff.de reg.iur. nam vel cauſa eſt vera, & ſub-
ſtantia ſententiæ confunditur; vel cauſa eſt fal-
ſa, & ſententia eſt nulla. Decimonono not.qñ
24 dicatur crimen†notorium; videlicet, quando
populus vniuerſæ vicinię eſt teſtis. Et ſic patet,
quòd tex.loquitur de notorio facti; quaſi dicat,
à quocunque ſene, vel iuuene reſpondebitur, ꝙ
ita ſit. Et per hoc arguit Hoſt. quòd notoriũ
poteſt probari; licet de viſu nihil dicatur. Exem
plum, pone quòd totus populus Senen. atteſta-
retur nunc notorium eſſe, quòd gentes eccleſię
eſſent in Marchia contra comitem Frãciſcum;
& tamen non vidit hoc. Quod not. ad ea quæ
dicuntur in.c.veſtra.de cohabi.cler. & mulie.
25 Vigeſimo not. quòd crimen† fornicationis, ſeu
inceſtus poſſet eſſe adeò notorium, quòd nul-
lus ſit inficiationi locus. Et ideò abſque alia
indagine poteſt pœna imponi. Et hoc poteſt
inſurgere ex detentione mulieris in domo, &
in lecto; vel quia iam natus eſt infans, ambulans
ſuper terrã, euidens argm̃ paternæ incontinen
tiæ.28.diſtin.c.priuſquam. quod not.ad ea quę
traduntur in.c.veſtra. Vigeſimoprimo not.
ibi, populus Viciniæ erit teſtis.arg.quòd in de-
26 licto † notorio laici poſſunt teſtificari, etiam
contra clericos, quod not. ad ea quæ dicuntur
in.c.de cætero.ſ.de teſtib. Vigeſimoſecundo
27 not.quòd proceſſus habitus† à iudice tanquàm
certo, qui debet haberi à iudice tanquàm du-
bio, non valet, tanquàm contrarius. Purgatio
enim canonica debet indici à iudice, tanquàm
dubio, & in ſubſidium deficiente probatione, vt
dixi in.c.1.ſ.eo.in tertio artic. princip. Vnde
ſi ſententia purgationis fertur ſuper probatione
certa, cum talis probatio non proportionetur,
imò penitus ſit repugnans purgationi, meritò
ſententia eſt nulla. Vigeſimotertio not.quòd
28 purgatio eſt ſubſidiaria in defectum accuſatio-
nis.dixi in.c.1.ſ.eod. Vigeſimoquarto not. ꝙ
29 purgatio† minus legitimè facta, non producit
effectũ, quominus alia purgatio legitima poſſit
indici.de quo dixi in.c.inter.ſ.eod. in vndeci-
mo artic.in tertio caſu. Vltimo not.quòd Pa-
30 pa † delegando cauſam, tacitè videtur adimere
iuriſdictionem ordinario in cauſa delegata. de
quo hic in glo.fin.& per Inno.in.c.vt noſtrum.
de appella.&.c.cum acceſſiſſent. de conſtitut.
Glo.1.poteſt recitari per quæſt. & per contra-
rium. In fi.glo.dic de hoc, vt dicam in.d.c.ſeq.
in decimoquinto artic. Glo.ſuper ver.contu-
macem.quærit, an iſti delegati rectè proceſſe-
rint, condemnando illum tanquàm contuma-
cem. & reſpondet quòd non, & aſſignat ratio-
nem. Glo.ſuper ver.ordine, opponit, & ſoluit.
31 In eadem glo. ibi.l.1.†dic, quòd illa.l.loquitur
de ordine cauſæ ad cauſam. Secus de ordine
cauſæ de ſe ad ſeipſam. Et vide.2.q.1.in ſum.
& in.l.prolatam.C.de ſenten. Glo.ſuper ver.re-
pugnantia.colligit notabile. dic vt in ea. In fi.
glo.dic, ſed contra hoc opponitur, & videtur, ꝙ
non debuerit fieri, non citato eo, cui facta erat

collatio. Sol.dicit Inno.& Io.Andr. quòd hoc
ideò factum fuit, quia O.erat accuſans, & agẽs,
& cui facta erat collatio. Glo. ſuper ver.indi-
cenda.quærit, quare non eſſet indicenda, & ſol-
uit. Et in fi. colligit quædam in materia noto-
32 rij. In fi.dic, & cauere debet † iudex, ne dubiũ
pro notorio recipiat.vt in.c.cõſuluit. de appell.
& hęc eſt ſententia Cicer.in primo officiorum.
33 Glo.penul. colligit qualis infamia † requiratur
ad indicendam purgationem. In fi. glo. dic,
quanuis ego in.d.c.qualiter.in vndecimo artic.
princip.q.15.&.16.remiſerim me hic dicturũ,
34 an purgatio†canonica poſſit indici propter ſcã-
dalum, vel ſuſpicionem, tamen omitto, quia di-
xi de hoc latius in.c.1.ſ.eod. in tertio princip.
artic.in quarto requiſito. Glo.fi.quærit de ra-
tione. In eadem glo.ibi, vnde purgatio. dic vt
dixi.ſ.in vltimo notab. In fi.dictæ glo.dic, in-
tellige tamen materiam illius glo. & tex. quan-
35 do qui† impetrauerunt reſcriptum non adiuiſ-
ſent de communi concordia ordinarium. Se-
cus ſi adiuiſſent, per ea quæ not.in.c.ſolicitudi-
nem.&.c.vt debitus.ſ.de appella.

## Cap. XVI. Accepimus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Prælatus de criminibus infamatus, debet ſe pur-
gare à tempore promotionis. non autem à
tempore natiuitatis. vt num.14. Et quid in
delicto occulto tempore promotionis; nu.31.
& ibidem quid in ſucceſſore promotoris: re-
miſſiuè.*
*Et forma, quam debet præſtare in purgãdo, quæ
ſit; nu.23. Et an à tempore baptiſmi debeat
ab eo exigi iuramentum purgationis. nu.25.
remiſſiuè.*
2 *Citari debet ille, cui purgatio eſt indicenda.*
3 *Præſumitur non ſolum pro ſententia iudicis diffi-
nitiua, ſed etiam pro proceſſu, & ſententia
interlocutoria; etiam ſi nondum lata ſit dif-
finitiua.*
*Præſumendum eſt pro iudice; maximè ob iu-
ramentum ab eo præſtitum. Et præſertim,
quando eſt honeſtus, & religioſus. ibidem.*
4 *Appellãs ab interlocutoria, quare debeat cauſam
grauaminis exprimere.*
5 *Dubia ſunt interpretanda in meliorem, & tutio-
rem partem.*
6 *Homo lapſus releuatur per pœnitentiam. Quod
intellige, vt ibi. et nu.10.*
*Deſpici non debet in homine quod fuit, quando
iam incipit eſſe quod non fuit. ibidem.*
*Pœnitentiam veram pauci agunt. teſte Ambr.
ibidem.*
7 *Præſumptio eſt contra illum, qui loquitur ſub in-
uolucro verborum. declarando, vt ibi.*
*Dubia reſponſio habetur pro non facta. Et ibi
quæ reſponſio non admittatur ad accuſationẽ,
vel inquiſitionem.*
8 *Poſitio duplex implicita, aut captioſa non eſt ad-
mittenda. Quod declara, vt ibi.*

Renun-

*Renuntiatio facta ſub inuolucro verborum, non tenet.ibidem.*

9 *Iudex debet animaduertere,ne pars decipiatur in actis iudicij,ad periculum animæ ſuæ, exemplificando vt ibidem.*

10 *Immunis quò ad forum pœnitentialem quis poteſt eſſe,& non quò ad contentioſum.*

*Pœnitentia licet uerè tollat culpam,quò ad Deũ, quem lædit;non tamen tollit pœnam fori contentioſi, per quam tenetur ſatisfacere reipublicæ,quam lædit delinquendo.ibidem.& ſub num.71.*

11 *Immunem ſe eſſe à delicto,quare quis aſſerere veraciter non poteſt, etiam poſt peractam pœnitentiam). vnde qui iurat ſe eſſe immunem à delictis,temerariè iurat;nu.26.*

*Anima quandiu adhæret corpori,non poteſt eſſe certa de ſalute futura. ſub eo.nu.11.*

12 *Simplicitas eſt actus,ſeu qualitas laudabilis; declarando vt ibi.*

*Simplicitas contraria diſcretioni dicitur fatuitas. ibidem.*

13 *Purgare ſe non volens, vel non potens,punitur vt conuictus. Et de veritate vide nu.34. vbi latiſſimè diſcutitur iſte articulus,vſq; ad nu.59.*

15 *Tempora non ſunt præfixa de iure canonico ad accuſandum aliquem de crimine. Et ibidem in quibus caſibus hoc procedat. Et quid de iure ciuili.vſque ad nu.17.*

16 *Ius ciuile ſeruandum eſt,quando de iure canonico contrarium non reperitur deciſum.*

17 *Purgatio,utrum præſcriptione tollatur:remiſſiuè.*

18 *Incontinentia connumeratur inter grauiora crimina.Et quare;vide ſub nu.28.*

*Incontinentia eſt nomen ſatis latum. tamen propriè ſumitur pro lapſu carnis; ſeu carnali luxuria.ibidem.*

19 *Iuſtitiam vendens non videtur committere ſimoniam. Et quare iuſtitia non debeat vendi. nu.30.remiſſiuè.*

20 *Purgatio eſt tantum indicenda ſuper his criminibus, ſuper quibus quis eſt infamatus.*

21 *Purgatio ſi fit in genere, ſatis eſt.*

22 *Generaliter,an, & quando liceat purgare, inquirere,procedere,agere,excipere, ſeu reſpondere;& quando exigatur id ſpecialiter fieri.*

24 *Etc.dictio, abbreuiatè ſcripta, comprehendit illud quod eſt de natura rei.*

27 *Iuramentum compurgatorum differt à iuramento purgandi;& quare;remiſſiuè.*

28 *Simonia qualiter computetur inter grauiora delicta.*

29 *A fornicatione in ſpirituali cognatione, quare magis abſtinendum ſit,quàm in legali.*

*Romana curia nunquam reperitur diſpenſaſſe in ſpirituali cognatione. ibidem.*

32 *Promouens aliquem, an poſſit poſt promotionem inquirere de delictis commiſſis ante promotionem; remiſſiuè.*

33 *In purgatione quis dicatur deficere.*

*Nolle,& non poſſe,an æquipolleant:Et quot modis quis dicatur nolle,& non poſſe.ibidem.*

34 *Pœna deficientis in purgatione quæ ſit.Et ibi quid ſi in purgatione hæreſis deficiat, & aliorum criminum.Et nu.35. quòd talis puniatur, vt conuictus, & tanquàm probatum ſit crimen, ſecundum communem. Contra quam opponitur pluribus modis,vſque ad nu.59.*

36 *Purgatio indicitur ex veriſimili præſumptione, ſeu infamia.*

*Ex crimine quis non debet damnari per præſumptiones.ibidem.*

*Probationes in cauſa criminali debent eſſe luce clariores.ibidem.Et ſub nu.67.*

*Præſumptio veriſimilis, quando tranſeat in violentam.ibidem.& nu.43.*

37 *Cap.excommunicamus.§.qui autem. de hæretic. intellectus duplex. Et vide nu.41.& nu.48. vſque ad nu.50.& nu.51.*

38 *Pœna naturalis illius,quem pœnitet in hæreſim incidiſſe,quæ ſit.*

39 *Cap.ad abolendam. §.qui verò. de hæreti. intellectus.*

40 *In arbitrio iudicis,an ſit grauiorem pœnam imponere. & nu.52. Et quæ debeat conſiderare iudex in pœnis imponendis ad arbitrium ſuũ. vide nu.57.*

42 *Cap.Accedens.de accuſatio.intellectus:remiſſiuè. Et declara.d.c.vt nu.45. & intellige,vt nu.53. & nu.55.*

44 *Iudex debet multum ponderare, & moderare ſententiam ſuam, quando proceditur per præſumptionem. Quod declara, vt ibi. & ſub num.45.*

46 *Præſumptio hominis,quandoq; fallitur. Præſumptio verò iuris non ita faciliter.*

47 *Cap.ſignificaſti.de adulte.intellectus.& nu.56.*

*Infamia vbi ſilere non poteſt, debet fieri ſuſpẽſio ab officio.ibidem.*

49 *Contra contumacem,quæ remedia prodita ſint.*

51 *Pœna iudicis facit ceſſare pœnam iuris.*

54 *Cap.inſinuatum.de ſimon.declaratio.& nu.58.*

59 *Deficiens in purgatione,an debeat condemnari ad intereſſe partis.*

60 *Iudex,an poſſit cõdemnare ad priuatum intereſſe inquiſitum condemnatum ad publicam vindictam.remiſſiuè.*

61 *Deficiens in purgatione,an dicatur verè, vel fictè conuictus.*

62 *Statuta loquentia de conuictis, intelliguntur de iure conuictis,non fictè.*

63 *Tanquam dictio,denotat ſimilitudinem,& improprietatem.*

*Idem eſt de dictione ſimiliter.ibidem.*

64 *Fictæ confeſſiones,& conuictiones non extenduntur ad alias perſonas, ſicut ſi eſſent veræ.*

65 *Diſpenſare, an poſſit Epiſcopus cum deficiente in purgatione poſt depoſitionem, vel priuationem fortè factam.*

*Infamia durante, non poteſt ſine ſcandalo cum infamato diſpenſari. ibidem.*

66 *Fictio, ſeu præſumptio, etiam violenta, non debet plus operari, quàm veritas.*

67 *Accuſator,qui non probauit,niſi de fama, an excuſetur à pœna talionis, ſi accuſatus defecit in purgatione. Accuſare volens, debet habere probationes luce clariores.ibidem.*

68 *Poteſtas indicendæ purgationis canonicæ,an tollatur præſcriptione, vel alijs modis. Et an tollatur per pœnitentiam. nu.71. Et an per emendationem delicti. Et an per ſuperuenientem accuſationem,aut inquiſitionem. nu.72.*

69 *Præſcriptio,etiam centum annorum,non currit in actione,quæ competit ad pœnitentiam.*

70 *Appellatio poteſt interponi poſt decem dies,quando grauamen eſt ſucceſſiuum.*



ACCEPIMVS. Prælato de crimi-
1 nibus † infamato, cum ſe purgat,
non ſufficit iurare ſe eſſe immu-
nem ab illis criminibus; ſed iurare
debet, quòd poſt promotionem ſuam illa crimina nõ commiſit.h.d. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur iudicum conſultatio ſuper forma, quam purgandus offerebat. In ſecunda ibi,ipſe verò,ipſius purgandi ſupplicatio. In tertia ibi,porrò,ipſius formæ reprobatio. In quarta ibi, ideoq;, cauſæ commiſſio, cum expreſſione debitæ formæ purgationis. Et in tex.ibi,&.ȷ̃.dic, ſub iſto infra,fortè continebatur,qualiter oblata purgatione prędicta,ꝙ eſſet immunis, delegati eum admittere nolebãt ſub tali forma. Sed volebant,ꝙ ſub alia forma iuraret;& fortè illa, quòd à natiuitate talia non commiſiſſet. Vnde delegati conſuluerunt Papam; & etiam Archiepiſcopus conqueſtus eſt Papæ,& Papa mandauit,vt ſequitur. Et in tex. ibi, credatur, dic, aliàs credamus. Et in tex. ibi, potius, dic,ſic conſtrue literam,cum &c.
Not.primo, quòd in purgatione indicenda, ci-
2 tandus† eſt ille,cui purgatio eſt indicenda. dixi
in.c.inter.ſ̃.eod.in vndecimo articulo.q.1. primi membri. Secundo not. quòd non ſolum
3 præſumitur pro ſententia†iudicis diffinitiua,vt
.l.herenius.§.gaia.ff.de euictio. Sed etiam pro proceſſu, & ſententia interlocutoria; etiam ſi nulla adhuc ſit lata diffinitiua; quia non eſt præſumẽdum, quòd iudex velit aliquid agere contra iura,& aliquem contra iuſtitiam grauare, vt tenet Io. And.&.d.Ant.hic. Maximè propter iuſ̃m qd' præſtat,vt ĩ auth.iura.qd' p̃ſta. ab his. Et hoc maximè præſumendum eſt,qñ iudex eſt honeſtus,& religioſus. vt.c.niſi. extra de præb.
4 Et hinc inſurgit,quare appellans†ab interlocu-
toria,debet cauſam grauaminis exprimere. ad quod vide quod dixi in.c.vt debitus. &.c.cum ceſſante.ſ̃.de appella. Tertio not.quòd dubia
5 ſunt † interpretanda in meliorem, & tutiorem
partem. de quo in glo.3. Quarto not. quòd
6 homo†lapſus releuatur per pœnitentiam. Ad
idem.c.1.de ſum.trini. non ergo debet deſpici quod fuit,quia iam incępit quod nõ fuit.50.diſtin.c.ferrum. Quod eſt verum, ſi vera eſt peracta pœnitentia,quam pauci agunt. vnde Ambroſius dicit,plures inueniſſe innocentiam ſeruantes,quàm veram pœnitentiam agentes. de pœnit.diſt.1.c.ſunt qui arbitrantur. & diſt.3.c. reperiuntur. & ſequitur hic Io. And. Quinto not.ibi,fortè præſumimus, quòd præſumptio
7 eſt † contra illum qui loquitur ſub inuolucro
verborum, ne.ſ.velit aliũ decipere, aut ſeipſum decipiat per ignorantiam. Et ideò dubia reſponſio habetur pro non facta. vt.l.de ætate.§. nihil.ff.de interrog.act.&.l.fulcinius.§.illud.ff. qui ex cau.in poſſ.ea. &.l.non intelligitur, &.l. ita fidei.ff.de iur. fiſ. &.l.ſed ſi pupillus.§.proſcribere.ff.de inſtit. Et ideò nõ admittitur hæc reſponſio ad accuſationem, vel inquiſitionem, Reſpondeo me non culpabilem. Et not. Bart. in auth. contra qui propriam.C.de non num. pec. Et Bar.in.l.1.§.accuſationem.ff.ad turp. Pro quorum opin. facit tex. noſter. Similiter
8 etiã nec poſitio†duplex, implicita,aut captioſa
eſt admittenda. vt traditur in.c.1.de confeſſ. lib.6.Niſi in vtroque, vel in omni ipſius ſenſu, aut intellectu concludatur ponentis intentio. de quo per.d.Anto.in.c.vt ſupra.de reſcript. & quod not.in.c.conſtitutus.ſ̃.de reſtit. in integ. Similiter etiam ſub inuolucro verborum facta renuntiatio non tenet. de quo latè vide in.l.ſed & ſi quis. §. quæſitum.ff.ſi quis caut. Sextò
9 not.quòd iudex † diligenter debet animaduer-
tere,ne pars decipiatur in cauilloſè,aut dupliciter aliquid ponendo,ſeu excipiendo,ſeu reſpondendo,vel aliud ſimile agendo in periculum animæ ſuæ,ſm Hoſti.& Io.And. Facit quod not. in.c.oblatæ.ſ̃.de appell. &.c.quoniam.ſ̃.vt lit. non conteſta. & quod not. in.c.1.ſ̃.de ali.iudi. mu. cau. fac. Septimo not. quòd ſtant iſta ſi-
10 mul, quòd quis ſit † immunis quò ad forum
pœnitentialem, & non quò ad contentioſum; nam pœnitentia, quamuis verè tollat culpam quò ad Deum,quem lædit,non tamen tollit pœnam fori contentioſi,per quam tenetur ſatisfacere reipublicæ quam lædit delinquendo. ad quod vide quod dixi in.c.inter.ſ̃.eod. in. 11. artic.in ſecunda,& quarta quæſt. Octauo not.
11 quòd etiã poſt peractam†pœnitentiam nõ põt
quis veraciter aſſerere ſe eſſe immunem ab illo delicto;quia fortè non rectè egit pœnitentiã; quia anima quandiu adhæret corpori, non poteſt eſſe certa de ſalute futura. Nono not. ꝙ
12 ſimplicitas† eſt actus, ſeu qualitas laudabilis.
Quod intellige de ea,quæ eſt contraria duplicitati,& doloſitati. Secus de ea, quæ eſt contraria diſcretioni, quæ vocatur fatuitas. de qua dixi in.c.quidam.ſ̃.de apoſtat. Decimo not. ibi,& ſi voluerit, vel potuerit, iuncto fine qui comprehẽditur ſub dictione, &c.quòd ille qui
13 deficit†in purgatione,punitur vt conuictus, ſi-
ue deficiat,quòd non vult ſe purgare,ſiue quòd non poſſit. de quo infra poſt glo. in decimoquinto artic. Vndecimo not. quòd prælatus
14 infamatus†de delicto, non compellitur ſe pur-
gare à tempore natiuitatis; ſed à tempore promotionis. Circa quod vide quod latius dixi in.d.c.inter,in decimo artic. in ſecundo membro, quęſt.6. Ex quo ſingulariter infert hic
15 .D.m. quòd de iure canonico † tempora non
ſunt præfixa ad accuſandum aliquem de crimine. Et ideò licet in adulterio de iure ciuili ſit ſtatu-

ſtatutum quinquennium. vt.l.miles.§.adulte-
rij.ff.de adult. Et in alijs criminibus ſint ſtatuti
viginti anni, vt.l.querelam.C.de fal. tamen de
iure canonico ad iſta tempora non habetur hic
reſpectus;quia poteſt eſſe, ꝙ quis fuit promo-
tus iam per tres, vel quatuor annos, & tamen
cogitur ſe purgare vſque ad illud tempus. Sed
dicit hic.D.m.quòd hoc procedit in purgatio-
ne,& inquiſitione.Secus ſi per viam directæ ac
cuſationis; quo caſu vult, ꝙ etiam de iure ca-
nonico quis non audiatur; quia cum hoc ſit cla
16 rum de iure ciuili, & de iure canonico† contra-
rium non reperiatur, ſeruandum eſt ius ciuile,
ſecundum ea quæ latius dixi in.c.1.ſ.de oper.
no.nun. Et pro hac ſententia facit.c.cum ve-
nerabilis.ſ.de excep.vbi exceptio falſi non po-
teſt opponi,niſi vſque ad viginti annos.Ego ar-
bitror,ꝙ hoc vltimum dictum.D.m.ſit verum.
Ad cuius tamen limitationem vide quod ſin-
gulariter tradit Spec.in tit.de ſenten.§.quoniã.
ver.& nota. Sed non inſiſto, quia non eſt ma-
teria noſtra. Sed non placet illud, ꝙ ipſe dicit
de inquiſitione; quanuis glo. in.l.querelam.C.
de fal. videatur prædictam opinionem ſentire,
in quantum vult, ꝙ de crimine falſi,etiam poſt
viginti annos poteſt cognoſci per viam inqui-
ſitionis. Sed Ang.in repetit.l.ſi vacantia.C.de
bon.vacan.lib.10. col.antepen. reprobat illam
glo. et ego etiam reprobaui in.c.qualiter.2.ſ.
de accuſat. in ſeptimo artic.princip. q. 8. quaſi
circa medium. Quid autem de purgatione,
17 vtrum† præſcriptione tollatur, & quæ ſit ratio
quare non tollitur,dicam.ĩ.poſt glo.in decimo
ſexto princip.artic. Duodecimo not. quòd in
18 continentia† connumeratur inter crimina gra-
uiora. Et ſumitur hic incontinentia pro lapſu
carnis,ſeu carnali luxuria. Quanuis ſit nomen
ſatis latum,vt dixi de libidine in.c.3.ſupra eod.
Et adde quod dicam in glo. in ver.ſimoniam.
19 Decimotertio not. ꝙ vendens iuſtitiam non vi-
detur committere ſimoniam;nam hic ſimonia,
& iuſtitia ponuntur vt diuerſa. Et ad hoc vide
quod tradit hic glo.in ver. venditionem. De-
20 cimoquarto not. ꝙ ſuper † his criminibus eſt
tantum indicenda purgatio, ſuper quibus quis
eſt infamatus. Circa quod vide quod dixi in.c.
inter.ſupra eod.in ſecundo princip.caſu.q.4.
Decimoquinto not. ꝙ ſatis eſt, quòd quis ſe
21 † purget in genere, ꝙ non commiſit talia deli-
cta,quanuis non exprimat de certa perſona. Et
hinc ſumpta occaſione Io. And.& doct.hic tra-
22 ctant,an,& quando liceat generaliter† purgare,
inquirere,procedere,agere,excipere,ſeu reſpon
dere; vel exigatur id ſpecialiter fieri; ſed non
pertinet ad tit.noſtrum. De purgatione,dixi in
d.10.artic.q.2.&.4. Et de inquiſitione,vide q̃
latè dixi, recitando quæ ponit Io. An.in.c.qua-
liter.2.in decimo artic.q.5. De actione, & libel
lo,dic vt dixi in.c.2.ſ.de libel.obla. De exce-
ptione autem,dic vt traditur per Io.Andr.in.c.
vt circa.de elect.lib.6.&.c.pia.de except. lib.6.
& quod dixi in cle.conſtitutionem. de electio.
& per legiſt.in.l.titiæ textores. ff. de legat. 1.

23 Decimoſexto not.formam † quam debet præ-
ſtare prælatus in ſe purgando; debet enim fie-
ri purgatio per verba clara,& facti. Facit quod
in ſimili dicimus de reſponſione ad poſitionem
quæ debet intelligi, prout ſonat in facto, non
in iuris fictione.vt not.Io.And.in.c.cũ Ioãnes.
ſ.de fi.inſtr. Vltimo no.ex fi.ibi,alioquin &c.
24 quod dictio &c.† ſcripta abbreuiatè,cõprehẽdit
illud,ꝙ eſt de natura rei, ſeu contractus de quo
agitur. vt per Bart. & Bal.in.l.gallus.§.quidam
rectè.ff.de lib.& poſt. Ad quod vide quod la-
tius dixi in.c.ſignificante.ſupra de reſcript. Et
ideò ad fin.tex. ſuppletur comprehenſiuè,alio-
quin &c. hoc eſt, ſi non voluerit, vel potuerit
hanc purgationem præſtare,contra ipſum pro-
cedatur, ac ſi conuictus eſſet. Facit.c.inter.&
.c.cum.P.ſupra eo. Glo.2.opponit, quòd de-
25 buerit † exigi iuramentum à tempore baptiſ-
mi,& ſoluit. In eadem glo. ibi, ſed hodie, dic
de hoc,vt dixi in.c.inter.ſupra eo. in vndecimo
artic.in ſecundo membro.q.6. Glo.3.colligit
argumentum,& declarat literam, dic vt in ea.
Glo.4.in princ.eſt literalis,deinde in ver.ſæpe.
26 quærit de ratione, quare † iuramentum, quòd
eſt immunis, eſt temerarium. deinde opponit
de.c.conſtitutus.& dat duas ſolutiones. In fi.
glo.dic melius,ꝙ.c.conſtitutus. loquitur de iu
27 ramẽto præſtito† à compurgatoribus. Sed tex.
noſter loquitur de iuramento præſtando à pur
gando.Et de ratione differentiæ, dic vt dixi in
d.c.inter.in vndecimo artic.in ſecundo mẽbro.
q.5. Glo.ſuper ver.grauiora.aliàs ſuper ver.ſi-
moniam,poteſt expediri per quæſtionem,qua-
28 liter ſimonia† computetur inter grauiora. In
fi.glo.dic,aduerte,quia cum tex.hic faciat men
tionem de criminibus tribus,tanquam grauio-
ribus;glo.hic nõ probat,niſi de ſimonia. Vnde
opponi poteſt contra tex.in eo,quod inconti-
nentiam computat inter grauiora,quia videtur
dicendum,quòd non ſit computanda inter gra-
uiora, per tex. in.c.at ſi clerici.§.de adulterijs.
ſupra de iudi. Sed dicit ibi, & hic.D.m. quòd
computatur inter grauiora ratione frequenta-
tionis. Et vide quod dixi ſupra de adulter. in
rubrica.Et maximè dicitur graue in Epiſcopo,
qui mœchatur cum ſua diœceſana. Et in recto-
re,qui mœchatur cum parochiana ſua; quia cũ
filia ſpirituali dicit̃ mœchari. 30.quæſt.1.in.c.
noſce.&.c.penult.& fin. Etenim magis abſti-
29 nendum eſt à fornicatione† in ſpirituali cogna-
tione,quàm in legali;quia cum procedat ſpiri-
tualis ex nobiliori parte, eſt magis veneratione
digna.30.quæſt.3.c.1. &.c.pyctacium. Vnde
hic dicit. D.m. quòd licet curia Romana ſæpe-
numero diſpenſet in cognatione legali, tamen
nunquam reperitur diſpenſaſſe in cognatione
ſpirituali. Glo. ſuper ver. venditionem iuſti-
30 tiæ.probat,quòd iuſtitia† non debet vendi, &
aſſignat rationes. Glo.ſuper ver.minimè.for-
tificat tex.& de ea dic, vt dixi ſupra in notabi-
libus. Glo. penultima quærit, quare quis
non debeat ſe purgare de præteritis crimini-
bus commiſſis ante purgationem, & ſoluit.

In



In eadem glo.ibi,approbauerunt, dic, hæc ra-
tio glo.non eſt vniuerſalis; quia non procedit
31 in delicto† occulto tempore promotionis, de
quo poſt promotionem orta eſt infamia. Et
præterea non vendicat ſibi locum in ſucceſſore
promotoris, qui non fuit in aliqua culpa. Et
ideò dic,vt dixi in.d.c.inter.ſupra eod. in vnde-
cimo princip.artic.ſecundo membro. 6.quęſt.
Et hinc ſumpta occaſione.D.m. hic tractat, an
32 ille † qui aliquem promouit, poſſit poſt pro-
motionem inquirere de delictis cõmiſſis ante
promotionem;ſed non eſt materia tit.noſtri.
Ideò dic de ea, vt latius dixi in.c.qualiter.2.ſ.
de accuſa. in ſeptimo princip. artic. q.penult.
Poſtremo,quia ſupra in rub. dixi me hic exami
naturum. 15.& 16.articulos. Ideò pro expe-
ditione deſcendo ad ipſum decimumquintum
articulum. Decimoquinto igitur quæro,quis
reſultet effectus, aut quæ ſit pœna imponenda
in purgatione deficienti.Circa quem articulum
examinabo infraſcriptas quæſtiones. Prima
erit,quis dicatur deficere in purgatione. Se-
cunda,de pœna deficientis in purgatione. Ter
tia,an deficiens in purgatione, debeat condem
nari ad intereſſe partis. Quarta,an deficiens in
purgatione, dicatur verè, vel fictè conuictus.
Quinta, an poſſit diſpenſari cum deficiente in
purgatione. Sexta, an ex eo quòd quis deficit
in purgatione,releuetur accuſator pœna talio-
nis. Primo igitur quæro, quis dicatur defice-
33 re† in purgatione. Sol.dicit hic Io.And.in ver.
potuerit. quòd quis dicitur deficere,ſiue nolit,
ſiue non poſſit ſe purgare; quia hęc duo æqui-
pollent;ſiue ex voluntate, ſiue ex impotentia
hoc accidit. allegat not.de cohab.cle. & mulie.
c.tua.&.c.inter.&.c.cum.P.ſupra eod. Et ſub-
dit,quòd eodem modo punitur, qui non vult,
ſicut qui non poteſt ſe purgare. Quod non eſt
ſimpliciter verum. ſed cum ea diſtinctione, de
qua dicam in ſequen.quæſt. Nam poteſt quis
nolle, vel quia non vult recipere purgationem,
vel quia negligit recipere,vel quia eſt contumax
in recipiendo, vel quia poſtquàm recepit, non
vult iurare, aut non vult compurgatores pro-
ducere. Item poteſt non poſſe, vel ex contin-
gentia caſus contingentis, quia compurgato-
res ſunt abſentes, vel quia eſt aduena,ſeu pere-
grinus,vel quid ſimile, vel quia compurgato-
res producti non deponunt pro eo; per quos
omnes modos dicitur quis deficere in purga-
tione; & tamen non reſultat idem effectus, vt
patebit ex ijs quæ dicam in ſequen. quæſtione.
34 Secundo quæro, quæ ſit pœna † deficientis in
purgatione. Sol.hanc quæſtionem aliqualiter
tetigi in.c.accedens.ſupra de accuſat.eamq; ibi
latè tractat.D.m. quanuis multum imperfectè.
Et ibi etiam tanquam exiſtens in titulo, & ma-
teria extranea à purgatione canonica,non pon
deraui difficultatem iſtius quæſtionis, quæ iu-
dicio meo eſt difficillima; ex eo,quòd tex. in
hoc articulo variè loquuntur,& glo.ſimiliter,&
docto. Tex.enim in.c.cum.P.ſupra eod vult,
quòd deficiens in purgatione,priuetur officio,

& beneficio. Et tex.in.c.inter.in fi.ſupra eod.
vult, quòd in crimine hæreſis deficiens in pur-
gatione, tanquàm conuictus deponatur ab of-
ficio,& beneficio. & in monaſterium detruda-
tur ad agendum pœnitentiam. Contra quem
tex. fortiter obſtat tex. in.c.excommunica-
mus.1.§.qui autem inuenti. ſupra de hæreti.
vbi tex.vult,quòd deficiens in purgatione hæ-
reſis anathematis gladio feriatur, & ab omni-
bus euitetur.Et ſi per annum ſteterit in excom-
municatione,puniatur vt hæreticus. Et ſic ꝓ-
bat ille tex. quòd non punitur ſtatim vt conui-
ctus, vt videtur ſentire tex.in.c.ad abolendam.
ſupra de hæreti.in.§.qui verò. vbi tex. vult,
quòd deficiens in purgatione hæreſis, ſimili
ſententiæ ſubiaceat, ſicut abiurans. Præterea
tex. in.c.inſinuatum. ſupra de ſimo. vult, quòd
deficiens in purgatione ſimoniæ, perpetuò de-
bet priuari beneficijs, ſicut conuictus. & idem
vult tex. in.c.de hoc. eod. titu. dum dicit, tan-
quam actores tanti ſceleris puniendi ſunt. Sed
tex.in.c.ſignificaſti. ſupra de adult. vult, quòd
propter crimen adulterij commiſſum in eccle-
ſia, non deponatur ab officio, vel beneficio,
ſed tantum ſuſpẽdatur. Item tex.in.c.2.ſupra
eod. ſolum dicit,talem ſuſpendendum. Et ad
idem.2.quæſtio.5.c.præsbiter.2. ergo non de-
bet deponi, aut priuari, ſeu ſuſpendi. Præte-
rea tex in.d.c.accedens. ſupra de accuſa. loqui-
tur de crimine homicidij, propter quod con-
uictus,etiam per viam inquiſitionis,debet per-
petuò deponi ab officio, & beneficio. vt in.c.
inquiſitionis.in princ.ſupra de accuſa.& tamen
in.c.accedens. deficienti in purgatione homi-
cidij ſolum ſuper beneficio imponitur perpe-
tuum ſilentium. Et ſic patet ex prædictis,quòd
tex. variè loquuntur. Nam volunt quidam,
quòd debeat perpetuò deponi. Quidam
quòd debeat ſolum ſuſpendi. Et alij aliter,
vt ſupra dictum eſt. Propter quorum textuum
varietatem, glo. etiam, & docto. in hac ma-
teria variè loquuntur. Sed gloſatum, iſta vi-
detur eſſe communis* ſententia, quòd defi- Cõm.op
35 ciens in purgatione, † puniatur vt conuictus;
& tanquam probatum ſit crimen. hoc tenet
glo. in.c.cum.P.ſupra eod. & glo. fina. in fi.
in.c.cum.P. ſupra de accuſat. & glo. in.c.inſi-
nuatum.ſupra de ſimon. & idem ſentit in.c.de
hoc. in eod. titu. & ſentit glo.2.quæſtio.1. in
primis. & glo. 1. in.c.præceden. Et hanc opi-
nionem tenet Hoſtien.in.c.tua.ſupra de cohab.
cler.& mulie.& etiam Pet.ibi. Sed contra hãc
communem opinionem opponitur multiplici-
36 ter. Et primo,quòd purgatio† indicitur ex ve-
riſimili pręſumptione, ſeu infamia, vt dixi in
.c.1.ſupra eod.in tertio princip. artic. in quar-
to requiſito. Sed ex crimine quis non debet
damnari per pręſumptiones.c.literas. ſupra de
pręſumptio. &.6.quęſt.vlti. c.accuſator. quo-
niam in cauſa criminali probationes debẽt eſſe
luce clariores.vt.l.fina.C.de proba. Sed poteſt
reſponderi ad hoc argũ, ſecundum ꝙ ſentit
glo.1.in fi.in.c.pręced.& clarius glo. in.d.c.in-

BB ſinua-

ſinuatum. quòd dicta præſumptio veriſimilis
ex qua indicitur purgatio propter defectum
purgationis,tranſit in violentam præſumptio-
nem; & ideò meritò deficiens,damnatur vt cõ-
uictus.per.c.afferte.ſ.de præſumpt. Facit qd
not.in.l.indicia.C.de rei vend. Et ita etiam ſol
uunt.d.Ant.&.D.m. Facit quod in ſimili not.
glo.in.c.cum contumacia.de hæreti. lib.6. vbi
præſumptio orta contra ſuſpectum de hæreſi,
tranſit in violẽtam, ſi ſtat in excommunicatio-
ne per annum. Facit etiam.c.quicunque. &.c.
rurſus.11.q.3. Secundo contra prædictã opi.
opponitur de.c.excommunicamus.in.§.qui au
tem.ſ.de hæreti. vbi deficiens in purgatione
hæreſis, excommunicatur. ergo non punitur
vt conuictus; quia ſi puniretur vt conuictus,
deponeretur ab officio,& beneficio, & trade-
retur curiæ ſæculari; vt ibi,& in.c.ad abolendã.
eod.tit. Sol.dicendum eſt ſecundum aliquos,
37 ꝙ ille tex.†loquitur in eo,qui eſt contumax in
purgatione ſuſcipienda. Secus ſi deficeret in
ea præſtanda;quia tunc puniretur vt conuictus.
Et hæc ſolutio videtur ſatis bona. Alij verò di-
cunt, ꝙ ille tex. loquitur in eo cui fuit indicta
purgatio propter ſolam ſuſpicionem. & ideò
mitius eſt agendum cum eo. Secus ſi fuiſſet in-
dicta purgatio,propter infamiam; quia tunc pu
niretur vt conuictus. Sed contra hanc ſolutio-
nem fortiter obſtat.c.inter.ſ.eo. vbi ęquipara-
tur deficiens in purgatione, cui eſt indicta pur-
gatio,vel ex infamia, vel graui ſcandalo, vel ex
vehementi ſuſpicione; & tamen ibi dicitur, ꝙ
deponitur ab officio,& beneficio. Tertio prin
cipaliter cõtra prædictam communem ſenten-
tiam,& primam ſolutionem datam ad p̃cedens
contrarium, ꝙ quando deficit quis in purga-
tione indicta propter infamiam, debeat puniri
vt conuictus, fortiter obſtat tex.in.d.c.inter.
Nam ibi, ſiue indicatur purgatio ex infamia,
ſiue ex vehementi ſuſpicione, deficiens non pu
nitur vt conuictus. Nam ibi dicitur,quòd de-
ficiens debet deponi ab officio,& beneficio, &
detrudi in arctum monaſterium. Sed ſi puni-
retur vt verè conuictus, talis depoſitus ab offi-
cio,& beneficio traderetur curiæ ſęculari, vt ſu
pra dixi. ergo cum non tradatur curiæ ſæculari,
non punitur vt verè conuictus. Sed glo.fin.in
d.c.inter. conatur reſpondere, ꝙ ideò ibi non
traditur curiæ ſęculari, quia punitur ex præſum
ptione;quia non fuit verè cõuictus, quòd eſſet
hæreticus. ſed ꝙ habebat familiaritatem cum
hæreticis, & aliæ præſumptiones erant contra
eum. Et ideò in tam graui crimine non debet
puniri vt conuictus ex coniecturis,& præſum-
ptionibus.per.c.literas.ſ.de pręſump.Et iſtam
opin.ſequitur Io. And.in.c.cum.P.ſ.eod. Sed
Hoſti.& Abb.in.d.c.inter.volunt, ꝙ ideò defi-
ciens in purgatione hæreſis, non traditur cu-
rię ſęculari, ſed depoſitus in monaſterium de-
38 truditur;quia iſta†eſt naturalis pœna illius, quẽ
pœnitet in hęreſim incidiſſe. Pro qua opi.alle
go, quia ſi verè conuictus, & confeſſus pœni-
tens,& abiurans hęreſim,non debet tradi ſęcu-
lari curię, ſed depoſitus in arctum detrudi mo-
naſterium, fortius ille qui non eſt verè conui-
ctus,ſed pręſumptiuè,& negat ſe hæreſim com
miſiſſe,non debet tradi curiæ ſęculari. Io.And.
ibi diſtinguit,ꝙ aut quis eſt infamatus, ꝙ fami-
liaritatem habuit cum hęreticis, ſeu ad occulta
conuenticula diuertit, ſeu quia diſſidet à com-
muni vita,& moribus;& tunc deficiens in pur-
gatione punitur vt verè conuictus.vt.d.c.excõ-
municamus.§.adijcimus. & ſeq. Et ideò in.c.
inter.deponitur ab officio, & beneficio, & de-
truditur in monaſterium;quia illa eſt pœna hæ-
retici redeuntis. Aut quis non eſt infamatus de
pręd ictis, ſed eſt ſola pręſumptione notatus,
aut ꝓpter ſimilem cauſam probabilem, & hoc
caſu,ſi talis nõ purgauerit ſe ad arbitrium Ep̃i,
non condemnatur ſtatim vt conuictus; ſed ſolũ
excommunicatur. Et ſi in excommunicatione
per annum perſeuerat, damnatur vt hęreticus,
quanuis in veritate non ſit hęreticus.& ita pro-
cedit.c.excommunicamus. §. qui autem. ſm
Io.And. Sed in cõtrarium fortiter obſtat.d.c.
ad abolendam.§.qui verò. vbi patet, ꝙ ex qua-
libet præſumptione,in crimine hęreſi deficiens
in purgatione, debet puniri vt abiurans; licet
non tradatur curiæ ſęculari. Sed dicit Hoſti.
39 ibi,ꝙ illud,ꝙ ſentit ille tex.debet † intelligi, &
temperari,ſeu limitari, ſecundum tex. in.c.ex-
communicamus.Sed idem.d. Ant.in.d.c.inter.
in fi. dicit, quòd ex proceſſu inquiſitionis non
proceditur ad pœnam ſęcularem, & naturalem
delicti;ſed ad pœnam eccleſiæ accidentalem.&
ideò in.d.c.inter.ab officio, & beneficio depo-
ſitus,detruditur in carcerem. Quarto oppo-
nitur contra prædictam opin.ꝙ non debeat pu
niri vt conuictus, per tex. in.c.ſignificaſti.ſ.de
adult.vbi pro delicto illo tàm graui, quale fuit
adulterium commiſſum in eccleſia, ſuſpẽditur
deficiens in purgatione ab officio. Sol.dicit ibi.
Hoſt.ꝙ iudex potuiſſet illum durius puniuiſſe,
ſed mitigauit pœnam. Et ſic vr̃ ſentire,ꝙ hoc
pendeat ab arbitrio ſuo; quaſi velit, ꝙ in arbi-
40 trio†iudicis ſit, qñq; grauiorem pœnam impo
nere. Pro qua opi. facit quod.ĩ.dicam in opin.
Zab. Et hoc etiam videt̃ ſequi Io.And.in.d.c.
ſignificaſti. dicens,ꝙ ideò ibi hoc eſt,quia non
fuit actum ad aliquam pœnam; quia ſi fuiſſet a-
ctum,illa debuiſſet imponi. & ſequitur.d.Ant.
Quinto opponitur contra prædictam opin. de
.c.pręsbiter.2. 2. q.5. vbi deficiens in purga-
tione,ſolum ſuſpenditur,& non deponitur. Et
ad idem facit.c.2.ſupra eod. Sol. dicunt Hoſt.
Io.Andr.&.d.Anto. in.d.c.cum.P. ſupra eod.
quòd aut purgatione incępta, purgandus de-
ficit in ea, quòd compurgatores non depo-
nunt pro eo, & tunc debet iſte puniri vt con-
uictus; & ita procedat communis opi. glo. &
.c.cum.P.ſ.eod. &.c.inſinuatum. &.c.de hoc.
ſupra de ſimon. & alia iura, per quæ fundatur
communis ſententia gloſarum. Et idem ſi
recepit terminum peremptorium ad ſe pur-
gandum. Nam ſi infra terminum non com-
pareat, & ſe non purget, habetur pro con-

uicto



uicto,ſecundum Inno. in.d.c.cum.P. ſupra eo.
Pro quo allegat.D.m.3.q.9.c.decernimus. Aut
quis negligit ſe purgare, aut purgationem reci-
pere,& non habetur pro conuicto. & ſic non
deponitur ab officio,& beneficio, ſed tantum
ſuſpenditur;& quandoq; ab officio tantum, &
quandoq; ab vtroque,vt dictis iuribus contra-
rijs.& in.c.inter. ſupra eod. Et idem ſecundum
Innocen.in.c.cum.P.ſ.eod.ſi offert ſuum iura-
mentum de præſenti, quia non poteſt habere
compurgatores; quia ſunt abſentes; ſperat ta-
men illos habere de proximo. Et hoc caſu ra-
tione infamiæ poteſt ſuſpendi,donec ſe purga-
uerit. Et ita etiam poſſunt intelligi contraria
41 prædicta,ſecundum Inno. Non obſtat.c.†ex-
communicamus. §. qui autem. vbi ille qui ſe
non purgat ſtatuto termino excommunicatur;
& ſic non punitur, vt conuictus, aut nolens re-
cipere purgationem, ita quòd ſuſpẽdatur. Sed
dicit.d. Ant.poſt Io. And.in.d.c.cum.P.ſ.eod.
quòd in.d.c.excommunicamus. negligens ſta-
tuto termino ſe purgare,excõmunicatur; quia
ſpeciale eſt in illo crimine, ne quis de tanto cri-
mine damnetur ex tali præſumptione. vt.d.c.
literas.de præſump.& ſupra tetigi. Sed poteſt
melius ſolui,vt ſupra dixi. & ſentit.D.m.quòd
in.c.excommunicamus. in pœnam cõtumacis
non recipientis purgationem, ille excommuni-
catur;quia iudex etiam contra talem contuma-
cem poteſt tale remedium exercere.Et videtur
eſſe remedium magis conſentaneum hæreſi; ad
hoc, vt ſi in excõmunicatione per annum per-
ſeueret,puniatur pœna de qua ibi. Sed per hoc
non tollitur,quominus poſſit contra ipſum cõ-
tumacem alia remedia exercere, vt ſuſpenſio-
nis &c. ſecundum ꝙ infra ſubijciam. Sexto,&
vltimo oppo.de.c.accedens.ſupra de accuſ. vbi
deficiẽti in purgatione homicidij, ſolum impo
nitur perpetuum ſilẽtium quò ad beneficium;
& tamen debuiſſet deponi ab officio, & bene-
ficio,ſi puniretur,vt verè conuictus.vt.c.inqui-
ſitionis.in princ.ſ.de accuſa. Sol. dic de intel-
42 lectu.c.†accedens.vt ibi dixi. & vt infra ſubij-
ciam.in ſequen. opin. quò ad ea quę in hoc ar-
ticulo neceſſaria ſunt. Alia fuit opin.Goffr.in
ſum.eod.tit.§.reſtat. qui voluit inſpiciendum
eſſe modum agendi præcedentem ipſam pur-
gationem canonicam, per.c.accedens.ſ.de ac-
cuſa.& ibi etiam hoc tenet Pet. Abb. qui dicit
alibi non ita bene probari. & tenet Archidiac.
2.quæſt.1.in primis. Ex quo infert, quòd ſi
præceſſit accuſatio, imponetur pœna ordinaria
delicti,ſi inquiſitio,pœna ordinaria quæ ſeque-
retur, probato crimine in modum inquiſitio-
nis. Sed contra prædictam opin. oppo. Zaba.
in.d.c.accedens. volens, quòd quanuis præce-
dat accuſatio, tamen deficiens in purgatione,
puniatur vt conuictus per viam inquiſitionis;
quia licet accuſatio præceſſerit,tamen purgatio
indicitur officio iudicis, propter remanentem
infamiam. ergo debet puniri vt conuictus per
viam inquiſitionis,allegat not.in.c.inter. ſupra
eod. Secundo mouetur, quia ideò deficiens
in purgatione,punitur vt conuictus, quia pro-
43 babilis præſumptio, † quæ inſurrexit contra
eum ratione infamiæ propter defectum purga-
tionis tranſit in violentam præſumptionem, vt
ſupra dixi. Vnde cum hoc caſu procedatur per
44 præſumptionem, debet iudex † multum pon-
derare,& moderare ſententiam ſuam; vt nota-
biliter dicit Inno.in.c quia veriſimile. & in.c.
afferte.de præſumptio.quaſi velit dicere, quòd
potius iſte debet puniri tãquam conuictus per
viam inquiſitionis, quàm per viam accuſatio-
nis, in qua inquiſitione exceptis duobus caſi-
bus iudex debet moderare ſententiam ſuam.vt
in.c.inquiſitionis.in princ.ſupra de accuſ. Sed
prædicta opin. Zaba. reprobatur per. D.m. in
d.c.accedens. Mouetur, quia crimen homici-
dij,de quo ibi obijciebatur, probatum per viã
inquiſitionis operatur, vt eadem pœna impo-
natur delicto, quæ venit imponenda per viam
accuſationis. Et ideò conuictus debet depo-
ni ab omni beneficio, & officio. nec eſt locus
moderationi.vt.d.c.inquiſitionis. & tamen in
caſu.d.c.accedens. deficiens in purgatione ho-
micidij,non deponitur ab officio. Imò ſolum
ſuper beneficio imponitur ſilentium.Ergo non
punitur, vt conuictus per viam accuſationis,
vel inquiſitionis. Sed tu aduerte, quia ego ar-
bitror,ꝙ intentio Zaba. fuit, quòd licet actum
ſit per viam accuſationis, nihilominus deficiẽs
in purgatione punitur, ac ſi conuictus eſſet per
viam inquiſitionis; vt puta, ſi actum ſit de cri-
45 mine per viam exceptionis. Et ideò† in.c.ac-
cedens. deficienti in purgatione, ſolum impo-
nitur perpetuum ſilentium ſuper beneficio,
quia ſolum ad illam intentionem fuit exce-
ptum de crimine homicidij. Alia fuit opinio
D.m.diſtinguentis in.d.accedens. quòd aut nul
lus modus agendi præceſſit indictionem pur-
gationis. Sed iudex infamato purgationem
indixit. Et hoc caſu deficiens in ea, non pu-
nitur vt conuictus, vel per viam accuſationis,
vel inquiſitionis, ſed extraordinariè. Et ideò
ſuſpenditur tantum ab officio,vt eſt tex.in.d.c.
ſignificaſti. ſupra de adulter. Aut præceſſit
aliquis modus agendi, & tunc tenet opin.
Goffre. Pet. & Archidiaco. de quo ſupra dixi.
quam etiam ſenſerunt Innocen. & Io.Andr. in
.c. præceden. Nec obſtat quod dictum fuit
ſupra ſecundum Zaba. quòd iudex debet tem-
perare ſententiam ſuam,quando proceditur ex
præſumptione;quia illud procedit in præſum-
46 ptione†hominis,quæ quandoq; fallitur. Nos
verò loquimur in præſumptione iuris,quę non
ita faciliter fallitur. Sed idem.D.m.in.c.præ-
ceden. aliter diſtinguit, dicens, quòd aut iu-
dex indicit purgationem ad effectum indi-
cendi pœnitentiam, vel vt ſileat infamia; &
tunc procedit d. c. ſignificaſti. Nam vbi in-
47 famia ſilere non poteſt, debet fieri ſuſpen-
ſio ab officio. Aut iudex procedit contra
infamatum, vt priuet eum beneficijs ſuis,
ſi ſe non purgauerit; & hoc caſu procedit
.c. præcedens. & poteſt procedere opin. Io.

 And.

Andr. & Innocen. ibi poſita. Vel diſtin-
guendum eſt aliter ſecundum.D.m. ibi, quòd
aut crimen eſt graue, & tunc iudex ex arbi-
trio ſuo imponet pœnam priuationis. aut cri-
men non eſt graue; & tūc fiat ſuſpenſio.d.c.ſi-
gnificaſti. Sed aduerte, quia ſi rectè ponderan
tur iura ſupra dicta, quælibet prædictarum di-
ſtinctionum.D.m.poteſt impugnari. Sed no-
lo aliter inſiſtere, quia ſatis ex præcedentibus
& ex infra dicendis colligi poterit. Et ex præ-
dictis patet, quòd articulus noſter remanet
multum dubitabilis. Vnde ego in hac diffi-
cultate ita diſtinguendum arbitror. Quòd aut
aliquo iudicio præcedente, ſeu modo agendi
fuit indicta purgatio, aut nullo. Circa primum
membrum ſubdiſtinguo, quòd aut iudex ſta-
tuit terminum ad recipiendum purgationem
ſolum, aut ad purgationem præſtandam.
Primo caſu, aut iudex appoſuit certam pęnam,
puta excommunicationis, vel ſuſpenſionis, ſi il-
le fuerit contumax in recipiendo purgatio-
nem; & tunc contumax impoſita pœna punie-
48 tur; ita poteſt intelligi.c.†excommunicamus.
§.qui autem. ſupra de hæret. vbi tex. loqui-
tur de excommunicatione. &.c.2.ſupra eo. vbi
49 ratione†contumaciæ imponitur pœna. Et ſicut
pœnam excommunicationis, & ſuſpenſionis
poteſt apponere, ita & aliam ſimilem pœnam,
ſeu mulctam imponere, & alia etiam remedia
exercere, quæ prodita ſunt contra contuma-
cem; vt banni, pignorum, & mulctæ, de quibus
in.l. præſes. C. de ſuſpec. tuto. & ne debita ei
ſoluantur, denegatio iuris, & audientiæ, clauſura
domus, miſſio in carcerem, domus deſtructio,
& ſic de ſimilibus. Arbitror tamen, quòd
hoc ſit ſpeciale in excōmunicatione, vt qui ꝓ-
pter contumaciam fuit excommunicatus, & in
ea ſtetit per annum, quòd habeatur pro conui-
cto de illo crimine. Et ita procedit dictum.c.
excommunicamus. Et not. ne erres, ꝓut qui-
dam errauerunt, volentes, quòd poſt annum ha
beatur pro conuicto de hæreſi; quia hoc non
eſt verum; ſed imò ſolum habetur pro conuicto
de illo crimine, pro quo fuit excommunicatus.
& ideò in.c.excommunicamus. habetur pro
conuicto de crimine hæreſis; quia de tali crimi-
ne agebatur. Sed ſi de alio crimine fuiſſet a-
ctum, vt ſimoniæ, vel alio, & contumax fuiſſet
in recipiendo purgationem, & propter hoc ex-
communicatus, & ſtetiſſet in excōmunicatione
per annum, puniretur vt conuictus de illo cri-
mine. vt probatur. 11.q.3.in.c.rurſus.&.c.quę-
cunque. & tenet.D.m. poſt glo. in.d.c.excom-
municamus. & ibi dixi. & idem tenuit in.c.1.
ſupra de iudi.& in.c.veritatis.ſupra de do. Aut
iudex nullam certam pœnam appoſuit, & tunc
contumacem in recipienda purgatione poterit
multare, & pœna arbitraria punire. per not.in
.l.1.ff.ſi quis ius dicen.non obtem. Et aduer-
te circa prædicta, quia licet olim eſſet magna du
bitatio de eo, qui fuit citatus ad recipiendū pur
gationem; & quia non cōparuit, fuit excōmuni-
50 catus, vtrum habeat locum†d..c.excōmunica-
mus. §.qui autem.vt habeatur ꝓ conuicto. cir-
ca quod vide quæ latè tradunt ibi Hoſti. & Io.
And.& ſequunt.D.m.& doc. Hodie tū talis du
bitatio non ꝓcedit, per.c.cum contumacia. de
hæret.lib.6. Et aduerte diligenter, quia ratio
quam ponit ibi glo.2. concludit, non ſolum in
crimine hæreſis, ſed in quocunq; alio crimine.
Aut iudex ſtatuit terminū ad purgationem præ
ſtādā, Et ſubdiſtīgue, ꝙ aut forma purgationis
non fuit expreſſa per iudicem, vel pars illam
non recepit, aut forma fuit expreſſa, & pars re-
cepit. Primo caſu, idem per omnia dicendum
arbitror, quod ſupra dixi de contumace in re-
cipiendo purgationem. Secundo caſu, qū rece
pit purgationem, & eam nō præſtat, adhuc ſub-
diſtinguerē, quòd aut iſte deficit in purgatione,
non ex eo, ꝙ tanta ſit infamia, aut populi credu
litas, quòd non reperiat compurgatores; ſed ex
eo, quia eſt aduena, vel pauper, vel propter aliā
ſimilem iuſtam cauſam illos non poteſt habe-
re, & hoc caſu non punitur vt conuictus; Maxi-
mè ſi offert purgationem per proprium iura-
mentum, vel talem, qualem poteſt pręſtare. Et
fortè dicit expectandos abſentes, per quos po-
terit ſe purgare. & ita procedat dictum Inno.&
Hoſt.in.c.cum.P.ſupra de accuſa. &.D.m.in.c.
inter.ſ̃.eod. in fi.quæſtio. Facit.l.furti.§.qui
iuſſu.ff.de infa.&.l.pręſenti.§.ſanè.C.de ijs qui
ad eccl.confu. & reg.impoſſibil.ff.de reg.iur.
Facit etiam quod dixi ſ̃.eo. in.c.quoties. in.8.
artic. princip. de qualitate compurgatorum.
Aut deficit, quia compurgatores non poteſt ha
bere ratione infamiæ, & credulitatis exiſtentis
in populo, qui credit illū de tali delicto culpa-
bilem. Et fortè poteſt ſubdiſtingui, quòd aut
certa pœna fuit per iudicem ſtatuta, ſi talis ſe
non purgaret, & illa locum habeat; quia pœna
51 iudicis†facit ceſſare pęnam iuris. Et ita poſſet
intelligi.c.excommunicamus.§.qui autem. in-
telligēdo, ꝙ ibi pœna excommunicationis fue-
rit adiecta recipienti purgationem, ſi ſe nō pur-
gaſſet. Fortè tamen hoc non procederet ſine du
bitatione, quādo præceſſiſſet accuſatio. Niſi di-
ceres, quòd cum iudex arbitretur circa ipſam
purgationis indictionem, ſecundum ea quæ di-
xi ſupra in.c.4.in ſexto artic. & in.c.quoties. in
7.artic.& in.c.inter. in vndecimo artic. & ma-
ximè in.12.quæſt.primi membri. Ita poſſit iu-
dex arbitrari circa pęnam imponendā, deficien
52 ti eam moderando propter varias†circunſtan-
tias. & ita poteſt ſaluari iudicio meo opin.Za-
bar. Facit quod not. in.l.quid ergo. §. pœna
grauior.ff.de infam. & in.l.hodie. ff. de pœn.
Si verò pars recipit purgationem, & pro-
pter infamiam deficit, vel quia non reperit
purgatores propter dictam cauſam, vel pro-
ducti non deponunt pro eo, & iudex nullam
ſtatuit pœnam, tunc hoc caſu dico proce-
dere opinio. Goffre. Pet. Archidiaco. quam
etiam, vt ſupra dixi, ſenſerunt Innocen. &
Io. Andr. videlicet, quòd attendatur modus
agendi præcedens; vnde ſi actum fuit per
viam accuſationis, imponeretur naturalis pœ-
na de-



na delicti iſti qui habetur pro conuicto, ex
eo, quia deficit in purgatione. Nec obſtat
53 .c.†accedens. quia vt ibi dixi, nulla ibi præceſ-
ſerat accuſatio de crimine homicidij, & de in-
tellectu illius.c.dic vt ibi latius dixi. Et ideò ſi
præceſſiſſet accuſatio hæreſis, dico quòd impo
nenda eſſet pœna deficienti in purgatione de
qua in.c.inter.ſupra eod. quia vt ibi etiam dixi,
illa eſt naturalis pœna hæretici redeuntis. Vnde
ſurgit dubium notabile, quid ſi poſt illam pœ-
nam rurſus infamaretur, quòd reciduaſſet, &
ob hanc cauſam indiceretur purgatio, & defi-
ceret. Et fortè hoc caſu, ſi prius probatum
fuiſſet verè delictum, & ipſi redeunti fuiſſet im-
poſita pœna redeuntis, hoc caſu deficiens,
fortè puniendus eſſet naturali pœna delicti. &
ſic videretur tradendus curiæ ſæculari. vt.c.ad
abolendam.ſupra de hæreti. Vel fortè in tam
graui crimine, & tam graui pœna non eſſet im-
ponenda pœna, vt verè conuicto per ea quæ
dicit glo. fina.in.d.c.inter.ſupra eod. Sed ma-
ximè hoc dicendum arbitror, quando pœna
prima fuiſſet impoſita ipſi non verè conuicto.
Sed ex eo, quia in purgatione deficit. Si verò
præceſſit iudicium inquiſitionis, tunc pœna
erit arbitraria. argum.d.c.inquiſitionis. quia ſi
verè conuicto imponitur pœna arbitraria, for-
tius fictè conuicto. Sed hic inſurgit mihi bo-
na dubitatio, vtrum pro crimine homicidij,
aut ſimoniæ, poſſit imponi pœna arbitraria.
Circa quod ex opinionibus ſupra relatis, maxi-
mè Zaba. &.D.m. videtur dicendum quòd nō.
Sed in contrarium fortiter ob.c.inſinuatum.
ſupra de ſimo. vbi non deponitur ab ordi-
ne, ſed duntaxat à beneficio, is qui deficit in
purgatione ſimoniæ. Facit, quia ex quo iſte
non eſt verè conuictus, non debet habere lo-
cum.c.inquiſitionis. in his caſibus, poſtquàm
loquimur de fictè conuicto. Si quis tamen vel-
let tenere contrariam ſentētiam, poſſet reſpon-
54 dere, quòd.c.inſinuatum. † loquitur ſolum in
ſimonia commiſſa in beneficijs. & ideò non
imponitur pœna depoſitionis ab officio, poſt-
quàm in eo non deliquit. Cogitabitis, quia
nunc venit in mentem, & eſſet quæſtio dubita-
bilis & noua. Si verò præceſſit aliud iudicium,
puta ciuilis accuſationis ex crimine, & tunc de-
ficiens puniendus eſſet, vt conuictus in illo iu-
dicio, ad effectum, ad quem agebatur. Et ita
55 poteſt intelligi.c.accedens.†in ver. deinde. ſuꝑ
de accuſa. Pro quo vide quod ibi dixi. Si ve-
rò per viam exceptionis fuit propoſitum cri-
men, & indicta purgatio, deficiens in ea, ſolum
excludetur ab effectu propoſitæ exceptionis.
Et iſto modo procedet.c.accedens.in ver.ſi ve-
rò.ſupra de accuſat. Et ideò ſi ad finem reci-
piendorum ordinum ratione infamiæ crimi-
nis, fuit impoſita purgatio, deficiens in ea, non
admittetur ad ordines. vt in.c.accedens. ſupra
eod.tit. à contrario. Et ſimiliter, ſi ad petitio-
nem poſſeſſoris beneficij indicta eſſet purga-
tio, deficiens in ea excluderetur à beneficio,
& ſibi ſilentium imponetur ſuper beneficio.
Et iſto modo etiam poteſt intelligi.c.accedēs.
ſupra de accuſ.in dicto ver. ſi verò. Et per hoc
eſt expeditum primum membrum, quando ali-
quis modus agendi præceſſit. Circa ſecun-
dum membrum principale, quando nullus mo
dus agendi præceſſit, diſtingue, quòd aut iudex
ſtatuit terminum ſolum ad recipiendam purga-
tionem, & dic, vt dixi ſupra in membro præce-
denti. an ſit adiecta pœna, vel non. Aut fuit
indicta purgatio, & ſimiliter diſtingue, an non
ſit forma expreſſa, vel pars illā non receperit. &
etiam dic vt dixi in præcedenti membro. Aut
pars purgationem recepit; & ſubdiſtingue,
quòd aut non deficit in recipiendo compurga-
tores propter infamiam, vel maximam creduli-
tatē in populo, ſed quia aduena, vel pauper &c.
& dic vt dixi in præcedenti membro. Aut de-
ficit ſolum ratione infamiæ, propter quam non
reperit compurgatores, & hoc caſu dicerem,
quòd regulariter debeat punire ipſum, vt con-
uictum, & vt illius ſceleris authorem, vt.d.c.de
hoc. ſupra de ſimon. & in.c.cum.P.& in.c.in-
ter. ſupra eod. niſi alia cauſa induceret ad mo-
derandum pœnam. Vnde ſi iudex hanc pœnam
ab ipſo principio poteſt alterare aliam pœnam
imponendo, ſi ſe non purgauerit, & etiam po-
ſtea deficienti in purgatione poterit imponere
56 minorem pœnam. & ita procedet.c.†ſignifi-
caſti.ſupra de adult. Facit.c.tua.de cohab. cle.
& mulie. Extraordinariè ergo arbitraria pœ-
57 na poterit ipſum punire; In quo arbitrio†conſi
derare debebit delicti infamiā, & ſcandali gra-
uitatem, & qualitatem, & quantitatem, & an
omnes compurgatores, vel ſolum aliqui defi-
cerēt, & an multitudo ſit infamatorum, vel pau
citas, ratione cuius multitudinis mitigatur pœ-
58 na. Et ita poteſt intelligi†.c.inſinuatum. ſupra
de ſimon.intelligendo, quòd ibi multitudo erat
infamata de ſimonia ordinis, & beneficij. Sed
plus placet intellectus, quem ſupra dedi ad il-
lum tex. Placet tamen, quòd multitudo ope-
retur mitigationem. vt not.glo.in.c.dilectus.2.
ſupra de ſimon. Et vide alia iura, quæ allegaui
in.c.latores. ſupra de cler. excom miniſtran.
Et pro dicta vltima ſententia de pœna arbitra-
ria, facit quod dixi ſupra de iudi.c.inquiſitio-
nis. & quod dixi de numero compurgatorum.
c.4. ſupra eod. & de qualitate ipſorum in.c.
quoties. ſupra eod. & de arbitrio iudicis in.c.
inter. ſupra eod. in vndecimo articulo. in primo
membro. quæſt.12. Et pro hoc habes nota-
biliter expeditam hanc ſecundam quæſtionem
de pœna deficientis in purgatione. Tertio
59 principaliter quæro, vtrum†deficiens in purga-
tione debeat condemnari ad intereſſe partis.
Sol. docto. ſimpliciter dicunt quòd non. Ego
verò arbitror diſtinguendum, quòd aut purga-
tio fuit indicta præcedente accuſatione, vel
inquiſitione. & hoc caſu videtur condemnan-
dus ad intereſſe partis, per ea quæ dicta ſunt in
præcedenti quæſtione, coniunctis ijs quæ not.
per Io. And.in.c.cum oporteat.ſupra de accuſa.
Facit etiam quod not. in authen. vt nulli iudi.

§. & hoc peruenit. coll.9. & ijs quæ latius di-
xi in. c. qualiter. 2. ſupra de accuſat. in deci-
moquarto princip.articulo. quæſt.17. vbi tra-
60 ctaui, an iudex † inquiſitum condemnatum ad
publicam vindictam, poſſit condemnare ad pri-
uatum intereſſe, & ibi vide. In contrarium tñ
poſſet opponi, quod dicam in ſequenti quæſt.
quia iſte non videtur verè conuictus. Sed dici
poſſet, quòd illud procedit, quantum ad ter-
tium, qui in iudicio nō interueniſſet. Sed quan
tum ad illum qui interuenit in iudicio accuſan
do, vel inquiſitionem promouendo, ſatis vide-
tur eſſe, quòd iſte præſumptione iuris conui-
ctus intelligat̃. Aut fuit indicta purgatio nullo
pręcedente iudicio, & tunc magis eſt dubium.
Arbitror tamen, quòd vera ſit opin.doct.quòd
non poſſit condemnari ad intereſſe partis; ex
eo, quia ad hoc non eſt actum; ſed indicitur pur
gatio, vel ad tollendum ſcandalū, vel impedien-
dum promotionem, vel quid ſimile. Et præ-
dicta concluſio probatur in.c.fi. de iureiuran.
Quarto principaliter quæro, vtrum deficiens
61 † in purgatione, dicatur verè, vel fictè conui-
ctus. Glo.fina.in.c.inter.s̃.eod. dicit, quòd ta
lis non dicitur directè.i.verè condemnatus, ſed
præſumptiuè. Et idem tenet glo.1.in.c.at ſi
clerici.ſupra de iudi.quæ vult, quòd talis inter-
pretatiuè, & non verè dicatur conuictus. Et ſe-
quitur ibi. D. m. quod dicit ſingulariter no-
62 tandum ad ſtatuta † facientia mentionem de
conuictis, quòd non extendentur ad hunc ca-
ſum fictum, per.l.3.§.hæc verba.ff.de nego.ge.
& quod not.in.c.in noſtra.j̃.de iniur. Et hanc
opinionem tenet etiam.D.m.in.c.inſinuatum.
s̃.de ſimo.& mihi placet. Pro qua facit tex. in
.c.de hoc.s̃.de ſimon.vbi dicit tex. quòd puni-
63 tur tanquam actor; quę dictio † tanquam, eſt no
ta ſimilitudinis, & improprietatis. vt in.c.nu-
per. ſupra de biga. & in.c.1. de ſum. trinita.
lib.6. tradit Bart.in.l.omnes populi.ff.de iuſti.
Cōm.op. & iur. Item quia glo.communiter* dicunt, ꝙ
punitur vt conuictus; quæ dictio, ſimiliter de-
notat ſimilitudinem, & improprietatem, vt no-
tat glo.in ver.prout.in.c.quanuis.de offic. ord.
lib.6. & per Barto. in extrauagan.ad reprimen
dam. in ver. prout. dixi poſt.D.m.in.c.prout.
ſupra de do.& contum. Et ex prædictis infer-
64 tur ſingulariter, quòd tales † fictę confeſſiones
ſeu conuictiones, non extenduntur ad alias
perſonas, ſicut ſi eſſent verę. Ad quod vide
quod traditur per Barto. in.l.eius qui delato-
rem.ff.de iur.fiſ.& per Bart. & Ioan.de Imo.in
.l.filius.ff.de verbo.obliga.& per.D.m.in.c.pla
cet. ſupra de iura.calum. & quod latius dixi in
.c.1. ſupra de confeſſ. vbi omnino vide aliqua
notabil. & vide omnino q̃ dixi in.c.qualiter.2.
ſupra de accuſa.in decimoſeptimo princi.artic.
quæſt.12. Quinto quæro, vtrum cum iſto de-
65 ficiente † in purgatione poſt depoſitionem, vel
priuationem fortè factam, poſſit Epiſcopus di-
ſpenſare, & ipſum reſtituere. Et intellige in ca-
ſibus, in quibus non eſt prohibita diſpenſatio
Ep̃o. ad quod vide qd' latè tradit.D.m. in.c.at
ſi clerici.§.de adulterijs.de iudi. & ibi aliquid
dixi. Sol.Hoſti. in.d.c.inſinuatum.s̃.de ſimo.
tenet quòd non. & loquitur in ſimonia; quia
cum infamia duret, non poteſt ſine ſcandalo ſe-
cum diſpēſari.2.q.5.c.præsbiter. Quod nō pla
cet.D.m.in.d.c.inſinuatū. Mouetur, quia fi-
66 ctio, † ſeu præſumptio, etiam violenta, non de-
bet plus operari, quàm veritas. vt not.in.l.3.ff.
pro ſoc. Sed ſi aliquis fuiſſet verè conuictus, pu
ta, in ſimonia, vel ſimili caſu, poſſet ſecum diſpē
ſari, vt traditur in.c.poſt trāslationem.s̃.de re-
nuntia. & ibi per Io. Cald. ergo fortius in hoc
caſu. Et vide ad p̄dicta quod not. in.c.placet.
de elect. Sexto, & vltimo quęro, pone, quidam
67 accuſauit, † & non probauit, niſi de fama, vnde
accuſato indicta eſt purgatio, qui deficit in pur-
gatione, vtrum accuſator excuſetur à pœna ta-
lionis. Sol.Spec.in titu.de abolit.§.1.ver.ſed
pone titius. remittit ad quæſt. venereal. Bar-
thol. Brixien.83. vbi ſoluit ꝙ ſic. & ſequitur
Spec.& Io.And. ibi in additione dicit, ꝙ idem
tenuit Tancre.per.c.qui non probauit.2.q.3.
Et quia an̄quàm accuſaret, debebat habere p̄-
bationes luce clariores.C.de proba.l.ſciant. ca-
nonizata.2.q.8. Dama. etiam in tit.de purga-
tione canonica.q.2.ſequitur dictam ſentētiam.
Sed tu aduerte, quia videtur mihi, quòd hæc
quæſtio non poſſit procedere; nam ſi iſte pro-
bauit infamiam, vel probauit vehementem ſu-
ſpicionem, excuſatur à calumnia.vt not.Barto.
in.l.1.C.ſi ſer.vel lib.ad decur.aſpira. lib.10. &
D.m.in.c.cum contingat. de reſcript. in glo.1.
Vbi etiam dicit, quòd excuſatur à calūnia, etiā
ſi probat per dictum vnius teſtis non abiecti,
ſed alicuius conditionis. ad quod vide quod la-
tè dixi in.c.1.ſupra de collu.dereg. Ergo ſi hoc
eſt, prædicta quęſtio non procedit. Et ex his
Deo duce eſt expeditus decimusquintus artic.
Circa decimumſextum, & vltimum articulum,
68 in quo venit examinādum, vtrum poteſtas † in-
dicendæ purgationis canonicæ, tollatur præſcri
ptione, vel alijs modis. D. m. hic concludit,
quòd non tollitur præſcriptione. vt ſupra dixi
in vndecimo notab. Et probatur hic, nam cum
prælatus cogatur ſe purgare à tempore promo
tionis, & tempus promotionis potuerit eſſe,
iam ſunt anni 50. vel plures, & nunc cogatur
ſe purgare. ergo &c. Mouetur etiam per not.
per glo.33.quæſtio.2.in.c.admonere. vbi glo.
69 vult, quòd in actione quæ † competit ad pœ-
nitentiam, non currit præſcriptio, etiam cen-
tum annorum. Ego arbitror, quòd dictum
ſit verum. Sed vltima allegatio non conclu-
dit, quia purgatio non indicitur ad pœniten-
tiam principaliter, ſed ad pœnam, in quantum
quis in ea deficit. vt dixi in præcedenti articu-
lo quæſtio.2. Vnde ego arbitror veram ra-
tionem eſſe, quia poſito, quòd iam quinqua-
ginta, aut centum annis eſſet iſte promotus,
tamen ex quo infamia nunc eſt, & fortè fuit,
& nunc viget, & populus ſcandalum pati-
tur; meritò ratione infamiæ grauaminis ſuc-
ceſſiui, poteſt indici purgatio. Sicut in ſimi-
li di-



li dicimus de appellatione, quæ poteſt inter-
70 poni † poſt decem dies, quando grauamen eſt
ſucceſſiuum. vt notaui poſt.D. Anto. & Ioan.
de Imo. in.c. cum ceſſante. ſupra de appella-
tio. facit quod tradit Specul. in titu. de ap-
pellat. §. reſtat. Sed quæro circa prædicta,
71 vtrum per pœnitentiam † tollatur poteſtas
indicendæ purgationis. Sol. tex.eſt hic, quòd
non. nam licet quis diceretur immunis per pœ
nitentiam, tū propter hoc non excuſatur, quo
minus debeat ſe purgare. Nec ſufficit ꝙ iuret
ſe immunem. vt hic in tex. Facit etiam, quia
alius eſt effectus pœnitentię, per quem ſatisfit
Deo in eo ꝙ eſt læſus. Et alius pœnę fori cō-
tentioſi, per quam ſatisfit reipublicę læſę. vt
dixi in.c. inter.s̃.eod. in vndecimo principa-
li articulo, in ſecundo membro.q.5. Poſtre-
72 mo tollitur purgatio per emendationem † de
delicto. c.2. argu. à contrario.s̃.eod. & ꝙ di-
xi in.d.c.inter.in vndecimo articulo, in primo
membro. Item tollitur per ſuperuenientem
accuſationem, aut inquiſitionem, vt colligitur
ex ijs quæ dixi in.c.1.ſupra eod. in tertio prin-
cipali articulo, in ſecundo requiſito, & in.d.c.
inter. in vndecimo articulo.q.1.&.2.&.4. Et
ex ijs Deo duce iſte titulus cū ampla dote ibit
ad nuptias.

## De Purgatione Vulgari, Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio canonica eſt illa, quam canon inuenit.*
*Purgatio vulgaris eſt illa, quam vulgus introduxit. ibidem.*
2 *Purgatio vulgaris quid ſit.*
3 *Purgatio vulgaris per quos modos indicebatur. remiſſiuè.*
*Quo iure fuit inuenta, ibidem remiſſiuè.*
*Quare ſit prohibita, ibidem, remiſſiuè.*
*An aliquo caſu ſit licita, ibidem, remiſſiuè.*
*Vtrum ſententia ex tali purgatione valeat retractari. ibidem, remiſſiuè.*
*Pœna exercentium talem pugationem vulgarē, quæ ſit. ibidem, remiſſiuè.*

CONTINVATVR ad
pręcedentem; quia
quædam eſt purga-
1 tio † canonica quā
canon adinuenit, de
qua dictum eſt ſu-
pra tit. proximo.
Et quædā eſt vulga-
ris, quam vulgus in-
duxit. Ideò ſubijcitur hæc Rubrica. Et cir-
ca hanc materiam breuiſſimè procedam per
infraſcriptos articulos. Primus erit, quid
2 ſit † purgatio vulgaris. Circa quem dic, quòd
eſt quam vulgus inuenit, vel ſequitur, canonicè
reprobata purgatio. Ego verò ſic deſcriberē,
quòd eſt actus illegitimus, cooperante Dia-
bolo adinuentus, per vulgi opinionem ad os
tendendum, quis duorum, aut plurium conten-
dentium iuſtitiam foueat; vel ad ſuſpicionem
alicuius infamati, de aliquo crimine tollendam,
vel ad ſugillādū. Et quare ſic deſcripſerim, ſatis
clarè apparebit ex infra dicendis in articulis ſe-
3 quentibus. Secundus erit, per quos † modos
indiceretur purgatio vulgaris. Tertius, quo iu-
re fuerit inuenta. Quartus, quare ſit prohibi-
ta. Quintus, vtrum aliquo caſu ſit licita. Et
de ijs quatuor dicetur in.c.1.j̃. eo. Sextus,
vtrum, ſententia ex tali purgatione valeat re-
tractari, de quo dicam in.c.2.j̃.eo. Septimus,
& vltimus, quæ ſit pœna exercentiū talem pur-
gationē vulgarem, de quo dicam in.c. fi.j̃.eo.

## Capitulum .I. Cura.

*SVMMARIVM.*

1 *Duella, & aliæ purgationes vulgares ſunt prohibitæ. Et de ratione ibidem.*
*Cap. iſtius duplex intellectus. ibidem.*
2 *Duellum eſt ſpecies purgationis vulgaris. Quod intellige, vt num. 6.*
3 *Ratio eadem quæ regulat vnum caſum, debet etiam omnes caſus ſimiles regulare.*
4 *Purgatio vulgaris per quos modos indiceretur. vſq; ad nu. 8.*
5 *Duellum quid ſit. remiſſiuè. Et ibi in quo differāt duellum, pugna, & monomachia. remiſſiuè.*
7 *Modus omnis nugatorius, ſeu ſuperſtitioſus dicitur, qui non habet certam cauſam naturalem, vel humanam, aut diuinam, ad indiciū eius, de quo queritur. Et eſt probibitus, & ad ſocietatem demonum pertinet.*
8 *Purgatio vulgaris quo iure introducta fuerit.*
9 *Purgatio vulgaris p̄pter quas cauſas ſit p̄hibita.*
10 *Deum tentare non debet homo, quandiu habet quid faciat.*
11 *Purgatio vulgaris an aliquo caſu ſit licita.*

1 CVRA. Duella, † & aliæ purga-
tiones vulgares prohibitæ ſunt;
quia per eos multoties condem-
natur abſoluendus, & Deus ten-
tari videtur.h.d. totus iſte titulus. Commu-
nis diuiſio. Secunda ibi, tuę. Et pro intellectu
dic, quòd iſte tex. poteſt dupliciter intelligi,
Primo, an in platea, prædio, vel poſſeſſione ec-
cleſię duella debeant fieri, vel ſuſtineri vt fiant,
ex quo ibi fieri conſueuerunt, fortè illam
ob cauſam; quia talia loca, eccleſia habet am-
pliora, & aptiora. Ad quod reſpondetur, ꝙ
non ſolum in eo caſu, de quo fortè conſultus
fuit Papa, ſed nec etiam in alijs. Secundo mo
do poteſt intelligi, ꝙ cum eſſet, quæſtio in-
ter eccleſiam, & priuatum de prædio, poſſeſſio-
ne, vel platea, dubitabatur, vtrum ad dirimen-
dam quæſtionem deberent dari pugilles, &
duellum committi. Et reſpondetur quòd non.
Nota primo ex tex. iuncta Rub. ꝙ duellum eſt
2 ſpecies † purgationis vulgaris. Quod intellige,
vt dicā poſt glo.in ſecundo principali articulo.
Vltimo

3 Vltimo, not. quòd eadem ratio, † quæ regulat
vnum caſum, debet omnes caſus ſimiles regu-
lare. ad idem iura ſunt infinita. Glo. format
duas .qq. Et contra primam ſolutiõem oppo-
nit, ſoluit, & probat per duo ſimilia. In eadem
ibi, Dauid dicit, vt habetur hiſtoria primo Re-
gum. cap. 17. In eadem ibi, genus, dic vt ha-
habetur actuum Apoſtolorũ cap. 5. S. de Ana-
nia, & Saphira. In fi. gl. dic, quid velit iſta lex,
dic, vt dixi in .c. 2. ſupra de tornea. Contra fin.
glo. oppo. de .l. qua actione. §. ſi quis in col-
luctatione .ff. ad .l. aquil. Sed dic, vt dixi in .d.c.
.2. & aliquid dicam in quinto principali articu-
lo. Poſtremo poſt glo. quæro hic de ſecundo
principali artic. videlicet per quos modos in-
4 diceretur † purgatio vulgaris. Sol. tex. hic vult,
5 ꝙ per duellũ. Et quid ſit † duellum, vide quod
dixi in rubrica .s̃. de cleri. pug. in duello. Et
de materia in .c. fin. eod. tit. Item fiebat per
pugnam, & monomachiam .2. q. 5. monoma
chiam. Et quid hæc differant inter ſe dixi. s̃. in
rub. de cle. pug. Et prædicta intellige, quan-
6 do fiebant † ad ſedandam, ſeu dirimendam li-
tem, ſeu controuerſiam, vt per eam cognoſce-
retur quis iuſtitiã foueret. Secus ſi virtutis, aut
fortitudinis oſtendendæ gratia, vel ob aliam ſi-
milem cauſam duellum, pugna, aut monoma-
chia committeretur. Nam tunc non dicere-
tur purgatio vulgaris. Sed an, & quando lici-
tũ eſt id agere, dixi in .d.c. 2. Itẽ fiebat purga-
tio vulgaris, quandoq; cũ aqua frigida. Quod
intelligo, vel ꝙ aliquis tẽpore hiemali in aqua
frigidiſſima cõgelata immergeret; Vel cũ aqua
frigida cũ aliqua mixtura veneni frigidi, quæ
demũ daretur ad bibendũ facit .2. q. 5. c. con-
ſuluiſti. §. hoc aũt. ibi, in libro nanq; numeri.
qui ver. eſt palea. Fit etiam cum ferro cãdenti,
ſeu ignito; quod quis in manu accipit, & ſi
in ea durat, oſtenditur innocẽtia ſua. Item cũ
caſeo benedicto; pro cuius declaratione quæſi-
ui, & non inueni, niſi quòd poſſum imaginari,
quòd erat illa purgatio quam fecerunt Brunus,
& Buffalmacus Calãdrino. Et generaliter dic,
7 quòd omnis quicunq; modus † nugatorius, ſeu
ſuperſticioſus eſſe dicitur, qui non habet certã
cauſam, vel naturalem, vel humanam, vel diui-
nam ad indiciũ eius de quo quæritur, & prohi-
bitus eſt; & ad ſocietatem demonum pertinet.
ad quod vide, ꝙ not. dixi in .c. fin. s̃. de ſortile.
& in tractatu ſortium libello ſeptimo. Et aliã
notabilem purgationem zelotipię, vide in dicto
ver. in libro nanq; numeri. Circa tertium ar-
8 ticulum, quo iure † fuerit introducta purgatio
vulgaris, dic breuiter, quòd nullo iure; ſed per
vulgi conſuetudinem, ſeu opinionem inſtigan-
te Diabolo, qui talibus rebus quandoq; præ-
ſtat effectũ, vt homines erroribus implicet. 2.
.q. 5. in .c. mennam. & .c. conſuluiſti .26. q. 2.
in .c. illud. in fin. Circa quartum articulum,
9 ꝑpter quas † cauſas purgatio vulgaris ſit prohi
bita, breuiter dic, ꝙ glo. hic aſſignat tres ratio-
nes. Prima, quia à Diabolo inuenta. vt ſtatim
dictum fuit. Secunda, quia per eam Deus ten
tari videtur; Nam ferrum ignitum, & aqua fer
uens, ſeu venena, & cætera generis eiuſdem,
debet naturaliter lædere. Et in duello fortior,
& ingenioſior ſuperare. Cum igitur per vulga
rem purgationem quæramus, ꝙ talia non læ-
dant, aut debilior in duello ſuperet, quærimus
id, quod eſt ſupernaturale, & miraculoſum. &
ideò videmur per hoc tentare Deum. vt .c. ſi.
infra eod. ꝙ fieri non debet. vt habetur in Euan
gelio Lucæ .4. cap. & Mathe. 4. Nam quan-
10 diu homo † habet quid faciat, non debet Deũ
tẽtare .22. q. 2. c. quæritur cur Patriarcha .23.
.q. vlti. c. ſi nulla. & 2. q. 5. monomachiam.
Et vide, ꝙ latius dixi in .c. fi. s̃. de ſortile. Ter-
tia ratio eſt, quia per eã is qui nulla eſt in culpa,
ſæpe punitur. vt in .c. ſeq. ꝙ eſt ſatis peruerſum.
vt .c. 2. s̃. de conſti. & .56. diſt. c. ſatis peruer-
ſum. Circa quartum articulum, quæro vtrum
11 aliquo † caſu ſit licita. glo. hic tenet, ꝙ non.
Et ſequũtur Doc. Quòd fortè limitari poſſet,
quando per eam quæreremus indicium, aut
probationẽ, & contra voluntatem alicuius id
fieret; quia talia neq; à natura, neq; ab arte ha
bent cauſam indicij eius, de quo quęritur. vt di-
xi in .d. c. fin. Sed ſi partes voluntariè conue-
nirent, ꝙ ille qui obtineret in colluctatione,
aut ſimili exercitio conceſſo virtutis oſtenden-
dæ gratia, ſecundum quod dixi in .c. 2. ſupra
de tornea. arbitror, quòd per eam viam hoc li-
ceret; Nam ſicut talibus licitum eſt præmium
conſtituere, vnde athletis bene certantibus
corona decernitur. vt .l. 1. C. de ath. Et ſic par
tes poſſunt inter ſe conuenire, vt altera ab alte-
ra certum quid recipiat, ſi in colluctatione, cur
ſu, aut ſimili exercitio ſuperauerit, vt .l. in exe-
cutionem. in fin. & ibi glo. ff. de verb. ob.
Ita & partes ad inuicem poſſunt conuenire, ꝙ
res de qua quæſtio eſt, cedat ſuperanti.

## Capitulum .II. Significantibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Accuſare, an quis poſit plures de eodem crimine in eodem libello. remiſſiuè. Et nu. 2. an plures poſſint vnum accuſare. remiſſiuè.*
3 *Iudex, an poſſit inquirere ad inſtantiam plurium, vel vniuerſitatis.*
4 *Cogi quandoq; dicitur quis ad illud, ad quod non tenetur de iuris diſpoſitione.*
*Coactio facti quæ ſit. ibidem.*
5 *Pctm̃ vetus quãdoq; inducit pœnitentiam nouã.*
*Supplicij grauitate verà vindicta pẽſatur. ibid.*
6 *Duellum poteſt committi inter plures ex vna parte, & vnum ex alia. Quod tamen eſt contra proprium ipſius duelli ſignificatum. Quare intellige, vt ibidem.*
7 *Peccatum impedit hominem, et ipſius proceſſum, & eundem deprimit; citiusq́, ad mortẽ temporalem inducit.*
8 *In Duellis, quæ fiunt ad probandũ innocẽtiam, nõ ſemper obtinet qui iuſtitiam fouet.*
9 *Conſules Spoletani habent iuriſdictionem.*

10 Præ-



10 *Præſcriptio non currit in rebus occupatis, vel inuaſis.*
*Italiæ ciuitates quæ ſibi vſurpauerunt merum imperium, an hoc facere potuerint. ibidem.*
11 *Spoliari dicitur quis per iniuſtam ſententiam.*
12 *Spoliandus bonis proprijs propter furtum, quando quis videatur.*
13 *Veritas occultata plerunq; fauente domino reuelatur.*
*Veritatem filiam temporis, quare Poetæ dixerint. ibidem.*
14 *Sententia lata ex improbata probatione retractatur, veritate comperta. vſque ad fin. cap.*
15 *Cap. iſtius quinq; intellectus ponuntur vſque ad fin. cap.*
16 *Senteutia lata per falſas probationes retractari poteſt. intlligendo, vt ibi remiſſiuè.*
*Et idem quando eſt lata ad iuramentum delatũ parti per iudicem, comperta deinde veritate in contrarium. num. 17.*
*Et idem, cõperta veritate vt ſupra, vbicunq; cauſa ſententiæ redit; ad non cauſam, nec infringitur effectus ſententiæ. nu. 18.*
*Et idem quando ſententia notoriè eſt iniuſta nu. 19. maximè de iure canonico, vt nu. 22.*
*Et idem quando pars, pro qua lata, eſt cõfiteretur illam iniuſtam. nu. 21.*
20 *Præſumitur pro ſententia etiam iniuſta: dummodo non ſit notoriè iniuſta.*
23 *L. cum putarem .ff. fam. hercíſ. limitatur.*
24 *Reſtitutio in integrum peti poteſt contra ſententiam latam contra ius litigatoris, & quę tranſitũ fecit in rem iudicatam, ſecundum Hoſti. Sed reprobatur per aucto. remiſſiuè.*

SIGNIFICANTIBVS. Summatũ
fuit in præcedenti. Primo poni-
tur partis conqueſtio. Secundo,
prouiſio, ibi, vnde. Nota primo
1 ibi eos accuſare, quòd in eodem libello † po-
teſt quis plures accuſare de eodem crimine, de
quo articulo in .c. quoties .s̃. tit. proximo re-
miſi fortè me hic dicturum. Sed remordet
mihi conſcientia, & rectus, ac magiſtralis or-
do, vt in titulo tã extraneo hunc notabilem ar-
ticulum debeam examinare; debebat enim exa
minari, aut in ti. de accu. aut in ti. de libel. obla.
Quare cum non inſtituerim more diligentium
doctorum, in loco, & titulo non conuenienti
materias examinare, ideò ſufficiant remiſſio-
nes. Dic ergo de hoc, vt tradit gl. in .d.c. quo-
ties. & glo. 2. q. 1. prohibentur. & .q. 5. c.
interrogatum. & .c. ſequen. 81. diſt. c. maxi-
mianus. & per Archid. 3. q. 9. placuit, & per
Hoſti. in ſum. in ti. de or. cogni. per Spec. in ti.
de accuſatore. ver. Item quòd non poteſt quis,
et per Ioan. Andr. ibi in addi. & per Specu. in
ti. de ma. quæſti. §. porro, & ſeq. & de libel.
conceſ. §. huiuſmodi. ver. ſed pone. & aliquid
tangunt hic Hoſti. & Io. An. & vide per legi-
ſtas, & maximè. Bar. in .l. hos accuſare. §. lege.
.ff. de accu. & .l. 1. C. ſi reus vel accu. mor. fu.
& .l. ſi maritus. §. fi. & .l. vim paſſam. & .l. de-
nunciaſſet. §. fin. ff. de adul. & .l. de crimine,
& .l. cum rationibus. & ibi latè per Cyn. Bald.
& Salice. C. qui accu. non poſſ. & .l. reos. C.
de accu. dicam in .c. 1. s̃. de libel. obla. Et an
2 plures † poſſint vnum accuſare, tangit glo. in
.d.c. quoties. Et vide per glo. & Docto. in .c.
.1. s̃. de collu. deteg. & per glo. 2. q. 1. in pri-
mis, & in .c. cupientes. §. ſi verò. de elec. lib. 6.
per Inno. in .c. ſuper ijs. & .c. olim. ſupra de
accuſa. & per Archid. 2. q. 3. c. vlti. & 5. q. 6.
Epiphaniam. per Spec. in ti. de accuſa. ver. Itẽ
excipitur contra plures. per .D. Anto. in .c. li-
cet. s̃. de accu. & in .l. 2. §. ſi plures. ff. de ſepul.
viola. per Bal. in .l. ſenatus .C. qui accu. non
poſ. ego dicã in .d. c. 1. de libel. obla. Et vtrũ
3 ad inſtantiam plurium, † vel vniuerſitatis, poſ-
ſit iudex inquirere, tetigi in .c. penul. s̃. ti. pro-
ximo, remittendo ad ea, quę latè dixi in .c. qua-
liter. 2. s̃. de accu. in ſexto principali articulo. q.
.11. & 12. Secundo not. ibi coacti, ꝙ quis
4 quandoq́; dicitur cogi † ad illud, ad quod non
tenetur de iuris diſpoſitione. vnde denominat̃
coactio facti à non iure. Tertio not. ibi, alijs
ſuis peccatis præcedentibus, bonum tex. pro
illo vulgari prouerbio, peccato vecchio, è no-
5 ua pœnitenza. hoc eſt, vetus † peccatum quan-
doq́; inducit pœnitentiam nouam. & hoc fre
quenter docet experientia. & quandoq́; vera
vindicta, ſupplicij grauitate penſatur. Eſt ergo
hic modus loquendi, quo vtitur vulgus; nam
vt dicunt Inno. Hoſti. & Io. Andr. forſan fuit
ex defectu virium, vel ingenij, aut ex alia cauſa,
ꝙ talis ſuccubuit. Quarto not. ibi crediderũt,
6 argumentum, ꝙ duellum † poteſt committi in-
ter plures ex vna parte, & vnum ex alia. ꝙ eſt
contra ipſius proprium ſignificatum, vt dixi. s̃.
in rub. de cle. pug. in duello. Sed poteſt in-
telligi, vel ꝙ ex vtraque parte plures fuerunt,
vel ꝙ inter duos commiſſum fuit, ſed pars plu-
rium quæ hunc pugillẽ poſuerat, cecidit; vide,
quod dixi in dicta rub. Quinto not. in quan-
7 tum tex. dicit impedientibus, ꝙ peccatũ † im-
pedit hominem, & ipſius proceſſum. j̃. de pœ.
& remiſ. c. cum infirmitas. Sicut enim virtus
ſublimat hominem, ita peccatum deprimit. 23.
.q. 4. quid ergo. & dixi in .c. 1. ſupra ti. proxi.
Et citius peccatum, etiam ad mortẽ tempora-
lem inducit. vt .c. licet Hely. ſupra de ſimo.
Et vide quod ibi notaui. Sexto not. ꝙ in
8 iſtis duellis, † quæ fiunt ad probandum inno-
centiã, nõ ſemper obtinet qui iuſtitiam fouet;
aut non ſemper detegitur veritas; quia vt plu-
rimum ceſſante diuina dipoſitione, & miracu-
lo, præualet fortior, & ingenioſior. Septimo
9 not. ibi, conſules, argumentum, ꝙ † conſules
Spoletani habent iuriſdictionẽ. Non obſtat,
ꝙ iſta ciuitas ſit de patrimonio eccleſiæ, & ſic ꝙ
iuriſdictio debeat eſſe pœnes eccleſiam; quia ſe-
cundum Hoſti. olim ciues Spoletani, vt conſer
uarent ſibi ius vniuerſitatis, eligebant ſibi con-
ſules qui habebant iudicare de vilioribus; ſed
poſt modum ſibi vſurpauerunt totam iuriſdi-
ctionem eligentes officiales, & quandoq́; con-

temnen

temnentes ſummi Pontificis obedire manda-
tis. Et ſicut paulatim lupus comedit agnum.
.13.q.1.c.1. Ita paulatim vſurpauerunt iu-
riſdictionem. Ex quo inferunt Hoſti. & Ioan.
Andr. ꝙ ipſi non poſſunt allegare prẹſcriptio-
10 nem; quia in rebus occupatis, † vel inuaſis nō
currit præſcriptio. inſti. de vſucap. §. quod aūt
.c. fin. ſupra de præſcri. Quod dicit .D.m. no-
tandum contra omnes ciuitates Italię, quæ vſur
pauerunt ſibi merum imperium. Quod facere
non potuerunt. Sed tu vide de hoc per Bar. &
Moder. in .l. 1. §. deniq; .ff. de aqua plu. ar. & .l.
omnes populi .ff. de iuſti. & iure. Octauo not.
11 quòd quis dicitur † ſpoliari per iniuſtam ſentē-
tiam. Et ſic ſpoliatio ſonat in vitium. ad quod
vide concor. per Io. Andr. in .c. conquerente.
ſupra de reſtitu. ſpo. Nono not. ꝙ quis pro-
12 pter furtum, † videtur ſpoliandus bonis pro-
prijs. Quod dicit Io. An. ꝓcedere, fortè ex ſta-
tuto, vel conſuetudine. Vel fortè dici poteſt, ꝙ
ſpoliati fuerint bonis .ſ. in ponendo pœnam
dupli, quę eſt propria pœna furti non maniſe-
13 ſti. Decimo not. ibi, reuelatum, ꝙ veritas † oc-
cultata plerunq; fauente domino reuelatur.
Quinimò antiqui poetæ pulchrè dixerunt, veri
tatem filiam temporis eſſe; ex eo, quòd diu la-
tere non poteſt. dixi in .c. 1. ſupra de teſti. cog.
14 Vltimo not. quòd ſententia lata ex improbata
probatione, retractatur veritate comperta. de
quo hic in glo. Glo. 1. opp. & ſoluit. In fi. glo.
dic de hac materia glo. quæ eſt valde difficilis,
vt latè dixi diſtinguendo quatuor principales
articulos, & in primo ponendo. 12. notabi-
les concluſiones, in .c. 2. ſupra de crimi. fal.
Vnde omittēdo omnes aliàs difficultates, ſolū
examinabo nunc intellectū tex. noſtri, per quē
ibi poſui aliquas cōcluſiones; habet enim iſte
15 tex. † varios intellectus. Primus eſt, ꝙ hic ideò
fuit retractata ſententia; quia lata fuit prætextu
fallacis, & reprobatę probationis. Sicut enim
16 ſecundum Docto. hic, retractatur ſentētia † la-
ta per falſas probationes, vt in .c. cum venera-
bilis .s̃. de excep. & .C. ſi ex fal. inſtru. per to-
tum. Quod tamē intellige, vt dixi in .d.c. 2. for
tius retractari debet hic ſententia lata per fal-
lacem, & reprobatam à iure probationē duelli.
Et hunc intellectum ſentit glo. in fin. & tenet.
Hoſti. dicens, quòd ipſemet, qui eā tulit, po-
tuiſſet retractare, ſi erat ordinarius, vt not. glo.
in .c. qualiter. 1. ſupra de accu. & vide, quod ibi
dixi. & dixi in .c. cum ceſſante .s̃. de app. Se-
cundus intellectus eſt, quòd illud duellum fuit
indictum ſecundum ſtatuta, ſeu conſuetudinē
loci, vt patet in tex. ibi, coacti ſunt, & ſic ſen-
tentia lata fuit ex probatione non integra. Si-
17 cut ergo, quando ſentētia † eſt lata ad iuramē-
tum delatum parti per iudicem, poteſt retracta
ri veritate comperta. vt .l. admonendi .ff. de
iureiuran. & vt dixi in repeti. c. fin. ſupra de
iureiuran. in duodecimo articulo. ita & iſta ſen
tentia debuit retractari comperta veritate.
Tertius intellectus eſt, quòd ſententia hic fuit
nulla, ex defectu iudiciario ordinis, vt .l. prola-
tam .C. de ſen. & .2. q. 6. §. diffinitiua. Quar-
18 tus intellectus eſt, quia vbicunq; † cauſa ſen-
tentiæ redit ad non cauſam, nec infringitur
effectus ſententiæ, debet comperta verita-
te ſententia retractari, vt .l. ſi fullo. allegata in
glo. & .l. in commodato .§. fin. ff. commoda.
In quibus, ſi aliquis eſt condemnatus domino
ad extimationem propter amiſſas res, reperta
retractatur ſentētia. ita & hic, repertis iſtis re-
bus, debet retractari ſententia. Facit quod
not. Bart. in .l. ſi ſine .ff. rem ra. ha. & hunc in-
tellectum videtur hic ſenſiſſe Inno. Vltimus
19 intellectus poteſt eſſe propter notoriam † in-
iuſtitiam ſententię; nā cum nunc notoriè con-
ſtaret de iniuſtitia, talis ſententia ex notoria in-
iuſtitia redditur nulla. vt .c. inter cæteras. ſupra
de re iudi. Facit ꝙ not. Inno. in .c. fraterni-
20 tatis .s̃. de frigi. nam ſententia iniuſta † tenet
propter præſumptionē; quæ ceſſat, vbi eſt no-
torietas iniuſtitiæ in contrarium. arg. 8. diſt. c.
veritate. Facit etiam ꝙ ſimpliciter not. Inno.
in .c. quia pleriq; .s̃. de immunita eccl. vbi di-
1 cit, quòd ſi pars † pro qua ſententia eſt lata, cō
fiteretur eam iniuſtam, debet ſententia retra-
ctari. & idem not. in .l. iulianus. verū debitorem
.ff. de condi. indebi. Ideò fortius debet retra
ctari, vbi notoriè conſtet de iniuſtitia. Et ma-
22 ximè † de iure canonico, ꝙ non debet ſuſtine-
re quem retinere rem alienam cum peccato.
23 Et prædicta not. ad † limitationem .l. cum pu-
tarem .ff. fam. herciſ. Et aduerte ſecundum
24 .D. m. ad vnum notabile † dictum Hoſti. dicit
enim, quòd ſi ſententia lata eſt contra ius liti-
gatoris, & tranſiuit in rem iudicatam, licet non
debeat iure ordinario retractari, poteſt tū peti
in integrū reſtitutio, ex clauſula generali, ſi qua
mihi iuſta cauſa videbitur &c. arg. not. in .c. ex
literis .s̃. de reſtitu. in integ. & .l. ſi fideiuſſor
.§. in omnibus .ff. man. & . d. l. ſi ſine. Sed di-
cit .D. m. hic, ꝙ hoc dictum reprobatur per
legiſtas. Sed ego latius reprobaui in .d.c. 2. s̃.
de cri. fal. in ſexta principali concluſione. Et
ex prædictis habes expeditum ſextum princi-
palē articulum, ꝙ ſententia lata prætextu vul-
garis purgationis eſt nulla, etiam veritate non
cōperta in contrariū. Dummodo iudex ſenten
tiādo fuerit ſecutus ſolum talem probationem.
ad quod faciunt, quæ latius dixi in .c. 1. ſupra
de re iudi. & in .d.c. 2. ſupra de cri. fal.

## Capitulum .III. Dilecti Filij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Eccleſia quando ſe intromittat in iuriſdictionem temporalem.*
2 *Templarij poſſunt habere temporalem iuriſdictionem. Et ibi quomodo poſſint eam exercere, & pænam ſanguinis inferre.*
*Pœna ciuilis, quare dicatur ciuilis. ibidem.*
3 *Pœna exercentium purgationem vulgarem, quæ ſit. vſq; ad fin. c.*
4 *Homicidæ, & irregulares iudicantur, qui pugiles admittunt, & in pugna, ac duello ponunt.*
5 *Pœna extraordinaria idem importat, quod arbitraria.*
*Et imponitur quando nulla pœna reperitur ſtatuta. ibidem.*
6 *Corpus liberum æſtimationem non recipit.*



DILECTI FILII. Summatum eſt
ex prẹcedentibus. In prima par-
te ponitur conuerſorum querela.
In ſecunda dat iudicem, ibi, cum
igit̃ hmōi. Et in tex. ibi, conuerſorum de no-
uo, dic. ſ. ad fidem. & ſupple ad tex. maximè,
quia idem eſt de alijs, ſecūdum Abba. & Ioan.
Andre. & benè; cum eadem ſit ratio. Nota pri
mo, ibi, temporalem, argumentum ſecundum
1 Hoſti. quòd eccleſia † ſe intromittit de iuriſdi-
ctione temporali, quādo ille ad quem ſpectat,
ea abutitur, de quo remittit ad not. in .c. per ve
nerabilem. ſupra qui fi. ſint le. Tu vide quæ
latius dixi in .c. licet ex ſuſcepto .s̃. de fo. cōpe.
Vltimo not. quòd fratres, ſeu milites templa-
2 rij † poſſunt habere tēporalem iuriſdictionem,
in loco. Et vbi illam habent, poſſunt tempora-
lem pœnam exercere, & ciuilem pœnā impo-
nere. Quæ dicitur ciuilis, vel quia ciuiliter im-
ponitur ſine ſanguinis effuſiōe; vel quia de iure
ciuili ſit inuenta, quanuis ſit perſonalis, ſe-
cundum Hoſti. Intellige tamen, quando non
ipſi per ſe directò pœnam ſanguinis inferunt,
quia hoc non poſſunt facere, vt .c. ſententiam.
ſupra ne cle. vel mo. Sed per officiales ſuos
quibus mandata eſt temporalis iuriſdictio.
Glo. ſunt clarę. Poſtremo poſt glo. quæro de
3 ſeptimo articulo, quæ ſit pœna † exercentium
purgationē vulgarē. So. Doc. ſpecificè nō tan-
gunt. Ego arbitror dicēdum, ꝙ occidenti, vel
morienti in purgatiōe duelli, eadē pœna impo-
nit̃, quę impōitur morienti, vel occidēti in duel
lo, vel truncamentis; occidētes .n. vt homicidę
vindicantur, & ēt hij qui tales pugiles ponunt,
4 homicidę, † & irregulares iudicantur; ex eo
ꝙ eorum facto, conſilio, ſeu præcepto homi-
cidium, vel mutilatio ſequitur. Ad quod vide
quæ latè dixi in .c. ad audientiam. ſupra de ho-
mici. in quarto mēbro principali. Interfectis
verò, vt arbitror, eſt deneganda eccleſiaſtica
ſepultura, per tex. & ijs quę ibi dixi, in .c. 1. & .2.
.s̃. de tornea. Exercentes verò purgationē, fer-
ri cādentis, aut ſimiles purgationes arbitror pu
niendos, ſi inde homicidium ſequatur, vt ho-
micidas. Et volūtariè ſubeuntes talem purga-
tionē, nō eſſe recipiendos ad eccleſiaſticā ſepul
turā. Si verò mors nō ſequatur, ſubdiſtingue-
rem, ꝙ aut nullum malum inde prouenit, & iu
5 dices debent punire pœna extraordinaria, † ſeu
arbitraria, quę idem importat; ex eo, ꝙ nulla
pœna reperitur ſtatuta. Ad qd' faciūt not. per
glo. & quæ ibi dixi, in .c. ſuper ijs. s̃. de accu.
& quod dixi in .c. poſtulaſti deinde. & in. c. de
cauſis. de offi. dele. & .c. 1. iuncta glo. penul. et
.c. 3. iuncta glo. fin. & ꝙ vtrobiq; dixi, ſupra de
exceſ. præla. Si verò aliquod malum inde ſe-
quatur, puta, aduſtio, vel aliquid ſimile, tunc
ſi indicta fuit purgatio contra inuitum, pu-
niendus eſt talis indicens pœna arbitraria, vt
dixi. Et propterea ſi eſt ſeruus, qui eſt aduſtus,
vel aliquod ſimile damnū paſſus, teneretur in-
dicens de damno dato, & ad æſtimationē de
damno corporis. arg. not. in .c. fin. infra titu.
proxi. & per tot. tit. Si verò eſſet homo liber,
tenetur ad reſtituendum damnum medicamē-
torum, & operarum amiſſarū. Non autem ad
æſtimationem deformitatis corporis; quia li-
6 berum corpus non recipit æſtimationem, vt .l.
antepenul. ff. ſi quadru. pau. fe. di. Ipſi verò
purgationem recipienti, cum coactè id ageret,
non eſſet alia pœna imponenda. Sed ſi ſponte,
& voluntariè ſe offerret purgationi, arbitror, ꝙ
indicens non tenetur ad aliquam æſtimationē,
vel damni emendam. Sed vtriq; eſſet pœni-
tentia, & pœna arbitraria imponenda.

## De Iniurijs, Et Damno Dato. Rub.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iniuria quid ſit, ſi in genere ſumatur. Si verò in ſpecie, quot modis dicatur. ibidem.*
2 *Iniuriam feciſſe dicitur Iudex, qui contra aliquē non iure pronunciat.*
*Vſucapio, & præſcriptio, quandoq; iniuria appellatur. ibidem.*
3 *Iniuria quot modis fieri poſſit. Et ibi ſecundum communem quod tripliciter; re, verbis, & literis. Et ibidem quomodo quis dicatur re facere iniuriam. Et quomodo verbis, nu. ſeq.*
4 *Conuicium quod, & vnde dicatur.*
5 *Contumelia vnde dicatur. Et quis ſit contumelioſus; ibidem. Et quanuis propriè coſiſtat in verbis, conſiſtit etiam quandoq; in factis, vt nu. .7. Et procedit ex ira. nu. 9.*
6 *Verba per auditum accipiuntur.*
*In verborum comparatione, omnia ſigna ſunt pauciſſima, ſecundum Auguſt. ibidem.*
*Verba ſignificant quæcunque animo concipiuntur. ibi.*
7 *Facta quando habeant vim verborum.*
8 *Contumelia, ſeu conuicium, quando ſit peccatū mortale, & quando veniale, vel malum, & quando ſit actus virtutis.*
10 *Iræ finis eſt vindicta. Quærit .n. vindictam in manifeſto. Vide ſub nu. 23.*
*Superiores quare facilius iraſcantur. ibidem.*
11 *Criminator quis dicatur.*
12 *Improperatio quid ſit.*
13 *Diffamare, ſeu infamare, quid ſit.*
14 *Detractio quid ſit. Et ibidem in quo differat ab alijs iniurijs.*
15 *Detractio eſt peccatum mortale. Quod intellige vt ibi. Et de grauitate ipſius, vide ſub nu. 16. & nu. 20.*
16 *Detractorem audiens, an peccet mortaliter. remiſſiuè.*
17 *Bonum hominis eſt triplex; animæ .ſ. corporis, & rerum exteriorum.*

*Animæ*

*Animæ bonum eſt ineſtimabile. ibidem.*
*Corporis bona præcellunt bona rerum exteriorum. ibidem.*
18 *Homicidium quare ſit grauius alijs peccatis quę in proximum committuntur.*
19 *Fama inter alia bona exteriora, eſt propinquior ſpiritualibus bonis.*
*Famam perdere grauius eſt, quã alia bona vniuerſa. ibidem.*
21 *Odio habens fratrem ſuum, homicida iudicatur.*
22 *Detractio deſcendit ex inuidia.*
23 *Inuidia nititur qualitercunq; diminuere gloriam proximi.*
*Inuidia magis directè opponitur charitati, quã ira. ibidem.*
24 *Peccatum maius poteſt oriri ex minori vitio, ratione finis.*
25 *Suſurratio, & detractio in quo conueniant, & in quo differant.*
26 *Suſurrones bilingues appellantur, & quare.*
27 *Amicus eſt melior, quàm honor, & quàm fama.*
28 *Deriſio, quæ ſit. Et quòd ſit graue peccatum. nu. 30. Et quando ſit veniale, & quando nullũ; vide ſub nu. 31.*
29 *Peccata, præcipuè verborũ, penſanda ſunt ſecundum intentionem proferentis.*
31 *Honor eſt virtutis præmium.*
32 *Maledictio, & blaſphemia quid inter ſe differãt; Et qualiter accipiantur, remiſſiuè.*
33 *Iniuriam inferre literis, quomodo quis dicatur.*
34 *Damnũ quid ſit, et qualiter accipiatur, remiſſiuè.*

CONTINVATVR ad pcedentes hoc modo. Cũ exceſſibus, & varijs delictis, de quibus dictum eſt in ſuperioribus titulis, iniurię inferãtur, & damna, ideò conſequenter hic ſubijcitur hæc rub. Circa quam, pro declaratione dicendorũ, iuxta conſuetum morẽ, quęro pro declaratione primę partis rubricæ quid
1 ſit iniuria. Sol. tex. inſti. eo. in prin. dicit, ꝙ iniuria generaliter dicitur omne id quod non iure fit. Et idem probatur in .l. 1. 2. &. 3. & in .l. 4. §. 1. ff. ad .l. aquil. Specialiter autem diuerſis modis dicitur. Aliquando appellatur contumelia, à contemnendo dicta. Aliquã do dicitur culpa, vt in lege aquilia damnum iniuria accipitur, & ſic quandoq; ſynonimè accipitur pro damno dato, vt .l. 5. §. iniuriam .ff. ad .l. aquil. Aliquando iniquitas, & iniuſtitia.
2 Si enim iudex, † vel prætor cõtra aliquem non iure pronunciat, iniuriam feciſſe dicitur. tex. eſt inſti. eo. in prin. Et quandoq; etiam vſucapio, & pſcriptio iniuria appellat. vt .l. 1. ff. de nego. geſt. & ad horum declarationem, adde quæ ſtatim dicam in ſeq. q. Secundo quæro quotu-
3 pliciter † fieri poſſit iniuria. Sol. glo. in ver. ignorantia, in .c. fin. infra eod. dicit, ꝙ dupliciter fit; vno modo re, alio modo verbis. Sed Hoſti. in ſum. eod. tit. & * communiter Doc. Cõm. op.
dicunt, quòd iniuria fit tripliciter, videlicet, re, verbis, & literis. Re, fit iniuria, quoties manus infertur, puta, ſi quis pugno, aut fuſtibus aliquẽ cæſerit, ſeu verberauerit, aut alicuius poſſeſſionem, inuaſerit, aut occupauerit, ſiue aliquem perſonaliter fugauerit, aut pudicitiam alicuius pacto aliquo attentauerit, & alijs pluribus ſimilibus modis, vt inſti. eod. §. 1. Verbis autẽ ſecundum Hoſti. & Docto. iniuria fieri dicitur, quãdo conuicium fit. Et dicitur cõuicium
4 à coniunctione, vel conuentu, hoc eſt à collectione vocum; cum enim in vnũ plures voces conferũtur, ſpecialiter conuicium dicitur, quaſi conuocium. Quod fit, nedum præſenti, ſed etiam abſenti; nam ſi quis ad domum, vel tabernam tuam venerit vociferando, & alios ad vociferandum inducendo contra te, quanuis te abſente, conuicium dicitur committi, vt .l. 1. .§. in iniuriã. & .l. Item apud labeonẽ. §. conuicium. & .§. feciſſe. & .§. cui. ff. eo. Ego verò ad ipſius articuli de iniuria verbaliter facta declarationẽ aptius, & fundamentalius arbitror exordiendum. Vnde debes ſcire, ꝙ ſpecies iniurię verbalis ſunt, contumelia, ſeu conuicium, criminatio, improperatio, diffamatio, ſeu infamatio, detractio, ſuſurratio, deriſio, ſeu eluſio, maledictio, ſeu blaſphemia. Et quanuis hæc quandoq; ſynonimè ſumantur, tamen, vt ex infra dicendis apparebit, longè differunt. Nã
5 cõtumelia, † vt ſupra dixi, dicitur à contemnẽdo, & poteſt fieri re, & verbis. Vnde ẽt contumelia dicitur inferri, quando quis ſpoliat, & compellit iurare nõ repetere. vt .c. 2. š. de iureiuran. Sed propriè in verbis conſiſtit; Vnde cõtumelioſus dicitur, qui promptus eſt ad verba tumoris, & ſuperbię proferenda in conuicium aliorum, ſecundum aliquos. Et idem dicit Papi. qui dicit, quòd contumelioſus eſt, qui tumet verbis ſuperbis, & contumelijs intẽdit afficere, increpare, maledicere, inuehere, exprobare, inſultare, cõuiciari, improperare, abiectare, & verbis irruere. & ſequitur Archid. 2. q. 7. c. puto. & idem dicunt Hugo. & Catholicon gramatici. Quod venit à tumeo. vnde componitur contumeo, & inde contumelia. Et propriè eſt in verbis, ſecundum eos. Pro quibus facit, quod habetur Ierem. c. 20. dum dicitur, audiui contumelias in circuitu. & ſic pa-
6 tet, quòd conſiſtit in verbis; quia verba † per auditũ accipiuntur. Et dicitur fieri contumelia, cum aliquis, id ꝙ eſt contra honorem alicuius, deducit in ipſius, & aliorum notitiam. vnde ſicut dicit Auguſtinus in lib. 2. de doctrina Chriſtiana, omnia ſigna ſunt pauciſſima, in cõparatione verborũ. Verba enim inter homines principatum obtinuerunt; ſignant enim quecunq; animo concipiuntur. Facit ꝙ not. in .l. ſi quis in fundi. ff. de leg. 1. & .l. labeo. ff. de ſupel. leg. ad quod vide ꝙ dixi in . c. qualiter. 2. ſupra de accuſ. in vndecimo principali articulo .q. 28. Et ideò contumelia, propriè loquendo, cõſiſtit in verbis. Vnde Yſidorus dicit, ꝙ contu-



contumelioſus dicitur aliquis, quia velox eſt,
7 & tumet verbis iniuriæ. Verum quia etiam per facta aliqua, ſignificatur aliquid, quæ in hoc quod ſignant, habent vim verborum ſignificantiũ; vnde quis, etiã facto, dicitur appellare, ratificare, & negare Deum. vt per glo. antepenul. .c. cum ſuper. & iura in ea allegata. ſupra de offi. deleg. Inde eſt, quòd contumelia latè extenſo vocabulo, etiam in factis dicitur. Et ideò glo. ſuper illud ad Roma. 1. Dum dicitur, contumelioſos, ſuperbos, dicit, contumelioſi ſunt, qui dictis, vel factis contumelias, vel verba turpia inferunt. Et prædicta pro magna parte ponit Beatus Tho. ſecnda ſecundæ .q. 72. arti. 1. Et ſecũdum quod poſtea ibi ſubiungit in .2. articulo, contumelia, ſeu conuiciũ
8 eſt † peccatum mortale. Iuxta illud Mathe. cap. 5. qui dixerit fratri ſuo fatuè, reus erit gehennę ignis. Quod tamen procedit, quando quis mala intentione conuicium, aut contumeliam profert, vt alteri honorem auferat; quoniam hoc non eſt minus peccatum, quàm furtum, aut rapina .6. q. 1. c. ex merito. & .c. deteriores. Et ſtatim clarius oſtendetur in articulo detractionis. Secus ſi aliquis verbum aliquod conuicij, ſeu contumeliæ alicui dixerit, non animo dehonorandi eum; Sed fortè, vel propter correctionem, vel aliud ſimile. Nam ex circunſtãtijs poſſet fieri, ꝙ eſſet veniale, vel ꝙ nullum eſſet peccatum; vt puta, ſi delectationis, vel ioci cauſa leue conuicium, non ad dehonorationem, vel contriſtationem proferretur; nam tunc potius eſſet actus alicuius virtutis .ſ. eutropeliæ, ad quam pertinet bene conuiciari, ſecundum Philoſophum. 4. Ethicorum. Dummodo ſeruentur debitę circunſtantiæ; nam tale materialiter, ſed non formaliter dicitur conuicium. Vnde propriori vocabulo potius appellatur feſtiuitas, iucunditas, comitas, & vrbanitas. ad quod vide, ꝙ dixi in .c. inter dilectos .š. de exceſ. præla. in materia ludi in prin. Vnde propter talia verba non competit actio iniuriarum. vt .l. ſi non conuicij .C. eod. & .l. illud. ff. eod. & 15. q. 1. c. illud. in
9 prin. Et not. ꝙ contumelia, † ſeu conuicium dicitur procedere ex ira, ſecundum Beatum Tho. in dicto loco .ar. 4. Et probatur per id, ꝙ dicit Gregorius in. 31. moralium, dum dicit, ꝙ ex ira oriuntur contumeliæ; nam contumelia
10 habet magnam propinquitatem ad finem iræ, cuius irę finis eſt vindicta. Vnde cũ nulla vindicta ſit ipſi irato magis in prõptu, q̃ inferre alteri contumeliam, ideò maximè contumelia oritur ex ira. Quanuis etiam ſuperbia ad contumeliam diſponat, in quantum illi, qui ſuperiores ſunt facilius alios contemnunt, & iniuriam citius irrogant; quia facilius iraſcũtur, vt potè reputantes indignũ, quod quicquam contra eorum voluntatem agatur. Et hæc ſufficiant dixiſſe de cõtumelia, quæ & ipſa fit in aperto ſicut contumelia. Et vnde dicatur .š. declaraui. Criminatio aũt idem eſt, quod criminis alte-
11 rius improperatio. Vnde criminator † dicitur propriè, qui crimina alijs imponit, accuſando, denuntiando, vel publicè conuiciando. Vnde talis dicitur, & verbis, & factis iniuriam facere, & contra eum agi poteſt actione iniuriarum; ad quod vide, ꝙ tradit Specu. & Ioan. Andr. in tit. de accuſato. ver. ſed pone ꝙ abijciens, & per Salice. in .l. non ideò minus. C. de accu. & vide quod latè tradit Oldra. conſ. 53. Im-
12 properatio verò, † eſt falſum conuicium de aliquo in aperto contra aliquem dicere. tex. eſt, & ibi not. Ioan. Andr. in .c. 1. š. de ijs qui fil. occide. & vide quod ibi dixi. Et vide etiam quod tradit Bat. in .l. item apud labeonem .§.
13 .2. ff. eod. Diffamare, † ſeu infamare eſt, vel coram vulgo, vel corã Iudice, aut in cœtu corã pluribus, alicuius famæ detrahere, vel aliquod conuicium ad alterius famæ denigrationem proferre, vt probatur in .l. item apud Labeonem. §. ex ijs. ff. eo. & not. in .l. diffamari. C. de inge. manu. Et quæ ſuperius dicta ſunt, magis ſynonima ſunt; quanuis aliqualiter differant
14 in proprietate. Detractio † verò eſt indebita pronuntiatio de aliquo, ad alicuius famæ denigrationem .6. q. 1. c. ex merito. 11. q. 3. non ſolum. Et ſic eſt etiã iniuria verbalis. Et not. quòd propriè hæc eſt differentia inter contumeliam, conuicium, & ſuperiora verba, & detractionem, ſeu ſubtractionem; quia contumelia, & reliquæ prænominatæ iniuriæ, fiunt in manifeſto, iuxta illud Ierem. quod ſupra dixi cap. 20. audiui contumelias in circuitu. Sed detractio fit occultè; quod denotatur per illud Eccleſiaſt. cap. 10. & ſi mordeat ſerpens in ſilentio, nihilominus habet, qui occultè detrahit. Sicut enim facto quandoq; quis alteri manifeſtè iniuriatur & nocet, vt in rapina, & quacunque alia violentia illata; & occultè, vt in furto, & ſimili delicto. Ita verbis quis dicitur per contumeliam, conuicium, & ſimilia manifeſtè iniuriari, & lædere per detractionem verbo, in occulto. Contumelioſus enim impedit eum, cui conuicium dicit, & ipſius honorem directè tollit. Sed detractor potius videtur eum magis vereri, quàm paruipendere. Vnde non directè infert detrimentum honoris; ſed famæ, in quãtum huiuſmodi verba occultè proferens, quantum in eo eſt operatur, vt audiens malam de illo concipiat opinionem. Et ſic patet, quòd detractio differt à cõtumelia dupliciter, vno modo, quò ad modum proponendi verba; quia vnus proponit in manifeſto, & alter in occulto. Alio modo quò ad finem intentum, ſiue quò ad nocumentum illatum; quia contumelioſus derogat etiam honori, eo quòd paruipendit. Sed ſubtractor ſolum derogat famæ. Et not. quòd etiam huiuſmodi detractio eſt
15 peccatum mortale, iuxta illud ad Romanos primo. detractores Deo odibiles ſunt. Ad quod etiam vide, quod ſupra dixi in rubrica de maledi. Quod tamen intellige, dummo-

do ea intentione fiat, vt detrahens famam illius
denigret. Secus autem ſi hoc non intenderet;
vt puta, ſi verba proferret ad aliquem bonum,
vel neceſſarium finem ſeruatis debitis circun-
ſtantijs; nam licet fama alterius diminuatur,
tamen iſte non peccaret mortaliter; nec eſt
hoc propriè detrahere per ſe, & formali-
ter loquendo; ſed ſolum materialiter, &
per accidens. ſequitur Henri. Boh. in .cap.
penul. ſupra de purga. can. vbi etiam latius lo
16 quitur. Et etiam vtrum audiens † detractorē
peccet mortaliter tollerādo, vide ꝙ ponit Bea-
tus Tho. ſecunda ſecundæ quæſt. 73. ar. 4. Et
not. etiam, quòd detractio eſt grauius pecca-
tum, quàm furtū, aut rapina; & minus quàm
homicidium, vel adulterium. Ad cuius rei no-
titiam ſcire debes, quòd peccata quæ com-
mittuntur in proximum, ſunt penſanda per ſe,
ſecundum nocumenta quæ proximo inferunt;
quia ex hoc habent rationem culpæ. vnde tan-
tò maius eſt peccatum, quantò maius bonum
17 adimit à proximo. Quare cum † hominis
triplex ſit bonum .ſ. animæ, corporis, & re-
rum exteriorum. Primum animæ, inæſtima-
bile eſt, nec poteſt quiſquam ab alio aufer-
re, niſi occaſionaliter puta; propter malam
perſuaſionem, aut conſilium, quæ neceſſi-
tatem non inferunt, ſed remānēt in libero cu-
iuſq; arbitrio. Sed bona corporū, & rerum
exteriorum poſſunt ab aliquo auferri violen-
ter. Verum quia bonum corporis præemi-
net, ſiue præcellit bona exteriorum rerum, gra
uiora ſunt peccata quibus infertur nocumen-
tum corpori, quàm ea quibus infertur rebus
exterioribus. Et ideò inter cętera peccata, quę
18 in proximū committuntur, homicidium † eſt
grauius, per quod tollitur vita proximi. Et
conſequenter adulterium, quod eſt contra de-
bitum ordinē generationis humanæ, per quā
quis introducitur ad vitam. Conſequēter au-
19 tem ſunt bona exteriora, inter quæ fama † præ-
cellit, eo quòd propinquior eſt ſpiritualibus
bonis. Et ideò grauius eſt perdere famā, q̃
bona vniuerſa. 6. q. 1. c. ex merito. & Eccl. c. 41.
Curā habe de nomine bono; quia magis per-
ſeuerabit tibi, quā mille theſauri. Vnde debet
quis famam anteponere omni lucro, vt .l. iu-
lianus .ff. ſi quis om. ca. teſt. nam infamia dicit
ſimilis morti, vt not. in .l. trāſigere. C. de trāſac.
Et ideò qui illam negligit, vitā propriam dici-
tur negligere. vt. c. 2. ſupra de purga. cano. &
ibi notaui. Et vide ꝙ dixi in .c. fi. ſupra de ac-
cuſa. Quare ſequitur, quòd detractio † ſecun-
20 dum ſuum genus per quam tollitur fama, eſt
maius peccatum quàm furtum, & minus ho-
micidio, vel adulterio. Et tamē minus pecca-
tum eſt, quàm ſit cōtumelia; inquantum habet
maiorem contemptum ad proximum; Sicut
rapina eſt grauius peccatum, quàm furtum. ad
quod vide quod dixi, ſupra in rubrica de rap.
Et etiam adde quæ dixi ad conſiderationem
maioritatis criminis in rubrica de homicid.
& in rubrica de adulte. Poſſent tamen ex cir-
cunſtātijs talia delicta alleuiari; vt ſi fortè ex le-
uitate, aut ex lapſu lingue, abſq; multa præme-
ditatione, quis detraheret. Item & poſſunt
augeri, ſi ex magno nocendi affectu & odio,
ad proximum quis occaſionaliter perpetrato,
homicidium committeret, & tunc poſſet eſ-
21 ſe tantum odium, quòd talis † quaſi homici-
da iudicaretur. Vnde Clemens in epiſtola de-
tractores homicidas appellat; ſeu ex eo, quia
qui odit fratrem ſuum homicida eſt, vt habe-
tur Ioan. 4. cap. & 6. q. 1. in ſumma, & ibi
Archid. & de pœ. diſt. 1. c. homicidorum.
22 Et not. quòd licet detractio † deſcendat ex in-
uidia, vt .d. c. homicidorum. & vt tradit
23 Gregorius .31. moral. quæ inuidia † nititur
qualitercunq; diminuere gloriam proximi;
cū contumelia, vt ſupra dixi, deſcendat ex ira;
& quæ ira, vt dicit Philoſophus in .2. retho.
vindictam quærit in manifeſto. Nec propter
hoc, videatur detractio minus peccatum, quàm
contumelia, eo quòd ira eſt minus peccatum
quàm inuidia, quæ magis directe opponitur
charitati, tamen non ſequitur, quòd propriè
detractio ſit grauius delictum, quàm contu-
melia, aut ſimilia conuicia, quæ in aperto fiunt;
24 quia ex minori vitio, † ratiōe finis, poteſt oriri
maius peccatū; ſicut ex ira naſcitur homicidiū,
& blaſphemia. Caueāt ergo detractores, quo-
rum materiam quādo aggredior, non poſſum
me continere, aut verbis finem imponere; ſed
lateant in eorum inuidia, qua continuo vtan-
tur; nec aliud agunt, aut faciunt, niſi quòd in
puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram ex-
citant, vt vnde plus detractionis ſufflant, inde
minus veritatis videant, vt inquit Gregorius
in moralibus. 11. q. 3. c. inter verba. Et adde
quod dixi ſupra in rubrica de maledi. Suſur-
ratio verò quæ eſt ſpecies verbalis iniurię, di-
ſtinguitur à contumelia, ſeu conuitio; Vt etiā
25 detractio, & † ſuſurratio inter ſe differunt. Li-
cet enim in materia conueniant, & etiam in
forma, ſiue in modo loquendi, quia vterq; .ſ.
detractor, & ſuſurro, occultè malum dicit de
proximo, & propter hanc ſimilitudinem in-
terdum vnum pro alio ſinonimè ponatur, vt
patet per glo. Eccleſiaſt. cap. 5. Nam dum
ibi dicitur, non appelleris ſuſurro. dicit glo. i.
detractor. Detractio tamen, & ſuſurratio dif-
ferunt, quò ad finem, & intentum; quia detra-
ctor intendit denigrare famam proximi. Et
ideò de ꝓximo profert illa mala, aut probra, ex
quibus poſſit tollere, vel ſaltem diminuere il-
lius famam, vt dictum eſt. Suſurro verò in-
tendit amicitiam ſeparare, vt dicit glo. præ-
allegata, & prouerb. cap. 26. dum dicitur,
ſuſurrone detracto, iurgia conquieſcunt.
Et ideò ſuſurro talia profert mala de proxi-
mo, quæ poſſunt contra ipſum audientis ani-
mum mouere, iuxta illud Eccleſiaſt. cap. 28.
Vir peccator, ideſt ſuſurro, conturbabit ani-
mos, & in medio pacem habentium immit-
26 tit inimicitiam. Vnde tales † ſuſurrones bi-
lingues appellantur. Cum enim amicitia ſit
inter



inter duos, ſuſurro ab vtraq; parte amicitiam
rumpere nititur; & ideò duobus linguis vti-
tur ad duos, vni dicēs malum de alio. Propter
quod Eccle. c. 28. dicitur Suſurro & bilinguis
maledictus erit. Et ſubditur, multos enim tur-
bauit pacē habentes. Et eſt ſuſurrare, ſecundū
Gramat .i. murmurare, & in aurem alicuius
aliquid mali latenter dicere. Et ex prædictis
patet, quòd ſuſurratio grauius eſt peccatum
quàm detractio; quoniam vt ſupra dictum
fuit, tantò grauius eſt peccatum, quantò maius
per illud infertur proximo nocumentum.
Sed inter cætera bona exteriora pręeminet ami
cus; quia ſine amicis nullus viuere poſſet, vt tra
dit Philoſophus .8. Ethicorum. Et ideò dici-
tur Eccle. cap. 7. Amico fideli nulla eſt com-
paratio. Et ideò ſuſurratio maius eſt peccatū,
quàm detractio, & etiam quàm contumelia;
27 quia amicus melior † eſt, quàm honor, & quā
fama; & amari melius eſt, quàm honorari,
vt dicit Philoſophus .8. Ethicorū. Et idem di-
citur Eccleſia. cap. 5. quòd bilinguis, & ſuſur-
rator peior eſt contumelioſo. Deriſio ve-
28 rò, † quæ eſt alia ſpecies iniuriæ verbalis, idem
eſt ſecundū Gram. ꝙ deluſio, ſeu ſubſannatio.
Et non fit, niſi de aliquo malo, vel defectu. Et
dicitur fieri ludo, non ſerio. Vnde & illuſio
nominatur. Et ideò eſt diuerſa ſpecies à præ-
cedentibus; quia nulla ſpecies præmiſſarum
iniuriarum ludo agitur, ſed ſerio. Vnde ſicut
aliquis contumeliando, ſeu conuiciando inten
dit conuiciati honorem deprimere, & detra-
hendo famam diminuere, & ſuſurrando ami-
citiam tollere; ita irridendo intendit quis,
quòd ille qui irridetur, erubeſcat. Et quia hic
eſt finis diſtinctus ab alijs, ideò etiam pecca-
tum deriſionis eſt ſpecies diſiuncta ab alijs pec-
29 catis; quoniam peccata, præcipuè † verbo-
rum, penſanda ſunt ſecundum intentionem
proferuntis, & ſecundum quod quis diuer-
ſa intendit, & ad diuerſum finem. Et not.
30 quòd talis deriſio † eſt peccatum mortale.
vt probatur prouerbi. 3. cap. dum dicitur,
quòd Deus deridet illuſores; nam deridere,
Dei non eſt; niſi eternaliter punire pro pec-
cato mortali, vt probat illud Pſal. dum di-
cit, qui habitat in cœlis irridebit eos. Et videt
eſſe maius peccatum, quàm contumelia; quia
licet vtrunq; fiat in manifeſto, tamen quia
contumelioſus ſtudioſè videtur appetere ma-
lum alterius, Deriſor verò per illuſionem vi-
detur illud appetere, Ideò cum deluſio fiat per
contemptum, videtur maius eſſe peccatum;
quia magis dehonorat aliquem qui contem-
nit per ludum, quam ſerioſè. Et ita etiam
voluit beatus Thomas ſecunda ſecundæ
quæſt. 74. Et ſic patet, quòd deriſio, ſeu illu-
ſio eſt graue peccatum, & tanto grauius, quan-
to maior reuerentia debebatur perſonæ quæ
illuditur. Vnde grauiſſimum eſt irride-
re Deum, & quæ Dei ſunt, iuxta illud Iſaię
.27. cui exprobaſti? & quem blaſphema-
ſti? & ſuper quem exaltaſti vocem tuam? &
ſubditur, ad Sanctum Iſrael. Deinde ſecun-
dum locum tenet deriſio parentum; vnde di-
citur prouerb. c. 30. oculum, qui ſubſannat
patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, ef-
fodiant eum corui de torrentibus, & com-
medant eum filij Aquilæ. Deinde iuſto-
31 rum deriſio grauis eſt; quia honor † eſt vir-
tutis præmium. Et contra hoc dicitur Iob. 12.
cap. deridetur iuſti ſimplicitas. Quæ quidē de-
riſio plurimum nociua eſt; quia per eam ho-
mines à bene agendo impediuntur, vt voluit
Gregorius. Arbitror tñ, quòd ex quibuſdam
circunſtantijs, & ex leui cauſa, poſſet continge-
re, quòd deriſio non eſſet peccatum mortale,
ſed veniale. Imò etiam nec veniale, ſed quan-
doq; nullum; puta, quòd per iocum, aut ſola-
tioſè fieret, conſiderando cauſam, tempus, per-
ſonam, & locum; & ſic vbi, quando, & qua-
liter, & quantum fieri deberet, ſecundum
quod ſupra dixi de conuitio. Et de omni-
bus caſibus ſupradictis, in quibus daretur
animus iniuriandi verè, vel præſumptiuè, po-
teſt agi actione iniuriarum. Secus quan-
do per iocum illud ageretur, vt dicam infra.
32 Poſtremò, de maledictione, † & blaſphe-
mia, & quid inter ſe differant, & qualiter ac-
cipiantur, vide quæ latius dixi in rubrica de ma
ledicis. & .c. 2. Quis autem dicitur iniuriam
33 inferre literis, † cum quis libellum, vel carmen,
vel hiſtoriam, ſeu fabulam ad iniuriam alicu-
ius ſcripſit, compoſuit, vel edidit, vel dolo
mali fecit, quo quid eorum fieret; puta, ſi
dimiſit famoſum carmē in platea, & hæc pro-
batur in .l. 1. C. de famo. lib. 5. q. 1. c. qui-
dam maligni. & in .l. item. apud labeonem .§.
ait prætor .ff. eod. Facit .ff. de. ver. ſigni. in
.l. latę culpæ. Et not. ꝗ non ſolum realem, aut
verbalem iniuriam poteſt quis alteri facere,
Sed quandoque duo, aut plures ad inuicem
hoc poſſunt facere. vnde ad inuicem ſibi eo-
dem tempore facto, ſeu realiter iniuriantes,
dicuntur rixantes. Si verò, non factis,
ſed verbis contumeliam, & conuicia alterna-
tim inferant, dicuntur propriè contēdentes, vt
ſtatim dicā in. c. 1. Et ex prædictis poteſt col-
ligi qualiter orando, vel in prædicta materia
perſuadendo, debeat quis proprietate verborū
vti. Et ex prædictis habes expeditam primam
partē rubricę. Circa ſecundā partem, pro intel
ligentia dicendorū, etiam videndum eſſet quid
34 ſit damnum, † & qualiter accipiatur in hoc tit.
de quibus dic, vt dicam in .c. in veſtra. infra
eod. vbi glo. tractat. Vltimo de prima parte
rubricę habetur in decretis .2. q. 7. accuſatio.
in fin. 15. q. 1. illud .23. q. 4. inter querelas.
De ſecunda verò parte habetur .17. q. 4. diffi-
niuit .23. q. vlt. peſſimam. Et de vtraque
parte habetur 23. q. 2. & 3. per totum.

## Capitulum .I. Si Rixati.

*SVMMARIVM.*

1 *Vulnerans aliquem non excuſatur, quamuis rixa, & ipſius rixe calor, & inſtigatio præceſſerit.*

2 *Compenſatione mutua, an tollantur percuſſiones, vel iniuriæ ab vtraq; parte illatæ, ac receptæ.*

*Compenſatio mutua, non admittitur in diuerſis delictis, & ad diuerſos effectus tendentibus. Secus in verſantibus circa idem factũ. ibidem.*

3 *Prouocans aliquem dicto, vel facto, an poſſit agere contra prouocatum, qui ipſum offendit.*

*Iracundiæ calor, caret vitio calumniæ. ibidem. & nu. 24.*

4 *Vindicta, regulariter non eſt licita.*

5 *Statutum, ſi ſimpliciter diſponat percutientem puniri tanta pœna, tamen ſi prouocatus iracundia motus percuſſit alterum, mitius puniri debet.*

6 *Iniuriæ reales hinc inde ab hominibus factæ, an ad inuicem compenſentur. Et ibi, quid reſpectu publicæ vindictæ, & intereſſe. Et nu. 12. quid reſpectu priuati intereſſe, & ciuilis actionis. vſq; ad nu. 22.*

7 *Dolus ſemper præſumitur in delictis, ſeu in genere prohibitorum. & nu. 15. & ſub nu. 17.*

8 *Pacem duo inter ſe facientes, & illam ſub certa pœna ſeruare promittentes, an ſi eodem impetu ambo ſe percuſſerint, vterq; teneatur ad pœnam. & nu. 16.*

9 *Vim vi repellere licet; Cum moderamine tamen inculpatæ tutelæ. Quod multo fortius procedit in iniuria verbali. nu. 23. Declarando tamen, vt nu. 33.*

10 *Modum inculpatæ tutelæ, quando quis dicatur retinere, vel excedere. & nu. 18.*

11 *Dolus cum dolo non cõpenſatur, etiam in delictis commiſſis. Fallit vt nu. 17. Et declara iſtã regulam, vt nu. 21.*

13 *Naues ſi euerſæ ſint ex pari impetu, et ex vtriuſq; culpa, non fit ad inuicem compenſatio, ſed ad inuicem tenentur ad emendationem.*

14 *Furtum vnius non compenſatur cum furto alterius, ſed vtriq; competit actio furti.*

19 *Vulnerare non licet aliquem pro defenſione rerũ ſuarum in foro pœnitentiali. Et quid in foro contentioſo. Vide ante nu. 18.*

20 *Statuto diſponente, quòd licitum ſit percutere inuentum dantem damnum in prædio; an ſi quis inuenerit aliquem damnum dantem in prædio, & eum ſecutus fuerit, ac extra prædium percuſſerit, propter hoc percutiens puniri debeat, necne. Et ibi quòd non, remiſſiuè.*

22 *In iniuria verbali, an, & quando admittatur compenſatio. Vide latiſſimè vſque ad nu. 49.*

25 *Linguæ lubricum ex iracundia commotæ, non eſt de facili detrahendum ad pœnam; Quod declara vt ibi. Et intellige, vt num. 34.*

26 *Defenſionẽ dare in verbis iniurioſis contra aliquẽ prolatis impoſſibile eſt, niſi per ſolam negationem.*

27 *Iniuriãti, non ad defenſionem, ſed ad vindictam, non eſt parcendum.*

28 *Defenſio iuſta eſt, dicere conuicianti, mẽtiris gutture falſo; præmiſſa tamen proteſtatione, de qua nu. 30.*

*Mentiris, ſecurè poteſt dicere aduocatus alteri aduocato ſibi conuicianti, ibidem. Quod intellige, vt nu. 30.*

29 *Famam ſuam negligens, ſui ipſius crudelis eſt.*

31 *L. qui cum natu. §. ſi libertus .ff. ad .l. aquil. declaratur.*

32 *Ira excuſat quem à vindicta; non tamen à delicto.*

34 *L. famoſi .ff. ad .l. Iul. maieſta. declaratio.*

35 *Conuicium paſſus, an debeat tacere, vel contumeliam referre; ſecundum Thom. vſque ad num. 46. vbi author elicit quatuor concluſiones.*

36 *Contumeliam ſibi illatam ſuſtinens, audaciam nutrit conuicianti. Et quomodo contumeliam debeamus repellere, nu. 42. ac audaciam reprimere, nu. 43.*

37 *Homo plus debet diligere ſeipſum, quàm proximum.*

38 *Conuicium alteri inferri, nemo debet ſuſtinere. Et quare, nu. 44.*

39 *Vindicare ſeipſum non licet alicui; neq; cum ſilentio. ibidem. Quod intellige, vt nu. 45.*

40 *Patientia eſt neceſſaria in his quæ cõtra nos fiunt, et dicuntur. Et ibi, quæ ſint in his præcepta patientiæ.*

41 *Diuinum illud verbum, ſi quis percuſſerit tibi vnam maxillam, præbe ei & alteram, quomodo intelligatur ſecundum Auguſt.*

47 *Conuicium verum referens non tenetur ad publicam vindictam, neq; ad priuatum intereſſe. Quod intellige, vt ſub num. 48.*

48 *Cap. ſi quis iratus .2. q. 3. declaratio.*

49 *In iniurijs mixtis ex verbis, & ex factis, an, & quando admittatur compenſatio.*

50 *Rixa propriè ſumpta conſiſtit in factis, ac iniuriam verbalem ſignificat. Et vnde dicatur. Et an ſit potius plurium, quàm duorum. num. ſeq.*

*Differentia quæ ſit inter diſcordiam, contentionem, & rixam. ibidem*

52 *Rixa eſt peccatum mortale; & ibi quando non ſit etiam veniale. & nu. ſequen.*

53 *Irregularitatem quãdo non icurrat quis mutilando, aut interficiendo, remiſſiuè.*

54 *Rixa oritur ex ira. Et ibi, quando hoc ſit verum.*

55 *Paci opponuntur rixa, diſcordia, & contentio.*

*Pax eſt actus interior charitatis. ibidem.*

56 *Percutiens aliquem rixando, tenetur ad damna intrinſeca, & extrinſeca. et numeris ſeq.*





*Et declara illud, de damnis extrinſecis. vt num. 62.*

57 *Vulneratus, atq; percuſſus, ad quid agere poſſit. Et qua actione, num. 65.*

58 *Deformitatis corporis non habetur ratio. Quod declara, vt ibi. & num. ſequen. vſque ad nu. 62.*

59 *Corpus liberum non recipit æſtimationem. Limitari tamen poteſt, vt num. ſequen. vſque ad num. 62.*

61 *Filiafam. libera, ſi ſit deformata ex ſuperuenienti percuſſione, vnde oporteat, ſi nuptui tradenda ſit, longe maiorem dotem ei dare, an in ea ſit habenda ratio deformitatis.*

63 *Iniuriarum actio datur ad vindictam; Et ad pœnam, & non continet rei perſecutionem. ibidem.*

*Et quid de actione .l. aquiliæ. ibidem.*

*Et an vna tollatur per aliam. ibidem, remiſſiuè. Et nu. 67.*

64 *In æſtimatione contumeliæ, ſeu iniuriæ, quæ conſiderari debeant. Et quòd non ſufficiat culpa, ſed requiratur dolus, num. 66.*

SI RIXATI. Cõiter non ſummãt
propter eius breuitatẽ. Et ad ſu-
praſcriptionem, dum dicitur, in
Exod. dic in .c. 21. Nota primo,
1 quod percutiens, ſeu vulnerans † aliquem nõ
excuſatur, quamuis rixa, & ipſius calor, & in-
ſtigatio præceſſerit. concor. l. fin. ff. de ſicca.
Et poteſt hæc litera adduci in argumentum ad
deciſionem. q. ſim .D. m. Titius, & Sẽpronius
2 percuſſerũt ſe ad inuicẽ, † vel conuicia ſibi dixe
runt alternatim, vtrũ tales percuſſiones, vel iniu
riæ tollantur mutua cõpenſatione. Et conclu-
dit quòd non; nam ſi quis eorum conuentus
per alium, exciperet ſe non teneri; quia & ipſe
actor iniuriam, vel percuſſionem intuliſſet,
non debet audiri; quia cum iſte iniurię, & per-
cuſſiones ſint ſeparatæ, & diuerſa ſint fa-
cta, & verſentur circa diuerſa, non tolluntur
mutua compenſatione. Secus quando verſa-
rẽtur circa idem factum, vt puta, circa idem mu
tuum adulterium mariti, & vxoris ad idem ma
trimonium; nam tunc inquantum ciuiliter age-
retur ad ſeparationem matrimonij quò ad tho
rum, ſeu quò ad lucrandam dotem, tolluntur
mutua compenſatione, vt in .c. intelleximus.
ſupra de adulte. & ibi per innocen. de quo dic
vt dixi latius in .c. tua. Et facit etiam quod
tenet Specu. in titu. de accuſa. §. 1. ver. quid
ſi te vocaui, vbi recitat notabile dictum quo-
rundam, qui ſingulariter voluerunt, quòd pro-
3 uocans † aliquem dicto, vel facto, non po-
teſt agere contra prouocatum, qui ipſum of-
fendit, eo quòd prouocans cauſam dederit;
& quia calor iracundiæ caret vitio calumnię. 2.
q. 3. c. ſi quis iratus. ff. ad turpil. l. 1. Quod ta-
men dictum hic nõ placet; ex toto .D. m. quia
iſta delicta verſantur circa diuerſa, vnde quili-
4 bet poteſt agere pro iniuria ſua; & † vlciſci
regulariter non eſt licitum. argu. per locum
à ſpeciali .C. quando lic. ſi. iud. ven. per to-
tum. Facit .l. ſi ex plagiis. §. tabernarius. ff.
ad .l. aquil. Item mouetur per tex. noſtrum,
vbi non ponderatur quis fuerit primus author
rixe, & indiſtinctè vult, quòd percuſſor te-
neatur. Subdit tamen, quòd prouocatus pu-
nietur mitius. Et hæc procedunt ſm eum,
in animalibus rationem habentibus. Secus in
animalibus carentibus ratione per .l. 1. §. cum
arietes .ff. ſi quad. pau. feciſ. dic. Et ex prædi-
ctis infert .D. m. quòd licet ſtatutũ ſimpliciter
5 dicat, quòd percutiens † puniatur tanta pœna,
nihilominus, quando quis iracundia motus
prouocatus percuſſit, ex officio ſuo debet mi-
tius punire, per not. in .l. quid ergo .§. pœna
grauior .ff. de ijs qui not. infa. & in ſimili in .l.
.2. ff. de recepta. Ego verò hunc articulum
proſequor per duo principalia membra.
Primum erit, quid iuris in animalibus ratio-
nabilibus. Secundum, quid iuris in animali-
bus ratione carentibus. Sed de hoc ſecundo
membro non dicam hic; ſed dicam in .c. 3.
infra eod. Circa primum quid iuris de iniu-
rijs illatis per animalia rationabilia, diſtinguo
tres caſus principales. Primus eſt, quando in-
iuriæ hic inde fuerunt reales, ſecundum quas
homines propriè dicuntur rixari, vt infra di-
cam. Secundus caſus erit, de iniurijs hinc inde
verbalibus quibus homines potius contẽdere,
quàm rixari dicuntur. Tertius caſus erit, de
iniurijs mixtis. Circa primum caſum de iniu-
6 rijs realibus, † vtrum ad inuicem compenſen-
tur ſubdiſtingue, quòd aut quærimus vtrum
compenſentur reſpectu publicę vindictæ, &
intereſſe, aut reſpectu ciuilis actionis, & pri-
uati intereſſe. Primo caſu, adhuc ſubdiſtin-
gue, quòd aut non apparet quis primo rixam
inchoauerit, aut apparet. Primo caſu vterq;
tenetur. Vnde ſi duo eodem impetu ſe vul-
nerauerint, vel percuſſerint, vnuſquiſq; punien
7 dus eſt; quia in delictis, † ſeu in genere pro-
hibitorũ, ſemper præſumitur dolus, vt in .c. 1.
.ſ̃. de p̃ſum. & in .l. ſi nõ conuicij .C. de iniur.
& in .l. 1. C. de ſicca. Et ideò ſi quis vult euade-
re pœnam, neceſſarium eſt, quòd probet ſe fe-
ciſſe ad ſuam defenſionem, aliàs autem debet
ſuccumbere, & puniri; quia res publica funda-
tam habet intentionem ſuam, vt in dictis iuri-
bus. Facit .l. quemadmodum .§. fin. ff. ad .l.
aquil. & quod not. Bal. in .d. l. 1. C. de ſic-
ca. & per Bart. in .l. fin. ff. de ſicca. Facit
etiam tex. noſter, licet non loquatur in
vindicta publica. Sed ſi eodem impetu ambo
ſe percuſſerunt, neuter ipſorum probare po-
teſt, quòd ad ſui defenſionem fecerit, ergo &c.
Facit quod not. in .l. ſi fuerit .ff. de re. iu.
Et ex prædictis videtur inferendum, quòd ſi
duo fecerũt ad inuicem pacem, † & illam pro-
miſerunt ſeruare ſub certa pœna, quòd ſi eo-
dem impetu ambo ſe percuſſerint, vterq; tenea
tur. Quod tamen non placet, vt infra ſubij-
ciam in alio caſu priuati intereſſe. Si verò
apparet quis primo percuſſerit, ſeu prouoca-

uerit, adhuc ſubdiſtingue, quod aut prouoca-
tus incontinenti repercuſſit, aut ex interuallo.
Primo caſu prouocans puniendus eſt; ſed pro-
9 uocatus non eſt puniendus; quia † vim vi re-
pellere licet. vt in.c.3. infra de ſenten. excom.
& in .c. dilecto. de ſenten. excom. lib. 6. &
in cle. 1. de homici. & in .l. vt vim .ff. de iuſti.
& iure. et in .l. ſcientiam .§. qui cum aliter.
.ff. ad .l. aquil. & .23. q. 3. non inferenda,
Quod tñ dixi de prouocato, eſt verum, ſi id fa-
ciat cum moderamine inculpatæ tutelæ. Nota
tamen, quòd ſi excederet modũ inculpatæ tu-
telæ, non puniretur de toto maleficio; ſed ex-
traordinariè arbitrio iudicis. Et quando di-
10 catur retinere, † vel excedere modum incul-
patę tutelę, Et de ipſa pœna extraordinaria, di-
cam in.c. ſignificauit ĵ. de pœ. & remiſ. Si ve-
rò ex interuallo ꝓuocatus repercuſſerit, vterq;
puniẽdus eſt. Et prouocatus punitur etiam pro
11 toto delicto; nec dolus † cum dolo compenſa-
tur; etiã ſi delicta cõmiſſa ſint idem. vt proba-
tur in .l.2. §. qui hoc. & .§. extraneus .ff. de
adult. not. glo. in .l. viro ff. ſo. ma. Facit quod
habetur in .l. is quis reus. ff. de pub. iudi. & .l.
.1.C. qui accu. non poſ. & in .l. neganda. cum
ſeq. Et hæc vt dixi, procedunt reſpectu publicę
vindictę. Aut quærimus reſpectu priuati inter-
12 eſſe, † & ciuilis accuſationis, & ſubdiſtingue,
quòd aut non apparet, quis primo prouoca-
uerit, aut apparet. Primo caſu, Bal. in repe. l. cũ
mulier. ff. ſo. ma. & ibi, Ludo. Ponta. dicit, quòd
non admittitur compenſatio, & ſic vnus alteri
tenetur. Mouetur Bal. per. l. quemadmodũ. §.
ſi nauis alteram .ff. ad .l. aquil. vbi ſi pari im-
13 petu, præcedente vtriuſque culpa, † naues
euerſæ ſunt, non fit ad inuicem compenſatio;
ſed ad inuicem tenentur ad emendationẽ. Per
quã .l. infert Bal. ꝙ ſi duo pari impetu, ſe inui-
cem inſultẽtur, quòd inuicẽ agere actione iniu
riarũ poſſunt; quia vnius cuiuſq; delictũ per ſe
diſcernitur. Ex quo infert, falſam eſſe opi. gl. in
.l. 1. §. cum arietes. ff. ſi qua. pauper. fecis. dic.
quę vult, ꝙ ſi ex bob⁹, vel arietibus nõ apparet
quis primo fuerit prouocans, non poteſt agi.
Sed tu dic de hoc, vt dicam in .c. 3. infra eod.
Et prædictam opi. ſequitur Ludo. vt dixi; ſed
non per .d. §. ſi nauis. Sed mouetur per .l.
quemadmodum .§. fi. ff. de noxa. vbi patet, ꝙ
ſi tu mihi ſubtrahis rem meam, & ego tibi ſub-
14 traho aliam, furtum vnius † non compenſa-
tur cum furto alterius. imò vtriq; competit
actio furti. Item mouetur per .l. qui vas. in
princi. ff. de fur. vbi ſi tu rem mihi furtiuè ſub-
trahis, & ego tibi illam violenter arripio, fur-
tum commiſſum per te, non compenſatur cum
violentia per me illata, nec econtra! Imò con-
tra primum competit actio furti ad duplum,
vel quadruplum. Contra ſecundum compe-
tit condictio ex .l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.
Sed tu dic, quòd tex. allegati. per .D. Ludo.
non probant ad caſum noſtrum; quia loquun-
tur, quando ex interuallo reales iniuriæ ſunt
illatæ; ſed nos loquimur, quando eodem tem
pore, & eodem impetu ſunt illatæ. Placet
etiam mihi illa opinio; quę melius probatur per
.d. §. ſi nauis. allegatũ per Bal. Et pro hac opin.
induco rationẽ iudicio meò inconuincibilem;
quia ille qui agit ratione iniuriæ ſibi illatę pro
ſuo priuato intereſſe, ꝓbat iniuriã ſibi illatam.
Et ſic habebit fundatam intentionem ſuam. er-
go conuentus non poterit ſe defendere, niſi
probet ſe feciſſe ad defenſionẽ ſuam; ſed hoc
probare non poterit ſi eodem tempore damna
hinc inde, & iniuriæ fuerunt illatę, ergo &c.
Et hęc concluſio ſatis benè probatur hic in tex.
noſtro, qui non diſtinguit, an percutiens eo-
dem tempore percuſſerit; ſed ſimpliciter lo-
15 quitur. Item facit, quia in his † quæ ſunt de
genere prohibitorum, præſumuntur dolus, &
culpa, vt ſupra dixi. Et ex prædictis videtur
inferendum, quòd ſi duo de iniurijs inuicem
16 illatis facerent pacem, † & poſtea ad inuicem
ſe percuſſerint, quod vterq; poſſit damnari ad
pœnam reipublicæ applicandam. Et vterque
poſſit agere ad pœnam conuentionalem.
Contrarium tamen determinat Bar. in .d. l. 1.
.§. cum arietes, & ſequitur ibi .D. m. Floria-
nus de Bononia. Et hoc mihi placet. Nec ob-
ſtãt rationes, & iura ſupra allegata, quæ viden-
tur concludere in contrarium. Sed non eſt ve-
rum; quia imò concludunt ad prædictam deci-
ſionem; quia ille qui vult agere ad pœnam fra-
ctæ pacis, debet hoc probare quod eſt funda-
damentum intentionis ſuæ, videlicet, pacem
fractam eſſe per illum. vt .l. actor .C. de pro-
ba. & quod dixi de negatiua, quando eſt fun-
damentum intentionis agentis in .c. ſuper his
de accuſa. Et hoc debet neceſſariò conclu-
dere, vt in .c. in præſentia. ſupra de proba.
Vnde debet probare, quòd aduerſarius ſuus
primo percuſſerit, per not. in .l. qui fidem .ff.
de tranſac. & .l. cum proponas .C. de pact. &
ſupra de iureiuran .c. peruenit .2. Facit .d. §.
cum arietes. & quòd not. in .l. ſi ſeruum. §. ſe-
quitur .ff. de verb. obliga. Sed hoc ipſe actor
probare non poteſt, cum præſupponat, quòd
eodem tempore ſe percuſſerint, ergo &c.
Præterea in quantum loquimur de priuato in-
17 tereſſe cum delicta † hic inde ſint circa idem,
meritò dolus cum dolo compẽſatur. vt.c. pen.
& fin. ſupra de adul. Nec ob. ſi diceres quan-
tum ad vindictam publicam, quòd non excu-
ſantur, nec cõpenſantur delicta etiam circa idẽ
cõmiſſa, vt ſupra dixi per.l.2. §. qui hoc. & .§.
extraneus .ff. de adulte. coniunctis ijs quæ di-
xi, ꝙ in ijs quæ ſunt de genere prohibitorum
præſumitur dolus. Quia reſpondeo, ꝙ reſpu-
blica, quantum ad publicam vindictam, reſpectu
naturalis pœnæ delicti, habet fundatam inten-
tionem ſuam, vt ſupra dixi; ſed non habet fun-
datam reſpectu alterius accidentis, & qualita-
tis, qualis eſt reſpectu pacis fractæ. Vnde qui
hanc qualitatem allegat, debet illam probare, &
neceſſariò concludere, vt ſupra dixi; Aut appa-
ret quis primo damnum, vel iniuriam realem
intulerit. Et ſubdiſtingue, quòd aut quis in-
continen-



continenti ſe defendendo pariformiter intulit
damnum, aut ex interuallo. Primo caſu ſubdi-
ſtingue, ꝙ aut intulit damnum perſonæ, aut re-
bus. Si perſonæ, adhuc ſubdiſtingue, quòd aut
illud egit cum moderamine inculpatæ tutelæ,
& non tenetur, vt in.l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. &
in.d.l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad. l. aquil.
cum ſimi. Aut ſine moderamine inculpatæ tu-
telę, & tunc, licet ſupra dixerim, ꝙ ad vindictam
publicam non punitur pro toto, ſed extraordi-
nariè arbitrio iudicis; tñ hoc caſu reſpectu pri-
uati intereſſe, arbitror, ꝙ teneatur ad totum;
quia reſpectu priuati intereſſe, quò ad emendã
damni, ſolum conſideratur culpa inferentis, vt
c. fina. ĵ. eod. & in.d. §. ſi nauis. ff. ad. l. aquil. per
totum. Et probatur expreſsè hic in tex. noſtro,
qui vult, quòd talis teneatur impenſas medica-
mentorum, & ęſtimationem operarum reſti-
tuere. & loquitur in hominibus ad inuicem ri-
xantibus, & ſic reales iniurias inferentibus. Si
verò primus prouocans non inferebat iniuriã,
ſeu damnum perſonæ, ſed rebus duntaxat, et
hoc caſu ſubdiſtingue, quòd aut loquimur re-
ſpectu fori contentioſi, aut fori pœnitentialis.
Primo caſu, aut iſte prouocatus defendit res
ſuas cum moderamine inculpatæ tutelæ, & non
tenetur, vt.l. 5. in princ. & .l. ſi ex plagijs. §. ſi ta-
bernarius. ff. ad. l. aquil. & .l. furem. ff. de ſicar.
& traditur per docto. in.l. 1. C. vnde vi. traditur
in.c. 2. & . 3. ſ̃. de homici. & vide quod ibi dixi;
18 Et dicitur cum † moderamine inculpatæ tutelæ
facere, etiam ſi quis res ſuas defendat inconti-
nenti per ablationem rerum, vel ſimilem defen-
ſionem, vt in.c. ſi læſerit. ĵ. eod. & ibi dicam.
Item etiam ſi armis id faceret; eo quòd non va-
leret rebus ſuis aliter conſulere. Facit quod di-
xi in.c. 2. ſ̃. de homici. & probatur in iuribus
19 ſupra allegatis. Sed in foro pœnitentiali † nul-
lo pacto pro defenſione rerum licet vulnerare,
aut interficere, vt dixi in.d.c. 2. Et not. circa p̃-
20 dicta, quòd ſi ex forma † ſtatuti licitum eſt cui-
libet inuentum dantem damnum in prædio, aut
poſſeſſionibus percutere, & aliquis inuentum
damnum dantem in prædio ſecutus fuerit, &
percuſſerit extra prędium, quòd propter hoc
non puniretur, vt dicam in dicto.c. ſi læſerit.
Si verò ex interuallo quis realem iniuriam intu
lerit prouocanti, ſubdiſtingue, quòd aut talia
delicta, ſeu tales iniurię verſantur circa diuerſa,
21 & dolus cum † dolo non compenſatur; nec dam
num cum damno. Sed ad inuicem tenentur pro
delicto cuiuſq;. vt.d.l. quẽadmodum. §. fi. ff. de
noxal. & in.d.l. qui vas. in princi. ff. de furt. Et
hoc arbitror procedere antequàm ſit facta ęſti-
matio vtriuſque iniuriæ, vel damni; ſed facta
ęſtimatione, & condemnatione vtriuſq; dam-
ni, & iniuriæ, poſſet alter alteri pro quantitate
ęſtimata cõpenſationẽ obijcere. vt.l. fi. C. de cõ-
penſ. & Inſti. de act. §. bonæ fidei. ver. ſed noſtra
conſtitutio. Si verò iniurię verſantur circa idẽ,
cum agatur de priuato intereſſe, ad inuicem cõ-
penſantur; quamuis ex interuallo proceſſerint. vt
d.c. penult. & fin. & ibi dixi ſupra de adulte. Et
per hoc habes expeditum primum caſum prin-
cipalem de iniurijs realibus hinc inde illatis.
Circa ſecundum caſum, cum loquimur de iniu-
22 ria † verbali, ſubdiſtingue ſecũdum Ludo. Põta.
Quòd aut nõ apparet quis primo iniurioſa ver-
ba protulerit, aut apparet. Primo caſu, conclu-
dit ipſe, quòd neuter puniatur. per tex. in.l. ſciẽ-
tiam. §. cum ſtramenta. ff. ad. l. aquil. & q^{d^r} not.
glo. in.d. §. cum arietes. Aut apparet quis pri-
mo incęperit, & ſubdiſtinguit, quòd aut incon-
tinenti, aut ex interuallo. in primo caſu conclu-
dit, quòd non puniatur, per.l. qui cum natu ma-
ior. §. ſi libertus. ff. de bo. liber. vbi tex. dicit,
quòd ignoſcendum ei eſt, ſi prouocatus voluit
ſe vlciſci. Secundo mouetur, quia ſi iniuriam
facti licitum eſt incontinenti repellere cum mo
deramine inculpatæ tutelæ, fortius debet eſſe
23 licitum repellere iniuriam verbalem † cum mo-
deramine inculpatæ tutelæ. allegat. l. ſi ex pla-
gijs. §. ſi tabernarius. ff. ad. l. aquil. & quod not.
in cle. 1. de homic. Tertio mouetur, quia par-
24 cendum eſt ei, qui cõmotus ex iracundia † pro-
pter verba iniurioſa contra eum prolata, retu-
lit etiam verba iniurioſa. Facit. l. quicquid
calore iracundiæ. ff. de reg. iur. & .ff. ad turpil.
.l. 1. §. quæri poteſt. 2. q. 7. c. ſi quis iratus. & . §.
25 notandum. 2. Lubricum enim linguæ † ex ira-
cundia commotæ, non eſt de facili trahen-
dum ad pœnam, vt dicit tex. in.l. famoſi. ff. ad. l.
iul. maieſta. Quod tamen procedit ſecun-
dum eum, ſi modo illud agat cum moderami-
ne inculpatæ tutelę. Et ſubdit etiam, quòd ſi
quis id ageret ſine moderamine inculpatę tu-
telę; quia excederet modum, tamen non puni-
tur pro tota ſumma iniurię, ſed extraordina-
riè arbitrio iudicis. Si verò ex interuallo quis
verbalem iniuriam retulit, cõcludit quòd vtri-
que competit actio ad ciuilem pœnam exigen-
dam, per.l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. quia
cum hęc ſint diuerſa delicta, & ad diuerſos effe-
ctus tendentia, non admittitur compenſatio, vt
ſæpius dictum eſt. Sed prędicta diſtinctio mi-
hi non placet, & videtur quòd ętiam in duobus
primis caſibus, verbis cõtumelioſis reſiſtere. &
quòd eodem tempore, ſiue incontinenti quis
referat verba contumelioſa, quòd non fiat com
penſatio, & quòd neuter excuſetur. ſiue lo-
quamur de vindicta publica, ſiue de priuata.
26 Moueor, quia videtur mihi impoſſibile † dare
defenſionem in verbis iniurioſis contra aliquẽ
prolatis, niſi per ſolam negationem. Nam li-
cet. A. dixerit. P. fur, vel adulter, propter quod
.P. dixerit. A. quòd ipſe eſt latro, aut ſimile con-
uicium, non eſſet defenſio, ſed conuicium ad
vindictam. Et licet procedat ex ira, non tamẽ
27 parcitur ſibi, quando non ad defenſionem, † ſed
ad vindictam hoc faceret. Pro quo Pſal. Et qui
inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: &
ſubdit, ego aũt tanquam ſurdus non audiebam,
& ſicut mutus non aperiens os ſuum. Vnde
vterq; venit puniendus. Et ideò ſi aliqui eodẽ
tempore vocant ſe fures, aut lęnones, vel alter
prius incępit, & alter poſtea refert, vterque
punie-

punietur. Et hoc videt̃ tenere Spec.in tit.de ac-
cuſ. ver. quid ſi vocaui.vbi cõcludit,ꝙ quilibet
aget de iniuria ſua,licet ſit ęqualis,per pręalleg.
.l.neganda. &.s̃.de iureiuran.c.veniens. & ſe-
quitur Archidia.3.q.11.c.neganda. &.do.Flo.
in d.§.cũ arietes.Et quãuis Spec.referat quoſ-
dam tenere,quòd ſi dicto,vel facto te prouoca-
ui ad iram, propter quam dicto, vel facto mihi
iniurias,quòd ex hoc non debes mihi condem
nari.arg.d.§.cum arietes.& quia non debet im
putari mihi,ſi calore iracundię me prouocaſti;
Tamen non placet mihi, quia talia delicta non
ſunt circa idem, ſed circa diuerſa.Nec vt dixi,
iſta eſt ꝓpria defenſio. Vnde etiam ratione pri
uati intereſſe agi poterit,per prædictam.l.quẽ-
admodum.§.fina.de nox.&.l.qui vas.in princ.
ff.de furt. quia talia verba conuicioſa non ſunt
apta ad defenſionem,vt de ſe patet. Et ideò in
ipſis non videtur dari moderamen inculpatæ
28 tutelæ. Niſi fortè diceret quis conuicianti†ſibi
tu mẽtiris guture falſo; nam iſta eſſet iuſta de-
fenſio, & iſte non teneretur; ſed ſolum primus
conuiciator teneretur tàm ad publicam vindi-
ctam,quàm ad priuatum intereſſe. Et hoc etiã
voluit Spec.in tit.de aduo.§.iam nunc.ver.hoc
tamen caueat.vbi dicit, quòd ſi aduocatus alte-
ri aduocato falſitatem,vel aliam turpem notam
imponat, quòd ſecurè dicat alius, tu menti-
29 ris;quia crudelis†eſſet, ſi famam ſuam neglige-
ret.12.q.1.c.nolo.dixi in.c.fina.de accu. Sub-
dit tamen, quòd hoc dicat præmiſſa proteſta-
30 tione,†ꝙ hoc non dicit cauſa iniuriandi,ſed ſui
iuris,& honoris conſeruandi; quia talis prote-
ſtatio multũ operatur, vt not.s̃.de elect.c.quia
diligentia.&.c.cum.A. & de cenſi.c.cum olim.
31.q.2.c.lotharius. Ego tamen arbitror,quòd
licet hoc ſit magis tutum, & honeſtum, tamen
non ſit neceſſarium. Sed ſi alter aduocatus, vel
ſimilis non obijceret turpia, non debet dicere,
tu mentiris. Sed dicere,ſalua reuerentia, hone
ſtate,aut honore veſtro.26.diſt.deinde.in prin.
Nam ſi diceret,ſalua reuerentia,tu mentiris, eo
caſu quo alter nõ prouocaſſet eum ad iniuriam
conuiciando,vel notam impingendo,talis pro-
teſtatio non releuaret, quominus agi poſſet
actione iniuriarum,ita dicunt Dy.Bar.& Io.de
Imo.in.l.ſi quis extraneus.ff.de acqui. hære. &
Cyn.in.l.ſi non conuicij. C.de iniur.d.Anto.&
Io.de Imo.in.c.ea te.s̃.de iureiur.& ibi dixi.Fa
cit qd' not.glo.96.diſt.c.ſi imperator. Sit ergo
concluſio, ꝙ in iniurijs verbalibus non admit-
titur compenſatio hinc inde, ſiue eodem tem-
pore,ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo refe-
rantur. Non obſtant rationes.d.Ludo. Et pri
31 mo ad.§.ſi libertus.†reſpondetur, quòd loqui-
tur in eo qui prouocatus non propria autho-
ritate,ſed mediante iudice voluit ſe vlciſci. Et
32 ita dicit ibi glo.nam ira † excuſat quem à vin-
dicta, vt eſt tex. apertus in.d.l.ſcientiam.§.qui
cum aliter. ff.ad.l.aquil. vbi tex. formaliter di-
cit. Et hoc ſi tuendi cauſa,& nõ vlciſcendi &c.
Et idem in.d.l.ſi ex plagijs.§.tabernarius.eod.
tit. & ꝙ ira non excuſat à delicto, etiam dicit
tex.in.l.aut facta. ver.puniuntur.ff.de pœn. ca-
nonizata.de pœnit.diſtin.1. Non obſtat aliud
argumentum.do.Ludo. quia non ſequitur,in-
iuriam facti licitum eſt incontinenti repelle-
33 re; † ergo fortius & verbalem licet repelle-
re; quia fateor, ſed non ſequitur, quòd poſſu-
mus hoc facere conuiciando; quia tunc ad vin-
dictam,ſed non ad defenſionem diceretur fieri.
Ad vltimum argumentum reſponſio ſatis patet
ex ijs quæ dicta ſunt ſupra; quia ira excuſat, ſi
habet defenſionem, & non vindictam. Nec
34 obſtat.l.famoſi. quia ibi loquitur†de lubrico
linguæ reſpectu Imperatoris, ſecundum quod
traditur in.l.1.C.ſi quis impera.maled. Et hæc
in heſterna lectionę cogitaueram. Sed ex quo-
dam argumento poſt lectionem facto, ꝙ pri-
mum infra ſubijciam in ordine,data fuit mate-
ria vlterius cogitandi. Vnde reperi. B.Thom.
ſecunda ſecundæ.q.27.articulo.3.diſputãtem,
35 vtrum paſſus conuicium†debeat tacere,vel cõ-
tumeliam referre; & arguit tripliciter, quòd nõ
debeat tacere. Primo arguit, quia qui ſuſtinet
36 illam contumeliam ſibi illatam, audaciam nu-
trit conuiciantis. Quod non videtur faciendũ,
& ideò referendum eſt conuicium, ſaltem ad
defenſionem ſequentium verborum, vt ab illis
incipiens refrenetur. Secundo, quia homo
37 plus†debet diligere ſeipſum,quàm proximum.
vt.c.3.s̃.de neg.præla.23.q.5.c.ſi non licet. &
not.in.l.præſes.C.de ſer.& aqua. Sed aliquis
38 non debet†ſuſtinere, ꝙ alteri conuicium infe-
ratur. Vnde prouerb.c.26. de conuicio illato
ſocio, dicitur,qui imponit ſtulto ſilentium,iras
mitigat.ergo aliquis nõ debet ẽt ſuſtinere iniu-
rias ſibi illatas. Tertio ꝓbat,quia non licet ali-
39 cui†vindicare ſeipsũ,iuxta illud Pſal.mihi vindi
ctã,& ego retribuã. Sed aliquis non reſiſtendo
cõtumeliæ ſe vĩdicat, iuxta illud Chryſoſt. ſi vis
vindicare,ſile, & funeſtã ei dediſti plagã. Sol.
40 B.Tho.ꝙ ſicut patientia eſt neceſſaria†in his q̃
cõtra nos fiunt;ita & in his q̃ contra nos dicun
tur. Præcepta autem patientiæ in his quæ cõtra
nos fiunt, ſunt in præparatione animi haben-
da,ſicut dicit Augu. in lib.de ſermone Domini
in monte, exponens illud verbum diuinum, Si
41 quis†percuſſerit tibi vnam maxillam, præbe ei
aliam.ſ.vt hoc paratus ſit facere, ſi opus fuerit;
nõ tamen hoc ſemper tenetur facere actu; quia
nec ipſe Dominus hoc fecit,ſed cum ſuſcepiſſet
alapam,dixit, Quid me cędis? vt habetur Ioan.
.c.18. Et ideò circa verba contumelioſa, quæ
contra nos dicuntur, eſt idẽ intelligendum. Te-
nemur enim habere animum paratum ad tole-
randum contumelias, ſi expediens fuerit.
42 Quandoq; tamen oportet, vt † contumeliam
illatam repellamus,maximè propter duo. Pri-
mo, ꝓpter bonum illius, qui contumeliam in-
fert,vt videlicet reprimatur illius audacia, & vt
de cætero non attentet ſimilia, iuxta illud pro-
uerb.c.26. Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam
ſuam,ne ſibi ſapiens eſſe videatur. Alio modo
propter bonum multorum,quorum profectus
impedit ꝓpter contumelias nobis illatas. vnde
Grego.



Greg. dicit ſuper Ezech. homil.9.quorum vita
in exẽplo imitationis eſt poſita, debent ſi poſ-
ſunt, detrahentium ſibi verba compeſcere, vt
eorum prædicationem non audiant qui audire
poterant,& in prauis moribus remanentes, be-
ne viuere contemnant. Ad primum autem ar-
43 gumentum reſpondet,ꝙ audaciam†conuician
tis contumelioſi, debet aliquis moderatè repri
mere.ſ.propter officium charitatis, non ꝓpter
cupiditatem priuati honoris. Vnde ꝓuerb.26.
dicitur, ne reſpondeas ſtulto ſecundum ſtulti-
tiam ſuam,ne ſibi ſimilis efficiaris. Ad ſecun-
dum argumentum reſpondet, quòd vbi quis
44 alienas † contumelias reprimit, non ita time-
tur cupiditas priuati honoris, ſicut cum ali-
quis repellit iniurias proprias, quas repel-
lere quis potius videtur ex affectu charita-
tis. Ad tertium reſpondet, quòd ſi aliquis
45 hoc animo†taceret, vt tacendo contumelianté
ad maiorem contumeliam ꝓuocaret, hoc per-
tinet ad vindictam, & non eſt licitum. Sed ſi
aliquis taceret,volens cedere locũ iræ,hoc eſſet
laudabile. Vnde dicit Eccleſ.c.8.non litiges cũ
homine linguato, & non ſtruas in ignem illius
ligna. Ex quibus omnibus ego elicio iſtas cõ-
46 cluſiones. Primo,†ꝙ ad vindictam,nulli licitũ
eſt conuicium referre. Secundo,ꝙ conuicium
ſibi illàtum, ſi eſt falſum, debet quis negare.
Tertio, ꝙ propter conuicium illatum,non eſt
licitum alicui falſum conuicium referre; quia
pro nulla hominis ſalute licitum eſt mentiri.
Quarto,ex charitate, vt refrenetur conuiciantis
audacia,licitum eſt conuicium verum referre.
47 Et aduerte,quia hoc caſu arbitror,ꝙ iſte † refe-
rens conuicium verum in nullo teneretur,neq;
ad publicam vindictam,neque ad priuatum in-
tereſſe;Nec hoc caſu habetur diſtinctio, vtrum
illud conuicium verum expediat reipublicæ
improperare,vel non,ſecundum ꝙ diſtinguitur
in.l.eum qui nocentem.in prin.ff.eod. quia ſal-
tem hoc caſu,propter conuocationem, debet
ipſe excuſari. Et ita poterunt procedere iura.
48 †2.q.3.c.ſi quis iratus. &.§.notandum.2.cum
alijs iuribus ſupra allegatis de irato,ſeu prouo-
cato ad iram. Sed ſi eodem impetu,etiam am-
bo vera conuicia inferrent, quæ patefieri non
expediret rei publicæ,arbitrarer, quòd vterque
teneretur ad vindictam publicam,& priuatam,
Et ex prędictis habes notabiliter expeditum ſe-
cundum principalẽ articulum de iniurijs verba-
libus inuicẽ illatis, licet doct.quaſi nihil dicant.
Circa tertium principalem articulum, quando
49 iniuriæ collatę†ſunt commixtæ,& ex verbis,&
factis,breuiter dicerem,quòd ſiue vnus conui-
cium intulit,& alter iniuriam realem, ſiue vnus
primo incęperit conuiciari, & alter incontinen
ti verberare, aut percutere, ſiue ex interuallo,
quibus caſibus excederet quis modum incul-
patæ tutelæ, ꝙ ambo tenerentur ad vindictam
publicam,& priuatum intereſſe,per iura, & ra-
tiones ſuperius allegatas.Niſi ĩ primo caſu quis
conuicium verum dixiſſet, ꝙ expediret rei pu-
blicæ ſcire. Si verò vnus inciperet realem in-
iuriam inferre, & alter conuicijs inſiſtere,ſi fal-
ſa eſſent conuicia, arbitrarer vtrunq; puniendũ
eſſe,tàm publica,quàm priuata vindicta. Sed
ſi conuicia eſſent vera, etiam ſi non expediret
reipublicæ illa ſcire, arbitrarer talem mini-
me puniendum,per iura, & rationes ſuperius
deductas ad hunc articulum facientes. Secun-
do not.ibi,ſi rixati, iũcto ver.percuſſerit,quòd
50 rixa† propriè ſumpta,conſiſtit in factis, & iniu-
riam realem ſignificat. Nam debes ſcire,quòd
hæc eſt differentia inter diſcordiam, contẽtio-
nem, & rixam, quia diſcordia contrarietatem
quandam importat in voluntate, quaſi diuer-
ſitatem cordium deſignans, vt not. glo. in ver.
diſcordia. in clem.1.de iureiur. & per.B.Tho.
ſecunda ſecundę. q.27. Contentio verò deno
tat verbalem contradictionẽ, iuxta illud Apoſt.
2.ad Timoth.c.2. Noli contendere verbis. per
B.Thom,ſecunda ſecundæ.q.39.&.q.41. Ri-
xa verò,vt ſupra dixi, & probatur hic, denotat
contrarietatem in facto. Vnde glo.ſuper illud
ad Gal.c.5. dicit,ꝙ rixæ ſunt, quando ex ira ho
mines ad inuicem ſe percutiunt. Et dicitur rixa
inter altercantes,& propriè inter duos, vt dicit
glo.in ver.rixa.de pœnit.diſt.1.c.aut facta. Sed
51 Iſido.in lib.ethimo.dicit,quòd rixoſus†dicitur
à ritu canino; ſemper.n.paratus eſt ad contradi
cendum,& iurgio delectatur, & prouocat. Sed
tex. in.l.prætor ait.2.in.§.1.ff.vi bon. rapt. di-
cit,quòd licet turba ſit multitudinis;tamen ri-
xa eſt etiam duorum; & ſic ſentit per implicati-
uam etiam,quòd ſit potius plurium, quã duo-
rum. Et ita etiam volunt Hug. & Catholicon
grammat.dicentes,ꝙ rixa eſt,quæ inter multos
cõmittitur,& in iniuria conſiſtit. Vnde ſit con-
cluſio, quòd propriè eſt plurium, vt probatur
in.d.§.1.&.l.fina.ff.de ſica. Et facit etiam tex.
noſter.licet poſſit eſſe etiam duorum.Et not.ꝙ
rixa eſt peccatum mortale. Nam per Apoſt.
ad Galat.5. connumeratur inter opera carnis,
quę qui agunt,regnum Dei non conſequuntur.
Item probatur,quia vt ſupra dixi, rixa impor-
tat quãdam contradictionem in factis, per quã
videtur induci quoddam priuatum bellum in-
ter priuatas perſonas, non ex publica aliqua au
thoritate,vel vtilitate; ſed magis ex inordinata
voluntate,& per conſequens videtur eſſe pec-
52 catum mortale. † Et hoc indubitanter verum
eſt,reſpectu eius qui inuadit,& intendit inferre
nocumentum proximo, etiam opere manuali.
Sed in eo qui ſe defendit, poteſt eſſe abſque
aliquo peccato; & quandoque cum pecca-
to veniali, & quandoq; etiam cum peccato
mortali;ſecundum diuerſum motum, & appe-
titum ipſius defendentis, & diuerſum modum
ſe defendendi. Nam ſi ſolo animo repellendi
iniuriam illatam, & cum debita moderatione
quis ſe defendat,non eſt peccatum aliquod,nec
poteſt dici propriè rixa ex parte ipſius. Quin-
53 imò talis mutilando, † aut interficiendo non
incurrit irregularitatem, vt dixi in.c.ad audien-
tiam. ſupra de homici. in.7.principali articulo.
q.14.& ſequen. Si verò quis ſe defenderet cum
animo

animo vindictæ,vel odij, vel cum exceſſu debi-
tæ moderationis, ſemper eſt peccatum; vel ve-
niale,quando.ſ.motus odij,vel vindictæ fuit le-
uis,vel quando parum exceſſit moderatam de-
fenſionem. Mortale autem efficitur, quando
motus odij, vel vindictæ eſt magnus, propter
quem quis multum excedit moderatam defen-
ſionem fortè occidendo,vel grauiter lædendo.
Et ita concludit etiam.B.Thom.ſecunda ſecun
dæ.q.41.artic.1.Et ibi ſubiungit in.2.articulo.
54 ꝙ rixa oritur ex ira, iuxta illud Grego.lib.31.
.c.31.moral. & prouerb.c.15.&.29.dum dr̄,
vir iracundus prouocat rixas. Qđ eſt verū,quã
do quis intendit alium lædere, eo ſciente,& re-
pugnante;quia hoc ꝓpriè pertinet ad iram,quę
eſt appetitus vindictæ;non enim ſufficit irato,
ꝙ latenter noceat ei,contra quem iraſcitur; ſed
vult,quòd ipſe ſentiat,& ꝙ contra voluntatem
ſuam aliquid patiatur in vindictam eius quòd
fecit. Quanuis ex eo,quòd quis abſolutè inten-
deret malum alicuius, talis læſio pertineat ad
odium, cuius eſt intentio ad lędendum inimi-
cum,non ſolum in manifeſto, ſed etiam in oc-
55 culto. Et hæc tria,† rixa,contentio, & diſcor-
dia, opponuntur paci, quæ eſt actus interior
charitatis. Vltimo not. quòd percutiens ali-
56 quē rixando, tenetur,non ſolum ad damna in-
trinſeca, qualia ſunt damna propter expenſas
medicamentorum, ſed etiam ad damna extrin-
ſeca,propter lucrum ceſſans ꝙ conſiſtit in amiſ
ſione operarum, de quo latius.ĩ.poſt glo.
Glo.in princ. format quęſtio. & ſoluit. deinde
ſentit contrarium, & ſoluit. In fi. glo. dic pro
intellectu glo. & tex. & eorum quæ tangũt hic
Io. And. &.D.m.quanuis multũ imperfectè,ꝙ
eſſent quatuor articuli principaliter examinan
di. Primus, ad quid agere poſſit vulneratus,
ſeu percuſſus. & de hoc infra plenè dicemus.
Secundus, qua actione agere poſſit. & de hoc
hic aliquid dicam, ſed latius in.c.fina.ĩ.eod.
Tertius,qualiter quis debeat fundare,& proba-
re intentionem ſuam, de quo dicam in.c.olim.
ĩ.eod. Quartus, vtrum per remiſſionem iniu
riæ,intelligatur ſimpliciter facta remiſſio cuiuſ-
libet actionis. de quo dicam in.c.in noſtra.ĩ.
eod. Et ibi tractabo materiam remiſſionis in-
iuriæ. Et quis teneatur ad illam faciendam, &
qualiter. Circa primum articulum,tex.eſt hic,
57 ꝙ † tenetur ad emendationem operarum amiſ-
ſarum. Et not. ꝙ non ſolum tenetur ad æſti-
mationem operarum amiſſarum tempore cu-
ræ;ſed etiam ad omnes operas, quas percuſſus
occaſione percuſſionis amiſſurus eſt toto tem-
pore vitæ ſuæ;vt quia fortè debilitatus eſt in ma
nu dextera,cum qua operas exercebat,vel in pe
de,& erat curſor,ſeu viator. Et hæc probantur
in.l.ex hac. in fi.ff.ſi quadr.pau.feciſ.dica. & in
.l.qua actione.in princ.ff.ad.l.aquil.& meli⁹ in
.l.fina.ff. de ijs qui deie. vel effu. vbi tex.dicit,
operas quibus caruit,& cariturus eſt. Quinimò
dicit hic.D.m. referendo Spec. in tit. de iniur.
§.2. poſt princ. quòd mortuo percuſſo, poteſt
agere pater,vel hæres pro operis, quas iſte po-
tuiſſet exercere toto tempore vitæ ſuę;Et debet
haberi reſpectus quanto tempore veriſimiliter
viuere poterat.& ſatis mihi placet.Sed Spec.ibi
hoc nō dicit. Vnde arbitror, quòd allegatio ſit
corrupta.Vide tamen p̄dictas leges idem dicen
tes. Inſuper etiam habetur ratio omnium im-
penſarum factarum in cura ipſius vulnerati, ſeu
percuſſi,non ſolum in medicis,prout hic dicit;
ſed etiam in quibuſcunque medicinis, & qui-
buſcunque alijs neceſſarijs. Et finaliter conclu-
de,quòd habetur ratio cuiuſque alterius inter-
eſſe,& dãni intrinſeci,vel extrinſeci. Sed defor-
58 mitatis. vt † dicit glo.nō habetur ratio. Tu ve-
rò dic, ꝙ aut loquimur ĩ libero homine percuſ-
ſo,aut in ſeruo. Primo caſu, reſpectu mortis,
non habetur ratio quò ad æſtimationem,& pri
59 uatum intereſſe;quia liberum † corpus non re-
cipit æſtimationem, vt in.d.l.ex hac. &.l.qua
actione.& in.d.l.fina. & in.l.2.§.corporum.ff.
ad.l.rhod.de iac.& Inſti.de oblig.quæ ex quaſ.
delic. §.ob hominem. Sed reſpectu publicæ
vindictæ ratione culpæ, propter liberum ho-
minem occiſum imponitur pęna quinquagin-
ta aureorum, vt dicit hic glo. per. §.ſed cum
liber.in ea allegata. Cicatricis autem, aut de-
formitatis ſimiliter non habetur ratio, quò ad
æſtimationem,propter eandem rationem; quia
liberum corpus non recipit æſtimationē. Qđ
60 fortè limitari poſſet,quò ad æſtimationē ipſius
corporis;quia impoſſibile eſt æſtimare; quia eſt
inæſtimabile,vt dictis iuribus. Et vide.23.q.8.
c.ſi quis membrorum. Sed dubito,vtrum ex
61 eo, quòd filiafamil. † libera, quæ eſt tradenda
nuptui, cum propter deformitatem ex percuſ-
ſione ſuperuenientem, oporteat longè maio-
rem dotem dare,puta,quatuor,aut quinque du
catos,vltra quàm prius fuiſſet neceſſarium, an
iſtius intereſſe habenda ſit ratio. Cogitabis,
quia ex vna parte hoc multum ſuadet ęquitas.
Ex alia verò iura prædicta videntur in contra-
rium concludere. Si verò nos loquimur in ſer-
uo interfecto, aut ex vulnere deformato, tene-
tur interficiens ad ipſius ſerui æſtimationem,
& etiam ad ęſtimationem deformitatis, vt.l.ſi
ſeruus ſeruum.in princi. &.§.1. & duobus ſeq.
ff.ad.l.aquil. iunctis dictis iuribus loquētibus,
quòd liberum corpus non recipit æſtimatio-
nem, à contrario ſenſu. Sed non ſolum mortis,
aut deformitatis, ſed alterius cuiuſcunque dete
riorationis habetur ratio, vt.d.l.ſi ſeruus ſer-
uum.§.rupiſſet.& tenent hic Phil. Fran. & Io.
62 And. Et not.ꝙ quæ dixi de operis,† & expen
ſis,procedunt,ſiue quis iacuerit in lecto,ſiue nō,
dummodo propter percuſſionem, aut vulnus,
percuſſus amiſerit operas. Nam hic dum tex.
dicit,ꝙ iacuerit in lecto,denotat potius factum
quàm iuris miſterium. Item prædicta proce
dunt,ſi modo quis iniuriosè, vel culposè per-
cuſſerit. Secus ſi defendendo cum modera-
mine inculpatæ tutelæ, ſecundum Io.And. hic.
ad quod vide quod dixi ſupra in primo, & ſe-
cundo notab. Item prædicta procedunt reſpe
ctu dãnorum,& intereſſe. Sed reſpectu actio-
nis



63 nis iniuriarum,† quæ datur ad vindictam, vt.ff.
eod. in.l.prętor.§.1. aliter dicendum eſt. Ad
cuius declarationem debes ſcire, quòd cum ad
damna, & intereſſe, in eo ꝙ agitur actione.l.
aquilię vt.ĩ.dicam,talis actio contineat rei per-
ſecutionem,meritò datur percuſſo, & eius hæ-
redi,& contra percuſſorem, & eius hæredem,
& quemlibet alium ſucceſſorem. vt.l.ſi pro fu-
re.§.fin.ff.de condict.fur. Secunda verò actio
iniuriarum,cum non contineat rei perſecutio-
nem, ſed ſolum competat ad pœnam ratione
contumeliæ,non competit hæredi, nec contra
hæredem, niſi lite conteſtata cum defuncto. vt
.l.iniuriarum. in princip.ff.eod.titu. Et vtrum
vna per aliam tollatur,dicam in.d.c.in noſtra.
Item not. ꝙ licet in æſtimatione operarum, &
intereſſe, ac expenſarum fiat certo modo pro-
batio,vt dicam in.c.olim.ĩ.eod. tamen in æſti-
64 matione † contumeliæ,ſeu iniuriæ conſideratur
qualitas perſonæ agentis,patientis,locus, tem-
pus,cauſa,& euentus, & ipſius iniuriæ quanti-
tas,& qualitas,vt dicam in.d.c.olim. Circa ſe-
65 cundum caſum, qua actione † agendum ſit ad
prædicta damna intrinſeca,aut etiam ad iniuriã,
dic,quòd ad prædicta damna agitur actione.l.
aquiliæ. Sed pro æſtimatione contumeliæ, ſeu
66 iniuriæ,in qua nō ſufficit † culpa, ſicut in.l.aqui-
liæ, ſed dolus, competit actio iniuriarum; vt
puta, ſi quis per dolum dicat ſe pulſatum, ver-
beratum,domumúe eius introitum, vt in.l.lex
cornelia.ff.eo. Et poteſt vtraque ſimul concur-
67 rere;quod quando ſit, & an vna † per aliam tol-
latur, traditur in.l.4.§.iniuriam. ff.ad.l.aquil.
dicam in.c.fina.ĩ.eod. vbi vide reliqua ad de-
clarationem iſtius articuli.

## Capitulum. II. Si Quis.

### SVMMARIVM.

1 *Foſſam, ſeu foueam non cooperiens, ſi aliquod ani mal in illam ceciderit, & mortuum fuerit, tenetur ad emendam damni. Et quid ſi mortuum non fuerit. num. 3. Limitantur hæc, vt nu. 4. De qua limitatione vide etiam nu. 7. Et limita vt nu. 8. Et amplia, vt nu. 9.*

2 *Damnum dediße videtur, qui cauſam damni dat.*

5 *In loco proprio licitum eſt facere quod placet. Quod tamen limita, vt ibi.*

6 *Ignem facere in propria domo, vnde fumus exeat per feneſtram, vel alium ſimilem locum, & vicino noceat, an licitum ſit.*

10 *Dubia diuinarum ſcripturarum aperiri non debent, & poſtea inſoluta relinqui.*

11 *Doctores formantes quæſtiones, ipſas indeciſas, & irreſolutas relinquere non debent; niſi ex cauſa.*

SI QVIS. Communiter non ſu-
matur propter eius breuitatem.
Et in tex.operuerit,dic,aliàs ape-
ruerit.i.manifeſtauerit. Not.pri
mo,in quantum tex. dicit,operuerit, quòd ille
1 qui foſſam † factam,non bene cooperuerit, ꝓ-
pter quod,bos,vel aliud animal cadit in illam,&
moritur,tenetur ad emendam damni; quanuis
talis non fecerit foueam ad hoc propoſitum,
ſed ſolum ex culpa; quia qui cauſam damni
2 dat,† damnum dediſſe videtur. vt.l.qui occidit.
ff.ad.l.aquil.&.c.fina.ĩ.eod. Et quod hic po-
nitur de boue, ponitur exempli gratia. Vnde
idem dicendum eſt in reliquis animalibus. Et
ideò ſi ſeruus ceciderit,& mortuus fuerit,tene-
tur ille qui foueam fecit, ipſum emendare. Et
3 ſi mortuus non fuerit, & † deterior factus fue-
rit, tenetur ad æſtimationem deteriorationis,
Et ſimiliter in boue,& cęteris animalibus. In
liberis verò hominibus,ſi mortui fuerint,in ni-
hilum. Sed ſi dãnificatus fuerit,habetur ſolum
ratio operarum,& impenſarum, ſecundum ea
quæ dixi in.c.pręced. Niſi fortè ipſe cadens fue
rit in culpa; ita ꝙ culpa cum culpa compenſe-
4 tur,vt dixi in.c.præceden. Et prædicta † limi-
tantur per glo.noſtram, quando quis tales fo-
ueas feciſſet in publico loco, vt.l.qui foueas.ff.
ad.l.aquil. Secus ſi in loco ꝓprio priuato. arg.
d.l.ſi foueas.à contrario ſenſu, quia in proprio
5 licitum eſt † agere ad libitum.vt.l.ſtatuas. C.de
relig.& ſump.fu. Facit,quia rei ſuæ quilibet eſt
moderator &c.Et hoc verum,niſi fraudulenter
hoc feciſſet, & animo nocendi; vt puta, quia
ſciebat animalia vicini ex conſuetudine per illũ
locum, iter, vel tranſitum facere. Et ſequitur
hic.D.m. qui allegat.l.qui domũ. ff.ad.l.aquil.
&.l.qui vias.ff.de dam. infec. Sed non multum
faciunt. Sed melius faciũt iura allegata per glo.
ſuper ver. iniuriam.in.c.cum eccleſia. de elect.
Nec obſtat, quòd quis poteſt in ſuo facere, ꝙ
ſibi placet;quia illud verum vt dixi, dummodo
non noceat vicino, & fiat non animo nocendi,
vt melius probatur in.l.1.§.de eo. ff. de aqua
plu.arcen.&.l.fiſtulam.in prin.de ſer. vrb.pręd.
Et prædicta faciũt ad deciſionem quęſt. de qua
his diebus fui interrogatus, an licitum ſit ignē
6 † facere in propria domo, ſi fumus exeat per
feneſtram, vel alium ſimilem locum, & noceat
vicino. Sed de hoc ſunt duo tex.aperti,ſed no-
lo nunc allegare, quia pendet de facto. Item
quod ſupra dixi, quòd non eſt licitum in pu-
7 blico loco tales † foueas facere,procedit, etiam
ſi quis hoc fecerit vrſorum, ceruorum, aut lu-
porum capiendorum cauſa; Dũmodo id fuerit
factum in itineribus,& locis publicis,in quibus
talia non conſueuerint fieri, ita ꝙ aliqua culpa
poſſit aſcribi. Secus ſi factum ſit in locis ſolitis
.d.l. qui foueas. Item aduerte, quia in his
caſibus,in quibus dixi talem teneri, limitarem,
8 ſi † modo non manifeſtauerit vicinis dictas fo-
ueas fuiſſe factas,vt ſibi & animalibus pręcaue-
rent,vt eſt tex. hic licet à cõtrario, ſecundũ aliã
literam, ꝓut habet; aperuerit eã.i.manifeſtaue-
rit.& probatur in.d.l.qui foueas. Et ideò ſi vi-
cini hoc ſciuerint, aut prouidere potuerint,ta-
lis non tenetur,vt ibi. Et quæ dicta ſunt de fo-
9 uea,& ciſterna, extendenda † ſunt ad venenum,
ſeu eſcam venenoſam poſitam in loco,propter
quam

quam animal alterius interijt. Et idem etiam
in laqueis poſitis in locis inſolitis, in quibus al-
terius animal interijt, vel deterioratum eſt, vt.l.
quẽadmodum.ff.ad.l.aquil. Vltimo not. tex.
10 contra illos qui aperiunt† dubia diuinarum ſcri
pturarum, & eadẽ inſoluta relinquũt. Et ad hoc
Egidius cõtra p̃dicatores inducit iſtum tex. qui
habetur Exo.c.21. Quod not. contra doct. for-
11 mantes † q̃ſtiones, & eas inſolutas relinquẽtes;
prout.s̃.mihi contigit. ſed id ex cauſa feci.

## Capitulum. III. Si Bos.

*SVMMARIVM.*

1 *Damnum datum per animal ferum, tenetur dominus reſarcire.*
2 *Pauperies quid ſit.*
3 *Ex pauperie quæ actio naſcatur. Et ibi quando detur actio directa in factum, & quando vtilis.*
4 *Actio ædilium currulium, quando concurrat cum actione de pauperie.*
5 *Actiones duæ pœnales poſſunt ſimul concurrere; nec vna tollit aliam. De quo dic vt ibi, remiſſiuè.*
6 *Actio de pauperie vnde deſcendat. Et ibi quid ſit ciuilis, perpetua, & ordinaria.*
7 *Actio de pauperie quãdo locum habeat. Et quando ceſſet, nu. ſeq. & vſque ad nu. 19.*
9 *Canis, an contineatur inter animalia fera, an inter manſueta. Et ſub nu. 15.*
10 *Animalia manſueta quæ ſint.*
11 *Canis, ſi intrat domum vicini, & comedit carnes, quæ actio competat. Et quid ſi canis ſit ligatus, & aliquem lædat. nu. 14. Et quid ſi ſit ſolutus. nu. 15.*
12 *Stangam remouens poſitam inter equos rixoſos, propter quod illi ſe ad inuicem percuſſerunt, qua actione teneatur.*
13 *Scolaris, volens tangere pudibunda alicuius ſeruę, vnde illa damnum ei intulit, an dominus teneatur noxali actione.*
16 *Equus tuus, ſi eſt aggreſſus equum meũ, & meus tuum interfecit; an ego tenear. Et quid ſi non apparet quis eorum prouocauit. ibidem.*
*Et quid debeat probare agens hac actione, vſq; ad nu. 19.*
17 *Culpa cum culpa non compenſatur.*
*Culpa non poteſt dici in animali irrationali, niſi impropriè. ibidem.*
18 *Actio extraordinaria facilius tollitur, quàm ordinaria.*
19 *Actio ex pauperie proueniens, cui detur. Et contra quem, nu. 20.*
21 *Actiones pœnales non tranſeunt in hæredes.*
22 *Noxæ dominus ad quid, & in quantum teneatur. Et quando teneatur dare animal viuum; nu. ſequen.*
*Noxia delictum, delinquens noxa vocatur. ibidem.*
24 *Cap. iſtius declaratio.*
25 *Noxiæ æſtimatio quomodo fiat.*
26 *A noxiæ obligationibus, qualiter quis liberetur.*
27 *Solutione animalis pro noxia, regulariter dominus liberatur. Fallit tamen pluribus modis, vt ibi, & vſque ad fi. cap. Et quod hæc regulentur ſecundum materiam moræ. nu. 32.*
28 *Mendacium dicens, credens illud eſſe verum, non fallit, ſed fallitur. Et ibi quando puniatur, & quando non. & nu. 29. & 30.*
29 *Priuilegia multa amittuntur propter mendaciũ; remiſſiuè.*
30 *L. electio. in. §. neque. ff. de noxal. actio. limitatur.*
31 *Negans, ſi punitur in duplum, non punitur alia pœna.*

SI BOS. Breue eſt, & communi-
ter non ſummatur, & habet Exo-
di.c.21.ad fi. Not. primo, quòd
1 dominus tenetur, etiam ad reſar-
ciendum damnum datum per animal ferum; &
de iure ciuili tenetur ex.l. duodecim tabularũ.
per illum tit. ſi quadru. paup. fecis. dica. Et ad-
uerte, quia licet hæc materia non ſit multum
difficilis; eſt tamẽ pulchra, & quotidiana, & ma
le à doctoribus explicata. & ideò vt ipſius plenã
notitiam habeamus, proſequar infraſcriptos
articulos. Primo quid ſit pauperies. Secundo
quæ actio naſcatur ex pauperie. Tertio, quan-
do locum habeat. Quarto, cui detur. Quinto,
contra quem detur. Sexto, ad quid, & in quan-
tum detur. Septimo, qualiter, & quando quis
ab ea liberetur. Circa primum, quid ſit pau-
2 peries, † dic, quòd eſt damnum, ſine iniuria fa-
cientis datum; nec enim poteſt dici animal ſen-
ſu, hoc eſt ratione carens, iniuriam feciſſe. vt. ff.
ſi quad. pau. fec. dica. l. 1. §. ait prætor. & Inſtit.
eod. §. pauperies. Circa ſecundum articulum,
3 quæ actio † naſcatur, dicit Hoſt. in ſum. in tit. de
pauper. quòd naſcitur actio facti. & quòd etiã
dici poteſt, quòd naſcitur actio de pauperie,
nulla alia facta adiectione. & idem tenet glo. in
.l. 1. in prin. Sed tu aduerte, quia hoc procedit,
quando quadrupes contra naturam ſui generis
damnum dedit; nam tunc datur directa actio in
factum, ſeu de pauperie, vt dicit glo. Inſtit. ſi
quadru. &c. in. §. 1. Sed ſi quadrupes ſecundũ
naturalem feritatem damnum dedit, non datur
actio directa, ſed vtilis. vt not. per glo. in. d. §. 1.
& in. d. l. 1. §. in beſtijs. Item etiam ſi bipes
damnum dederit, datur actio vtilis. vt. l. penult.
ff. ſi quadrup. &c. Et ideò his duobus caſibus
dabitur actio vtilis, & non directa; quia non
conueniunt verba legis, & pretoris, ſed mens.
Et aduerte, quia cum hac actione de pauperie
4 † concurrit etiam actio Aedilium curulium. p̃-
hibuerunt enim Aediles curules, ne quis carnẽ,
verrem, vel minorem aprum, lupum, vrſum,
pantheram, leonem, aliudúe nocens animal; vt
puta, ſimeam, vel leopardum, ſiue ſoluta ſint, ſi-
ue ligata, aut contineri vinculis, quominus dã-
num dent, non poſſint qua vulgo iter fiat. Et ſi
aduerſus ea factum erit, cõtra talem ſuam pro-
uiderunt actionem, quæ vocatur edilitia. vt. l. hi
enim. cum duabus ſeq. ff. de edil. edic. & Inſtit.
ſi quad.



ſi quadr. paup. fec. dica. §. fin. & per glo. in. d. §.
in beſtijs. Vnde prædicto caſu contingente, q̃
talia animalia damnum dederint, poteſt paſſus
damnum agere ędilitia actione; & etiam agere
vtili actione de pauperie, vt ſupra dixi. Et con-
5 currunt hæ duæ † actiones, nec vna aliam con-
ſumit. vt in. d. §. fina. quia in pœnalibus actio-
nibus de eadem re concurrentibus, nunquam
vna aliam conſumit. de quo tamen dic, vt latius
traditur per glo. in. d. §. fina. Et adde etiam ad
declarationem prædictorum, quæ dicam infra
in ſequenti artic. ſexto, & ſeptimo. Et not. quòd
6 prædicta actio † de pauperie deſcẽdit ex. l. duo-
decim tabularum. vt. ff. eod. in. l. 1. in princi. &
Inſtit. eod. in princ. vnde eſt ciuilis, & perpetua;
& non prætoria. Et eſt ordinaria, non ex-
traordinaria; Quamuis Bal. cõtradicat, & male,
in repeti. l. ſi mulier. ff. ſol. matrimo. in tertia op
poſitione. Circa tertium articulum, quando
7 locum habeat actio † prædicta, dic, quòd habet
locum, quando quadrupes nullius hominis in-
ſtigatione, vel culpa interueniente contra natu
ram ſui generis dãnum dederit, vt in. d. l. 1. §. 1.
Et intellige contra conſuetudinem ſui generis;
qñ talia animalia in genere illo, ſeu ſpecie ſunt
manſueta; & nihilominus illud in hoc genere
contra naturam agit; puta, ſi quis equus peſſun-
dans fuerit; Nam maior pars generis, ſeu ſpe-
ciei equorum non peſſundat. Vel ſi bos aliquis
ſit cornupeta; quia maior pars non cornupetit,
Ergo ſi equus peſſundãdo, vel bos cornupeten
do commota feritate damnum dederit, habet
locum hæc actio. vt. d. l. 1. §. 1. Sed ſi propter
8 † iniquitatem, aſperitatem, vel duritiem, ſeu
præſſuram, ſeu propter culpam equitantis, vel
mulionis; vt quia plus debito onerauerit, vel
alium ſimilem ſtimulum adhibuerit, ceſſat hæc
actio de pauperie, & agitur actione. l. aquiliæ.
contra eum qui fuit in culpa. vt. ff. ad leg. aquil.
.l. ſi ex plagis. §. quidem. Item, ſi dum canis
ab aliquo conduceretur aſperitate ſua euaſe-
rit, & damnum dederit, ſi contineri firmus ab
alio potuit, vel per eum locum duci non de-
buit, ſimiliter ceſſat hęc actio. Et ille qui fuit in
culpa, tenet. l. aquilia. vt. d. l. 1. §. ſed & ſi canis.
Aduerte ergo, quòd ſecundum prædicta canis
9 † videtur cõtineri inter aĩalia fera. Et idem vi-
detur probari in. d. l. ij enim. ff. de ędil. edic. A
contrario tñ ſenſu. d. §. ſed & ſi canis. vr̃ dicen-
dum contrarium, quia ſi homo non fuiſſet in
culpa, videtur teneri ex illo titulo de paupe-
rie. Et ſic potius videtur, quòd melius con-
numeretur inter manſueta. Ego arbitror di-
ſtinguendum, quòd cum canum plures ſint
ſpecies, quidam feri, & de ſui natura morda-
ces, vt ſunt alani, & ſimiles, & habet locum. l. ij
enim. Quidam verò manſueti, vt ſunt odori-
fici, quos nos braccos appellamus, & ſi ſine cul-
pa domini damnum dederint, & ſic contra na-
turam ſui generis, datur actio de pauperie. Et
vide ad prædicta glo. not. Inſtit. eo. §. 1. in ver.
10 contra naturam. quæ dicit, quòd manſueta † ani
malia ſunt, quæ gregatim paſcuntur. & ſecun-
dum hoc canis non dicitur manſuetus. Sub-
dit tamen, quòd ſecundum conſuetudinem ca-
num manſueta eſt natura; & quia vt plurimum
non ſunt mordaces. Et vide ad prædictorum
declarationem, quod traditur Inſtit. de re. di-
uiſ. §. feræ. cum pluribus ſequen. Et not. glo.
in. d. ver. animalia. in. c. fina. infra eod. Et not.
11 quòd ſi canis † intrat domum vicini, & co-
medit carnes, vel farinam, non videtur compe-
tere actio in factum, vel de pauperie; quia vt ſu-
pra dixi, talis actio competit, cum animal agit
contra naturam ſui generis; ſed iſtis canibus
hoc naturaliter ineſt, carnes, & farinam come-
dere, ergo &c. Odoffr. tamen in. d. l. 1. §. hæc
actio, dicit, quòd licet non competat directa
actio, tamen competit vtilis, ſicut dixi in præce
denti articulo de feris beſtijs, quæ ſecundum na
turam ſuam mouentur ad feritatem. & hoc te-
net Spec. eo. tit. ver. ſequitur videndũ. & ver. ſi
autem in alijs. arg. l. qui occidit. §. ſi quis alie-
num. & l. ſi ſeruus ſeruum. §. iulianus. aliàs. §. ſi
oliuam. & l. fina. ff. ad leg. aquil. & l. qui ſeruan-
darum. §. fina. ff. de præſcript. Alij verò di-
cunt, quòd datur tali actio de paſtu pecoris, &
de præſcriptis verbis. Alij verò, quòd nullum
remedium competit. ſed debet ſibi imputare,
qui non bene cuſtodiuit. argum. regulæ dam-
num quod quis. de reg. iur. lib. ſexto. Iaco. de
Arena in. d. l. 1. dicit, quòd datur vtilis actio. l. a-
quiliæ. per. l. quintus. §. fi. & l. fi. ff. ad leg. aquil.
quæ iura parum faciunt. Vnde ego arbitror,
quòd, vel ſit vera opinio Odoff. quòd compe-
tat vtilis actio de pauperie ex mente. l. duode-
cim tabularum. vel detur actio ſubſidiaria in fa-
ctum, vt videtur expreſsè probari in dicta. l. qui
ſeruandarum. §. 1. Et idem quod dixi de ca-
ne, dicendum eſt in alijs animalibus, quæ ſe-
cundum naturam ſui generis noxiam infer-
rent. Si verò inſtigante aliquo, animal de-
derit damnum; vt puta, equus ab alio incita-
tus calcitrauerit, tunc quia dicitur ſecundum
naturam agere, poſtquàm coactus eſt ad hoc,
& quia culpa hominis interuenit, ceſſat hæc
actio, & datur vtilis actio ex. l. aquilia. vt. l. 1.
§. & generaliter. ff. ſi quadrup. paup. fec. dic.
Et ideò non datur directa, quia talis non ſuo
corpore damnum dedit; ſed ipſo cauſam præ-
ſtante, vt ibi dicitur. Si verò aliquo per-
mulgente, vel palpante equum, equus calci-
trauerit, datur actio de pauperie; quia con-
tra naturam ſui generis dicitur egiſſe, vt in. d.
§. & generaliter. in fi. Quare conclude, quod
in caſibus, in quibus animal hominis inſtiga-
tione fuit motum, & damnum dedit ſecun-
dum naturam, non datur actio de pauperie;
ſed vtilis aquiliæ. vt Inſtitu. ad leg. aquil. §. fina.
& ibi per glo. Et ex prædictis quidam infe-
runt, quòd ſi aliquis remouerit ſtangam, vel
12 † aliquod intermedium poſitum inter equos
rixoſos, propter quod illi ad inuicem ſe per-
cuſſerunt, talis tenetur vtili actione. l. aquiliæ.
vt traditur in d. §. & generaliter. Et ſi alicui
equo inſidenti per mulam, quam equus olfecit,

crus ſit fractum, tenetur dominus mulæ hac
actione. vt.l.agaſo.ff.ſi quadrup. paup. ſec. dic.
quia videtur mula mota eſſe contra naturam
ſui generis. Et ſic patet, quòd ſi aliquis ſco-
13 laris † voluerit tangere pudibunda alicuius ſer-
uæ, propter quam cauſam illa damnum intu-
lit, non teneatur dominus noxali actione con-
tra naturam ſui generis.argum.prędictorum.
Sed alia eſt ibi ratio, quòd non tenetur; quia
iſte cauſam præſtitit, nec in homine habet lo-
cum actio de pauperie. Patet etiam ex præ-
dictis, quòd ſi animal contra naturam ſui ge-
neris mouetur, non imputatur ei qui cau-
ſam cauſæ præbuit, vt.d.l.agaſo. Si verò aliquis
14 ligatum canem † retineat, & ipſe aliquem læ-
ſerit, dixit tex. quòd canis nomine agi non
poteſt. vt.l.2.§.1.ff.ſi quadr. paup. fec. dica.
Quaſi ſentiat, quòd canis ligatus non moue-
tur contra naturam ratione indignationis.
Quod facit ad excuſationem ſcolarium, ſi mul-
tum euagantur, quando diu fuerunt ſub magi-
ſtro cuſtode ſtrictè contra eos agente. Item
non debet teneri dominus, quia adhibuit dili-
gentiam, tenendo eum ligatum. Præterea lęſus
debebat imaginari, ꝙ propter aliquam cauſam
eſſet ligatus, & maximè ꝑpter mordacitatem,
vnde ſibi imputari debet, vt in reg. damnum. de
15 reg.iur.lib.6. Sed ſi canis † erat ſolutus, tenetur
dominus, vt.d.l.2.§.1. Et dicit ibi glo. ꝙ dat̃
vtilis actio, ſicut pro vrſo, & leone ligato, vt.ſ.
dixi.per.l.ij enim.cum duab.ſeq.ff.de ędil. edi.
Et ideò fortè glo. dicit, ꝙ dat̃ vtilis; quia canis
in parte videtur habere naturam manſuetam,
& in parte feram, vt ſupra dixi. Et hoc, ſi intel-
ligeret̃ de vtili actione de pauperie. Sed ſi glo.
intellexit de vtili actione.l.aquiliæ, tũc ratio eſ-
ſet, quia cum iſte dimiſerit canem, quem ſolu-
tum nouit mordacem, tenetur ex culpa. Et ꝙ
ſupra dixi de vrſo, & leone, ac ſimilibus feris
animalibus reſpectu edilitię actionis, habet lo-
cum, quando culpa poteſt imputari læſo; vt pu-
ta, quia ipſe talia aĩalia concitauerit, vel inſtiga-
uerit. Et idem ſimiliter dicẽdum eſt in canibus,
quos fortè teneret aliquis in arce ad cuſtodiã,
ne fortè aliquis ipſo cuſtode inſcio ingrederet̃.
Sed in feris beſtijs, quando culpa nulla poteſt
imputari domino, ſi damnum intulerint ſcḋm
naturalem ferocitatem earũ, eo caſu non habet
locum hæc actio. vt.l.1.§.in beſtijs.ff.ſi quadr.
pau.fe.di. Quod intelligo de directa, ſed ſecus
eſt de vtili, vt ibi not. Et hoc verum arbitror,
quando animal quod nocuit, eſſet penes domi-
num. Secus ſi effugiſſet, vt ibi not. & dicam.ĩ.
in ſeptimo princip. artic. Sed circa prædicta
quæro nunc de quęſtione, quam tangit glo. no-
16 ſtra; videlicet, quid ſi equus, † vel bos tuus ag-
greſſus eſt equum meum, & meus tuum inter-
fecit, vtrum tenear. Et glo. ſoluit ꝙ nõ, & bene.
Et eſt tex.in.d.l.1.§.cum arietes. quia cum de-
fenſio ſit in quolibet animali de iure naturali, vi
detur equus meus motus ſcḋm naturam, & non
contra naturam, et ideò non teneor, vt patet
ex prædictis. Sed quæro, quid ſi non apparet
quis prouocauerit, quia à principio non affue-
runt teſtes; vel ſi affuerunt, viderunt æquali, &
contemporaneo motu inuicem aggredi, an do-
minus animalis interficientis teneatur. Et glo.
hic dicit quòd non, per.l.ſcientiam.§.cum ſtra
menta.ff.ad leg.aquil.per quam legem idem te-
net glo.in.d.§.cum arietes. Et pro hac deci-
ſione facit, quia ille qui vult agere hac actione,
debet probare damnum illatum, & ſic debet ꝓ-
bare animal ſuperans incepiſſe; cum aliàs non
diceretur damnum dare, vt.d.§. cum arietes.
Quare cum actor hoc non poſſit probare, con-
uentus abſoluetur. Ray. verò dicit, quòd debet
inſpici, quod animal ſit ferocius, vt ille dicatur
in dubio aliud prouocaſſe. arg.l.non omnes.§.
qui à barbaris.ff.de re.milit. Sed Bal. in repet.
l.cum mulier. ff.ſolu.matrimo. in tertia oppo-
ſit. videtur ſentire, quòd prædicta opinio glo.
ſit falſa; quia etiam ſi ambo pariter ſimul pro-
17 uocaſſent, culpa † non compenſatur cum culpa,
vt.l. quemadmodum.§.ſi nauis.ff.ad leg.aquil.
Non obſtat.§.cum ſtramenta. per quem mo-
uetur glo. quia ibi neuter fuit in culpa; & ita
neuter tenetur. Quaſi ſentiat, quòd in caſu no-
ſtro vtrunque animal mouens ſe contra natu-
ram ſui generis, dicatur in culpa. Sed non be-
ne dicit; quia culpa non poteſt dici in animali
irrationali, vt ſupra dixi in primo articulo. Niſi
diceres, quòd intelligit de culpa impropriè, eo
quòd vtrunque contra naturam mouetur. Sub-
dit tamen Bal. quòd ſi vellemus ſuſtinere opi-
nionem glo. poſſemus dicere, ꝙ eſt ſpeciale in
actione de pauperie, quia ẽ extraordinaria, & ſic
18 facilius † tollitur, quàm ordinaria. argum. eo-
rum quæ not. glo. fina. in.l.& ita de facto. ff.
nau.cap.ſtab. Sed hoc eſt falsũ; quia actio non
eſt extraordinaria, vt ſupra dixi in ſecundo ar-
ticulo. Sed idem Bal.in.d.§.cum arietes. ſen-
tit, quòd aut non conſtat, quòd alterum euer-
terit, & neuter teneretur. vt.d.§.cum ſtramen-
ta. Aut conſtat, vt eſt in terminis noſtris; &
tunc animal ſuperans præſumitur prouocaſſe.
Vnde concludit, quòd in hoc facto ad defen-
ſionem oportet probare, quòd animal ſupe-
rans fecerit ad defenſionem. Et hæc ſolutio
ſatis placet. Moueor, quia agenti hac actio-
ne, vel ſimili ſufficit probare damnum illatum
per tuum quadrupedem; ſed ipſe hoc probat
poſtquàm certum eſt, quòd iſte quadrupes
ſuum interfecit. Et ideò cum actor fundauerit
intentionem ſuam, oportet reum ſe defende-
re, & probare clarè, quod fecerit quadrupes
ſuus ad defenſam. Ad quod vide quod dixi
in.c.1.ſupra eod. in primo articulo. Quæſtio
tamen eſſet ſatis diſputabilis, cum probaretur
illud extremum, quòd ambo quadrupedes cõ-
temporaneo impetu ſe ad inuicem petierint.
Et ex his habes notabiliter expeditum iſtum
tertium articulum. Circa quartum articulum
19 cui detur † hæc actio, breuiter dic, quòd da-
tur damnum paſſo, & hæredibus eius, ſiue
damnum paſſus fuerit dominus, ſiue detentor,
& aliqḋ habuerit intereſſe; vt puta, ſi commo-
datarius



datarius fuerit, vel fullo. Et cõcludendum eſt, ꝙ
generaliter competit omnibus quorum inter-
eſt, vt.l.2.ff.ſi quadr.pau.fe.dica. Circa quintũ
20 articulum, contra † quem competat, diſtingue,
quòd aut quadrupes ſine aliqua culpa hominis
damnum dedit, & tunc contra dominum qua-
drupedis datur hęc actio. Et intellige de eo qui
eſt dominus nunc cum agitur, non de illo qui
erat dominus tempore dati damni. vt.l.1.§.&
cum etiam in quadrupedibus.ff.ſi quadr. paup.
fe.di. Et ideò datur contra hæredem domini,
cæteroſq; ſucceſſores, non iure ſucceſſioni, ſed
eo iure, & pro ea parte, pro qua domini ſunt ani
malis noceni. vt.l.1.§.fi.ff.ſi quad.pau. fe. di.
Intellligendo tamen, vt poſſit quilibet conue-
niri inſolidum, vt ſtatim dicam. Item non ſo-
lum competit contra verum dominum, ſed etiã
contra eum qui confitetur ſe dominum, licet
non ſit, vt.ff.de inter.actio.in.l.ſi quis in iure.
Et ſi quadrupes eſt plurium dominorum, qui-
libet dominus inſolidum conueniri poteſt. vt
.l.1.§.ſi commune.ff.ſi quad.pau.fe.di. Et de-
fenſio eſt indiuidua, vt ibi not. & in.l.ſi cũ vno.
ff.ſi ex nox.cau.aga. Solutione tamen facta per
vnum, cæteri liberantur, vt dicam in.7.artic.
Aut quadrupes culpa hominis damnum dedit.
& ſubdiſtingue, ꝙ aut dedit damnum culpa nõ
domini, ſed alterius, aut culpa domini. Primo
caſu competit actio contra illum. Secundo ca
ſu, datur actio contra dominum. Et intellige de
domino, non qui nunc eſt cum agitur, ſed de
eo qui erat dominus tempore damni illati; vt, ꝓ-
batur in ſimili in.l.ſi plurium.§.fin.ff.de noxa.
Et ratio eſt, quia talis dominus ſolum conueni-
tur ad æſtimationem, vt dicam in ſeq. articulo.
Et ideò hoc caſu non proſequitur rem, ſeu qua
drupedem. Ex quo infertur, ꝙ hoc caſu, ſi plu
res fuiſſent domini tempore damni dati, debe-
rent omnes conueniri ad intereſſe, ſeu æſtima-
tionem. Sed an hæredes poſſent conueniri, ap
parebit ex ijs quæ dicam in ſeptimo articulo.
Et ex prædictis etiam infero, idem dicendum
eſſe de pœna eorum, qui tenentur ędilitia a-
ctione, eo quòd fera animalia tenent ſoluta, vel
minus diligenter ligata in loco, quo iter fieri ſo
let. Nam cum tales domini non poſſint ſe li-
berare, dando talia animalia pro noxia, eo quòd
tenentur pro nocumento libero homini illato
ad æſtimationẽ ſimplicis intereſſe, & pro nocu-
mento aliarum rerum ad duplum; meritò da-
tur contra ipſos dominos, qui erant domi-
ni tempore damni illati. Sed prædictis caſi-
bus, ſi mortuus ſit dominus, hæres non tene-
21 tur; quia pœnales † actiones non tranſeunt in
hæredes. Facit etiam.d.l.ſi plurium. §.fi.ff.de
noxa. Quod tamen limita, vt dicam in.7.artic.
princip. Aduerte tamen, quia ego arbitror, ꝙ
tunc non datur contra hęredem, quãdo ageret̃
ędilitia actione. Sed ſi damnum paſſus vellet
agere in caſu prædicto vtili actione ex pauperie
quæ concurrit cum ędilitia, vt dixi in.2.princi.
artic.& animal nõ eſſet mortuum, poſſet agere
contra hæredem, vel hęredes, aut contra alium,
vel alios, ad quem, vel quos perueniſſet ipſum
animal.arg.prædictorum, & eorum quę dixi in
2.&.3.artic. Et prædicta notabis, quia nouiſſi
ma ſunt, & vt ſis cautus in eligenda actione.
22 Circa ſextum articulum, ad quid, † & in quantũ
teneatur dominus, diſtinguerem, ꝙ aut qua-
drupes ſine culpa domini damnum dedit, aut
cum culpa, vel alterius. Primo caſu dic, ꝙ do-
minus tenetur ad æſtimationem damni, ſeu no-
xiæ. Eſt autem noxia ipſum delictum. Quãuis
tamen teneatur dominus ad ęſtimationem no-
xiæ; tamen poteſt, ſi vult pręſtare ipſum animal
quod noxa appellatur. Vnde verſus.

Noxia delictum, delinquens noxa vocatur.

Vnde prędando ipſum animal liberatur. vt.c.fi.
ver. ꝙ ſi animalia. ĩ.eo.&.ff.eo.in.l.1.in prin.&
Inſtit.eod.in princ. &.ff.de re iudi.l.miles.§.1.
& 2. Liberatur ergo dando animal nocens ꝓ
noxia. Tamen fallit in certis caſibus, de quibus
23 dicã in ſeq.artic. Et hoc caſu tenetur dare † aĩal
viuum.&.l.1.§.planè.ff.ſi quad.pau.fe.di. Qḋ
inducit̃ ad q̃ſt. de eo qui tenet̃ dare hedos, vel
capones, vt teneatur eos dare viuos. Et hoc ẽt
tenet Guil.in.l.ꝙ te.ff.ſi cer.pe. & Dyn.in.l.qui
decem.ff.de ſolu. Et tenetur taliter dare, ꝙ acci-
pientis fiãt. vt.l.qui hominem.ff.de ſol. Secun
do caſu, qñ quadrupes culpa domini noxiam
dedit, ęſtimatio damni præciſè eſt in obliga-
tione, & ſolutione. Et ideò non eſt in facultate
domini dare animal ꝓ noxia; Siue loquamur in
animalibus manſuetis, ſiue in feris, vt eſt tex. in
c.fin.ver. ꝙ ſi animalia. ibi, quod tamen ad libe-
rationem.ĩ.eo. Sed aduerte, quia contra p̃di-
ctos caſus fortiter obſtat tex. nr̃. Nam aut tu
vis intelligere tex.nr̃m, ꝙ hic nõ fuerit admixta
culpa dñi, & tunc non eſſet obligatus dñs dare
bouem, ſi eſſet obligatus ad ęſtimationẽ, quan-
nis poſſit ſe liberare ſoluendo bouem, vt dixi in
primo caſu. Sed hic tex. vult, ꝙ teneatur ad bo
uem; ergo aut culpa domini fuit admixta, & tũc
neq; in facultate, neque in obligatione eſt ptãs
dandi bouem, vt dixi in ſecundo caſu; quia præ
ciſè tenet̃ ad æſtimationem noxiæ. Sed hic tex.
dicit, ꝙ tenetur ad bouem, igit̃ &c. Sol. iudicio
meo contrarium eſt difficillimum, nec docto.
animaduertunt, nec tãgunt. & eſt adeò difficilè,
ꝙ iudicio meo nullo modo põt ſolui. Niſi dica
24 mus, ꝙ tex. iſte † loquitur ſcḋm legem Moſaycã,
& veteris teſtamenti. Ideò limitatus & corre-
ctus eſt, ſcḋm prædictã diſtinctionẽ. ſ. traditam,
quæ ſumitur in.d.c.fi.in ver. ꝙ ſi animalia. Vel
fortè dici poſſet, ꝙ tex. noſter loquitur, qñ dñs
nõ fuit in culpa. Et dum tex. dicit, reddet bouẽ,
debet ſuabudiri, niſi velit ſoluere æſtimationẽ.
Sed plus placet p̃cedens ſolutio, quia per ſecũ-
dam tex. videtur deſtrui, tàm ratione ſubaudi-
tionis, quã ex eo, quia cum dicit, non cuſtodie-
rit, videtur denotare aliqualem culpam domi-
25 ni. Et aduerte, quia æſtimatio † noxiæ fit hoc
modo; nam reſpectu hominis liberi fiet æſti-
matio impenſarum, & operarum; non autem
deformitatis, vt.l.ex hac.ff.ſi quadrup. pau. fec.
dica. Et dixi ſupra plenè in.c.1. Aliarum

verò rerum fiat æſtimatio iudicis arbitrio, vt in .c. in noſtra. infra eod. qui iudex debebit conſiderare valorem reſpectu temporis damni dati. Et ideò ſi damnum fuerit datum in frumento, fiet æſtimatio, prout valet in herba; licet quidam aliud voluerint. Sed primam tenent Iaco.de Are.& Cyn.in.l.fi.C.ad.l.aquil. qui concludunt dominum teneri, in quantum tunc vendi potuiſſet, habito reſpectu ad ſpeciē ipſius frumenti. Et facit quod not. in.l.ꝓpter ſpeciem.ff.fam.hercifc. & in.l.cędere.ff.arbor. fur.cęſa. Et vide quod not.in.l.ait lex.&.l.inde neratius. §. ſi infans. ff.ad.l.aquil. Et in boue interfecto habetur ratio deteriorationis alterius bouis, qui fortè non vult cum alio boue arare.vt.l.antepen.ff.ad.l.aquil. Et hæc procedunt in animalibus manſuetis. In animalibus verò feris, dic, quòd ſi liber homo perijt, tenetur dominus animalis interficientis ad ſoldos ducentos nomine pœnæ. Si verò ſolum homini libero nocitum ſit, quantum bonum, & equū iudici videbitur, dominus condemnatur. Cæterarum verò rerum, quanti damnum datum eſt, ad duplum condemnatur. vt .l. qua vulgo. ff. de ędil. edic. Et hæc procedunt, quando paſſus damnum vellet agere ędilitia actione; Sed in prædicto caſu, quando ferum animal pauperiem fecit, ſi vult dominus agere actione vtili de pauperie, prout poteſt, vt dixi ſupra in ſecundo artic. diſtinguendum arbitror, an culpa domini fuerit admixta, vel non, vt dixi in animalibus manſuetis. Si verò culpa tertij quadrupes damnum dedit, tenetur ille tertius vtili.l.aquiliæ. Et ideò tenetur ad æſtimationem damni. Et hoc caſu contra inficiantem pœna creſcit in duplum. Quod non eſt in pauperie, vt ſtatim dicam. Faciunt ea quæ dixi ſupra in tertio articulo. Circa ſecundum, & vltimum articulum,

26 qualiter † quis à talibus obligationibus liberetur, ſimiliter diſtinguerē, quòd aut quadrupes ſine culpa domini noxiam dedit, & hoc caſu ſoluendo veram æſtimationem liberatur. Item & tradendo animal pro noxia; quia ſolutione eius qđ debetur, omnis tollitur obligatio. Et ſi ipſius quadrupedis plures fuerint domini, vnius integra ſolutione, omnes liberantur. vt.l.1.§.ſi plures.ff.de eo per quē fac.erit.

27 Et not. quòd regulare eſt, ꝙ ſoluendo † animal pro noxia liberetur. Fallit tamen in pluribus caſibus. Primo, quando dominus mentiendo negauit noxiam. vt.l.1.§.interdum.ff.ſi quadr. pau.fe.di. Et idem fortè dicendum eſt, ſi negauit animal eſſe ſuum. arg.l.2.§.1.ff.ſi ex noxa. ca.aga. & quod not. Bal. in.l.1.de fur. in ſeptima colum. Et hæc procedunt, quando negauit in iudicio, per tex. in .d.§ interdum. ibi, vt puta, ſi in iure interrogatus &c. Prædicta tamen ego limitarem, quando is qui negauit, non habuit iuſtam cauſam credendi, ſed ſciens veritatem, mentitus eſt. Secus fortè, ſi aliqua cauſa iuſta, & ratione ductus negauit. Nam licet talis falſum dixerit, & ſic mendax fuerit, non tamen mentitus eſt. Nam ille qui mentitur, fallit, quantum in ſe eſt. Sed qui tali-

28 ter † mendacium dixit, credens illud eſſe verum, ipſe non fallit, quantum in ſe eſt, Sed fallitur, vt eſt apud Ciceronem. & verba fuerunt Publij Nigidij in ſtudijs bonarum artium præcellentis, vt refert Aulus Gell. Ex qua ſentētia, vt arbitror Auguſt. authoritas ſumpta eſt in Enchiridio. & tranſumptiuè. 22. quæſt. 2. c.is autem.&.c.beatus. Vnde in caſu prædicto ratione iuſtæ credulitatis, non debet negans puniri, quominus poſſit animal tradere pro noxia. Sicut in ſimili dicimus in condemnatione expenſarum, vt hebetur in.c.calumniam. ĵ. tit. proximo. Et ſi abſque cauſa iuſta negauit, & mentitus eſt, amittit priuilegium dandi animal pro noxia ratione mendacij. Sicut & plura

29 alia † amittuntur priuilegia propter mendacium, vt dicam in.d.c.calumniam. Et not. etiā, quòd prædictæ fallentiæ procedunt, niſi is qui mentiendo negauerit, pœnituerit ante litis conteſtationem. arg.l.electio.§.neque.ff.de noxa. act. Vel etiam poſt lit.conteſt. ſi ei ætatis beneficio ſuccurratur, vt ibi. Et idem generaliter arbitror, ſi pœnituerit poſt lit.conteſt. antequàm aduerſarius grauaretur onere probandi, maximè ſi iuſto errore ductus prius negaſſet. Moueor per not. in.l.eum qui.in princ.ff.de iureiuran. vbi ſi defertur iuramentum poſt negationem damno paſſo ſuper eo quod negatum eſt, recuperatur priuilegium. & ita not. Inſtitu. de actio.§.item mixta.& tradit Barto. in.l.contra negantem.C.ad leg.aquil. Et ita debet limitari

30 d.l.electio.†in.§ neque. In hoc tñ operabitur lit. conteſt. vt arbitror, quia ſi ante probationē animal interijt, non poſſet dominus ipſius qui negauerit iuramentum deferre, vel fateri quod negauerit, ad effectum, vt intelligeretur ad electionem reintegratus, & facultatem; & per conſequens conſequeretur liberationem ratione interitus. argum.l.1.§.planè.&.§.ſi poſt litem.ff. ſi quad.pau.fec.dic. Niſi fortè excuſaretur à mendacio propter iuſtam cauſam, & rationem, vt dixi, & ſtatim ſubijciam. Et not. etiam, quòd ſi conuentus mentitus eſt, & mortuus ante lit. conteſta. pœna mendacij extinguitur; & hæredi competit facultas ſoluendi animal ꝓ noxia. Niſi poſt lit. conteſtationem interijſſet. Et in terminis noſtris, quando agitur actione de pauperie extra negantem, non creſcit æſtimatio in duplum, vt tenuit Azo. in ſum. & ſequitur etiam Hoſtien. in ſum. in titu. de pauperie. Licet quidam tenuerint contrarium; moti à ſimilitudinē.l.aquiliæ, per d.l.contra negantem. Sed mihi plus placet prima opinio, ne eadem negatio operetur duplicem pœnam, videlicet tollendi electionem domino, & vt creſcat æſtimatio in duplum. Item quia hoc non reperitur iure cautum. Item quia in pœnis benignior interpretatio, vt in reg. in pœnis. cum concordan. Non obſtat ſimile de.l. aquilia, propter duplicem rationē. Primo, quia ipſe punit in pauperie ſine

31 culpa. Secundo, quia negans, ſi punitur in † duplum, non punitur alia pœna, hic verò, vt dixi, puniretur duplici pœna. Et prædicta notabis, quia pro maiori parte nouiſſima ſunt. Tertio fallit dicta regula, ſi dominus ſcit quadrupedem damnum dare, & potuit prohibere, & non prohibuit; quia tunc non habet facultatem dandi animal pro noxia, vt in ſimili probatur in.l.ſi plurium.§.fin. ff.de noxal. Sed hoc ideò eſt, quia talis tenetur.l.aquilia, vt in caſu ſequen. Aut dominus culpam commiſit, & tunc ſolum liberatur ſoluendo æſtimationem noxiæ; quia illa eſt in obligatione, & ſolutione. Et in caſu vtriuſque mendacij. de quo in precęden. duabus fallentijs, in duplum. Niſi iuſta cauſa excuſaretur. vt.d.l. contra negantem. Item ſecundo liberatur interitu animalis nocentis. Circa qđ diſtingue, quòd aut interijt ante litis cōteſtationē, & liberatur. vt.l.1.§.planè.ff.ſi quadru.paup.fec.dica. Quod arbitror verum, ſi caſu perijt. Secus ſi facto ipſius domini. vt.l.ſi ex legati.ff.de verbo.obliga. & in.l. quod te.ff.ſi cer.peta. Quod eſt verum, ſi facto ſuo iniuſtè interfecerit. vt not. in.l.ſi ſeruum.ff. de verbo.obligat. & in.l.quid ergo. §.ſi hæres. ff.de lega.1. Aut interijt poſt litem conteſta. & diſtingue, quòd aut interijt caſu, & non videtur liberari. arg.l.1.§.ſi poſt.ff.ſi quad.paup.fe.dic. Quod fortè limitandum eſt, ſi modo ipſe domino non fuit in iuſta cauſa conteſtandi litem. Secus ſi fortè fuit aliqua iuſta cauſa ductus ad cōteſtandam litem, & contradicendum. arg. eorum quæ dixi in præced. membro. Aut poſt lit.conteſt. interijt facto ipſius domini, & tunc non liberatur. Sed præcisè tenetur ad æſtimationem damni. Quod eſt indubitanter verum, quādo non iuſtè interfecit. Hoc caſu fortè poſſet haberi conſideratio, an fuiſſet cauſa contradicendi, vel non. Aut, & tertio poſt lit.conteſta. interijt facto tertij, & tex. in.l.1.§.ſi poſt litem.ff.ſi quad.pau.fe.dic. videtur velle, quòd non liberetur; niſi paratus ſit actiones cedere aduerſus illum qui occidit. Quod intelligit Iac. Bu. quando per conteſtationem conuentus nō fuit in mora; vt quia fortè credebat ſe non teneri. arg.l.ſi plurium. §.fina.ff.de noxal. ſecundum vnam lect. nam tunc tenetur; quia actionē habet contra occiſorem; & ideò cedendo liberatur, vt.d.§.ſi poſt litem.&.l.quod debet.ff.de pecul. Sed ſi per lit. conteſta. fuiſſet conſtitutus in mora, ad veram emendationem teneretur; Adeò quòd amplius non haberet facultatem offerendi animalis, vt ſupra dixi. Et ideò licet competat ſibi actio contra occiſorem, nō tamen liberatur illam cedendo; quòd à modo non teneatur ad animal, ſed ad æſtimationem. & iſte intellectus eſt valde ſingularis iudicio meo, & rationabilis. Et ſingulariter facit ad ea quæ ſupra dixi. Item & tertio liberatur dominus, ſi animal quod nocuit, aufugerit ſine culpa ipſius. Et hoc verum, quando habet facultatem dandi animal pro noxia. & hoc probatur in.l.1.§.in beſtijs.ff.ſi quad.pau.fe.dica. Et ad hunc etiam caſum poſſet adaptari diſtinctio, an ante lit.conteſta. vel poſt effugerit, & an facto ſuo, vel facto tertij, vel caſu. Et an aliqua iuſta cauſa dominus fuerit motus ad conteſta. litem, vel non. Et prædicta etiam omnia regu-

32 lantur, ſecundum materiam moræ. de qua vide in.d.l.ſi ex legati. &.d.l.ſi ſeruum. In quibus etiam vide, an ſit habenda illa conſideratio, an aĩal qđ interijt, eſſet eodē mō periturū penes agētem. Item & quarto liberatur alienādo; Si modo iſte dominus non fuiſſet in culpa circa dānum datum à quadrupede. arg. eorum quæ dixi ſupra in quinto princ.artic. Et dummodo alienatio non fuerit facta lite pendēte; cum res litigioſa non poſſit alienari, vt ſupra vt lit.penden.per totum.& in auth.litigioſa.C.de litig.



## Capitulum. IIII. Si Læſerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Ad æſtimationem damni per ſe dati in agro, vel vinea alterius, quis tenetur; Declarando tamen vt ibi. Idem eſt, ſi damnum dederit paſcendo cum animalibus.nu.6.*

2 *Actione furti tenetur, qui fructus alienos intercipit, & aſportat. Fallit ſi neceſſitatis cauſa tales fructus aſſumeret, vt nu.4. Et limita etiam, vt ſub nu.5.*

3 *Ficus vicini comedentis pœna, quæ ſit.*

5 *Neceſſitatis tempore omnia ſunt communia.*

7 *Dominus liberatur dando animal pro noxia. Quod tamen limita, vt ibi.*

8 *Paſcere in agro alieno non eſt licitum. Quod declara, vt ibi.*

9 *Agi qua actione poſſit contra dominum animalis depaſti in herba, vel agro alterius.*

10 *Animalia in ſuo inuenta, an includi poſſint, & retineri, vſque ad fi.cap.*

11 *Animal damnum inferens, obligat dominum, vel ad æſtimationem, vel ad ipſum animal.*

12 *Noxa licet non ſit in obligatione, eſt tamen in ſolutione.*

13 *Debitorem meum fugientem authoritate propria poſſum capere, & retinere.*

14 *Seruus qui domino abſente damnum dat, quando ſit tradendus damnum paſſo.*

15 *L.quintus.§.pomponius.ff.ad.l.aquil. declaratio.*

16 *Clericus adulterans, vel turpiter agens cum alterius vxore, filia, vel ſorore, & ſimilibus, poteſt retineri per viginti horas abſque metu excommunicationis.*

17 *Actionem non habere, vel habere talē, quòd probari ea non poſſit, paria ſunt.*

18 *Probationum materia non eſt anguſtanda.*

SI LAESERIT QVISPIAM. Cōiter non ſummat, & habet hæc authoritas in Exo.c.22. Et in tex. ibi, & dimiſerit, dicit hic Io. And. ꝙ ponitur et, pro aut, ꝓut q̃nq; fit. vt not. in.l. ſępe.de ver.ſig. Sed ego nō video, ꝙ iſta expoſitio ſit neceſſaria. Imò dico, ꝙ melius ſtat et, quā aut, quia tex. intendit decidere duos caſus.

Primus eſt, quando quis damnum dat per ſe-
ipſum. Secundus, quando per iumentum ſuũ.
Not. primo, quòd quis tenetur ad æſtimatio-
1 nem † damni per ſe dati in agro, vel vinea alte-
rius, colligendo fortè vuas, ſecũdum. D.m. Qđ
eſt verum, quando colligeret immaturas. Secus
ſi iam maturas; quia tunc non videtur damnum
dediſſe; Niſi illas collegiſſet, vt deſtrueret, vel in
terram proijceret; quibus caſibus teneretur
aquilia ad emendam damni. Sed ſi intercepit,
2 & aſportauit, non tenetur aquilia; ſed actione
furti. vt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. ff. ad. l.
aquil. Et idem dicendum de reliquis fructibus,
vt in colligente, aut deferente ficus maturas, vel
immaturas. Et vide glo. in. l. verbum. C. de in-
3 fam. quæ dicit, ꝙ pœna † comedentis ficus ex
horto vicini eſt, ꝙ datur ſibi aqua calida ad bi-
bendum, vt fiat ſycophanta. Et idem dicit Bal.
in. l. quicunque. C. de ſer. fug. Et aduerte, quia
vbi ſupra dixi, quòd quis tenetur furti, ꝓcedit
4 niſi neceſſitatus famis cauſa fructus ſumeret. de
conſec. diſtin. 5. c. diſcipulos. quia neceſſitatis
5 † tempore omnia ſunt communia. Ad quod
vide quæ latè dixi in. c. ſi quis. ſupra de furt. Et
idem ego arbitrarer, ſi ex iuſta cauſa, & legiti-
ma, fortè fugiendo, neceſſitate ductus damnum
dediſſet. arg. prædictorum. Secundo not. ꝙ ſi
6 quis paſcendo cum † animalibus damnum de-
dit, tenetur ad æſtimationem damni. Qđ li-
mitat glo. hic in princi. niſi vellet dare animal
7 pro noxia; † quia tunc liberatur dando ipſum
animal. Quod limita, niſi dñs fuiſſet in culpa;
quia tunc nõ poſſet dare aĩal pro noxia. vt in. c.
ſi. ĩ. eo. dixi in. c. præced. artic. 3. & 6. Et ex præ
8 dictis, & tex. patet, quòd non eſt licitũ † paſce-
re in agro alieno. Quod eſt verum, ſi paſcendo
damnum daret. Secus ſi tranſiens per agrum
alienum ſine vaſtatione, vellet equum propriũ
pabulando reficere, & noualibus vti; quia non
tenetur in aliquo, vt in vſibus feudo. de pac.
tenen. & eius viol. §. fina. Et ſequitur hic Io.
9 And. & docto. Qua autem actione † agi poſſit
contra dominum animalis depaſti in herba,
vel agro, diſtingue, quòd aut dominus intro-
duxit, & tenetur actione de paſtu pecudis, &
ad æſtimationem herbæ comeſtæ. vt. l. qui ſer-
uandarum. §. fina. allegata in glo. Et hoc ve-
rum, quando animal non dedit damnum. Sed
quando animal damnum dedit, puta, deſtruen
do foſſata, aut fontes, vel arbores, aut quĩd ſi-
mile, diſtingue, quòd aut dominus fuit in cul-
pa, & tenetur ad emendam damni, vt in. c. præ
ceden. in tertio, & ſexto articulo. Aut non
fuit in culpa, & tenetur actione de pauperie, vt
ibi dixi. Si verò animal proprio motu intra-
uit alienum agrum, & herbam depauit, aut
glandem comedit, ſecundum naturam ſui ge-
neris, aliter non damnificando, & hoc caſu
quidam volunt, quòd nulla competat actio.
Sed tu dic, vt dixi in. c. præceden. in tertio ar-
ticulo, de cane carnes, & farinam comedente.
Glo. in princ. ſentit contrarium, deinde in fi.
ſentit duo. In fi. glo. dic. Not. hanc glo. con-
10 tra illos qui animalia † in ſuo inuenta, inclu-
dunt. Nam hoc facere non poſſunt. & hoc te-
net Barto. in. l. ratis. ff. de incen. rui. & naufr. per
. l. quintus. allega. in glo. & ſequitur hic. D.m.
Sed contrariam ſententiam tenet Bal. in. l. 2. C.
de ſer. fug. & in. d. l. ratis. dicens poſt Ricar. Ma-
lumb. quòd poteſt includere quouſque ſciat
cuius ſint. Et tandem remittit ſe ad not. per
Spec. in tit. de actio. in ver. ſed pone inuenio pe-
cus. Sed tu diſtingue poſt Henri. Bohic. quòd
aut ego ignoro cuius ſit pecus, an. P. an verò. S.
& volo ipſum retinere, donec ſciatur domi-
nus, contra quem agere poſſim. Et hoc fa-
cere poſſum, ita procedit dictum Spec. in dicto
ver. ſed pone. & ſequitur ibi Io. Andr. & Bal.
in. d. l. 2. Probatur, quia tale animal damnum
11 inferens, † obligat dominum, vel ad æſtimatio-
nem, vel ad ipſum animal, vt dixi in. c. præced.
Et ideò cum dominus non appareat, æquum
12 eſt, vt pecus retineri poſſit; quia licet † noxa
non ſit in obligatione; eſt tamen in ſolutione, vt
dixi in. c. præceden. in ſexto articulo. Pręterea
13 ſi debitorem meum † fugientem authoritate
propria poſſum capere, & retinere. vt. l. ait prę-
tor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. cred. ergo
fortius animal nocens; cum longe præſtantior
ſit homo cæteris animalibus, iuxta Pſal. omnia
ſubieciſti ſub pedibus eius &c. & probatur in
. l. in pecudum. ff. de vſur. 12. quæſt. 1. c. præcipi-
mus. Et in caſu quo dominus non apparet,
poſſum retinere pro damno dato, ſeu paupe-
rie illata, vt hæc probantur in. d. l. quintus. §.
pomponius. à contrario ſenſu, ibi, dum dicit,
ſi ex re damnum cęperit, habet proprias actio-
nes. ſ. cum ſit, contra quem agat. Secus ſi ne-
ſciat. argum. l. nam is. ff. de do. Facit. c. olim.
ſupra de reſtit. ſpol. Facit etiam. ff. ſi ex noxa.
14 cau. aga. l. 2. in fi. vbi ſeruus † qui domino ſuo
abſente, damnum dedit, tradendus eſt paſſo
damnum, ſi non appareat dominus illum de-
fendens, vſque ad tempus quo dominus ve-
nerit illum defenſurus. Facit etiam. l. quo-
ties. ff. de noxal. & quod not. in. l. 4. §. 1. ad
leg. aquil. & in. c. ſi perfodiens. ſupra de ho-
micid. & quod not. in. l. furem. ff. de ſicar.
Aut ego ſcio cuius ſit pecus, Et tunc, aut quæ-
ritur, vtrum poſſim ipſum retinere pro dam-
no illato. Et dicendum quòd non; cum domi-
nus eius mihi teneatur ad damnum, vt. d. §.
pomponius. Et hoc caſu procedet glo. no-
ſtra. Quod ego limitandum arbitror, ſi modo
loquamur in vero damno, propter ꝙ domi-
nus ſolum ad ęſtimationem damni teneretur;
ita ꝙ non haberet facultatem dandi animal pro
15 noxia; & ita † procedat. §. pomponius. qui lo-
quitur in actione. l. aquilię. Secus fortè, ſi ſolum
dominus teneret̃ de pauperie, & poſſet liberari
dando animal ꝓ noxia; quia tunc, ne deludat̃,
ſi animalia occultarentur, & dominus liberaret̃
eligendo animal ꝓ noxia, ſatis ęquum videtur,
vt inueniens poſſit detrudere. Aut paſſus dam-
num vult ipſum pecus detrudere, vt per ipſum
manifeſtetur damnum, & ſatis videtur dicendũ,
quòd



quòd poſſit retinere, argu. l. capite quinto. ff.
de adul. & not. per glo. 81. diſt. præsbiter. &
per glo. & Hoſtien. ſupra de iudi. c. cũ non ab
homine. & per Hoſti. in. c. ſi verò. §. 1. infra
16 de ſenten. excom. vbi not. quòd † clericum
adulterantem, vel turpiter agentem cum vxo-
re, filia, vel ſorore, vel alijs perſonis ibi nume-
ratis, poteſt quis per viginti horas abſq; me-
tu excommunicationis retinere. Facit etiam,
17 quia paria † ſunt non habere actionem, vel ha-
bere talem quæ probari non poſſit, argu. l. duo
ſunt Ticij. ff. de teſta. tut. Item facit, quia ma-
18 teria probationum † non eſt anguſtanda. C. de
hæret. in. l. quoniam. in fin.

## Capitulum .V. Si Egreſſus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Damnum reſtituere tenetur ille, cuius culpa ſe-
getes, vel alij fructus combuſti ſunt.*
*Quod declara, vt ibidem. Et limita vt nu. ſeq.
remiſſiuè.*
3 *Incendij materia; remiſſiuè.*

SI Egressvs. Breue eſt, &
habetur Exod. c. 22. h. d. Ille cuius
1 culpa ſegetes cõbuſtæ † ſunt, te-
netur damnum paſſo ad ęſtimatio
nem. Quòd procedit, ſiue ſegetes eſſent
collectæ, & in monte poſitæ, ſiue cum radi-
cibus adhuc in agro penderent. Et hoc intel-
ligit tex. dum dicit, ſtantes ſegetes. Et quod
hic dicitur de ſegetibus, dicitur exẽpli gratia.
Et ideò idem dicẽdum eſt in cæteris fructibus,
& rebus, ſm̃ Io. Andr. & Doct. Et not. hunc
caſum diligẽter, quia quotidie cõtingit. Quod
2 tamen limita; † vt dicit glo. de qua limitatio-
ne dicam latius in. c. ſequen. vbi tractabo ma-
3 teriam † incendij. Et ibi dicam, an talis te-
neatur in foro pœnitentiæ.

## Capitulum .VI. Si Quis Domum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentiam peragere tenetur ille, qui etiam ſa-
tisfecit proximo de damno ipſi illato.*
2 *Incendium committens non voluntariè, an tene-
atur. & ſub nu. 6.*
3 *Deus reſpicit cor, non manum.*
4 *In foro pœnitentiali tenetur quis de dolo, & lata
culpa tantum; non aũt de leui, & leuiſſima.*
5 *Reſtituo verbum, adaptatur non ſolum ad ea, quæ
ſunt ablata; ſed etiam ad ea, quæ ſunt damni-
ficata.*
6 *Incendiarius non ſolum tenetur ad emendationem
damni illati; ſed etiam ad reſtitutionẽ abla-
torum. Quod intellige, vt ibidem.*
7 *Incendium poteſt naſci quinq; modis. ſ. caſu for-
tuito, dolo, lata culpa, leui, & leuiſſima.*
8 *Incendium, quando caſu oritur, nemo tenetur.
vſq; ad nu. 18.*
*Incẽdium poteſt caſu fortuito oriri, & abſque
alicuius hominis culpa. ibidem. Et facto, vt
ſub nu. 11. Et etiam ex facto alicuius ho-
minis mixto. nu. 12. & ſub nu. 13.*
9 *Ad emendationem damni, ſaltem aliqua culpa
requiritur.*
10 *Caus fortuitus qualis ſit. Et quòd poſſit eſſe etiã
ſine aliqua culpa leuiſſima; ſub nu. 13. et. 14.*
11 *L. ſi fortuito. ff. de incen. rui. naufra. intellectus.*
13 *Culpa quando præceſſit caſum, qui eſt in culpa te-
netur. Quod tamen declaratur, remiſſiuè.*
14 *Glo. in. §. præterea. in fin. inſti. quib. mo. re con-
trah. ob. reprobatur. Saluari tamen poteſt
vt nu. 16. & nu. 41. Et intellige eam. vt
nu. 34.*
15 *Commodatarius, qui tenetur de leuiſſima culpa,
de incendio non tenetur.*
16 *Incendium in dubio, præſumitur contigiſſe culpa
inhabitantium, ſaltem leuiſſima. & nu. 30.*
17 *Plerumq; dictio, de proprio ſui ſignificato, denotat
regulam. & ſub num. 30.*
18 *Incendiarius tenetur ciuiliter, & criminaliter,
quando incendium eſt dolo commiſſum. Et
quid quando eſt commiſſum lata culpa. num.
. 19. vbi diſtinguitur, aut eſt ortum in com-
mittendo, aut in omittendo. Et quid quan-
do leui culpa. num. 20. vbi eodem modo di-
ſtinguitur. Et quid quando leuiſſima culpa.
nu. 22.*
19 *Culpa commiſſionis in incendio quomodo contra-
hatur; & quomodo culpa omiſſionis. &
ſub nu. 20. & ſub nu. 23. & nu. 35.*
21 *Culpa an lata, vel leuis ſit in incendio, qualiter
cognoſcatur.*
23 *Negligentia, & leuiſſima culpa æquiperantur.*
24 *Culpa leuiſſima in omittendo, non venit in actio-
ne legis aquiliæ; neq; directa, neq; vtili, ſe-
cundum authorem, nu. 28.*
25 *Culpa in committendo, præponderat culpæ in
omittendo.*
26 *L. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius. ff. ad. l. aquil.
declaratur. & num. 46.*
27 *In negligentia poteſt interuenire lata, leuis, & le
uiſſima culpa.*
29 *Habitator domus, in qua incendium eſt ortum,
an in dolo, vel in culpa ꝑſumatur. Et ibi quòd
in culpa. Et in qua culpa pręſumatur. nu. 33.
Et ibi quòd in leuiſſima culpa in committen-
do, vel leui in omittendo; vt num. 36. Et
quando teneatur ad emendationem damni
nu. 31.*
32 *Onus probandi incumbit conuento, in caſibus in
quibus ſolet præcedere culpa.*
*In his verò, qui ſolent accidere ſine culpa, in-
cumbit agẽti. ibidem.*
36 *Ab incendio, quomodo quis poſſit oſtendere ſe in-
culpabilem, vſq; ad nu. 42. Et ibi diffusè ẽt
vſq; ad nu. 49. Et quid probare debeat ad-
uerſarius, nu. 40.*
37 *Domeſtici, familiares, ac propinqui, quando
admittantur in teſtes. remiſſiuè.*
38 *Præſumptio vna, quando tollat præſumptionem
contrariam.*

39 Pro-

39 *Probatio habetur pro liquida, quando eſt probata coniecturis.*
41 *Culpa quæ veniat, quando agitur ex contractu; & quando actione legis aquiliæ.*
43 *Domus cuſtodia pertinet ad patremfam.*
44 *Bonus, & diligens quilibet præſumitur. Quod limita vt ibi.*
45 *L. 1. §. ſerui .ff. fur. aduerſ. nau. intellectus. L. fin. §. hac actione. ff. nau. caup. ſtabul. intellectus. ibidem.*
46 *L. Si vendita .ff. de peri. & commo. rei vend. declaratur.*
47 *Incendiarius, ſi immittat ignem in domum habitatam à ſuo inimico, an ille inimicus teneatur de incendio, tanquam fuerit cauſa cauſæ incendij ob prædictam inimicitiam.*
48 *Furioſus ſatis punitur furore ſuo.*
49 *Incendiarius quibus teneatur. Et an dominis domorum depoſitarum propter metum ignis, nu. 50. Et an magiſtratui, quando iuſſit deponi. nu: 52. Et quid ſi ſine iuſſu magiſtratus depoſuerint; nu. 54. Et quid quando ignoratur incẽdiarius, an depoſitores teneantur, nu. 55.*
51 *Iuſſus iudicis excuſat à delicto.*
53 *Statuto ſtante, quòd villa teneatur emẽdare damnum, ille qui paßus eſt damnum, tenetur contribuere ad emendam damni.*
56 *Incendiarius in quãtum teneatur. Et ibi de actionibus competentibus, quando dolo eſt commiſſum incendium; vſq; ad nu. 58. Vbi quid quando eſt culpa commißum. vſq; ad nu. 60.*
57 *Culpa lata, quando non æquiperatur dolo.*
59 *Dolus, & culpa, niſi ſit leuiſſima, veniunt in cõmitttendo.*
60 *In incendio actiones, quæ competant.*
61 *Incendiarius qua pœna, & in quantum teneatur criminaliter.*
62 *Pœna corporalis regulariter non imponitur, niſi pro dolo. Quod intellige, vt ibi.*
63 *L. ſi fortuitu. ff. de incen. rui. naufr. declaratio ſecundum Bal.*
64 *Culpa lata, etſi non infamat, inducit tamen pœnã mortis, vel mutilationis membrorum.*
65 *Pro culpa leui, an poſſit procedi ad inquiſitionem.*
66 *Vitium in negligẽdo, minus eſt quàm in faciendo.*
67 *Incendiarium condemnare poteſt iudex ex eodem proceſſu fiſco, & ad emendationem damni.*
68 *Incendiarij pœna in foro pœnitentiali, quæ ſit.*

SI QVIS DOMVM. Breue eſt, nec ſummatur. Not. primo, quòd licet quis ſatisfecerit proximo de
1 damno † ſibi illato nihilominus
tenetur ad pœnitentiã peragẽdam. vt not. in .c. ſicut dignum. de homicid. & ibi dixi. & idem not. in .c. ex diligenti. de ſimo. in .c. 2. de rap. in .c. fin. de furt. in cle. vni. de vſur. Secundo not. ibi, voluntariè, argumentum à contrario,
2 quòd ſi aliquis non commiſiſſet † incendium
voluntariè, nõ teneret. Quod nõ eſt verũ; quia ſufficit ad hoc, vt quis teneatur propter incendium, quòd propter culpam ſuam incendij damnũ dederit. de quo latius infra. Et ſic not. ſumitur in totum, non pro parte, videlicet, ꝙ ſi non voluntariè fecit, non tenetur ad hæc omnia de quibus hic in tex. nam ſaltem non tenetur in foro pęnitẽtiali; quia Deus reſpicit cor
3 & † non manum .14. q. 5. c. ſi quid inueniſti.
Vnde Inno. in .c. ſicut dignum. de homici. prope fin. quem ſequũtur ibi Docto. voluit, ꝙ
4 in foro pœnitentiali † teneatur quis ſolum de
dolo, & lata culpa; ſed de leui, & leuiſſima culpa non teneatur. & ſequitur .D. m. in. c. pręced. & in. c. cũ dilectus. de arbit. tetigi in. c. præsbiterum. de homici. ſuper glo. 1. Sed. l. aquilia ad emendationem damni tenetur quis de leuiſſima culpa in committẽdo, vt infra ſubijciã. Tertio not. ib, reſtituat, quòd verbum reſtituo
5 adaptatur † ad ea quę ſunt ablata; & etiam ad
ea quæ non ſunt ablata, ſed damnificata, & ſic quandoq; quis rem quam nunq̃ habuit reſtituit. Similiter etiam per contrarium, reſtituitur quandoq; alicui id, quod nunquam habuit, vt not. in .l. 1. §. pen .ff. quo. bono. Vltimo not.
6 quòd incendiarius, non † ſolum tenetur ad
emendationẽ damni illati ꝓpter incẽdium, ſed etiam ad reſtitutionem ablatorũ. Quod videtur tex. limitare, ſi modo voluntariè quis incendium commiſit. Secus ſi contra voluntatẽ. Quod tñ limitat gl. 1. hic, ſi modo nullam culpam cõmiſit. Et eſt differentia, ſm̃ gl. 2. hic an dolo cõmiſſum ſit incendiũ, quia punitur ciuiliter ĩfra annũ ad quadruplũ. Et criminaliter, quia debet cremari. Sed ſi culpa ſolũ cõmiſſum ſit incẽdium, incendiarius duntaxat tenetur ad ſolũ ſimplum. Verũ quia glo. & tex. hanc materiam incendij ponit, quæ eſt vtilis, & pluſquã quotidiana, & glo. & Docto. iuris canonici parum, aut nihil boni attingunt. Ideò quia in ea materia pluries conſului, & aduocaui, & etiam eam publicè diſputaui hic, Ideo vt ipſam ſub quàm breui cõpẽdio fieri poteſt ordinatam, & plenam habeas, proſequar infraſcriptos articulos. Primo, quis ex incendio teneatur, & quando. Secundo, quibus teneatur, & quando. Tertio, in quantum, & an ciuiliter teneatur. Quarto, qua actione teneatur. Quinto, qua pœna, & in quantum criminaliter teneatur. Sexto, in quantum in foro pœnitentiali teneatur. Quò ad primum aduerten-
7 dnm eſt, quòd incendium poteſt † pluribus mo
dis naſci. Primo, caſu fortuito. Secundo, dolo alicuius. Tertio, lata culpa. Quarto, leui culpa. Quinto, leuiſſima culpa. Itẽ aduertendum, quòd quandoque conſtat incendium eſſe exortum, & à quo, ſeu cuius culpa. Quandoq; conſtat incendium; ſed ignoratur cuius culpa fuerit cõmiſſum, de quibus omnib⁹ breter eſt videndum. Primo igitur caſu, quan-
8 do incendium † caſu oritur, nemo tenetur.
Nec eſt dubium, quòd incendium poteſt caſu oriri abſque alicuius hominis culpa. Vnde tũc caſus verè fortuitus dicetur. vt. l. ſi vt. certo. §. quod verò .ff. commo. & .l. cum duobus. §. damna .ff. pro ſoc. Et in .l. ſi quis. §. 1. & .l.

videamus



videamus. & .l. ex conducto in fin. ff. loca. & .l. contractus. in fin. ff. de re. iur. & inſti. qui. mo. re. contra obliga. §. item is cui. cum ſimil. Et hoc caſu ille in cuius domo exortum eſt incendium, ſiue fuerit dominus, ſiue conductor, vel habitator nulli tenetur, nec ipſi domino domus, ſi erat conductor, neq; etiam alicui vicino ex ipſo incẽdio damnificato; cum ad emen
9 dationem damni; † ſaltem aliqua culpa requira-
tur, vt infra patebit; Sed caſus fortuit⁹ eſt talis,
10 cui † neq; conſilio, neq; cura, diligentia, aut pru
dentia humanę mentis prouideri poteſt. Vnde dicit .l. quòd nullum humanum conſilium, & ſic etiam diligentiſſimi, & prudentiſſimi viri caſus fortuitos prohibet .ff. de admi. re. ad ciui. pertin. l. 2. §. ſi eo tempore. Et hoc mo-
11 do poteſt intelligi .l. ſi † fortuito .ff. de incen.
rui. nauf. Et poteſt incendium venire caſu fortuito, etiam abſq; alicuius hominis facto, vt puta, à fulgure cælitus miſſo; quod interdum domos incendit; pro vt anno præterito contingit hic Senis in eccleſia prædicatorum, quæ ex incendio à fulgure cauſato grauem ruinam paſſa eſt, & iacturam. Facit. l. fiſtulas. in fin. ff. de contrahen. empt. Et iſte eſt caſus fortuitus
12 quò ad omnes. Item poteſt contingere † in-
cendium ex caſu fortuito mixto alicuius hominis facto. Exemplum, ſi per incurſum hoſtiũ incendium ſit perpetratum, vel etiam per aliquem latronem, vel inimicum fuerit ignis, vel incendium in alicuius domo cauſatum. Nam quò ad ipſum habitatorẽ, & quò ad alios qui in nulla ſunt culpa, tale incendium aſcribitur caſui, quamuis, quò ad ipſum immittentem aſcribatur dolo. Et ideò ipſe habitator hoc caſu nõ tenetur. Niſi fortè ipſi habitatori poſſet culpa imputari; vt puta, quia talem incendiarium prouocauit ad dignas inimicitias; &
13 ſic culpa † præceſſit caſum, & per conſequens
videtur teneri. Quod tamẽ examina, vt traditur per Bart. poſt Guil. de Cunio in .l. ſi vt certo. §. ſed interdum. ff. como. Facit. l. ſi merces. §. culpæ. ff. loca. Poteſt ẽt figurari exemplum in caſu fortuito, de eo, qui in agro ſuo ignẽ accendit, vt ſtipulas, vel ſpinas comburat, vt facilius ſerere poſſit, & vberiorem terram facere valeat. Nam poſito, quòd ipſe omnia ſeruauerit tẽpus, & locum, & cæteras circunſtantias, ne ignis longius egrederetur, ita ꝙ ei nulla culpa, etiam leuiſſima poſſit aſcribi, vt etiã ſentit hic glo. tale incendiũ ſi egreſſum eſt terminos debitos, fortè, ex ſubita orta tempeſtate, & ventorum vi, caſui fortuito imputatur, vt .ff. ad .l. aquil. in .l. qui occidit. §. in hac. Vnde in prędictis caſibus, in quibus nulla culpa poteſt aſcribi domino, vel habitatori, in cuius domo incendium exortum eſt, vel initium ſumpſit, habitator minime tenetur ad aliquam pœnam, vel emendationem damni ex ipſo incendio contingentis. Et hoc tenet Ia. de Are. & Cin. in l. data opera .C. qui accu. non poſ. & Salice. in .l. quæ fortuitis .C. de pig. act. qui etiam ita conſulendo determinauit. Et ſequitur quidem .D. Pe. de Alza. qui hanc materiam Paduæ diſ-
14 putauit. Et ex prædictis infertur, quòd † glo.
quæ eſt. inſti. qui mo. re. contra. obliga. §. præterea. in fin. quæ ſentit, quòd incedium nõ poteſt naſci ſine culpa, ſaltem leuiſſima habitantium, non eſt vera ſic abſolutè intellecta; quia imò poteſt eſſe merè caſus fortuitus, etiã ſine aliqua culpa leuiſſima, vt patet ex ſupradictis; & probatur in .l. etiam. in prin. ff. como.
15 vbi ille commodatarius † qui tenebatur de le-
uiſſima culpa, de incẽdio non tenetur. Sed illa glo. poteſt ſaluari in caſu dubij; quia in dubio
16 culpa † inhabitantium, ſaltem leuiſſima præſu-
mitur contigiſſe. vt .l. ſi vendita .ff. de pericu. & commo. rei vendi. & .l. 1. §. plerunq; .ff. de
17 offi. præfec. vig. Nam dictio plerũq; † ibi po-
ſita denotat regulam; quia ita eſt propriè de ipſius dictionis ſignificato, vt eſt apud grammaticos. & ꝓbatur in .l. plerunq; .ff. de iure dot.
18 Secundo caſu qñ incẽdium † eſt dolo cõmiſſum
non eſt dubiũ, ꝙ incendiarius tenetur ciuiliter & criminaliter, tex. eſt hic iuncta glo. fin. & .l. capitalium. §. incendiarij .ff. de pœn. & in. d. l. data opera. Tertio caſu, qñ incendium eſt cõ-
19 miſſum lata culpa incẽdiarius tenetur; ſiue fue-
rit in committendo, vt quia fecit id quod nullus hominum cõiter feciſſet; vel in omittendo, vt quia omiſit id, quod nullus hominum communiter omiſiſſet. vt .l. latæ culpæ .ff. de verb. ſig. tradit Bar. in repe. l. quod nerua .ff. depoſi. & .D. m. in .c. 1. s̃. de commo. Quarto caſu, qñ
20 culpa † eſſet leuis, etiam dicendum eſt, quòd
iſte incendiarius tenetur, ſiue culpa eſſet in committendo, vt quia feciſſet illud, quod non feciſſet diligens paterfam. vel eſſet in omittendo, vt quia omiſit, quòd minime omiſiſſet diligens paterfam. ad quod facit .l. penul. in fin. .ff. de incen. rui. & nau. Et poteſt cognoſci
21 in materia noſtra qualis fuerit culpa, † an lata,
vel leuis, per exempla contingẽtia reſpectu maioris, vel minoris culpæ, aut negligentiæ; nã ſi ignem accendit prope ſtipulam, aut ſtupam, vel ignem magnum accendit in loco paruo, & ex ſtipula, vel arundinibus confecto, vel ſi tempore ventoſo in loco aperto ſtipulas, vel ſpinas incendit prope aream, & aceruos frumenti vicini, ita quòd vnuſquiſq; veriſimiliter conſideraſſet incẽdium in domo, & in area futuris. hæc enim eſt lata culpa. Sed ſi ignem in domo accendit, & ipſum cooperuit ſolum cinere, & diligentes patresfam. cooperuiſſent teſta, aut tugurio, vel propter illam cauſam incendium ortum eſt; quia teſta, aut tugurio nõ cooperuit, dicitur eſſe in leui culpa, eo quòd deuiat ab ea diligentia, quam diligẽs paterfam. adhibuiſſet; prout hoc poteſt colligi ex his quæ tradit Bart. in .d. repe. l. quod nerua. & .D. m. & Io. de Imo. in .c. 1. ſupra de comod.
22 Quinto caſu, quãdo incendiarius † fuit in culpa
leuiſſima, & hoc cõſtat, maius eſt dubiũ, quàm in cæteris caſibus, nec formaliter attingunt Docto. communiter; niſi ꝙ Salice. in dicto cõſilio de materia incendij dicit, ꝙ talis incen-

diarius

diarius teneretur, etiam de leuiſſima culpa ad
emendationẽ damni, ꝙ quis paſſus eſt ex in-
cendio etiam leuiſſima culpa cõmiſſo, per tex.
in .l. capitalium .§.qui ob inimicitias.ff.de pœ
nis.ibi,ex negligentia eorum apud quos &c. &
23 ſic punit negligẽtiam, † ergo leuiſſimam culpã.
Facit etiam .d.l. 1.§.plerunq; . & .d.l.ſi vendi-
ta.ibi,ſeruorũ negligentia. Sed præfatus Doc.
.D. Pe.de Padua, cuius opinio mihi placet, di-
ſtinguit, quòd aut talis culpa eſt commiſſa in fa
ciendo, quia id fecit, quod non feciſſent dili-
gentiſſimi patresfamil. & hoc caſu tenetur in-
cendiarius, vt in .d.l. in lege aquilia etiam le-
uiſſima. ff. ad .l.aquil. Aut fuit culpa leuiſſima
in omittendo, quæ eſt omittere imprudenter,
quod quilibet diligentiſſimus feciſſet et hoc
24 caſu incendiarius non tenetur; quia culpa † le-
uiſſima in omittendo, non venit in aquilia. ca-
ſus eſt ſingularis in .l. ſi vſusfructus .§. deniq;
.ff. de vſuf. Qui .§.ſm quod ibi dicit Bar. glo-
ſat totũ titulum ad .l. aquiliam. & ibi ẽt tenet
Ray. & Bart. in .l ſi mora.ff. ſo.ma. & Cin. ſu-
per rubr.C.ad .l. aquiliam. Facit etiam ratio,
25 quia culpa † in cõmittendo, ex quo minus pec-
cat omittens, quàm faciens, præponderat cul-
pæ in omittendo.d.l. ſi mora, & .l.lege corne-
lia.ff. ad ſilla. Facit.l.ſi conſtante .§.ſi maritus.
& quod ibi not. Bar. ff. ſol. ma. &.l. ſi ſeruus
ſeruum .§. ſi cum maritus .ff. ad .l. aquil. &
not. Bal. in .l. Gallus .§. in omnibus .ff. de libe.
& poſtu.per.d.l.ſi mora.&.d.l.ſi vſusfructus.§.
26 deniq;. Nec obſt.l.ſi ſeruus ſeruum †.§.ſi for-
nacarius. ff. ad.l.aquil. quia poteſt reſponderi,
quòd ibi omiſſio, vel negligentia illa non ha-
buit leuiſſimam culpam, ſed leuem; quia dili-
gens non dimiſiſſet taliter fornacem ſine cuſto-
de. Vel poteſt dici, quòd ibi nõ fuit ſolum cul-
pa in omittendo; ſed etiam in committendo,
videlicet, in dormiendo apud fornacem, vbi
ignem immiſerat. Et quãuis dormire ſit actus
naturalis, tamen, vt ibi dicit tex. debebat prius
extinguere ignẽ, vel munire ne vagaretur. Et
ex prædictis patet, quòd opinio Salice. ita ſim-
pliciter intellecta non eſt vera; nec tex. allegati
per eum ꝓbant; quia loquũtur de negligentia
27 in † qua poteſt interuenire lata, leuis, & leuiſſi-
ma culpa. Aduerte tamen, quia glo. in .d. §.
deniq; . dicit in ſecunda opi. ꝙ licet pro leuiſſi-
ma culpa in omittendo non detur directa, ta-
28 men datur vtilis aquilia. † Sed plus placet
præcedens opi. Sed circa prædicta quæro,
29 vtrũ ille in cuius domo † incendium eſt exortũ
præſumatur in dolo, vel in culpa aliqua. Sol.
dic, ꝙ præſumitur in culpa, argu.l. 3. §. 1. ff. de
offi.pręfec. vig. vbi tex. dicit, quòd plerunq; in-
30 cendia † culpa inhabitantium fiunt. Hæc dictio
plerunq;, denotat regulã, vt dixi, & not. in .l. tu-
tela .ff. de tutel. & .l. 1. in prin. ff. de tutel. & rat.
diſtra. & .l. ſi pactũ. de proba. & inſti. de hæred.
inſti. in .§. hæreditas. & .l. ſi vt certo. §. com-
modatum .ff. comod. & .l. qui duos. in fi. de leg.
.3. & in .c. niſi. de renun. Et ideò tex. in .l. ſi
vendita.ff. de pericu. & commo. rei uen. dicit,
cum incendium ſine culpa fieri non poſſit. Et
ex prædictis ſequitur, quòd ſi damnum paſſus
ageret contra aliquem, probãdo incendium ha
buiſſe ortum in domo ipſius, haberet fundatã
31 intẽtionem ſuam; Adeò † quòd habitator do-
mus teneretur ad emendationẽ. Niſi ex aduer-
ſo probaret ſe non culpabilẽ. Et hoc ſingula-
riter voluit Bart. in .l. ſi quis ex argentarijs. in
fin. ff. de eden. vbi dicit, quòd in caſibus in qui-
32 bus ſolet præcedere culpa, † vt in incendio, &
furto, incumbit onus probandi conuento, ꝙ ſi-
ne culpa ſua hoc proceſſit. In alijs verò caſi-
bus, qui regulariter accidunt ſine culpa, qua-
les ſunt vires hoſtium, & inundationes aqua-
rum, incumbit onus probandi agenti, quòd
conuẽtus fuerit in culpa; Aliàs ſuccũberet. Et
ita poteſt intelligi quod not. in .l. ſi creditor.
.C. de pigno. actio. & inſti. qui. mo. re. contra.
obli. in fin. & .d.l. ſi quis. cum ſimilibus. Sed
poſſet circa prædicta dubitari, in qua culpa in
33 dubio † præſumatur incendiarius. Circa quod
glo. ſingularis inſti. qui. mo. re. contra. obli.
in.§.penul. dicit quòd præſumitur in culpa le-
34 uiſſima. Ex qua glo. † iunctis his, quæ ſta-
tim dixi, ſequitur mirabilis concluſio, quòd
pręſumitur culpa leuiſſima in cõmittendo; nã
cum ſupra dixerim actorem habere fundatam
intentionẽ, & quòd de leuiſſima culpa in omit
tendo, quis non teneatnr aquilia; ſequitur ꝙ
intelligi debet illa glo. de leuiſſima in commit-
tendo. Et aduerte, quia non intelligitur quis
35 culpam † committere in faciendo ex eo,
quòd habet ignem in domo, vel ipſum accẽdit;
quia habere ignẽ, cum ſit neceſſarium elemen-
tum, & illum accendere, non eſt culpa. Sed in
eo retinendo, & accendendo poteſt latã, leuem,
& leuiſſimam culpam committere, ſecundum
quòd plus, vel minus peccauit. Et quanuis
non ſit culpa moderatum ignem habere, &
moderatè. Accendere tamen, non cooperi-
re, vel non munire quando quis recedit, eſt
culpa in omittendo; Quæ poteſt eſſe lata, vt
ſi nullo modo muniuit, & veriſimiliter ſe-
cundum communẽ extimationẽ, debeat noce-
re. Quandoq; poteſt eſſe leuis, vt non coope
rire ignem ferè extinctum, qui veriſimiliter
ſecundum commune iudicium non poterat
nocere. Nec diligentes aliter cooperuiſſent,
vel muniſſent, licet fortè diligentiſſimi id fe-
ciſſent. Nam ſi ex leuiſſima ſcintilla ſuſcitatur
ignis, & iuuaneſcit, & nocet, hæc fuit leuis cul-
pa in omittẽdo, de qua nõ tenetur ipſe habita-
tor. Sed ſi munire ignem, & cooperire cum
cinere, aut cum teſta, quod diligentiſſimi fa-
ciunt, aliquis omitteret, ſeu aliam debitam di-
ligentiam non adhiberet, quam diligentiſſimi
adhibuiſſent; vt puta, quia de die in loco ſatis
tuto, & munito non extinxiſſet, vel cooperuiſ-
ſet, talis eſt leuiſſima culpa in omittẽdo; de qua
non teneretur quis, etiam ciuiliter aquilia, vt
ſupra dixi. Quare concludendum eſt ex ſu-
perioribus, ꝙ in incendiario præſumitur cul-
pa leuiſſima in committendo, vel leuis in omit
tendo



tendo, ita quòd in dubio teneatur, niſi aliter
probet ſe inculpabilẽ. Sed quæro qualiter ipſe
36 poterit † probare ſe inculpabilẽ. Sol. dic
ꝙ aut ipſe habet alios plures habitantes in do-
mo, aut eſt ſolus. Primo caſu, poterit proba-
re diligentiam ſuam circa ipſum ignem cuſto-
diendum, & muniendum, etiam per proprios
familiares, & domeſticos. per not. in .l. conſen
ſu.C. de repu. Et etiã per filios, fratres, & vxo
rem, vt not. in .l. 2. C. quando & qui. quar-
ta pars lib. 10. Facit etiam quod not. in
.c. veniens .ſ. de teſti. & .l. quoties.C. de naufr.
lib. 11. & ꝙ not. Bart. in .l. fin. §. licentiam.
.C. de iure delibe. Ad ꝙ vide quod latè in
37 materia † teſtium domeſticorum ſcripſi in .c.
in literis. ſupra de teſti. Secundo caſu quando
ſolus habitabat domũ videt̃, quaſi impoſſibile,
quòd valeat probare ſe inculpabilem. Et hoc
caſu poteſt dici illud prouerbium vę ſoli; quia
ſi ceciderit &c. Sed tũ aduerte, ꝙ & iſte po-
terit alio modo ſe probare inculpabilem, pro-
bando per illos, qui quandoq; ſecum fuerunt
in domo, quòd ipſe omnem debitam diligen-
tiam, quam etiam diligentiſſimi adhibuiſſent,
adhibere ſolebat in faciendo, cooperiendo, &
muniendo ignem. Et eſt etiam vtile poſitio-
nem facere, quòd iſte in cæteris ſuis rebus, &
negocijs eſt diligentiſſimus. Nam his proba-
38 tis, hæc præſumptio, † quæ ex huiuſmodi pro-
bationibus colligitur, tollit contrariã præſum-
ptionem leuis culpæ in omittendo, & leuiſſi-
mę in committendo. Facit ꝙ not. in .l. non
omnes. §. à barbaris .ff. de re. mili. Nam con-
39 iectura † probata habetur pro liquida pro-
batione. vt not. glo. in.l.licet Imperator .ff. de
leg. 1. & .l. ſi tutor .C. de peri. tut. & cura.
& not. in .c. cum dilecti. ſupra de donatio. Ex
40 aduerſo autem, ſimiliter bonus † aduocatus, vel
procurator debet articulare de illius negligẽtia,
& teſtes producere; & ſuper articulis aduerſæ
partis producere teſtes, ad probãdum interro-
gatoria iuncta cũ articulis, per quæ apparet de
negligentia. Sed nunc circa prædicta inſurgit
pulchra, & notabilis dubitatio. Nam præce-
dentibus videtur obſtare .l. ſi vendita.ff. de
peric. & commo. rei ven. Nam ſi in dubio te-
neret̃ quis de leuiſſima culpa in committendo,
vt dixi ſupra, ſequeretur, ꝙ deberet ſe diligẽtiſ-
ſimum probare, argu. not. in .l. in rebus .ff.
como. Cuius cõtrarium probat.d.l.ſi vendita.
in quantum ſentit, quòd ſatis eſt probare ſe di-
ligentem; & ſic videtur ſolum teneri de leui, vt
.l. ſi cum venderet. in fi. cum .l. ſe. ff. de pig. acti.
Pręterea ſi quis ageret, ex tali contractu in quo
ille qui ꝓpter incendium conuenit̃, ſolum tene
ret̃ de leui, & nõ de leuiſſima, prout eſt in cõmo
dato, & reliquis cõtractib' geſtis gratia vtriuſq;
& etiã in illis qui gratia recipientis tãtum fiũt
in quibus nõ tenetur, ẽt de leui, ſequeret̃, ꝙ ta-
lis agens, licet probaret incendium in domo il-
lius exortum, tamen deberet ſuccũbere; quia
non probaret leuem culpam, vel latam, qualis
requiritur in talibus contractibus, vt .l. contra-
ctus .ff. de re. iur. & inſti. qui. mo. re. contra.
obli. in.§. 1.2. &. 3. Cuius cõtrariũ videt̃ ſenti
re Bar. in.l. ſi quis ex argẽtarijs. in. fi. ff de eden.
qui ponit exẽpla in contractibus, in quibus nõ
tenebatur de leuiſſima, & tamen aſſerit illum,
in cuius domo incendium eſt exortum, debere
probare ſe non fuiſſe culpabilẽ. Aliàs propter
præſumptionem partis aduerſæ, habẽtis ex ea
fundatam intentionem, debet cõdemnari. Vn
de oportet dicere, quòd vel ipſi male dicant .ſ.
Bart. & ſequaces, ſi intelligunt de leuiſſima cul-
pa; cum in talibus contractibus, nõ veniat; Vel
neceſſarium eſt dicere, ſi intelligunt quòd leuis
culpa præſumatur, aut talis, quę faciat illum te-
neri propter res amiſſas, quòd glo. prædicta
inſti. qui. mo. re. contra. obli. in fin. quæ vult,
quod præſumatur leuiſſima culpa, nõ bene di-
41 cat. Sol. fortè dici poſſet, ſaluando † dictam
glo. & theoricam, quòd illę .ll. loquuntur in
contractibus in quibus non veniebat culpa, niſi
leuis; quia in talibus, ſi ageretur ex natura con-
tractus, nõ ſufficeret probare hoc ſolum, vide-
licet, quòd incendium eſſet exortum in domo
illius, quoniam ſolum ex hoc argueretur leuiſ-
ſima culpa ipſius habitatoris. Sed ſi ageretur
.l.aquil. tunc, quia in illa venit, ẽt leuiſſima cul-
pa, vt in .d. l. in lege aquilia etiam leuiſſima .ff.
ad .l. aquil. actor haberet fundatam intentio-
nem ſuam. Et hoc caſu non ſufficeret probare
ad tollendum fundamentum actoris, ſe diligen-
tem; ſed oporteret probare ſe diligentiſſimũ.
Sed vbi ageretur ex contractu, tunc, ſi dicit ſe
amiſiſſe, oportet hoc probare. Et ſi verus con
tractus exigit diligentiam, quam debent adhi-
bere diligentes patresfam. ſatis eſt probare ſe
diligentem; quia per diligentiam excluditur le-
uis culpa. Et fortè hoc caſu, ſi incendio ꝓbaret
rem amiſſam, cum in eo non præſumatur
niſi culpa leuiſſima, meritò veniret abſoluẽdus.
cogitabis, & prædicta bene notabis, & bene
ſcies eligere formam agendi. Et ex prædictis
habes in qua culpa præſumatur eſſe habitator,
& qualiter poſſit ſe excuſare à dicta culpa. Sed
nunc pro complemẽto iſtius articuli. Quæro
quomodo iſte habitator, & qualiter poſſit ſe
excuſare, ſeu ille in cuius domo incendium eſt
exortum. Sol. pro clara, & ordinata doctrina
proſequar quatuor membra principalia. Pri-
mũ, quãdo vnus ſolus homo habitabat. Sm̃,
quãdo plures habitabant; ſed vna, & vnius pa-
trisfamil. erat familia. Tertium, quãdo plures
familiæ, & plures patresfam. habitabant.
Quartum, quando nullus habitabat. Circa
42 primum, † res eſt clara, quòd ipſe habitator te-
netur, niſi excuſaret ſe, per id quod ſupra dixi.
Circa ſecundum, quando plures ſub vna fami-
lia habitabant, diſtingue, quòd aut eſt incertũ,
cuius hominis de familia cauſa, incendiũ cõmiſ
ſum ſit, aut eſt certũ; Primo caſu, paterfam. in
dubio tenetur, argu.l. ſi verò .§. penul. & .l.
penul. §.habitator .ff. de his qui deie. vel effu.
43 quia ad † ipſum patremfamilias pertinet cu-
ſtodia domus. Facit etiam dicta.l. 3.ff. de offi.
præfec.

præfec. vigil. & ibi hoc not.Bar. & quod not.
glo. in .l. contractus .ff. de re. iur. Item facit
.d.l. vendita .ff. de pericu. & como. rei ven. &
.l. videamus .ff. loca. Nam cũ appareat incen-
dium fuiſſe in domo ſua exortum,præſumptio
eſt, quòd ab aliquo inhabitãtium ſit commiſ-
ſum; ſed non de certo, ſed de incerto, vt pro-
batur in .d.l. ſi vendita. Vnde cum non do-
ceatur de certa perſona aſcribitur culpæ patriſ-
fam. cuius imperio omnis familia obedit; quaſi
minorem diligentiam adhibuerit, vt probatur
in .d.l.ſi vendita. vbi tex. primo facit regulam
generalis præſumptionis, quòd incendium ſine
culpa patrisfam. fieri non poteſt. Poſtea ab illa
regula, & generali præſumptione procedit ad
caſum certum, ſi cõſtat quis fecerit, de quo ſta-
tim ſubijciam. Aſcribitur ergo in dubio cul-
pæ patrisfa. Facit.l.ſi res pupillares.C.de peri.
tut. &.ff. locati. in .l.qui inſulam. §. colonus.
& .ff. de pœn. in .l. capitalium. §. ob inimici-
tias. Et ſi alteri cõmiſit ignis cuſtodiam, illius
culpa præſumitur, & tenetur, ſecundum quod
44 ſtatim dicã. Nec obſtat, quòd † quilibet præ-
ſumatur bonus, & diligens. vt.l.meritò.ff. pro
ſoc. &.l.cum quidam .ff.de leg.2. quia verum
eſt quadam pręſumptione generali, cui per eui-
dens factum in contrarium habens annexam
ſpecialem præſumptionem derogatur. Facit
regu. generi per ſpeciem. de re. iur. lib. 6.
Secundo caſu, quãdo perſona quæ fuit incen-
dij cauſa, eſt certa, an paterfam. excuſetur, di-
ſtingue, quòd aut erat vnus ex familia, aut ex-
traneus, qui fortè caſu venit ad recubandum,
vel dormiendum. Primo caſu dic, quòd aut
iſte qui fuit in culpa, erat ſeruus, aut erat liber.
Si erat ſeruus, aut dominus fuit in aliqua cul-
pa, & tenetur ad emendam damni. Aut non
fuit in aliqua culpa, & in hoc caſu non tenetur;
niſi noxaliter; videlicet, quia ſi vult pōt damnũ
emendare, & etiam ſi vult, poteſt ſeruum pro
noxia, & damno illato dare, & liberatur. & hæc
probantur .ff. de noxal. per totum. & .ff. fur.
aduer. nau. l. 1. §. ſerui. & .ff. naut. cau. ſta. in
.l.fi. §. hac actiõe. Sed vt dixi, ſi fuerit in culpa,
tenetur emendare damnũ, nec liberatur dando
ſeruũ .l.ſi ſeruus ſeruum. §. ſi proculus.ff. ad.l.
aquil. & ibi not. Ray. Secũdo caſu, qñ talis eſt
liber, & non ſeruus, non eſt dubium, quòd ta-
lis incẽdiarius tenetur ex ſuo facto immediatè.
Sed an etiam paterfam. teneatur ex eo, quòd
opera iſtius vtebatur. Et videtur dicendum ꝙ
ſic, per præalleg. §. hac actione. vbi dicitur, ꝙ
dominus tenetur ex quolibet delicto miniſtri.
Et hoc ſentit glo. in .l. ne quid.ff.de incen. rui.
& nauf. Sed Bart. & Docto. hoc limitãt, quan
do ſemel famulus deliquit in officio, ad quod
per dominum erat deputatus. Aliàs ſecus. Et
45 ita intelligit † .l. 1. §. ſerui. &. §. hac actione.
Et alia ſimil. iura. Facit etiam .l. 1. §. familiæ
.ff. de publi. & vectig. Et ideò diſtingue, quòd
aut famulus deputatus ad coquinã, vel ignis
cuſtodiam, minus diligenter cuſtodiuit ignem,
& tenetur dñs, vt dixi, & tenet Bart. in.l. 1. §.
familiæ.ff.de publica. Et ita intelligit. d. gl.in.l.
nequid. Quod ego limito, niſi dominus pro-
baret ſe feciſſe, id quod feciſſet diligens pater-
fam. in accipiendo talem famulũ, qui ab omni-
bus diligens reputabatur; Nam tunc non tene-
tur; Maxime ſi ipſum denuntiaret, & exhiberet
damnum paſſis, vt in ſimili not. Bart. in .l. 1. in
fin.ff.de publi. & quod not. Bal.in.l. obſeruare.
.§. proficiſci.ff. de offi. proconſul. & lega. &
quod not. Bart. de famulo in.d.§.proculus. &
quod not. in .d.§.ſi fornacarius. in .l. ſi ſeruus
ſeruum.ad.l.aquil. Aut deputatus ad coquinã,
& ignem ſe habuit diligenter, nec poteſt aliqua
culpa ſibi imputari; quia omni diligentia ignẽ
cuſtodiuit. Sed alius famulus, ad hoc non de-
putatus ignem diſcoperuit, vel accendit, & mi
nus diligenter cuſtodiuit, propter quod in-
cendium eſt exortum. Et hoc caſu paterfa. ex
ipſius facto nõ tenetur; quia iſte deliquit extra
officium ſibi deputatum, per iura præallegata.
46 Et ita debet intelligi .d.l. † ſi vendita. Quod
tamen limita, niſi paterfam. eſſet in culpa illum
retinendo in domo, cum ſciret eum fortè peri-
culoſum, vel ebrioſum, vel tales caſus commit-
tere conſuetum, argu.d. §. ſi fornacarius. &.d.
.§. proculus. & .d.l. videamus.ff.loca. Si verò
extraneus ad prãdium, cœnam, vel hoſpitium
receptus, fuit cauſa incendij, vel ex dolo, vel ex
culpa; quia fortè dimiſit candelam accenſam
ſuper lectica, vel pariete de aſſeribus, vel
quid ſimile. Et hoc caſu arbitror, quòd domi-
nus, ſeu paterfam. non teneatur, argu.tex.not.
in .l.licet. §. in factum .ff. nau. ca. ſta. Et ita
pluries conſului. Quod tamen ego limito,
niſi paterfam. fuiſſet in culpa, recipiendo fortè
luſores, hæbreos, aut ſimiles, argumento prædi
ctorum. Si verò ille qui immiſit, eſſet omnino
extraneus, vel aliquo alio modo in domo re-
ceptus, hoc caſu indubitanter non tenetur
paterfam. Nam non tenetur in caſu præceden
ti, longe minus in hoc caſu. Vnde tenetur ipſe
incendiarius, & ipſi patriſam. & alijs damnum
paſſis. Sed hic poſſet inſurgere notabilis dubi
47 tatio, quid ſi † propter iuſtas inimicitias illius
patrisfa. iſte incendiarius immiſit ignem, vtrũ,
ſi alij damnificati non poſſint conſequi emen-
dam ab incendiario, poſſint agere cõtra ipſum
patremfa. Et videt̄ ꝙ ſic; quia iſte cauſam p̄ſti-
tit huic damno. Et qui cauſam damni dat. &c.
vt.c.fin.infra eo. & .l.qui occidit.ff. ad.l. aquil.
In contrarium facit, quia culpa ipſius inimi-
citiæ non videtur eſſe ordinata ad caſum. Sed
nolo nunc decidere, quia pendet quæſtio de
facto. Circa tertium mẽbrum principale, quan
do plures familiæ habitant in vna domo, dic,
quòd aut apparet cuius familiæ culpa ortum ſit
incendium, & ſerua in omnibus id quod dixi
de vna familia in mẽbro præcedenti; quoniam
alia, familia nec ipſius familiæ princeps, & pa-
ter indubitanter tenetur. Aut nõ apparet cuius
familiæ culpa incendium ſit commiſſum, & ſic
ſumus in caſu dubij, & hoc caſu præſumendum
eſt culpa omnium incendium eſſe commiſſum.





Facit tex. in .d.l.3. ver.& quia plerunq; .ff. de
offi. præfec. vig. vbi. tex. loquitur in plurali, ſi
culpa inhabitantium. Vnde videtur omni-
bus imputandum. Et ita arguit, ibi.Bal. quan-
uis non determinet. Facit.l.item mella. §. ſi
plures .ff.ad.l.aquil. Sed Salice.in .d.l.quæ for
tuitis .C. de pigno. act. dicit conſiderandum
locum loci, in quo ignis habuit initium, vt illius
culpa præſumatur, qui locum illum habita-
bat, vel cænaculum, aut coquinam retinebat.
Et ſi plures vtebantur illo cænaculo, omnium
culpæ aſcribetur ex quo ignoraur quis eorum
fuerit. Facit.ff.de his qui deie. vel effu. l.ſi ve-
rò plures. in prin. & .§. 1. Et ideò ſi in illa do-
mo erat ſolum vna manſio, vel plures; ſed
omnes indifferenter illas habitabant, vel ſi ſepa
ratim, tñ ignoratur locus vbi incendium pri-
mo ſumpſit initium, & tunc culpæ omnium
habitantium aſcribitr. vt .d. l. ſi verò. §. 1. in
fin. Et quilibet paterfamilias tenetur de fa-
milia ſua eo modo quo dixi ſupra de vno pa-
tre inhabitante. quod not. Circa quartum
membrum, quando nulli erant ibi habitato-
res. Et hoc caſu, ſi ignis non fuit de cœlo miſ-
ſus, de neceſſitate præſumitur, quòd ab extra-
neo fuit immiſſus, licet ignoretur à quo; quia
ſine culpa alicuius indeterminatę perſonæ, non
præſumitur accidiſſe; licet quãdoq; ignoretur
quæ ſit illa perſona. vt.l.ſi vendita.ff.de peric. &
como. rei. ven. in prin. Et tunc ſi eſt notus, qui
immiſit, ille tenetur. Et ſi fortè nullus immiſit
propria manu, ſed facto ſuo incendium eſt cõ-
miſſum, vt puta, quia ad caudam canis, vel
muſtellæ, poſſit ſtipulam, & ſuccendit, quæ
fugiens ingreſſa ſtabulum, vel domum alterius
ſuccendit ignem. Et hoc caſu, ille qui cauſam
damni præſtitit indubitanter tenetur; dummo-
do ſit talis, qui ſit doli capax. Sed ſi non eſſet
doli capax, quia eſſet infans, furioſus, vel ſimilis
hoc caſu diſtinguerem, quòd aut iſte eſt ſeruus,
& dñs teneur noxaliter, vel emendare damnũ,
vel dare ſeruum pro noxia. Si verò eſt liber,
48 dico, quòd ipſe non tenetur; † quia ſatis furo-
re ſuo punitur, nec poteſt dici in aliqua culpa.
Facit .l. qui furere.ff. de ſta.homi. & quod not.
in cle. vni. de homici. & quod dixi de infan-
te, & furioſo. in .c. ad audientiam. ſupra de
homici. in quarto membro principali, ſeptimi
principalis articuli. Quod eſt verũ, niſi pr̄ fuiſſet
in aliqua culpa; quia debebat cuſtodire ipſum
furioſum, & non cuſtodiuit, aut aliquid ſimile
commiſit, argu. eorum quæ ſupra dicta ſunt.
Quid autẽ ſi ebrius hoc feciſſet, vel dormiens
potes etiam colligere de eis ex his, quæ dixi in
.d.c. ad audientiam. & in.c. ſi conſtiterit. ſupra
de accu. iunctis his, quæ ſupra dicta ſunt. Et
ſecundum ea, etiam potes limitare quæ dicta
ſunt de patrefam. in quorum domibus incen
dium ortum eſt. Si verò ignoratur quis fuerit
iſte extraneus, & tunc ad damnum non poteſt
agere contra aliquem; quia licet non deficiat
ius, deficiat tñ probatio. vt .l. duo ſunt titij .ff.
de teſta.tute. Et ex his habes expeditũ primum
articulum. Circa ſecundum principalem ar-
49 ticulum, † quibus incendiarius teneat̄. Di-
cendum eſt, quòd tenetur damnum paſſo,
vt hic in tex. noſtro. &.l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi
fornacarius .ff.ad.l.aquil. Vnde ſi eſt dominus
domus, in qua incendium ortum eſt, in qua
ipſe habitabat cum familia, tenetur ipſe talis
cuius dolo, vel culpa incendium commiſſum
eſt, vel culpa familiæ ſuæ propter quam tenetur
ad emendam damni his qui paſſi ſunt damnũ
propter incendium. Si verò erat conductor,
tenetur non ſolum vicinis damnum paſſis; ſed
etiam ipſi domino domus. Sed circa prædicta
inſurgit notabilis dubitatio, vtrum iſte qui te-
50 netur de incendio, teneatur † ad emendam do-
mus non exuſtæ, ſed depoſitæ propter metum
ignis, ne vlterius euagaretur; vel vtrum depo-
nens teneatur. Et in hoc caſu iuriſconſulti fue-
runt varij, & contrarij, vt patet in .l. ſi alius. §.
eſt & alia .ff. quod vi, aut clam. vbi Celſus, &
Gallus dubitauerunt quid deciderent. Inſu-
per Vlpianus contradixit Labeoni. vt .l. 3. §.
quòd ait Prætor .ff. de incen. rui. nau. Sed
potes diſtinguere, quòd aut iuſſu magiſtratus
domus fuit depoſita. Et hoc caſu depoſito-
res non tenentur, etiam ſi non habuiſſent iu-
ſtam cauſam deſtruendi; puta, quia non erat
veriſimile, quòd ignis illucuſq; perueniret.
51 Nam circa executionem officij † iuſſus ma-
giſtratns eos excuſat. vt .l. non videntur .§.
qui iuſſu .ff. de reg. iur. vbi glo. not. loquitur,
& ponit directè, exemplum de domo iuſſu ma-
giſtratus depoſita. Facit .l.liber homo.in prin.
cum ibi not. ff.ad .l. aquil. quod not. maximè
per Dyn. in regu. quod quis mandato. de reg.
iur. lib. 6. Sed vtrũ magiſtratus teneatur, dic
ꝙ ſic, ſi ſine iuſta cauſa hoc præcepit. Et ſic in
culpa fuit. Nam tunc tenetur, vel aquilia. vt .l.
quemadmodũ .§.magiſtratus.ff.ad.l. aquil. vel
interdicto, ꝙ vi, aut clam, vt. d.§ eſt & alia. et
pro vtroq; facit .l.2.ff. ꝙ me.cau. Secus ſi ma-
giſtratus non fuit in aliqua culpa; nam tunc
ipſe, nec depoſitores tenentur. Sed vtrum in-
cendiarius teneatur, magis eſt dubium. Et ſi
quidẽ clarum ſit, quòd incendium vſq; illuc
peruenit, arbitror ipſum teneri; quia qui occa-
ſionẽ damni dat. &c. vt in .c. fin. infra eod.
Aut non peruenit, & adhuc maius eſt dubium.
Nam tex.in .d.§.eſt & alia. videtur velle, quòd
ſit imputandum deſtruenti. Sed ego hoc caſu
arbitrarer, ꝙ ſi veriſimile erat ignem vſque ad
illam domum peruenturum, & vlterius euaga-
turum, quanuis fortè intermedia induſtria,
vel ex vento ſubito in oppoſitum exorto, vel
alio caſu non peruenit vſq; ad illam domum,
ita quod nec magiſtratus teneatur ex iuſſu pro-
pter legitimam cauſam, nec etiam deſtructo-
res, dicerẽ, ꝙ talis in cuius domo incendium
eſt exortum qui aliàs teneretur, teneatur etiam
huic; quia cauſam præſtitit ordinatã ad deſtru-
ctionem talem. Sed ſi nullus ex illo incendio

teneretur, vel caſu contigiſſet, vel ignoratur
quis fecerit, & nullus ibi habitat, vel ſolum
culpa leuiſſima in omittendo fuit commiſſum,
vel quid ſimile. Et hoc caſu ex æquitate qua-
dam dicerem vicinos teneri vtili actione ne-
gociorum geſtorum; poſſet enim dominus
domus deſtructę habere ratam deſtructionē
factā propter illos, & tanq̃ neceſſariū, vel vtile
negocium geſtum, ſit ipſorum vicinorū, tenen-
tur vicini actione negotiorum geſtorum. Et
ſic ſolum illi tenebuntur, quorū domus erat in
veriſimili periculo, pro quantitate vtilitatis.
Et quāuis, vt dixi, incendium vſq; ad illam do-
mum non peruenerit, tamen ſatis eſt, ꝙ erat ve
riſimile peruenturum. Vnde ſatis eſt, quòd in
ipſa depoſitione negotium fuerit neceſſariò,
vel vtiliter geſtum, nec alius euentus poteſt po-
ſtea impedire. Facit .l. ſancimus .C. de admi.
tut. & quod not in .l. ſi quis fumo. §. 1. ff. ad .l.
aquil. Et fortè in hac emendatione tenetur
etiam contribuere ipſe, cuius domus deſtructa
eſt, per not. in ſimili per Bar. & Docto. in .l. ab
omnib⁹. §. ſi attio. ff. de leg. 1. Vbi ſingulariter
volunt, quòd ſi ex forma ſtatuti villa teneatur
53 emēdare damnū, † ꝙ ille qui paſſus eſt damnū,
cui debet fieri emenda, contribuere tenetur.
Ad quod vide, ꝙ latius dixi in .c. dilecta. ſupra
de exceſ. præla. in. 12. q. Cogitabitis tamen,
quia non eſt caſus omnino ſimilis. Itē & fortè
reſpublica deberet contribuere; quia per ta-
lem depoſitionem videtur prouiſum conſer-
uationi aliarū domorū. Et ſic videtur ipſius rei
publicę negotiū vtiliter geſtū. Facit .l. cętera. ff.
de leg. 1. & ita eſt ſtatutum in hac ciuitate Se-
54 nen. Si verò † aliqui ſine iuſſu magiſtrat⁹ de-
poſuerunt, diſtinguerem, quòd aut ex iuſta, &
rationabili cauſa illud fecerunt, & non tenētur.
Maximè ſi fuerunt vicini. d. l. ſi quis fumo. §. 1.
& .l. 2. C. ad .l. aquil. Et ideò tunc incendia-
55 rius tenetur. Et ſi ignoratur incendiarius, vel
non eſt aliquis, qui ex incendio teneatur, ſe-
cundum ea quæ dixi in præcedenti articulo;
hoc caſu dicerem quòd vicinia, vel reſpu-
blica teneatur, ſecundum ꝙ dixi. Sed ſi deſtru
ctores ſine iuſta cauſa depoſuerunt, tenentur,
vel .l. aquilia. vt .d. l ſi quis fumo. §. 1. vel inter-
dicto, quod vi aut clam. Et prædicta notabis,
quia caſus eſt quotidianus, & plurima habes,
quæ non tanguntur per Doct. Circa tertium
principalem articulū, in quantū incendiarius
56 teneatur, † arbitror diſtinguēdum, ꝙ aut dolo
malo incendium fuit commiſſum, aut culpa.
Primo caſu dicerem, quòd poteſt quis multi-
plici actione agere, ſeu diuerſimodè, & ſe-
cundum quod diuerſimodè aget, plus, & mi-
nus conſequetur. Vnde dico, ꝙ aut damnū
paſſus vult agere condictione ex hac decretali.
& dico, ꝙ talis incendiarius tenetur ad emen-
dam damni, & ad reſtituendum ablata. Aut
vult agere ex edicto Pretoris, ex illo tit. de incē.
rui. naufra. & hoc caſu, infra annum tenetur
in quadruplum, poſt annum in ſimplum, vt di-
cit hic glo. 2. per .l. 1. in prin. ff. de incen. rui.
naufra. vbi eſt tex. & .l. pomponius .ff. de
acqui. rer. domi. & .l. 2. C. de naufra. lib. 11. Et
non ſolum competit in quadruplum infra annū
propter ablata, ſed etiam propter damna ex
tali incendio illata, vt .d. l. 1. Et hoc caſu lata
57 culpa, † vt arbitror, non æquiperatur dolo; ex
eo, quòd illa .l. 1. expreſſè requirit dolum.
Ad quod vide quod tradit Bar. in .l. quod ner-
ua. ff. depoſ. Si verò propter ablata per incen-
dium, vellet ipſe agere contra incendiarium
actione furti manifeſti, arbitror etiam quòd
poſſit hoc caſu; quia & talis contractans con-
tra domini voluntatem, dicitur furtum com-
mittere. vt .l. 1. ff. de fur. Facit quod traditur
per Docto. in .l. ſi multi. ff. de publi. Et eſt dif-
ferentia inter hanc actionem intētandam con-
tra incendiarium, & proximè præcedentem;
quia præcedens competit etiam ad damna, &
infra annum duntaxat in quadruplum, & in
ipſo quadruplo ineſt ſimplum, argu. not. per
Bar. in .l. ſanctio. ff. de pœn. & per Bar. & Bal.
in .l. mulier. C. de ſpon. & inſti. de actio. §. ſic
itaq;. Sed ſi ageretur furti, non competit, niſi
pro ablatis, & pro non manifeſto competit in
duplum, tàm infra annum, quàm poſt. Et ſi-
militer etiā pro manifeſto in quadruplum, nec
in duplo, aut quadruplo computatur ſimplum.
vt inſti. de oblig. quæ ex delict. naſ. § pœna. &
.d. §. ſic itaq;. Sed ſi ageretur aquilia, prout
etiam agi poteſt, quia licet incendium ſit com
miſſum per dolum, tamen damnum per dolum
inferens, etiam tenetur aquilia. vt .l. ſed & ſi
quacunq; . §. iniuriam .ff. ad .l. aquil. & tunc
datur in ſimplum; ſecundum tamen quod ſta-
tim dicam in ſequen. caſu. Et iſto modo poteſt
intelligi tex. noſter, quod ageretur aquilia ra-
tione damni illati. Secundo verò caſu princi-
58 pali, quando incendium eſt cōmiſſum † abſq;
dolo, ſi quidem culpa lata, leui, vel leuiſſima
in committendo, tenetur committens .l. aquil.
ad æſtimationem damni illati, vt in .c. ſi. j. eod.
& patet ex ſuperioribus. Nam in .l. aquil. &
59 dolus, † & omnis culpa venit, niſi leuiſſima cō-
miſſa in committendo, vt dixi in primo articu-
lo, per .l. ſi vſusfructus. §. deniq; .ff. de vſufru.
Et datur in ſimplum contra confitentem, in
quo ſimplo, non tantū ipſius corporis, in quo
damnum datum eſt, habetur ratio damni; ſed
etiam alterius corporis adherētis damnificati,
vt inſti. de leg. aquil. § illud. & ff. eo .l. ait lex. &
.l. proinde. §. 1. cum ſimil. Sed contra negan-
tem datur in duplum, vt .l. cōtra negantem. C.
ad .l. aquil. à qua pœna dupli excuſatur propter
iuſtam cauſam negationis; & eo modo quo
dixi in .c. ſi bos. ſupra eod. Et intellige quod
tenetur aquilia, non ſolum propter incendium
per ſe, & ſua culpa commiſſum; ſed etiam per
familiam ſuam, ſecundum ea tamen quæ di-
xi in primo articulo. Sed ſi per ſeruum ſuum
abſque culpa ſua, commiſſum eſſet incen-
dium, teneretur dominus duntaxat noxali-
ter



noxaliter, videlicet, vel ad emendam damni,
vel ad dandum ſeruum pro noxia. Quod ta-
men limita, vt dixi in .c. ſi bos. ſup. eod. Cir-
60 ca quartum articulum, quæ actio † compe-
tat, ſatis apparet ex præcedentibus, quod plu-
res competere actiones poſſunt; videlicet,
ex edicto prætoris, de incendio. Item actio
furti propter ablata. Item .l. aquil. vel etiam
actio noxalis. Circa quintum principalem
61 articulum, in quantum teneatur † criminali-
ter incendiarius. Bald. in .l. data opera. C. qui
accu. non poſ. latè proſequitur. Et in effectu
diſtinguit, quòd incendium quandoq; com-
mittitur dolo malo, quandoq; lata culpa, quan-
doq; leui, quandoq; leuiſſima, & quandoq; ca-
ſu fortuito. Item quandoq; committitur in
ciuitate, quādoq; infra oppida, ſeu caſtra, quā-
doq; in villa, ſeu rure. Primo caſu, quādo do-
lo malo, dic, ꝙ in ciuitate, vel oppido, incēdia-
rius, ſi ſit vilis perſona, & domus, vel aliud ædi
ficium actualiter incenſa, vel aceruus frumenti
poſitus iuxta domum, & incendium magnum
ſequutum ſit, ita vt hæc omnia copulatiuè con-
currant, vinctus, & verberatus igni necari iube-
tur, vt eſt tex. iuncta glo. in .l. qui ædes. ff. de
incen. rui. nau. Et ratio eſt, quia incendium in
ciuitate, vel oppido mortem ignis multis prępa
rat. Et ideò dignus eſt, vt ſimilem pœnam pa-
tiatur, argu. ff. de extraor. cri. in .l. ſaccularij. in
ratione ſui. Si aūt prędicta quatuor omnia cō-
currerent; ſed incēdiarius eſt in aliquo gradu,
vel dignitate conſtitutus, tunc non cōburitur;
ſed decapitatur, vt eſt tex. in .l. capitaliū. §. non-
nūquam. ff. de pœnis. Vel ſecūdum Bal. ibi, eſt
in arbitrio iudicis, an comburat, furcis ſuſpen-
dat, vel decapitet attēta qualitate, & quanti-
tate delicti, & ipſius perſonæ ſtatu, argu. not.
in .l. quid ergo. §. pœna grauior .ff. de infam.
Si verò extra ciuitatem, vel caſtrū incendium
ſit cōmiſſum, & magnum, & tunc etiam debet
puniri pœna mortis. Niſi ſtatus delinquentis
aliud perſuadeat; nam tunc poterit deportari.
vt .l. fin. ff. de incen. rui. naufr. Secundo caſu
principali, quando incendium eſt cōmiſſum la-
ta culpa, dic quòd pro magno incendio, etiam
imponitur pœna corporalis; ſed mitior, quàm
ſi per dolum, vt not. in .l. ſi fortuito. ff. de incen.
rui. naufra. Et eſt ſpeciale, ſecundum Iaco. de
62 Are. Nam pœna † corporalis regulariter non
imponitur, niſi pro dolo. Intellige tamen hoc
dictum in vili perſona. Sed Bal. in .d .l. data
63 opera. dicit, quòd fortè .d. l. ſi fortuito. † non
habet locum in pœna corporali abſciſionis
membrorum, vel maiori, vt ſentit Iaco. ſed
de alia pœna corporali; puta, fuſtigationis, vel
grauiſſima pœna pecuniaria, argu .ff. ad .l.
cor. de ſicca. in .l. 1. § pius. Et hoc vt iura iurib⁹
64 concordentur. Nam et ſi lata † culpa non infa-
mat, vt not. inſti. de ſuſpe. tuto. § ſuſpectus aūt.
nihilomin⁹ inducit pœnā mortis, vel mutilatio
nem mēbrorum. Tertio caſu, qn̄ incēdium leui
culpa committitur, dicit Cyn. in .d. l. data opera.
quòd ipſe tantum tenetur ad emendam damni,
& criminaliter non punitur. Sed ſi non poſſet
ſoluere, lueret in corpus, vt .d. l. qui ædes .ff. de
incen. rui. nauf. Ad quod vide, ꝙ dixi in .c. ad
liberandum .s̃. de iudæ. Et idem not. Cyn. in
.l. ſi quis non dicam .C. de epiſco. & cle. Vult
65 enim Cyn. ꝙ pro leui culpa † non poſſit proce
di ad inquiſitionem. Ad quod vide quod dixi
in .c. qualiter. 2. s̃. de accu. in octauo principali
articulo. q. 8. Sed Bal. in .d. l. data opera. dicit
quòd cōtra Cyn. videt̃ caſus in .d. l. ſi fortuito.
vbi dicit tex. ꝙ punitur culpa proxima latę cul-
pæ, & iſta eſt culpa leuis. Et ſic videt̃, ꝙ pro leui
culpa ſit puniēdus. Nō obſtat .l. qui ædes. quia
intelligit de leuiſſima, cum loquatur de culpa,
quæ eſt proxima caſui. Idem tamen Bal. di-
ſtinguit, ꝙ aut eſt culpa leuis in faciendo, & pu-
nitur etiam criminaliter. Aut in negligēdo, &
66 non punitur; quia minus eſt vitium † in negli-
gendo, quàm faciendo, vt ſupra dixi. Bar. etiā
in .l. reſpiciendū. § delinquunt. ff. de pœn. vult,
quòd quis puniatur de leui culpa per illum tex.
Sed Bal. dicit, ꝙ loquitur in lata culpa; quia
magna ebrietas venit ab lata culpa. Et quanuis
ipſa delictum minuat, non tā tollit in totū. ad
ꝙ vide, ꝙ dixi in .c. ad audientiam .s̃. de ho-
micid. in quinto principali articulo. q. 14. Vnde
concludit Bal. ꝙ in dolo, lata culpa, & leui in cō
mittendo, tenetur quis de incēdio. Et ex præ-
dictis ſequitur, ꝙ longe minus, quis tenetur de
leuiſſima culpa, aut de caſu fortuito. Et ad id ꝙ
dixi de leui, vide ꝙ tradit ſingulariter Bart. in .l.
ſi adulterium .ff. de adulte. Et not. ꝙ ex eodē
67 proceſſu † poteſt iudex condemnare incendia-
rium fiſco, & etiam ad emendarionē damni, vt
dicunt Bal. & Doc. in .d. l. data opera. Vnde nō
ſunt neceſſarij duo proceſſus, vt .d. l. qui ædes.
68 Circa ſextum, & vltimum articulum de † pœna
incēdiarij in foro pœnitētiali. Habes hic tex. ꝙ
ſi dolo fiat, per tres annos debet pęnitere. Ho-
die tamen omnes pœnitentiæ ſunt arbitrariæ.
de pœniten. diſt. 1. in .c. menſuram. Si verò
incendium ſit commiſſum lata culpa, leui, vel
leuiſſima, ſimiliter eſt pœnitentia arbitraria, vt
dixi per .d. c. menſuram.

## Capitulum .VII. Olim.

### SVMMARIVM.

1 *Secularis iudex, qui banniuit Clericum, eſt con-
demnādus per eccleſiaſticum Iudicem, ſecun-
dum æſtimationem iniuriæ, expenſarum, &
damnorum. & nu. 6. & .10.*

2 *Proceſſus geſtus lite non conteſtata, non tenet.
Quod intellige, vt ibi.*

3 *Ordo iuris non requiritur in proceſſu notorio.*

4 *Leges poſitiuæ exigentes iudiciarium ordinem, nō
habent locum in proceſſu facto coram Papa,
vel principe.*

5 *Delegari olim poterat cauſa extra prouinciam,
dummodo delegaretur infra duas dietas.*

6 *Iudex eccleſiaſticus poteſt exercere iuriſdictionē
contra iniuriantes clericos, & contra violan-*

 *tes*

tes eccleſiaſticam libertatem.
7 Eccleſiaſticam libertatem violantes, ſacrilegium committunt, & ſunt ipſo iure excõmunicati.
Idem eſt in ſtatuentibus, ſcribentibus, dictantibus, fauentibus, et ſimilibus; ibidẽ remiſſiuè.
8 Iniuria Epiſcopo irrogata, cenſetur eſſe irrogata omnibus eccleſijs ſibi ſubiectis. & ſub nu. 14.
Epiſcopus, eſt ſuarum eccleſiarum ſponſus. ibid.
9 Clericus, ſeu eccleſia ex iniuria illata, poteſt agere, etiam ad pœnam pecuniariam.
Puniendus eſt ille, qui agit actum nullum, quando id agere erat prohibitus.
12 Iniuriam taxandi, & æſtimandi modus, & forma, quæ ſit.
13 Condemnatio facta ad certam quantitatem monetæ, non expreſſo genere monetæ, an intelligatur de moneta vſuali.
14 Iniuriarum actione quis agere poſſit. Et cui dicatur fieri iniuria, vſq; ad nu. 21.
15 Iniuriarum actio, cui eccleſiæ competat, qñ clericus iniuriat⁹ habet plures eccleſias. remiſſiuè.
16 Statuto ſtante, quòd pœna iniuriæ debeat applicari hæredibus offenſi, ſi profeſſus religionem, qui habet filium naturalem in ſeculo, fuit paſſus iniuriam, vel interfectus; an pœna iniuriæ debeat applicari filio, vel monaſterio.
17 Filiusfam. regulariter non poteſt eſſe in iudicio.
18 Filiusfam. pro atroci iniuria poteſt patrem criminaliter accuſare.
19 Vxores à viris defendi æquum eſt, non e contra viros ab vxoribus.
20 Iniuria facta vni de cognatione, intelligitur facta omnibus cognatis. Et declara vt ibi.
21 Iniuriam paſſus, ad quid agere poſſit, & qualiter. vſq; ad nu. 29.
22 Criminaliter quando agitur ex eadem inſtantia delinquens condemnatur ad reſarciendum damnum, & reſtituendum ablata.
23 Ex maleficio quãdo agitur, habetur ratio cuiuſlibet intereſſe intrinſeci; damni .ſ. emergentis, & lucri ceſſantis.
Et quomodo tale intereſſe poſſit probari per ſacramentum iniuriati. ibidem.
24 Clericus non debet æſtimationem iniuriæ petere; ſed propter ſuam dignitatẽ debet indulgere.
25 Libellandi in actione iniuriarum communis conſuetudo, quæ ſit.
26 Iudex quando poſſit criminaliter punire delinquentem, etiam ſi agatur ciuiliter.
27 Actio iniuriarum eſt annalis. Et quando excedat annum; nu. ſeq.
28 Excõicatus propter iniuriam clerico illatam, nõ debet abſolui, niſi prius iniuriato ſatisfaciat.
29 Iniuriam remittere, an quis teneatur. Et ibi quæ ſit communis.
30 Clerici, qñ læduntur, læditur Chriſtus, cuius legatione ipſi funguntur.
31 Iniuriam remittẽs per pecuniã efficitur infamis.
32 Iniuriam remittere, quis poſſit. Et ibi an Prælatus iniuriam factam eccleſiæ. Et nu. 40. an pater iniuriam illatam filio. Et nu. 44. an decuriones iniuriam factam ciuitati.
33 Iniuriarum actio nõ eſt in bonis noſtris ante litem conteſtatam. & nu. 38. vbi ſecus eſt poſt litem conteſtatam.
34 Prælatus eſt procurator eccleſiæ, non autem dñs.
35 Epiſcopus poteſt repudiare legatum, ſeu hæreditatẽ relictã eccleſiæ ſuæ ſine aliqua ſolemnitate. Et quare, nu. ſeq.
Alienare non dicitur, qui nõ acquirit relictũ. ibi.
36 Epiſcopus, quare poſſit repudiare relicta eccleſię ſuæ, et non poſſit remittere iniuriam eidem factam, ſecundum Abba.
37 Negligẽs facere ꝙ debet, tenetur ſatisfacere de ſuo.
39 Donare quo modo poſſint Prælati: remiſſiuè.
41 Statuto diſponente, quòd propter pacem habitam de iniuria illata pœna tollatur, vel diminuatur, an ad mitigationem pœnæ ſufficiat pax habita à patre de iniuria filio facta.
Et an ſtãte eodem ſtatuto, ſufficiat de blaſphemia habuiſſe pacem ab Epiſcopo, vel quòd quis ſit confeſſus ſacerdoti. nu. 43.
42 L. Lucius .ff. ſolu. matrimo. intellectus.
45 Iniuria remiſſa, an cenſeatur remiſſa pœna, ſeu actio iniuriæ.
46 Iniuria quòd videatur remiſſa per riſum, ſalutationem, oſculum pacis, & ſimiles actus, quomodo debeat intelligi.
47 Bal. dicta in .c. 1. .ſ. iniuria. de pa. iura fir. quomodo poſſint intelligi.
48 Iniuriarum actione non poteſt agere ille, qui rogauit iudicem, vt torqueret, & puniret iniuriantem, & poſtea talis effectus per iudicem ſequutus eſt.
Et circa hoc cautela ponitur, num. 49.

OLim. hoc dicit in ſumma, Secu-
1 laris poteſtas † qui banniuit cleri-
cum, ſiñ æſtimationẽ iniuriæ, ex-
penſarum, & damnorum, per ec-
cleſiaſticum iudicem condemnatur. Primo
recitat proceſſum delegati. Secundo reuocat
& cauſam diffinit, ibi, quare. Not. primo, ibi,
lite non conteſtata, iuncto verbo quare, ꝙ pro-
2 ceſſus geſtus † lite non conteſtata nõ tenet. ad
ꝙ glo. 1. alle. cõcor. Quod intellige, de ꝓceſſu
qui requirit litis conteſtationẽ pręambulã. Sed
contra hoc opponitur dupliciter, primo, quia
cũ hic procederetur per viam inquiſitionis, nõ
videbatur neceſſaria litis conteſta. vt. c. quoniã
.§. ſunt & alij. ſ̃. vt lit. non conteſt. Sol. du-
plex, ſecundum Hoſtien. Primo, quòd cauſa
hæc non fuit commiſſa per viam inquiſitionis,
ſed ad petitionẽ Epiſcopi volentis agere contra
cõmune florentinum. Sed errauit Eṕs creden-
do inquiſitionem cõmiſſam. Sicut in ſimili ha-
bet in. c. exhibita. ſ̃. de iudi. Vel ſecũdo põt re-
ſpõderi ẽt intelligẽdo, ꝙ cauſa inquiſitiõis eſſet
cõmiſſa, ꝙ ideò hic requirebat̃ lit. cõt. quia erat
inquiſitio cõmiſſa ad petitionẽ partis. Sed tu
vide circa hoc quæ late dixi in .c. qualiter. 2. de
accu. in. 11. prin. arti. q. 8. Secũdo opponitur,
nã ex quo proceſſus hic erat notorius, quia cõe
3 banniuerat Epiſcopũ, ergo non † requirebatur
ordo iuris, vt in. c. ad noſtram. 3. ſupra de iure-
iuran. Et pro hoc etiam facit, quia Papa hic tu-
lit



lit ſententiam abſque alio ordine. Sol. Vinc.
& Doct. quòd etiam aliquæ iniuriæ hic non
erant notorię; vnde vigore illarum requirebat̃
ordo iuris, licet in alijs notorijs nõ requireret̃
ordo iuris. Et ideò, quia Epiſcopus proceſſit
ſuper vtriſq;, ideò reuocatur eius proceſſus.
Sed Papa proceſſit ſolum ſuper notorijs. Sed
iſte intellectus non placet. D. m. quia deſtruit
literam. Pro quo facit, quia Papa non ſolum
condemnauit pro iniuria, ſed ẽt pro damnis,
& expenſis, quæ non erant notoriæ. Et ideò
tex. poteſt ſecundo modo intelligi, quòd Papa
ſeruauit ordinem iudiciarium. Et licet fortè
allegaretur, quòd iniuria eſſet notoria in com-
munitate florentina. Non tamen erat noto-
ria in curia. Nam poteſt de facili contingere,
quòd aliquid ſit notorium in vno loco, & non
in alio. Et ideò iudex exiſtens in alio loco non
poteſt procedere tanquam ſuper notorio. Ad
quod vide ꝙ not. Inno. in. c. tua. & .D. Anto. &
Doc. in. c. veſtra. de coha. cle. & mu. & glo. in
.d. c. ad noſtram. Vel tertio dici poteſt iudicio
meo, ꝙ coram Papa nulla exigebatur litis cõ-
teſt. etiam ſi factum nõ eſt notorium; quia le-
4 ges poſitiuæ † exigentes iudiciarium ordinem
non habent locum in proceſſu facto corã Papa,
vel principe, vt not. in. c. in noſtra. ſ̃. de ſepul.
& per Bal. ĩ. c. 1. §. inueſtitura. de no. fidel. for.
in vſi. feu. Et vide quod dixi in .c. 1. ſupra de
lit. conteſt. Secundo not. ex tex. iuncta ſupra-
5 ſcriptione, quòd cauſa † olim poterat delega-
ri extra prouinciam, dummodo delegaretur
infra duas dietas. Et de materia dic, vt in. c.
nonnulli. de reſcrip. & in. c. ſtatutum. de reſcrip.
6 lib. 6. Tertio not. quòd iudex † eccleſiaſticus
poteſt exercere iuriſdictionem contra iniurian-
tes clericos, & contra violantes eccleſiaſticam
7 libertatem. Nam tales † ſacrilegium commit-
tunt. vide quod dixi in .c. cum ſit generale.
de fo. compe. Et tales etiam incidunt in ſenten
tentiã, vt in authen. caſſa. C. de ſacroſan. eccle.
Et ſi per viam ſtatuti hoc attentaretur, ſtatuen-
tes, ſcribentes, dictantes, fauentes, & omnes
ſimiles ipſo iure eſſent excõmunicati, vt vide-
bimus in. c. nouerit. de ſen. exco. Quarto not.
8 quòd iniuria † Epiſcopo irrogata, videtur eſſe
irrogata omnibus eccleſijs ſibi ſubiectis ideò
ꝙ ipſarum omnium eccleſiarum eſt ſponſus.
Et ideò, etiam inferiores eccleſiæ pro tali iniu-
ria poſſunt agere. de quo infra poſt glo. Quin-
9 to not. ꝙ clericus, † ſeu eccleſia ex iniuria illa-
ta poteſt agere, etiam ad pœnam pecuniariam.
de quo infra. Sexto not. ꝙ inferrens iniuriã
10 Eṕo † tenetur ad reſarciendum æſtimationem
iniurię, & ad damna, & expenſas. Et hodie
percutiens, banniens, vel capiens Eṕm, vel hoc
mandans, ratificans, ſocius, cõſiliarius, fautor,
& defenſor, cum ſuis poſtis, & ciuitas in eum
delinquens, & eius officiales puniuntur pœnis,
de quibus in cle. 1. de pœn. Septimo not. ibi,
11 banniuerat, iuncta glo. ꝙ licet quis † agat actũ
nullum, tamen puniri debet, quando id agere
erat prohibitus. Ad quod vide, ꝙ tradit glo.
.3. in regu. non pręſtat. de re. iur. lib. 6. Octa-
12 uo not. ex fi. modum, † & formam æſtimãndi,
& taxandi iniuriam de quo infra. Vltimo not.
13 argu. quòd condemnatio facta † ad certam quã
titatem monetę non expreſſo genere mone-
tæ non videtur intelligi de moneta vſuali, cũ Pa
pa hic expreſſerit, quòd intelligeretur de vſua-
li moneta. Sed hoc non eſt verum, vt dicit glo.
fin. hic, & bene; quã ad hoc perpetuo notabis.
Glo. 1. fortificat tex. dic, vt dixi in primo no-
tabili. Glo. 2. format .q. & ſol. & adde ad ea
quæ dixi in .6. & .7. notabi. Glo. 3. ſimiliter
poteſt expediri per quæſtiones. In fin. glo. &
fortè infra dicam de materia taxationis reſpe-
ctu iniuriæ duntaxat. Glo. fin. in prin. po-
teſt expediri per contrarium, & deinde per
.q. In fi. glo. dic, de materia iſtius gl. vt traditur
in iuribus in ea allegatis. Poſtremo poſt glo.
ne materia iſtius decretalis, & articuli noſtri, in
eo quod tractat de iniurijs, tranſeat omni-
no indiſcuſſa, examinabo ſub compẽdio infra-
ſcriptos articulos. Primo, cui dicatur fieri in-
iuria, & quis pro illata agere poſſit. Secundo,
ad quid agere poſſit, & qualiter. Tertio, an quis
obigetur ad remittendum iniuriam. Quarto,
quis poſſit remittere. Quinto, vtrũ per remiſ-
ſionem iniuriæ videatut remiſſa pœna. Circa
14 primum dic, quòd omnis iniuriam paſſus † po-
teſt agere actione iniuriarum, & ſic paſſo iniu-
riam cõpetit hæc actio, vt hic, & inſti. eo. §. in
ſumma. Et non ſolum laici poſſunt agere; ſed
etiam clerici. Vnde Epiſcopus pro iniuria ſi-
bi illata agere poteſt, vt hic, & probatur. 16. q.
7. c. ſi quis deinceps. Et non ſolum ipſe, ſed
etiam eccleſię ſibi ſubiectæ videntur poſſe age-
re, vt ſupra dixi in notabilibus. Item non ſo-
lum Epiſcopus pro iniuria ſibi, & eccleſiæ ſuæ
illata poteſt agere; Sed etiam pro iniuria facta
clericis ſibi ſubditis. Facit quod not. in .c. pa-
rochianos. ĩ. de ſenten. excom. & ibi, glo. 1. &
Docto. Facit quod infra dicam de dominis
temporalibus. vide in .c. contingit. de ſenten.
excom. Item pro iniuria facta eccleſiæ, poteſt
agere clericus nomine eccleſiæ, vt not. in .c.
conqueſtus. ſupra de fo. compe. & in .c. gra-
uis. ſ̃. de reſtitu. ſpo. traditur in .d. c. parochia-
nos. & .c. contingit. ĩ. de ſen. ex. Et vtrobiq;
tangam de materia. Et vide Bar. in .l. 1. ff. eo.
15 et tangitur etiam hic. Quid aũt ſi clericus † cui
eſt illata iniuria, haberet plures eccleſias, cui prę
dictarũ eccleſiarum cõpetat actio iniuriarũ, di-
cã in. d. c. parochianos. poſt Doc. Et adde hic
quæ dicã in .c. 2. ĩ. tit. 1. Item pro iniuria facta
monacho poteſt agere Abbas, & monaſteriũ;
monachus nõ. Niſi monachus eſſet in ſtudio
de licẽtia Abbatis, vel Abbas ageret in longin-
quis; tangit glo. & Docto. in. d. c. parochianos,
& ibi dicam. Et quid iuris, ſi priori manuali ſit
illata iniuria, an iniuriæ perſecutio pertineat ad
principalem Abbatẽ, An verò ad ipſum prio-
ratum; collige ex ijs quæ diſputat latè Fede.
conſ. 34. Vbi habes cui debeat applicari æſti-
matio iniuriæ. Sed quæro circa prædicta de

notabili.q.quã monit conciuis.M. D. Ioan.de
Paglia, qui omniũ ſingularium habuit memo-
riam,& repecit alius conciuis.M. Fede.de Sen.
16 videlicet. Quid ſi ſtatuto loci pœna † debeat
applicari hæredibus offenſi, & profeſſus reli-
gionem habens filium naturalem in ſeculo,fuit
interfectus, vel paſſus eſt iniuriam, an pœna in-
iuriæ applicari debeat monaſterio, vel filio de
qua vide.D.m.in.c.2..ÿ. de pœ.& rem. Et vtrũ
ſucceſſor p̄lati,cui fuit illata iniuria,poſſit agere
pro ipſa iniuria prædeceſſori illata, tractat Bal.
in.l.fin.§.neceſſitatem.C.de bo. quæ.lib.iuxta
prin. vbi refert Archid. tenuiſſe quòd ſic.2.q.
.7.c.accuſatio. Arguit tamen ipſe in contra-
rium; vide ibi per eum. Inſuper etiam pater
poteſt agere pro iniuria filio illata,quem habet
in poteſtate, vt inſti. de iniur.§. patitur. Poteſt
etiam pro ea filius agere, modo agat de con-
17 ſenſu patris; nam non poteſt † eſſe regulariter
in iuditio.vt in.d.l.fi.C.de bo. quę. lib. Intelli-
ge tamẽ, quòd conta patrem, non poteſt filius
agere pro iniuria per ipſum patrẽ illata, vt not.
in.l. prætor.§. præterea.ff.eo. Quod procedit
in leui iniuria. Sed pro atroci iniuria poteſt
16 ipſum patrem† criminaliter accuſare,vt ibi per
Bar. Poteſt ẽt pater agere pro iniuria illata filię,
etiam traditæ nuptui. Quamuis & ipſa filia, &
maritus ipſius agere poſſit, vt.d.§. patitur. &
.l.1.ff. eod. & .l.2.C.eod. Et etiam ſpõſus pro
iniuria illata ſponſæ,vt.l.item apud Labeonem
.§.ſponſum.ff. eod. Socer etiam,nurus nomi-
ne agere poteſt, vt.d.§. patitur. E contra vxor
pro iniuria illata, marito agere non poteſt, vt
19 ibi; quia vxorès † à viris, non e contra æquum
eſt defendi. vt.l.1.&.2.ff.eod. & .l.2.C. eo.vbi
per aliquos traditur, quid de muliere illuſtri.
Et not. quòd pater,nõ ſolum poteſt agere pro
iniuria facta filio, eo quòd videatur etiam fa-
20 cta patri; Sed ſi iniuria† ſit facta; vni de paren-
tela intelligitur eſſe facta omnibus de illa paren
tela, vt.l. lex cornelia.ff.eod. Intellige tamen,
quòd licet facta vni, videatur facta toti cogna-
tioni,vt ibi,tamen non cuilibet de cognatione
competit ciuilis actio iniuriarũ; ſed ſolum in-
iuriam paſſo, & ei qui habet in poteſtate paſ-
ſum iniuriam, vt ibi dicit Bart. Sed alij crimi-
naliter ad accuſandum, vt ibi traditur. Inſu-
per etiam iniuria facta ſeruo, videtur fieri do-
mino, & dominus agere poteſt, vt not. in.l.
dominum.C. eod. & .l. item apud.§. prætor.
& .§.ſi quis. & .§. interdum. & inſti. eod. §.
ſeruis. tradit Bar. in .l.1.ff.eod. vbi dicitur, ꝙ
dominus ciuiliter agere poteſt ſolum, quando
in contumeliam domini,ipſi ſeruo fuit illata in-
iuria. Sed criminaliter pro qualibet iniuria
illata ſeruo, poteſt dominus accuſare; quia ſua
intereſt. Et not. quòd ſi iacente hæreditate
fuit iniuria illata ſeruo cui relicta erat libertas
per fideicõmiſſum, hæres adita hæreditate, &
non ipſe ſeruus agit pro tali iniuria. Sed ſi
poſt aditam hæreditatem fuiſſet iniuriam paſ-
ſus, ipſe, non hæres ageret pro iniuria, vt hoc
not. in .l.1.§.labeo.ff.eod. Sed an ſeruus pro

iniuria ſibi illata à domino poſſit agere contra
dominũ. vide gl. 23.q.4.c.ſi eccleſia. Et quod
dixi de ſeruo, idem Bart. in .d.l.1.dicit de co-
lono, quando in contumeliam domini iniu-
ria fuit ſibi illata, et remittit ad not. per
Innocen.in .c. dilecti. ſupra de appel. & in .c.
contingit infra de ſenten. excom. Et ſimiliter
diſtingue,ſi ſit facta procuratori,geſtori,vel alio
familiari libero, vt ſi ſit facta in contumeliam
principalis, vel domini poſſit ipſe agere; vide
quod tradit Innocen. & Ioan. Andr. in dictis
iuribus. et Cyn. in .l. ſi non conuicij.C.eod.
Similiter etiam iniuria ſubdito facta, videtur
facta dominis; Et ideò dñi agere poſſunt. Quod
intelligit Bar.in.d.l.1.§.idẽ ait.qñ in cõtumeliã
dñorum fuit illata. vide.16.q.1.c.reuertimini.
et vide per Bal.in.c.1.§.qui iniuria.de pa. iura.
fir.in vſi. feu.& per Bal.in.l. filius.in fi.prin. de
procura. Vtrum autem facta vni de collegio
intelligatur facta toti collegio. glo. 1. de pœni.
diſt inc. 1. c. vulgaris. arguit primo per illum
tex. quòd ſic. In cõtrarium arguit per tex. 12.
q.2.c. epiſcopus.§. qui manumittitur. Vide
Ioan. Andr. in .c. romana. de ſenten. ex. lib.
.6. & melius per Oldra. conſ.66. quod incipit,
an ex delicto. vbi poſt multa coucludit, quòd ſi
eſt talis actus,quod reſpiciat vniuerſitatem,po-
teſt vniuerſitas agere, etiam nomine ſuo. alleg.
not. per Hoſtien. in ſum. in tit.de ſent.excom.
in.§. ſed qualiter. & in .c.2.&.c. ſi diligẽti. de
fo. compe. & infra de ſenten. excom. c. cum
deſideres. & .c. contingit, & ibi per Inno.
Vltimo not. quòd ſi iniuria fit cadaueri, vel ſi
defuncti fama lædatur,poteſt hæres agere con-
tra talem iniuriantẽ. vt not. in .l.1.§. item aut
per ſemetipsũ.§.& ſi fortè. &.§. quoties.ff.eo.
21 Circa ſecũdum articulum,ad quid ageret† poſ-
ſit iniuriam paſſus, & qualiter,colligitur deci-
ſio ex textu noſtro, quòd agi poteſt ad æſtima-
tionem iniuriæ, & ad damna, & expenſas. Sed
glo. in ver. damnis. in.c.ſi canonici. de offi.or.
lib.6. videtur velle, quòd duplex competit
actio, vna ad vindictam, & hæc eſt actio iniu-
riarum; alia ad damna, & pro hac videtur com
petere aquilia. Sed vide de materia per Cyn. in
.l. dominum. C. eo. Bar. verò in.l.item apud.
.§.ſi quis bona.ff.eod.concludit, quòd aut in-
iuria habet cauſam permanentem, & hoc caſu
habetur conſideratio damni. Exemplum, ſi
agitur actione iniuriarum, & pro vi compulſi-
ua, vel ablatiua, vt traditur in .l.iniuriarũ.1.§.
ſi quis me.ff. eod. Et ratio eſt, quia aliter non
poteſt ſatisfieri de iniuria prædicta; vt not. in
.d.§. ſi quis. & hoc tenet Hoſti. Inno. & Ioan.
Andr. in.c.contingit. de ſen.exco. De iniuria
aũt quæ habet cauſam momẽtaneam,prout eſt
verbaratio, vel ſimile, & tunc põt haberi, vel
non haberi cõſideratio damni, nã ſi actor iniu-
riam æſtimando, in ipſa æſtimatione quam
facit, cõputat ſumma damnũ in quam conſti-
tuit, tunc venit talis æſtimatio damni. Si ve-
rò conſiderat ſolam æſtimationem iniuriæ
quia fortè dicit, quòd pro centum noluiſ-
ſet



ſet illam iniuriam ſuſtinuiſſe; & tunc non ve-
nit reſtitutio damni. Ad quod vide Bart. in
d.l.item.§.ſi quis ſeruo. &.l.prætor. ff.eod. &
quod tradit Innoc. & Io. Andr. in.d.c.contin-
git. Quidam tamen, vt refert.D.Flo.de Bon.in
.l.ſed ſi quamcunq;.§.iniuriarum.ff.ad.l.aquil.
volunt, ꝙ etiam in prædicto vltimo caſu ex ea-
dem inſtantia,veniat reſtitutio damni, non ex
natura contractus, vel melius actionis, vt.d.§.
iniuriarum. Sed officio iudicis. Sicut etiam di-
cimus de expenſis, & quando agitur criminali-
22 ter, vbi ex eadem inſtantia † condemnat̃ delin-
quens,etiam ad reſarciendum damnum,& reſti
tuendum ablata, vt not.in.l.interdum.§.qui fu
rem.ff.de fur.dixi in.c.præced.in fi. Et in quan
tum tex.noſter loquitur de æſtimatione iniurię
& damnis,& expenſis, poteſt intelligi ſecundũ
duos prædictos modos, & etiam ſecũdum pri-
mum modum, quia hæc iniuria habebat cau-
ſam permanentem ratione damni. Et aduerte
circa prædicta, quia Bart.in.l.iniuriarum ęſti-
matio. dicit, quòd pro iniuria poteſt agi du-
plici modo,vno referendo ſe ad damnum hoc
modo, videlicet, ꝙ prius voluiſſet tantum de
ſuo amiſiſſe, quàm eſſe paſſus talem iniuriam;
Alio modo referendo ſe ad lucrum; videlicet,
noluiſſe pro mille pati talem iniuriam. Et ratio
23 eſt,quia cum agitur ex maleficio, † habetur ra-
tio cuiuslibet intereſſe intrinſeci, & ſic damni
emergentis,& lucri ceſſantis. vt not.glo.in.d.l.
iniuriarum. dixi in.c.1.ſ̃.eod. Primus tamen
modus magis eſt in vſu,& magis frequentatur.
Et volunt aliqui, ꝙ tale intereſſe poſſit probari
per ſacramentum paſſi iniuriam, præmiſſa tñ
iudicis taxatione.arg.l.videamus.§.pen.ff.de in
lit.iur. Et ſentit hic gl.pen.Sed Bar.in.d.l.iniu
riarũ. dicit,ꝙ imò fieri debet æſtimatio iudicis
arbitrio,attentis.ſ.ꝓbationibus quàntitatis, &
qualitatis iniuriæ,& dignitatis perſonæ,loci, &
temporis,& ſimil. Et facit quod not.in.l.ſed ſi
vnus.§.ſeruus.ff.eod.& tenet Azo. in ſum.eo.
tit. Et prædicta procedunt in laicis; ſed in cle-
ricis,qualis debeat eſſe iſta æſtimatio,& iniurię
ſatisfactio, docto. ponunt duas opiniones, de
quibus per Hoſt.Io. And.D.m. & doct. in.c.ea
noſcit.ÿ.de ſen.excom. Vna eſt,ꝙ talis æſtima
tio verſetur ſolum circa damna,expenſas, & in-
tereſſe. Non autem circa æſtimationem iniu-
24 riæ; quia clericus non debet illam † petere; ſed
propter dignitatem clericatus debet indulge-
re.vt.l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſc. & cler.
Secunda opinio eſt,quam ſequitur Hoſti.quòd
nõ ſufficit iniuriãti flectere genua, & petere ve
niam.Imò tenetur ſatisfacere de iniuria illata,&
æſtimabitur ſecundum quantitatem, & digni-
tatem perſonę clerici. Tu adde, & ſecundum
locum, & tempus, & ſimil. de quibus dixi
in.c.1.ſ̃.eo.in glo.1. Et emendabitur iſta æſti
matio ipſi clerico.Et hæc opin.mihi magis pla-
cet,quia probatur in tex.noſtro, ibi, dum tex.
dicit, propter iniuriam banni, expenſas,& dã-
na. Et an in libello iniuriarum ſit quantitas ex-
primenda,dicit Bar.in.l.iniuriarum. ꝙ eo caſu

quo taxatio eſt fienda officio iudicis, non eſt
exprimenda certa quantitas. vt.l.continuus.§.
illud.ff.de verbo.oblig. Sed communis*con- Cõm.op.
25 ſuetudo † libellandi eſt in contrarium, & illam
ſemper obſeruari vidi, ſm quam petatur cer-
ta quantitas in libello cum iuramento, ſi vis; &
poſtea ſubditur,& plus, & minus, ꝓut videtur
iudici,& eius officio,& ſuæ taxationi. Et vtrũ
agens,in eodem libello,ꝓ pluribus iniurijs poſ-
ſit ſimul & diuiſim illas æſtimare, vide Io. And.
in addit. Spec.eod.tit. §.1. Et debet in libello
actionis iniuriarum apponi locus, & tempus,
quando criminaliter agit̃, vt tradit Cy.in.l.ſi nõ
conuicij.C.eod. & Bar.in.l.prætor.§.1.ff.eod.
Item debet talis libellus continere expreſſio-
nem iſtius iniuriæ.arg.l.attentari.ff.eo. Vtrum
autem ſit neceſſarium ipſum exprimere, ꝙ cõ-
uentus fecerit animo iniuriandi. Ang.tenet ꝙ
ſic,in.l.ſi non conuicij. Tamen ſubdit, ꝙ pro-
ceſſus valet, ſi non exprimatur, & pars non op-
ponat. Sed iudicio meo primum dictum proce
deret, quando tale conuicium deduceretur in
libello,qd[r] ab aliquo prolatum poſſet denotare
conuicium,& iniuriam,& ab alio non. Et not.
ꝙ iudex,non tantum quando principaliter agi-
26 tur per viam † accuſationis, poteſt punire de
delicto; ſed etiam ſi agitur per viã ciuilis actio-
nis,poteſt pendente iudicio ciuiliter intentato,
ſi reperit reum de delicto culpabilem,eum cri-
minaliter punire. Intelligendo tamen,vt tradit
Bart.in.l.penul.C.ſi aduer.libe. &.l.3.de cõ. ob
turp.ca.&.l.fin.C.de calum. Vltimo circa hũc
27 articulum ſingulariter not.ꝙ quanuis actio† in-
iuriarum ſit annalis.vt.d.l.ſi non conuicij.tamẽ
ſi propter iniuriam irrogatam aliquis fuerit
28 †excommunicatus, cum non debeat abſolui,
niſi prius ſatisfaciat de iniuria, ſequitur, ꝙ etiã
poſt annum per hanc viam indirectam conſe-
quetur æſtimationem iniuriæ. Vnde licet per
viam ſolius exceptionis non fiat condemnatio;
tamen quia quandocunq; excommunicatus ex
hac cauſa petet abſolutionem, læſus poteſt ex-
cipere quòd non debet abſolui, niſi prius ſatiſ-
faciat.vt in.c.ea noſcitur. & in.c.cum pro cauſa.
ÿ.de ſent.excom. & in.c.ſolet. de ſent. excom.
lib.6.& in.c.ex parte.1.de verbo.ſign. vnde ne-
ceſſitabitur excommunicatus, ſi volet abſolui,
motu proprio ſatisfacere lęſo,ſecundum Hoſt.
& Io. And.in.c.ea noſcitur.& ſeq.& ſequit̃ ibi,
d.An.&.D.m. Quod eſt dictũ ſingulare,& per-
petuo memoriæ commendandum. Circa ter-
29 tium articulum, an quis teneatur † remittere
iniuriam ſibi illatam. Communis* concluſio Cõm.op.
eſt,ꝙ rancorem, & odium tenetur quis remit-
tere.80.diſtin.c.ſi quis conſtitutus. not.glo.in
ver.ſatisfactionem.in.c.ad apoſtolicæ. de re iu-
di.lib.6.& glo.in.c.2.de homic. lib.6. Et vide
alia iura,& authoritates, quas allegaui in.c.1.ſ̃.
de maled. et quod not.glo.23.q.4.c.ſi is qui.
Sed non tenetur dimittere emendam damni,
ſeu iniuriæ. arg. tex.noſtri. Et ita dicunt glo.
præalleg.& ita debet intelligi tex.in.c.de cæte-
ro.ſ̃.de teſtib.& alia iura quæ dicunt,niſi ſuam,
vel

vel ſuorum iniuriam proſequatur. Facit quod
traditur in.c.grauis.ſ.de reſtit. ſpol. Dicit ta-
men ibi,& hic Hoſt.ꝙ hodie vix poſſunt obti-
neri literæ in curia ſuper ſatisfactione iniuriæ.
Sed dicit.D.m.in.d.c.grauis. ꝙ non videt rō-
nem talis ſtili curiæ. Nam laici poſſunt agere,
fortius clerici cum in perſonis eorum lædatur
30 ipſe † Chriſtus cuius legatione funguntur.2.q.7.
c.accuſatio. Si tamen quis,maximè clericus vi
deret futurum ſcandalum, ſi non remitteret
iniuriam,& actionem;quia fortè conſanguinei
ſui interficerent illum qui iniuriam intulit,for-
tè dicendum eſſet, ꝙ talis teneretur remittere
& rancorem,& actionem; quia nihil cum ſcan-
dalo agendum,iuxta illud,væ illi per quem ſcan-
dala oriuntur. Et vide quod not.& dixi in.c.2.
ſ.de no.ope.nun.& in.c.qui ſcandalizauerit.ĵ.
de reg. iur. Glo.tamen.1.q.4.in.c.quia præ-
ſulatus.dicit,quòd propter hoc non tenetur cle
ricus remittere actionem iniuriarum. Subdit
tamen, ꝙ non debet illam iniuriam patefacere
talibus conſanguineis. Et ideò fortè patefacta
iniuria ſecurius eſſet remittere, ſi videret futu-
rum ſcandalum, ſecundum ꝙ dixi. Et not.ꝙ re-
31 mittens iniuriam † per pecuniam,efficitur infa-
mis,ſecundum ꝙ not. glo. 23.q.4.c. ſi ille.
32 Circa quartum articulum, quis poſſit † remitte-
re iniuriam,breuiter dic, ꝙ quicunque paſſus
iniuriam principaliter; & cui actio iniuriarum
principaliter eſt indulta, poteſt ipſam iniuriā,
& actionem remittere; quia rei ſuæ quilibet eſt
moderator &c. vt.l. in re mandata. C.manda.
Facit etiam reg.qui poteſt.de reg.iur. Sed du-
bium eſt, quid de alijs perſonis, quæ poſſunt
agere actione iniuriarum ꝓ iniuria, etiam alteri
illata,de quibus dixi in primo artic. an poſſint
iniuriam, & actionem remittere. Vnde dubi-
tari poteſt primo de Epiſcopo,vel prelato,vtrū
iniuriam factam eccleſiæ, vel clerico ſibi ſubie-
cto poſſit remittere. Circa quod,glo.23.q.4.
33 c.ſi is qui. arguit primo ꝙ ſic; quia actio † iniu-
riarū non eſt in bonis noſtris ante lit.conteſt. vt
.l.iniuriarum actio.ff.eod. Item quia, ſi pater
poteſt remittere iniuriam factam filio,vt ſtatim
dicam, ita & prælatus videtur hoc poſſe. De-
inde glo. arguit in contrarium; quia prælatus
34 eſt † procurator, & non dominus. Et quia non
debet poſſe facere conditionem eccleſiæ dete-
riorem. Et in hac opi.videtur reſidere prædicta
glo. Et ſimilē glo. habes in.c.contingit.in gl.1.
in princ.ĵ.de ſenten.excom. Et idem tenet ibi
Cōm.op. Inno. & docto.communiter.* In contrarium
tamen allegat.D.m. in d.c.contingit. ꝙ tradit
35 Fede.conſi.9.vbi dicit ſolum Epiſcopum † poſ-
ſe repudiare legatum, & hæreditatem legatum
eccleſiæ ſuæ ſine aliqua ſolemnitate. Et ex hoc
non dicitur alienare,ſed non acquirere. Facit.l.
magis puto. §. fundum.ff.de reb. eo. & quod
not.glo. 16.q.8.in.§.fin. Sed dicit.D.m.ꝙ vo
lens concordare hæc dicta, poſſet dicere, quòd
aliud in repudiatione legati, ſiue hereditatis,
& aliud eſt in caſu noſtro. Et ratio differentiæ
36 ſit, † quia illa poſſet obeſſe propter grauamina
annexa. Et ideò ſolus Epiſcopus propter ad-
miniſtrationem quam habet, poteſt remittere.
Facit.§.tutor.Inſtit.de autho.tuto. Quæ ratio
ceſſat in remiſſione actionis iniuriarum; quia
illam remittendo,incontinenti facit condictio-
nem eccleſiæ deteriorem.arg.d.c.ſi is qui. Sed
tu aduerte, quia licet ratio.D.m. poſſit conclu-
dere in hæreditate,quæ ratione ſuæ vtilitatis,&
inuolucri, quandoq; apparet opulenta, & eſt
damnoſa. vnde ſub floribus latet anguis; tñ
in legato non poteſt concludere; cum illud nō
poſſit afferre latens nocumentum. Item aduer
te,quia Io.And.in.c.cum deſideres.ĵ.de ſentē.
excom. tenet expreſsè, ꝙ iniuria facta capella-
no,ſolus prelatus nō poſſit remittere. Ego plus
imaginabar, ꝙ prælatus non poſſit illam remit-
tere expreſsè. arg.l.magis puto.§.fundum. &
quia expreſsè prælatus non poteſt præiudica-
37 re. Sed quando neglexit,agere † videtur ꝙ te-
neatur ſatisfacere de ſuo,per not.16.q.3.c.pla-
cuit.2.dixi in.d.c.ſi de terra. Et hec diſtinctio
ſumitur ex not.in.c.ſi de terra.ſ.de priuileg. &
ex his quæ ibi dixi. Sed poſtea viſum eſt, ꝙ
de iuris rigore poſſit attētari, ꝙ etiam expreſsè
poſſit remittere,ex eo,quia non videtur aliena-
re ꝙ adhuc non eſt quæſitum; ſed ꝙ teneatur
de ſuo reſarcire. Vel fortè melius, & nunc ve-
nit in mentem,poſſemus diſtinguere,quòd aut
iniuria fuit principaliter illata ipſi prælato in
perſonam,vel aliud reſpiciens perſonam ipſius;
& hoc caſu,licet videatur facta iniuria eccleſiæ
ſuæ,& omnibus eccleſijs ſuæ diœceſis;ſi eſt Epi
ſcopus. arg. tex. noſtri, & eorum quæ dixi in
primo articulo, tacitè,& expreſsè poſſit remit-
tere, hec aliquo modo tenebitur de ſuo reſar-
cire. Faciunt ea quę ſtatim dicam de patre,
& filiofamilias. Aut iniuria fuit facta eccle-
ſię ſuæ, vel clerico ſibi ſubiecto, aut cōiter & 
ſibi, vel Capitulo & ſibi, & hoc caſu, aut iſte
mouetur ex iuſta cauſa ad remittendum iniu-
riam,& actionem,& poteſt ratione adminiſtra-
tionis ſuæ; & maximè,quia non remittit aliqd'
ꝙ adhuc ſit in bonis eccleſię. Sed ſi ſine iuſta
cauſa remitteret,dicendum eſt, ꝙ quanuis de iu
ris rigore valeat talis remiſſio, per not. in glo.
præalleg.& in.l.ita autem.in princ.ff.de admin.
tuto. & quod not. in.l.ſi ſponſus. §.ſi maritus.
ff.de don. inter vi. & vxo. vide omnino.D.m.
in.c.cum contingit.& Hen.Boh.in.c.parochia-
nos.de ſenten.excom. Tamen in eo, ꝙ eccle-
cleſia damnificata eſt, tenetur de ſuo reſarcire,
per ea quę ſupra dixi. Et prędicta procedūt,qñ
ipſe haberet adminiſtrationem, & ſolus pote-
ſtatem agendi, & petendi. Secus ſi non habe-
ret hanc adminiſtrationem,& poteſtatem; quia
eius eſt nolle.vt in reg.eius. & in reg. is poteſt.
de reg.iur. Item aduerte,quia poſito ꝙ habeat
adminiſtrationem,videtur diſtinguēdum, vtrū
remittat ante litis conteſtationem, vel poſt; &
ante lit.conteſta. poſſit,& fortè non tenetur de
ſuo reſarcire;quia nihil dicitur donare;cū actio
38 † iniuriarum ante lit.conteſt.non ſit in bonis.vt
ſupra dixi. Secus ſi actionem iam exiſtentem
in bonis



in bonis ipſe remitteret; quia cum talis remiſ-
ſio ſit donatio, meritò videtur ex adminiſtra-
tione ſua hoc non poſſe facere,per.l.filiusfamil.
ff. de donat. &.l.contra iuris. ff. de pact. Niſi
39 eo modo, quo poſſunt prælati † donare, ſe-
cundum ea quæ traduntur in.c.cæterum.ſ.de
dona. Et ideò poſt lit.conteſt.non poſſet præ-
latus remittere, niſi ex cauſa iuſta. cogitabis,
quia nunc venit in mentem. Secundo dubita-
40 tur circa prædicta, vtrum pater † iniuriam fa-
ctam filio poſſit remittere. Sol. glo. in.d.c.cū
contingit. vt in.d.c.ſi is qui.ſentiunt, ꝙ poſſit.
Pro quibus tex. apertus videt̄ in.l.ſed ſi vnius.
§.filios.ff.eod. Dicit tamen ibi Bar. ꝙ hoc ſpe
ciale eſt in actione iniuriarum. Et ꝙ procedit,
quando non eſſet iniuria ſolius filij. Aliàs ſecus
per not.in.l.papinianus.ff.de inoff.teſta. Item
hoc ſingulariter limito,ſi modo ſit iniuria illata
ab extraneo. Secus ſi à perſona ipſi filio multū
coniuncta; quia tunc non poteſt ſolus pater
remittere. Et ideò iniuriam factam filio ab vxo
re filij, non poteſt pater remittere. Et pro hoc
dicitur eſſe tex. ſingularis in.l.lucius.ff.ſol.ma.
Vbi etiam hoc tenet Bar.& Io.de Imo. & Lud.
Pont. Et vide ad prædicta Spec.eod.tit.§.1.
Et ex prædictis infertur, ꝙ ſtante ſtatuto, quòd
41 propter † pacem habitam de iniuria illata,pœ-
na tollatur,vel diminuatur, prout ęſt hic ſtatu-
tum,ad mitigationem pœnę ſufficiet pax habi-
ta à patre de iniuria facta filio. vt per Cyn.in.l.
ſi non conuicij.C.eod. & ſequitur Ang. Qui
tamen hoc limitat, ſi modo ſtatutum loqueret̄
in rem; verbi gratia, ſi de iniuria,vel offenſa ſit
facta pax & c. Secus ſi loqueretur in perſonā.
Exemplum,ſi pax de iniuria illata fuerit habita
ab offenſo &c. Nam hoc caſu cum filius ſit of-
fenſus,& non pater,exigitur, ꝙ à filio,non à pa
tre ſit facta pax. Facit.l.lex cornelia.§.illud.ff.
eod. Sed in hoc artic. iudicio meo melius lo-
quitur dñs Nellus de ſancto Gemi.in tract.ban
nitorum.in tertia parte ſecūdi temporis. q.47.
vbi ipſe dicit, ꝙ poſtquàm ſtatutum ratione pa
cis habitæ ab offenſo, mitigat pœnam, debeat
illa pax procedere ab illo, cui ius priuatum cō-
petebat. arg. reg. eius eſt nolle. & reg. is po-
teſt. & quod habetur in.l.iuris gentium.§.ſi pa
ciſcar.ff.de pact. Vnde ſubtiliter diſtinguit, ꝙ
aut fuit iniuria illata filio,per quam ſola præto-
ria actio competit patri,& nō filio;vt puta,quia
non competit pro verberatione, pulſatio-
ne,vel introitu domus ipſius filij, Et hoc caſu
procedat opin.Bart. quia tunc pater,non filius
videtur principaliter offenſus. Et ita intelligit̄
dictum in filio. vt not. in.l.1.§.vſque adeò.ff.
eo.& quod traditur in.l.in perſonam.ff.de pac.
& per Bar.in.l.ambitioſa.circa prin.ff.de decre.
ab ord.fa. Sufficit enim tunc pax habita à pa-
tre, etiam ſi filius ſit emancipatus. Dummodo
pater non ſit vilis perſona, reſpectu perſonæ fi-
lij. Si verò iniuria ſit principaliter filio, quia
pulſatus, verberatus, vel in ipſius domum in-
troitum, ꝓ quibus in dubijs ipſi filio competit
actio ciuilis.d.l.lex cornelia.in prin. &.§.illud.
Et tunc ſit vera opin. Ang.nam cum filius ſit in
perſona ſua iniuriam paſſus, nō poteſt hoc prin
cipaliter trahi ad patrem. vt.l.in bello.§.factæ.
ff.de capti.& poſt.re.l.nec vtilem.ff.ex quib.ca.
ma. Et ſic non ſufficit pax habita à patre; quia
pater talem actionem,licet poſſit exercere, ta-
men illā exercet nomine filij, & non ſuo; & ſic
non eſt ille,de quo loquitur ſtatutum. Facit.l.
ſi verò.§.de viro.ff.ſol.mat. ſiue dicamus ſtatu-
tum intelligi de offenſo, ſiue de alio, de quo
actio vendicatur. Et hoc modo fortè poſſet
42 intelligi † .l.lucius.ff.ſol.matrimo. Aduerte ta-
men,quia ſi filius eſſet mortuus ex illa iniuria,li-
cet pater ex morte filij principaliter offendat̄,
poteſt tamen reddere pacem, & eſſet locus ſta-
tuto, etiam ſi non eſſet hæres filij. Et ex præ-
dictis poteſt conſiderari quid iuris de pace fa-
cta à domino; & ab alijs perſonis principaliter
non offenſis,de quibus dixi in primo artic. Et
vide ad prædicta Cyn.in.d.l.ſi non conuicij. Et
43 vtrum ſtante † dicto ſtatuto, ſufficiat de blaſphe
mia habuiſſe pacem ab Epiſcopo,vel quòd quis
fuerit confeſſus ſacerdoti, vide qd' latè dixi in
c.2.ſ.de maledi.in.3.q. & ſeq. Vtrum autem
44 priores dominorum, † vel antiani iniuriam fa-
ctam ciuitati poſſint remittere.Bal.tenet ꝙ nō,
in.c.1.§.iniuria.de pac.iur.fir.in vſib.feud. per
.l.prohibere.§ planè.ff.quod vi aut clam. Exi-
gitur ergo, ꝙ decuriones, vel conſilium repræ-
ſentans totam ciuitatem,illam remittat. Et præ
dicta notabis,quia quotidie eueniunt. Circa
quintum principalem articulum, vtrum per re-
45 miſſionem † iniuriæ, videatur remiſſa actio in-
iuriæ,ſeu pœna. Io. Andr. hic videtur diſtin-
guere, quòd aut principalis actio iniuriarum,
ſeu pœna, poteſt tolli ſola diſſimulatione, eo
quòd iniuriam paſſus illam ſibi ad iniuriam nō
reuocauerit; puta diſſimulando, ludendo, aut
ſimiles actus faciendo; quo caſu videtur ipſa
actio remiſſa,per not.in.l.non ſolum.§.1.ff.eo.
& Inſtit.eod.§.fin. Sed ſi ſemel quis illam ſibi
reuocauit ad iniuriam, & propter eam cauſam
citari fecit iniuriantem, hoc caſu non tollitur,
niſi remittatur. Et ita poteſt loqui.d.l.non ſo-
lum.§.1.& quod not.in.l.ſi tibi.§.quædam. &
&.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pact. Et hanc etiam
diſtinctionem ſentit Barto. in.d.l.non ſolum.
§.1. dicens, ꝙ ſicut ex bono,& æquo iſta actio
fuit inducta,vt.d.c.1. Ita ex quacunque æquita-
te ab initio tollitur. Vnde ego breuiter diſtin-
guerem, quòd aut loquimur de actione priua-
ta,ſeu ad priuatam vindictā. Primo caſu.D.m.
in.c.1.ſ.de maledic. tenet quòd non intelligi-
tur remiſſa; & quia vt ſupra dixi in tertio artic.
rancorem,& odium quis tenetur remittere,ſed
non actionem. Et ideò licet remittam ranco-
rem,non propterea ſequitur, quòd remittam
actionem,& æſtimationē iniuriæ. Quod mihi
placet. Limitando, prout ſupra dixi,ſecundum
opin. Io. Andr. puta ſi iam talis reuocaſſet ſibi
ad iniuriam, ita quòd ſuper ea aduerſus iniu-
riantem fuiſſet lis conteſtata. Nam tunc per
riſum,ſalutationem,pacis oſculum,aut quid ſi-
mile

mile non videtur actionem remiſiſſe ad quam
tenebatur; ſed ſolum odium, quod remittere
tenebatur, vt patet. 23. q. 4. c. cum in lege. &. 11.
q. 3. c. inter verba. Et idem dicit hic Io. Andr.
ſecundum Tancr. eſſe, ſi ſola citatio facta ſit de
iniuriante. arg. nota. in. c. relatum. &. c. gratum.
ſ. de off. deleg. Subdit tamen, ꝙ hoc de facili
non concederent doct. Vnde concludit, quòd
licet leſus teneatur parcere quantum ad odium,
vt ſupra dictum eſt, ad quod etiam vide pul-
cherrimas authoritates, tàm veteris, quàm no-
ui teſtamenti, per Io. Andr. in. c. 2. de homicid.
lib. 6. in glo. 4. Lædens tamen ſatisfacere te-
netur, vt expreſsè probatur de pœnit. diſtin. 5.
c. fin. ad fi. Qui tex. ſecundum Io. And. contra-
diceret ſibi ipſi, niſi ſic intelligeretur. Et ſic ex
46 prædictis patet, quòd licet aliqui velint, † quòd
per riſum, ſalutationes, & ſimiles actus videatur
remiſſa iniuria, Tamē intelligi debet altero ex
tribus modis, vel reſpectu odij, & rancoris; vel
ab ipſo principio, quando non prouocauit ad
iniuriam, ſecundum Hoſt. & Io. An. & ſequitur
d. Anto. &. D. m. Vel quādo fuit facta plenaria
remiſſio. Prædicta tamen limitat hic ſingula-
riter. D. m. vt licet intelligatur remiſſa iniuria, &
ipſius æſtimatio; tamen non intelligantur re-
miſſa damna, nec expenſæ, quæ poterunt peti,
non obſtante remiſſione æſtimationis præal-
leg. c. 1. ſ. eod. & hoc mihi placet. Sed melius
probatur hic in tex. noſtro, & in. c. ſeq. vbi hæc
verba ponuntur vt diuerſa. Et ſecundum præ-
47 dictam diſtinctionem pōt intelligi † quod not.
Bal. in. c. 1. in. §. iniuria. de pac. iura. fir. vbi di-
ſtinguit, quòd aut in foro pœnitentiali eſt facta
plena remiſſio, & non poteſt agi in foro iudi-
ciali. Aut eſt facta remiſſio rancoris ſolum, &
poteſt agi. Aut ſumus in dubio, & idem dicit
tenēdum. ſ. quòd agi poteſt. quod vltimum in-
telligitur ſecundum prædictam diſtinctionem.
Secundo caſu principali, an plena remiſſio, quò
ad æſtimationem iniuriarum proſit, quò ad pu
blicam vindictam, breuiter dic quòd non. Ad
quod vide quod latius dixi in. c. qualiter. 2. ſ.
de accuſ. in vndecimo artic. q. 92. Et not. quòd
48 ille † qui interrogauit iudicem, vt torqueret, &
puniret iniuriantem, ſi talis effectus per iudicē
ſecutus eſt, non poteſt agere poſtea actione in-
iuriarum; quia videtur voluntati ſuæ per vindi-
ctam publicam ſatisfactum eſſe, vt eſt tex. & ibi
not. in. l. ſed ſi vnus. §. ſi ante iudicem. ff. eod.
49 Vnde debet eſſe † cautus, qui adit iudicem, &
talia attentat, vt proteſtetur, quòd non intendit
ſibi præiudicare reſpectu ſui intereſſe, & ciuilis
actionis. Ad quod vide quod not. in. l. fi. ſ. eo.

## Capitulum. VIII. In Noſtra.

*SVMMARIVM.*

1 *Iurans ſtatutum ſuper non repetendis damnis, po-
terit expenſas repetere.*
2 *Ciuitas poteſt condere ſtatuta ſine alia ſuperioris
licentia.*
3 *Statutum alteri præiudicans, eſt ſtrictiſſimè inter-
pretandum.*
4 *Expenſæ, quando non veniant appellatione dam-
norum. & num. 14. Vbi quomodo differant
damnum, & expenſæ. Et ibi declaratur opi.
Archid. & nu. 15.*
5 *Ex ſeparatis non fit illatio.*
6 *Expenſæ veniunt taxandæ, & moderandæ iudicis
arbitrio.*
7 *Ciuitas poteſt per ſuum ſtatutum ligare, & præiu-
dicare ſingularibus perſonis. De quo tamen
dic, vt ibi. & nu. 8. 9. 10. & 11.*
8 *Princeps ſine cauſa nō debet auferre ius alterius.*
9 *Statutum vbicunque tranſit in contractum, eſt
irreuocabile. & nu. 10. & 11.*
10 *Statutum factum à ciuitate, quòd quicunque ve-
nerit ad habitandum, non teneatur per decem
annos ſoluere gabellas; an in præiudicium il-
lorum, qui iam uenerant ad habitandum, poſ-
ſit reuocari.*
11 *Princeps obligatur ex ſuo contractu.*
12 *Damni quot ſpecies ſint: remiſſiuè.*
13 *Intereſſe, aliud intrinſecum, aliud extrinſecum.*
15 *Propriè, & ſtrictè ſunt interpretanda ſtatutum,
pactum, & iuramentum præiudicatiuum.*
16 *Damnum vnde dicatur. Et quod dicatur dam-
num, ibidem.*

1 IN NOSTRA. Qui iurauit † ſtatu-
ta ſuper non repetendis damnis,
hoc non obſtante expenſas repe-
tere poterit. h. d. Vel ſic, ſtatutum
ſuper damnis non repetendis, ad expenſas non
extenditur. Primo ponitur deciſa conſul-
tatio. Secundo, reſponſio, ibi, cum igitur.
2 Not. primo, quòd ciuitas † poteſt condere ſta-
tuta ſine alia ſuperioris licentia. de quo plenè
per. d. Pet. de Anch. in repet. c. 1. ſ. de conſtitu.
& per Bart. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur.
3 Secundo not. quòd ſtatutum † alteri præiudi-
cans, eſt ſtrictiſſimè interpretandum. Et ideò in
4 tali ſtatuto appellatione damnorum † non ve-
niunt expenſæ; quia licet veniant ſub lata ſigni-
ficatione damni; tamen non propriè, & ſtrictè.
Et talia ſtatuta non debent extendi ad latam ſi-
gnificationem, vt in iuribus vulgatis. Nec etiam
iuramentum, quatenus venit in præiudicium iu
ris communis, ſeu alterius. vt in. c. ad noſtrā. 3.
&. c. quintauallis. ſ. de iureiuran. Tertio not.
5 quòd ex ſeparatis † non fit illatio. ad idem. c. cū
translationem. ſ. de off. lega. & ibi allegaui alia
6 iura. Quarto not. ex fi. quòd expenſę † veniunt
taxandę, & moderandę iudicis arbitrio. de quo
in. c. finem. ſ. de do. & contu. & in. c. calumniā.
j. titu. proxi. & ibi fortè videbimus. Vltimo
7 not. quòd ciuitas † poteſt per ſuum ſtatutum li-
gare, & præiudicare ſingularibus perſonis.
Contra qd' fortiter obſtat quod not. glo. ſing.
in. l. 2. C. quæ ſit long. cōſuet. & quod not. in. c.
cum omnes. ſ. de conſtit. & in reg. id quod no-
ſtrum. de reg. iur. Non enim ad aliquem infe-
riorem, ſed ſolum ad Principem ſpectat pote-
8 ſtas auferendi ius alterius. Quinimò & † ipſe
princeps



princeps ſine cauſa non debet auferre. vt not. in
. c. quæ in eccleſiarum. ſupra de conſtit. &. l. fin.
C. ſi contra ius vel vti. pub. & in cle. paſtoralis.
de re iudi. Sed propter hæc, & ſimilia contra-
ria tex. noſter legitur duobus modis. Vno mo-
do, quòd cum eſſet diſcordia inter populum, &
milites Brixien. multa hinc inde damna fuerūt
illata, & etiam propter eam cauſam multæ factę
fuerunt expenſæ; ſed tamen cum ſedata diſcor-
dia, damna hinc inde repeterentur, & fortè ꝓ-
pter eam cauſam eſſet timor noui ſcandali, &
diſcordiæ, commune Brixien. pro bono pacis
& concordiæ ſtatutum edidit, quòd talia dam-
na non poſſent repeti. Quod ſtatutum fuit etiā
iuramento firmatum. Et ſecundum hanc poſi-
tionē, verbum à communi, poſitum in tex. de-
terminat verbum editum poſitum in tex. Præ-
dicto aūt ſtatuto, & iuramento non obſtante,
dicitur hic, ꝙ expenſæ poſſunt repeti; quia non
veniunt appellatione damnorum. Nec obſtat
contrarium, quia tex. noſter debet intelligi ſm
Inno. quòd huic ſtatuto ſingulariter ciues con-
ſenſerunt; aliàs non valuiſſet ſtatutum in præiu-
dicium ſingulorum. Facit quod not. in reg.
quod omnes tangit. de reg. iur. lib. 6. Sed dicit
D. m. hic, ſe dubitare, an iſte communis intelle-
ctus ſit verus. Nam cum in prædicta ciuitate
Brix. eſſent infantes, & mulieres quę non vocan
tur ad vniuerſitatem, non debuit ſtatutum tale
illis eſſe obnoxium. arg. d. c. cum omnes. &. l. 1.
ff. de mag. conuen. Vnde vt valeat ſtatutum in-
diſtinctè ſuſtinendo prędictum intellectum, di-
ci poteſt ſecundum eum, quòd potius ſtatutum
de facto emanauit, & valebat, quàm de iure. Et
ad prædicta vide quę latius dixi de collegijs in
. c. cum dilecta. ſupra de exceſſ. præla. Vnde præ
ſuppoſita validitate ſtatuti, quærebatur nunc,
an poſſint repetere expenſas. Nam communi-
ter iſtæ ciuitates cum ſubtrahunt ſe de facto ab
obedientia ſuperioris, vſurpant ſibi iura princi-
pis, & de facto faciūt ſeruare ſtatuta, quæ quan-
doq; de iure non valent, nolētes, & pœnam im-
ponentes, ſi quis in dubitationem deduceret
ſtatutorum validitatem. Eſt tamen fatendum,
ꝙ prædicta fuit iuſta cauſa faciendi dictum ſta-
tutum, propter tollendum ſcandalum, propter
quod mouendum princeps poteſt talia, vel ſi-
milia ſtatuta facere, per not. in. d. c. quæ in eccle-
ſiarum. &. d. l. fin. C. ſi contra ius vel vti. pub.
Secundo modo principaliter legitur, quòd ſe
data concordia, ne propter repetitionem dam-
norum, & expenſarum, quæ ciuibus videbatur
ſatis grauis, & oneroſa, noua diſcordia oriretur,
commune fecit ſtatutum, per quod obligauit ſe
ad contributionem, & refectionem dictorum
damnorum, & expenſarum. Sed cum poſtea ta-
le ſtatutum videretur ipſi ciuitati nimis onero-
ſum, & præiudicatiuum, de nouo fecit ſtatutum
de non repetendis ipſis damnis à communi. Et
ſecundum hunc intellectum, verbum à commu
ni, determinat participium petendo, vel reci-
piendo, vt ſit ſenſus, quòd ſtatutum fuit editum
de non petendo, vel recuperando damna à com
muni, licet prius ad id ſe obligaſſet. Vnde hoc
non obſtante, determinat hic tex. quòd poſſit
quis repetere expenſas. quod intellige ſecundū
formam prioris ſtatuti; & iſte intellectus iudi-
cio meo magis conſonat literæ, per tex. in fi. dū
dicit, ſatisfactionem contribuant. Sed contra
9 hunc intellectum opponit. D. m. vbicunq; † ſta-
tutum tranſit in contractum, eſt irreuocabile,
vt not. in. c. nouit. ſupra de iudi. traditur in. c. 1.
de conſtitu. lib. 6. & per Bar. in. l. omnes populi.
ff. de iuſt. & iur. & probatur in. l. quod ſemel. ff.
de decret. ab ord. fac. vbi dicitur, quòd ſi ciuitas
10 facit † ſtatutum, quòd quicunque venerit ad ha-
bitādum ibi, nō teneatur per decem, aut viginti
annos ſoluere gabellas, aut pręſtantias, quòd
talis ciuitas in præiudicium illorum, qui iam ve
nerunt ad habitandum, non poteſt ſtatutum
tale reuocare, cum iam tranſierit in contractū,
vel quaſi. Sol. quidam dicunt, ꝙ illud habet lo
cum, quando ſtatutum fieret in fauorem non
ſubditorum. Sed iſtud habet locum, quando
ſtatutum ſolum ſubiectorum fauorem reſpice-
ret. Et ſic communiter intelligitur dictum ſin-
gulare Inno. hic dicentis, quòd commune non
eſſet hic naturaliter obligatum, ſi non tenere-
tur pro damnis ſingulorum. vt. l. ſicut. ff. quod
cuiuſque vniuer. Ad quod vide quod dixi in. c.
dilectus. 2. ſ. de ſimo. & in. c. dilecta. de exceſſ.
prelat. vnde cum ipſum eſſet ſolum obligatum
vigore ſui ſtatuti, potuit contraria voluntate il-
lud ſtatutum tollere. arg. c. 1. j. de reg. iur. Sed
dicit. D. m. quòd hæc ſolutio videtur ſibi nimis
generalis. Vnde dicit, quòd hoc ſtatutum tran
ſit in contractum, ſeu quaſi cū ſubdito, vt non
poſſit amplius reuocari. Nam cum ipſe prin-
11 ceps † obligetur ex ſuo contractu. vt in. c. 1. de
probat. fortius ipſum commune, quod non ha
bet tàm potēs ius, debet obligari. Vnde reſpon
dendo ad contraria, dicit ipſe, quòd intelligit,
& reſtringit dictam ſolutionem, & intelligit
tex. noſtrum, quòd ſtatutum adhuc non tranſi-
uerat in contractum, vel quaſi; vt quia fuit ſim-
pliciter editum in vniuerſitate de obligando
ipſum commune, & nihil actum fuit ex parte
ſingulorum, ita quòd poſſint prætendere inter-
eſſe, & dicere ſe deceptos; quia poſſunt redire
ad priſtinas actiones. Et per hoc dicit intelle-
ctum iſtius cap. clarum eſſe, & remittit ſe ad
not. per eum in. d. c. nouit. Ego arbitror, quòd
planus intellectus huius cap. & clara reſponſio
ad contraria ſit, quòd poſito, ꝙ tale ſtatutum
tranſiſſet in cōtractum, vel quaſi, tamen valuit
reuocari; quia conſenſerunt illi, de quorum præ
iudicio agebatur, vt hic colligitur ex tex. in eo
quòd loquit ex præcedenti intellectu. Glo. 1.
colligit, infert, & diſtinguendo proſequitur ma-
teriam damnorum, & expenſarum, & ſubdiſtin
12 guit † ſpecies damni, & adaptat prędicta ad tex.
& in fi. concludit. In eadem glo. ibi, quoddam
dicitur extra rem, not. hanc glo. Et eandem di-
13 ſtinctionem facimus de intereſſe; quia † aliud
intrinſecum, & aliud extrinſecum. vt traditur in
. l. ſterilis. allega. in glo. & aliquid tangit Bart. in
. l. ſi

.l.ſi pœnam.ff.de verbo.oblig. In ſi glo.dic,ha
bes igitur ex tex. & ex glo.q̀ appellatione dãni
14 †non veniũt expenſæ. Archid.cñ.2.q.1.in pri
mis. ſuper verbo damnum. tenet contrarium,
quia damnum dicitur à diminutione patrimo-
nij. vt.l.3.ff.de dam.infec. Sed expenſæ immi
nuũt patrimonium, vt.ff.de iur.do.l.ſi is qui.§.
quod dicitur. Sed ego dico, quòd propriè, &
ſtrictè,appellatione damni non veniunt expen-
ſæ,quia magna eſt differentia inter damna, &
expenſas. Nam damnum,ſemper eſt diminu-
tio patrimonij. Expenſę verò non ſemper mi-
nuunt patrimonium. Imò quandoq; augent,vt
puta,ſi expendi in faciendo agrum ſterilem fru-
ctuoſum,aut aliquid ſimile faciendum, propter
quod res modici valoris longe eſt effecta p̄tio-
ſior,quàm eſſet ipſa res vnà cum expẽſis. Præ-
terea dãnum contra volũtatem noſtram cõiter
fit,vt dicam in.c.ſeq. Sed expenſæ, vt plurimũ
à voluntate noſtra procedunt; licet quandoq;
voluntariam,quandoq; vtilem, & quandoq; ne
ceſſariam cauſam habeant. Præterea aliter ap-
pellãtur, & aliter in communi vſu accipiuntur
damna, & aliam deriuationem habẽt, quòd ap-
pellentur damna. ergo licet expenſæ quandoq;
eo qd' diminuunt patrimonium,ſub lata ſigni-
ficatione veniant;non tñ propriè, & ſtrictè. Et
15 ideò in ſtatuto pacto, † & iuramento præiudi-
catiuo, quę oĩa propriè, & ſtrictè ſunt interpre
tanda,appellatione damni non veniunt expen-
ſæ,vt eſt tex. hic. quanuis vt dixi, latè appella-
tione damni comprehendantur. Et ita procedit
opin. Archid. Pro quo facit.l.ſancimus.C.de
iudi.& auth.& qui iurat.C.de bo.auth.iud.poſ.
.l.inter quos.§.fin.ff.de dam. infec. Et pro in-
tellectu iſtius ver. damnum, dic vt ſupra dixi,
16 quòd †damnum dicitur à diminutione rei, ſeu
patrimonij.vt.d.l.3. Et ita etiam eſt apud grã-
maticos.& tenet Io.And.in reg.delictũ.de reg.
iur.lib.6. ſuper tex. & traditur in.c.ſi canonici.
de off.ord.lib.6.& idem ad Spec.in addit.in tit.
de empt.& vend.§.nunc dicendũ.ver.vbi autẽ.
Dicitur etiam amiſſio lucri iam radicati tex. &
ibi Bal.in.l.cum te.C.de do.ante nup. & Bal.in
repet.l.ſi mulier.ff.ſol.matrimo.col.11. Facit
.l.liberto octingenta.ff.de bon.liber. Dicitur
etiam quandoq; amiſſio lucri, & non radicati;
ſed ceſſantis, per.l.non amplius.§.ſi certum.ff.
de lega.1. Sed non propriè, vt dicit Gaſ. Cal.
Pro quo facit.l.proculus.ff.de dam.infe. & qd'
not. in.l.1.§.1.ff.de aqua plu. arcen. Et ideò
conſueuit dici, q̀ non patitur damnum,qui ex-
cluditur à lucro.vt not.in.l.nemo.ff.pro ſoc. &
d.l.1.§ ſicut.ff.de aqua plu.arc. &.l.ſi is qui.§.
fina.ff.de furt. Vnde dicit tex.in.l.fin.C.de co-
dicil. non eſt eadem, parq; ratio damna ſen-
tire,& lucra non capere. Quandoq; etiam dã-
num,paupertas appellatur, vt.C.de fabric.l.iu-
re.lib.11. Quandoq; etiam iniuria, & quan-
doq; iactura appellatur; vt eſt tex.in.c.ſequen.
Et quando damnum eſt graue, appellatur de-
trimentum, vt not. glo.12.queſt.2.c.ſi epiſco-
pus. Et hæc notabis, quia vtilia ſunt ad in-
terpretationem ſtatutorum, priuilegiorum, &
contractuum.

## Cap. IX. Et Fin. Si Culpa.

### SVMMARIVM.

1 *Ad damni emendam ex ſola culpa,& negligentia quis tenetur,etiam de iure canonico. Intellige tamen vt ibi,& nu.ſeq. Et an ex culpa leuiſſima,nu.15. Quod intellige,vt nu.17.*
2 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
3 *Damnum quis dicitur inferre principaliter duobus modis.*
4 *Culpa quotuplex ſit,remiſſiuè. & nu.18. Et ibi etiam quot modis interueniat.*
5 *Agentes,& conſentientes, etiam de iure canonico, pari pœna puniuntur. Et ibi ad quam pœnam.*
6 *Statutum loquens de committente delictum, non comprehendit opem præſtantem.*
*Opem præſtare,& delictum committere,diuerſa ſunt;ibidem.*
7 *Peritiæ profeſſores ob eorum imperitiam damnũ dantes,tenentur ad damni æſtimationem. Et ibi infert contra medicos.*
*Et contra Aduocatos,num.8. Et ibi quòd etiam amittant ſalarium,& remoueantur.*
*Et contra Procuratores,num.9. Et ibi, quando etiam teneatur de leuiſſima culpa.*
*Et contra Notarios,nu.10. Et nu.11.quid quando tales perſonæ non ſunt ſoluendo.*
12 *Damnum quandoq; iniuria appellatur. Et ibi in quo differat ab iniuria,& iactura.*
13 *Pro damno dato ab animalibus,ad quid teneatur dominus.& nu.26.remiſſiuè.*
*Et quid ſi ab infantibus,& furioſis, ſub nu.15.*
14 *Damni occaſionem dans,quando teneatur ad damnum.& nu.28.*
16 *L.ſi infans.ff.de rei vend.intellectus.*
19 *Iniurians, vel percutiens vnum, volens alterum percutere, ſeu iniuriam alij inferre, an, & quando excuſetur. Hinc concordantur.*
*L.eum qui.ff.de iniur. Et*
*L.ſi cum ſeruo.ff.eod.tit.*
20 *Conuicians aliquem,an, & quãdo teneatur actione iniuriarum,vſque ad nu.25.incluſiuè.*
21 *Accuſans,ſi vtitur iure ſuo, nemini dicitur iniuriam inferre.*
22 *Libellans ſi narrat in libello aliquod conuicium diffamatorium,tenetur actione iniuriarum.*
23 *Baſtardus regulariter non poteſt promoueri ad publicos honores.*
24 *Verum quod non eſt, & quod probari non poteſt, paria ſunt,quò ad forum contentioſum.*
25 *Calumniari,vel iniuriari præſumitur, qui nõ probat conuicium contra aliquem prolatum.*
27 *Tituli ad leg.aquil.de pauper.& de noxal.in quo differant:remiſſiuè.*
29 *Cauſa remota, quando eſt ordinata veriſimiliter ad cauſatum,attenditur.*
30 *Iniuriarum actio,quanto tempore duret.*





SI CVLPA. Propter dictorũ
pluralitatẽ, communiter nõ ſum-
matur, & communiter etiam non
diuiditur. Sed iudicio meo con-
gruè diuidi poteſt in tres partes principales.
In prima parte ponuntur plur delicta, quando
quis per ſeipſum facto,vel opere,culpa, aut do-
lo damnum dedit. In ſecunda tractat de dam-
nis per animalia illatis. Et ad quid dominus
animalium teneatur. In tertia,declarat,quan-
do teneatur ille qui dedit damni occaſionem.
ſecunda ibi,quòd ſi animalia. tertia ibi,ſanè.
1 Not.primo,quòd ex ſola culpa,† ſeu negligen-
tia tenetur quis, etiam de iure canonico ad emẽ
dam damni, ẽt præter ipſius voluntatem con-
tingentis. Et dicit hic.D.m.quòd cum hæc li-
tera loquaẽ de illis, qui de culpa, & negligentia
tenentur,ſequitur,quòd debet intelligi de qua-
2 libet culpa; quia indefinita † æquipollet vniuer-
ſali,vt traditur in.c.vt circa.de elect.lib.6. ergo
& de leuiſſima culpa quis tenetur. Ad quod al-
legat tex.in.l.in lege aquilia.ff.ad leg.aquil. Sed
tu dic,vt dixi in.c.ſi quis.ſupra eod. vbi dixi, q̀
hoc eſt verum, ſi eſſet culpa leuiſſima in com-
mittendo,ſecus ſi in omittendo. & vide quod
ibi dixi. Et ex prædictis infert. D. m. q̀ etiam
in foro animæ tenetur quis ad emendam,etiam
pro leuiſſima culpa. Cuius contrarium tenuit
Innoc.in.c.ſicut dignum.s̃.de homicid.de quo
dic,vt dixi in.c.ſi egreſſus. &.c.ſi quis domum.
ſupra eod. Secundo not.quòd duobus modis
3 quis principaliter † dicitur damnum inferre.
Vno modo per iniuriã, hoc eſt per dolũ. Alio
modo per culpam, quæ etiam quandoq; negli-
gentia,& imperitia appellatur. Et quandoque
4 culpa †eſt lata, quandoq; leuis, & quãdoq; le-
uiſſima. de quo dic,vt dixi in.c.ſi quis domum.
ſupra eod. Et aduerte, quia quandoq; culpa
præcedit,vt in.c.2.&.3.ſupra eod.& in.l.qui oc
cidit.&.l.qui foueas.ff.ad leg.aquil. Quãdoq;
interuenit in ipſo actu, vt in medico qui impe-
ritè ſecuit,vt.l.qua actione.§.fina.cum.l.ſeq.ad
leg.aquil.& Inſtit.eod.§.præterea. &.§.impe-
ritia. Quandoq; ſequitur actum;exemplum in
medico,qui bene ſecuit,ſed incuratum reliquit
vt.l.idem iuris.ff.ad leg.aquil. Facit.c.2.ſupra
eod. in quantum dicitur ibi,quòd ille non ope
ruit,nec manifeſtauit. Tertio not. ibi, opem
5 tuliſti, † quòd etiam de iure canonico præſtans
opem principali tenetur ad æſtimationem dam
ni; Et etiam tenetur criminaliter ad pœnam, &
ad publicam vindictam;quia agentes,& conſen
tientes &c. vt.c.1.de offi. deleg. Et vide quod
not.in.l.is qui opem. ff. de furt. Aduerte ta-
6 men,quòd ſtatutum † loquens de committen-
te delictum,cum debeat propriè, & ſtrictè in-
terpretari, vt dixi in.c.præceden.non compre-
hendit præſtantem opem. Nam aliud eſt de-
lictum committere, & aliud opem præſtare,
vt hic eſt tex.vbi hæc duo ponuntur vt diuerſa,
& ita Bal.in.d.l.is qui opem. Et ad hanc mate
riam vide quæ dixi in.c.qualiter.2.s̃.de accuſa.
in vndecimo artic. principali. q.19. & in.c.ad
audientiam.ſupra de homic. in ſeptimo princi.
articulo.q.63. Quarto not.ibi, imperitia,tex.
7 optimum contra medicos, & omnes alios †ali-
cuius peritiæ profeſſores, quia ſi per eorum im
peritiam aliquod datum damnum ſit, tenẽtur
ad æſtimationem illius damni. Facit.l.illicitas
prope fin.ff.de offi.præſid. & quod not.in.c.ad
aures.ſupra de ęta.& qual.& in.c.tua. ſupra de
8 homic. Ex quo infertur, q̀ aduocatus qui ex
ſua imperitia, damnum clientulo intulit,for-
tè quia vel perdidit cauſam, vel expenſas ami-
ſit,tenetur ad æſtimationem illius damni. et
hoc tenet hic. D.m. & in.c.calumniam. infra
tit. proximo. & alibi Dyn. dicit, q̀ aduocatus
qui propter imperitiam remouetur,perdit ſa-
larium, & tenetur parti ad intereſſe. primum
probatur arg. illius tex. ſecundum probatur
hic in tex. noſtro, & quod not. in.l.2.ff.quod
cuiuſ. vniuerſi. &.l.ſi quis domum. §. celſus.
ff. loca. & quod ſtatim dicam de procurato-
re. Secundo etiam infertur, quòd procura-
9 tor, cuius imperitia † clientulus, ſeu princi-
palis,damnificatus eſt, tenetur ad intereſſe, vt
not. Bart.in.l.eum qui.§.fin.ff.de fur.vbi dicit,
quòd tenetur etiam leuiſſima culpa,per.l.à pro-
curatore.C.mandat. Et hoc verum, quando
mandatur illud, quòd requirit exactiſſimam di-
ligentiam, vt iudicium;quia illud recipiendo vi
detur aſſerere ſe peritum, vt.d.l.à procuratore.
& not. Dyn. in reg. imperitia. de reg. iur.
Sed ſi mandaretur aliquid, quod non requirit
tantam diligentiam,tunc tenetur de lata, vel le-
ui culpa pro tali re, cuius mandatum ſuſcepit,
ſecundum q̀ natura ipſius rei exigit diligentiã,
& ſecundum quam quis tenetur de leui culpa.
Si verò mandaretur aliquod, quod nullam re-
quirit diligentiam; vt puta, quia quilibet ſciret
illud facere, vt portare vnã epiſtolam, vel quid
ſimile,non tenetur niſi de dolo,& lata culpa, vt
d.l.eum qui.§.fina.Niſi fortè pro tali mandato
reciperet pretium, vel talis rei cuſtodiam ſuſci-
peret,vt ibi per Barto. Tertio infertur, quòd
10 notarius, † cuius imperitia contrahentes læſi
ſint,tenetur ipſis contrahentibus ad intereſſe,
tex.eſt notabilis in.l.ſi.C.de magiſt.conueni.
Et aduerte,quia ſi aduocatus, p̄curator, vel no-
tarius ſunt ſoluendo, tenentur vt dixi, parti ad
intereſſe. Sed ſi non eſſent ſoluendo, poſſet
11 †pars damnificata aduerſus aliam partem pete-
re in integrum reſtitutionem ex clauſula gene-
rali,ſi qua mihi iuſta cauſa &c.l.ait pretor.& per
totum tit.ff.ex quib.cau.ma. Et hoc tenet ex-
preſsè.D.m.& docto.in.c.2.s̃.de reſtit.in inte.
poſt glo.pen. per.l.eleganter.§.ſi dolo. Quod
tamen qualiter intelligatur, dic vt ibi dicũt per
docto. quia nunc venit ad mentem. Quinto
not.ibi,iniuriam, vel iacturam, quòd damnum
12 quandoq; iniuria appellatur; & ratio deſcendit
ex ijs quæ dixi ſupra in rub. quia omne, q̀ non
iure fit,dicitur iniuria. Sed damnum non iure
infertur,ergo dicitur iniuria.Eſt tamen differen
tia inter hæc;quia iniuria habet ſe magis gene-
raliter, quàm verbum damnum. Nam poteſt

quis iniuriam inferre abſq; damno, prout dam
num eſt diminutio patrimonij, vt in.c.prçced.
Item eſt differentia inter iacturam, & damnum
ſecũdum deriuationes grãmaticorũ; nam iactu
ra eſt, quam patimur ex voluntate noſtra; dam-
num ſine voluntate noſtra. Et ſequitur Archid.
& Io. And. in.c.quia ſæpe.de elect.lib.6. Con-
tra quod dictum facit tex. noſter; quia ſi quis
voluntate ſua iacturam paſſus eſſet, non poſſet
repetere æſtimationem, vt in reg. damnum. de
reg.iur.lib.6. Cuius contrarium hic dicitur.
Sed potes dicere, ꝙ dictum Archidia. procedit
ſtrictè, & propriè; ſed latè, prout iactura ſignifi
cat damnum, procedit tex. noſter. Sexto not.
13 ex ſecunda parte, ꝙ pro damno dato † ab ani-
malibus, dominus tenetur ad æſtimationem,
vel ad dãdum animal pro noxia. Quam electio-
nem habet dominus, ſi non fuit in culpa. Secus
ſi fuit in culpa. de qua materia dic, vt latius dixi
in.c.ſi quis domum.s.eod. Vltimo not. quòd
14 non quilibet qui occaſionem † damni dedit,
tenetur ad damnum; ſed ille ſolum, qui ipſam
dedit culposè. de quo in glo.fin. Glo.1.colli-
git notabile ex tex. ex quo infert ad deciſionem
trium quæſtionum, & interſerit, an propter dã-
15 num illatum quis teneatur † culpa leuiſſima. In
eadem glo. ibi, infantes, & furioſi, dic, licet doc.
vbique ſequantur hoc. tamen ego arbitror
hanc glo. & iura in ea allegata procedere in in-
fantibus, & furioſis liberis. Secus ſi eſſent ſer-
ui, & damnum intuliſſent; quia ſaltem noxali
actione de pauperie teneretur dominus, vel
emendare damnum, vel dare ipſos ſeruos pro
noxia. Nam ſi hoc eſſet in cæteris animalibus,
quæ omnino rõne carent, eadem ratione debet
eſſe in infante, & furioſo. Quanuis glo. videa-
tur ſentire contrarium. in.l. quinta. §. iniuriarũ.
16 ff. ad leg. aquil. per.l.ſi infans. † ff. de rei vendi.
Sed intelligo illam legem, & omnia ſimilia iura
in perſonis liberis, non ſeruis. In eadem glo.
ibi, ad ſui defenſionem, dic, dummodo id agat
cum moderamine inculpatæ tutelæ; ita ꝙ culpa
non poſſit aſcribi. de quo latè per Bal. & docto.
in.l. vt vim. de iuſti. & iur. & per Zaba. in clem.
vni. de homicid. In eadem glo. ibi, leuiſſima,
17 dic, † intellige in committendo, vt dixi ſupra in
notab. & in.c.ſi quis domũ.s.eo. In fi. glo. dic,
& ratio eſt; quia tunc potius aſcribitur caſui,
quã alicui culpæ. & ideò non tenetur, vt dixi in
d.c.ſi quis domum. Glo.2. colligit notab. ex
tex. & fortificat per multa iura. dic de materia,
vt in iuribus in ea allegatis, & in iuribus allega-
tis ſupra in tertio notab. Glo.3. tractat, quali-
ter quis tenetur de culpa, ſiue imperitia, ſeu ne-
gligentia. Et quia quælibet imperitia, ſeu ne-
18 gligentia aſcribitur culpæ, & culpa eſt † multi-
plex, lata, leuis, & leuiſſima; q̃liter quis teneat
in prædictis, dixi latè in.d.c.ſi quis domũ. Et
aduerte etiam ad glo. quod dixi ſupra in ſecun-
do notab. Glo.4. in prin. colligit notab. exem
plificat, opponit, & non ſoluit. & concludit, &
deinde format tres quçſtio. & ſoluit. In eadem
glo. ibi, cum ſeruo, dic pro concordia. d.l.ſi cũ
ſeruo. & iurium præcedentium, ꝙ aut aliquis
19 intendebat † alicui iniuriam inferre, & intulit
alteri, & nõ excuſatur; ea ratione, quia in eo erat
animus iniuriandi; & ita loquitur.l. eum qui. al-
lega. in glo. cum ſimi. Aut quis nõ intendebat
alicui iniuriari, & hoc caſu, licet vnum vellet
percutere, puta ſeruum, vel filium ad caſtigan-
dum, vel emendandum, & alium percuſſerit,
non tenetur; ita loquitur.l.ſi cum ſeruo. In ea-
dem ibi, quoties conuicium dicitur, docto. hic
tractant illam notabilem, & quotidianam quæ-
20 ſtionem. Vtrum ille qui † contra aliquem pro-
tulit conuicium, fortè dicendo ipſum furem
adulterum, baſtardum, cucurbitum, gilbum, vel
quid ſimile, teneatur actione iniuriarũ. Circa
quem articulum ex mente Hoſti. & Io. An. hic,
Pet. & Cy. & aliorum in.l.ſi non conuicij. C. eo.
poſſumus diſtinguere, ꝙ aut id quod dicitur
eſt verum, vel falſum, vel eſt tale, quod non
poteſt probari. Primo membro diſtingue tres
caſus. Primus eſt, quando reipublicę intereſt
tale crimen detegi, & puniri; vt puta, ſi vocauit
furem, adulterum, vel homicidam. Secundus,
quando intereſt detegi, ſed nõ puniri. Tertius,
quãdo neutrum intereſt. Primo caſu, aut quis
talia conuicia dicit, accuſando, vel denũtiando
ad finem, vt talia delicta puniantur. Et hoc ca-
ſu, ſi probat, nõ tenetur. vt in.l. eum qui. & .l. qui
reipublicæ. ff. eod. & .l. pen. C. eo. Et idem dicen
dum eſt, quando talia conuicia diceret excipien
do, vt eum fortè repelleret à teſtimonio, ordine,
vel beneficio, vt not. in ſimili in.c.ſuper ijs. ſup
21 de accuſ. Nã cum talis † accuſans, vel deferens
eum, vtatur iure ſuo, nemini videtur iniuriam
inferre. vt.l. iniuriarum. §.1. ff. eod. & .l. nemo
damnum. ff. de reg. iur. & ſupra de elect. c. cum
vulterana. & qd[r] not. in.l. gracchus. C. de adult.
& .l. in ijs. ff. ſol. matrimo. Et vide quod not.
Innocẽ. in.c. ſolicitudinem.s. de appellat. Aut
quis ſolum id facit, aut dicit ſolum ad infaman-
dum, non accuſando, denuntiando, nec exci-
piendo, & hoc caſu cum talis infamator non vi
deatur iuſtam habere cãm, tenetur actione iniu
riarum. vt not. in.l.3. & .l. pen. C. eod. 6.q.1.c.
ex merito. & .c. deteriores. & tenet Hoſti. & Io.
Andr. Quod tamen ego ſingulariter limitaui
in.c.1.s. eod. in fi. ſecundi caſus principalis;
videlicet, ſi modo non prouocatus conuicium
dixit. Secus ſi ab altero ſibi conuiciante ipſe pa-
riter incontinenti conuicium dixit, & quod di-
xit, verum erat; nam tunc non tenetur per ra-
tiones, quas ibi dixi. Et ex prædictis ſequitur,
22 ꝙ ſi aliquis narrat † in libello aliqd[r] conuiciũ, ꝙ
habeat aliquẽ diffamare, & nõ ad principalẽ ſuã
intẽtionẽ, ꝙ talis teneatur actione iniuriarum,
licet verũ dicat. Ita intelligo quod not. Bart. in
.l. apud labeonem. §. ſi quis libellans. ff. eod.
Secundo caſu, quando ſolum intereſt reipubli-
cæ tale conuicium detegi, ſed non puniri.
Exemplum, ſi aliquis vocat alium leproſum,
vel alio modo infectum. Et hoc caſu po-
teſt ſimiliter diſtingui, quòd aut hoc dicit
denuntiando reipublicæ, vel Epiſcopo, vel
alijs



alijs ad finem, vt caueant, ne inficiantur per
contagionem, & hoc caſu non tenetur. Aut ſo-
lum dixit ad iniuriam, & contumeliam illius, &
tunc tenetur. arg. iurium ſupra allegatorum.
Tertio caſu, quando in nullo intereſt reipubli-
cæ, nec detegi, nec puniri. Exemplum, ſi vocat
eum cucurbitum, vel gilbum, ſeu baſtardum, &
tunc aut nulla occurrit iuſta ratio, propter quã
hoc faciat, ſed ſolum hoc facit ad diffamandũ;
& tunc tenetur per iura ſupra allegata. Aut oc-
currit aliqua iuſta ratio, vt puta, vt ipm̃ emen-
det, vt fortè, quia gilboſus eſt, aut multum de-
formis, & quotidie vadit vagizando, & hoc ca-
ſu non tenetur. Simile etiam in baſtardo, ſi hoc
dicit, vt illum ab hæreditate repellat; quia hoc
licitum eſt cum veritate dicere, vt.c. cauſam quę
& in.c. lator.s. qui fi. ſint leg. Aduerte tamen,
quia in baſtardo poteſt dici, quòd interſit rei-
publicæ, nè fortè promoueatur ad publicos ho
23 nores, † ad quos regulariter promoueri non po
teſt. vt.l. ſpurij. ff. de mune. & hono. Vel etiam
vt non promoueatur ad ordines, aut beneficia
eccleſiaſtica, vt ſupra de fi. prçsbit. per totum.
Et ad prædictos etiam duos caſus, hunc, & præ
cedentem potes adaptare limitationem, quam
poſui in fi. primi. Circa ſecundum membrũ,
quãdo id quod dixit nõ eſt verum, vel non põt
24 probari; quia videntur hæc paria, † quò ad fo-
rum contentioſum. Facit.l. duo ſunt. ff. de te-
ſta. tut. & quod not. in.c.2.s. de offic. ord. & in
.c. ex tenore. in fi. & .c. quæſitum. in fi.s. de tem.
ord. & hoc caſu tenetur; quia qui non probat
25 tale conuicium † in contumeliam alterius pro-
latum, calumniari, vel iniuriari præſumitur.
2. quæſt. 3. c. calumniator. & ſeq. Et facit qd[r]
legitur, & not. in.c. ſuper his.s. de accuſat. & in
.c.1. §. fin. de elect. lib.6. & ibi glo. in.c. pia. in
fi. de except. lib.6. Not. Bar. de Salice. in.l. non
ideò minus. C. de accuſa. Et hoc procedit etiã
ſi per viam exceptionis is propoſuit aliquod
crimen, vel aliquem defectum non verum, vel
non probauit. Ad quod vide plenè per Oldr.
conſi. 53. quod incipit, conſueuit dubitari. Et
adde ad ea quæ dixi de eo qui ad iudicium cri-
minale, vel ciuile aliquẽ trahit per calumniam,
in.c.1.s. de calum. Aduerte tamen, quia qui-
dam alij legiſtæ diſtinguunt, quòd aut dixit cõ-
uicium, de quo poterat quis accuſari, & non te-
netur, ſi verum dixit, vt.d.l. eum. Aut de eo, de
quo non poterat accuſari, nec ſua culpa con-
tingit, ſed diuino iudicio; videlicet, ſi dixit clau
dum, gilbum, vel pauperem, & tunc etiam ſi ve-
rum dixit, tenetur; niſi probet quòd non dixit
animo iniuriandi. Et hanc opinionem tenebat
Dyn. alij verò aliter diſtinguunt. Sed tu dic
vt ſupra dixi. In eadem glo. ibi, & aliud ſcias,
dic dę hoc, vt dixi ſupra in rubr. In eadem glo.
ibi, diſſimulatione, dic vt dixi in.c. olim. ſupra
eod. In fi. glo. dic, vt dixi in.c.ſi bos.s. eod.
Glo. ſuper ver. animalia. ad declarationem ſecũ-
dæ partis principalis tex. noſtri, quærit, qualiter
26 pars tenetur pro damno † illato ab animalibus
ſuis. Et diſtinguit inter aĩãlia mãſueta, & fera.
Et ſubdit quę dicantur fera. de qua materia ẽt
pleniſſimè dixi in.d.c.ſi bos. ſupra eod. De-
27 inde glo. in fi. ponit quæ differentia † ſit inter
titulum leg. aquil. & titulum de pauper. & tit.
de noxal. dic vt in ea. In glo. ſuper ver. non
curaſti. in fi. dic etiam de hac materia, vt latius
dixi in.c.ſi bos. vbi tradidi, qua actione tenet̃, &
an actione edilitia, & ad quantum tenetur. In
glo. penult. in fi. dic circa hanc materiam, vtrum
28 ille † qui occaſionem damni dat, damnum dediſ-
ſe videatur, diſtingue, quòd aut quis dabat ope
ram rei illicitæ, & procedit dicta reg. vt in.c. de
cætero. ſupra de homici. & in.c. ſicut nobis. de
teſtib. & ibi glo. & Hoſtien. in.l. item mella.
§.1. ff. ad leg. aquil. & .l. nihil. ff. ad leg. cornel. de
ſicar. 50. diſtinct. c. centum. Quod eſt verum,
quãdo eſt propinqua, & ordinata ad illud, & ita
debent intelligi illa iura, & tex. noſter. Secus
ſi remota, & non ordinata ad illud. vt.l.2. ff. de
furt. & .l. qui iniuriæ. eod. tit. Facit quod not.
in.c. petrus.s. de homicid. & quod dixi in.d.c.
de cætero. in fi. Aut quis dabat operam rei li-
citæ, & tunc aut adhibet diligentiam, quam de-
bet, & non tenetur, vt hic. & .23. quæſt. 5.c. de
occidẽtis. not. glo. & Hoſt. in.d.c. ſicut. & not.
in.l.ſi putator. ff. ad leg. aquil. §. item ſi putator.
ſecundo reſpon. Aut non adhibet diligen-
tiam, quam tenetur, & tunc aut dat occaſio-
nem damni proximam, & videtur damnum de-
diſſe, vt in iuribus in glo. allegatis. & in.d.l.ſi pu
tator. primo reſpon. Aut remotam, & talis nõ
videt̃ dediſſe damnum. vt. ff. loca. in.l. qui do-
mum. in.c. exhibita. ſupra de homici. Exem-
plum de fabro, qui fecit cultellos, cum quibus
aliquis fortè poſtea interficitur, & de fabro qui
facit feneſtram, per quam quis ſe præcipitauit.
Facit quod dixi in.d.c. de cætero. in fi. Et hoc
29 verum, niſi cauſa remota † eſſet ordinata veri-
ſimiliter ad cauſatum, ita quòd propter ipſam
ordinationem, & conſequentiam cauſari præ-
ſtans cauſam remotam, videtur habuiſſe ani-
mum ad cauſatum. Et ita poteſt intelligi.c. præ-
sbiterum. ſupra de homicid. Et ad hanc ma-
teriam vide quæ latius dixi ſupra in.c. ad au-
dientiam. de homicid. in ſeptimo principali ar-
ticulo. quæſtio. 42. & alijs pluribus ſequentib.
quaſi vſque in fi. Poſtremo pro complemen-
to materiæ huius tituli, quæro quanto tempo-
30 re † duret actio iniuriarum. Sol. dic, ꝙ actio
iniuriarum quãdoq; eſt prætoria, & quandoq;
eſt ciuilis. Prætoria eſt, quæ deſcendit ex edi-
cto, & talis anno cõtinuo durat. vt.l.ſi nõ con-
uicij. C. eod. niſi fieret per metum; quia tunc
durat anno vtili. vt. ff quod met. cau. in.l.ſi cum
exceptione. §.1. & ibi not. glo. & traditur in
dicta.l.ſi non conuicij. & quod not. glo. 23.
quæſtio.4.c.ſi illic. Iaco. Fu. de Lana, voluit,
quòd annus in hac actione eſſet vtilis; quia ſic
conſueuit prætor loqui. inſtitu. de perpet. &
tempo. act. in princip. Sed hæc opinio com-
muniter* reprobatur in actione prætoria. Sed Cõm. op.
in actione ciuili, qualis eſt quę deſcendit ex lege
cornelia; quæ competit in tribus caſibus. ſ. quã-

do pars dicit ſe pulſatam, verberatam, vel in domum introitum per iniuriam. vt.l.lex cornelia.ff. eod. & Inſtitu. eod. §. ſed lex cornelia. Sed tu dic, quòd imò eſt dubitatio, vtrum talis actio, vel ſit annalis, vel perpetua. Nam Ioã. antiquus gloſſator iuris ciuilis, dixit ipſam eſſe annalem, & anno continuo tolli, vt dicta l. ſi non conuicij. Nec obſtat Inſtitu. de perpet. & tempo. act. in princip. vbi dicitur, quòd actiones ex lege competentes, ſunt perpetuæ; quia ſecundum Ioã. ſpeciale eſt in actione iniuriarum, quòd ſit temporalis. Sed Mar. tenuit contrariam ſententiã, & ipſius opin. fuerunt Odoffre. Pla. & Iacob. de Are. Et in hanc videtur inclinare Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. & qualis ſit. Sed primam opinionem tenuerunt Guil. & Azo. & ſequitur glo. Inſtit. de perpet. & temp. act. in prin. & cõiter* doct. in. d. l. ſi non cõuicij. & glo. in. d. l. ſi cum exceptione. §. 1. & glo. in. d. c. ſi illic. & Specu. eod. titu. §. 1. ver. poteſt autem. & ibi Ioan. Andr. in additio. in ver. & ſcias. & etiam Hoſtien. in c. ea noſcitur. infra de ſenten. excommunica. Quod tamen limita, ſi modo quis vellet per modum actionis conſequi æſtimationem iniuriæ. Sed ſi per viam exceptionis; quia non poteſt quis abſolui ab excommunicatione qua tenetur ꝓpter iniuriam illatam, niſi ſatisfaciat læſo, tunc etiam poſt annum per viam exceptionis conſequitur, vt ibi not. Et aduerte, quia talis actio iniuriarum perpetuatur ſolum per litis conteſtatio. vt probatur in. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & .l. ſenatus. ff. de offic. præſid. & per Barto. in. l. 3. ff. pro empto. Vel etiam per libellum datum principi. vt. l. 1. & 2. C. quando libe. princ. dat. &c.

Cõm. op.

## De Pœnis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Delicta non debent remanere impunita.*
2 *Pœna quid ſit. Et quæ differentia ſit inter pœnam, & multam; ibidem; remiſſiuè.*
3 *Pœnarum ſpecies quot ſint. Et ibi ſecundum aucto. quatuor ſpecies principales ponuntur. Aeterna. ſ. vt nu. ſeq. Temporalis, num. 5. Spiritualis, num. 38. Et conuentionalis, num. 40.*
4 *Pœna æterna, ſeu diuina quotuplex ſit.*
5 *Pœna temporalis, quotuplex ſit.*
6 *Capitalium pœnarum tres ſunt ſpecies principales. Et ibi de prima ſpecie. De ſecunda nu. 7. De tertia, nu. 8.*
*Et an iſtæ pœnæ habeant locum de iure canonico, nu. 20.*
9 *Pœna damnationis in metallum, vel deportationis, hodie non eſt in vſu.*
*Fallit apud Venetos, & Iannuenſes. ibidem.*
10 *Iudex quando poſſit ex arbitrio pœnam non vſitatam alterare.*
11 *Membri mutilatio, vtrum ſit pœna capitalis. Et quid ſi ex ſtatuto, vel conſuetudine veniat imponenda pœna corporalis. num. 13.*
*Et quòd non imponatur de iure canonico. num. 35.*
12 *Pœna capitalis an ſit, ſi duæ imponuntur pœnæ alternatiuæ, vel variæ, per varia ſtatuta.*
*Et ibi, quid ſi imponitur pœna arbitraria.*
*Et quid ſi pœna pecuniaria, & in defectum non ſoluentis, pœna capitalis imponatur. ibidem.*
14 *Pœna quòd quis poſſit impunè offendi, an dicatur capitalis.*
15 *Statutum diſponens quòd pro aliquo delicto quis pœna capitali ſit puniendus; an intelligatur de pœna mortis, an de mitiori. Et quid ſi diſponat, quòd pęna capitis veniat puniendus. nu. 17.*
16 *Statuta recipiũt interpretationem paſſiuam à iure communi.*
18 *Statutum diſponens, quòd quis puniatur in ære, & perſona, quomodo intelligendum ſit.*
19 *Pęnæ non capitales ſunt quatuor. Et ibidem quæ ſint. Et an ſint in vſu ſecundum canones. num. 33.*
20 *Pęna mortis nunquam imponitur per eccleſiam. De quo dic, vt ibi.*
21 *Pœna perpetui carceris inuenta eſt de iure canonico. Et ad ſimilitudinem damnationis in metallum. Et eſt capitalis. ibidem. Et quando imponatur. nu. 31.*
*Et quid ſi iudex ciuilis damnaret aliquem ad hanc pœnam; an ſententia valeret. nu. 22.*
*Et an in locum pœnæ damnationis in metallum, poterit prædictam pœnam perpetui carceris imponere. nu. 23.*
*Et quid ſi ſit in arbitrio iudicis imponere omnem pęnam. num. 24.*
*Et an dominus poſſit acquirere per ſeruum damnatum ad perpetuum carcerem. num. 25. remiſſiuè.*
*Et an damnatus ad perpetuum carcerem poſſit hæres inſtitui, vel ei relinqui alimenta poſſint. ibidem; remiſſiuè.*
*Et an talis efficiatur inteſtabilis. nu. 26. & 28.*
27 *Iudices non poſſunt imponere pęnas nulla lege inuentas.*
*Neque dare morituro mortis electionem. ibidem.*
29 *Carcer perpetuus non imponitur ad pęnam, ſed ad pęnitentiam peragendam.*
30 *Iudex eccleſiaſticus quando non poſſit damnare laicum ad perpetuum carcerem.*
32 *Pęnam perpetui exilij imponit eccleſia in locum deportationis.*
*Item & pęnam excommunicationis. ibidem.*
*Excommunicatus, an æquiparatur relegato. Dic vt ibidem, remiſſiuè.*
33 *In locum relegationis quam pęnam imponat eccleſia.*
34 *Infamis ſecundum leges ciuiles, infamis etiam ſecundum canones iudicatur.*
36 *Ictus quilibet fuſtium, eſt maior qualibet pœna pecuniaria.*

37 Pecu-



37 *Pecuniaria pœna imponitur in priuatis delictis, & quandoq; in publicis.*
38 *Spiritualis pœna quadruplex eſt. Et ibi quæ ſint.*
39 *Iudices ſæculares, quare non poſſint imponere pœnas ſpirituales.*
40 *Conuentionales pœnæ, quæ dicantur. Et ad quas ſe poſſint alligare partes; ibidem. & vſque ad finem rub.*
41 *Matrimonia debent eſſe libera.*
42 *Pacto obligare ſe ad pœnam corporalem nemo poteſt. Quod declara vt ibi.*
43 *Pacto obligare ſe ad pœnã perpetui carceris, quis non poteſt de iure ciuili.*
*Et quid de iure canonico. nu. 44.*
45 *Clericus poteſt ſe pacto obligare ad pœnam perdendi beneficium.*

CONTINVATVR ad præcedẽtes hoc ordine. Supra viſum
fuit de delictis, verum, quia † delicta
1 non debent remanere impunita. vt. l. ita
vulneratus. in fin. ff. ad leg. aquil. & ſm
varietatem delictorum variæ imponuntur pœnæ. Ideò ſubijcitur hæc rubr. de pœnis. Pro
2 cuius declaratione, quæro primo, quid ſit † pœna. Sol. dic, ꝙ eſt delicti coercio, ſeu ſatisfactio
lege, vel alio iure limitata. Vel dic, ꝙ pœna eſt
noxię vindicta. Vel ſecundum Azo. in ſum. eo.
tit. dic, quòd eſt ſatisfactio delicti à lege, vel mi
niſtro legis impoſita. Et quæ ſit differentia inter pœnam, & mulctam, & qualiter pœna quan
doq; dicitur mulcta, vide quæ dixi in. c. 2. Se-
3 cundo q̃ro, quot ſint pœnarum † ſpecies. Sol.
vario modo ipſarum ſpecies diſtinguit Aug. in
lib. 21. de ciuitate Dei. dicit. n. ꝙ octo gña pœnarum iu legibus eſſe, ſcribit Tullius. ſ. mortem,
per quam tollitur vita. Verbera. Item & talio,
vt ſi quis oculum pro oculo perdat. & per prædicta quis amittit corporis incolumitatem.
Quarto ſeruitutem. Et quinto vincula, per quæ
perdit quis libertatem. Item exilium, per qd'
perditur patria. Damnum, per quod perduntur
diuitiæ. Ignominia, per quam perditur gloria.
Alij verò aliter ſenſerunt. Sed ex varijs opin.
dico, ꝙ pęnas poſſumus diſtinguere in quatuor
4 ſpecies principales. Prima eſt æterna, † ſeu diuina, & principaliter eſt duplex. Vna perpetua,
& hæc inferni. Alia temporalis, & hæc purgatorij. de quib9, & ipſius inferno, & purgatorio,
remitto me ad theologos. Et concedat nobis
omnipotens Deus pro ſua ineffabili clementia,
& pietate, vt neque perpetuam, neq; temporalem, aut alicuius ſpeciei cognitionẽ habeamus.
5 Temporalis verò † eſt multiplex. Nam ſecundũ
leges ſeptem videntur eſſe ſpecies principales,
6 quarum tres ſunt capitales, & quatuor non capitales. Prima ſpecies capitalis, per quam tollitur vita. Et in hac etiam dantur aliqui gradus.
Nam maxima videtur eẽ cremationis, & ignis.
Secunda, beſtijs ſubijci. Tertia, furca, ſeu cruce ſuſpendi. Quarta, decollari, vt dicit Bal. in
repeti. l. data opera. C. qui accuſ. non poſ. vnde
qualitercunque pœna mortis infertur, quę alijs
modis poteſt inferri, ſecundum ꝙ homines varia, & terribilia ſupplicia adinueniunt, capitalis
dicitur, etiam in prima ſpecie, vt. ff. eo. l. aut dãnum. §. vita. & .l. vltimum ſupplicium. & .l. capitalium. in princip. & .§. famoſos. ff. eod. &
.l. 2. ff. de pub. iudi. Secunda ſpecies capitalis
7 † pœnæ eſt, quę dicitur morti ꝓxima; quia per
eam perditur libertas, ciuitas, & familia, quanuis vita retineatur, & hæc eſt metalli coercio.
Ad cuius intelligentiam debes ſcire, quòd quidam damnantur in metallum, & ipſi grauioribus vinculis puniuntur. Alij in opus metalli, &
ij leuioribus vinculis detinentur. Sed in hoc
ſunt æquales, quia ciuitatem, libertatem, & familiam amittunt. Alij verò damnantur in miniſterio metallorum. i. ſeruiũt damnatis in metallum. Quo caſu, ſi in perpetuum damnantur
etiam ipſi fiunt ſerui pœnæ. Si verò ad tempus
ſolam ciuitatem amittunt, & non libertatem. &
hæc habentur. ff. eod. l. aut damnum. §. eſt pœna. & .§. inter eos. & .§. in miniſterium. Et ad
prædictas pœnas poſſunt damnari etiam ſerui,
propter quos domini eorum dominium amittunt. Quod tamen non amitterent, ſi ad vincula damnarentur. vt. d. l. aut damnum. §. ſeruos.
Et eſt hoc magni effectus, ꝙ non amittãt dominium propter acquiſitionem, quam poſſent facere in ſecundo caſu ex perſona ſerui, vbi in pri
8 mo caſu nõ poſſent. Tertia ſpecies † pœnæ capitalis eſt, qualis eſt eorũ qui in opus perpetuo
ſunt damnati. Intellige tamen, quòd non in
opus metalli, ſed in aliud opus publicum; puta,
quòd ſit lictor communis. Qd' intelligit Ange.
quãdo ad tempus damnaretur. Secus ſi in perpetuum, quia tũc fieret ſeruus pœnę, vt. d. l. aut
damnum. & .l. capitalium. & .l. quidam. ff. eod.
& hoc voluit Ange. in. d. l. 2. ff. de pub. iudi. Et
etiam ſentit ibi Barto. Sed Io. de Imo. dicit, ꝙ
etiam ſi perpetuo damnaretur ad tale opus, vel
ſimile, dicitur ſolum perdere ciuitatem, & non
libertatem. Et ideò veniret ſub ſecunda ſpecie
pœnę capitalis. & mihi placet, per tex. in. d. l.
quidam. Nec obſtant alij tex. allegati in contrarium; quia loquuntur de damnatis in metallum, ſeu ad ſimiles pœnas metalli. Et ſub iſta
ſpecie continentur deportati in Inſulam. Nam
& iſti libertatem retinent, & ea omnia quę ſunt
iuris gentium, ſed amittunt ciuitatem, vt. d. l.
9 quidam. Et aduerte, quia hodie pœna † damnationis in metallum, vel deportationis non eſt
in vſu. Facit quod not. glo. Inſtit. qui. mo. ius
pat. poteſ. ſol. §. cum autem. Quãuis, vt accepi,
Veneti, quandoq; deportatione vtãtur in inſulam Candiæ; & etiam Ianuen. in Famagoſtam.
10 Et ideò apud illos qui dictis pœnis † non vtuntur, quando committeretur delictum talibus
pœnis dignum ſecundum iuris diſpoſitionem,
eſſet in arbitrio iudicis alterare illam pœnam.
niſi ex forma ſtatuti aliud prouideret, per not.



in. l.

in.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infami. &
in.l.hos accuſare. §.omnibus. ff. de accuſat. &
quod not.Innocen.in.c.qualiter.2.ſ.de accuſa.
& docto.in auth.ſed nouo iure. C.de ſer.fugi.
Sed dubitatur circa prædicta, vtrum membri
11 †mutilatio ſit pœna capitalis. Dyn.tenet quòd
ſit pœna capitalis, per tex.in.§.ad hæc. in auth.
de collat. Sed Bart.in.d.l.2.ff.de pub.iudi.te-
net contrarium per plures rationes. Bal. verò
in.d.l.data opera. C.qui accuſa.non poſſ.tenet
ſententiam Dy. vide latius per eos in dictis lo-
cis. Secundo dubitatur, vtrum dicatur pœ-
12 na † capitalis, ſi duæ imponuntur pœnæ al-
ternatiuè; vna capitalis, & alia non capitalis.
Vel imponuntur variæ pœnæ per varia ſtatuta,
quia pro eodem delicto vnum ſtatutum impo-
nit pœnam capitalem, aliud ſtatutum pœnam
non capitalem. Et quid iuris, ſi imponitur pœ
na arbitraria. Et quid iuris, ſi imponitur pœna
pecuniaria, & in defectũ nõ ſoluentis, imponit̃
pœna capitalis, an prædictæ pœnæ debeant
iudicari capitales, vel non, tradunt Barto. Ang.
& Ioan.de Imo.in.d.l.2. & Bal.etiam in.d.l.da-
ta opera. Ad quod vide quæ latè dixi in.c.ve-
niens.ſ.de accuſat.in ſecundo membro princi-
pali.q.3. & quinque ſeq. Et aduerte, quia di-
cit Bal.in repetit.l.ſeruum quoq;.§.publice.ff.
13 de procurat.quòd vbicunque ex ſtatuto, † vel
conſuetudine, venit imponenda pœna corpo-
ralis, illa dicitur capitalis. Quod dictum ita
ſimpliciter mihi non placet. Nam fuſtigatio,
& verberatio eſt pœna corporalis, & tamẽ non
eſt capitalis, vt eſt tex.in.d.l.2.in fi. Facit quod
dixi ſupra de mutilatione membri. Item dubi
14 tatur quid iuris de pœna, † quòd quis poſſit im
punè offendi, vtrum dicatur capitalis. Exem-
plum, dictat ſtatutum, quòd quicunq; declinat
iuriſdictionem poteſtatis, poſſit impunè offen-
di, vtrum pœna dicatur capitalis. Barto.tenet ꝙ
ſic, in.d.l.2. dummodo talis pœna ſit perpetua.
Secus ſi non ſit perpetua; vt puta, ſi ſtatutum
dictat, quòd damnatus à ducẽtum libris ſupra,
poſſit impunè offendi, prout etiam viget hic
ſtatutum. nam tunc non cenſetur capitalis.
Sed hoc vltimum non placet Ange. vide quod
dixi in.d.c.veniens.in ſecundo membro.q.12.
Et ex prædictis omnibus infert̃, quòd cum pœ
narum capitalium variæ ſint ſpecies, ſi ſtatutum
15 diſponeret, † ꝙ pro aliquo delicto quis deberet
puniri pœna capitali, quòd talis non eſſet pu-
niendus pœna mortis; ſed eſſet ſibi imponen-
da illa pœna capitalis, quę eſt mitior, ſecun-
dũ dictas ſpecies; & hoc voluit glo. ſingulari.
in.l.1.C.ne iudę.chriſtia.mancipa. Facit reg.
in pœnis.de reg.iur. lib.6. cum ſua materia.
Quod ego arbitror limitandum, & ita reperi
Ioã.de Imo. limitantem in dicta.l.2. ſi modo
ſtatutum non loqueretur de delicto, ꝙ de iure
communi eſſe capitale; ſed delictum aliquod
non capitale, faceret capitale. Sed ſi loquere-
tur de aliquo delicto, quod de iure communi
eſſet capitale, tunc pœna capitalis appoſita in
ſtatuto, declararetur, & intelligeretur ſecundũ
terminos iuris communis. Et ideò ſi de iure
communi veniret imponenda pœna mortis,
intelligeretur ſtatutum de pœna mortis; quia
16 ſtatuta † recipiunt interpretationem paſſiuam
à iure communi. vt.l.2.C.de noxal.&.l.vt gra-
datim.§.ſed ſi lege.ff.de muner. & hono. Sed
magis dubium eſt, quid ſi ſtatutum diſpone-
17 ret, † quòd pro tali delicto quis puniatur pœ-
na capitis, an debeat imponi pœna mortis.
Goffre.& Ioan.And.in.c.quanto. ſupra de iu-
reiuran.dicunt, quòd Ioan.Tercotus gloſſator
defenſauit quẽdam à pœna mortis in caſu prę-
dicto; quia ſtatutum dicens, puniatur pœna
capitis, intelligitur, hoc eſt pœna capitali; er-
go in capitalibus mitior eſt eligenda; & ſic non
venit pœna mortis. Quod eſſet limitandum
ſecundum quod ſtatim dixi in præcedenti caſu.
Item fortè procederet hoc dictum, niſi ex ad-
uerſo probaretur, quòd communis vſus lo-
quendi, & intelligendi haberet, quòd pœna
capitis importaret pœnam mortis, & capi-
tis decollationem, per not.in.l.liberorum.§.
quod tamen caſſius.ff.de legat.3. & in.l.labeo.
ff. de ſuppel. lega. & in.l.cum delanionis. §.
aſinam. ff.de fun.inſtruct. Facit etiam pro di-
cta ſententia.l.qui cum maior. §. is demum.
ff. de bon. liber. & tex. in.l.1. iuncta glo. C. de
fal. vbi glo. innuit pœnam capitis, capitalem
appellari. Secus ſi ſtatutũ diceret capitis ampu
tatiõe, puniat̃, vel caput amputetur, per.l.capi-
talium.in prin.ff.eod. ibi capitis amputatione.
Et ex prædictis infertur ad declarationem ſta-
18 tuti Senen.diſponendo, quandoq; † quòd quis
puniatur in ære, & perſona. Nam intelligi-
mus illud in perſona, in mitiorem partem. Niſi
aliàs delictum illud de iure communi puni-
bile eſſet capitis amputatione, per ea quæ ſu-
pra dicta ſunt. Et vide ad prædicta quæ di-
xi in.c.qualiter.2. ſupra de accuſa. decimoquar
to principali articulo.quæſtio.16. Et hæc de
19 pœnis capitalibus dicta ſufficiant. Pœnæ † non
capitales verò ſunt quatuor. Prima, relegatio
ad tempus, vel in perpetuum, per quam quis
retinet bona, licet à ciuitate diſcedat. Secun-
da eſt infamia. Tertia eſt dignitatis amiſſio,
vel ad dignitatem, ſeu officia interdicta aſpi-
ratio. Quarta eſt verberum experimentum,
ſeu ſimilis in corpus coertio, vel pœna pecu-
niaria. vt.l.ſi quis fortè. §. fina. & .l. aut dam-
num. ff. eod. & .l. relegatorum. §. ad tem-
pus. ff. de interdict. & relega. Et hæc pro-
cedunt de iure ciuili. De iure autem cano-
20 nico, vtrum prædictæ pœnæ † locum habeant,
dic, quòd prima pœna capitalis; videlicet,
mortis, nunquam imponitur per eccleſiam, vt
ſupra ne cler. vel mona.c.ſententiam. 51.diſtin.
c.1. &.2. Sed eſt quædam, quaſi illi ſimilis.ſ.
quando relinquitur curiæ ſæculari puniendus.
ſupra de crimi.fal.ad falſariorum. ſupra de iudi.
c.cũ non ab homine.ĩ.de verb.ſig.c.nouimus.
& ibi dicam, & ponã materiam relegatorum.
Secunda autem pęna capitalis, videlicet, dãna-
tionis in metallum, aut in opus metalli &c.
ſecun-



ſecundum canones non inuenitur. Si tamen
imponeretur, non retractaretur, argu.c.1. ſu-
21 pra de calum. Sed illi † quaſi ſimilis adinuenta
eſt pœna perpetui carceris, quæ ſolum pro gra-
uiſſimis delictis imponitur. ſupra de hære.c.
penul. Et tenet Bar. in .l.2 .ff. de publi.iudi. ꝙ
talis pœna ſit capitalis. De iure autẽ ciuili, vix
ſeruus damnari debet ad perpetuũ carcerem. vt
d.l.aut damnũ. §. ſolent. & .l. incredibile.c.eo.
22 Glo.tñ.ibi ſentit, ꝙ ſi † iudex ciuilis damnaret
ad hanc pęnam, ſentẽtia teneret. quaſi ſentiat,
ꝙ ſententia ſit contra ius partis, & non contra
ius ſcriptũ. Sed Bal. ibi, videtur tenere cõtra-
rium. Subdit tamen ibi Bal. quòd ſi de iure ci-
23 uili veniret † imponẽda aliqua pœna, per quã
quis deberet effici ſeruus pœnę. Exemplum in
damnato in metallum, quòd cum illa pœna nõ
ſit in vſu, poterit etiam ſecularis iudex in lo-
cum ipſius pœnam perpetui carceris impone-
re. Et vide etiam ibi per eum qui dubitat, an
24 ſi ſit datum † arbitrium officiali imponendi
omnem pœnam, poſſit imponere pęnam per-
petui carceris. Et ſentit ibi quòd non; quia
debet intelligi ſtatutum, dummodo nõ impo-
nat̃ pęna à iure prohibita. Quod ego ĩtelligo,
niſi in caſu prædicto, quãdo in locum alterius
quæ non ſit in vſu, vellet illam imponere. Item
etiam hoc intelligo, niſi ex forma alicuius ſta-
tuti, pro aliquo delicto imponeret̃ pœna per-
petui carceris. Vide omnino quędã ſingularia,
quæ dixi in .c. veniens .ſ. de accu. in ſecundo
25 membro.q.11. vtrũ dominus † poſſit acqui-
rere per ſeruum damnatũ ad perpetuum car-
cerem. Et an damnatus ad perpetuum carce-
rẽ, poſſet hæres inſtitui, vel relinqui alimenta.
Et ad prædicta adde quod ſingulariter not.
Ange. & ſequitur Io. de Imo. in .l.ſi quis mihi
bona.§.1.ff. de acqui.hære. vbi volunt, quòd
quamuis damnati ad mortem, & ad pęnam per
quam efficiuntur ſerui pęnæ, amittãt libertatẽ,
de quib' dixi in.1.&.2.q.capitalis pęnæ, & nõ
ſint teſtabiles, vt traditur in .l. eius .ff.de teſta.
& in.l. ſi quis filio.§.irritũ. & .§.eius.ff.de irri.
26 teſta. tamen † ſi aliquis in terris imperij ſit
damnatus ad perpetuum carcerem, quòd pro-
pter hoc non efficietur inteſtabilis. Et idem
dicunt, ꝙ ſi aliquis eſſet damnatus ad mortẽ
per venenum, prout fuit Socrates, vel ad aliam
ſimilem ſpeciem pœnæ prohibitæ, vt .l. aut
damnum.§.1.ff. eo. quia tales non efficiunt̃ in
27 teſtabiles; neq; enim poſſunt iudices † impone
re genera pęnarum quæ in nulla lege inueniun-
tur, vt .d.§.1. vbi tex.& glo. ſingulariter volũt.
Quòd iudex non poteſt dare morituro mortis
electionem. & idem tenet Bal. in.l.1.C. de his
qui ad liber. per. non poſ. & de hoc vltimo di-
xi in .c. ſicut iudæi. ſupra de iudæ. Et not. per-
petuò, ꝙ tales non efficiuntur inteſtabiles;
quia quotidie poteſt contingere, & iſto anno,
28 fuit de facto. Quod tñ intelligo, vbi † ex for-
ma ſtatuti illa pęna non imponeretur. Vel etiã
vbi in locum pęnæ quæ nõ ſit in vſu, pęna per-
petui carceris imponitur, ſecundum quod ſu-
pra dixi; quia tali caſu damnatus ad perpetuũ
carcerẽ efficeretur inteſtabilis actiuè, & paſſi-
uè. Nam cum talis ſolum capiat alimenta, &
vix ad neceſſitatem, non dicitur eſſe perſona;
Sed quædam natura eſuriens, vt dicit Bal. in .d.
.l.1.C. de his qui ad liber. per. non poſ. Ad-
uerte tamen, quia .D. m. in .c.tuæ. infra eod.
dicit ſe vidiſſe ſuper hæc conſilia diuerſa. Ali-
qui enim conſuluerunt, quòd damnatus ad per-
petuum carcerẽ efficiebatur inteſtabilis. Alij
contra tenent. Et hæc opinio plus ſibi placet;
29 quia † carcer perpetuus non imponitur ad pę-
nam; ſed ad pęnitentiam peragendam. vt .c.
nouimus.de verb.ſig.&.c.quãuis.de pęn.lib.6.
Sed plus mihi placet opi. præcedens. Et not.
30 etiam circa prædicta, quòd iudex † eccleſiaſti-
cus, ſi eſt de inferioribus Prælatis, nõ poteſt
damnare laicum ad perpetuum carcerẽ; quan-
uis laicus ipſe ratione delicti per ſe commiſſi, ſit
effectus de foro eccleſiaſtico. Ita tenet Ludo.
Ponta. in ſingulari. ſuis ſingul. 711. allegat ad
hoc dictum Ioan. Andr. in addi. Specu. in rub.
de offi.or. Et Oldra. in conſ. 88. Sed ego in
.d. conſ. nihil habeo de hoc. & Ioan. An. non
loquitur in prædictis terminis. Allegat etiam
ad hoc.c. ſi epiſcopus. de offi. or. lib. 6. Sed
redeundo nunc ad dictam ſpeciem pęnæ capi-
31 talis, dico quòd † eccleſia imponit ſimilem
pęnam illi. Et patet in caſibus, in quibus impo-
nit pęnam, per quam quis redigitur in ſeruitu-
tem. vt ſupra de iudæ. c. ita quorundam. 32.
diſt. c. eos. Vel quando tradit aliquem curiæ
ſeruituti. 11.q. 1.c. ſtatuimus. Quod intelli-
go, quando perpetuò traderetur, ſecundum ea
quę dixi ſupra de lictore, vel tortore, & damna-
to ad opus publicum in tertia ſpecie pęnæ capi
talis. Item ſimilem pęnam imponit in eo, ꝙ
vult, ꝙ aliquis quãq; vendatur. 81.diſt.c.quidã
clerici. Et hæc de ſecunda ſpecie pęnæ capita-
lis, quò ad canones. Et idem dicit Ioan. And.
de tertia ſpecie. Sed tu potes etiam addere, ꝙ
in locum deportationis, quæ eſt de tertia ſpe-
cie, quæ hodie ſucceſſit in locũ interdicti aquæ,
32 & ignis. vt.l.3.ff.ad .l. iul.pecul. eccleſia † impo-
nit pęnam perpetui exilij. 50.diſt.c. accedens.
Facit quod not. in.c.cum non ab homine .ſ. de
iudi. Item poſſumus dicere, quòd de iure ca-
nonico, in locũ deportationis ſucceſſit excõi-
catio. Facit quod not. glo. inſti.de capi.dimi-
.§. fin. & hoc voluit Guil. in .l. pedius .ff. de
arbi. & Odoff. in .l. placet.C. de ſacroſan. eccl.
Alij tamen volunt, quòd excommunicatus
æquiperet̃ relegato, vt voluit gl. inſti.quo mo.
ius pa. po. ſol. in.§. relegati. Sed tu dic, vt di-
xi in .c.paſtoralis.§. fin.in glo. fin. ſup de app.
dicam latius in .c.2. infra de ſenten. excom. in
ſeptimo principali articulo. Circa pęnas autẽ
33 non † capitales, dic quòd prima ſpecies ſecun-
dùm canones eſt in vſu. Vnde eccleſia non re-
legat; ſed in locum ipſius ſuccedit detruſio in
monaſterium. vt in.c.inter. ſupra de pur.can. in
.c.ad abolendam. & .c. excõmunicamus. ſupra
de hære. 50. diſt. c. ſi epiſcopus. 81. diſt. c.ro-
manus

manus. Vel fortè poſſumus dicere, quòd ſucce
dit pęna exilij, de qua ſupra dixi. Vel pęna ex-
communicationis, ſecundum aliquos. de quo
dic, vt ſupra dixi. Secunda verò ſpecies infa-
miæ, etiam à canonibus eſt inuēta; adeò quòd
quicunq; ſm̄ legem eſt infamatus, ēt ſecundum
canones infamis iudicat̄. 2. q. 3. c. euphemium.
§. hinc colligitur. 6. q. 1. infames. Et de infa-
mia canonica, not. s̄. de teſti. c. teſtimonium.
Item & tertia ſpecies locum habet ſecundum
canōes. Vel clericus deponitur, & degradatur,
& ſic amittit dignitatem, & officium. 11. q. 3.
Epiſcopus. Itē & quandoq; ei interdicitur ad
dignitatem aſpirare. vt in. c. ſuper eo. s̄. de elec.
in. c. fi. de fi. præsbi. Vel ne quis in certa eccleſia
ordinet̄. 2. q. 1. in primis. Vel ne ad ſuperiores
ordines accedat. s̄. de temp. ord. ex tenore.
Item priuat honore, & ſucceſſione, in. c. pro hu
mani. de homici. lib. 6. in. c. licet de voto in cle.
. 1. de pęn. Item ſuſpendit ab officio, & bene-
ficio, & ingreſſu eccleſiæ. & alijs ſimilibus pę-
nis vtitur. Item etiam quartam ſpeciem pęnæ,
non capitalis imponit eccleſia, vt verberum. s̄.
de rapto. c. in archiepiſcopatu. 36. diſt. c. vlti.
. 45. diſt. c. cum beatus. 26. q. 5. c. contra.
Quinimò, & quādoq; ēt charactere imprimit,
dūmodo ſine corporali periculo fiat. s̄. de cri.
fal. ad audientiam. & ibi dixi. Sed mutilatio-
35 nis † membri pœnam non imponit. vt. d. c.
ſentētiam ſanguinis. Pœnam autem pecunia-
riam pro meliori pęna vtrunq; ius adinuenit;
36 quia quilibet ictus fuſtium † eſt maior qualibet
pecuniaria. vt. l. in ſeruorum. §. fin. ff. eo. Et de
37 his pœnis † pecuniarijs, in priuatis delictis in-
finita ſunt iura. Quinimò ex publico delicto
imponitur. vt. l. iul. de vi pu. vbi punitur quis
in tertia parte bonorum ex illo delicto quod
eſt publicum; quod patet, quia titulus ille po-
nitur inter publica delicta. Facit etiā ꝙ not. in. l.
2. §. ſeptimus. ver. & poſt hęc. C. de vet. iu. enu.
Ad quod vide ꝙ dixi in. c. veniens. s̄. de accuſa.
in 1. & 2. q. 2. membri prin. Et etiam pœnā
ademptionis bonorum, & pecuniariam impo-
nit in. c. ita quorundam. & c. ad liberandam. s̄.
de iudę. dicam in. c. 2. infra eo. Et hæc de tem
poralibus pœnis, tàm capitalibus, quàm non
capitalibus, quò ad vtrunq; forum ſufficiant.
Circa tertiam ſpeciem de pœnis ſpiritualibus
38 poteſt † dici, quòd quadruplex ſit diuiſio. Pri-
ma excōmunicatio, quia in eccleſia non eſt ma
ior. Secūda, interdicti. Tertia, ſuſpenſionis ab
ordine, & de ijs latius videbimus. j̄. de ſenten.
excom. Et aduertè, quia quamuis dixerim in. c.
at ſi clerici. s̄. de iudi. me hic dicturum, quæ
ſint delicta digna pœna degradationis, depoſi-
tionis, & ſuſpenſionis, tñ hic omitto. de primo
dicam in. c. nouimus. j̄. de verb. ſig. de alijs
dicam de ſenten. excom. vbi melius cōuenient.
Quarta pars eſt remotio ab oblationibus. 17.
. q. 4. in. c. miror. Et has pœnas ſolum im-
ponit qui habet gladium ſpiritualem. Sed le-
39 ges, aut ſeculares † iudices non poſſunt impo-
nere; quia carent gladio, & cognitione ſpiri-
tualium. vt in. c. 2. & 3. ſupra de iudi. Circa
quartam, & vltimam ſpeciem principalem de
40 pœnis conuentionalibus, † dic, ꝙ cum tales ve-
niant ex partium conuentione, attendenda eſt
forma contractus. Et aduerte, quia contrahen
tes poſſunt ſe obligare ad omnes pœnas, quæ
pecuniam, vel ſimilem cauſam continent.
Niſi talis pœna apponeretur in fraudem vſura-
rum. de quo dic, vt dixi. ſupra in materia vſu-
rarum. Vel niſi natura rei, vel contractus
41 repugnaret, vt in matrimonijs, † quæ de-
bent eſſe libera, vt in. c. gemma. ſupra de-
42 ſpon. de quo dic, vt ibi traditur. Ad pœnā † aūt
corporalem nullus poteſt per pactum ſe obliga-
re. ff. de cuſto. re. l. diuus. & l. quis reum. ff.
rem ra. habe. in. l. procurator. ad exhib. §. fin
Facit, ꝙ not. in. l. fin. ff. de præ. ſtip. & in. l.
. 2. in fin. ff. qui ſatiſda. cog. & l. liber homo. in
prin. ff. ad. l. aquil. & p̄dicta ꝓcedūt in obliga-
tione conuētionali. Sed ipſo facto, quòd quis
committit delictum, videtur ſe obligare ad pœ
nam. Et hæc procedunt, tàm de iure canoni-
43 co, quàm ciuili. Vtrum autem quis † poſſit
pacto ſe obligare ad pœnam perpetui carceris;
de iure ciuili videtur indubitanter quòd non.
per ea quæ not. in. d. l. liber homo. & l. 2. C. de
libe. ho. exhi. & l. non eſt ſingulis. ff. de re. iur.
& per Bar. & Docto. in. l. alia. §. eleganter. ff.
ſo. matri. iuncta. l. incredibile. C. eo. Sed de
44 iure canonico maius eſt dubium, † per ea quæ
ſupra dixi de perpetuo carcerato. Sed arbi-
trarer, quòd poſſet ſe obligare, per not. in. c.
cum contingat. ſupra de iureiuran. Et poteſt ſe
45 obligare clericus † ad pœnam perdendi bene-
ficium, vt ſupra de elec. c. cum dilectus. & in. c.
fin. & ibi etiam glo. s̄. de fal. 1. q. 7. c. quoties.
& ibi Archid. Marianus.

## Capitulum .I. Ea quæ.

### SVMMARIVM.

1 *Puniendus eſt quis toties, quoties delinquit.*
*Idem eſt in pœnis conuentionalibus appoſitis in contractibus. nu. 2.*
*Et ſecus eſt in pœna compromiſſi. ibidem.*
3 *Mulctari quoties poſſit à iudice, qui pluries inobediens eſt, aut contumax circa idem.*
*Et quid ſi eſt contumax, ſeu inobediens circa diuerſa. nu. 4.*
*Et quid ſi iudex in diuerſis præceptis comminatus fuerit plures mulctas, an omnes, vel vna tantum poſſit exigi ab inobediente. nu. 5. Et nu. 8. ſoluit diſtinguendo.*
6 *In pœnas plures, ſi quis ex eodē facto incidat, debemus altera eſſe contenti; licet valeamus per alteram conſequi, quod plus eſt in ea, quàm in altera.*
7 *Iudex maiorem pœnam comminando, videtur recedere à minori.*
9 *Mulctare niſi ter, quare Iudex non poſſit, & quare poſſit vlterius punire. & nu. 11.*
10 *Reipubicæ intereſt ſubiectos eſſe locupletes*

12 Iudex



12 *Iudex an poſſit imponere mulctam condemnato, qui non ſoluit id in quo condemnatus eſt infra tantum tempus, remiſſiuè.*
13 *Delicta plura, quando committuntur ex parte inferentis, & etiam ex parte recipientis circa perſonam; an, & quando pluribus pœnis in foro contentioſo ſint vindicanda.*
*Et quid, quando ex parte inferentis eſt unum delictum, & ex parte recipientis ſunt plura. nu. 27.*
*Et quid, quando ex parte inferentis ſunt plura; ex parte verò recipientis eſt vnum. nu. 31.*
*Et quid, quando committuntur plura delicta, circa res ex parte committentis. nu. 32.*
*Et quid, quando cōmittuntur per plures in perſonam vnius tantum. nu. 46.*
*Et quid, quādo committuntur per vnum, plures offendentem. nu. 57.*
*Et quid, quando plures offendunt plures. nu. 65.*
*Et quid, quando ex vno, et eodē facto plures delicti ſpecies reſultant. num. 66.*
*Et quid, quando plura delicta verbis committuntur. num. 69.*
14 *Glo. in. l. nunquam. in ver. occiderit. ff. de priua. deli. à Dyn. & Bar. reprobatur.*
15 *Glo. in. d. l. nunquam. in ver. ob aliud, in fin. limitatur.*
16 *L. Prætor. §. ſi mihi plures. ff. de iniur. intellectus, ſecundum Bar.*
17 *Statutum ſi dicat, quòd pro qualibet alapa, ſeu quolibet vulnere, quis puniatur tanta pœna, quomodo intelligatur.*
*Et quid ſi dicat, ſi quis alapauerit, vel percuſſerit. ibidem.*
18 *L. apud Labeonem. §. conuicium. ff. de iniur. intellectus.*
19 *Vſus loquendi, & intelligendi præualet propriæ ſignificationi.*
20 *Banniri pluries quis poteſt.*
*Item & excommunicari. ibidem.*
21 *Mori niſi ſemel quis non poteſt.*
22 *Vxorem alterius pluries cognoſcens, vna pœna tm̄ punitur. Et quid ſi veniret imponenda pœna pecuniaria. ibidem.*
*Mors eſt pœna adulterij. ibidem.*
23 *Facta diuerſa, quandoq; pro vno reputantur.*
24 *Delictum vnūquodq;, licet habeat in ſe principiū, & finem, tamē ratione continuationis, plura quandoq; reputantur pro vno.*
25 *Inſultans, & percutiens, qn̄ teneatur de vtroq;; & quando de vno tantum.*
26 *Verbum ambiguum eſt accipiendum in benigniorem partem.*
28 *Actus debet conſiderari reſpectu recipientis. & nu. 30.*
29 *Actum agentis lex ſolum reſpicit. Quod intellige, vt nu. ſeq.*
33 *Negligentiæ delictum, quando dicatur committi. & quando puniatur vt vnicum; Et quando vt plura delicta. ibidem.*
34 *Statutum dictans, quòd ſi villa non ceperit malefactorem, puniatur in centum; an, ſi decem homines vnum interficiunt, & nullus eorum capiatur; villa debeat puniri in centum tanquam pro vno delicto; an in mille, tanquam pro decem delictis. & nu. 48.*
35 *Delicta momentanea commiſſa in faciendo, an, et quando puniantur vt plura, & quando vt vnum.*
36 *Teſtis deponēs falſum ſuper diuerſis articulis, an vnica, vel pluribus pœnis debeat puniri.*
*Et quid in amouente plures terminos ex vno loco. ibidem.*
37 *Delicta habentia cauſam ſucceſſiuam, in quibus tamen animus vt plurimum operatur, quando pro vno delicto, & quando pro pluribus delictis puniantur.*
*Et quid, quando actus corporeus prædominatur animo. nu. 38.*
*Et quid in actibus habentibus quandam ſucceſſionem ex reiteratione. nu. 39.*
39 *Ludus non dicitur completus, & abſolutus, niſi luſores ab eo recedant.*
*Pecunias quis non dicitur perfectè viciſſe, donec ludus non ſit perfectè completus. ibidem.*
41 *Statutum prohibens conuocare ad nuptias vltra triginta homines, ſub certa pœna, Et quidā duxit. 40. vtrum dicatur in tot pœnas incidiciſſe, quot ſunt homines vltra numerum.*
42 *Furtum vnum, an plura dicantur, ſi quis ſubtraxerit varias res in vno loco, & eodem tempore continuato.*
*Et quid in eo qui in alieno territorio plura furta commiſit, Et nunc in alio loco committat tertium, an poſſit ex forma ſtatuti furca ſuſpendi, cum de præteritis furtis non poſſit ibi cognoſci. nu. 43.*
44 *Statuto cauente, quòd cum bannito ſub pœna mille nemo contrahat, et quòd nullus aſſociet eū, vel in domo retineat; an ſi quis cum eo contrahat, ipſumq; aſſociet, & in domo retineat, ſit puniendus pœna mille tantum, an trium millium, propter tria delicta.*
45 *Pœna eadem, quando non intelligatur eſſe repetita.*
47 *Statuta Italiæ communiter puniunt effectum, & non affectum in delictis. & nu. 52.*
49 *Auxilium præſtans pluribus homicidium committentibus, an pluribus, vel vna duntaxat pœna puniatur. Statuto cauente in ſingulari, ſi quis dederit opem malefactori tanta pœna puniatur.*
*Et quid in mādante pluribus, vt homicidium cōmittant. nu. 50.*
51 *Vulnus quodlibet debet inſpici, quando plures interueniunt vulnerantes.*
53 *Officiales volentes punire pœna capitis committētes homicidium, & opem eis præſtantes, formant inquiſitionem non ſolum de vulnere letali, & de alijs vulneribus; ſed etiam de ope, & auxilio ad inuicem præſtito.*
*Et ſub qua forma debeat formari talis inquiſitio, ſeu accuſatio. ibidem.*
54 *Quaſi dictio, denotat impropriεtatem, & fictionem. Et quòd quandoq; ſit expreſſiua veritatis, ſecundum Bar. nu. 56.*

Fictio

55 *Fictio, & improprietas non habent locum in ſtatutis.*
58 *Clericos tres percutiens vno ictu, tribus excōmunicationibus tenetur.*
59 *Arguere licet de perſonis, ad res.*
60 *Statutum quòd quis debeat pro tertio furto furca ſuſpendi, quomodo ſit interpretandum.*
61 *Statutum quod redit ad ius commune, eſt latè interpretandum.*
62 *Vnius loco habentur omnes, de quorum intereſſe tractatur, quando delictum committitur circa res.*
63 *Satutum quomodo debeat intelligi, quando verba ipſius ſtatuti denotant actum illatum in perſonam.*
*Et quid quando denotant actum illatum in rem. nu. 64.*
67 *Monialem cognoſcēs, committit adulterium, ſtuprum, & ſacrilegium. Et pro quot delictis puniri de beat. remiſſiuè.*
68 *Bannitum captum adimens de manu familiæ, an poſſit puniri duplici pœna .ſ. tāquam eximēs & tanquam auxilium præſtans.*
70 *Pœna iſtius cap. an habeat locum in foro pęnitentiali.*
71 *Pęna iſtius cap. an habeat locum in contractibus.*

EA QVAE. breue eſt, & cōmuniter non ſummatur. Poteſt tñ per alia verba magis clara ſic ſūmari.
1 Quoties quis † delinquit, toties
puniendus eſt .h.d. Et dicit Ioan. Andr. poſt Abba. quòd poteſt poni caſus ſecundum .c. pia. de excep. lib. 6. vbi toties quis punitur in expenſis, quoties exceptionem excommunicationis oppoſuit, & non probauit. Sed tu videbis infra alia plurima exempla. Primo not. ſummariū. Et aduerte, quia gl. noſtra videt idē
2 velle † in pœnis conuentionalibus appoſitis in
contractu, vt licet ſoluantur, remaneat tamen cōtractus in ſua validitate. Et ſic videtur ſentire, quòd ſi iterum contraueniatur, iterum ſit pœna ſoluenda. Dicit tamen ſecus in pœna compromiſſi. Sed quia hæc materia multiplicationis, & pluralitatis delictorum conuenit .c. & titu. noſtro principaliter. Ideò inſtitui ſub compendio quantum fieri poterit eā tractare. quanuis doct. hic nihil dicant; ſed ſparſim in alijs locis, vbi non cōuenit principaliter. Pro ipſius ergo materiæ, quæ frequens, & vtilis eſt, clara declaratione, diſtinguo materiam noſtram in tres principales articulos. Vnde primo examinabimus, an, & quando plura delicta in foro contentioſo, & iudiciali pluribus pœnis ſint vindicanda. Secundo, quid iuris in foro pœnitentiali. Tertio, quid in contractibus. Circa primum diſtinguo principaliter duo membra, primum, quid iuris in mulcta inferenda ratione inobedientię. ſecundum quid de pęna. Circa primum de mulcta
communis * concluſio eſt, q aut inobedientia, (Cōm. op.)
vel cōtumacia propter quā mulcta venit à Iudice imponēda committitur circa idem, aut cir-
3 ca diuerſa. Primo caſu, Iudex non poteſt, niſi
ter mulctare, quāuis vltra ter fuerit inobediens. vt. l. fin. C. de mod. mulcta. Vnde ſi iudex mulctauit aliquem, quia iuſſus à Iudice nō reſpondit libello; et ſecundo etiam id præcepit, & quia non obedit iterum mulctat; ſi tertio mandat, & ipſe non paret, & quia non paret, iterū mulctat, non poteſt a modo, ſi iterum id præciperet, vlterius mulctare inobedientiam. Se-
4 cundo caſu, quando † contumacia committe-
retur in diuerſis articulis, ſeu diuerſis factis, Exemplum, ſi primo præcepit, q reſponderet libello, deinde iubet vt litem conteſtetur, tertio mandat, vt reſpondeat articulis, toties poteſt punire, quoties talis fuerit inobediens. & ita dicit hic .D.m. Sed aduerte, quia cōtra pdicta videtur obſtare q ſingulariter tradit Spe. in ti. de contu. §. fin. verſ. ſed pone Iudex, vbi
5 format. q. quid ſi Iudex † præcipit ſub pęna de-
cem, quòd Titius deberet comparere, & reſpōdere, vel aliquid ſoluere, et cum .T. non adimpleret, iterum Iudex idem præcipit ſub pęna viginti, et cum .T. non obediret, pærcepit & tertio ſub pœna triginta, vnde cum .T. in contumacia perſiſteret, dubitatur, an debeat oēs dictas mulctas, ſeu pęnas facere, an verò vnā, & quam. et arguit ipſe ad partes. Et ſimiliter etiam Ioan. Andr. in addit. plurima ad vtrāq; partem facit argumenta, quæ notabiliter faciūt ad materiam decretalis noſtræ. Et tandem decidit, quod à .T. poteſt ſolum exigi vna mulcta, ſeu pęna, videlicet vltima; eo quia tales cōtumaciæ videntur quaſi vnum delictum. Secus ſi fuiſſet plures ſpecies, & diuerſæ delinquendi ſecundum quod infra dicetur. Vnde videtur ſuccedere illa regula quę vult, quòd quoties quis eodem facto in plures pęnas incidit, † al-
6 tera debemus eſſe contenti; licet conſequi
valeamus per alteram illud plus, quod in ea eſt, quàm in altera. vt .l. qui ſeruum. in prin. & .l. cum ex vno. & .l. penul. ff. de act. & obli.
7 Item quia Iudex † maiorem pęnam commi-
nando, videtur recedere à minori, arg. l. ſtichus. .ff. de manumiſ. teſta. & .l. ſi ita ſcriptum .ff. de hære. inſt. & .l. penul. ff. de præto. ſtip. Et ſic videtur cōtradicere hæc deciſio his, quæ primo loco dicta ſunt. Sed pro ſolutione, ego arbi-
8 tror dicendum, † quòd aut Iudex pro prima
inobedientia mulctauit in decem; item pro ſecunda mulctauit in viginti, & pro tertia mulctauit in triginta, & hoc caſu debeat iſte inobediens ſoluere omnes iſtas tres mulctas. Sed ſi circa idem eſt inobediens, non poteſt iterum mulctare pœna .ſ. pecuniaria. Ita procedit, q dixi ſup in prin. Sed alia mulcta nō pecuniaria, & alijs remedijs contra contumacem proditis poterit vti; puta, excommunicationis, clauſurę domus, denegationis audientiæ, aut alio ſimili remedio, & alia ſimili pœna, quam forte timebit plus, argu. eorum, quæ traduntur in .c. quoniam .§. fin. ſ. vt lit. non conteſt. & in. c. cum non ab homine. ſupra de iudi. Sed quando iudex talem mulctam non impoſuit; ſed



ſed ſolum comminatus eſt pluries ſub talibus pœnis præcipiendo, tunc procedat opi. Specu. & Ioan. Andr. Et prædicta notabis, quia non memini apud Doc. legiſſe. Et ſi tu diceres, quæ
9 eſt ratio diuerſitatis, quòd iudex † non poteſt
niſi ter mulctare, & tamen poteſt decies, & vltra punire ex eodē delicto decies, & vltra reiterato. Reſpondeo ſecundum Iaco. de Are. & Cy. in .d. l. fin. quia in mulcta, ſi Iudex haberet latas habenas, poſſet nimium grauare ſubie-
10 ctos, quos eſſe † locupletes intereſt reipublicæ,
vt in authen. vt iudi. ſine quo. ſuffra .§. cogitandum. In pœna autem, cum ſit certa, non poteſt cōtingere hoc. Et hoc etiam ſentit Bar. in .l. nunquam plura .ff. de priua. delic. & hic Heri. Bohic. Et tenet Iac. de Bel. ſingulariter, q illud quod dictum eſt, quòd iudex non poteſt,
11 niſi ter † mulctare, procedit, quando mulcta
imponeretur pro delicto, quod nō vtitur principaliter in alterius iniuriam, & circa idem cōmittitur. Sed his non concurrentibus, toties quis poterit mulctari, quoties deliquerit, etiā vltra ter. Et ſentit Bart. in. d. l. nunquā plura. ff.
12 de priua. delict. Et an Iudex † poſſit imponere
mulctā condemnato, qui nō ſoluerit id, in quo condemnatus eſt infra tātum tempus, dixi plenè. in. c. qualiter .2. de accuſa. decimoquarto principali articulo .q. 50. Circa ſecundum membrum de pœna, materia eſt valde difficilis intricata, & dubia; tamen ad eius declarationē, quò ad fieri pōt, diſtingue nouem principales caſus. Primus eſt, quando plura delicta committuntur ex parte inferentis, & etiam ex parte recipientis circa perſonam. Secundus, quādo committitur vnum delictum ex parte inferentis, ſed ex parte recipientis ſunt plura. Tertius, quando committerentur plura delicta ex parte inferentis, ex parte verò recipientis eſt vnum. Quartus, quando committuntur plura delicta ex parte committētis circa res. Quintus, quādo committuntur plura delicta per plures perſonas committentes vnū offendentes. Sextus, quando committuntur plura delicta per vnum offendentem plures. Septimus, quando plures offendunt plures. Octauus, quando non eſt niſi vnicum factum, tamen plures reſultant ſpecies delictorum. Nonus, quando plura delicta verbis committuntur. Circa primum ca-
13 ſum diſtingue, aut plura † delicta per vnū con
tra vnum cōmiſſa, tēdunt ad diuerſos effectus, aut tendunt ad eundem effectum. Primo caſu, glo. in verſ. occiderit. in .d. l. nunquam plura. diſtinguit, quòd aut fuerunt commiſſa ex interuallo, aut ſimul, & ſemel; Primo caſu punitur quis pro pluribus. Secūdo pro vno. Sed Dyn.
14 reprobat illam † glo. & etiam Bar. qui dicit, q
ſi illa glo. eſſet vera deſtrueret totum mundum; nam ſi aliquis percuteret pluribus percuſſionibus ſimul, ſecundum illam glo. non teneretur niſi de vna; quod eſt contra tex. noſtrum, & cōtra illam .l. nunquam. ibi, dum tex. dicit, cōcurrentia, & ſic videtur tex. ſentire, quòd etiam ſi ſimul facta ſint, non habeantur pro vno; ſed pro pluribus. Vnde Dy. & Bart. ibi dicit, q ſi ex percuſſionibus pluribus, plures ſequuntur, effectus, plures debent pœnæ imponi per .l. 3. .ff. re. amot. Et quanuis glo. magna in fin in .d. l. nunquam. de priua. delic. videatur velle, quòd quando non ſunt diuerſæ ſpecies delinquendi, non debeat quis puniri, niſi pro vno
15 delicto, † tamen illa glo. non eſt vera, quando
plures reſultarent effectus; vt puta, quia vnus eodem tempore dederit alicui plures alapas, vel pugnos. Nec obſtat .l. prætor .§. ſi mihi
16 plures .ff. de iniur. quia vt dicit † Bart. ille tex.
rectè intellectus, potius facit pro dicta ſententia. Nam quod dicitur ibi, plures iniurias cōiungere in vno libello, debet intelligi, non quò ad vnam pœnā. Sed ad plures; ſed ideò dicit in eodem libello, ne fortè cauſę continentia diuidatur, ſecundum not. in. l. non eſt nouum. ff. de actio. empt. & q traditur in ſimili. in .l. quidam æſtimauerunt .ff. ſi cer. pe. Si verò plura delicta tendunt ad eundem effectum, tunc vnū reputatur delictum, & vna eſt imponenda pęna. Exemplum in pluribus vulneribus illatis ad effectum homicidij, ex quibus homicidium ſequitur, nam ſolum de homicidio, & non de vulneribus quis tenetur. Quod tamen videtur limitare glo. in. d. l. nunquā plura. ſi modo fiat eodem tempore. Secus ſi ex interuallo. Sed dicit ibi Bart. quòd glo. benè intelligit, ſed inepte fuit locuta; quia debebat dicere, q aut omnia iſta fuerūt eodem impetu, & tenetur quis pro vno, vt not. in .l. illud. ff. ad .l. aquil. aut diuerſo impetu, & tenetur pro pluribus. Ex quo infert, quòd ſi Titius vulnerauit Sempronium ex propoſito, & animo, vt ſolo vulnere eſſet contentus, non intendens occidere, quòd ſi propter aliquod dictum, vel factū ipſius Sempronij ſuperuenit nouus impet⁹ Titio, propter quem Sempronium interfecit, q hoc caſu Titius tenetur de vulnerato, & occiſo; quia non eodem impetu fecerit, licet incontinenti. Et e cōtra, ſi Titius vulnerauit Sempronium, & proſecutus eſt eum per plures horas, & finaliter interfecit, tenetur ſolum de occiſo, & non de vulnere; quanuis ex interuallo interfecerit; quia eodem impetu fecit vt. l. q ait. §. fin. ff. de adul. Et ſic ſecundum prædictam diſtinctionem, debent intelligi omnia exempla poſita in .d. l. nunquam plura. de eo qui ſurripuit, & occidit, qui tenetur furti, & aquiliæ. Et de eo, qui rapuit, qui tenet vi. bo. rap. & aquil. Et in eo qui ſubtraxit, & corrumpit ſeruum, & ancillam, qui tenetur furti, & ſerui corrupti. Et in eo qui rapuit, excidit, & occidit, nam tenetur vi. bo. rap. iniuriarum, & aquil. vt dicitur in. d. l. nunquā. Intelliguntur enim hæc, quando ad eundem effectum, & non eodem impetu facta ſunt, quāuis incontinenti. Secus ſi eodem impetu, & ad eundem effectum; quia teneretur ſolum de occiſo, & ſic aquilia, etiam in vltimo caſu. Et intellige, quòd teneretur aquilia pro occiſo; quia tenetur pœna applicanda parti; nam pro occiſo tenetur etiam publi-

publico iudicio pœna capitali.l.cornel. Sed Iac.
de Are. in .l. item apud Labeonem .§. conui-
cium.ff. de iniur. aliter diſtinguit, videlicet, ꝙ
17 aut verba † ſtatuti dicunt, quòd pro qualibet
alapa,vel quolibet vulnere,ſeu percuſſiõe, quis
puniatur tanta pęna, & procedat opi.Dy. Aut
dicit ſtatutum,ſi quis alapauerit,vel percuſſerit
aliquem &c. Et tunc pro omnibus imponitur
vna pęna; quia vnus eſt actus alapandi,ſeu per-
cutiendi, licet ſint plures alapę, vt .d. §. conui-
cium. vbi ex pluribus verbis iniurioſis fit vnũ
conuicium. Sed Bart. tenet opi. Dy. per iura
allegata per eum. Nec ob. §. conuicium; quia
quæſt. noſtra loquitur in .l. ſeu ſtatuto quæ pu
niunt delictum, ſub nomine alicuius actus, &
percuſſionis,vt pro vulnere, ꝓ percuſſione &c.
nec eſt curandum licet ſtatutum dicat, ſi
quis percuſſerit, conſiderauit enim quãlibet
percuſſionem ſi habent diuerſos effectus. Sed
18 prædictus †.§.conuicium. loquitur in delicto
quod recipit nomen à iure ex illis pluribus ver
bis iniurioſis; appellatur enim cõuicium aliqua
oratio, ſeu vociferatio ſignificatiua iniuriæ al-
terius, vt ibi. Vnde omnia verba ibi prolata
tendunt ad eundem effectum, ſecus ſi tenderent
ad diuerſos effectus vt dixi. Nec obſtat quòd
ſtatutũ dicat, ſi quis alapauerit, vel ſi quis per-
cuſſerit, quòd vna ſit alapatio, ſeu percuſſio;
quia imò ſunt plures percuſſiones; ſed ſimul
factæ, vt in .l. ter enixa .ff. de verb. ſigni. Fa-
cit quod not. in .l. ſcire debemus. cum ſimil.ff.
de verb.obli. & hoc dicit ex conſuetudine ſer-
uari. Sed tu aduerte, quòd licet dictum Bart.
mihi placeat, quando ſtatutum loquitur per
verbum percuſſerit, tamen ſecus videtur in
verbo alapauerit, aut ſimili, quo caſu dicerem
aduertendum, quòd aut ex forma alterius ſta-
tuti diſponitur, ꝙ quis debeat puniri pro qua-
libet alapa pęna vigintiquinq; libr. & ex forma
alterius ſtatuti diſponitur, quòd qui alapaue
rit aliquem, puniatur pœna centum libr. Nam
hoc caſu, ſi quis eodem impetu alicui ſex, vel
decẽ, pluresúe alapas dederit, nõ puniet̃ omni-
bus, ſeu pro qualibet in illis vigintiquinq;, ſed
ſolum in libris centum. & ita dicerem in ſimi-
libus caſibus. Et eſt etiam circa prædicta dili-
19 genter attendendus cõmunis vſus loquẽdi, †&
intelligendi dicta verba, qui præualet etiam
proprio ſignificato verborũ vt .l. librorum. §.
quod tamen caſſius .ff. de leg. 3. Et vide alia
plura iura in .c. qualiter. 2. s̃. de accuſa. in nono
principali articulo .q. 41. Prædicta tamen ego
arbitror procedere, quando loqueremur in
pœna momentanea. Secus ſi in pœna ſucceſſi-
ua. Exemplum primi, quando poneretur pœ-
na pecuniaria, vel ſimilis. Exemplum ſecundi,
ſi poneretur pœna banni, vel ſimiis; vt puta, di-
cit ſtatutum, quòd ſi quis percuſſerit aliquem,
qui fuerit ex magnificis dominis, ponat̃ in per-
petuo banno, an ſi aliquis percuſſerit aliquem
pluribꝰ percuſſionibus, qui fuerit ex magnificis
dñis, debeat pluribꝰ bãnis puniri, an vno ſolo.
Aliud ſimile, dicit .l. ſi quis percuſſerit clericũ ſit
excõmunicatus ipſo iure, aliquis vno ſolo im-
petu plures percuſſiões intulit in clericũ vtrum
pro qualibet ſit excõmunicatus, nam quis po-
20 teſt pluries † banniri. vt not. in .l. 2. C. vt. s̃. cer.
temp. & pluries excõmunicari. vt in .c. ita quo-
rundam. s̃. de iudę. & ibi dixi, & de vtroq; tra-
dit Bar. in .l. de pupillo. §. ſi pluribus. de no. op.
nun. Et profecto iſta. q. eſt ſatis dubia. Tamen
Ioan. Andr. in percutiente clericum, argumen-
ta ab vtraque parte format in reg. delictum.
de reg. iur. lib. 6. in mercur. finaliter conclu-
dit, quòd licet de rigore percutiens videatur
pluribꝰ excõmunicationibus ligatus, quòd plu-
ra intulit vulnera, tamen melius eſt, vt dicamus
ipſum vna ſola ſententia ligatum eſſe. Ex quo
ſimul, & vno impetu, oẽs intulit, per .c. ſi quis
ſuadente. 17. q. 4. vbi tex. loquitur in ſingulari
dicens, ſi quis, & deinde dicit clericũ, & in ſin-
gulari anathema ſit, & tñ dicit, violentas ma-
nus, propter quod etiam videtur pluralitatem
percuſſionum includere. Ad idem allegat .c. cũ
pro caſu. s̃. de ſen. ex. & ibi dicam, ponderando
illum tex. ad hoc, in eo, ꝙ ille percuſſit in dor-
miendo, & verberando traxit per clauſtrum, &
tamen innuit, quòd vna ſententia ſit purga-
tus. Ad idem etiã in ſimili .c. ad apoſtolicæ. de
re iudi. lib. 6. & quod not. in .l. illud .ff. ad .l.
aquil. Et ita in ſimili videtur concludendum in
eo qui ex percuſſione debet banniri. Et cuius
effectus ſit hęc .q. vide per ea, quæ dixi in .d.
.c. ita quorundam. Et aduerte, quia in quantũ
ſupra dixi plura delicta, pluribus pœnis eſſe pu-
nienda, eſt verum, niſi per impoſitionem vnius
pœnæ alia pœna cõſumeretur. Exẽplum, ſi ſta-
tũ dictaret, quòd pro vulnere illato in aliquẽ ex
magnificis dominis, debeat quis decapitari, et
aliquis vulnerauit primo, & deinde interfecit;
vnde duo ſunt crimina, ſed prius non habebat
animũ interficiẽdi; ſed poſtea alio impetu mo-
tus interfecit, & pro quolibet eſt pęna mortis,
clarum eſt, ꝙ non niſi vna pęna punietur; quia
21 non poteſt niſi ſemel mori. Facit .l. vulgaris †
in prin. ff. de furt. Et idem ſimiliter dicendum,
vbi pœna non eſſet multiplicabilis; vt puta, ſi
dicat amputetur manus dextera pro vno vul-
nere illato contra aliquem, qui fuerit de dñis.
Nam licet ei plura fuerint illata vulnera, ſiue
eodem tempore, ſiue in diuerſis, non punietur
niſi vna pœna; poſtquã pęna nõ eſt multiplica-
bilis. Quod arbitror verũ, niſi primitus fuiſſet
punitus propter vnum crimen, & deinde in-
quireretur de alio vulnere, quia tunc puniretur
pęna extraordinaria pro alio vulnere. Ex quo
impoſſibile eſt ipſum puniri pęna ordinaria
ſtatuti. Et ex prædictis poteſt ſaluari glo. quę
eſt in .d. l. vulgaris. quę vult, quòd accedens
22 pluries † ad vxorem alterius vna ſola pœna
puniatur; nam pęna adulterij eſt mors, vt in
.l. quanuis .C. de adulte. & inſti. de publi. iudi.
.§. item .l. iulia. de adulte. & ideò non eſt rei-
terabilis. & ita dicit Bar. ibi. Fatet̃ tñ, quòd ex
quolibet coitu poterit accuſari, quia ex quoli-
bet naſcitur accuſatio .l. iulię. Et ita procedit ꝙ
not.



glo. in .l. mariti .§. ſex menſium .ff. de adul. &
in .l. ſi diutino. ff. de pœn. Et ſic videtur ſen-
tire Bar. quòd ſi pro adulterio veniret impo-
nenda pœna pecuniaria, tot deberent imponi
pęnæ, quot coitus eſſent. Et idẽ Bar. conſ. pri-
mo, ꝙ incipit, Antoniꝰ cõmiſit adulteriũ, tenet
contrarium, dicens, ꝙ prædicta glo. eſt vera, ẽt
in pœna pecuniaria. ita ꝙ pro omnibus vi-
cibus vna pœna punietur, per not. per glo. &
Bar. in .d. l. nunquam plura. Et ad hoc quod
ex pluralitate delictorum multiplicetur pœna,
eſt neceſſe, quòd ſint diuerſæ ſpecies delin-
quendi. Facit .l. 1. §. vnde quæritur. & ꝙ ibi
tradunt Bar. & Io. de Imo. ff. de publi. Vnde cũ
ex multitudine coitus non varietur ſpecies de-
licti, licet reiteret̃, pœna nõ debet multiplicari.
& maximè, qñ ex reiteratiõe non oritur nouũ
intereſſe pecuniarium, vt in .l. inficiando. §. in-
fans. ff. de fur. & ibi Bar. & idem cõſuluerũt Io.
Cald. conſ. ꝙ incipit, inquiſitus. & Io. de Ligna
no, conſ. ꝙ incipit, an multiplicanda pęna. & ẽt
tenet Bal. in .l. quicunq; .C. de ſer. fugi. per gl. in
.d. l. vulgaris. & per not. per glo. in .l. penul. ff. de
23 acti. & obli. vbi vult, ꝙ diuerſa † acta qñq; pro
vno reputant̃. vt in .l. ei qui. ff. de fur. Vnde dicit
24 Bal. ꝙ licet vnũ quodq; † delictũ habeat in ſe
principium, & finem, tñ ratione continuatio-
nis quandoque plura pro vno tenentur, &
reputantur, argu. l. eum qui. §. in popularibus
.ff. de iureiuran. & propter hoc, duo, vel plu-
ra adunantur in vnum. Et tunc habet locum
quod dicitur, vbi duo propter vnum, vtrobiq;
ſemper vnũ. Vnde ſicut ex mille vulneribus
reſpectu homicidij, vnum eſt homicidium, vt
in .l. illud. in prin. ff. ad .l. aquil. ita ex multitudi-
ne coitus vnum eſt adulterium. Et hoc opinio
Cõm. op. cõmuniter * ſeruatur. Et hoc mihi placet; quia
iſta plura delicta ſunt eiuſdem ſpeciei, & ten-
dunt ad vnum effectum; nam ex tali fornica-
tione habito reſpectu ad matrimonium, colli-
gitur hoc nomen, & ſpecies delicti, quæ appel-
latur adulterium. In contrariũ facit tex. 6. q. 1.
in .c. imitare. qui vult, quòd toties quis de-
beat puniri, quoties quis fornicatus eſt ſecun-
dum Docto. qui loquitur in foro pœnitentia-
li, de quo dicetur in tertio articulo principa-
li. Item ex prædictis infertur, quòd cum
25 inſultus, † & percuſſio tendant ad eundem ef-
fectum, ſi quis inſultando percuſſit, non tene-
tur niſi de percuſſione. & hoc tenet Dyn. &
Bart. in .d. l. nunquam. & not. glo. & ſequi-
tur Cyn. in .l. qui de crimine .C. de accuſa. &
Bart. in .l. reſpiciendum .§. delinquunt. ff.
de pœnis. & Bal. in .d. l. quicunq; . & in .c. 1.
.§. ſimiliter. quæ fuit pri. cau. bene. amit-
ten. Quod eſt verum, niſi pro inſultu ma-
ior pœna imponeretur, quàm pro percuſſione;
quia tunc puniretur de inſultu, vt in dictis iu-
ribus. Quanuis Ange. teneat contrarium, &
male in .d. l. qui de crimine. Sed primã opi.
tenet Bart. in .d. l. nunquã. Vbi vide per eum,
quid ſi primo aliquis accuſatur de inſultu, &
deinde additur ad accuſationem de percuſſio-
ne. Et prædicta procedunt, quando in inqui-
ſitione, vel accuſatione poneret̃, quòd conti-
nuatiuè quis fecerit inſultum, & percuſſio-
nem. Secus ſi ponerent̃ verba denotantia in-
teruallum hominis inter inſultum, & percuſ-
ſionem; quia tunc de vtroq; puniretur. ita ſin-
gulariter dicit Bal. in .l. fructus, & in .l. diuor-
tio .ff. ſol. ma. & ibi Ioan. de Imo. Qui dicit,
26 quòd ſi poneretur verbum ambiguum, † quòd
poteſt denotare actum, & interuallatum, &
mox, & ſtatim; quòd acciperetur in beni-
gniorem partem pro actu continuato. Et ideò
ad fugiendum dubitationẽ, iudices maleficio-
rum ponunt verbum ex interuallo, aut ſimile.
Et ad prædicta vide quæ dixi in .c. qualitar. 2.
.s̃. de accu. in vndecimo principali articulo .q.
.49. & .56. Et ex prædictis habes expeditum
primũ caſum. Et ẽt ex prędictis potes colligere
in quibus ſit faciẽda diſtinctio de ſpecie delicti.
Et vide Io. An. in tit. de ſenten. in ſpec. ver.
penul. in magna additione, vbi tractat hanc ma
27 teriam. Circa ſecundum caſum, quando † ex
parte inferentis eſt vnum delictum, & ex par-
te recipientis ſunt plura. Exẽplum, Titius per-
cuſſit Sempronium cum tridente, forfice, vel
raſtro, an puniatur, vna pœna, vel pluribus.
Et videtur, quòd vna, per .l. ſi gemina ar-
bor .ff. arb. furtim cæſar. In contrarium vi-
28 detur, quòd pluribus; quia actus † debet con-
ſiderari reſpectu recipientis, vt in .l. 1. in fin.
.ff. de iniur. & in .l. ſi adulteriũ cum inceſtu. ff.
de adult. & .l. quin multa. C. ad .l. iul. de vi pub.
Propterea cum ex tali percuſſione, licet vnica,
reſultent plures effectus, ergo pro pluribus pu-
nitur, vt .d. l. nunquam plura .ff. de priua.
delic. Sol. Bart. in .d. l. ſi gemina. dicit ſe du-
bitare. Diſtinguit tamen, quòd aut lex, vel ſta-
tutum punit actum, prout ad alterum non
infertur. Exemplum, dicit ſtatutum, ſi quis
ſagittauerit in ciuitatem, puniatur in decem.
vel ſi quis admenauerit alicui, puniat̃ in vigin-
tiquinq;. Nam hoc caſu, ſi vno iactu ſemel
aliquis ſagittauerit plures ſagittas, vel ſi vno
ictu admenauit cum tridente, vel raſtro, vnus
eſt actus, & vnum delictum, & pro vno pu-
29 nietur; quia lex † ſolum reſpicit actum agen-
tis, argu. l. tria onera .ff. de excu. tu. Aut actus
punitur à lege vel ſtatuto, prout in alium infer-
tur, vt puta, quia dictat ſtatutum, ſi quis per-
cuſſerit aliquẽ &c. & in hoc eſt dubium ꝓpter
opi. Iaco. de Are. de qua ſupra dixi, qui diſtin
guit inter ſtatutum loquens, quòd pro per-
cuſſione, ſeu vulnere, quo caſu tot pœnis puni-
atur, quot ſunt vulnerati. Et ſtatutũ quod di-
ctat, ſi quis percuſſerit &c. quo caſu puniri de-
bet pro vno actu; quia vnus eſt actus percutien
di. Sed tamen ipſe Bar. tenet, ꝙ puniatur pro
pluribus; quia cum ſtatutũ puniat actum, ꝓut
30 in alterum infertur, non poteſt † conſiderari ex
parte agentis; ſed conſiderari debet ex parte pa
tientis; & ideò puniri debet pro pluribus per-
cuſſionibus, per ea quę ſupra dicta ſunt. Fa-
cit ꝙ not. in .l. titia. §. ſi. & in .l. pluribꝰ in prin.

.ff.de verb.obli. Et prædicta procedunt nõ ſolum ſi fiant vno ictu, imò etiam ſi fierent ſucceſſiuè; Exemplum, percuſſi te in capite, & ex capite deſcendit in brachium percuſſio. Vel ſi cũ vellẽ te percutere in facie, pparaſti manũ, vnde percuſſio de manu in faciem deſcẽdit; & ſic ſunt plura facta, licet ſucceſſiuè, & vno momẽto arg.d.l.ter enixa .ff. de ver.ſig. & in.l.arethuſa. .ff.de ſta.ho.& ideò punietur pro pluribus percuſſionibus; diſtinguendo tñ, & ponderando verba ſtatuti, vt dictum eſt. Et pro hoc facit ꝙ tradit Bal. in.l.quicũq;.C.de ſer. fug. vbi dicit, ꝙ ille qui proijcit aquam putridam, & cum ipſa offendit aliquem in facie, & in gula, debet puniri pœna faciei, & pœna gulę, conſiderato duplici loco corporis; & quia vt ipſe dicit, vna perſona, vnus locus, vnum tempus, & vnus motus non cõcludunt vnitatem delicti, ſi effectus ſint plures. Quod tamen intellige ponderatis verbis ſtatuti qualiter loquatur, an dicat, ſi quis proiecerit aquam putridam, vel ſub alia forma. Et ſecundum prædictam deciſionem dicit ſimiliter Bar. in.d.l.ſi gemina. dicendum eſſe de eo, qui vno ictu percuſſit aliquem in pluribus digitis, nam ex diuerſitate locorum dicuntur diuerſæ percuſſiones, vt in.l.de pupillo .§. ſi quis nuntiat. de op. no. nun. Facit .l.ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe. ff.ad.l.aquil.Bald. tamen in hac. q.in repet .l. ſi familia .ff. de iuriſdic. om.iud.in verſ.6.dicit, ꝙ contra ſeruatur, ꝙ talis puniatur pro vnica percuſſione; quia ſtatutum, ꝙ dicit ſi quis percuſſerit, ponderat magis percuſſionem actiuam, argu.l.1.in prin. .ff. ſi pars hære.peta. Quæ ratio videtur cõcludere, etiam contra præcedentes deciſiones. & ideò non procedit ſine magna dubitatione. Quid autem ſi percuſſit aliquem in vno loco, & fregit illi os, & os fractũ in alia parte fecit vulnus, an puniatur pro vno vulnere, vel pro duobus, & dicit, ꝙ pro duobus ſi agatur de vulnerato.vt.d.l.ſi ſeruus.§.ſed & ſi mulũ. Sed ſi ageretur de oſſe fracto, non poſſet puniri de vulneribus; quia vulnera præcedentia tendunt ad illum effectum .ſ.ad frangendum os; & ideò de illo ſolo punietur, argu.l.illud . ad.l.aquil. Item quid ſi fugam te, & dum fugeres cecidiſti, & cadendo vulneraſti te, an debeã puniri de vulnere. Bar.in.d.l.ſi gemina. tenet ꝙ non debeam puniri tanquã vulnerauerim; ſed tanquam vulnerari fecerim, per.l.qua actione.§.proinde.& .l.item ſi obſtetrix.§.ſi ſeruum.& in.l.ſi ex plagis.§.fin. ff. ad .l. aquil. Poſtremo quid iuris ſit, ſi percutio aliquem helmo, ſeu celata, aut coracia, & ipſa celata ex parte interiori facit vulnus in fronte, vel capite, an videar vulneraſſe. Bar.in dicto loco dicit, ꝙ ſic per.l.item mela. in prin.ff.ad.l.aquil.& hoc patet, quia ibi tenet aquilia directa. Circa tertium principalẽ arti-
31 culum, qñ ex parte inferentis † ſunt plura facta, ſed ex parte recipientis, non eſt niſi vnus effectus. Exẽplum, Titius percuſſit Sempronium bis, vel ter, in eodẽmet loco cum gladio, quæritur vtrum plura dicantur delicta, vel vnum, ita ꝙ plures, vel vna pœna veniat imponenda. Sol. Bar. in .d.l. ſi gemina .ff. arb. fur.cæſa. dicit, ꝙ conſiderãda ſunt verba ſtatuti; aut enim ſtatutũ imponit pænam pro vulnere, & tunc cum in veritate non ſit niſi vnũ vulnus, & vna ſciſura, licet fortè ampliata per ſecundam percuſſionem, & tunc vnicum dicitur delictum, & vna debetur pœna. Aut ſtatutũ imponit pœnã pro percuſſione, ſeu admenatione, & tunc cum plures fuerint actus percutiendi, pro qualibet percuſſione punietur pœna ſtatuti, per .d .l. nunquam plura. & mihi placet, & probatur in tex. noſtro. Circa quartum articulum, quan-
32 do committuntur plura † delicta, circa res ex parte committentis, vtrum talis delinquens ſit pluribus pœnis afficiendus. Et aduerte quia intelligo articulum noſtrum qualitercũq; plura delicta committuntur extra perſonam, & in perſona propria alicuius non committuntur, ſed in res; & hunc articulum examinat Bart. in .l. inficiando .§. infans .ff. de fur. vbi diſtinguit, quòd quædam ſunt delicta, quæ committuntur negligendo, quædam faciendo,
33 Primo caſu, ſi præcedit † diſpoſitio, aut præceptum de faciendo aliquid infra aliquod tempus, & ſi non fiat imponitur pœna, & tunc pœna vnica ſolum committetur poſt illius temporis lapſum, etiam ſi ſint plures anni. Sed ſi nõ eſſet appoſitum tempus, tunc dicitur vnum eſſe commiſſum delictum negligentiæ, & vna debetur pœna, quando lapſum eſſet tempus infra quod ille potuit commodè adimplere. Et hoc procedit, quando diſpoſitio, vel ſtatutum loqueretur purè, videlicet, ſub tanta pœna teneatur quis infra tantum tempus aliquid facere. Vel ſi diceret, teneatur aliquid facere ſub tali pœna. Sed ſi hoc vltimo caſu, quando non eſt appoſitum tempus, ſtatutũ inciperet à conditione, tunc dicetur commiſiſſe negligentia, quando deſijt poſſe dari, vel fieri, vt .l. ita ſtipulatus. & in .l.ſi ita ſtipulatus eſſem. & in .l. inſulam, & in .l. continuus .§. item qui inſulam .ff. de verb. obli. Ad quod vide quod not. Inno. & Anto. & Ioan. de Imo. in .c. extirpandæ. ſupra de præben. & ibi per .D. m. in repet. §. qui verò. Et ex prædictis ſequitur, quòd licet aliquis fuerit negligens per longiſſimum tempus, ſi tamen vnicus erat terminus, vel ſolum infra illud commodè facere potuit, vel ſolum contra illud deſijt poſſe dare, aut facere, vnica negligentia dicitur, & vnicum delictum, & vnica debetur pœna. Secus ſi ex pluralitate terminorum plures inducerẽtur neglĩgentiæ. Vnde ſi aliquis negligit vindicare mortem domini, vel petere tutorem pupillo, aut curatorem patri furioſo, totum hoc eſt vna negligentia, vt in .l. 1. C. de his qui. vt indig. & in authen. ſi captiui. C. de epiſco. & cleri. & in authen. liberi .C. de epi. audi. Et ideò ſindicus communitatis, qui tenetur denuntiare maleficia, quanuis id agere negligeret per plures mẽſes, non tamen plura, ſed vnicum eſt delictum. Et idem tenet Bal. in.l. ſi familia. ff.

de



de iuriſdictione om. iudi. not. glo. in .l. eum qui .§. in popularibus .ff. de iureiuran. Et prædicta procedunt vt dixi, niſi pluralitas terminorum ſtatutorum aliud induceret, argu. .l. eos .C. de mo. mul. & quod dixi ſupra in prin. & in primo membro principali iſtius ſecundi articuli. Poteſt etiam figurari exemplum, per tex. in authen. credentes .C. de epi. & cle. & in .c. excommunicamus. ſupra de hæreti. vbi quis pro prima cõtumacia excõicatur, & poſtea ſi per annum fuerit contumax, punitur vt hæreticus. Simile in miſſione in poſſeſſionem in actione reali; nam pro prima contumacia rei, mittitur actor in poſſeſſionem quam ille infra annum poteſt recuperare refectis expenſis. et ſi per annum fuerit contumax, poſt annum non auditur; etiam ſi vellet ſoluere expenſas; ſed ſolum ſuper proprietate. vt in .c. quoniam frequenter. ſupra vt lit. non conteſt. & in .l. ſi quis .§. ſed & ſi quis .C. de præſcrip. trigin. anno. Et ideò ſi per legem, vel ſtatutum ad aliquid faciendum eſſent ſtatuti diuerſi termini, pro termino quolibet poſſet dici vna negligentia, & vna contumacia; & vna pro quolibet termino debetur pœna. Et prædicta procedunt reſpectu tẽporis continui, vel diſcreti. Sed ſi cõmitteretur negligentia reſpectu plurium rerũ, Exẽplum, di-
34 cit ſtatutum, † ꝙ ſi villa non ceperit malefactorem, puniatur in centũ; contingit ꝙ decẽ homines aliquem interfecerunt, & nullus capiĩ, vtrum puniri debeat in centum tanquã pro vno delicto, an in mille, tanquã pro decem delictis. Bar. in .l. cũ ſi exhibuiſſent .§. fin. de publica. dicit, quòd puniretur ſolum in centum. et idem dicit ipſe poſt Dy. in .l. ſi in rixa .ff. ad .l. corne.de ſicca. Et de prædicta quæſt. vide Bal. in .l. cum rationibus .C.qui accu. non poſ. qui videtur aliter ſentire. Sed aliter pro nunc non inſiſto. Et vide etiam aliquid per Bal. in queſt. quæ incipit, accuſatus de vi turbatiua. Et ex pdictis põt decidi alia q̃ſtio in ſimili. Dicit ſtatutũ, quòd pro quolibet delicto non denunciato, ſindicus teneatur in decem; vel pro quolibet delicto non punito, officialis teneatur in viginti, & decem interfecerunt vnum, & nullus ex ipſis denuntiatus, vel punitus fuit, an veniat ſindicus, vel officialis puniendus pro vna negligentia, an verò pro decem. Ad quod etiam vide quod tradit Bal. in .d. l. ſi familia. & eſt quæſt. ſatis dubitabilis. fortè aliquid latius dicam in hoc principali articulo. Quandoque verò plura delicta committuntur faciendo, & ſubdiſtingue, quòd aut loquimur in delictis momentaneis, aut ſucceſſiuis. Pri-
35 mo caſu, † potes figurare exemplum in eo qui produxit plures falſos teſtes, vel amouit plures terminos, an puniatur pro omnibus, an verò pro vno. Dyn. in .d. l. nunquam plura. ff. de priua. delict. quem ſequitur Bart. in .d. §. infans. dicit, quòd aut producuntur ad vnum effectum, & tunc vna dicetur productio, & vno tantum delicto punietur, argu. l. illud .ff. ad .l. aquil. & quod dixi ſupra in primo articulo. Aut producuntur ad diuerſos effectus, & tunc plura dicuntur delicta, & pro quolibet debetur pœna, argu. l. agraria .ff. de ter. amo. & in .d.l. nunquam plura. et idem tenet. in .l. quicunq; .C. de ſer. fugi. Et idem dicit Bal. de te-
36 ſte, qui dicit † falſum ſuper diuerſis articulis; quia ſi omnes tendunt ad vnam victoriam, & vnum effectum, vnicum erit delictum, & vnica debebitur pęna. Secus ſi ad diuerſos effectus. Et idem dicit de amouente terminos, vt licet plures lapides ex vno loco amoueat, vnus terminus dicetur amotus, & pro vno delicto punietur; quia tendunt ad vnum effectum. Secus ſi lapides eſſent in diuerſis locis, & tenderent ad diuerſos effectus. vt in .d.l. agraria. Si verò delicta, vel facta habent cauſam ſucceſſiuam, & diſtingue, quòd aut ſunt talia in quibus animus vt plurimum operatur, & prædominatur. Aut ſunt talia, in quibus plurimum operatur, & prædominatur actus corporeus. Pri-
37 mo caſu, † poteſt poni exemplum in hæretico, vt in.d. authen. credentes. & ſupra de hæreti. per totum. Item in furto in quo requiritur animus lucrandi. Et in retentione poſſeſſionis quæ ſolo animo retinetur. vt in.l. 3. & in .l. clam poſſidere. in fin. ff. de acquiren. poſ. & in iſtis pro toto tempore maleficium dicitur vnum. niſi aliter interrumpatur. Vnde ſi aliquis furatus fuit aliquam rem, & illam longiſſimo tẽpore retinuit, & pluries hinc inde aſportauit, & cõtractauit, ſed tñ nunquam redijt ad dñm; ita ꝙ per hunc modũ ſit interruptũ delictũ, & poſtea de nouo inchoatum ex noua ſubtractione, & contractatione, tenetur ſolum pro vno furto. Sicut ſi aliquis infantem ſeruum fuerit furatus, & apud furem fuerit effectus puer, deinde adoleſcens, & deinde vir, & tandem ſenex, tamen fur pro vno furto tenetur, & non pro pluribus; quanuis diuerſo tempore, & per diuerſas ætates cõtractauerit, vt eſt tex. ſingularis in .d. §. infans. Facit ꝙ not. in .l. ſi is qui. §. plenè. & .l. qui bona fide. §. fin. ff. de acquiren. poſſ. Et ideò ſi accuſarẽ te, quòd vi occupaſti, & tenuiſti aliquã meam poſſeſſionẽ, caſtrum, vel ciuitatem, vnicum eſt delictum, licet per plures annos ita tenueris. Facit quod not. in.l.quicunq;.C. de ſer. fugi. Et ideò licet Bar. in .l. ſi dominium.ff.de furt. fuerit in illa ſingulari opi. quòd ex noua contractatione in nouo territorio quis dicatur nouum furtum committere, & poſſit ibi puniri, tamen ſi aliquis in vno territorio ſubtraxit equum, deinde ipſum equum duxit Florentiam, deinde Bononiam, & deinde Mediolanum, & ſic ratione cuiuslibet contractationis, ex diuerſo territorio dicatur nouum furtum feciſſe, & ſic quatuor furta videantur, tamen iſte non poteſt puniri, niſi pro vno furto. Vnde licet ex forma ſtatuti pro tertio furto deberet quis ſuſpendi, & pro primo debeat puniri pœna pecuniaria, ſolum debet iſte puniri pœna pecuniaria. Ita dicit Bal. ſi rectè me-

 mini

mini, in authen. ſed nouo iure .C. de ſer.
38 fugi. Secundo caſu, quando ſunt † delicta in
quibus non prædominatur animus; ſed actus
corporeus, vt deferre arma, vel veſtes prohibi-
tas, quando contemnunt actum merè perſo-
nale, & naturalem recipiunt interruptionē, &
hoc caſu dicit Bart. in .d. §. infans. quòd pro
quolibet die iudicabitur vnum delictum, argu.
.l. foramen .ff. de ſerui. ruſti. prædio. Facit .l.
.1. ff. de oper. li. & hoc etiam tenet Bal. &
Docto. in .l. quicunq; .C. de ſerui. fug. Quæ
opi. maximè reſpectu mulierum, in ipſorum
fauorem tenenda eſt, per ea quæ dixi in .c. ve-
niens. ſupra de accuſa. Sed tamen de iuris ri-
gore, videtur aliter diſtinguendum, & conſi-
derandum, vtrum talis deferens, fortè rediens
in domū ad prandium, cum de mane fuiſſet re-
pertus, tales veſtes, vel arma depoſuit; deinde
poſt prandium eaſdem reaſſumpſit, & ita non
fuit repertus. Nam propter hos actus extra-
neos intermedios, videtur multiplicatio deli-
cti, & ideò debet duplici pœna puniri, vt hic,
& .d. l. nunquam plura. Et maximè ſi aliàs ve-
ſtes prohibitas, vel aliud genus armorum pro-
hibitorum detuliſſet poſt prandium, & indu-
bitatum eſſet hoc vltimo caſu, quando ſtatu-
tum diceret pro qualibet veſte, aut pro quo-
libet gladio debeat tanta pœna puniri, per ea
quæ ſupra dicta ſunt in primo, ſecundo, &
tertio articulo. Et ſubdit Bar. in .d. §. infans.
39 quòd in actibus † qui habent quandam ſucceſ-
ſionem ex reiteratione; verbi gratia, imponit
ſtatutum pœnam vendenti vinum vltra ſtatu-
tum pretium pro qualibet menſura decem ſo-
lidorū, vnus vna die vēdidit vltra mille mēſuras
maiori pretio, quæritur, an debeat puniri tot
pœnis quot ſunt mēſuræ. Et ſoluit ipſe, quòd
ſic. argu. l. cum mancipium .ff. de ædil. edic. &
.l. ſcire debemus .ff. de verb. obli. quod placet
in terminis prædictis. Sed quando ſtatutum
diceret, ſi quis vendiderit vinum non gabella-
tum, vel vltra ſtatutum pretium, puniatur tan-
ta pœna, tunc ſi vēdidiſſet in die varias menſu-
ras vini non gabellati, vel ſupra iuſtum pre-
tium, arbitror, quòd ſaltem pro qualibet die
eſſet puniendus vno delicto, argu. eorum, quæ
dixi de portātibus veſtes prohibitas. Vel fortè
eſſet dicendum, quòd pro qualibet menſura ſit
puniendus pœna prædicta, ſi vēditiones eſſent
factæ de varijs menſuris varijs perſonis. Se-
cus ſi eſſent factæ eidem ad eundem effe-
ctum; vt puta, ſi plures ſextarios vini, vel
aliàs mēſuras ſeparatim vendiderit ad implen-
dam vegetem tuam, argu. eorum, quæ in-
fra dicam de eo, qui furatur frumentum. co-
gitabis. Secus tamen eſt ſecundum Bar. in
ſtatuto imponente pęnam ludenti ad azardum.
Nam ſi vnus ludit die eadem cum pluribus, &
cum vicit, aut perdit, non dicuntur plures ludi,
40 ſeu plura delicta; ſed vnus dicitur † ludus
donec ſit habitus pro completo, & abſoluto
luſoribus decedentibus, argu. l. contractus. de
fi. inſtru. Non enim poteſt dici quis pecunias
perfectè viciſſe, donec ludus non ſit perfectè
completus, propter varias fortè vices, & al-
ternas ammiſſiones, & lucra, vt docet expe-
rientia, argu. l. naturalem. & .l. in laqueum. ff.
de acqui. re. do. Facit .l. in ſeruitutem. §. pe-
tiſſe .ff. de bo. liber. Et ideò aliud eſt hic,
quàm in vendente vinum; quia ibi in qualibet
perſona, & in qualibet menſura eſt perfecta
venditio, nec ſupereſt ſpecies reſciſionis illius
venditionis, nec ex pluralitate perſonarum,
cum quibus vna ſimul ego ludo, dicuntur plu-
ra delicta; quia ipſe non leditur; ſed magis of-
fenditur reſpublica, quæ eſt vna. Et ideò
vnum eſt delictum, argu. l. ſi plures .ff. ar. fur.
cæſa. Sed in qualibet menſura vini alteri,
atq; alteri plus debito vendita, offenditur qui-
libet. Et ex prædictis etiam deciditur quæſt.
pone dictat ſtatutum, prout eſt in hac ciuita-
41 te, † quòd quis ad nuptias non poſſit conuo-
care vltra triginta. Vel ad funeralia non poſ-
ſet ducere vltra viginti homines ſub certa
pœna. Quidam ducit quadraginta, vel quin-
quaginta, vtrum dicatur in tot pœnas incidiſ-
ſe, quot ſunt homines vltra numerum. Et ſol.
Bart. in .d. l. inficiando .§. infans. quòd non
debet puniri, niſi vnica pœna. Inſuper etiam
ex pdictis alia deciditur quæſt. pone, aliquis
42 eodem tempore † continuato ex eodem lo-
co duos, vel tres, vel plures ſaccos frumen-
ti ſubtraxit, vel eodem continuato tempore
varias res ſubtraxit; puta, decretales, codicem
veſtes, argentum, & ſimilia, vtrum dicatur
vnum furtum, vel plura. Et volunt Docto.
quòd dicatur vnum furtum; adeò quòd non
poſſit puniri pœna triplicis furti, ex quo fortè
ex tertio furto venit ex forma ſtatuti quis fur-
ca ſuſpendendus; licet ex alijs ſit pęna pecu-
niaria, vel fuſtigationis puniendus, hoc po-
nit Bart. in .l. eum qui .§. idem .ff. de furt. &
Docto. in authen. ſed nouo iure .C. de ſer.
fug. Facit. quod not. glo. in .l. penul. ff. de
acti. & obliga. Et ideò licet quis fuerit con-
feſſus, quòd furatus fuit plures res, vel quòd
fecerit tria, vel quatuor furta, non propterea
venit ſuſpendendus; licet ſtatutum diſponat,
quòd pro tertio furto debeat ſuſpendi, vt di-
cunt Docto. in præallegatis locis. Et ideò aſſeſ-
ſores dicunt in inquiſitionibus, quòd diuerſis,
& interuallatis temporibus &c. Et adde quod
dicā infra in ſexto articulo, de eo qui vno ictu,
vel vno pūcto plures interfecit. Quid autē de
43 eo † qui in alieno territorio plura furta com-
miſit de quibus non poteſt hic cognoſci, vel
alijs temporibus quorum conditioni præſcri-
ptum eſt, & nunc committit tertium, & quar-
tum, an poſſit tanquam ex tertio furto ſuſpen-
di, vide Bal. in .d. authen. ſed nouo iure. dixi
poſt .D. m. in .c. 1. ſupra de cle. percuſ. Poſtre-
mo circa hunc articulum, quæro, Pone ſtatuto
44 cauetur, quòd † bannitus, vel condemna-
tus propter rebellionem, in perpetuum ſit
priuatus omni commodo ciuitatis, & quòd
nullus cōtrahat cum ipſo, ſub pœna nulle, & q
nullus



nullus audeat cum ſociare, vel in domo re-
tinere, et Titius contractat cum tali ban-
nito, & eum aſſociauit, & in domo retinuit,
an veniat puniendus pœna mille, an trium mil-
lium, propter tria delicta. Sol. Rayn. latè
diſputauit hanc quæſtionē, & arguit ad vtranq;
partem, & finaliter ſoluit, quòd debeat puni-
ri triplici pœna, videlicet, ex eo, quia con-
traxit, puniri debeat in mille, ex eo quia aſſo-
ciauit, & in domo retinuit, puniri debet pœna
45 extraordinaria, non pœna mille; quia † illa pę-
na non intelligitur eſſe repetita. quod not. pro
his, quæ dixi in .c. ſecundo requiris. ſupra
de appella. Et ita etiam ſequitur dominus
Nellus de ſancto Gemi. in tertia parte ſe-
cundi temporis .q. 58. Circa vltimum arti-
46 culum, quando plura delicta † per plures com-
mittuntur in perſonam vnius duntaxat. Exem
plum, plures interfecerunt vnum hominem,
vtrum quilibet veniat puniendus pœna homi-
cidij, glo. in. l. fin. ff. de ſicca. dicit, quòd omnes
tenentur, ſi non apparet ex cuius ictu perierit,
vt .l. item mela .§. ſi plures .ff. ad .l. aquil. &
ſequit̄ Dyn. in reg. in obſcuris. de reg. iur. lib. 6.
Sed glo. in .d. §. ſi plures. dicit, quòd in dubio
omnes abſolui debent, per .l. abſentem .ff. de
pœn. Cyn. in .l. quoniam. C. ad .l. iul. de vi
pub. dicit, quòd prima opin. non habet lo-
cum in pœna .l. cornel. qn̄ plures ex propoſi-
to deliquerunt; quia conſideratur voluntas
cuiuslibet, & non effectus. Secūda opi. habet
locum in .l. aquil. Sed Bart. in .d. l. fin. dicit,
quòd primum membrum videtur procedere
de iure communi, in quo punitur effectus oc-
cidendi, ſi non ſequatur effectus. Sed cum ſta-
47 tuta † Italiæ communiter puniant effectum, &
non affectum, merito q̄ſtio reddit̄ magis dubia.
Et ideò pro iſtius articuli latiori declaratione,
diſtinguit, quòd quandoq; tractatur de punien
do aliquos, propter delictum per quoſdam
alios commiſſum, & tunc omnes illi delictum
committentes reputantur pro vno, vt in .l. cum
ſi exhibuiſſent .§. fin. ff. de publica. & in .l. 1.
& per totum tit. ff. ſi famil. fur. fe. di. Fallit in
caſu .l. ſi familia .ff. de iuriſdict. om. iudi.
48 Et ex hoc infertur, quòd villa quæ non † cœpit
plures idem homicidium committentes, non
tenetur niſi vnica pœna, vt dixi in præce. ar-
ticulo. Secundo infertur ad deciſionem de il-
49 lo, qui præſtitit auxilium † pluribus ho-
micidium committentibus, vt non pluribus;
ſed vna duntaxat pœna pęna puniatur, & ita
conſuluit Dyn. quia ſtatutum quod dicit, ſi
quis dedit auxilium malefactori reſoluitur in
vniuerſale, hoc eſt omnibus malefactoribus.
Item facit regula prædicta, per quam dixi, fa-
ctum illorum plurium pro vno reputari. Sed
cōtra pdicta facit .l. 1. §. 1. ff. ſi fa. fur. fe. di. vbi
ſi familia alicuius commiſit aliquod delictum,
& dominus fuit ſciens, vel in dolo, tenetur
pro quolibet ſeruo, non tantum pro vno. Tan-
dem Bar. dicit, quòd dictus .§. potius facit pro
dicta deciſione; quia ſi dominus ſuo nomine
conuenitur pro ſuo iuſſu, vnus iuſſus eſt, & vnū
maleficium reputatur. Sed ſi conueniretur no-
mine ſeruorum, tunc teneretur pro quolibet
ſeruo. Facit quod not. Bart. in .l. 3. ff. ad .l.
iul. de vi priua. Et pro prædictis etiam facit
quod not. Bal. in .l. cū rationibus .C. qui ac-
cuſa. non poſſ. vbi concludit, quòd talis præ-
ſtans opem tenetur ſolum pro vno homicidio;
quia cum vnus ſit effectus, vna pęna imponitur;
ſed ſi facta eſſent diſtincta, & non deſtinata ad
vnum finem; vt quia vnus vulnerauit in ma-
nu, alius in facie, & quis vtriq; opem præ-
ſtitit, punietur pluribus pœnis, argu. ff. de furt.
in .l. qui ſeruo .§. fin. Et ideò ſi quis manda-
50 uit † pluribus, vt homicidium vnum, vel aliud
delictum committerènt, licet eſſent plures man
datarij delinquētes, nihilominus mandans te-
neretur vna pœna. Secus ſi mandaret, vt face-
rent diuerſa delicta. ita tenet etiam Bart. in .d.
.l. fin. ff. de ſicca. Quandoq; tractatur de pu-
niendis pluribus principaliter deliquentibus,
& diſtingue, quòd aut habebant publicum
officium, & tanquam officiales deliquerunt,
& tunc habentur pro vno; & vna ſunt pœna
puniendi, vt in .l. ſi multi .ff. de publi. & in .l.
tres tutores .ff. de admi. tuto. Aut non ſunt of-
ficiales, ſeu idem corpus fictum repreſentan-
tes, & diſtingue, quòd aut omnes æqualiter
delinquunt, & omnes ſunt æqualiter puniendi,
vt in .l. item vulneratus. in fin. ff. ad .l. aquil. &
in .l. ſi plures. ff. de iniur. & in .l. ſi plures. ff. arb.
fur. cæſa. in .l. 3. ff. ad .l. iul. de vi priua. Aut de-
linquunt inæqualiter, & tunc quilibet iuxta
qualitatem, & quantitatem delicti ſui punien-
51 dus eſt. Et ideò ſi plures ſunt † vulnerantes,
cuiusq; vulnus debet inſpici, ſi fieri poteſt, vt
traditur in .d. l. fin. de ſicca. in .l. item mela .§.
ſed ſi plures. ff. ad .l. aquil. Et ſi vulneratus eſt
mortuus, quanuis de iure communi omnes
eadem pœna capitali .l. cornel. debeant puni-
ri, etiam ſi fortè ex vnius vulnere duntaxat
perierit; quia de iure cōi in .l. cornel. affectus
occidendi conſiderat̄, & non effectus. vt in .l. in
lege. & in .l. diuus. ff. de ſicca. quia tamem vt
52 ſupra dixi, ex forma ſtatutorum Italiæ † non
attenditur propoſitum, ſeu affectus; ſed fa-
ctum, & effectus; Ideò diſtinguendum eſt ſe-
cundum Bar. quòd aut apparet ex cuius vulne-
re talis deceſſerit, & hoc caſu, aut iſtud vulnus
mortale fuit primo illatum, & tunc licet alij
ſecundo loco vulnerantes non vulnerauerint
lethaliter reſpectu hominis ſani, tamen reſpe-
ctu hominis debilitati, & iam ad mortem vulne
rati aliud iudicandum eſt, vt in .l. qua actione.
.§. ſi quis ſeruū ægrotū .ff. ad .l. aquil. Facit .l.
item vulneratus. eod. Aut vulnera nō mortife-
ra fuerūt primo loco illata, & vltimo loco per
vnum fuit illatum vulnus mortale, & hoc caſu
non primo vulnerantes, ſed vltimo vulnerans
tenetur de occiſo, vt in .d. §. ſed & ſi plures.
Aduerte tamen, quia illę qui primo percuſſerit
poterit puniri, tanquā pręſtās auxilium homi-
53 cidio. Et ita aſſeſſores, & officiales † volen-

tes punire quemlibet pœna capitis formant
inquiſitionem, non ſolum de vulnere lethali,&
de alijs vulneribus, ſed de ope,& auxilio ad in-
uicem præſtito, vt homicidium cõmitteretur.
Et ſub qua forma debeat tunc formari inqui-
ſitio, vel accuſatio, vide ꝙ notabiliter dixi in.c.
qualiter .2.ſ̃.de accu.in vndecimo principali ar
ticulo.q.60. Sed ſi nõ poſſet apparere ex cuius
vulnere interfectus perijſſet, ꝙ poteſt contin-
gere duobus modis; vno modo, quando nul-
lum vulnus erat per ſe lethale; ſed omnia ſimul
iuncta mortem intulerunt; & hoc caſu omnes
puniuntur de homicidio; quia omnes occide-
runt. & ita tenuit Inno.in.c.ſignificaſti. de ho-
mici.& probatur in.d.l.item mela.§.ſed ſi plu-
res, & in.d.l.item vulneratus ad .l. aquil.& in.l.
ſi plures .ff. arbo. fur. cæſa. Alio modo poteſt
non apparere, vel quia ignoratur quis illorum
vulnus illud lethale intulerit, vel vtrũ ipſũ vul-
nus primo loco, vel vltimo loco fuerit illatum,
& hoc caſu dicit Bart.in.d.l.ſi.ff.de ſicca. quòd
quilibet præſumitur illud vulnus intuliſſe, &
primo loco præſumitur illatum. vt in.l.ꝙ de pa
riter. & in.l.ſed & in illo.ff.de. reb.dub. & ideò
quilibet tenẽ de occiſo, arg.d.§.ſed ſi plures.
&.d.l.item vulneratus. in fi.& ꝙ dixi in præce.
caſu,quando vnum vulnus erat per ſe mortale.
Sed aduerte, quia in contrarium facit .d.§.ſed
ſi plures, vbi tex. dicit, ſed ſi nõ apparet cuius
ictu perierit, omnes quaſi occiderũt. Vnde cũ
54 dictio quaſi, † videaẽ denotare improprietatẽ,
55 & fictionem † quæ non habet locum in ſtatu-
tis, potius videtur quilibet abſoluendus, argu.
.l. abſentem .ff. eo. & regu. in pœnis. de reg.
iur. lib.6. & ita conſuluit Dyn. ſed Bar. in .d.l.
fin.ff. de ſicca. tenet contra, dicens, quòd illa di
56 ctio quaſi, † eſt expreſſiua veritatis, cum verũ
ſit omnes percuſſiſſe, & verũ ſit illum occiſum
eſſe, per præallega. §. ſed ſi plures. quæ deci-
ſio iudicio meo, eſt multum rigoroſa. Sed ad
conuincendum tales de homicidio, poſſet offi-
cialis vti dicta cautela de auxilio, ope, & fauo-
re præſtito. & vide ad prædicta quæ dixi in .c.
ad audientiam.ſ̃.de homici. Circa ſextum ar-
57 ticulum principalem, quando plura delicta† cõ-
mittũtur per vnum offendẽtem plures. Bar. in
.l.3.§ ſi ad plures.ff. de ſepul. viola.diſtinguit,
ꝙ quandoq; delictum principaliter committi-
tur in iniuriam eorum, in quos cõmittitur,ha-
bito reſpectu ad perſonam, & non ad rem; &
quilibet per ſe habet actionem in ſolidum, vt
in .l. 1.in fin. & in.l.eum qui nocentem.§.ſi nu-
pta. ff. de iniur. Et ideò ſi aliquis vno ictu
58 percuſſit tres clericos, tribus excommunica-
tionibus tenetur, hoc tenet Ioan. Andr. in
regu. delictum. de re. iur. in mercu. vbi vide
latè per eum. Et hoc procedit, vbi pœna eſt
reiterabilis. Secus ſi non eſſet reiterabilis,
qualis eſt pœna mortis. Nam ſi quis vno ictu,
aut vno veneno, incendio, vel naufragio,
tres, vel plures interfeciſſet, non niſi vnica pœ-
na mortis tenetur. Sed ſi ſtatuto diſponeretur,
quòd pro primo homicidio quis puniatur pœ
na quingentorum florenorum, pro ſecundo
pœna mille, pro tertio, pena capitis, & aliquis
vno ictu, vel vno veneno plures interfeciſſet,
arbitrarer ipſum omnino puniri triplici pœna,
per .l.ter enixa.ff.de verb.ſigni.& quod not. in
.l. arethuſa.ff.de ſtat. ho. Quod videtur eſſe cõ
tra deciſionem, quam dixi in quarto principali
articulo quaſi in fin. de eo qui furatur eodem
tẽpore diuerſas res; argumetãdo de perſonis
59 ad res. Et profecto contrariũ videtur eſſe diffi-
cile. Et quia prius nõ venit in mentẽ,poterit co
gitari. Et aduerte, quia ſi poneres, quòd oẽs
illæ res eſſent eiuſdem domini,tunc facilis eſſet
ſolutio; nam tunc reſpectu eiuſdem tempo-
ris continuati, & vnius duntaxat offenſi,
vnum merito iudicabitur furtum. Sed hic plura
iudicantur homicidia reſpectu plurium occiſo-
rum, licet eodem impetu, & ictu. faciunt quę
dixi ſupra in primo caſu. Sed ſi poneres plu-
res dominos illarum rerum, veluti vnus dñs
decretalium, alius codicis, & alius veſtium,ma-
ius eſt dubium; & difficilis videtur ſolutio. Niſi
60 diceres, ꝙ ſtatutũ † prædictum, quod vult, ꝙ
pro tertio furto debeat ſuſpendi, eſt reſtringen
dum, & interpretãdum,vt intelligatur pro ter-
tio furto interuallato tempore perpetrato;cum
ſtatutum ſit pœnale, & correctoriũ iuris com-
munis. Sed in homicidio, ſtatutum quod
vult illũ puniri pœna pecuniaria, in hoc exor-
bitat à iure communi; & quando vult puniri
61 pœna corporali, reddit ad ius commune; † &
ideò latè interpretandum, argu. notatorũ per
glo.in.c.ſtatutũ. in ver. numerãdum. de pręb.
lib.6. & .c.1.iuncto.c. fin. de pact. lib. 6. Et
vide quod tradit Fede.conſ.89. Et credo, ꝙ ali
quid dixerim in ſimili in .c. ad abolendam. in
fin.ſupra de hæreti. Nec eſſet bona ſolutio, eſt
ibi vnicus actus furãdi, ergo pro vno furto de-
bet puniri. argu.l.item apud Labeonem.§.con
uicium .ff. de iniur. quia & ibi eſt vnicus actus
occidendi. cogitabis. Quandoq; verò delictũ
62 committitur circa res, & tunc † omnes quo-
rum intereſt habentur loco vnius.vt in .l. ſi plu
res.ff. de arbo. fur. cæſa. & in.l. item apud La-
beonem. §. fin. cum .l. ſequen. ff. de iniur.
Et ex prædictis infertur, quòd ſi eiuſdẽ fundi
decem erãt poſſeſſores, ꝙ ſi Titius ingreditur
ipſum fundum, & vſurpat illum, quòd dubitari
põt, an dicatur plures violentias comiſiſſe, ita
quòd reſpectu cuiuslibet poſſeſſoris teneatur
pro vna violentia, & integra pœna. & ſic etiã
vtrũ quilibet ex ipſis poſſeſſorib⁹ poſſet accuſa-
ri de violentia,aut turbata poſſeſſiõe. In qua.q.
Bar. in .l. 2. §.ſi ad plures .ff. de ſepul.viola.di-
cit eſſe conſideranda verba ſtatuti. Vnde diſtin
63 guit, quòd aut verba † ſtatuti denotant actum,
prout infertur perſonæ, ſeu in perſonam; vt
puta, ſi ſtatutum ita dicit, ſi quis turbauerit
aliquem in poſſeſſione ſua, vel ſi quis turba-
uerit alicui poſſeſſionẽ ſuam &c. & hoc caſu
quilibet poſſeſſor intelligitur eſſe turbatus. &
ideò quilibet poteſt agere in ſolidũ, & pro per-
ſona cuius iſte turbator tenẽ ad pœnã. Facit
ꝙ in



ꝙ in ſimili dicimus, quando vni ſeruo infertur
violentia in iniuriam plurimorum dominorũ,
quo caſu quilibet dominus agere poteſt nomi-
ne ſuo ꝓ iniuria ſua, vt.d.l.item apud labeonẽ.
in fi.& ibi not. Facit quod dicam in ſeq. Si ve
64 rò ſtatutum † denotat actum, prout infertur in
re,non habito reſpectu ad perſonam; verbi gra-
tia, ſi quis intrauerit poſſeſſionem alterius &c.
& tunc omnes domini, ſiue poſſeſſores vnius vi
cem repræſentant, vt.d.l.ſi plures. ff. de ſepul.
viol.& prædicta notabis,quia quotidie veniunt
65 de facto. Circa ſeptimum caſum,quando † plu
res offendunt plures. Exemplum, decem ho-
mines fecerunt inſultum contra decem, & hoc
caſu dicit Barto.in.d.l.ſi ad plures. ff.de ſepul.
viol.ꝙ quilibet inſultans tenetur de tot inſulti-
bus,& totidem pœnis quot ſunt perſonæ, con-
tra quas fit inſultus; & ſic tenetur quilibet de
decem inſultibus,prout ſunt decem paſſi inſul-
tum, per.l.ſi plures.ff.de iniur. iuncta.l.ſi quis
in graui.§.ſi cum omnes domini.ff.ad ſena.cõ-
ſul.ſillan. qđ facit ad deciſionem præcedentis
caſus. Circa octauum caſum, quando ex vno,
66 & † eodem facto reſultant plures ſpecies deli-
cti. vtrum quis poſſit puniri pro qualibet ſpe-
cie,& in ſolidum. Exemplum de eo qui agit cũ
virgine cõſanguinea; nam ex tali coitu commit
tit ſtuprum,& inceſtũ. Vel de eo qui agit cum
67 moniali, † qui eodem coitu committit adulte-
rium,quia cum ſponſa Chriſti;& ſtuprum,quia
cum virgine. item ſacrilegium,quia cum re ſa-
cra,vt tradit.D.m.in.c.monaſteria. ſupra de vi.
& hone.cler.& not.glo.27.quæſt.1.in.c.virgi-
nibus.vtrum debeat puniri pœna quadruplici,
& de quadruplici delicto poſſit accuſari. Item
poteſt figurari exemplum de eo qui occidit pa-
trem,qui homicidium, & patricidium videtur
committere. Circa quem articulum inſtitui
non inſiſtere; quia in reliquis nimium prolixus
fui. Sed de hoc articulo dic,vt traditur per Bar.
in.l.ſenatus.ff.de accuſa. & in.l.ſi adulterium cũ
inceſtu. ff.de adulte. & in.l.ſanctio legum.ff.de
pœn. & per Bal. in.l.& ſi ſeuerior.C.de infa. &
per docto.in.l.qui multa.C.ad leg.iul.de vi pu.
& per glo.& Inno. in.c.de cauſis.ſ̃.de off.dele.
&.17.q.4.in.c.attendendum. & in.c.in pœnis.
de reg.iur. lib.6. Et vide alia plurima iura, &
plures authoritates quas allegaui in .c. quali-
ter.2.ſ̃.de accuſa. in decimoquarto princip.ar-
tic.q.4. Et in prædictis locis vide etiam quan-
do vbicunque eſſet delictum,& variæ ex eodem
delicto imponerẽtur pœnæ. Et quid iuris de eo
68 qui adimit † bannitum, & captum de manu fa-
miliæ,an poſſit puniri duplici pœna; videlicet,
tanquam eximens, & tanquam auxilium præ-
ſtãs,vide ꝙ ſic per .D. Nellum in tracta.banni-
torum,in tertia par.ſecũdi temporis. quęſt.29.
Et etiam adde ad prædictam materiam quæ di-
xi in.c.de his.ſupra de accuſ. & in.c.1.ſupra de
colluſ.deteg. Circa nonum,& vltimum caſum
69 quando plura † verbis delicta committuntur,
vtrum plures ſint imponendæ pœnæ.Bart. in.l.
apud labeonem.§.ait prætor.ff.de iniur. breui-
ter dicit,quòd ſi ſtatutum diſponit, quòd pro
quolibet verbo iniurioſo quis puniatur in certa
quantitate,ꝙ tunc ꝓ qualibet oratione iniuriæ
ſignificatiua debet puniri,vt.d.§.ait prætor. &
in.l.1.§.verbis.ff.de iniur. Subdit tamen,ꝙ ſi
idem verbum iniuriam denotans, pluries repe-
tatur,dicetur vna iniuria, ſeu vnum verbum in-
iurioſum, & non plura; verbi gratia,ſi quis ali-
cui diceret fur,vel latro, & pluries idem repli-
caret. arg.l.vnum.ff.de teſtam. &.l.cum filius.
§.1.ff.de lega.2. &.l.teſtium. C. de teſt. Facit
.c.& ſi Chriſtus.ſupra de iureiurã.& idem con-
ſuluit Bar.conſil.108. quod incipit,in quæſtio-
ne vertente inter.d.N.&.S. per.l.cum filius.§.
varijs.ff.de lega.2.& arg.not.in.l.ſi conuenerit.
in prin.ff.de pign.act. Sed ſi eſſent plures ora-
tiones diuerſa ſignificantes, tunc dicuntur plu-
ra verba iniurioſa. Et idem ſi eſſet vna oratio
ſignificans plura,& ad diuerſos effectus. Exem
plum,ſi diceretur fur, adulter, & patriæ prodi-
tor,per.l.titia.in fi.&.l.pluribus.ff.de ver.obli.
Et ex prædictis habes expeditum ſecundũ prin
cipalem articulum. Circa tertium principalẽ
70 articulum,vtrum in foro pœnitẽtiali habeat lo
cum tex.noſter, vt toties debeat imponi pœni
tentia,quoties quis peccauit,breuiter dic ꝙ ſic;
vnde Petrus,quia tertio negauit dominum,ter-
tio ipſum poſtea confeſſus eſt, vt habeẽ Matth.
26.c.& tranſumptiuè.6.q.1.in.c.imitare. per
quem tex. dicit ibi glo. quòd etiam ſi cum ea-
dem muliere quis ſucceſſiuo tempore pluries
fornicatus eſt,quòd toties debet pœnitentiam
agere, quoties fornicatus eſt. Facit de pœnit.
diſtin.1.in.c.menſuram. & quod not.de adult.
in.l.ſi adulterium. Circa quartum, & vltimũ
articulum de pœnis contractuum, vtrum ille
71 qui † pluries contrafecit, vel venit contra con-
uentionem, debeat pluries puniri, vide quod
not. in.l.qui fidem.ff.de tranſactio. Ego for-
tè dicam in.c.conſtitutus. infra eod. vbi melius
conuenit.

## Capitulum. II. Præsbiter.

### SVMMARIVM.

1 *Præsbiter interficiens præsbiterum, puniendus eſt. Et pars pœnæ applicatur eccleſiæ,cui præfuit. Et altera pars pro illius anima diſtribuitur. Et declara vt num.ſequen. & vſque ad num.45.*

3 *Liberum corpus non recipit æſtimationem.*

4 *Pœna reſpiciens publicam vindictam, non debet diuidi, ſed tota applicari fiſco.*

5 *Parochiæ appellatione quandoq; comprehenditur diœceſis.*

6 *Clerici defuncti bona, ſi non ſunt acquiſita intuitu eccleſiæ, applicantur ipſius conſanguineis ab inteſtato.*

7 *Pœna quæ ſoluitur pro iniuria facta alicui præsbitero, an applicetur Epiſcopo, vel hæredi ipſiu iniuriati.*

8 *Intellectus duplex huius capituli.*

9 Epi-

9 *Epiſcopus, ſi aliquid capit ex bonis clerici defun-
ćti, an poſſit pro ſe retinere, & ibi, in quo caſu
hæc bona ad eum pertineant.*
10 *Fiſco debent applicari bona vacantia.*
11 *Epiſcopus, an poſſit recipere, & conſeruare bona
eius, qui peregrè profectus mortuus eſt, &
ignoratur an habeat conſanguineos. Et ſi non
reperiat conſanguineos, an poſſit diſtribuere
pauperibus.*
12 *Eccleſiæ vacantis cuſtodia pertinet ad illum, ad
quem ſpectat collatio.*
13 *Pœna quæ ſoluitur ratione iniuriæ illatæ eccleſiæ,
debet applicari eccleſiæ.*
14 *Et quid ſi illata ſit perſonæ occaſione eccleſiæ. Et
quid ſi haberet duas eccleſias. nu. 17.*
15 *Dignitas nunquam moritur.*
16 *Pœna cui ſit applicãda pro iniuria illata perſonæ,
nõ occaſione eccleſiæ. & nu. 21.*
18 *Mixti qualitas excellentior, eſt attendenda.*
19 *Cauſa naturalis, & accidentalis quando concur-
runt, præualet naturalis. Declara tamen vt
num. ſeq.*
22 *Pœna quando ſimpliciter imponitur, an veniat ap
plicanda fiſco, an parti, & nu. ſeq.*
23 *Media via eſt eligenda.*
24 *Pœna impoſita per iudicem ſæcularem in delicto
mixti fori, applicatur fiſco ſæculari, & per
eccleſiaſticum eccleſiaſtico.*
25 *Pœnæ pars, quando applicãda eſt accuſatori, prius
tota fiſco conſignabitur; & deinde fiſcus illam
partem dabit accuſatori.*
26 *Pœna applicanda alicui in præmium accuſationis,
non debet applicari accuſanti, qui conſtituto
ſalario ad id ex officio tenebatur.*
27 *Neq; talis pœna poterit applicari accuſatori par-
ticipi criminis.*

1 PRAESBITERI. Interficiẽs † p̄sbi-
terum, puniendus eſt. Et pars pœ-
næ applicatur eccleſiæ, cui p̄fuit.
Altera verò pars pro illius anima
diſtribuitur. h. d. Primo dictum. Secundo ra-
tio, ibi, quia nullus. Et in tex. ibi, compoſitio,
dic, hoc eſt pecunia, quæ pro pœna ex iniuria
illata per compoſitionem recipitur. Et in tex.
ibi, qui, dic, hoc eſt, quàm eccleſia ipſa, quæ
ipſum domino ſociauit. 21. diſtin. in. c. cleros.
Not. primo ibi, compoſitio, exponendo, prout
2 expoſui, † ꝙ interficiens præsbiterum, videtur
puniẽdus pœna pecuniaria. Quod procedit de
iure canonico. Nam de iure ciuili debet puniri
pœna. l. corneliæ de ſicca. & ſic pœna mortis.
Et aduerte, quia ego intelligo, ꝙ tex. non loqua
tur de pœna propriè, quæ venit applicanda fi-
ſco, ſed loquatur de ſatisfactione iniuriæ; ex eo
quia ratione pręsbiteri interfecti, videtur eſſe
illata iniuria tàm Epiſcopo, quã eccleſiæ ipſius
interfecti. Et ideò Epiſcopus hic agebat ad æſti
mationem ipſius iniuriæ. Quod facere potuit,
per ea quæ dixi in. c. olim. s̃. tit. proxi. Et ſi tu
diceres, quòd hæc iniuria non videtur poſſe æ-
3 ſtimari; quia † liberum corpus non recipit æſti-
mationem, vt dixi in. c. 1. s̃. tit. proxi. Reſpon-
deo, ꝙ non æſtimatur dictum liberum corpus;
ſed duntaxat iniuria illata eccleſiæ ex ipſa inter-
fectione, quæ iniuria æſtimabilis eſt. Sed ſi
ageretur criminaliter, dicerem, quòd ſi interfe-
ctor fuiſſet clericus, deberet puniri pœna degra
dationis à ſuis ordinibus, & detrudi in monaſte
rium ad pœnitentiam peragendam. arg. tex. in
. c. tuæ. infra eod. Sed ſi eſſet laicus, & eccle-
ſiaſticus iudex præueniſſet ſæcularem, quod
facere poſſet, cum nulla ſit determinata pœ-
na, poſſet ipſe iudex eccleſiaſticus punire pę-
na extraordinaria, per ea quæ dixi in. c. ſuper
his. in glo. in ver. arbitrium. s̃. de accuſ. Arbi-
tror tamen, quòd eum deberet priuari omni di-
gnitate etiam ſæculari, quam haberet. arg. d. c.
tuæ. eo. tit. c. excommunicamus. s̃. de hæret. Et
ſi pœna pecuniaria imponeretur, arbitrarer, ꝙ
4 cum talis † pœna reſpiciat vindictam publicã,
non deberet diuidi, prout hic dicit, ſed deberet
applicari fiſco eccleſiæ. argum. eorum quæ not.
D. m. in. c. 2. s̃. de ſucceſ. ab inte. Sicut etiam
in ſimili, pœnæ criminales fori ſæcularis appli-
cantur fiſco ſæculari, quando ad publicam vin-
dictam agitur, vt dicã. j̃. poſt glo. Vel põt dici,
qđ cum tex. loquatur per verbum compoſi-
tio, quòd verbum formaliter pònitur. 17. q. 4.
in. c. qui ſub diaconum. quòd intelligitur de illa
compoſitione legis lombardæ, quæ vt dicit hic
glo. eſt pœna ſexcẽtum ſolidorũ. Sed dic vt la-
tius dicam in. c. in quibuſdam. j̃. eod. Et no-
tabis prædicta ad intellectũ iſtius cap. quæ mi-
nime per docto. conſiderantur. Secundo not.
5 ibi, parochiani, quòd † appellatione parochiæ
quandoq; comprehenditur diœceſis. ad idem
. c. apoſtolicæ. s̃. de donat. dixi in. c. 1. s̃. de rapt.
Tertio not. ꝙ licet ſacerdos habeat propriam
eccleſiam, pœna tamen, ſeu æſtimatio iniuriæ
non applicatur eccleſiæ, ſed medietas ſolum. Et
alia medietas diſtribui debet in eleemoſinas ꝓ
anima interfecti. Et ex hoc videntur inſurge-
re duo ſpecialia in hac pœna, quę non concur-
runt in cæteris bonis ipſius clerici defuncti; nã
6 cætera bona † ab inteſtato applicantur conſan-
guineis, ſi ſunt patrimonialia, & non intuitu ec-
cleſiæ acquiſita, vt in. c. 1. ſupra de ſucceſ. ab in-
teſta. & in. c. relatum. 2. ſupra de teſta. 12. q. vlt.
c. fina. Vel applicantur eccleſiæ, ſi non habeat
conſanguineos, vt in dictis iuribus. Sed iſta pę
na, neque in totum, neque in parte applicatur
conſanguineis, neque etiam in totum applica-
tur eccleſiæ. Aduerte tamen, quia dicit hic ſin
gulariter. D. m. ꝙ iſte tex. non aperit, quid ſi iſte
7 ſacerdos habuiſſet hæredem ex ſua conſangui-
nitate, vtrum tunc pœna applicetur hæredi, &
non Epiſcopo. Et ſubdit ipſe, quòd ſatis pu-
tat, ꝙ hæres admittatur ꝓ iniuria, quatenus tã-
git iniuriam ipſius pręsbiteri. arg. tex. in fi. dum
dicit, ꝙ nullus proximior hæres, quàm eccle-
ſia; nam certum eſt, ꝙ ſuccedens iure ſanguinis
excludit eccleſiam in bonis ipſius ſacerdotis, vt
ſupra dixi; ergo intelligitur hæc litera, quando
decederet ſine hærede conſanguineo. Sed tu
dic, ꝙ qualitercunque decederet, etiam cum
hærede conſanguineo, reſpectu iniuriæ reſpi-
cientis eccleſiam, & Epiſcopum, de pœna agen-
dum eſſet, prout hic dicitur. Sed quatenus in-
iuria reſpiceret hæredem, ita etiam quòd hæres
poſſet agere actione iniuriarum, tunc pœna ipſa
& iniurię æſtimatio applicaretur in ſolidum ipſi
hæredi. Ad quod vide quæ dixi in. d. c. olim. s̃.
tit. 1. Et prædicta adde ad ea quæ ibi dicun-
tur. Secunda ſpecialitas videtur eſſe; quia Epi-
ſcopus hic aliquid capit; ſed ex bonis hęredita-
rijs nihil capit, ſi defunctus habebat eccleſiam,
vel conſanguineos. Et aduerte, quia in his bo-
nis, ſeu parte bonorum, quam capit Epi-
8 ſcopus, duplex eſt † intellectus, vnus, ꝙ diſtri-
buatur in eius eleemoſinam, hoc eſt, in ſuas ne-
ceſſitates. Secũdus, ꝙ diſtribuatur pro anima
ipſius interfecti in perſonas aliorum indigen-
tium. arg. not. 86 diſt. c non ſatis. Et hoc pro-
9 cedit, quãdo † ipſe Epiſcopus non indiget, & ha
bet alia, vnde commodè viuere poteſt; & ita de-
bet intelligi tex. noſter, & quod not. 23. q. 5. c.
dicat aliquis. & 1. diſt. c. ius militare. & 16. q. 1.
c. 1. Conferendo tamen magis egenti. vt. d. c.
non ſatis. Sed vt dicit hic Hen. Bohic. contra-
rium faciunt multi prælati, in quibus verificatũ
eſt illud Matth. 23. c. in princ. & 19. diſtinct. c.
ſerui. §. vltimo. Super cathedram Moyſi ſede-
runt ſcribæ, & phariſæi, quæ dicunt facite, quæ
autem faciunt, nolite facere. Dicunt enim, & nõ
faciunt &c. Sed ſi Epiſcopus non haberet vn-
de commodè viuere poſſet, tunc iſtam partem
in ſuos vſus diſtribuere poteſt. Ita intelligitur
quod not. ſupra de offic. ord. c. dilectus. Facit
etiam quod not. Archidia. 23. q. 5. c. ſi vos. & in
. c. venerabilis. §. denique. de ſen. excom. lib. 6.
& Zenze. in cle. ſtatutum. de elect. Hoſt. hic ſe-
quitur, & D. m. Et ex prædictis, & ex tex. no-
tabis ſecundum. D. m. ꝙ bona pręsbiteri dece-
dentis ſine eccleſia, & ſine conſanguineis debe-
rent peruenire ad Epiſcopum loci, vt ſibi non
detineat; ſed vt diſtribuat ſecundum pręcedẽn-
tem diſtinctionem. Sed tu aduerte, quia vide-
tur attentari poſſe, ꝙ debeãt applicari fiſco ipſi⁹
cathedralis eccleſiæ. Sicut in ſimili dicimus de
10 bonis vacantibus † alicuius laici, quę applicãtur
fiſco ſęculari. vt. l. 1. C. de bo. vacan. lib. 10. & in
. l. 1. in fi. C. vnde vir & vxor. Sic ergo de bonis
vacantibus ipſius clerici videtur dicendum. arg.
not. per. D. m. in. c. 2. ſupra de ſucceſſ. ab inteſt.
Et aduerte, quia quamuis iſtud videatur extra
principalem materiam tituli, nec ſit conſuetu-
do mea talia attingere, tamen ad prædicta vi-
de tex. ſingularem in auth. omnes peregrini. C.
11 commu. de ſucceſ. qui vult, ꝙ ſi † etiam laicus
deceſſit in peregrinatione, & ignorantur qui
ſint conſanguinei, quòd Epiſcopus, & non ille
apud quem mortuus eſt, debet talia bona reci-
pere, & conſeruare conſanguineis, donec repe-
riri poſſint. Et ſi non reperirentur, diſtribuere
pro anima ipſius in piam cauſam. Et ſic ille tex.
videtur ſingulariter facere, ꝙ ſi aliquis diſceſſit
de ciuitate, & ignoratur, an ſit mortuus, vel vi-
uat, ꝙ Epiſcopus debet bona illius interea con-
ſeruare. Ego tamen pluries habui de facto, nec
reperi doctorem decidentem hanc queſt. Sed
ego ſemper conſului, ꝙ ad illum pertineat cuſto
dia, qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato. Facit quod
not. in ſimili in. c cum vos. ſupra de offic. ord. &
quod not. Inno. in. c. 1. vt eccle. benefi. & tetigi
in. c. 3. ſupra de exceſſ. pręlat. in quibus tradi-
tur, ꝙ ad illum pertinet cuſtodia eccleſię vacan-
12 tis, ad † quem pertinet collatio. Facit etiam. l.
quo tutela ff. de reg. iur. & maximè ſi tales eſsẽt
filij. per. l. in ſuis. ff. de libe. & poſt. Nec obſtat
d. authen. omnes. quia potius facit pro iſta ſen-
tentia, ſi rectè ponderetur, cum dicitur, quòd
debeat conſeruare conſanguineis, donec ſcian-
tur. Et hæc notabis, quia quotidiana ſunt. In
glo. 1. in fi. dic de hoc articulo vt dicam in. c.
quibuſdam. j̃. eod. vbi latius dicam de pœna
interficientis clericum. Glo. 2. quærit de rõne,
& ſoluit. deinde colligit argumentum ex tex.
In fi. glo. dic, hic veniunt duo examinanda. Pri-
mum cui debeat applicari pœna, quæ eſt impo-
nenda ratione iniurię illatę eccleſiæ, vel perſonę
eccleſiaſticæ. Secundum erit magis generale,
cui veniat applicanda pœna imponenda ex ali-
quo delicto. Circa primum diſtingue, quòd
13 aut † iniuria eſt illata eccleſiæ, ſeu loco, & non
perſonæ, aut è contra perſonæ, & nõ loco. Pri-
mo caſu, debet applicari eccleſię, & ſic ſolui de-
bet pręlato ipſius eccleſię arg. c. 2. ſupra de do-
nat. Ita vt ipſe teneatur diſtribuerę ipſam pecu
niam in vtilitatem ipſius eccleſię. Et ſi pręlatus
ē Epiſcopus, debet ſolui ipſi Epiſcopo. 17. q. 4.
in. c. ſi quis contumax. Si verò eſt inferior pręę-
latus, vel rector parochialis; & tunc ipſi rectori
ſoluetur. 17. q. 4. in. c. ſi quis in atrio. Secundo
caſu, quando iniuria fuit illata perſonæ, & non
eccleſię, diſtinguerem, ꝙ aut fuit illata occa-
14 ſione eccleſię, aut occaſione propria ipſius cle-
rici, tanquam priuati, aut ſumus in dubio. Pri-
mo caſu, deberet ſolui, & applicari ipſi eccleſiæ.
arg. c. cum deſideres. j̃. de ſent. excom. & quod
not. Hoſt. in. c. parochianos. j̃. de ſen. excomm.
& ſic ſoluetur pręlato, vel rectori eccleſiæ, vt ſta
tim dixi. Nec poteſt ad libitum diſponere, ſed
de ea facere debet, vt in cęteris fructibus eccle-
ſię. Et hoc caſu arbitror attentari poſſe, ꝙ ſuc-
ceſſor poſſit agere ad iſtam pœnam mortuo,
vel renuntiante, ſeu cedente pręlato iniuriam
paſſo; quia talis iniuria potius in caſu prædicto
videtur illata dignitati, quàm perſonæ proprię
15 ipſius, quæ dignitas non moritur. c. ſi gra-
tioſę. de reſcrip. lib. 6. Et vide quod dixi in. c.
qm̃ abbas. ſupra de off. delega. Secundo caſu,
16 quando iniuria eſſet illata ipſi † tanquam priua-
to, & non occaſione eccleſię, quod arbitror col
ligi poſſe ex circunſtantijs; vt puta, agebatur de
proprio patrimonio ipſius clerici, per vim fuit
expulſus de ꝓpria domo, & vt exiret, fortè fuit
verberatus, vel contra voluntatem ſuã in ipſius
domum fuit introitum, vel quid ſimile. Et hoc
caſu talis pœna applicabitur ſibi; & de ea pote-
rit ad libitũ diſponere, & eo mortuo poſt eam
quæſitam, vel litem conteſtatam tranſmittit ad
proxi-

proximiores conſanguineos, ſi illos habet, vel
ad eccleſiam deficientibus conſanguineis, vt in
c. 1. ſ. de ſucceſſ. ab inteſt. Secus ſi mortuus eſ-
ſet ante lit. conteſt. quia tunc non tranſmitteret
ad hæredem, vt in. l. iniuriarũ actio. ff. de iniur.
& ibi per Bar. Et pro prædicta diſtinctione fa
cit quod in ſimili dicimus de delicto facto prę-
lato, vel rectori alicuius eccleſiæ, vel ipſi ꝑlato,
an videatur factũ eccleſiæ, vel ipſi ꝑlato. de quo
per. D. m. & docto. in. c. requiſiſti. ſ. de teſta. &
per glo. & per Bart. in. l. 2. ff. de reb. dub. & in. l.
non plures. C. de ſacroſan. eccleſ. & authen. li-
centiam. C. de epiſc. & cler. & in. l. cum aliquis.
C. de iur. delibe. Et ex prædicta diſtinctione
17 infertur, quid iuris † ſi ꝑlatus duas haberet ec-
cleſias; quia ſi occaſione eccleſiæ eſſet illata iniu
ria, deberet conſiderari cuius eccleſiæ contem-
platione fuerit illata. Tertio caſu, quando ſu-
mus in dubio, an iniuria videatur illata contem
platione eccleſiæ, vel ipſius propriæ priuatæ
perſonæ, iudicio meo queſtio eſt ſatis dubita-
bilis. Sed tu dic, ꝙ ex eo, ꝙ vult applicari pœ-
nam eccleſiæ, videtur ꝙ in dubio intelligatur fa
18 cta eccleſiæ. Facit etiã, † quia cum qualitas or
dinis ſit prꝩcellentior, & dignior, videtur in iſto
mixto principaliter conſiderari, vt in. c. quod in
dubijs. ſ. de conſecra. eccle. vel alt. & quod not.
in. l. q̃ritur. ff. de ſta. homi. In contrarium fa-
19 cit, quia vbi concurrunt cauſa naturalis, & acci-
dentalis, prꝩualet naturalis, vt in. l. qui habet.
ff. de tutel. & in. l. filio quem pater. ff. de libe. &
poſtum. & in. l. 1. C. de cura. furio. Sed videtur
finaliter dicendum, ꝙ neutra ꝑdictarum opi. ſit
vera. Sed ẽ q̃dam tertia mixtura, vt dicamus, ꝙ
vtrique q̃ratur actio; quia vtraque qualitas na-
turalis, & accidentalis offenſa eſt. Et ideò cum
ad inuicem ſe compatiantur, vna non tollit aliã,
20 ſed † vtraque cõſideratur, & operatur effectum
ſuum, vt not. per Bart. in q̃ſtione quæ incipit pu
pillus. Et huic vltimæ opin. potius adhærerem.
arg. tex. noſtri, qui vult de tali pœna duas fieri
21 partes, † quarum vna cedat vtilitati eccleſiæ, alte
ra vtilitati ipſius iniuriati. Cogitabis, quia non
tanguntur per docto. Et adde ad ea quæ dixi
in. c. olim. ſupra de iniur. in primo principali
articulo. in fi. Circa ſecundum, quando impo
22 nitur pœna † ſimpliciter, cui veniat applicanda,
an fiſco, vel parti, videtur dicẽdum, ꝙ in omni-
bus popularibus actionib⁹ applicet̃ parti, & nõ
fiſco. vt in. l. ſi cui. ff. de verbo. ſig. & in. l. 3. circa
princ. ff. de ſepul. viol. & quod not. glo. 1. in. l. ſi
quis id quod. ff. de iuriſd. om. iudi. & probatur
in. l. fin. ff. de litigio. & hanc opin. tenuit Oldra.
In contrarium verò, ꝙ applicetur fiſco videtur
tenere glo. in. l. iubemus. §. ijs quoque iudici-
bus. C. de ſacroſan. eccle. & ponitur in. l. multa-
rum. C. de mo. mult. & in. c. 1. quæ ſunt rega.
& in. l. agraria. ff. de ter. mo. & in. l. qui ſepulcra.
C. de ſepul. vio. Sed contra vtrunque opponi-
23 tur, quia videtur, ꝙ media via † ſit eligenda, vt
medietas applicetur parti, & medietas fiſco, vt
. l. 5. §. hæc autem. ff. de ijs qui deie. vel effu. &
in. l. in lege cornelia. in fi. ff. ad ſenatuſconſ. ſilla.
& hanc opin. tenuit Azo, & tangit glo. in. d. l
agraria. & ibi Bar. refert Spec. & Io. An. in tit. de
do. & contu. §. reſtat. in quarta parte. Sed Bar.
in. d. l. agraria. notabiliter diſtinguit, ꝙ quan-
doq; lex introducit actionem, & regulariter ap-
plicatur parti, vt in iuribus primo loco allegatis
Fallit, quando lex aliud exprimeret. & ita proce
dant iura allegata pro tertia opin. Quandoq;
lex introducit accuſationem, & tunc applicatur
fiſco, vt. d. l. multarum. & in. c. 1. & alia iura alle
gata pro ſecunda opin. Et hoc eſt verum, niſi
aliud exprimatur, vt. l. raptores. C. de rap. virg.
Facit quod not. Innoc. in. c. qualiter. 2. ſ. de ac-
cuſa. Quandoq; lex ſimpliciter loquitur, & tũc
putat Bar. ꝙ in dubio lex videatur inducere ac-
cuſationem, & per conſequẽs pœna applicatur
fiſco, vt. d. l. iubemus. & ita etiam poteſt proce-
dere. d. l. multarum. &. d. c. 1. Et not. quòd ex
24 delicto † mixti fori pœna impoſita per ſæculare
iudicem applicatur fiſco ſæculari. Sed impoſita
per eccleſiaſticum, applicatur fiſco eccleſiaſti-
co, dixi poſt docto. in. c. 2. ſ. de maledi. in. 4. q.
Inſuper etiam notabis, ꝙ ſi ex forma ſtatuti ali-
25 qua pars † pœnæ deberet applicari alicui, puta.
accuſatori, vel denuntiatori, ꝙ nihilominus cõ-
demnatio debet fieri de integra pęna ipſi fiſco,
& fiſcus ipſam totam debet exigere, & deinde
partem conſignare accuſatori, vel denuntiatori.
ita ſimpliciter tenet Bart. in. l. ſenatus. ff. de iur.
fiſ. Facit tex. noſter in quantum vult, ꝙ Epiſco
pus pœnam recipiat, & poſtea diuidat. Credo,
ꝙ dixerim tibi in. c. qualiter. in vndecimo prin-
cipali artic. Et aduerte circa prædicta ad vnum
ſingulare dictum Bart. de Salice. in. l. ſi ea quæ.
C. qui accu. non poſſ. q. 16. vbi dicit, ꝙ ſi aliqua
26 pars † pœnæ debet applicari alicui, in præmiũ
accuſationis, vel denũtiationis, aut ſimilis actus,
ꝙ non debetur talis pœna illi qui ex officio ſuo
conſtituto ſibi ſalario ex publico tenebatur il-
lud agere. & idem not. Spec. in tit. de denuntia.
§. 1. ver. vtrum ſi per ſtatutũ. Quod facit con-
tra officiales recipientes partem accuſatoris, vel
denuntiatoris ſecreti, cum ipſi ſint illi qui ex of-
ficio abſque denuntiatore, vel accuſatore, in-
quirunt, & damnant. Nam ipſi obligantur in
foro conſcientiæ reſtituere fiſco. & hoc quoti-
die frequentatur. Et adde etiam ſingulare
dictum, quod tenet idem Bart. de Salice. in d. l.
ſi ea quæ. vbi notabiliter vult, quòd talis portio
nunquam debetur illi qui eſſet particeps crimi-
27 nis, vt puta, ſi ſtatutum † conſtituit præmium
denuntianti luſores, vel ſimiliter delinquentes;
nam ſi aliquis luſit, vel luſum receptauit, ſeu
perſuaſit, aut ludo opem præſtitit, nõ debet ha-
bere aliquo modo illam partem, ne ex delicto
ſuo commodum reportet.

## Capitulum. III. Licet.

*SVMMARIVM.*

1 *Archidiaconi, & alij prælati, qui in criminalibus diſpenſare non poſſunt, pœnam pecuniariam impo-*



*imponere non poſſunt, vbi à iure alia ſtatuitur.*
2 *Dignitas inferior eſt multiplicabilis, etiam in eadem eccleſia.*
3 *Archidiaconus, an iuriſdictionem habeat, & quã.*
4 *Auaritia eſt radix omnium malorum.*
5 *Suſpenſio, vel interdictum non debet fieri pro annua exactione.*
6 *Simonia eſt recipere temporale pro ordine eccleſiaſtico, & ipſius ordinis executione.*
7 *Iuſtitiam vendere videtur, qui mediante pœna pecuniaria criminoſos ſuſtinet.*
8 *Iudex an, & quando mulctando poſſit vnam pœnam in aliam commutare, vel pœnam pecuniariam imponere.*
9 *Pœna corporalis nunquam eſt imponenda pro contumacia.*
10 *Iudex, ſi per proclama præceperit ne fiat aliquid ſine pœnæ additione, quæ pœna intelligatur ſtatuta contra contrafacientem.*
11 *Iudex, an, & quando poſſit definiendo, ſeu puniendo pœnam in aliam commutare, & pecuniariam imponere.*
*Et quid in delegato. nu. 12.*
*Quid in ordinario. nu. 13.*
14 *Statutum, quòd pro quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria, an valeat.*
15 *Pęna certa, quando non eſt à lege impoſita, venit iudicis arbitrio imponenda.*
16 *Pœna arbitraria appellatur extraordinaria.*
17 *Pœna arbitraria non poteſt eſſe pœna mortis.*
18 *Et ſi ſtatutum faciat mentionem de pœna arbitraria, quid agendum.*
19 *Niſi dictio, ſtat excluſiuè.*
20 *Pœna quando dicatur à lege expreſſa.*
21 *Pœna à lege certa, quando eſt impoſita, an, & quando iudex poſſit illam alterare, ſeu minuere. Et ibi diſtinguitur quid ſi ante ſententiam, vel poſt. Et quid ſi ipſo iure ſit impoſita.*
22 *Delictum per dolum, magis punitur, quàm per latam culpam.*
23 *Delictum commiſſum per ignorantiam, non punitur, vbi ſcientia eſt de forma.*
24 *Delictum emendationis, & correctionis, non autem iniuriæ gratia factum, non eſt puniendũ.*
25 *Delictum excuſatur, ſi factum ſit propter violentiam abſolutam.*
26 *Delictum excuſatur propter metum.*
27 *Delictum excuſatur propter neceſſitatem.*
28 *Delictum excuſatur propter amorem.*
29 *Delictum excuſatur ratione nimij doloris.*
30 *Item calore iracundiæ.*
31 *Et ratione ebrietatis.*
32 *Et ratione conſuetudinis.*
33 *Item propter varias opiniones doctorum.*
34 *Item propter multitudinem delinquentium.*
35 *Item propter diuturnitatem occaſionis peccati.*
36 *Item propter ſcandalum.*
37 *Item ratione confeſſionis ſponte factæ.*
38 *Item ratione virtutis. & nu. 48.*
39 *Pœna pecuniaria, quando reus non eſt capax illius, mutatur in corporalem.*
40 *Delictum, an in omittendo, an in committendo ſit commiſſum, conſiderandum eſt.*
41 *Pœnæ conſideratio, eſt habenda, reſpectu eius qui deliquit.*
42 *Et eius, ad quem delictum eſt commiſſum. & num. 49.*
43 *Vt infantis, pupilli, & minoris.*
44 *Vt ſenectutis.*
45 *Vt furioſi.*
46 *Vt prodigi.*
47 *Vt nouiter ad fidem reuerſi.*
48 *Temporis eſt habenda conſideratio.*
49 *Loci habenda eſt conſideratio in delictis.*
50 *Qualitatis habenda eſt ratio.*
51 *Item & quantitatis.*
52 *Item euentus, an in ſola cogitatione ſteterit delinquens, vel ad actum proximum, ſiue remotum peruenerit.*
53 *Iudex eccleſiaſticus, an poſſit pœnam pecuniariam imponere.*
54 *Et an laico ſibi ſubiecto.*

1 LICET iuxta Apoſtolum. Archi-
diaconus, & alij prælati qui in cri-
minalibus diſpẽſare non poſſunt,
vbi alia pœna à iure ſtatuitur, pecu
niariam pœnam imponere non poſſunt. h. d.
Vel ſic, non debent prælati pro criminoſis ſu-
ſtinendis pecuniam exigere; nec etiam corre-
ctionis cauſa ex cupiditate pœnam pecunia-
riam imponere. Primo ponit reprehenſibiles
actus archidiaconorum. Secundo, mandat il-
los corrigi. ſecunda ibi, mandamus. Et in tex.
ibi, & infra, dic, ſub iſto continebantur verba
Apoſtoli, arguere, obſecrare, & increpare debe-
mus, ad Timoth. c. 4. &. 55. diſtinct. c. beatus.
2 Not. primo, ꝙ † ſub vna diœceſi poſſunt eſſe
plures Archidiaconi. Ex quo patet, ꝙ inferior
dignitas eſt multiplicabilis in eadem eccleſia.
Et ad idem. c. ex parte. 1. &. c. quoniam abbas.
& ibi not. ſupra de offi. deleg. Et anno præte-
rito conſului in eccleſia Callaga. in qua ſunt plu
res Archidiaconi, de poteſtate, & iuriſdictione
ipſorum Archidiaconorum. Secundo not. ꝙ
3 † Archidiaconus poteſt habere iuriſdictionem
cognoſcendi, & puniendi crimina, non ſolum
clericorum, ſed etiam laicorum. Quod intelli-
ge, vt dicit hic glo. 1. Et ꝓcedit hoc de iure ſpe-
ciali ex priuilegio, vel conſuetudine, quæ quæri
poteſt, vt latè dixi in. c. cum contingat. ſ. de fo.
compet. De iure autem communi Archidia-
conus non habet hanc poteſtatem; ſed ſolum
fundat intentionem ſuam ſuper his quæ haben
tur in. c. ad hæc. ſupra de off. archidia. & ibi per
Io. And. Sed de ipſius Archidiaconi poteſta-
te latiſſimè dixi in conſilio, quod incipit, Archi-
diaconus Calaga. Tertio not. quòd contra
prælatos frequenter, & de facili pecuniarias pę
nas imponentes, eſt magna præſumptio cupi-
ditatis, & auaritiæ. Facit. c. ea quæ. ſ. de cenſi.
& quod not. in. c. 1. de decim. quę auaritia cum
ſit idolorum ſeruitus, meritò à perſonis maxi-
mè eccleſiaſticis fugienda eſt, tanquàm nefaria,
funeſta,

funeſta, & deteſtanda. c.auaritiæ. de electio.
4 lib.6. Eſt† enim radix omnium malorum, in-
quit Apoſtolus ad Timot.c.6. & eſt tex.in au-
then. vt iud.ſine quo.ſuffra.in.§.cogitatio. &
vide q̃ dixi in.c.irrefragabili.§.cæterum.s̃.de
off.ord. Quarto not. ꝙ ſub ſpecie corrigẽdo-
rum exceſſuum, non debet quis omittere pœ-
nas à iure ſtatutas,& pecuniarias imponere,per
quarum receptionem videatur ſuſtinere crimi-
noſos in criminibus ſuis. Quinto not. ꝙ pro
5 annua† exactione non debet fieri ſuſpenſio, vel
fieri interdictum. Quod intelligit Io.Andr.&
ſequuntur doct. quando prælatus talem annuã
exactionem indebitè faceret. Aliàs ſecus.per.c.
quæſiuit.de his quæ fi.à ma.par.ca. Sexto not.
ibi, à vicarijs, iuncta glo. fi. quòd ſicut recipere
6 temporale † pro ordine eccleſiaſtico eſt ſimo-
niacum; & ideò prohibitum;ita etiam recipere
pecuniam pro ipſius ordinis executione. Se-
7 ptimo not. quòd ille qui† mediante pœna pecu
niaria criminoſos ſuſtinet,videtur vendere iuſti
tiam, ſecundum Io. And. dicam infra. Octa-
uo, & vltimo not. quòd Archidiaconi, & alij
inferiores prælati habẽtes iuriſdictionem, poſ-
ſunt exercere cenſuram eccleſiaſticam, de quo
dicam infra in tit.de ſenten. excomm. Glo.1.
quærit de ratione,& ſoluit, dic vt ibi dixi in ſe-
cundo notab. Glo.2.in prin.colligit notabile
ex tex.deinde opponit, & ſoluit, diſtinguendo
tria membra, & in fi. recitat opin. quam declа-
rat ſecundum Alanum,& ſatis clarè loquitur.
In fin. glo. dic circa materiam ipſius glo. pro
ipſius clariori,& latiori declaratione, an, & qñ
iudex poſſit vnam pœnam in aliam commuta-
re, vel pœnam pecuniariam imponere, diſtin-
guenda eſſe duo membra. Primum,qñ vellet
pœnam pecuniariam imponere,vel aliam mul-
8 ctando. Secundo, † quando diffiniendo, ſeu
puniendo. Primo caſu dic,quòd indubitanter
poteſt pœnam pecuniariam imponere, & etiã
aliam pœnam ſpecialem, ſecundum quod vi-
detur ei melius expedire, & ſecundum ꝙ ma-
gis timetur.c.de cauſis. ſupra de off. deleg. &
in.l.1.ff.ſi quis ius dic. non obtem. Io. Andr.
poſt Hoſt.in.c.1.de homicid.lib.6. Facit,quia
Multa non eſt certa,neque determinata,& ideò
eſt arbitraria,prout.ĩ.dicam. Et in eo quod
dixi, quòd debet animaduertere ad Multam
quæ magis timetur, faciunt iura allegata hic in
glo. Not.tamen, quòd pro contumacia nun-
9 quam eſt† pœna corporalis imponenda.4.q.1.
in ſum. Fallit in.l.qui cum vno.§ qui poſt.ff.
de re. mil. Sed ideo ibi hoc eſt; quia tranſit in
crimen proditionis,ſecundum Bal.in.l.qui cri-
men.C.qui accu.non poſſ. dixi in.c.qualiter.2.
ſupra de accu.in vndecimo princip.artic.q.91.
Sed circa prædicta poteſt dubitari, pone, præ-
10 cepit iudex ſuperior per ſua† proclamata, aut
bannimenta,vel edicta,quòd aliquid fiat,vel nõ
fiat,& non adiecit certam pœnam; vnde dubi-
tatur,qua pœna veniat puniendus, qui contra-
facit. Sol.quidam dicunt, quòd ſi aliquid per
ſtatutum, vel conſuetudinem diſponitur, illud
ſeruabitur. Si verò nihil diſponitur, tunc dicũt
pœnã eſſe ſexaginta ſolidorũ, per tex. cum glo.
in lõbarda,in tit.de exercitantibus. in.l.quicũ-
que.§.1. Sed D.Nellus de ſancto Gem.in tra-
ctatu bannitorum, in prima parte ſecundi tem-
poris.q.3. hoc reprehendit,dicens, quòd dicta
pœna habet locum ſolum in caſu illius legis,vi-
delicet,cum bannitur,quòd quilibet debeat ire
in exercitum,vel contra inimicos ſub pœna bã-
ni, vt habetur etiam ibi in lombarda in eodem
volum. in tit. de his qui ad patriæ defenſionem
ire negligunt,in.l.1.&.2. ſed in alijs proclama-
tionibus,& bannis,ſeu præceptis,in quibus cer
ta pœna,vel Multa non eſt ſtatuta,dicit.D Nel-
lus,quòd ſi aliter declarari non poteſt,intelligi-
tur ſecundum arbitrium præcipientis, ſeu pro-
clamari facientis per.d.l.1. ſi quis ius dic non
obtem.&.l.hodie ff.de pœn.Et hoc mihi placet
per ea quæ dicam infra, quando nulla eſt certa
pœna ſtatuta. In ſecundo membro princi-
11 pali, † quãdo iudex vult pœnam imponere diſ-
finiendo,ſeu puniendo,diſtingue,quòd aut lo-
quimur in ordinario,vel delegato. Primo caſu
dic, quòd delegatus non poteſt pecuniariam
12 pœnam imponere; † nec è contra;cum debeat
ipſe procedere ſecundum iuris ordinem,nec va
leat diſpenſare,& finem mandati debeat diligẽ-
ter obſeruare,vt in.c.cum dilecta.s̃.de reſcript.
& in.c.venerabili. de off. deleg. Secus ſi certa
pœna non eſſet ſtatuta,per ea quę infra dicam.
13 Secundo caſu,cum loquimur in ordinario,† di-
ſtingue,quòd aut ſubeſt ſtatutum, vel conſuetu
do, quòd pro quolibet delicto imponat̃ pœna
14 pecuniaria,& † nõ valet; quia eo modo inſurgit
diſſolutio,quia nullam delinquens pertimeſcit
culpam,cum ſperat eam minimis redimere, vt
notabiliter dicit tex.11.quęſt.3.in.c.pauper.&
hoc tenet Io.And.& Hoſt. in.c.fin.s̃.de conſti.
& in.c.2.de delict.puer. Aut ſubeſt ſtatutum
vel conſuetudo, vt vltra pœnam iuris impona-
tur pœna pecuniaria, & valet; dummodo non
procedat ex radice cupiditatis. Poteſt enim
Epiſcopus adiuuando canonem,pœnam adiun
gere,vt in.c.2.de conſtitut. lib.6.not.Io.Andr.
in.c.fin.de off.archid. & glo.in clem.ne roma-
ni.de elect.& ibi dixi. Aut non ſubeſt ſtatu-
tum,vel conſuetudo, & tunc aut prælatus vult
extraiudicialiter pro delicto exigere pœnam
pecuniariam, & non poteſt; quia à iure ſtatuti
ſunt certi modi per quos procedendum eſt cõ-
tra delinquentes. Et ſecundum hunc caſum po-
teſt intelligi tex.noſter;quia fortè iſti Archidia-
coni extraiudicialiter abſque alia cauſæ cogni-
tione pro quolibet delicto exigebant pœnam
pecuniariam, nec aliter procedebant contra cri
minoſos, propter quod videbatur eos in crimi
nibus,& delictis ſuſtinere,& fauere, ſecundum
D.m. Aut iudex vult ꝓcedere iudicialiter,&
cauſa cognita, & tunc aut certa pœna non eſt à
iure ſtatuta, & indubitanter poteſt imponere
pœnam pecuniariam, ſi videt quòd illa magis
timetur, vt hic in glo. & maximè per opinionẽ
Hug. dummodo non auaritiæ, & cupiditatis





cauſa id ageret. Et rõ eſt, quia cũ certa pœna
15 non † eſt impoſita, tunc venit iudicis arbitrio
imponenda, vt in.c.de cauſis. ſupra de off. de-
leg.& in.l.1.§.expilatores.ff.de effrac. & expil.
& in.l.hodie. ff.de pœn. dixi poſt glo. in ver.
arbitrium.in.c.ſuper his.ſupra de accuſ. & poſt
16 glo.in.c.poſtulaſti. ſupra de iudæ. Et hec† pœ
na arbitraria appellatur extraordinaria, vt in
.c.1.iuncta glo.penulti.& in.c.iij.iuncta glo.fi.
ſupra de exceſſ.prælato.& ibi dixi. Et an hoc
17 caſu iudex poſſit arbitrari† pœnã mortis, licet
glo.ſentiat quòd ſic. Inſtit. de iniur.§.in ſum-
ma.per.l.ſaccularij.§.ſunt quædam.ff.de extra-
ordina.crimin. Tamen tu dic de hoc, vt latius
dixi in.c.inquiſitionis.ſupra de accuſat. & vide
ibi, quòd in delictis non conſumatis nullo
poteſt quis imponere pœnam mortis. Et ideò
conſuluit Bal.conſil.quod incipit, circunſtantes
poſuerunt venenum in ſalſamento. quòd ſi
lex,vel ſtatutum dicit, ꝙ iudex poſſit ex arbi-
trio talem, aut maiorem imponere pœnam, ſi
parem, vel maiorem imponeret, diceret mo-
dum excedere. Et ſi pœna certa pro illo deli-
cto,in quo datur arbitrium iudici,ſit ſolita im-
poni,non poteſt iudex illam excedere. Et ſi di-
18 ceret † ſtatutum,poſſit arbitrari vſque ad mor-
tem,non poſſet pœnam mortis imponere;quia
tunc dictio vſque ſtat excluſiuè. & de his latè
dixi in.c.inquiſitionis. Et aduerte,quia Albe-
ricus de Roſa.vt referunt Zaba.&.D.m.in.c.ex
literis.ſupra de conſtitut. quaſi in fin. voluit,ꝙ
19 ſi ius† committit pœnam arbitrio iudicis, ſem-
per intelligatur de temporali. & ſic non poteſt
arbitrari mortem,quæ eſt perpetua. Pro quo
dicit eſſe caſum.ff.de fur.balnea.l.1. qui tex.nõ
eſt alibi,ſecundum eũ. Sed dicit. D.m.ꝙ hoc
dictum non eſt verum, vel ſolum habet locum
in illo caſu. In alijs ergo non videtur verum
per ea quæ not.glo.in.d.§.in ſumma. & in di-
cto.§.ſunt quædam. & quæ dixi in.d.c.inquiſi-
tionis. Deinde ſingulariter ſubdit, ꝙ fortè di-
ctum illud procedit,quando ius in aliquo ſpe-
ciali crimine imponeret pœnam arbitrio iudi-
cis; quia tunc videtur ſentire de pœna tempo-
rali; quia ſi voluiſſet ſentire de perpetua, ſci-
uiſſet exprimere. Sed vbi ius ſpecificè non
diſponit de certo crimine, ſed ſimpliciter dat
arbitrium iudici in puniendis delictis, poteſt
etiam perpetua pœna imponi. Nam vt di-
cit. D. m. de iure canonico, modicas certas
pœnas pro criminibus reperimus impoſitas.
Et ideò in his ſuccedit arbitrium ſuum.quæ cõ-
ſideratio ſatis videtur æqua. Vnde poterit ma-
iorem,vel minorem,& temporalem, & perpe-
tuam pœnam arbitrari,ſecundum varias circun
ſtantias,conſiderando cauſam,perſonam, tem-
pus,locum,qualitatem, quantitatem, & euen-
tum,vt in.l.aut facta.ff.de pœn. vide glo.penul.
in.c.fina.ſupra de tranſactio. Et not.quòd tunc
20 pœna dicitur† non expreſſa, quando nec cano-
nibus,aut ſtatuto, vel conſuetudine eſt expreſ-
ſa.Et ſic ſequitur,quòd ſatis diceretur expreſ-
ſa, quando legibus eſſet expreſſa, licet per ca-
nones non eſſet determinata; nam deficienti-
bus canonibus in hoc recurrimus ad leges, ita
ſingulariter dicunt Hoſtien. & . D. m. in.c.de
cauſis.ſupra de offic.delegat. Facit quod not.
Bart.in extrauagan.ad reprimendum.in glo.ſu-
per ver.edictum. & quod dixi in.c.fraternita-
tis.ſupra de teſtib.in decimo principali artic. &
latius in.c.licet ex ſuſcepto. ſupra de fo.com-
peten.in ſexto caſu. Quod tamen intelligo,
niſi pœnam ſanguinis leges imponerẽt, per.c.
ſententiam ſanguinis.ſupra ne cler. vel monac.
& idem dic de ſtatuto ad leges, & de conſuetu-
dine ad ſtatuta. Circa alium caſum, quando
21 pœna à iure eſt ſtatuta certa,& determinata, &
diſtingue,quòd aut queritur vtrum iudex poſ-
ſit illam alterare, ſeu commutare per ſenten-
tiam ſuam, aut poſtquàm ſententiauit. Pri-
mo caſu glo. vt hic vides, diſtinguit, quòd aut
iudex non poteſt ſuper illo crimine diſpenſare,
& tunc non poteſt illam pœnam alterare, aut
commutare. Et hanc opinionem ſequuntur
hic Innocen. & Hoſtien. & hoc modo intelli-
gitur illud dictum Deuteronomij.c.19.homici-
da morietur, nec miſereberis eius. Secus ſi
poſſet diſpenſare,vt hic dicit glo. & hæc opin.
prima fronte videtur ſatis iuridica. Sed.D.m.
hic, cuius opinio magis placet, videtur velle,
quòd quilibet iudex qui poteſt de cauſa co-
gnoſcere, poſſet ex cauſa pœnam alterare, &
commutare. & hæc opinio* eſt communis.& Cõm.op.
probatur in tex. in.c.in archiepiſcopatu. ſu-
pra de rapto. & in.l.quid ergo. §. pœna gra-
uior. ff. de his qui not. infam. per Barto. Bal.
& Ange. in repetit.l. & ſi ſeuerior. C. de in-
fam. qui ſimpliciter tenent, quòd cauſa co-
gnita poſſit iudex ex cauſa pœnam alterare,
& commutare. & probatur etiam in.l. hodie.
.ff. eod. Sed ſine cauſæ cognitione non po-
teſt, vt probatur in dictis iuribus, & in.l.1.ff.
ad turpillia.& in.l.diuus.ff.de iniur. & in.l.or-
dine. ff.ad municip. Et intellige prædicta,
quando pœna à iure, vel ſtatuto non eſſet im-
poſita ipſo iure. Sed ſi eſſet impoſita ipſo iu-
re; tunc iudex non poteſt illam alterare, vel
commutare, etiam ſi erraſſet, vt not. Bal. in
d.§.pœna grauior.in fi.col.per.l.1.§.fina.ff.de
quæſtio.&.l.diui fratres. &.l.relegati.ff.de pœ.
Et eſt ratio in promptu,quia quando pœna im
ponitur ipſo iure,non reperitur alia pœna con-
demnatoria,ſeu declaratoria delicti, not.Ioan.
Andr.in.c.1.ſupra de ſagitt. & per eum in.c.1.
de eo qui furt.ord.ſuſcep.& per Archid.63.di-
ſtinct.Salonitanæ. Ad quod etiam vide quod
tradit. D. Nellus de ſancto Geminia. in tracta.
bannitorum, in quarta parte primi temporis.
quæſt.9.de eo qui interfecit illum, qui ex for-
ma ſtatuti ipſo iure incidit in pœnam, propter
quam impunè poterat interfici. & ibi vide om-
nino. Cum ergo non requiratur ſententia
condemnatoria, meritò ſicut poſt ſententiam,
pœnam impoſitam non poteſt iudex ne-
que alterare, neque commutare, vt dicam in-
fra; ita etiam nec in caſu prædicto. Et per quæ

verba conſtitutio videatur imponere pœnam
ipſo iure, vide quæ dixi in.c.dura. &.c.ad falſa-
riorum.ſupra de crimi.fal.& in.c.iudæi ſiuc. ſu-
pra de iudæ.& in.c.ita quorundam. eod. tit. &
in.c.fina.de off.delega. Et prædicta ꝓcedunt,
quando iudex non haberet poteſtatem diſpen
ſandi ſuper illa pœna, ſeu delicto, nã tũc poſſet
alterare, & commutare, ſicut poſſet poſt ſen-
tentiam, vt infra dicam. Et iſto modo poteſt
ſaluari opin.noſtræ glo.Innocen. & Hoſt. Pa-
tet igitur ex prædictis, quòd ſine cauſa non po
teſt iudex alterare, vel commutare; ſed cum cau
ſa poteſt. In cauſæ autem cognitione ſeptem
veniunt principaliter conſideranda; videlicet,
cauſa, perſona, tempus, locus, qualitas, quan-
titas, & euentus, vt ſingulariter dicit tex. in.l.
aut facta.ff.eod. Circa primum de cauſa, po-
tes figurare multa exempla. Primum, vt magis
22 puniat delinquentem † per dolum, quàm per
latam culpam, & quàm per leuem. Ad quod
vide quæ dixi in.c.ſi quis domum. ſupra tit.
proximo. Et vtrum ſtatutum puniens aliqd
delictum non faciens mentionem de dolo, vel
culpa, requirat dolum, vel culpam, vide om-
nino Barto. in.l.1.ff.ſi quis teſta.liber. inſ. Et
ex hoc exemplo ſequitur, quòd propter iu-
ſtam ignorantiam excuſatur quis à pœna. Vel
ſaltem venit mitiganda pœna, vt probatur in
.l.1.in fi.ff.de abige.& in.l.plagij.2.C.de plagi.
& in.l.penult.ff.de adult.& ibi per Cyn.& Bar.
& per Cyn.in.l.vxor.C.de repu. & quod not.
82.diſtin.c.propoſuiſti.16.diſtinct. quod dici-
tis.34.quæſtio.1.c.cum per bellicam.&.q.2.in
c.mutuum.ſ.de cler. excommun. miniſtran. in
c.apoſtolicæ.ĩ.de ſenten.excom.c.à nobis.per
Io.And.in additio.Spec.in tit.de arbitr.§.fina.
ver.item compromiſſum. per Barto. in.l.inter
omnes.§.rectè.ff.de fur. in.l.genero.ff.de inſa.
in.l.ſi adulterium.§.ijdem Pollioni.ff.de adult.
per.d.Anto. in.c.in præſentia. ſupra de ſponſ.
per Ange. & Ioan. de Imo. in.l.qui romæ.§.
duo fratres.ff.de verbo.obliga. Et vide ſingu-
lare dictum Bal.in.c.ſi capitanei. quib.mo.feu.
amitta.in vſib.feudo. vbi dicit, quòd delictum
23 commiſſum † per ignorantiam nunquam pu-
nitur, vbi ſcientia eſt de forma. Facit quod
not.in.c.2.de conſtitut. lib.6. Secundo po-
24 teſt figurari exemplum in verberibus, quæ
ſunt à magiſtro, vel parente illata, quę emenda-
tionis, & non iniuriæ gratia videntur adhibe-
ri; hoc exemplo vtitur tex. in.d.l.aut facta.§.
cauſa.ff.eod. Similiter etiam conſideratio ha-
betur in marito caſtigante vxorem. de quo
dic vt latè dixi poſt.D.m.in.c.cum contingat.
de fo. competen. & ibi etiam dixi de corre-
ctione patris in filium, & correctione domini
in ſeruum, & magiſtri, ſeu præceptoris in di-
ſcipulum. Et qualiter correctio debeat eſſe tem
perata, aliter aſcribitur culpæ. vt in.l.præcepto-
ris. ff.ad leg.aquil.45.diſtinctio.c.cum beatus.
& quæ moderatio debeat à talibus adhibe-
ri in verberando, vide quæ dixi in.c.1. ſupra
de cleric. percuſſ. & traditur in.c.gaudemus.
ſupra de diuor. Quarto, propter violentiam
25 abſolutam, propter quam † quis excuſatur à
pœna. ſupra quod met.cau. in.c.ſacris. & ibi
dixi.50.diſtinctio.c.ponderet. &.32.quæſt.5.
c.ita ne. &.c.propoſito. Et adde quæ dixi in
.c.ſi quis propter neceſſitatem. ſupra de furt.
26 Quinto, † propter metum, vt dicto.c.ſacris. &
vide quod ibi dixi. &.11.quæſtio.3.c.fina.
27 Sexto, † propter neceſſitatem, & quotuplex ſit
neceſſitas, & quæ excuſat, & quando, & in quan
tum, dixi in.c.ſi quis ꝓpter neceſſitatem.de fur.
28 Septimo, † propter amorem, vel amoris ardo-
rem, qui quaſi flori comparatur. Ad quod
vide notabilia verba Oldrad. conſi.210. nam
vt dicit philoſophus, nihil ardore amoris vehe-
mentius, quem inter debitos limites carcera-
re philoſophicum eſt, & non muliebre. & de
quo vide quod latius dixi in.c.2.ſupra de adult.
29 Octauo, † ratione nimij doloris, vt in.l.ſi adul-
terium.ff.de adult. dixi in.c.2. ſupra de apoſta.
30 Nono, quando † quis calore iracundiæ delin-
queret; quia quodammodo videtur inſanus,
vt in.l.quicquid calore. ff. de reg. iur. Facit
quod ſtatim dixi, & quod infra ſubijciam. di-
xi etiam in dicto.c.2. ſupra de apoſta. Deci-
31 mo, ratione ebrietatis. Ad quod vide quæ la-
tè dixi in.c.ſi conſtiterit. ſupra de accuſa. & in
.c.ad audientiam. ſupra de homicid. in quinto
principali artic.ver.decimotertio quæro. Vn-
decimo, ſi ex pietate, vel miſericordia aliquis
motus deliquit. quo caſu mitius venit punien-
dus, vt dixi in.d.c.2.ſupra de apoſt. Duodeci-
32 mo, ratione † conſuetudinis, etiam ſi eſſet præ-
ſcripta. Ad quod vide quę dixi in.c.1.de treu.
& pa. Facit etiam quod ſtatim dicam. Deci-
33 motertio, propter † varias opin. docto. Facit
quod traditur in.c.qui contra.de reg.iur.lib.6.
& quod tradit Bart. in quæſt. quæ incipit, iu-
dex per imprudentiam iudicauit. & vide qd
latius dixi in cle.ſtatutum. poſt glo. ſuper ver.
conſuetudinem.de elect. Decimoquarto, ꝓ-
34 pter † multitudinem, propter quam alleuiatur,
quandoq; pœna. Ad quod vide quæ latè dixi
in.c.latores. ſupra de cler.excom.miniſt. Licet
etiam quandoq; aggrauetur, vt pœna vnius
aliorum cedat in exemplum, vt.d.l.aut facta. in
fi.ff.eod. Ad quod vide quæ dixi in.c.ad libe-
randam.ſupra de iudæ.in vndecimo not. De-
35 cimoquinto, ratione † diuturnitatis, cuius occa-
ſione, quandoq; diminuitur, & quandoq; au-
getur pœna. Ad quod vide quod ſingulariter
tradit Barto, in.l.ſi diutino.ff.eod.& vide quod
not.in.c.fin.ſupra de conſue. & in.c.in tantum.
de ſimon. & per.D.m.in.c.cum haberent ſ.de
eo qui dux.in ma.quam pol.per adulter. & per
D.m.in.c.1.de treu.& pac. Decimoſexto, ꝓ-
36 pter ſcandalum qñdoq; leuiatur pœna, & quan
doq; etiam vt ipſum tollatur, & propter ipſum
inducentem ſcandalum aggrauatur pœna, vt in
c.ex literis.ſ.de homici. & vide quod not.in.c.
qui ſcandalizauerit.ĩ.de reg. iur. &.44.diſt.c.
comeſſationes. & per glo.in.c.2.de temp.ord.
& per glo.in.c.niſi cum pridem. de renuntia.
& in



& in.c.ad aures.ſ.de temp.ord. Decimoſepti
mo rõne mali exẽpli, vnde grauius punit̃ publi
cè peccans, quàm occultè. Ad quod vide glo.
28.diſt. de ſyracuſanæ. Quãuis quandoq; etiã
mitius puniatur. ad quod vide quod latè di-
xi in rub.ſ.de fur. Decimooctauo, rõne con-
37 feſſionis; quia cum ſpontè confeſſo mitius eſt
agendum.ſ.de elect.c.innotuit. ſupra de ſimo.
in.c.de hoc.& ibi per Hoſt.50.diſt.c.presbite-
rum.2.q.1.in primis.dixi in.c.qualiter. in.13.
artic.q.1. & aliquid tetigi in.c.at ſi clerici. ſup̃
de iudi.in ſexto not.& latè per Bart.in.q.ſua.8.
quæ incipit, per Italiam communiter ſunt ſta-
38 tuta. Decimonono, ratione † ſpecialis affectio
nis, quam quis habet ad delinquentem. Quod
intellige, non ratione carnalis affectionis, quia
non debet eſſe acceptio perſonarum, vt in.c.no
uit.ſupra de iudi. Sed ratione affectionis inſur-
gentis à virtute, & meritis ipſius delinquentis,
vt in.c.niſi.ſ.de off.leg. & ibi notaui poſt D.m.
Vigeſimo, quãdo puniẽdus nõ eſt capax illius
39 pœnæ, † quia non poteſt luere in ære, debet lue-
re in perſona. ꝙ quãdo ſit, & in quibus caſibus
habeat locum, vide quod latiſſimè dixi in.c.ad
liberandum.ſupra de iudę.circa fin. Vel ſi non
eſſet capax illius pœnæ corporalis; vt puta. de-
bet punire in mutilatione manus dextrę & ipſe
caret alia manu. Vide glo.in.c.ſi fortè.de elect.
lib.6. & glo. contrariam in.c.ſi compromiſſa-
rius.eo.tit.& quod latius dixi in.c.ſicut iudæi.
ſupra de iudę. Vigeſimoprimo, debet etiam
40 conſiderare, † an delictum ſit commiſſum com
mittendo, an verò omittendo, tex.& ibi not.gl.
in.l.2.& in.l.lege.ff.ad ſillan.& per docto.in.l.ſi
mora.ff.ſol.mat. Et vide quod dixi in.c.ſi quis
domum.ſupra tit.proxi. Poſtremo, & vltimo
concludas, ꝙ generaliter propter qualibet aliã
iuſtã cauſam põt pœnã alterare, & commutare,
augere, & diminuere. Facit quod not.Hoſt.in
ſum.in tit.de accu.§.ſed quis effectus. vnde prę
dicta poſita ſint exempli gratia, quę exẽpla non
reſtringunt regulam, vt in iuribus vulgatis. Et
ſolatij cauſa poteſt addi, ꝙ mitius venit punien-
dus ille qui agit cum muliere turpi, & deformi,
quàm ille qui cum muliere pulchra, & ſpecioſa
forma; perche lo primo fa lo peccato, & la
penitentia inſieme. Ad quod vide quod dixi
in.c.cum quidam.de iureiuran. & in.c.1. ſupra
de cleri.vena. Secundo, perſonæ principaliter
41 habenda eſt † conſideratio, & hoc dupliciter in-
telligitur. Primo, reſpectu eius qui deliquit.
42 Secundo, reſpectu eius, ad quem delictum com
miſſum eſt, vt dicit tex.in.l.aut facta. in.§.per-
ſona.ff.eod. Exemplum primi, reſpectu perſo-
næ delinquentis, nam aliter ſerui, & aliter liberi.
Serui enim grauius, liberi leuius puniendi ſunt.
vt.d.§.perſona.&.l.capitalium.§.fi.&.l.in ſer-
uorum.in princ.ff.eod.& in.l.ferè in omnibus.
ff.de reg.iur. Item & ætatis ratio habet̃, vnde
43 infans, † pupillus, & minor, vel nullo modo, vel
mitius puniendi ſunt, vt latius dixi in rubr. &
c.1.ſupra de delict.puero. Et quandoq; etiam
44 pro mitiganda † pęna ſenectutis ratio habetur.
86.diſt.c.tanta. & ibi glo.34.diſtin.c.fraterni-
tatis.26.quæſt.7.c.tempora. Similiter etiam,
45 & † furoris, ac dementię, & cuiuslibet alienatio-
nis ſenſus, prout eſt in dormiente, habenda eſt
cõſideratio, vt nullo mõ, vel mitius puniatur, vt
traditur in cle.1.de homici.15.q.1.c.ſi quis in-
ſaniẽs. Ad quod vide quod dixi in.c.ad audiẽ-
tiam.ſupra de homici.in quinto princip. artic.
46 Quid autem de † prodigo, cui eſt bonis inter-
dictum, vide glo in.l.ſi quis in tantam. C.vnde
vi. quæ videtur velle ꝙ excuſetur. Sed Bart.in
.l.is cui bonis.ff.de verb.obli. æquiparat ipſum
pupillo ꝓximo pubertati. Quod verum dicũt
ibi Bal.& Io.de Imo. in his quæ committuntur
delinquendo. Secus ſi omittendo, quia tunc
tenetur. Inſuper etiam nobilitatis, & digni-
tatis habetur ratio, vt in.c.ſi.ĩ.eod.24.quęſt.1.
in.c.qui contra eccleſiæ pacem. de off.deleg.in
c.ſanè.&.c.paſtoralis. Vnde quandoq; mitius
puniendi ſunt, quandoq; etiam ſeuerius. Ad
qd vide quæ latè dixi in.c.1.ſupra de cle. vena.
Et quandoq; etiam ordinis ratio habetur. 50.
diſtin.c.contumaces. Item conſideratio haben
da eſt de his qui nouiter ad fidem reuerſi ſunt,
47 vt † mitius puniantur, vide glo. & iura ibi alle-
gata in.c.fin.ſupra de purga.vulg. Item etiam
48 meritorum † ipſius delinquentis habetur conſi
deratio, vt dixi in præcedenti cauſa.ver.19. Et
horum omnium, & aliorum ſimilium reſpectu
delinquentis habenda eſt ratio. Et non ſolum
ipſius qui deliquit, ſed etiam perſonæ, in quam
delinquitur habenda eſt conſideratio. Nam
eodẽ genere delicti grauius punit̃ qui deliquit
in dominum, vel parentes, quàm qui in extra-
neũ. Et grauius in magiſtratum, & in rempubli
cam, quàm in priuatum delinquẽs. vt.d.§.per-
ſona. Hinc eſt, ꝙ eadem fornicatio, quandoq;
mitius, vt ſimplex fornicatio, quãdoq; grauiter
vt adulterium, quandoq; grauius, vt ſtuprũ, &
inceſtus, quandoq; grauiſſimè, ſi contra natu-
ram, aut beſtialitatis crimen committitur. Ad
quod vide quæ latè dixi ſupra de adult. in rub.
Et ex prædictis ſequitur, ꝙ male dixerunt Py-
thagorici volentes, ꝙ cõtrapaſſum eſſet ſimpli
citer iuſtũ; vnde eos bene reprehendit philoſo-
phus in quinto Ethic. Tertio temporis habẽ-
da eſt conſideratio. quod patet, quia tempus
nocturnum à diurno diſtinguitur, vt in.d.l.
aut facta.§.tempus.ff.eod.& quandoq; grauiꝰ,
& quandoq; mitius punitur, vt traditur in.l.
gracchus de adulter.in.l.fina.ff.de effract. & in
.l.fina. ff. de ſicca. Facit.c.conſuluit. ſupra de
off.deleg.& adde quæ dixi in.c.3. ſupra de ho-
micid. Item tempus diſtinguit emanſorem, &
deſertorem, vt.d.§.tempus. & in.l.3.§.eman-
ſor. & . §. deſertor. ff. de re. milita. Nam &
tempore tacendum, & tempore loquendum
eſt. Eccleſiaſt.c.3. Hinc etiam dicimus, diſtin-
gue tempora, & concordabis ſcripturas. Glo.
in.c.ſi eccleſia.23.quæſtio.4.l, maniſeſtiſſi-
mi.C.de furt. cum alijs iuris vulgatis. Et pro
eadem ſpecie delicti grauius puniendus eſſet,
qui die veneris ſancti delinqueret, quàm die

carnis priuij; & qui die feriato, quàm qui die
non feriato, maximè celebri. Facit.c.in non-
nullis. ſupra de iude. & quod traditur ſupra de
fer.per totum. Inſuper etiam etiam & diutur-
nitatis temporis, & breuitatis habenda eſt ra-
tio, ſecundum id quod dixi in prima cauſa. ver.
decimoquinto. Quarto, habenda eſt ratio lo-
49 ci, nam † eadem ſubtractio ratione loci, quan-
doq; ſacrilegium erit, & grauius punienda,
quandoq; furtum, & leuius punienda erit, vt
in.l.aut facta.§.locus.ff.eod. Item grauius pu
niendus qui in loco iudicij, & coram iudi-
ce delinquit; nam videtur magis contemne-
re, vt patet ad ſenſum. Facit quod not.in.c.
nonnulli. ſupra de reſcript. Et quædam deli-
cta grauius in vno loco, quàm in alio punien-
da ſunt.d.l. aut facta. §. penultimo. Quinto
50 etiam † qualitatis habetur conſideratio, cum fa
ctum acrius, vel leuius eſt, vt furta manifeſta,
& non manifeſta, rixa & graſſatura, expila-
tiones; & furta, violentia, & petulantia. vt di-
cta.l.aut facta. §. qualitas. Poſſet etiam figu-
rari exemplum in fornicatione, adulterio, ſtu-
51 pro, & ſimilibus. Sexto, habetur † etiam con-
ſideratio quantitatis; quoniam quantitas di-
ſtinguit furem ab abigeo. Nam qui vnam
ouem, vitulum, vel vnum ſuem ſubripit, fur eſt.
qui gregem, aut armentum abigeus eſt, & gra-
uius coercetur, vt d.l.aut facta. §.quantitas.
52 Septimo, & vltimo loco, habenda eſt conſide-
ratio euentus; an ſcilicet interfecerit, vel non
interfecerit; vel ſteterit in ſola cogitatione;
vel ad actum, & an ad proximum, vel ad re-
motũ peruenerit. Similiter & caſus, & doli,
& culpæ habetur conſideratio, vt hæc proban-
tur in.d.l.aut facta. §.euentus. & in.l.cogitatio-
nis.ff.eod.canonizata.de pœniten.diſtinct. 1.c.
aut facta. &.c.cogitarionis. & in.l.ſi quis non
dicam.C.de epiſc.& cleri.canonizata. de pœni-
ten.diſtinct. 1.c.ſi quis. Et ſic ex prædictis ha-
bes, propter quas cauſas iudex poſſit commu-
tare, & alterare pœnas. Vnde non ſolum cauſas
pecuniarias poterit in ſpirituales, aut corpora-
les commutare ſubſiſtente cauſa; ſed etiam cor-
porales, & ſpirituales in pecuniarias commuta-
re; maximè ſi viderit illas magis timeri, vt di-
cit Hoſtien.in.c.vt clericorum. ſupra de vi. &
honeſta. cler. Et non ſolum iudex laicus po-
teſt pœnam aliam in pecuniariam commutare,
& ad pœnam pecuniariam condemnare. Sed
etiam eccleſiaſticus poteſt condemnare ad pœ-
53 nam † pecuniariam, vt probatur in.c.irrefraga-
bili. ſupra de off. ord. & in.c.2.ſupra de delict.
puero. A contrario facit tex.iuncta glo. in cle.
ſtatutum.de elect. & not.in c.poſtulaſti. ſupra
de iudæ.tradit Ioan. Andr.in.c.pro humani.de
homici.lib.6.& Hoſtien.in.d.c. vt clericorum.
concludit, quòd ordinarius prælatus poteſt,
ſed non debet illam vſitare, ſeu frequentare, ne
ex hoc nutriat auaritiam, vel ne de ipſa auari-
tia notetur, vel non videatur delicta, & facino-
roſos fouere, & ſuſtinere, vt dixi in notabili-
bus. Si tamen illam ex aliqua iuſta cauſa im-
poneret, debet eam applicare, & diſponere in
aliquos pios vſus; vt puta, ad fabricam eccle-
ſiæ, vel in eleemoſinis indigentium. Et ſi ipſe
indigens eſſet, primo indigentiæ ſuæ ſubueni-
re, vt dixi in.c.præcedenti.& ita etiam not.Ho-
ſtien.& Ioan.Andr.in c dilectus de off. ord.
Vltimo pro complemento dictæ materię, quę-
54 ro nunquid † Epiſcopus poſſit imponere pœ-
nam pecuniariam laico ſibi ſubiecto, quò ad
iuriſdictionem temporalem. Sol. Ioan. And.
in.c.1.de hæreti.lib.6. ſentit quòd non; ſed di-
cit, quòd debet illam facere infligi, ſeu imponi
per iudicem ſæcularem, alleg.c.2.de maledi. &
.c.poſtulaſti. ſupra de iudæ. &.c.cum ſecun-
dum leges. de hæretic. lib.6. Quod dictum
non placet hic.D.m. nam ex quo iudex habet
iuriſdictionem temporalem in laicos, non ap-
paret ratio, quare non poſſit illam per ſe im-
ponere. Et quod poſſit, probat tex. 16.queſt. 1.
in. c. ſtatuimus. &. 17. quæſtio. 2. in. c.quiſ-
quis. Et ad iura ſupra in contrarium allegata
reſponderi poteſt, quòd illud quandoq; fa-
cit iudex eccleſiaſticus pro faciliori expedi-
tione.

## Capitulum. IIII. Calumniam.

### SVMMARIVM.

1 In expenſis condemnatur victus in pecuniarijs cauſis. & nu.6. amplia nu.2.
3 Expenſæ dicuntur pœna. Dic tamen vt nu.9.
4 Calumnioſus, & temerarius actus, in quo differant.
5 Canones non dedignantur imitari leges, quando canonibus non contradicunt; ſed conſonant.
7 Expenſa quid ſit, & in quo differat à damno. num.8.
10 Expenſæ an ſint petendæ, & qualiter.
Et quid in expenſis reſpectu contumaciæ. num.11.
Quid etiam de alijs expenſis litis.nu.13.
12 Iudex poteſt ex officio ſtatuere terminum ad probandum.
13 In expenſis factis ante litem conteſtatam, an poſſit iudex ex officio condemnare, ſi non fuerint petitæ in libello.
Et quid in factis poſt litem conteſtatam. & ibi de communi. num.18.& 19. Et quid in in cauſa criminali.nu.20.
14 L.ædiles.§.item ſciendum.ff.de ædil. edic. triplex intellectus.nu.15.16.& 17.
21 Expenſæ non poſſunt peti amplius terminato iudicio ſecundum communem.
22 Limita niſi promiſſæ ſint per ſtipulationem.
23 Limita, niſi ex forma ſtatuti diſponatur, quòd victus victori teneatur reficere expenſas.
24 Sublimitantur dictæ duæ limitationes.
25 De expenſis reſtituendis in caſu ſuccumbentiæ, an teneantur litigatores ſatiſdare. Et an ab eo qui poſſidet immobilia. nu.26.
27 Statutum, quòd ſi ab actore non ſubdito, non ſatiſ-



ſatiſdatur de reſtituendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ proceſſus ſit ipſo iure nullus, an liget clericos agentes coram iudice ſæculari.
28 Expenſis cuius aliquid in iudicio eſt faciendum.
29 Principaliter quod agitur, illud debet attendi.
30 Sequeſtratio in iudicio, cuius expenſis fieri debeat.
31 Item productio libelli.
32 Item copia actorum.
33 Item ſi cauſa committatur conſulenda.
34 Item appellationis copia danda.
35 Item ſententia contra malefactores.
36 Iudicium gratis eſt exhibendum, vbi perſona eſt pauper.
37 In expenſis quis debeat condemnari ratione contumaciæ, remiſſiuè.
Et quis ratione temeritatis, & calumniæ.nu.38. amplia nu.47.
39 Temerariè agere quis dicatur.
40 Titulus in petitione hæreditatis poteſt allegari poſt litem conteſtatam ab eo, qui prius interrogatus à iudice noluit dictum titulum dicere, & coactus fuit ab ipſo iudice litem conteſtari.
41 Idem in clericatu, quem prius aliquis non oppoſuit.
42 In expenſis quis debet condemnari pro qualibet etiã minima parte iudicij, in qua quis temere litigauit.
43 Partis idem ius quò ad partem, quæ eſt totius quò ad totum.
44 Deſiſtere à lite, quando liceat.
45 In expenſis, an condemnari debeat ſuccumbens in exceptione dilatoria, aut in alio ſimili actu.
46 In expenſis an condemnari debeat reus, ſi opponit excommunicationem actori qui probet ſe abſolutum.
48 Ab expenſis abſoluitur quis, ratione probabilis ignorantiæ.
49 Item an ob iuramentum calumniæ, & quid Romæ in hoc obſeruetur. nu.53.
50 Iuſtam cauſam fouentes quandoq; ſuccumbunt, propter malos, aut negligentes aduocatos.
51 Litis euentus dubius eſt.
52 Iuramentum partis non facit in fauorem ſuum maniſeſtiſſimum documentum.
54 Calumnia, & temeritas differunt.
55 Iuratur de calumnia in cauſa appellationis.
56 Mulier ſi iurauit ſe prægnantem, & ob hoc ventris nomine fuit miſſa in poſſeſſionem, ſaluatur iuramento, nec poſt iuramentum ei uis facienda eſt.
57 Immemor ſalutis æternæ nemo præſumitur.
58 Iuramentum calumniæ poteſt omitti.
59 In expenſis non fit cõdemnatio, ſi ſemiplenè actor probauerit.
60 Item quid ſi deſtiterit.
61 Item ſi neuter probauit ſuam intentionem.
62 Item quid ſi vtraque pars obtinet.
63 In expenſis non fit condemnatio, quando litigans ſuccedit alteri.
64 Item quãdo teſtes qui aſſerebãt ſe ſcire veritatem, receſſerunt.
65 Item quando quis obtinuiſſet in petitorio.
66 Item propter contumaciam partis aduerſæ.
67 Inæqualitates debent ſeruari inter actorem, & reum.
68 Appellatus ſuccumbens in cauſa appellationis, eſt abſoluendus ab expenſis.
69 Item is, pro quo ſunt opiniones doctorum magnæ authoritatis.
70 Item qui ſuccumbit occaſione legis, vel ſtatuti offuſcati per aliquam confirmationem in contrarium.
71 Et vtrum is qui habet conſilium aduocati.
72 Et an actor, quando inſtantia perit facto rei, ob ipſius ſubterfugia.
73 Et an perſona religioſa.
74 Statutum, ꝙ victus condemnetur in expenſis, intelligitur, niſi iuſtam habeat cauſam litigãdi.
75 Statutum, quòd hæres non teneatur ad integra legata, intelligitur niſi confecerit inuentariũ.
76 Statutum, quòd homicida decapitetur, intelligitur de eo cui non licuit interficere.
77 In expenſis quæ veniunt ratione contractus, indiſtinctè fit condemnatio.
78 Expenſarum condemnatio, in quibus cauſis, ſeu iudicijs locum habeat.
79 Et primo quid in cauſa appellationis, & de communi.nu.80. Quæ tamen limitatur.num.81.
Et quid ſi appellatum ſit à pluribus articulis. num.82.
83 Sententia habet præſumptionem pro ſe.
85 In expenſis, an debeat fieri condemnatio in cauſa criminali, & an in criminali diffinitiua.nu.84.
Et de communi. num. 87. & 88. Quæ limitatur.num.89.
89 Iudicium ciuile, & criminale non poſſunt ſimul cumulari.
90 Expenſæ extraiudiciales qualiter probentur.
91 In expenſis condemnare quis iudex debeat. Et quid ſi appellatum ſit ab interlocutoria fruſtratoriè, vel iniuſtè, num.92. Et quid ſi iudex appellationis pronunciat malè appellatum fuiſſe ab interlocutoria, & remittit appellantem ad priorem iudicem; non tamen condemnat.nu.93.
93 Iudex ſemper debet adijcere cauſam, quare condemnet. de communi.nu.94.
95 Sententia valet, in qua iudex abſoluit ab inſtantia, licet non exprimat cauſam.
96 In expenſis, an debeat ſtatim fieri condemnatio, ſi reus ſuccumbat in aliqua exceptione.
97 Futuri temporis tractus, non ſpectat ad iudicem.
98 Cap.fina.de do.& contuma.declaratio.
99 Sententia ferenda eſt in dilatorijs exceptionibus.
100 Contumacia propriè concernit merita negotij principalis.
101 Expenſarum condemnatio an ſit fienda, ſi reus opponat impetrationem reſcripti, tãquam factam ab excommunicato, nõ valere, & actor replicet illam fuiſſe nullam. Et quid ſi in hoc caſu nihil dixerit iudex de expenſis. nu.102.
103 Officium iudicis in acceſſorijs, durat etiam poſt ſenten-

*ſententiam diffinitiuam.*

104 *Expenſarum condemnatio non fit regulariter in exceptionibus peremptorijs. Limita tamen vt nu.* 106.

105 *Sententia ſuper exceptionibus peremptorijs non fertur expreſſè particulariter, ſed ſolū quando pronuntiatur ſuper principali.*

107 *Bart. dictum in. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expen. ſaluatur.*

108 *Iudex ſi pronunciet ſuper exceptionibus, & pars appellet, & iudex ad quem remittat appellātem ad priorem iudicem, quis iudex debeat ſuper expenſis pronuntiare.*

109 *Expenſarum ſententiæ forma, quando fit condemnatio abſque alicuius quantitatis expreſſione.*

110 *Sententia incerta non valet. Limita tamen vt nu. ſeq.*

112 *Expenſarum taxatio hodie communiter non præcedit, ſed fit condemnatio reſeruata taxatione.*

113 *L. terminato. C. de fruct. & lit. expen. intellectus.*

114 *Officium iudicis ceſſat finito negotio.*

115 *Sententia in acceſſorijs poteſt eſſe generalis.*

116 *In ſindicatu ſi agatur contra aliquem officialem, an debeat peti quid certum, an ſufficiat petitio generalis. Et ſi petitum ſit intereſſe, & non probata eius certa quantitas, quid agere debeat iudex. nu.* 117.

118 *Fructuum qui principaliter petūtur, debet eſſe petitio, & probatio certa.*

119 *Expenſarum taxationis reſeruatio, cui intelligatur facta per clauſulam, quarum taxationem nobis reſeruamus, &c.*

120 *Mentem alterius nemo poteſt declarare.*

121 *Et quid ſi tantum ſibi reſeruauit iudex dictam taxationem.*

122 *Succeſſor eſt eadē perſona cum prædeceſſore. Quid in delegato dicendum, quando eſt facta dicta reſeruatio.*

123 *Quid in caſu præcedenti, quando delegatus non potuit ſibi reſeruare dictam taxationem.*

124 *Quid ſi iudex ſibi reſeruauit ſub nomine proprio.*

125 *Quid ſi iudex ſimpliciter condemnauit in expenſis, nec reſeruauit ſibi taxationem.*

126 *Quid ſi iudex dixit, condemnamus reum in petitis, & victum victori in expenſis.*

127 *Sententia an valeat, in qua iudex abſoluit reum, & poſtea dixit, & victū victori in expenſis, nec plus dixit, an ſubintelligatur verbū condemnamus. & quid ſi omiſit etiam propoſitionem. nu.* 137.

128 *Teſtator ſi dicat. B. hæredem, intelligitur inſtituo.*

129 *Sententia requirit ſcripturam.*

130 *Sententia debet continere abſolutionem, vel condemnationem.*

131 *Sententia eſt ſtricti iuris, & odioſa. nu.* 132.

133 *In ſtipulatione non ſubintelligitur verbum omiſſum.*

134 *Sententia ſuper expenſis de ſui natura eſt interlocutoria.*

135 *Acceſſorium quando cenſeatur diuerſo iure à principali.*

136 *Actus debet interpretari, vt valeat.*

138 *Sententia an valeat, in qua iudex dicit, victum victori in expenſis cōdemnamus, quarum taxationem nobis reſeruamus, & actor, & reus pro parte vicerit, & pro parte ſuccubuerit. Et quid ſi diuerſa ſint capitula. nu.* 141. *Et quid ſi victus in definitiua, obtinuit in interlocutoria.* 142.

139 *Participium quandoque reſoluitur in relatiuum.*

140 *Compenſatio fit de non liquido ad liquidum.*

143 *Animus iudicis cognoſcitur ex ipſa verborum prolatione.*

144 *Expenſas non eſſe factas, vel illegitimè, paria ſunt.*

145 *Argumentum de perſona ad rem valet.*

146 *Verba ſunt ciuiliter intelligenda.*

147 *Lex, & ſententia æquiparantur.*

148 *Lex generalis recipit reſtrictionem de habilitate.*

149 *Sententia an valeat, in qua iudex non condemnauit in expenſis.*

150 *Sententia pro parte non valet.*

151 *Actionis iure competit poſt ſententiam, quod prius erat ex officio iudicis.*

152 *Iudex an poſſit reſeruare ſibi condemnationem expenſarum, quæ veniunt ex officio ſuo.*

153 *In interlocutorijs poteſt fieri reſeruatio vſque ad diffinitiuam.*

154 *Proteſtatio non valet in his, quæ non dependent à voluntate proteſtantis.*

155 *L. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. declaratio.*

156 *Teſtator, ſi dicat in teſtamento hæredem inſtituo, quem in codicillis declarauero, an videatur hæres inſtitutus in teſtamento.*

157 *Iudex in condemnatione expenſarum, an debeat citare partem.*

158 *Sententia interlocutoria videtur poſſe ferri abſq; citatione.*

159 *Coniecturis non eſt locus in claris.*

160 *In notorijs non eſt ordo iuris obſeruandus.*

161 *Citatus ad proceſſum, non eſt citandus ad ſententiam interlocutoriam.*

162 *Actus interpretatur in dubio, vt valeat.*

163 *Expenſarum condemnationis forma cum expreſſione certæ quantitatis.*

164 *Quid ſi iudex non ſeruat dictam formam.*

165 *Iudex non habet poteſtatem moderandi iuramentum.*

166 *Iudex neceſſitatur ferre ſententiam ſecundum iuramentum neceſſitatis.*

167 *Poſſum, de ſui natura non importat neceſſitatem.*

168 *Licet verbum, idem importat.*

169 *Expenſæ quæ veniant in condemnatione expenſarum. Et an expenſæ etiam vtiles, ſub nu. ſequen. & quòd ad conſuetudinem loci eſt reſpiciendum. num.* 171. *Et quòd ad perſonarum conditionem. nu.* 172. *Et an damna etiam haberi debeant in conſideratione. num.* 173.
*Et quid ſi victor habuit aduocatum gratis. num.* 173.

170 *Futuri temporis tractus, non ſpectat ad iudicem.*


CALVM-



CALVMNIAM. Etiam in pecunia-
1 rijs cauſis, victus † condemnatur
in expenſis. & vnum caſum exci-
pit .h.d. Primo recitat legem, &
eam approbat, ibi, verum. Secundo, vnum ca-
ſum excipit, ibi, niſi. Nota primo, quòd non
2 ſolum † calumnioſè, ſed etiam temerè litigan-
tes ſunt in expenſis condemnandi. de quo la-
tius infra dicam in quinto principali articulo.
Secundo not. argu. ex tex. iuncta rubr. quòd
3 expenſæ † dicuntur pœna, de quo infra in pri-
mo articulo. Tertio not. quòd differentia eſt
4 inter actum † calumnioſum, & temerarium; ca-
lumnia enim includit doloſum animum. Ad ꝙ
vide quæ dixi. ſupra in rub. de calumniato. Sed
temeritas, prout hic ſtrictè accipitur, potius re-
fertur ad actum culpabilem abſque dolo com-
miſſum, eo quòd non ſit geſtus matura deli-
beratione tamen verbum hoc, & calumnio-
ſum comprehendit; quia omnis calumniator
eſt temerarius; Sed non e contra. vide quod
dixi in .c. 1. ſupra de cle. non ordi. mini. Quar-
5 to not. quòd canones † non dedignantur le-
ges imitari, quando canonibus non contradi-
cunt, ſed eis conſonant. Ad quod vide quod
latè dixi in .c. 1. & .2. ſupra de ope. no. nun.
Vltimo not. quòd victus regulariter eſt con-
6 demnandus in † expenſis. & not. caſum exce-
ptum, de quo latius, & clarius dicam in ſexto
principali articulo. Glo. 1. quærit, & ſoluit.
Glo. 2. ſimiliter poteſt recitari per .q. & de ma
teria ipſarum dicam in quinto articulo. Glo.
fin. ad intellectum literę allegat, & declarat. In
fin. dic vt dicā in .d. quinto articulo. Poſtre-
mo, quia materia iſtius decre. de condemna-
tione expenſarum eccleſiæ principaliter tra-
ctat in tex. & conuenit rubro, & eſt vtilis, &
quotidiana & in diuerſis locis ſparſa abſque or-
dine. Ideò, vt quantum fieri poteſt, eam ha-
beas ordinatam, & ſub breui compendio, pro-
ſequar infraſcriptos articulos, tractando ſolum
materiam expenſarū iudicialium. Primo, quid
ſit expenſa, & de ipſius nominis quiditate. Se-
cundo, an petendæ ſint, & qualiter. Tertio, an
pro expenſis teneantur litigatores ſatiſdare.
Quarto, cuius expenſis aliquid in iudicio ſit fa
ciendum. Quinto, quis condemnari debeat
in expenſis, & quando, & propter quas cauſas
excuſetur à condemnatione expenſarū. Sexto,
in quibus iudicijs, & in qua parte iudicij quis
veniat in expenſis condemnandus. Septimo,
qualiter probētur. Octauo, quis poſſit expen
ſarum condemnationem facere. Nono, qua-
liter fieri debeat. Decimo ad quas expenſas,
& in quantum debeat quis condemnari.
Vndecimo, an ſententia condemnationis ex-
penſarum, vel abſolutionis, ſit reuocatoria, &
an reuocari, vel ſuppleri poſſit. Duodecimo,
an appellari poſſit à Iudice qui condemnauit,
vel abſoluit ab expenſis appellando ſolum, &
duntaxat occaſione expenſarum. Decimoter-
tio, contra quem fiat executio condemnatio-
nis expenſarum. Decimoquarto quis expen-
ſas petere, ſeu repetere poſſit, vel teneatur illas
litigantibus prouidere. Circa primum arti-
7 culum quid † ſit expenſa, breuiter dicerem,
quòd expenſa dicitur id quòd quis de patrimo
nio exponit pro aliquo neceſſario, vtili, vel vo
luntario expediendo, vt colligitur. ex .l. 1. ff. de
8 impen. in reb. do. fact. Et hæc † eſt differētia
inter damnum, & expenſas; quia damnum ſem
per diminuit patrimonium; ſed expenſa non
ſemper diminuit, vt ſupra dixi in .c. penul. ſu-
per glo. fin. ſ. titu. proximo. Itē quia damnū
videtur contingere contra voluntatem noſtrā;
ſed expenſa à volūtate, vt dixi in .c. fin. ſ. tit.
proxi. in quinto notabili. Et ſic patet ex præ-
dictis, quòd expenſæ veniunt vt intereſſe. Et
ideò difficilius remittuntur, quā pęna mera, vt
9 not. Bald. in .c. penul. Et ſic patet, † quòd ex-
penſæ non dicuntur mera pœna, vt not. glo.
in ver. defecerit in .c. 1. de elec. lib. 6. & not.
Ioan. Andr. in .c. diſpendia. de repet. lib. 6. &
in .c. fi. Sed aduerte, quia tex. iſte facit in con-
trarium, cum ponatur ſub rubrica de pœnis.
Vnde debet deſeruire ſubiectò rubricę, vt not.
in prohemio ſexti in ver. titulis. & in .l. impe-
rator .ff. de in diē addict. & per tex. in .l. prope-
randū .§. & ſi quidem .C. de iudi. qui videt vel-
le, quòd expenſa ſit pœna. Sed poteſt dici pro
concordia, ſecundum Ioan. Andr. in d. c. 1. de
elec. quòd habito reſpectu ad recipientem, nō
ſunt pœna; quia talis recipit pro ſuo intereſ-
ſe. Sed habito reſpectu ad ſoluentem, poſſunt
dici pœna. & ita procedit tex. noſter iuncta
rubri. Et idem not. Ioan. Andr. in .c. 1. vt lit.
non conteſt. & in .c. cum dilecti. ſ. de do. &
contu. Circa ſecundum articulū, vtrum expen.
10 ſæ ſint petēde, † & qualiter; Debes ſcire, quòd
Doc. tàm iuris ciuilis, quàm iuris canonici fue-
runt varij, & plures opi. recitat glo. in .c. finem.
ſupra de do. & contu. & Specu. in tit. de ex-
pen. in .§. 1. in prin. & aliquid in .§. 2. in prin.
Glo. tamen in .d. c. finem. videtur reſidere in
concluſione, quòd expenſæ quæ fiunt ante lit.
conteſt. debeant peti iure actionis, hoc eſt in
ipſo libello, in quo petit̄ principale. Mouetur,
quia tales expēſę nō poſſunt venire officio iudi
cis, cū ad ipſius officiū non pertineāt, quę fiunt
ante lit. conteſt. per .l. ædiles. § .item ſciendū.
.ff. de ædil. edict. ſed expenſæ quę fiunt poſt
lit. conteſt. peti debent officio iudicis per .d.
.§. ſciendum. Aliqui verò tenēt, quòd vtraq;
poſſint peti officio Iudicis, etiam ſi fiāt ante lit.
conteſt. Alij aliter ſentiunt. Sed tu poſt. D. m.
in .c. finem. plurimis additis diſtingue duo mē
bra, vnum eſt reſpectu expenſarum, quæ de-
bentur reſpectu contumaciæ. ſecundum expen
ſarum quæ debentur occaſione litis, & teme-
rariæ, vel calumnioſæ actionis, vel defenſionis
11 in iudicio factæ. Quò ad primū † Iac. de Are.
in .l. ſancimus .C. de iudici. voluit, quòd tales
expēſæ venirent iure actionis, per .l. 1. ff. ſi quis
ius di. non ob. Bart. ibidem dicit, quòd pe-
ti poſſunt tàm iure actionis ex edicto illius tit.
ſi quis ius di. non ob. quàm etiam ex officio
iudicis

iudicis per quandam viam indirectam, per
quam Iudex denegabit audientiam, donec re-
ficiantur expenſæ. Pro quo facit.c.quoniam.§.
in alijs. ſupra vt lit. non conteſt. & quod not.
in.c.1.de do. & contu. lib. 6. & quod not. in
.d.l. ſancimus. & hanc opi. ſequitur .D. Anto.
in.d.c.finem. Sed dicit ibi .D. m. quòd etiam
abſq; partis petitione, poteſt Iudex ex officio
condemnare contumacẽ in expenſis, per not.
in.c. cum dilecti. ſupra de do. & contu. vbi
nulla præceſſit partis petitio, & tamen Iudex
condemnat. Facit ẽt.c.auditis &.c.conſtitutis.
12 s̃.de procu. Nam ſicut † poteſt Iudex terminũ
ſtatuere ad probandum ex officio ſuo, & talia
ſimilia exercere. vt in .c. licet .s̃.de proba. ita
debet poſſe cõtumacem in expenſis condemna
re. & hoc mihi placet. Nam ſicut poteſt Iudex
ex officio mulctare inobedientem, & ipſam
mulctam etiam applicare parti, vt dixi in .c.
præced. et not. in .d.l.1. ſi quis ius di. non ob.
ita debet poſſe contumacem in expenſis con-
demnare. & hoc etiam voluit Specu. in tit. de
expen. §. 1. in prin. Facit .c. querelam .s̃. de
procura. & quod not. in .c. de cauſis. de offi.
deleg. & in .l.2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit.
Faciunt etiam ea quæ ſtatim dicam in primo
caſu ſequen. membri. Quò ad ſecundum mẽ-
13 brum de alijs † expenſis litis, & non contuma-
cis, diſtingue, quòd aut tales expenſæ fiunt an-
te lit. conteſt. aut poſt. Primo caſu Iac. de
Are. in .d.l.ſancimus. dicit, quòd tales deben-
tur ratione victoriæ, & ſic iudicis officio com-
petunt, per tex. in .l. terminato. C. de fruct. &
lit. expen. in ratione ſui, ibi, dum dicitur, li-
tes ex litibus oriantur, quod eſſet, quando iu-
re actionis peterentur; quia tunc oporteret li-
tẽ conteſtari, & alia neceſſaria obſeruare, quia
ad fugiendum hoc, ex ipſo iudicis officio ſum-
mariè expedientur, argu. notatorum in .l. nec
quicquam .§. vbi decretũ .ff. de offi. procon. &
leg. & hoc etiam tenet Guil. in .d. l. ſancimus.
Pet. verò de Belaperti. in.d.l.ſancimus.tenet, ꝙ
tales expenſæ poſſunt peti iudicis officio, & ẽt
iure actionis ex cõdictione.d.l.ſancimus. Sub-
dit tñ, quòd talis actio, ſeu cõdictio, adeò cohæ
ret liti principali, vt cum ipſa lite finiať, & extin
guatur. adeò ꝙ poſtea moueri non poſſit per
tex. in .d.l. terminato. Facit. c. cum appella-
tionibus. de appella. lib. 6. Cyn. in .d. .l. ſanci-
14 mus. poſt multa cõcludit, quòd peti † poſſunt
officio iudicis. Et ſubdit, quòd licet non petan-
tur in libello, tamen Iudex ex officio poteſt
ad illas condemnare. Bart. in .l. quarta .§. hoc
autem iudicium .ff. de damn. infec. & in.l. pro-
perandum .§. ſin autem. in fin. C. de iudi. vide-
tur ſentire poſt Dyn. quod iſtæ expenſæ quæ
fiunt ante lit. conteſt. peti debeant officio iu-
dicis, per.d.§. itẽ ſciẽdum. aliàs Iudex nõ poſ-
ſet condemnare. Sed primã opi. Pet. & præce-
dentẽ, quòd etiam Iudicis officio veniant pœ-
næ, tenet .D. Anto. Nec obſt. ſñ eum .d.§.
15 item ſciendũ. quia licet † officium iudicis ſpe-
cificum, non habeat locum in his, quæ contin-
gunt ante lit. conteſt. tamen officium iudicis la-
tiſſimũ debet repeti. Nam & videmus, quòd
ante lit. conteſt. debet citare. Et hęc vltima opi.
plus placet .D. m. Ad quod allegat not. per
Inno. in.c.ſuper. de appel. vbi expreſſè voluit,
quòd Iudex poſſet ex officio condemnare par-
tes ante lit. cõteſt. ſicut etiam poteſt mulctare,
vt ſupra dictum fuit. Etiam ſi ſit legatus, vt .l.
fin. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdic. et idẽ
tenet Spec. in ti. de expẽſis. §. 1. in prin. Et hæc
opi. etiam mihi plus placet. Pro qua allega.
tex. noſtrum, in eo, quòd expreſſè vult, & ſim-
pliciter, ꝙ victus victori condemnetur in expẽ-
ſis; & ſic totaliter reſpicit actorẽ, & reum; nec
diſtinguit, vtrum ante lit. conteſt. vel poſt. Ad
idem etiam. d. l. ſancimus. quę ſimiliter nõ di-
ſtinguit. & ibi etiam hanc opi. tenet Bald. Pro
qua facit .c. conſtitutis. & .c. auditis. ſupra de
procura. Et maximè cum non ſit maior ratio,
quare poſſet mulctare ante lit. conteſt. quàm
in expenſis condemnare. Nec obſt. d. l. ædi-
les. §. item ſciendum. quia ſecundum .D. m.
põt duobus modis reſpõderi, primo ꝙ ea quę
fiunt extra iudicium, non pertinent ad officiũ
iudicis ante lit. conteſt. argu. c. ſignificãte. ſup
de appel. Sed ea quæ fiunt in iudicio, ſeu cir-
ca iudicium, & condemnare in expenſis factis
in iudicio, vel mulctare contumacem, pertinẽt
ad officicium iudicis; ſicut terminum ſtatuere,
16 & ſimilia facere. Vel † ſecundo poteſt reſpon-
deri, quòd non ſolum ea quæ fiunt poſt lit. con.
pertinet ad officium iudicis; Sed etiam ſi fiant
ante, dummodo fiant in iudicio. Nec obſt. ille
tex. dum dicit, ꝙ valde pertinẽt quę fiunt poſt
lit. conte. & ſic nec negat; imò potius videtur
concedere, quòd etiam pertineant quæ fiunt
ante lit. cont. licet magis pertineant, quæ fiunt
17 poſt lit. conteſt. Tu poteſt addere tertiã † no-
tabilem ſolutionem, videlicet, quòd ille tex.
non loquitur de expenſis litis; ſed de expenſis
factis tempore litis; vt puta, in curando ſeruũ,
equum, vel aliquid ſimile circa rem, de qua lis
agitabatur, vel de acceſſorio ad rem petitam.
Vnde diſtinguitur ibi, quòd ſi expenſæ tales, vel
fructus præceſſerunt litem conteſtatam, non
pertinent ad officium iudicis. Secus ſi poſt.
Nos autem loquimur in expẽſis factis occaſio-
ne litis, vt in Aduocatis, Notarijs, & ſimilibus,
quorum condemnatio fieri poteſt iudicis offi-
cio eo tempore, quo fertur ſententia ſuper
re principaliter petita, vel ſaltem eadem die,
vt dicam in nono principali articulo. Et ſic in
talibus non refert, an fiant ante litis conteſtat.
vel poſt, cum fiant in lite, & ſententia referatur
ad libellum. & hanc opi. ponit ſingulariter
Fede. de Senis conſ. 134. & eandem tenet Goſ.
in libellis ſuis. Secundo caſu de expenſis fa-
ctis poſt lit. conteſt. communis * concluſio eſt, Cõm. op.
quòd ille veniant iudicis officio, nec ſit ne-
ceſſarium illas petere, argu. d. l. terminato.
Facit .c. cum appellationibus. de appel. lib. 6.
Et quod not. in.d.§. item ſciendum. tenet Bar.
in.d.l.4.§. hoc autem iudicium. vbi, tamen ſin-
gulariter



gulariter voluit, quòd longa eſt differentia, an
petantur, vel non petantur. Nam quando pe-
tuntur, ſi Iudex non condemnauit, tenetur de
ſuo reſarcire. Et ita etiam dicit procedere ꝙ
not. glo. in .l. fin. C. de fruct. & litis expen. te-
net .D. m. in .d.l. fin. & in.c. auditis. in fin. s̃.
de procu. ſentit Glo. in .d. c. fin. s̃. de reſcript.
Facit quod not. D. Anto. in .c. venerabilis. de
iudici. & in .c. cum ſit. de for. compe. Sed
quando non peterentur, licet Iudex ex officio
poſſit condemnare, tamen ſi non condemnat,
non tenetur de ſuo reſarcire. Eſt ergo bonum
conſilium, vt in libello petantur. & ita commu-
Cõm. op. niter * ſeruať, quia petuntur factæ, & fiendæ.
19 Quæ † petitio, quamuis ſit incerta, tñ admit-
titur ratione futuri temporis; quia probabili-
ter poteſt pars ignorare quantas expenſas ſit
factura; & ideò admittitur petitio generalis, &
incerta, argu.c. cõſtitutus. s̃. de reſtitu. in integ.
&.l.1.ff. quorum lega. & hoc tenet expreſſè
.D. m. in.d.c. auditis. in fin. Et idem dico de
reo, vt ſit cautus in exceptionibus, & defen-
ſionibus ſuis, & proteſtetur de expenſis, & pe-
tat cauſam expediri, ſe abſolui, & partẽ aduer
ſam in expenſis condemnari, ad hoc, vt Iudice
omittente condemnationem, poſſit habere re-
greſſum contra eum. Et prædicta procedunt
in cauſa ciuili. Quid autem iuris in cauſa crimi
20 nali, † an peti debeant, vel Iudex poſſit ex offi-
cio condemnare. vide Bart. in.l.1. in prin. ver.
quęri poteſt. ff. ad turpil. vbi recitatis opinioni-
bus in contrarium, tenet idem, quod dictum
eſt in ciuili. Sed tu adde ad hoc, quæ dicã in
ſexto principali articulo. Et aduerte circa prę-
dicta, licet Specu. in tit. de expen. §. 2. in prin.
& Pet. in .d.l. ſancimus. ſñ quod ſupra retuli,
21 velint, ꝙ terminato † iudicio expẽſæ nõ poſſint
Cõm. op. amplius peti, quę opinio eſt cõmunis, * tamen
tu adde duas notabiles limitationes. Prima
22 fuit † Fede. in .d. conſ. 134. vbi voluit, quòd
id procedat, niſi expenſæ litis eſſent promiſſę
per ſtipulationem; quia tunc non obſtante ſen
tentia, peti poſſunt iure actionis, argu. not. in
.l. centum capuæ. ff. de eo ꝙ certo lo. Et hoc
perpetuo notabis ad inſtrumenta, in quibus
quis promittit ſeruare promiſſa, & ſoluere om-
nes expenſas factas pro ea re in iudicio, et extra.
23 Secunda † limitatio, niſi ex forma ſtatuti diſpo
neretur, quòd victus victori teneretur reficere
expenſas; quia tunc, ſi verba ſtatuti referuntur
ad victum, & ipſum obligant, poterunt peti
condictione ex illo ſtatuto, oſtendendo, quòd
ille victus non habuit iuſtam cauſam litigandi.
Nam ſi habuiſſet iuſtam cauſam litigãdi, arbi-
trarer ipſum nõ teneri; quamuis ſtatutum ſim-
pliciter diceret, quòd victus victori condemne-
tur in expenſis, vt dicam infra in quinto prin-
cipali articulo. Secus ſi verba ſtatuti dirigeren
tur iudici, videlicet, quòd victum debeat in ex-
penſis condemnare; quia tunc ex hoc ſtatuto,
nullũ aliud ius oritur, niſi iudicis officium mer-
cenarium. ita dicit Bal. in .l.2. ff. de fruct. &
lit. expen. allegat.c. ex parte. &.c. reprehenſibi-
lis. ſupra de appel. Sed tu aduerte, quia ego ar-
bitror, quòd prædictum ſtatutum in vltimo ca-
ſu, cum dirigit verba ad Iudicem, operetur etiã
hoc, vt licet pars non petat, tamẽ Iudex tenea-
tur de ſuo reſarcire, quando victus ſuccubuiſſet
ratione temeritatis, vel calumnię, ad hoc, vt di-
ctum ſtatutum aliquid operetur, argu. not. in
.c. paſtoralis ſupra de appel. Niſi diceres, quòd
cum ſtatutum prædictum loquatur ſecundum
terminos iuris, quo iure etiam victus victori
debet condemnari in expenſis, vt hic, recipiat
tale ſtatutum interpretationẽ paſſiuam à iure
communi, vt in iuribus vulgatis. fortè aliquid
dicam in quinto principali articulo. Et poſtre-
24 mò aduerte, † quòd præcedentes duæ limita-
tiones videntur procedere, quãdo pars non pe
tiuiſſet expenſas, quo caſu conſeruať ſibi actio
ex ſtipulatione, vel ex ſtatuto; Sed ſi petijſſet,
& Iudex omiſiſſet cõdemnare, incideremus in
dubium, an pars victa intelligereť ab expenſis
abſoluta, & ſic tranſiret in rem iudicatam, vel
an ſententia eſſet inualida; quia lata pro parte,
non ſuper toto. Circa tertium principalẽ arti-
25 culm, † vtrum litigatores teneantur ſatiſdare
de reficiendis expenſis in caſu ſuccumbentiæ,
aduerte, quia tex. in authen. generaliter .C.
de epiſco. & cleri. probat, quòd actor tenetur
ſadiſdare, non ſolum de proſequenda litę; ſed
etiam de ſatiſdatione expenſarum. Et dicit ibi
26 glo. ꝙ † talis cautio præſtanda eſt in hoc caſu,
etiam ab eo, qui poſſidet immobilia. & hoc ẽt
ſequitur ibi Cyn. & .D. m. in.c. quoniam fre-
quenter .§. in alijs. ſupra vt lit. non conteſta.
Sed glo. inſti. de ſatiſda. §. ſed hodie. dicit, ꝙ
hodię, neq; ex parte actoris, neq; ex parte rei
præſtantur tales cautiones. Vnde dicit Bart. in
.d. authen. generaliter. quòd cum quandoq;
vellet exigere dictas cautiones, nunquam po-
tuit obtinere. & ita refert .D. m. in .d. §. in
alijs. Sed circa prędicta inſurgit notabilis du-
bitatio retenta dicta communi conſuetudine,
27 pone enim, ſecundum quod vidi † ſtatutum in
pluribus locis, quòd ex forma ſtatuti diſpona-
tur, quòd ab actore non ſubdito iuriſdictioni
præſtetur ſatiſdatio occaſione expenſarũ, & in
caſu ꝙ non præſtetur, proceſſus ſit ipſo iure nul
lus, vtrum prędicto ſtatuto ligẽtur clerici agen-
tes coram Iudice ſeculari. Ioan. Cal. diſputauit
hanc quæſt. & incipit diſputatio, ſtatutis ciuita-
tis. & multum ſingulariter arguit ad vtranquę
partem, & finaliter concludit, quòd clerici li-
gentur tali ſtatuto, tanquam diſponente circa
ordinem iudicij, vide latius ibi per eum.
Circa quartũ articulum principalem, quęritur
28 principaliter cuius expenſis † aliquid in iudi-
cio ſit faciendum, vtrum actoris, vel rei. Sol.
Bar. in .l. ſi poſtulauerit. ff. de adult. diſtinguit
quòd aut id ꝙ fieri debet in iudicio, agendum
eſt pro communi vtilitate actoris, & rei, & ita
communiter poſtulatur, & fieri debet commu
nibus expẽſis. Aut poſtulať fieri ad petitionẽ,
& vtilitatem alterius tantum, & tunc expediri
poſſet expenſis ipſius petentis. Et ad hoc etiã
allegat

allegat Bar. quod traditur in .l. generaliter. §. his
de præſentibus .C. de iureiuran. Et prędicta
theorica probatur per tex. in .c. ſtatutum .§.
inſuper. de reſcrip. lib. 6. vbi not. ꝙ quando
aliqua expenſa in iudicio principali concernit
vtilitatem vtriuſq; partis, quęlibet pars debet
ęqualiter conferre. Sed contra prędicta forti-
ter obſtat, nam clarum eſt, quòd teſtis qui
producitur, debet iurare, & teſtimonium ve-
ritatis perhibere pro vtraq; parte, vt in authen.
ſi clerici. C. de epi. & cle. & in .c. 1. ꝟ. de cri. fal. &
tamē ille ſolus qui producit, tenetur ſoluere ex-
penſas in veniendo, ſtando, recedendo, & alijs
ſimilibus, vt in .d. c. ſtatutū. §. proferendo. &
in .l. qm̄. C. de teſti. 4. q. 2. §. itē in criminali.
Glo. format hanc dubitationē in .d. §. proferen-
do. & Io. An. ibi remittit ad not. per ſe in addi-
tiōe Spe. in ti. de teſta. §. qualiter. ver. teſtes au-
tem. Io. An. cōcludit, ꝙ etiā ſi pars aduerſa de-
dit interrogatoria ſuper quibus vult teſtes exa
minari, ꝙ tamen talis, qui non producit teſtes,
non debet contribuere ad expenſas; quia non
fuit ipſe qui producit, et ideò non tenetur. Et
præterea, quamuis pars non daret interrogato-
ria, tamen Iudex tenetur illa facere, per ea quæ
notanť. in. c. cū cauſam. & in .c. venerabilis. ꝟ.
de teſti. & in .l. 3. ff. de teſt. Vnde pars in hoc di
citur iudicē aleuiare, & pro defenſione ſua ad
hoc prouocatur, argu. c. cū inter. ꝟ. de excep. Et
ſic ſentit Io. An. ꝙ quāuis negocium videatur
cōmune, tn̄ inſpicitur ad cuius petitionem id
fieri poſtuletur. & idem ſentit glo. in. d. §. pro-
ferendo. Sed dici Zenzel. ibi, quòd ideò pro-
ducens, prouidet teſtibus quos producit, & nō
altera pars; quia ſimiliter altera pars tenebitur
prouidere teſtibus reprobatorijs, quos produ-
cet. Vel poteſt dici, quòd licet teſtis debeat di-
cere veritatem pro vtraq; parte, tamen prin-
cipalis intentio producentis eſt probare inten-
29 tionē ſuam. vnde attēdiť ꝙ † principaliter agi-
tur. Facit c. quāuis. de pact. lib. 6. Producēs er
go teſtes, debet expēſas ſoluere. Et eadem ra-
tione, ſi neceſſariū eſt, ꝙ iudex cum notarijs ac-
cedat ad teſtē, debet prouidere de expenſis, vt
eſt tex. apertus in .c. 2. §. 1. de iudi. lib. 6. Sed
circa prædicta pōt dubitari, cuius expenſis res
30 ſit † per iudicem ſequeſtranda, alimentanda;
puta, ſi ſit homo, vel equus. ad cuius deciſionē,
vide in ſimili notabilem diſtinctionē iuriſcon-
ſulti. in .l. ſed & ſi. §. 1. ff. ad exhiben. quē tex.
perpetuo notabis ad eos, qui tenent aliquos
carceratos. Et habeť ex illo tex. cuius expenſis
ſit res in iudicio exhibenda, & alimentanda.
31 Itē dubitari pōt, quid de libello, † cuius expen-
ſis ſit offerendus. Bar. in authen. offeratur .C.
de lit. conteſt. cōcludit, quòd expenſis rei. Et
idem tenet ibi Bal. Quod intellige, reſpectu co
pię dandæ ipſi reo; nam reſpectu productionis,
& ſolutionis fiendæ notario de cōmiſſione, di-
cerem indubitanter, quòd fieri debeat expen-
ſis ipſius actoris. Quinimò glo. in cle. cauſam
in ver. porrecto. de elec. vult, quòd copia, etiā
ſit danda reo expenſis actoris. & idem videtur
velle glo. in ver. pronunciato. in clem. ſæpe.
de ver. ſig. Sed Bar. in .l. 1. ff. de eden. dicit ſer
uandam eſſe conſuetudinem iudicij, tradit etiā
.D. Anto. & poſt eum .D. m. in .c. 1. in fin. ꝟ.
de libel. obla. & ibi latius dicam. Quid autem
32 ſi petatur † copia actorum, dic quod danda
eſt expenſis petentis, per præallegatam theo-
ricam. & probatur in .c. quoniam contra. ſupra
de proba. tenet Zaba. in .d. cle. cauſam.
33 Quid autem ſi cauſa † committatur cōſulenda,
dic, quòd debet mitti expenſis illius, qui hoc
petit. Et ideò ſi ad petitionem vtriuſque il-
lud exigitur, debet vtraque pars æqualiter
contribuere. vt not. Bar. in .d. l. ſi poſtulaue-
rit. vide Bal. in .l. imperatores .ff. de tut. & ra.
diſtra. & per Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in
ti. de conſilij requiſitione. et vide quod dixi
poſt Ioan. de Imo. in clem. 1. de æta. & quali.
34 Quid autem de copia appellationis, † cuius
expenſis ſit danda, an appellantis, vel appel-
lati, vide varias opi. quę refet Zab. in .d. cle.
cauſam. De copia autē appellationis quæ da-
tur iudici ad deliberādum, vtrum illam admit-
tat, vel reuocet ſententiam, & quales de-
beat dare apoſtolos, dic quòd debet dare ex-
pēſis appellantis. ita concludit Zenze in. d. cle.
cauſam. Poſtremò not. circa hunc articulum,
quòd maleſactores debent iuſtitiari, ſeu con-
35 tra eos ſententia † exequi expenſis reipublicæ.
ita not. Bald. in .l. ſerui. C. qui. ex cau. ſer.
pre. per lib. acci. Aduerte tamen, quòd ſi res
publica non haberet locum aptum, ꝙ poteſt
tunc iudex erigere furcas, vel aliud ſimile genus
in loco alterius. ita dicit Ioan. Andr. in addit.
Specul. in tit. de exe. rei. iudi. ſuper rub. Et ēt
compellere illum ad vendēdum ratione publi-
ci intereſſe, per tex. in .l. 1. §. ſunt qui .ff. ne
quid in lo. publi. & in .l. ſi quis ſepulcrum. ff. de
religio. & ſump. fu. & argu. l. lege. ff. ad ſenat.
conſul. ſilla. per quæ iura ita determinat Ange.
in repeti. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff.
de pact. Et pro ipſa executione poteſt etiam
vti equo, vel aſino alterius, vt tradit Guil. de Cu.
in .l. fin. de pigno. ſi recte memini. Et aduerte
36 vltimo, quia vbi perſona † eſt pauper, iudicium
eſt gratis exhibendū, non ſolum à Iudice qui
nō debebit ſportulas, vel aliud ſimile petere,
vt in authen. de mand. prin. §. ſit tibi. Sed
etiam aduocato, & procuratore, vt latè ſcripſi
in tractatu de poſtulando .§. 6. & .§. 18. Circa
quintum principalē articulum quo quæritur,
quis debeat in expenſis condemnari, & quan-
do, & propter quas cauſas. Et etiam propter
quas cauſas aliquis excuſetur à condemnatione
expēſarum, ꝓſequar principaliter duo mēbra.
Primū quis, & propter quas cauſas debeat quis
condemnari. Secundū proſequar cauſas, pro-
pter quas excuſatur. Quò ad primum aduer-
37 tendum eſt, quòd quandoq; † quis cōdemna-
tur in expenſis ratione contumaciæ, & de hoc
non intendo hic tractare, eo quod magis prin-
cipaliter pertinet ad ti. de do. & cont. Et ideò
dic, vt ibi dicam in .c. ex literis. Et vide latè
per



per Specul. in ti. de expen. §. 1. quaſi per totū.
Quandoq; quis condemnatur ad expenſas ra-
tione calumnię, vel temeritatis, inter quæ duo
ad materiam noſtram nō videtur eſſe differen-
tia, argu. tex. noſtri. & .l. eum quē temere. ff. de
iudi. & .l. ſancimus. C. de iudi. & ita conclu-
dit Bart. conſ. 8. quod incipit, andreolus.
Adde tamen quod dicam infra in ſecūdo prin-
cipali membro. Et de hac materia agendum
eſt hic, in qua materia in primis ſume hanc re-
gulā generalē. Quod omnis ille, qui calumnio-
ſè, aut temerariè cauſam agit, condemnandus
eſt in expenſis, ſiue ſit actor, ſiue ſit reus. tex.
eſt hic & in .d. l. ſancimus. & in .d. l. eū quē te-
mere. & in .l. properandum .§. ſin autem. C.
de iudi. Inſti. de pœn. teme. litig. in prin. & .C.
de epi. & cleri. authen. generaliter. & in .c.
diſpendia. de reſcrip. lib. 6. & in clem. 1. de
39 reſcrip. Et not. quòd † temerarie agere dici-
tur, qui ſcienter iniuſtā cauſam agit, vel defen-
dit. vel etiam qui ignoranter, per ignorantiam,
non probabilem, vt probatur in dictis iuribus.
Quinimò, quod notabilius eſt, etiā ſi quis iuſti-
tiā foueat, poteſt dici temerariè agere, & ratio-
tione temeritatis ſuæ condemnādus eſt in ex-
penſis. Exemplum figurari poteſt in eo, qui
dolo differt opponere exceptionem, quam po-
teſt opponere in qualibet parte litis, & quæ red
dit proceſſum retro nullum; ſed vt fatiget ad-
uerſarium litibus, & expenſis, illam differt op-
ponere; quia tunc licet quando opponit, poſtea
ſententia ſit ferenda pro eo, tn̄ eſt condemnan-
dus in expenſis. hoc ſingulariter vult gl. in ver.
proceſſum. circa medium. in .c. 1. de reſcrip.
lib. 6. & ſequitur ibi .D. m. & probat hoc ex-
preſſe tex. in .c. exceptionē. ꝟ. de excep. & ibi
dixi. tenet Ioan. Andr. in addittione. Specu.
in tit. de accu. §. 1. ver. quid ſi minor. Pro quo
facit etiam aliud ſingulare dictum Bal. in .l. pe-
nul. C. de peti. hæred. vbi concludit poſt Guil.
de Cu. quòd ſi interrogatus à Iudice in petitio-
40 ne hæreditatis, noluit dicere † titulum ſuum,
propter quod Iudex compulit ipſum litem con
teſtari, ꝙ ſi poſt lit. conteſta. alleget titulū, quo
caſu prodeſt ſibi talis allegatio, non obſtāte cō-
tumacia, quia talis titulus eſt plena defenſio, &
poteſt opponi in qualibet parte litis. tamen di-
cit Bald. quòd quia ipſe protelauit proceſſum,
quod potuit legitimè impedire, quòd debet in
expenſis condemnari, per .l. non ignorat. C. de
fruct. & lit. ex pen. Et ita tenent Dn̄i de Rota
41 in effectu deciſ. 233. in clerico, qui tacuit † ſe
clericum, & poſtea opponit in fin. vbi dicunt ꝙ
debet condemnari in expenſis, vt dixi in. c. ſi
diligenti. de fo. cōpe. in penul. quæſt. Et hoc
perpetuo notabis; quia quotidie poteſt contin
gere. Et ſic habes vnum caſum, in quo citra
contumaciam fouens iuſtitiam, & obtinens in
cauſa, debet condemnari in expenſis. Et not.
42 quòd pro qualibet etiam minima parte † iudi-
cij, in qua quis temere litigaſſet, debet in ex-
penſis condemnari. Et ideò ſi quis in prima ci-
tatione comparuit, & confeſſus eſt debitū agno
ſcendo bona fidem, dicitur conſulte agere, nec
debet in expenſis condemnari, vt not. Bal. in
authen. cōtra qui propriam. C. de non nu. pec.
& in corpo. vnde ſumitur .d. authen. Facit
tex. noſter à contrario ſenſu. & faciunt alia
iura ſupra in ſimili allegata. & probatur in .l.
deſtitiſſe. ff. de iudi. Hoc tamen ſingulariter li-
mitatur, niſi creditor prius illum interpellaſſet.
Ad quod vide, ꝙ dixi in .c. 2. in fin. ſupra de
accu. Et ibi vide per me, quid ſi dies pri⁹ inter-
pellaſſet. Et ibi etiam vide, quis teneatur pro-
bare monitionem, vel interpellationem præ-
ceſſiſſe. Et ſic patet ex prædictis, quòd multo
fortius quis pro aliqua parte in expenſis con-
demnatur, vt dicit Bald. in .d. authen. con-
tra qui propriam. Et ratio eſt in promptu
43 quia idem ius † de parte, quò ad partem &c.
vt in. c. paſtoralis. §. item cum totum. ꝟ. de offi.
delega. Et ideò cōſilium eſt, quòd immediate,
quòd quis videt ſe malam cauſam fouere, de-
beat deſiſtere, vt ab expenſis excuſetur, vt .l.
deſtitiſſe .ff de iudici. Vnde ſit cautus liti
gans, quòd, ſi per productionem inſtrumen-
ti factam ab aduerſario, vel per publicationem
proceſſus appareat ipſum fouere iniuſtam cau-
ſam, deſiſtat, vt not. Barto. in .l. ſi quis infi-
ciatus. ff. depoſiti. Nam licitum eſt deſiſtere
44 impunè, quando † pro reliquo tēpore habet
iuſtam cauſam. Ad quod vide quæ latè dixi in
c. 1. & .2. ꝟ. de collu. dereg. tenet Bal. in. d. l.
deſtitiſſe. Sed ſi non renunciaret, ſed proſeque-
retur in lite vſq; in finem, vtrum veniat conde-
mnandus in expenſis totius iudicij, dicam in
10. articulo. Et ex prædictis etiam ſequitur,
45 quòd ille qui ſuccumbit in exceptione † dilato-
ria, aut in alio ſimili actu in iudicio emergenti,
vel incidenti, debet condemnari in expenſis. vt
not. glo. in. c. finem. ſuꝑ de do. & contuma.
probatur in. c. accedens ꝟ. de accu. tenet ſpe.
in. ti. de excep. §. penul. ver. quid ſi reus. Quod
eſt verum, ſi modo pars aduerſa probauit intē-
tionē ſuam. aliàs ſecus, ita not. Archid. 3. q. 6.
c. 2. in .§. exceptio. ſuper glo. per tex. in. c. cum
venerabilis. ꝟ. de excep. Quod intelligo, quan-
do reus taliter propoſuit exceptionem, quòd
ex ipſius propoſitione non ſit fundata intētio
paris aduerſæ ſecundū ea quæ traduntur in. l. ſi
quidem. C. de excep. Et adde ad prædicta quę
dixi in. c. ſuper his. ꝟ. de accu. in .5. q. Et quā-
do fieri debeat condemnatio ſuccumbentis in
exceptione dilatoria, dicam infra in nono prin-
46 cipali articulo. Quid autem ſi reus † opponit
exceptionem excomunicationis, & actor dicit
ſe abſolutū, & probat, vtrum reus cōdemnan-
dus ſit in expēſis, vide varias opi. per Spe. in ti.
de excep. §. 2. ver. quid ſi probatur. Sed circa
47 prædicta, quia dixi. ꝟ. quòd calumnioſe, † aut
temere litigans debet condemnari in expenſis,
dubitari poteſt, vtrum iſtud procedat, ſiue liti-
gat tanquam actor, vel reus, ſiue alio quocūq;
modo. Et videtur dicēdum, quòd ſic. Vnde &
inſtigator datus à iudice ad proſequendam in-
quiſitionis cauſam, videtur in expenſis conde-
mnandus,

mnandus, ita tenet Archi. 18.q.2.in.c.eleuthe-
rius. Et vide quod tradit Guil. in cle. ſępe. de
ver. ſigni. circa finẽ. Facit tex. noſter qui ſim-
pliciter loquitur, quòd victus victori ſit in ex-
penſis condemnãdus. Et ſimilis quæſtio eſt de
iudice inquirente, vtrum ipſe ſuccumbentẽ de-
beat in expenſis condemnare. & de vtroq; di-
cto vide quod latè dixi in .c. qualiter. 2. s̃. de
accu. in decimoquinto principali articulo. Et
hæc procedunt, quando litigans non habuiſſet
aliquam iuſtam cauſam litigandi, propter quá
licet ſuccumberet, deberet abſolui ab expenſis,
dicam in ſeq. membro. Circa ſm̃ membrum,
propter quas cauſas quis debeat excuſari ab ex-
penſis. breuiter dic, quòd quanuis regulare ſit,
ꝙ victus victori condemnari debeat in expen-
ſis, hoc tamen procedit, quando calumnioſè,
aut temere litigauit, vt latè dictum fuit in præ-
ceden. membro. Ex quo infertur à contra-
rio, vt prima iuſta cauſa excuſatiõis ſit genera-
48 lis, vt excuſetur quis, quandocunq; † iuſta, vel
probabili ignorantia fuit ductus ad litigãdum,
vt probatur à contrario ſenſu tex. noſtri. & .l.
eum quem temere. .ff. de iudi. & authen. gene-
raliter. C. de epiſco. & cleri. in authen. de iudi.
.§. oportet. & in .d.l. eum quem temere. Pro-
babilis autem, & iuſta ignorantia iniuſtitiæ, ſeu
probabilis credulitatis fouendi iuſtitiam, po-
teſt colligi ex plurimis, ad quæ ſpecialiter de-
ſcendamus. Et primo ad actus iudiciales. Se-
49 cunda igitur † excuſatio ſatis generalis ex a-
ctu iudiciali, videtur colligi ex iuramento
calumnię præſtito per ipſum ſuccumbentem,
quod iuramentum videtur excuſare ab expẽſis,
ita firmat gl. in. d.c. finẽ. & tenet Guil. in.d.§.
oportet. & in.l. qui ſolidũ. §. etiã. ff. de leg. 2. &
ibi ẽt tenuit Odoff. & tenet Albertus Papienſis
in.d.l. properãdũ. §. ſin aũt. & Bartho. Brixien.
& glo. & Arcihd. 2.q. 1. c. in primis. Inno. in
.d.c. finem. & Archid. 1.q. 7. in.c. patet. Iaco.
Butri. in .d. §. ſin autem. & in .d.l. eum quem
temere. & in .l. Iulianus .ff. de acti. emp. Pro
quibus facit, quia non ſequitur, ſuccubuit, er-
50 go calumniatus eſt. Nam & † ſæpe iuſtã fouẽ-
tes cauſam ſuccũbunt, vel propter malos Aduo
catos, aut negligentes Procuratores, vel aliam
ſimilem cauſam. Et hinc eſt, quòd quotidie
51 dicimus, quòd † dubius eſt euẽtus litis. vt in.c.
fraternitatis. s̃ de frigi. & .l. quod debetur .ff.
de pecu. cum alijs iuris vulgatis. Sed contra-
riam ſententiam, quòd iuramentum calumniæ
non excuſet. tenent Cyn. & Pet. in .d. authen.
generaliter. C. de epi. & cleri. & in.d.§. ſin au-
tem. vbi etiam hoc tenuerunt Oldra. Iaco. de
Are. & Raynal. Facit, quia tale iuramentũ non
videtur excuſare, nec ab expenſis ratione ca-
lumniæ; nec etiam ab expenſis ratione teme-
ritatis; quia ſentẽtia contra eum lata præſum-
ptionem facit quòd calumnioſe iurauerit. &
hanc eandẽ ſentẽtiam tenet Bart. in .d. authen.
generaliter. & in .d.l. eum quem temere. & in.l.
.1.§. quæri poteſt etiam. ad ſenat. conſul. turp.
& in .d.l. qui ſolidũ. §. etiam. Et in prædictis
locis dicit Bar. ꝙ licet iuramentũ calumniæ ex-
cuſet à præſumpta calumnia, non tamen excu-
ſat à temeritate; poteſt enim eſſe, quòd quan-
uis abſq; calumnia litigauerit, tamen cum teme
ritate litigauerit; quia imprudenter, & incon-
ſulte proſiluit ad litigandum; & condemnatio
expenſarũ fit, non ſolum propter calumniam,
ſed etiam propter temeritatem, vt probatur
hic. & in .d.l. eum quem temere. Et ideò licet
iuramentum prædictum excludat calumniam,
non tamen excludet temeritatem. Pro quo fa-
cit optimè .l. 3. ff. de iureiur. & .d.l. 1. §. quæri.
poteſt. Et hanc opi. tenent hic Ioan. Andr. &
Hoſti. & in .d.c. finem. concludentes propter
rationem prædictam, quòd tale iuramentum
non excuſet à condemnatione expẽſarum. Et
hoc etiam tenet .D. m. in .d.c. finem. vbi dicit,
quòd victus præſumitur calumnioſe litigaſſe,
propter contrariam ſentẽtiam; Niſi cõtrarium
oſtendat manifeſtiſſimis documentis. Et pro
hoc allegat tex. quem dicit hoc apertè proba-
re. in .c. 1. in fin. de elect. lib. 6. vbi deficiens in
probationibus præſumitur calumniari, & puni
tur de calumnia. Niſi ex apertiſſimis documẽ-
tis probetur cauſa probabilis, quæ habeat il-
lum excuſare. Ponderat ergo .D. m. tex. dum
dicit, apertiſſimis documẽtis, & ſic ſatis innuit
iuramentũ calumniæ non ſufficere. Tum quia
ibi fuit præſtitum, argu. c. 1. de iura. calum.
52 tum quia iuramentum † partis, non facit in
ſuum fauorem manifeſtiſſimum documentum,
iuxta ea quæ notantur per Ioan. Andr. in. c.
pia. de excep. lib. 6. & quod legitur, & not. in
.c. fin. s̃. de iureiuran. & quod ibi latius dixi.
Pro quo dicto facit etiam .l. 1. C. de aduo. diuer.
iudi. & quod ibi not. Cy. vbi probatur, quòd ex
quo quis eſt vict⁹, p̃ſumitur calumnioſe egiſſe.
Facit ẽt .l. non ignorat. C. de fruc. & lit. expen.
Item facit, quia ſi iuramentum calumniæ excu-
ſaret ab expenſis, iura non mãdaſſent indiſtin-
ctè victum victori in expenſis cõdemnandum;
cum ſcirẽt tale iuramentum generaliter prę̃ſtan
dum in omni cauſa, vt in.c. 1. ſupra de iura. ca-
lum. Facit etiam, quia ex ordine rubricarũ. C.
colligitur, ꝙ primo iurandum eſt de calumnia.
& immediate ſubijcitur in tit. de iudi. in .d.l.
properandum. §. ſin autem, quòd victus victo-
ri eſt in expenſis condemnandus. Et quanuis
ante ſententiam præſumptio ſit pro ipſo iuran-
te, tamen ipſa ſententia cõtra eum lata tollit di-
ctam præſumptionem. Facit .c. penul. ſupra
de cri. fal. Concludit ergo .D. m. in .d. c. finẽ.
quòd tale iuramentnm non excuſat ab expen-
ſis. Et quãuis Specu. in tit. de expenſis. §. nũc
de expenſis. in fi. pri. col. potius videatur incli
nare in cõtrariam ſententiã, tñ ſubdit ipſe, † ꝙ
53 curia contrariũ ſeruat, victũ in expẽſis condem
nãdo, quanuis de calũnia iurauerit. Niſi iuſſus
Papæ, vel alia rationabilis cauſa in contrarium
moueat. Et ita etiam in prædictis verbis cõclu-
dit Ioan. Andr. dicens, quòd cum de facili liti-
gantes ſubeant dictum iuramentum, quòd nõ
eſt conueniens, ꝙ propter talem facilitatẽ ad-
uerſarius



aduerſarius amiſerit expẽſas. Et pro dicta opi.
Facit .l. 1. §. deinde. ff. ad turpil. vbi probatur, ꝙ
54 aliud † eſt calumnia, & aliud temeritas. Facit
55 etiam, quia in cauſa appellationis iuratur † de
calumnia. vt in.c. 2. de iura calum. & .l. 2. C. eo.
Et tñ fit condemnatio expenſarum. vt in.l. eos.
.C. de appell. & infra latius dicã in ſeq. articulo.
Sed tu aduerte, quia nouiſſimè reperi Bar. cõſ.
.8. ꝙ incipit, andruculus latè proſequentem
hunc articulum, & tandem conſulendo conclu
dentem, ꝙ iuramentum calumniæ excuſet ab
expenſis, & ſic tenet primam opi. & vltra aucto
ritates. s̃. in prin. allegatas, dicit prædictam opi.
tenuiſſe Iaco. de Are. in .d.l. qui. ſolidum.
.§. etiam. & Raymedinum de monte Bubiano,
& D. Andr. & eius filium, & Do. Andr. Saphi.
de Pyſis, & Iaco. de Beluiſio, & .D. Nic. Mater
in .q. quam diſputauit Pyſis quæ incipit, an ab
expenſis, quibuſcunq;. & quidam .D. Marcilius
cuius verba refert Cy. in authen. generaliter.
.C. de epi. & cleri. in ver. alij dicunt. Aut iura-
mentum. Vnde diſtinguit ibi Bart. ꝙ aut eui-
denter probatur de calumnia aliter quam per
ſententiam, & tunc victus non excuſatur ratio-
ne dicti iuramenti; ſed debet condemnari in
expenſis, argumẽto .l. 1. & ꝙ ibi not. C. de ad-
uo. diuer. iudi. Aut non probatur aliter, &
tunc excuſatur ab expenſis, per tex. & rubri. ad
literam. .ff. ſi mul. ven. nomi. calum. cauſa
in poſſeſſ. eſſe dica. iuncta. l. 1. qui. tex. prima
fronte multum bene facit iunctis additionibus
56 Dyn. nam in prin. dicitur, quòd † ſi mulier iu-
rauit ſe prægnantem, & ob hoc ventris nomi-
ne fuerit miſſa in poſſeſſionem ſaluatur iuramẽ
tum, nec poſt iuramentum eſt ei vis facienda, &
ſubdit ibi Dy. quòd iuſiurandum omnem ca-
lumniam excludit, deinde tex. in. §. per calum
niam autem in poſſeſſionem fuiſſe videtur quæ
ſciens, prudensq́; ſe prægnantem non eſſe in
poſſeſſionem voluit venire; ſed ad illum tex.
poſſum reſpondere, ꝙ ibi ſolum punitur ca-
lumnia, à qua excuſatur quis propter iuramen-
tum, niſi oſtẽdatur ſententia ſimul cũ prudentia
in cõtrarium. Sed tñ tex. ille nõ videt̃ excuſare
à temeritate, quæ ſola ſufficit ad cõdemnatio-
nem expẽſarum, vt hic; imò potius, ſi rectè põ
deretur, videtur facere in contrarium, dum di-
cit prudẽs, ſciensq́;, nam cõcludit, ꝙ poteſt eſſe
temeritas, quando ſine prudentia, & ſcientia
id facit; ſed non dicitur tunc per calumniã egiſ-
ſe. Et quanuis Bar. in .d. conſ. videtur ſentire
quò ad materiam noſtrã condemnationis ex-
penſarum, ꝙ idem ſit temeritas, & calumnia,
ita ꝙ alterum ab altero non differat per .l. eum
quem temere. tñ non placet; quia licet tex. ille
loquat̃ ſolum de temeritate, dico, ꝙ cõprehen-
dit ẽt calumniam; quia omnis calumniator te-
merarius eſt; ſed non conuertitur. Vnde fa-
teor, ꝙ quantũ ad potentiam condemnandi in
expenſis, tantũ valet ſimplex temeritas, quan-
tũ calumnioſa temeritas, vt hic; ſed proſequẽ-
do verba Bar. dicit ipſe, ꝙ aut non eſt iuratũ de
calumnia, & tunc aut apparet ex actis verè, vel
præſumptiuè, vel ex aliqua coniectura litigan-
tem aliquando habuiſſe iuſtam cauſam litigan-
di, & excuſatur ab expenſis, aut nõ apparet, nec
iurauit, & condemnandus. Et ſm̃ hunc vltimũ
caſum dicit eſſe intelligenda omnia iura, quæ
dicunt victum victori condemnandum in ex-
penſis. ſ. quando non fuit iuratum de calumnia.
57 Nam ſi fuit iuratũ non præſumitur † immemor
ſuę ſalutis. vt in.l. fin. C. ad .l. iul. repetun. &
in.c. ad audientiam. s̃. de reſcri. & quia vt ſupra
dixi in prin. quandoq́; ſuccumbit qui iuſtam
cauſam fouet, nec obſt. quòd in quolibet iudi-
tio, ſeu qualibet cauſa iurandum ſit de calum-
58 nia; quia non eſt verum † cum poſſit omitti,
vt traditur in .l. 2. §. ſed quia veremur .C. de
iura calum. & in .c. 1. de iura. calum. lib. 6. Et
tunc habebit locum prædicta regula, quia vi-
ctus victori, &c. Et poſtremo latius vide per
Bart. in dicto conſilio, vbi conatur multiplici-
ter reſpondere ad tex. inſti. de pœ. te. li. §. 1. 2.
& .l. 3 .C. de fruct. & litis expen. qui voluit, ꝙ
iuramentum calumnie excuſet ab expenſis.
Ego arbitror, ꝙ iuramẽtum calumnię nõ excu-
ſet ſimpliciter ab expenſis; ſed inducat præſum
ptionẽ, ꝙ litigans crediderit habere iuſtam cau
ſam litigandi, ita quòd excuſetur à præſumpta
calumnia. Sed talis præſumptio tollitur ex
alijs præſumptionibus, & coniecturis exiſten-
tibus in contrarium. Tertio fallit .d. regula, ꝙ
59 victus, victori non codemnat̃ in expenſis, pro-
pter ſemiplenam probationem ipſius victi, per
not. in.c. cum dilecti. s̃. de elec. & in .c. 2. de ca-
lum. tenet Hoſti. & .D. m. in.c. finem. de do. &
contu. Alij verò tenent cõtrarium, vt Ioan. de
Imo. in.c. conſtitutis. de elec. ſentit Io. An. in.c.
.1. de elec. lib. 6. Sed pro prima opi. Facit, ꝙ
not. Bal. in.l. 1. §. item pollioni, & in.l. maritus.
.ff. de quæſti. Facit ẽt, ꝙ not. in.c. fi. s̃. de iure-
iuran. & ꝙ ibi dixi in materia ſemiplenè ꝓba-
60 tionis. Quarto fallit † in deſiſtente; quia non
debet condemnari in expenſis, vt not. in.l. deſti
tiſſe. ff. de iudi. ꝙ intellige dummodo deſiſtat
debito tẽpore eo ipſo, ꝙ veriſimiliter cogno-
ſcit ipſum iniuſtam cauſam fouere, vt ſupra di-
xi, & ꝓbatur ex his quæ notantur per Hoſti. &
Ioan. An. in.c. paſtoralis s̃. de ca. poſſ. & pro-
prie. vbi voluit, ꝙ ſi aliquis renũciat petitorio,
& tranſit ad poſſeſſorium ſit condemnandus in
expenſis. Secus ſi ſuſpenſo petitorio tranſiret
ad poſſeſſorium. Ita tenet Hoſtien. & Ioan.
Andr. & * cõmuniter Docto. in .d.c. paſtora- Com. op.
lis. Et adde quæ dicam de cauſa appellationis
61 in ſeq. articulo. Quinto fallit, † quando neu-
ter litigantium, videlicet, neq; actor, neq; reus
probaret intentionem ſuam; quia tunc quili-
bet abſoluetur in expenſis, exemplum petit
actor vnam rem, vel beneficium; reus negat
eſſe illius, vel beneficium ad illum ſpectare, ſi
petit tanquam rem ſuam ſibi adiudicari, offe-
rens probationẽ, vel petit ipſe reus beneficium,
tanquã ſibi debitũ adiudicari, ſi neuter ꝓbat rẽ
ſuam eſſe, vel habere ius in bñficio, quilibet ab-
ſoluet̃ à petitiõe alterius, & neuter condẽnabi-
II tur

tur in expenſis, ita notabiliter tenent dñi de Ro
ta deciſ. 15. & tenet .D. Anto. in .c. 1. ſupra vt
eccle. benefi. de quo dicã in ſeq. fallentia. Sexto
62 fallit, † ſi vtraq; pars obtinet; vt puta, petebat
actor centũ, vel fundum, & non probauit, niſi
de quinquaginta, vel de medietate fundi; nã tũc
neutra pars cõdemnabitur in expẽſis, not. Bar.
in auth. ſed nouo iure. C. de iudi. Quod ego ar
bitror verum in dubio. Sed poſſet contingere,
ꝙ reus habuerit legitimã cauſam litigandi ſu-
per toto, vſq; ad certam partem iudicij; vt pu-
ta ad publicationem vſq; proceſſus, vel pro-
ductionem inſtrumenti. Sed ſi actor etiam
vſq; tunc iniuſtam habuit cauſam litigandi, &
hoc caſu dicerem, ꝙ actor debeat condemnari
in expenſis factis vſq; ad publicationem proceſ
ſus, vel productionem inſtrumẽti; ſed ab hinc
citra vterq; abſoluatur ab expenſis poſtquam
vterq; perſiſtit in petitione, & exceptione ſua
in ſolidum. Et ideò in caſu p̄dicto optima eſ-
ſet cautela, ꝙ actor eo ipſo, ꝙ vidiſſet ſe pro-
baſſe duntaxat de medietate, cõpareret, vel di-
ceret, ꝙ cum ipſe amodo crediderit centum
ſibi deberi, & propter iura producta videat ſi-
bi nõ deberi, niſi quinquaginta, ex nunc ꝓte-
ſtat̃, ꝙ ipſe non intẽdit ſententiã reportare, niſi
in quinquaginta, quo caſu ſi reus in ſimplici de-
fenſiõe perſiſteret vſq; ad finẽ, deberet cõdem
nari in expẽſis ab illa proteſtatione factis citra.
Et econtra, ẽt reus dicta cautela poterit vti, cõ-
parẽdo, & cõfitendo quinquaginta. Quod no-
ta bis perpetuo; quia de facili põt cõtingere, &
eſt nouũ dictum. Et intellige, ꝙ in primo caſu,
quando actor habuit iniuſtam cauſam litigan-
di in centum, & reus iuſtam negandi ſimplici-
ter vſq; ad productionem inſtrumenti, actor
tamen iuſtam habebat cauſam pro medietate,
ꝙ fortè poſſet attẽtari, ꝙ ipſe actor pro medie-
tate expenſarum factarum per reum, ſit con-
demnãdus in expenſis; cogitabitur. Septimo
63 fallit, in eo† qui ſuccedit alteri litigãti, qui dicit̃
habere iuſtam cauſam litigandi, & ideò licet ſuc
cumbat, abſoluitur ab expenſis, ita tenet Guil.
in .l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de
iudi. & vide quæ dixi. ſupra de inſtigatore. Et
ſic etiam not. quid iuris de tertio, qui compa-
ret pro ſuo intereſſe, in quo etiam arbitror, ꝙ
Iudex debeat conſiderare, an fuerit motus iu-
ſta cauſa, vel non, ad comparendum pro ſuo in-
tereſſe, an verò calumnia, vel temeritate; ſicut
dicimus de actore, & reo. Octauo fallit, ſi te-
64 ſtes, qui † aſſerebant ſe ſcire veritatem, receſſe-
rũt, & ſic non potuerũt teſtimoniũ ferre. Nam
tũc licet alter litigãtium, pro quo teſtes illi aſſe
rebant, ſuccũbat, debet tñ abſolui ab expenſis.
Ita not. Bal. in .l. 3. C. de fruc. & lit. expen. al-
legat not. per Ioan. Andr. in .c. 1. de elec. lib.
.6. in nouella; quem ad præſens videre non po-
tui; ſed ſatis eſt rationabilis dicta fallẽtia. No-
no fallit, † qñ quis preſens obtinuiſſet in poſ-
65 ſeſſorio. Nam licet nunc ſuccumbat, non de-
bet in expenſis condemnari. ita not. Hoſti. in
.c. paſtoralis. ſupra de cauſa poſſ. & prop. Sed
contrarium videtur ibi ſentire Io. An. Quod
vltimum dictum plus mihi placet; cum nihil
commune habeat poſſeſſio cũ proprietate, vt in
.l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. poſſ.
Vnde ex ſeparatis, non debet fieri illatio. Fa-
cit in ſimili de eo, qui obtinuit in aliqua inter-
locutoria emergenti, vel incidenti, qui tamen
propterea nõ excuſat̃ ab expẽſis in cauſa prin-
cipali, ẽt ſi ſuccumbat, & tenent Docto. in .c.
finem. §. de do. & contu. Et patet ex his, quæ
ſupra dixi in principio huius articuli; & ex his
quæ infra dicam in nono articulo, & decimo-
66 quarto. Decimo fallit, † propter cõtumaciam
partis aduerſæ, pro qua fertur ſententia; tex.
eſt hic, in quo non ſolum victus excuſatur,
imò victor condemnatur in expenſis, & tradi-
tur in .d. l. properandum. Sed aduerte, quia
iſte caſus habet varios intellectus, quidã enim,
vt Placentinus, voluerunt, quòd in. d. l. prope-
randum. §. ſin autem alterutra. reus ſuccum-
bens debeat detrahere de ſua condemnatio-
ne principali expenſas quas fecit; vt puta, quia
ſibi condemnatio debebat fieri in cẽtum, & ex-
penſæ ſuæ in viginti, debeat fieri condemnatio
in octuaginta ſolidis ſolum. Alia opi. magis
cõmunis * fuit, vt etiam victus prius condem- Magis cõ mu. opp.
netur victori abſenti in expẽnſis; ſed de iſta cõ
demnatione expenſarum, debet reus detrahere
ſuas expenſas. Et hæc opi. placet glo. in. d. §.
ſin autem. & ſequitur hic Ioan. Andr. & * com- Com. op.
muniter Docto. Mouetur Ioan. Andr. quia in
66 prima opi. ſequeret̃ † inæqualitas inter actorẽ,
& reum. Nam ſi ſententia feretur pro reo ab-
ſente, actor præſens, & victus non poſſet expẽ-
ſas ſuas deducere ex condemnatiõe; quia nul-
la eſſet, ex quo reus abſoluitur dupliciter. Pri-
mo, quia ſibi non reficerentur expenſæ, quas fe
cit. Secundo, quia ex condemnatione princi-
pali detraherentur expenſæ rei. Sed dicit hic
.D. meus, quòd licet ſecundus intellectus ſit
æquior, tamen primus videtur verior, per tex.
noſtrum, non impropriando literam. Nam
tex. primo ponit regulam, quòd victus victo-
ri debet condemnari in expenſis. deinde dicit,
niſi ſententia feratur pro abſente. ergo vt ſit ve-
ra, & apta exceptio, debet intelligi, vt tunc
victus cõdemnetur in expenſis. Cum ergo .d.
.l. properandum. dicat, quòd de condemnatio-
ne detrahat expenſas, quas fecit in lite, non
poſſumus dicere, niſi de principali condemna-
tione. Et ad hoc inducit .d. §. ſin autem alte-
rutra. vbi dicitur, quòd ſiue vtraq; parte præ-
ſente, ſiue vtraq; abſente, decidatur negocium,
ſemper victus debet victori condemnari in ex-
penſis. & ommiſit caſum, quando lis deciditur
vno præſente, & alio abſente. quaſi tunc non
fiat condemnatio expenſarum, ſi ſententia fe-
ratur pro abſente, vt ſuperius dixerat in. §. ſin
autem. Nec obſtat inæqualitas, quàm in con-
trarium allegat Ioan. Andr. quia cum actor
abſens obtinuit in cauſa, conſequitur lucrum
expenſarum, quas fecit reus pro finienda lite,
meritò ex condemnatione principali deducun-
tur



tur expenſæ rei; ſed quando reus abſens abſol-
uitur, tunc nihil conſequitur, vnde durum eſ-
ſet, quòd de propria burſa ſolueret, maximè
cum ipſe actor fuerit in culpa eum vocando ad
iudicium, & ſatis punitur reus, ex quo victus
condemnatur ſibi in expenſis. Sed ad hoc
poſſet reſponderi iudicio meo; quia imò reus
ſatis conſequitur, ex quo conſequit̃ abſolutio-
nem, quæ tranſit in rem iudicatam, & amodo
obſtat exceptio rei iudicatæ, quæ primo non
obſtabat. Subdit etiam. D. m. ꝙ ꝓ p̄dicto in-
tellectu etiam facit, ꝙ abſens contumax nullas
vel modicas expenſas fecit, & ſic expenſæ prin
Cõm. op. cipalis, qui ſemper fuit in iudicio cõiter * ex-
cedent expenſas abſentis. Et ideò non eſt ve-
riſimile, ꝙ poſſint deduci de expẽſis, quas fecit
abſens. & ideò deducentur ex condemnatione
principali ipſius rei. Sed ad hoc poſſet rñde-
ri, ꝙ ſatis de facili poſſet contingere, ꝙ longe
plures eſſent expenſæ, quas fecit abſens, quàm
illæ quas fecit præſens à tempore abſentiæ alte
rius, fortè enim durauit iudicium per annum,
vel biẽnium, & ſemper actor fuit præſens. De-
inde cum quaſi omnia eſſent expedita, fuit ab-
ſens per quatuor, vel per ſex menſes, & tempo-
re latæ ſñiæ; & ſic ratio. D. m. non concludit.
Subdit tñ, quòd ſi vellemus tenere cõem opin.
poſſemus dicere, quòd fiet deductio de tota
condemnatione tàm principali, quàm expen-
ſarum. Sed tu aduerte, quia prædictæ deciſio-
nes iudicio meo nõ habẽt perfectam doctrinã
ꝓpter caſuum varias contingẽtias. nam poteſt
contingere, quòd licet reus litigauerit, & ſuccu
buerit, potuit hr̃e iuſtam cãm litigandi, & etiã
potuit habere iniuſtam. Vnde primo caſu cõ-
ueniens eſſet, quòd cum ipſe, actore etiam p̄ſen
te, veniret abſoluendus, ꝙ tunc de ſumma prin
cipali, in qua condemnatur, debeat deducere
expenſas. & ſic ꝓcedat prima opin. & hoc de-
bebit iudex declarare. Vel ſaltem poſtea in de-
ductione hoc ꝓbabit reus ſe habuiſſe iuſtã cau-
ſam litigandi. Sed ſi reus non habuit iuſtã cau-
ſam litigandi, ex quo tunc deberet condemnari
in expenſis, ſi actor præſens fuiſſet, & ſuas etiã
amiſiſſet, quas fecit, ſatis vĩ eſſe, quòd propter
abſentiam, & contumaciam actoris recuperet
expenſas ſuas, tàm de principali condemnatio-
Cõm. op. ne, quàm de expenſis, & ſic ꝓcedat cõis * opin.
Aduerte tamen, quia forte poſſet attentari, ꝙ
cum actor abſit per cõtumaciam, & reus inſtet
quòd feratur ſententia, præſumptio eſt, quòd
iuſta credulitate ducatur, quia credat fouere iu-
ſtitiam. Non enim ſemper eſt veriſimile, quòd
ſi apertam foueret iuſtitiam, & arbitraretur ſe
iuſtam cauſam fouere, quòd inſtaret pro ſñia
ferenda. Cogitabis, quia nouiſſima ſunt. Et ex
prædictis habes caſum ſingularem, in quo vi-
ctor condemnatur in expenſis. Vndecimo fal-
68 lit, quando appellatus ſuccumbit in cauſa appel
lationis. Quo caſu ſecundum aliquos ſemper
eſt abſoluendus ab expenſis ꝓpter iuſtam cau-
ſam litigandi, quam habuit ex eo, quia ſenten-
tiam reportauit ꝓ ſe in cã principali. Duode-
69 cimo fallit, qñ † opin. doct. magnæ authoritatis
eſſent ꝓ vtraque parte. Ad quod vide quod
not. Io. Andr. in. c. vt debitus. ſupra de appella.
tradit Spec. in tit. de expen. §. nunc videndum.
in princi. Et vide ad prædicta quod traditur
in. c. ne innitaris. de conſtitu. & per Bal. & doct.
in. l. 1. & . 2. C. de pœ. iudi. qui male. iudi. & per
Bal. in. c. 1. §. iudices. de pac. iura. firman. & per
Oldra. in. l. obſeruare. §. proficiſci. de off. pro-
conſul. & leg. & per Barto. in quæſt. quæ incipit
iudices, qui per imprudentiam. Et adde quæ
70 dicã in ſeq. artic. Decimotertio fallit, qñ † quis
ſuccũberet occaſione legis, vel ſtatuti offuſcati
per aliquam confirmationem in contrarium.
Ad quod vide quod ſingulariter tradit glo. Io.
And. in reg. qui contra iura. de reg. iur. lib. 6.
Decimoquarto fallit, ꝓpter conſilium habitum
ab aliquo excellẽtiſſimo doctore. & hoc tenet
d. Ange. prout intellexi, in. l. cum proponas. C.
de reb. cred. referunt aliqui moderni. in. l. ſanci-
mus. C. de iudi. Facit quod dixi in duodecima
fallen. & etiam hoc ſentit Io. And. in. c. 1. de cõ-
ſtitu. & Zenze. in cle. 2. de elect. & ſequitur hic
D. m. & in. d. c. finem. per tex. in. l. 1. §. ſed ne-
que ex multitudine. C. de vete. iur. enuc. Vtrum
71 autem primum excuſet † conſilium aduocati,
Hoſt. hic dicit, quòd aut ipſe detexit aduocato
totam veritatem, quam ſciebat, & condemnari
debet cum ſibi malitia ſua non debet prodeſſe.
Aut detexit illud qđ ſciebat, ſed in veritate nõ
ſciebat rem totam & habebat iuſtam ignoran-
tiam, quia in alterius locum ſucceſſerat. per re-
gulam qui in alterius. ff. de reg. iur. & tunc excu
ſatur. Aut detexit totum negotium, ſed aduoca
tus, vel vt lucraretur, vel ꝓpter imperitiam, aut
negligentiam, ſuccubuit, & non excuſatur. Sed
aduocatus tenetur clientulo, vt dicam. ĩ. in deci
moquarto princip. artic. Secus ſi neque dolo,
neque imperitia, aut negligentia aduocati ſuc-
cubuit; ſed fortè propter varias opin. & tunc
dic vt ſupra dixi in hac fallen. & vt dixi in deci-
72 ma fallen. Decimoquinto fallit, quãdo † inſtan
tia periret facto ipſius rei propter ſubterfugiũ;
nam licet feratur ſententia abſolutoria pro eo,
in ſententia tamen condemnãdus eſt in expen
ſis. Ad quod vide quod ſingulariter dixi in. c.
penult. ſupra de iudi. in tertia lect. per. l. prope-
randum. in fi. C. de iudi. quod eſt valde ſingula-
re, & nouum, & pluries obtinui in practica.
Decimoſexto fallit, ratione iuſtæ. & bonæ in-
tentionis ipſius ſuccumbentis; vnde non ſolum
iuſta cauſa excuſat eum; ſed etiam iuſta inten-
tio. Hoc etiam ſingulariter dictum colligitur ex
glo. in. l. fi. ff. de alien. iudi. mu. cau. fact. Quod
tamen intelligo, quando eſſet diſcreta, & pro-
babilis; ſecus ſi temeraria. Et ex prædictis
ſingulariter infertur, quòd ille qui egit in iu-
dicio, vt ſibi conſeruaretur remedium de eui-
ctione, licet iniuſtam cauſam defenderit, de-
bet abſolui ab expenſis. Facit quod not.
glo. in. l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de
nego. geſt. Quod mihi ſimpliciter non pla-
cet. Et ideò qualiter intelligatur, dic vt ibi

per Doct. & maximè Bal. Vltimo fallit, quan
73 do † victus eſſet perſona religioſa, & hone-
ſta,quia nō eſt veriſimile,quòd iniuſtè peteret,
hoc tenet Hoſti. & Io. An. in .d.c. finem. ſup
de do. & contu. per not. in .c. 2.de ope. no.
nuntia. Sed melius facit tex.in.c.niſi eſſent.ſup
de præben. & ꝙ ibi traditur, qui caſus eſt val-
de ſingularis. Et iudicio meo procederet, niſi
aliæ vrgentiſſimę præſumptiones eſſent in con-
trarium. Et ex his vides, ꝙ iudicis officium
multū prodeſt circa condemnationē expenſa-
rum. Et ideò ſis prudens, vt eum tibi ſemper
reddas beneuolum. Et ex his habes expeditū
quintum articulum. Et nota circa prædicta,
ꝙ licet ſtatutum diceret, ꝙ victus victori con-
demnetur in expenſis, ꝙ nihilominus intelligi-
74 tur, niſi † cauſam habuerit iuſtā litigādi, vt ſen-
tit Bal. in .l. 2. C. de fruc. & litis expen. Facit
ꝙ in ſimili not. Bar. & Doct. in .l.fi.C. de iure
75 delibe. vbi voluit, ꝙ licet ſtatutū dicat, ꝙ † hæ-
res teneatur ad integra legata, vel debita, in-
telligitur, niſi confecerit inuentarium. Et licet
76 ſtatutū diſponat, ꝙ † homicida decapitet̄, in-
telligitur de eo, cui nō licuit interficere. Bal. in
.l. data opera .C. qui accu. non poſſ. Et ſimili-
ter de ſtatuto, quod diſponit, ꝙ extrahens ſan
guinem in palatio mutiletur, vel decapitetur;
quia intelligitur, niſi flebotomando, vel in ca-
ſu licito extraheret, vt not. Bal.in .l.gracchus.
.C.de adultе. Vide etiam in ſimili Bal.l. 1. §. vt
initio.ff.de poſtul. Et alia plura exēpla vide quę
poſui in cle. 1.de ſeq. poſſ. & fruc. Item prædi-
cta procedunt in expenſis litis, quæ veniunt offi
77 cio † iudicis. Secus in expenſis quæ venirent
ratione cōtractus iure actionis; quia in illis in-
diſtinctè fit condemnatio expenſarū, ita tenet
Bal. in .d.l. properādum.§.ſin autē.C. de iudi.
per .l.fideicommiſſā.§. ſi rem.ff. de leg. 3. &
.l. petitor.ff. de libe.lega & .l. vēditores.ff. de
verb. obliga. Facit in ſimili, ꝙ dixi.ſ̃. ſecundo
principali articulo. Circa ſextū principalem ar
ticulum, in quo venit examinandum in quibus
78 iudicijs, † ſeu cauſis habeat locum condemna-
tio expenſarū, aduertendū eſt, quòd in omni
cauſa, ſaltem ciuili,in qua quis calumnioſè, aut
temere litigauit, debet quis cōdemnari in ex-
pēſis, ſiue loquamur ante lit. cont. & in his quę
ante ipſam litē conteſtatam incidunt, vel emer-
gunt, in quibus quis temere litigaſſet, ad quod
vide plurimos caſus, quos ponit Spe.in titu. de
expen. in .§. 1. & qualiter interueniant dictæ
expenſæ, dixi ſupra in ſecundo articulo. ſiue
loquamur poſt lit. conteſta. in his quæ ſimili
ter poſt lit. conteſt. inciderēt, vel emergerent,
in quibus quis temere litigaſſet, ſeu etiā in ipſa
cauſa principali, vt probatur hic in tex. noſtro,
qui loquitur indiſtinctè, & in .l.eum quem te-
mere.ff. de iudi.& in .d.l. properandum .§. ſin
autem. tradit Spe.in ti.de expen.§.2.Sed circa
79 prædicta inſurgit nunc dubitatio, quid † iuris
in cauſa appellatiōis. In quo dubio glo. in.d.c.
finē.ſ̃.de do. & contu. ſimpliciter tenet ꝙ ſuc-
cumbens in cauſa principali, debet in expenſis

condemnari, ſiue appellet̄ ante ſententiā, ſiue
à ſententia, nec eſt habenda diſtinctio ſm̄ eam,
an habuerit, vel nō habuerit iuſtam cauſam ap-
pellandi,& ad hoc allegat multa iura. nec diſtin
guit inter appellantem,& appellatum. Et ſic ha
bes, ꝙ quanuis in cauſa appellationis iuret̄ de
calumnia, tñ victus condemnatur in expenſis.
Facit ad ea, quæ dixi in præcedenti articulo in
ſecundo membro in tertia fallentia. Spe. in tit.
de expen.§.nūc videndum in prin. recitat hāc
opi.& dicit hanc opi. fuiſſe Ioan. Tancredi, &
Vincentij. Et aſſignat ibi rationē, & ſubdit, ꝙ
alij voluerunt, quòd prædicta opi.procedat,qñ
ſuccumbens non potuiſſet oſtēdere ſe habuiſſe
iuſtā cauſam litigandi, per tex. iuncta glo.in.c.
cū veniſſet.ſ̃.dę eo qui mit.in poſſ.ca.re.ſeruā.
Et figurat ipſe exēplum iuſtæ cauſæ,propter va
rias opi.de quo dixi.in p̄ce.articulo, in duode-
ma fallētia. Vel propter iuramētum calumnię,
de quo dixi in tertia fallentia. Vel quia prima
ſententia fuit iure lata, ſed appellatus in cau-
ſa appellatiōis ſuccubuit, propter nouas exce-
ptiones. Alij verò aliter dicunt. Sed omiſſis
opinionibus diſtingue poſt .D. Anto. & .D.m.
in .d.c.finē. ꝙ aut loquimur in appellante, aut
in appellato ſuccumbente. Primo caſu, qñ ap
pellans ſuccubuit, quia fruſtratoriè, ſeu non
legitimè, vel non ſeruata debita forma appella-
uit, & ſemper eſt condemnandus in expenſis,
vt in .c. reprehenſibilis. & in.c. ſæpe. & in.c.vt
debitus. & in .c. nihilo.ſ̃. de appellat. cum ſi-
milibus. Aut appellatio fuit interpoſita ſub de-
bita forma, & diſtingue, ꝙ aut loquimur in in-
terlocutoria, & quia appellatio iſta non poteſt
iuſtificari, niſi ex eiſdem actis, vt in cle. appel-
lanti. de appella. Et ideò dic, vt dicam in ſuc-
cūbente in cauſa appellatiōis à diffinitiua, quia
nihil de nouo agitatum eſt. Vnde ſolum fer-
tur ſentētia ex antiquis actis. Aut loquimur in
appellatione interpoſita à diffinitiua. Et tunc
aut fuit iudicatum ex antiquis actis contra ap-
pellantem, & indubitanter condemnandus eſt
in expenſis; quia iam eſt duplex præſumptio
contra eum. Nam cum in cauſa appellationis
nihil fuerit de nouo deductum, vel probatum,
ſolum in ipſa appellatione manſit diſpoſitio
iuris, & non facti, in quo iure non eſt probabi-
80 lis, & excuſabilis ignorantia. Et hoc † cōmu-
niter* tenent Doc. in .d.c. finem.& glo. in re- Com.op.
gula ignorantia. de reg. iur.lib.6. Quod tamē
81 limita, † niſi illud ius eſſet multipliciter intelli-
gibile, vel varias haberet opiniones, vel aliqua
conſuetudine in contrarium eſſet offuſcatum.
ad quod vide, quod dixi in præceden. articu-
lo in duodecima fallentia, & decimatertia, &
decimaquarta. Et hoc ſentit Specu. in .d. §.
nunc videndum, & Ioan. Andr. & .D. Anto.
& .D. m. in .d. c. finem. vide quod dixi poſt
Ioan. de Imo. in .c. vt debitus. ſupra de ap-
pell. Aut appellans ſuccubuit ex nouiter dedu-
ctis, exceptis,& probatis per appellatū. Et hoc
caſu dicerem idem, quod dixi in præced. arti-
culo de cauſa principali, videlicet, ꝙ debeat Iu
dex



dex conſiderare, vtrum appellans habuerit, vel
nō habuerit iuſtam cauſam litigādi, & appellan
di, & appellationē proſequendi. Et not. per-
petuò circa hoc vnum ſingulare dictum .D. m.
in.d.c.finem. vbi vult, ꝙ licet appellans habue-
rit iuſtam cauſam appellandi, ex eo fortè, quia
Iudex ſecutus fuit dicta teſtium, quę non ſuffi-
cienter probabant, nam licet iuſta fuerit ap-
pellatio; tamē ſi in cauſa appellationis appella
tus plenè probauit per alios teſtes, in quibus
caſibus licitum eſt publicatis atteſtationibus
teſtes producere, dę quibus latè dixi in .c. fra-
ternitatis.ſ̃.de teſti.vbi poſui.45.caſus, vel per
inſtrumentū productū in cauſa appellationis,
debet appellans cōdemnari in expēſis ſm̄.D.m.
Quod ego intelligo, quando appellans in cauſa
principali debuiſſet condemnari in expenſis,
& poſt dictas probationes aparuiſſet de ca-
lumnia, vel temeritate ipſius appellantis, vſque
ad principium cauſæ. alias ſecus. per ea quę di-
xi de eo, qui deſtitit poſt productum inſtru-
mentum, vel publicatum proceſſum, qñ ante
habuit iuſtam cauſam aliter credēdi, vt dixi in
præce. articulo in quarta fallentia. Secundo ca
ſu, quādo appellatus ſuccūbit, diſtingue, quòd
aut ipſe ſuccumbit ex nouiter deductis,& pro-
batis, & non debet in expenſis condēnari, hoc
tenet glo. in ver. diſpendij.in .l. generaliter .C.
de reb. credi. per tex. in authen. de iudi. §.
oportet. Quod intellige, quādo habebat pro-
babilem cauſam litigādi ſuper principali cauſa.
Nam cum habuerit ſententiam pro ſe cadit iu-
ſtus error facti, & non iuris.& hoc communi-
Cōm.op. ter* tenetur, & practicatur, vt dicit .D. m.
poſt Inno. & Docto. in .d. c. fin. & tenet glo.
in dicta reg. ignorantia. & Bar. in .d.l. genera-
liter. & in .l.properandum. §.ſin autē reus .C.
de iudi. & ita ſeruat curia. tenent .D. de Rota
deciſ.248.& Archid.2.q.1.in primis. Aut fer-
tur ſententia ex antiquis actis, & hoc caſu
Bal. in .l.fin.C. quando prouo.non eſt neceſſe.
ſentit, ꝙ etiā non ſit condemnādus. Io.An.in
.c. 1.de appel.lib.6.in fi.& Spe. in ti. de expen-
ſis.§.nunc videndum.ver.ſed quod de appella-
to,arguunt cōtra hanc partē,& pro vtraq; par-
te. Inno. in .d.c. fin. refert glo. tenere, ꝙ iſte
non ſit cōdemnadus, eo quòd habet præſum-
81 ptionē ſententiæ iam pro ſe latæ,† pro qua prę-
ſumitur, vt in.l. herēnius.§.Caia .ff. de euictio.
Cōm.op. Sed communis* opinio eſt in contrariū, quam
tenet glo.in .d. reg. ignorantia, & Doct. in .d.
.c.fin. Archid. 2.q.6.in.c.omnino. per Cyn. &
Bart.in.d.l.generaliter. Et ratio eſt in prōptu,
quia illa præſumptio reſultans ex ſententia tol-
litur per appellationem, vt in .l. 1.in fin. ff. ad
turpil.& not. in.l. furti.§. 1.ff.de infam.& in.c.
veniens.ſ̃. de iureiuran. & in .c. fin. de ſequeſ.
poſ. & fruc. cum ergo ex eiſdem actis fuerit iu-
dicatum, ſequitur quòd non poteſt cadere niſi
ignorantia iuris, quæ non excuſat. & hoc etiam
ſentit .D. m. in.c. 1.ſ̃.de conſti. & Bal.in .d.l.
properandū.§.ſin aūt. Quod limitat. D.Anto.
in .d.c.fin. niſi alia iuſta, & probabilis cauſa eū

excuſaret. Facit ꝙ dixi.ſ̃.in præcedenti caſu,
quando error iuris excuſat, nam ſi quandoq;
excuſat appellantem, vt ibi dixi, fortius debet
excuſare appellatum, qui pro ſe primam ſenten
tiam reportauit. Ex quibus omnibus ego cō-
cludo, prout ſentit Bal. in .d.l. generaliter. &
Spe. in tit. §. nunc videndum. & vt colligitur
ex ſuperioribus, ꝙ totū hoc remittitur arbitrio
diſcretionis ipſius iudicis, non minus in cauſa
appellationis, quàm in cauſa principali; ita vt
diligenter conſideret, an iuſtā habuerit cauſam
appellandi, vel appellationem proſequendi; Et
ſi in proceſſu appellationis appellans, vel appel-
latus vidēs ſe iniuſtitiam fouere ex nouiter de-
ductis non renunciat appellationi, debet con-
demnari in expenſis, & hoc tenet Spec. in.d.§.
nunc videndum. poſt prin. per tex.in.c.penult.
.ſ̃.de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſerua.& argu.
.2.q.6.in.c.ſi quis. Et vide ꝙ dixi in præallega
to articulo in quarta fallentia. Et ſi appellauit à
82 pluribus † articulis, & in vno ſuccumbit, & in
alio obtinuit, Inno. & Io. An. & Doc.in.c.fin.
dicunt, ꝙ tunc fiat hinc inde cōdemnatio ex-
penſarū; quia non debuit ab omnibus articulis
appellare. Sed ſolum ab iniuſto; Sed ſi ab vno
ſolo articulo appellauit,& in parte obtinuit, vo-
lunt, ꝙ nō fiat cōdemnatio expēſarū; quia tunc
diſtinguere non tenebatur, & ſequitur .D. m.
remittens ad not. per Spe.in.d.§. nunc viden-
dum. ver. item quæritur pone. Quod intelli-
ge ſm̄ præcedentem diſtinctionē, ſm̄ ꝙ dixi in
p̄ce.articulo, in ſexta fallētia. Et aduerte; quia
dicit Spe. in ti. de expenſis.§.nunc videndum.
ver. illud aūt, ꝙ ſiue ſententia confirmetur, ſiue
infirmetur, appellatus abſens ſemper condem-
natur in expēſis .2.q. 6. in. c. licet appellatori.
Vnde dicit, ꝙ ſicut in principali cōdemnat̄ ab-
ſens, licet victor, ita & in cauſa appellationis.ad
ꝙ vide ꝙ dixi in p̄ce. articulo, in decima fallen-
tia. Secundo principaliter dubitat̄ circa hunc
83 articulū, † vtrum in cauſa criminali habeat lo-
cum condemnatio expenſarū. Sol. glo. in.d.§.
furem. tenet ꝙ ſic, quia eo ipſo, ꝙ ſuccumbit
præſumitur calumniari. 2.q.3.in .c. qui nō pro-
bauerit. Et ſic facit, ꝙ iuramentū calumniæ nō
excuſet ab expenſis; quia ēt in cauſa criminali
iuratur de calumnia. Et tñ ſecūdum hanc glo.
eo ipſo, ꝙ quis ſuccumbit ſm̄ predictam glo.
præſumitur calumniari. Facit ad id, ꝙ dixi in
præce.articulo in tertia fallentia. Et aduerte,
quia glo. prædicta indiſtinctè vult, ꝙ hoc ha-
84 beat † locum, ēt in ſententia diffinitiua lata in
cauſa criminali. Cuius contrarium diſputando
tenuit Ia.Bu.qui voluit, ꝙ licet in cauſa crimina-
li veniant expenſæ ratione contumacię, per .l.
qui crimē.C.qui accu. nō poſſ. tñ expenſæ litis
nō veniūt. Quod tñ intelligit, vt debeāt officio
Iudicis ſolui. vñ vult, ꝙ poſſint peti iure actio-
nis. ita dicit ipſe in .l.eum quem temere .ff. de
iudi. & eum refert Bald. in .l. 1.ff. ad turpil. Et
inter alia mouebat̄; quia Iudex qui cognoſcit
de criminali, non debet ſe impedire de ciuili; eo
85 ꝙ iſta † iudicia nō poſſunt ſimul accumulari, vt
Ll iij ibi

ibi per Bart. & in .l. vna .C. quando ci. acti.
præiud.in crim. & in .d.l. qui crimen. & etiam
dictam opi. refert Bald.in .l. 3. C. de fruct. &
litis expen. vbi eſt caſus ſecundum vnam lec.
allegat etiam Inno. in .c. cum oporteat .ſ. de
accu. & ita dicit tenere canoniſtas hic. Et eſt
Com.op. 87 iſta communis* opinio † canoniſtarum. Sed
Bald in.d.l.3.arguit per illum tex. quòd in cau-
ſa criminali non veniat refectio expenſarum.
Nam ſi actor vincit, victoria eſt fiſci, & nõ ſua;
ergo reus deberet condemnari in expẽſis ſolum
ipſi fiſco. Si verò actor ſuccumbit, debet pu-
niri æqua lance, argu. l.fin. C. d fruct. & lit.
expen. Dicit tamen, quòd tex. in.d.l. fin. in-
nuit, quòd in criminali veniat refectio expen-
ſarum; quia cum ibi dicat ſpeciale eſſe propter
priuilegium illud, vt non veniat condemnatio
expenſarum, ergo ſecus de iure communi. Et
quòd ibi loquatur in criminali, tenet gl. Dein-
de Bal. videtur diſtinguere, ꝗ aut cauſa crimi-
nalis eſt pecuniaria, & venit condemnatio ex-
penſarum, aut capitalis, & eſt ſecus. Niſi actor
deſereret litem; quia tunc in omni cauſa con-
demnaẗ in expenſis, vt in .l. deſtitiſſe.ff. de iudi.
& in .d.l.qui crimen. vt ſupra dixi. Et pro di-
cta diſtinctione facit quod not. glo. in prohe.
inſtitutio. poſt prin. quæ ſentit, quòd quando
pœna conſiſtit in ſupplicio, nõ veniat refectio
expenſarũ. & tenet Spe.in tit.de expẽſis.§.nũc
videndum. ver. hoc quoque ſciendum. & in
.§. fin. ver. ex pręmiſſis. Facit tex. in .c. cum
dilecti. in fin. iuncta glo. ſupra de do. & cont.
& tex. noſter, qui vult indiſtinctè, quòd victus
victori ſit condemnandus in expenſis. Nec
obſt. ratio Butri. quia vt dicit Bar. in .d.l. 1.ad
tupil. licet Iudex, qui de cauſa criminali cogno
ſcit, non poſſit principaliter cognoſcere de ciui
li, tamen poteſt ex officio incidenter præcipe-
re rem reſtitui; ex quo de ſubtractione rei con-
ſtitit in iudicio criminali, vt in .l. interdum .§.
furem.ff.de fur. Ad quod vide, ꝗ latius dixi in
.c. qualiter.2.ſupra de accu. in decimoquarto
principali articulo.q.17. ita poteſt etiam inci-
denter in expenſis condemnare. Et eandem
opi. ſequitur Bar.in.l.ſi poſtulauerit.§.ſi reus.
.ff. de adult. Et prædictam etiam commu-
88 nem † opi. canoniſtarum finaliter ſequitur Bal.
in .d.l.3.C. de fruct. & lit. expen. Quã tñ dicit
89 procedere, † niſi reus in cauſa criminali condem
naret in vniuerſali confiſcatione bonorũ; quia
tunc non eſſet alia afflictio addenda. allegat.l. tu
telas.§. ſi libertatẽ.ff. de capi. dimi. quod dictũ
ſatis videtur eſſe rationabile. Et tũc fortè poſ-
ſemus dicere, quòd accuſator recuperabit ex-
penſas à fiſco actione negociorum geſtorum,
propter negocium vtiliter geſtum. cogitabis.
Circa ſeptimũ principalem articulum, qualiter
90 in materia noſtra probẽtur † expenſæ quę fiunt
extra iudicium, ſi petãtur, & an debeant proba-
ri per teſtes, nõ eſt materia noſtra. Expẽſę verò
litis, de quibus loquimur, probantur iuramen-
to, vt not. Specu. in tit. de fruc. & intereſſe.§.
fin. ver. penul. Et hoc probatur ex his quæ la-
tius dicã infra nono principali articulo. Circa
octauũ articulum principalem, in quo quęritur
91 quis † Iudex debeat in expenſis condẽnare, vr̃
dicendum, ꝗ regulariter Iudex corã quo ver-
titur cauſa in qua litis expenſæ factę ſunt, debet
ad illas condemnare, vt .d.l. properandum.§.
ſin autem. & in .l. ſancimus. & arg. tex. noſtri,
& eorũ quæ dixi in ſecũdo principali articulo.
Et aduerte, quia non ſolum poteſt ad ipſas ex-
penſas cõdemnare Iudex habens iuriſdictionẽ;
ſed etiam ille qui in cauſa agitata non habebat
iuriſdictionẽ, licet funditus non careret iuriſdi
ctione; vt puta, quia per exceptionem declina-
toriam poterat eius iuriſdictio declinari.
Quinimo etiam ſi funditus careret iuriſdictio-
ne, poteſt in expẽſis codemnare. vt in.c.diſpen
dia. de reſcrip.lib.6. Vnde delegatus qui iudi-
cat ſe in cõpetentem, & literas delegationis nõ
valere, & ſic qui funditus caret iuriſdictiõe, po-
teſt in expẽſis condemnare, vt in dictis iuribus.
Aduerte tñ, quia quãdo Iudex taliter ſe pronũ-
ciat incompetentem, ad hoc, vt valeat cõdemna
tio expenſarũ, debet prius in expenſis cõdem-
nare, & poſtea ſe incompetentem pronuntia-
re, ita dicit Spe. in ti. de expẽſis.§. 1.ver.9. Et
ibi etiam vide Io. An.in.c.fi.ſ.de reſcrip. Sed
contrariam ſententiã, ꝗ hoc non ſit neceſſariũ
tenet Io. de Imo. in .l. iudex poſtquam .ff. de
re. iudi.in penul. col.vbi dicit, ꝗ prædicta opi.
nullo iure probatur, imò potius probatur con-
trarium per .c. vt debitus. ſupra de appel. vbi
ex ordine literæ patet, ꝗ Iudex appellationis
prius remittit partem ad primum iudicem, quã
eſt male appellatũ, & poſtea condemnat in ex-
penſis. & tex. etiam in.d.cle.1. vbi Iudex prius
ſe pronuntiat incõpetentem, & tñ poſtea con-
demnat in expẽſis. Sed poſſet fortè pro cõcor
dia dici, vt ẽt ſentit Io. de Imo. ꝗ aut incõtinen
ti anteꝗ ſentẽtia feratur pro abſoluta, Iudex cõ-
demnat in expenſis, & hoc caſu procedat ter-
tia opi. aut ex interuallo, poſtquã ſentẽtia fuit
habita pro abſoluta, & tunc non poſſet. & hoc
caſu procedat prima opi. Pro quo facit, ꝗ latius
dixi in.c.qualiter.1.ſ.de accu. maxime in ſepti
92 ma fallentia. Sed circa prædicta dubitaẗ, † quid
ſi appellatũ fuit ab interlocutoria & fruſtatoriè,
vel iniuſtè, vtrũ Iudex ad quẽ debeat in expen-
ſis condemnare, an verò remittere condemnã-
dum ad Iudicẽ à quo. Solutio huius.q.ſub bre-
uib⁹ expediui in.c. reprehenſibilis.ſ. de appel.
Sed nũc latius diſtingue poſt Fede. conſ.108.
ꝗ aut appellans nunquã proſecutus eſt appella-
tionem coram Iudice ad quẽ, nec ẽt ipſe appel-
latus eo caſu quo poteſt proſequitur appellãte
negligente, ſm̃ ea quæ dixi in .c. oblatę.ſ. de
appel. & ſic propter negligentiã appellantis, &
appellati Iudex ad quẽ nunquã aſſumpſit exer-
citium, ſeu cognitionẽ cauſæ appellationis, &
hoc caſu, quamuis ſint lapſa tẽpora fatalia, non
tamen condemnabit in expenſis; ſed ſolum
condemnabit Iudex à quo; maxime ſi erat or-
dinarius vt .d.c.reprehenſibilis. Aut appellans,
vel appellatus proſecut⁹ eſt appellationẽ, adeò
ꝗ iudex



ꝗ iudex ad quem aſſumpſit cognitionem cau-
ſæ appellationis, & ſubdiſtingue, ꝗ aut ipſe
iudex pronuntiat male appellatum, & bene ꝓ-
nuntiatum, & indubitanter debet ipſe in expen
ſis cõdemnare. Niſi iuſta cauſa excuſet appellã-
tem, vt dixi in quinto articulo. & hoc probatur
2.q.6.in.c.omnino. &.c.vt debitus.ſ.de appel.
Aut iudex ad quem infra tempora fatalia nihil
pronuntiat, ſed poſt lapſum fatalium, & de-
ſertam appellationem comparet appellatus, &
dicit, Domine Iudex, lapſa ſunt fatalia, relaxetis
me ab obſeruatione iudicij veſtri, & amplius
non teneatis me in ſuſpenſo, & condemnetis
appellantem in expenſis, & hoc caſu dicit Fed.
indubitanter tenendum eſſe, ꝗ iudex, ad quem
poterit cognoſcere, an deſerta ſit; & ſi hoc repe
riet, relaxabit appellatum, & appellantem con-
demnabit in expenſis. per tex.in.c.1.§.ſi verò.
de appellatio. lib.6. Et hanc opin. tenent Io.
Andr. & Archidiac.in.d.c.1.in fi. per tex.in.c.
cum appellationibus.eod.tit. & per not.in.d.c.
vt debitus. & in.c.ex parte.2.ſ.de appella. Sed
quæro, quid ſi iudex appellationis pronuntiat
male appellatum fuiſſe ab interlocutoria, vel gra
uamine, & remittit appellantem ad priorem iu
dicem, non tamen eum condemnat in expen-
ſis, vtrum iudex à quo debeat ipſum ante om-
nia in expenſis condemnare. Sol.dic, vt dicam
in ſequen.nono artic. Circa nonum principa-
lem articulum, qualiter, & quãdo fieri debeat
condemnatio expenſarum, conſideranda ſunt
duo membra principalia, quorum primum ver
ſatur circa tempus ipſius condemnationis, &
circa ipſam condemnationem ſimpliciter fien-
dam abſque alicuius certæ quantitatis expreſ-
ſione. Secundum circa condemnationem con-
tinentem expreſſam quantitatem. Quò ad pri
mum, iudicio meo poſſunt conſiderari tres ca-
ſus principales. Primus erit, qualiter debeat
iudex ſententiare, quando cognoſcit litigantẽ,
contra quem intendit ſententiam proferre ha-
buiſſe iuſtam cauſam litigandi. Secundus eſt,
qualiter ſententiare debet, quando cognoſcit,
ꝗ victor ex aliqua cauſa venit in expenſis con-
demnandus. Tertius, qualiter ſententiare de-
beat, quando victus non habuit iuſtam cauſam
litigandi, & ideò condemnari debet in expen-
ſis. Quò ad primum, potes colligere multas
cauſas, propter quas quis habuit iuſtam cau-
ſam litigandi ex his quæ dixi in quinto princi-
pali artic.in fallentijs. & hoc caſu communis*
Com.op. opin.docto. videtur eſſe, ꝗ iudex debet ſemper
93 adijcere cauſam, † quare abſoluat ab expenſis. &
hoc tenet Spec.in tit.de expen.§.poſtremo. in
prin. & Io. And. & poſt eum.D.m. & doct.in.c.
finẽ.ſ.de do. & contuma. tenet Fed.conſi.34.
per tex.in auth. de iudi.§.oportet. & ita dicit
intelligendam glo. in.l.non ignorat.C.de fruc.
& lit.expen. Et pro iſta opin. facit tex. in ſimi-
li in.c.examinata.ſ.de iudi. & per illum tex. te-
net ibi.d.Anto. prædictam opin. dicens, ꝗ ab-
ſolutio ab expenſis aliter facta, non valet, per di-
ctum.§.poteſt. & ita dicit tenere Ioan. And. in
d.c.finem. Sed.D.m.in.d.c.examinata. dicit,
94 ꝗ hoc † vltimum dictum nõ eſt verum; nec Io.
And. hoc dicit, quamuis dicat, ꝗ iudex debeat
cauſam exprimere. Tenet ergo.D.m. ꝗ iudex
ad hoc non teneatur, eo quòd nullibi reperitur
hoc cautum iure. Imò regula eſt in contrariũ,
ꝗ iudex non tenetur exprimere cauſam. vt in
c.ſicut.de re iud.nec alibi probatur oppoſitum.
Non obſtat.§.oportet. ſuper quo ſe fundant
doct. quia ibi ſolum dicitur, ꝗ ſi iudex vult ab-
ſoluere ab expenſis, debet hoc decernere ſua
ſententia. Quod intelligit ibi glo.ſ.dicendo,
abſoluo te ab expenſis. Non enim dicit ille tex.
ꝗ abſolutionis cauſam teneatur exprimere.
Et ratio eſt, quia quando expenſæ ſunt petitæ, ſi
iudex neque abſolueret, neque condemnaret,
eſſet in culpa, & faceret litem ſuam, vt dixi in ſe-
cundo principali artic. Et pro hac ſententia fa-
cit quod in ſimili not. glo. in.l.1.ff.ſi men.fal.
95 mo. dixe. quæ tenet, quòd † licet iudex qui
abſoluit ab inſtantia, non exprimat cauſam, ni-
hilominus tenet ſententia. Et hanc opinionem
etiam tenet. D. m. in.c.ſicut.ſ.de re iudi. & ibi
eam ſequutus ſum. Facit.c.ei qui. in ſi.2.q.6.
Communis tamen practica, & conſuetudo,
quæ mihi placet, obſeruat, quòd iudex abſol-
uens dicat generaliter, quòd abſoluit ab expen
ſis propter iuſtam cauſam litigandi. Secun-
do caſu, quando iudex videt, quòd victor ex
aliqua cauſa venit condemnandus in expenſis,
ſecundum ea quæ dixi in quinto princip. artic.
& hoc caſu dic, ꝗ aut iudex profert ſententiam
ſuper his, quæ per ipſum actorem principaliter
ſunt petita, ſed ratione abſentiæ reo præſenti
venit condemnandus in expenſis, & hoc caſu
qualiter debeat facere, collige ex his quæ dixi
ſupra in quinto princip. artic. in decima fallen.
vbi vidiſtis varias opiniones. Aut ille pro quo
ferenda eſt ſententia, venit ex alia cauſa con-
demnandus in expenſis; vt puta, quia malitioſè
diſtulit opponere exceptionem, quæ reddebat
iudicium retro nullum, de quo dixi in dicto
quinto princip. artic. prope princ. Vel quia
culpa ſua perijt inſtantia, quo caſu licet ſit reus
abſoluendus ab inſtantia, tamen propter ipſius
ſubterfugia debet in expenſis condemnari, vt
dixi in quinto artic.in.15.fallen. & hoc caſu fiat
condemnatio, vel ſimpliciter ad expenſas, ſe-
cundum quod dicam in ſeq.caſu, vel taxatione
præmiſſa ad certas expenſas, vt dicam in ſecun
do membro principali. Aduerte tamen, quia
in iſtis caſibus, in quibus victor condemnatur
in expenſis, longè fortius videtur, ꝗ iudex de-
beat exprimere cauſam, quare cõdemnat, quã
in præcedenti caſu. vt de ſe ratio patet manife-
ſte. Arbitror tamen, ꝗ licet hoc videatur vti-
le, ne iudex videatur ſententiam proferre con-
tra reg. tex. noſtri, & aliorum iurium quæ
volunt victum victori in expenſis condemnan-
dum fore, vt cauſam exprimat; tamen ſi nõ ex-
primit, ſententia tenet, per ea quæ dixi in præce
denti caſu. Tertio, quando victus non habuit
iuſtam cauſam litigandi, & propter hoc venit in
expenſis

expenſis condemnandus, diſtingue, quòd aut
loquimur de expenſis ratione contumaciæ. &
dic vt dixi in.c.ex literis.ſ.de do.& contuma.
Aut quærimus de expenſis litis ratione teme-
ritatis, vel calumniæ. Et diſtingue, quòd aut lo-
quimur de condemnatione expenſarum fienda
ratione alicuius interlocutoriæ, aut diffinitiuę.
Primo caſu, variæ ſunt opiniones, & varietas
pendet ab intellectu.c.fina.ſ.de do.& contum,
& eorum quæ dicunt ibi Inno.Hoſt.Io.And.&
96 docto. Quidam enim voluerunt, ꝙ† licet reus
ſuccumbat in aliqua exceptione, ꝙ iudex non
debet ſtatim condemnare in expẽſis, ſed ipſam
condemnationem ſeruare in fine litis. Et ſi tu
diceres regulariter victus debet condemnari in
expenſis; ergo fruſtra quæritur de condemna-
tione expenſarum, reſpectu ſuccumbentiæ in
exceptione ꝓpoſita. Reſpondeo, ꝙ de facili
poteſt contingere, quòd ille qui ſuccubuit in
aliqua exceptione, etiam peremptoria, nihilo-
minus obtineat propter alias exceptiones ꝓ-
poſitas. Quo caſu, licet aduerſarius ſuccum-
bat, & ꝓpter hoc ſit in expenſis condemnan-
dus; tamẽ ipſe qui ſuccubuit in dicta exceptio-
ne, licet in cauſa principali obtineat; tamen ra-
tione ſuccumbentiæ in dicta exceptione con-
demnabitur in expenſis ipſi victo. & ſic habes
alium caſum, in quo victor condemnatur in ex-
penſis. Sed in alijs expenſis litis condemnabi-
tur victus; etiam ſi aliàs habuit iuſtam cauſam
litigandi. Et ſic de expenſis victoris deducentur
tales expenſæ ipſius victi. vt in ſimili dixi in.5.
princip.artic.in decima fallen. Sed ſi continge
ret reum qui ſuccubuit in exceptione, ſuccum-
bere etiam in cauſa principali, ſufficit, ꝙ in fine
litis victus victori ſimpliciter condemnetur in
expenſis. Secunda opinio eſt, ꝙ in prædicto
caſu condemnatio expenſarum fiat, eo ipſo qđ
reus deficit in probanda exceptione, non expe-
ctando diffinitiuam. Et hanc opinionem te-
nent Inno.Hoſti. & Io.Andr.in.d.c.finem. per
illum tex. Et ad hunc effectum facilius conſe-
quendum, dicit ibi Hoſt. quòd iudex in aſſigna
tione termini ad probandam exceptionem cõ-
minabitur condemnationem expenſarum in
caſu ſuccumbentiæ. Et idem tenet Spec. in tit.
de expenſ.§.1.ver.in ſumma. vbi dicit, quòd ſi
iudex veriſimiliter præſumit exceptionem ma-
litioſè proponi, ꝙ non dabit dilationem, niſi
ſub hac conditione, quòd ſi reus in probatione
deficiat, puniatur in expenſis, per tex.in.d.c.fi-
nem.de do.& contuma.& tex.in.c.cæterum.&
c.ex tenore.ſ.de reſcrip.& de off.iudi.c.1.&.c.
ſequens.§.ſed ſi in ciuilibus.de reſti.ſpo.lib.6.
&.c.pia.§.ſi quis.de except.lib.6.in quibus di-
citur, ꝙ dilatione purè data ſine aliqua commi
natione, deficiens in probatione punitur in
in expenſis; ergo multo fortius debet condem-
nari, ſi data fuit dilatio.arg.c.ſignificaſti. de ele-
ctio. Et aduerte, quia quod dixi ſecundũ hanc
opin.ꝙ iudex ſtatim interloquendo, condem-
nabit in expenſis ſuccumbentem, & non pro-
bantem exceptionem, intelligit Io.And.& ſe-
quitur.D.m.in.d.c.fina. quòd procedat, quan-
do fortè etiam aliæ eſſent propoſitæ exceptio-
nes, quibus mediantibus proponens poſſet ob-
tinere. Aliàs autem inutile videretur, ꝙ faceret
dictam condemnationem, quando eo ipſo ex
defectu exceptionis peremptoriæ, poſſet ferri
ſententia ſuper principali. Nam tunc iudex
non ſtatim condemnabit in expenſis ratione
ſuccumbẽtię in exceptione; ſed proferet ſenten
tiam diffinitiuam ſuper principali, & condem-
nabit in expenſis. Tertia opinio eſt, ꝙ ſtatim
propoſita exceptione iudex deberet condem-
nare in expenſis faciendis, ſi & in quantum ꝓ-
ponens defecerit in probando ipſam exceptio-
nem.arg.d.c.finẽ.ſ.de do.& contuma.& ſentit
ibi glo.& placet etiam Innocẽ. Nec obſtat, ꝙ
dicta ſententia non deberet valere, quia incer-
97 ta, & quia† tractus futuri temporis non ſpectãt
ad iudicem, & quia eſt lata ſub conditione; quia
ad primum reſpondetur dupliciter. Vno mo-
do, ꝙ valeat in odium ipſius proponentis ex-
ceptionem minus legitimam. Ideò valet,
licet ſit incerta; quia condemnatio expenſa-
rum eſt acceſſoria. Ad quod vide quod infra
ſubijciam. Ad ſecundum verò contrarium, ꝙ
tractus futuri temporis non ſpectat ad iudicẽ,
vt in.c.romana.ſ.de ſenten.excom.lib.6. & in
.l.1.ff.de vſur. Reſpondetur, quòd illud eſt ve
rum, quando non ſubeſt cauſa de præſenti; ſed
ſolũ venit ex futuro abſq; aliqua dependentia
à præſenti. Secus ſi cauſa ſubeſt de præſenti,
prout eſt in caſu noſtro, vt tradit in dictis iuri-
bus, etiam per ea quæ notantur in.c.auditis. de
procura. Ad tertium argumentum reſponde-
tur, ꝙ licet ſententia non deberet ferri ſub con-
ditione.vt.2.q.6. biduum. tamen lata tenet, vt
98 ibi not. Et aduerte, quia licet tex. in† d.c.finẽ.
videatur ſpecialitatem prædictam induxiſſe in
exceptione peremptoria, eo quòd dicit ſun-
data intentione actoris. Tamen Hoſt.ibi ſentit,
quòd idem ſit in dilatorijs.& ideò ad illum tex.
dum dicit, fundata intentione actoris, ſupplet
verbum maximè.& hoc tenuerunt Lau. Vincẽ.
Tancre. Gui. & Innocen. & ſic ſeruat curia. &
refert, & ſequitur Spec.in tit.de expen.§.1.ver.
ſed nunquid deficiens. & Pau.de Lad. qui dicit
idem eſſe in omnibus exceptionibus nullitatis,
vel falſi procuratoris, aut ſimilibus. Facit de
procura.c.in noſtra.& arg.ſupra de excep.c.ex-
ceptionem. Sed glo.in verbo moderatas. in
d.c.finem.& Io.And.ibi, videntur tenere, quòd
ſolum fiat condemnatio ſtatim, occaſione exce
ptionis non probatæ, quando opponitur ſun-
data intentione actoris; Et ſic non procedit in
dilatoria, quæ non opponitur fundata intẽtio-
ne actoris; ſed procedit in peremptoria, quæ
opponitur regulariter poſt fundatam intentio-
nem actoris. D.Ant.in.d.c.finem. diſtinguit,
quòd aut loquimur de dilatorijs, quæ opponũ-
tur poſt litem conteſtatã his caſibus, in quibus
poſſunt proponi, iuxta not. in .c.inſinuante.ſ.
de off.deleg.& ea quæ dixi in.c.paſtoralis.ſupra
de except. & tunc fiet condemnatio, & locum
habebit



habebit.d.c.finem. Aut in dilatorijs, quæ oppo
ponũtur ante litem conteſtatam, & tunc ſecus.
& idem ſentit de peremptorijs, quę opponũtur
ante litem cõteſtatã; & tunc ſecus etiam in vim
dilatorię.arg.not.in.c.1.de lit.conteſt. in.c.1.
de lit.conteſta.lib.6. Quæ diſtinctio non placet
D.m.quia eſt contra.c.frequens. de reſtit.ſpol.
lib.6.&.c.pia.de excep.lib.6. Et hoc verũ in di-
latorijs, quæ proponuntur ante litem conteſta
tam, nã ſtatim ꝙ pars deficit in ꝓbando, fit cõ-
demnatio expenſarum. Item contra prædictã
opinionem facit quod traditur per legiſtas in.l.
non ignorat.& in.l.terminato. C.de fruct.& lit.
expen. & in.l.ſancimus. C.de iudi. Quare tu
poſt.D.m.in.d.c.finem. diſtingue plurimis ad-
ditis. quòd aut loquimur in dilatorijs, ſeu quaſi
peremptorijs, vt in exceptionibus contra teſtẽ,
iuxta not.in.c.ex parte A.ſ.de teſtib. & in.c.1.
ſupra de excep. & in quibuſdam alijs exceptio-
nibus, qualeſcunque ſint, dummodo non con-
cernant merita cauſæ principalis, & in his defi-
ciens in probãdo, & ſuccumbens, debet ſtatim
in expenſis condemnari, nec expectata ſenten-
tia diffinitiua, vt probatur in.d.c.frequens & in
d.c.pia. Quod intellige, dummodo ſuccum-
bens nõ excuſetur ex aliqua legitima cauſa, vt
dixi in quinto princip.artic. Et in iſtis non pro-
cedit propriè diſpoſitio.d.c.finem. per ea quæ
ſtatim ſubijciam. Et ratio quare in iſtis eſt ſta-
tim facienda cõdemnatio expenſarum eſt; quia
99 in† iſtis dilatorijs ferenda eſt ſententia, vt in.c.
exhibita.ſupra de iudic. & plenè not. in.c.1.de
ord.cog. vñ debet ſubijci condemnatio expen-
ſarum, tanquam acceſſoria ad ipſam ſententiã.
arg.reg.acceſſorium.de reg.iur. lib.6. Et hinc
eſt, quòd iudex non expectata diffinitiua con-
demnat contumacem in expenſis. vt in.c.1.de
do.& contum.lib.6.& in.c.quoniam.§.in alijs.
ſupra vt lit.non conteſta. & in.l.ſancimus.C.de
100 iudi.cum ſimi. quia contumacia propriè †con-
cernit merita negotij principalis, ſed ipſum ꝓ-
ceſſum. Et hanc opinionem ſenſerunt Inno.&
Io.And.in.c.ſæpe.ſupra de appell. Et hoc ꝓce
dit iudicio meo, non ſolum in reo deficiente in
hmõi exceptionibus dilatorijs; ſed etiã in acto-
re deficiente in replicationibus ad ipſas exce-
ptiones dilatorias; & multò fortius, vt de ſe pa-
101 tet; Exemplum, opponit† reus impetrationem
reſcripti non valere, tanquam factam ab excom
municato, actor replicat excommunicatio-
nem illam fuiſſe nullam, vel ſe ab illa fuiſſe abſo-
lutum, & in hac replicatione ſuccumbit; nam
hoc caſu indubitanter dicerem, quòd tunc fieri
deberet condemnatio expenſarum, cum ſtatim
reus ſit abſoluendus ab obſeruatione iudicij,
nec expectetur alia ſententia diffinitiua. Et idẽ
arbitrarer, ſi iudex pronuntiaret ſuper declina-
toria, vel dilatoria pro ipſo excipiente ratione
prædicta. Sed ſi pronuntiaret contra ipſum
excipientem, expreſsè pronuntiando proceden
dum eſſe ad vlteriora, non obſtante exceptione
propoſita, vel tacitè pronuntiaret contra exci-
pientem, procedendo ad vlteriora. Et hoc
102 caſu dicẽdum eſt, † quòd ſi iudex nihil dixit de
expenſis, ſed ipſam condemnationem expen-
ſarum omiſit, quòd nihilominus poterit poſtea
quandocunque lite pendente, vel in fine litis
condemnare ipſum ſuccumbentẽ ad expenſas
factas occaſione prædictæ exceptionis fruſtra-
toriè propoſitæ, ſecundum Inno. Io.Andr.&
D.m.in.d.c.ſæpe.de appella. & ſequitur Bal. in
d.l.properandum. in.§.ſin autem. remittendo
ſe ad Innocen. in.d.c.ſæpe.& tenet etiam Ioan.
And.in.d.c.1.de ſequeſt.poſſeſ.& fruct. & Ar-
chid.11.q.3.in.c.certum. ſuper tex. Nec mi-
rum, quia etiam poſt ſententiam diffinitiuam
103 ſuper† acceſſorijs, durat officium iudicis, vt di-
cam infra in vndecimo artic. Et not. quòd qui-
dam voluerunt, quòd in prædicto caſu, quando
non ſtatim condemnat ſuccumbentem; ſed po-
ſtea in proceſſu cauſæ in fine, vel in diffinitiua
ſententia, ita quòd à tempore interlocutoriæ
iudicis ſuper exceptione dilatoria expſsè, vel ta
citè per proceſſum ad vlteriora lapſi ſint decem
dies, non poteſt à tali ſentẽtia appellari. de quo
latius dicam infra in duodecimo princip. artic.
Aut loquimur in exceptionibus peremptorijs
concernentibus propriè merita cauſæ principa
104 lis. & in his conclude, ꝙ† regulariter non de-
bet fieri ſtatim condemnatio expenſarum, ſed
fieri debet in ipſa diffinitiua. Et ratio eſt, quia
105 † ſuper iſtis peremptorijs non pronuntiatur
expreſsè particulariter, ſed ſolum quando pro-
nuntiatur ſuper principali. vt in.l.1.&.2. C. de
ord.iudi.& per not.in.c.1.ſ.de ord.cog. & qđ
not.in.l.quoties.C.de iudi. Et ideò regulari-
ter non fit ſtatim condemnatio expenſarum;
quia vt dixi, hæc condemnatio eſt acceſſoria
ad ipſam pronuntiationem. Cum ergo non fiat
pronuntiatio ſpecificè ſuper ipſa exceptione;
ſed demum quando fertur ſententia; ideò in
ipſius ſententiæ diffinitiuæ prolatione fiet talis
condemnatio expenſarum. Prædicta tamen
106 regula ſingulariter limitatur per tex.† in.d.c.fi-
nem. quando.ſ.duo concurrunt, de quibus ibi
dicitur. Primum, quòd obijciatur fundata in-
tentione actoris. Secundum, quando reus in-
continenti non aſſumeret onus probandi; ſed
latiorem dilationẽ expoſceret; nam tunc ipſius
ſuccumbentis fiet condemnatio expenſarum
ſtatim, non expectata alia ſententia diffinitiua.
& hoc ſpecialiter inducit ille tex. deuians à præ
cedenti regula. Et ideò cum duo requirat, ipſis
duobus ceſſantibus, vel aliquo eorum, ſtandum
eſt præcedenti reg.arg.l.præcipimus.in.fi.C.de
appellat. cum ſimilib. Quare conſilium eſt, ꝙ
ad euitandum diſpoſitionem.d.c.finem. vt an-
te fundatam intentionem actoris, reus propo-
nat ſuam exceptionem peremptoriam, iuxta ea
quæ not.in.l.ſi quidem. C.de except. ſed illam
non probabit, niſi fundata intentione actoris.
Si modo illa fundata poſſit hoc probari, ita ꝙ
non reſiſtat ei publicatio atteſtationum, per ea
quæ dixi in.c.fraternitatis.ſ.de teſti.& in cle.1.
de teſti. Neque enim prudenter facit prius ꝓ-
bando, cum forte actor deficiet in probatione
inten-

intentionis ſuæ; & ſic ſuperfluè grauaret ſe iſto
onere ꝓbandi. Faciunt not.in.d.c.1.§.de ord.
cogni. & ibi per.D. m. & in c.de teſtibus.§.de
teſti. Sed proponendo eam prius videtur tol-
lere præſumptionem malitiæ, ſuper qua fundat
ſe. vt.d.c.fiñe. quod eſt valde ſingulare. Aduer
te tamen, quia licet iudex deberet facere con-
demnationem expenſarum prædictis duobus
concurrentibus; tamen vbi prædicta non con-
currerent, licet iudex non neceſſitetur; tamen ſi
vult, poteſt ipſum ſuccumbentem in expenſis
107 condemnare.† & ita poteſt ſaluari. dictũ Bart.
& legiſtarum in.d.l.non ignorat.C.de fruct.&
lit.expen. Mouetur, quia ſicut iudex non tene-
tur pronuntiare expreſsè ſuper peremptorijs,
& tamẽ poteſt, ſi vult, iuxta not.in.c.1.de ord.
cog. ita etiam poteſt in expenſis condemnare
cum veniãt acceſſoriè ad ipſam pronuntiatio-
nem, nec pars poteſt de hoc conqueri. Et ad-
108 uerte, quia ſi iudex† pronuntiaret ſuper exce-
ptis, & pars appellaret, & iudex ad quem remit
teret appellantem ad priorem iudicem, nec eum
in expenſis condemnaret, dubitari poteſt, an
prior iudex, à quo, cum ante omnia condemna-
re deberet in expenſis. Et Spec. in tit.de ex-
pen.§.nunc videndum. ver. ſed quid ſi iudex.
dicit ꝙ non; ſed ꝙ tales expenſæ venient in fi-
ne litis, ne hoc prætextu cauſa plus debito pro-
rogetur. Et hoc eſt ſatis cautum, ne fortè pars
iterum appellet. Poſſet tamen ante omnia præ
dicta condemnationem expenſarum facere. Et
prædicta arbitror procedere, non ſolum in ex-
ceptionibus peremptorijs propoſitis per reũ;
ſed etiam in replicationibus ꝓpoſitis per acto-
rem ad exceptiones peremptorias per reum ꝓ-
poſitas, vt etiam in caſu prædicto reſeruetẽ con-
demnatio expenſarum in ſententia diffinitiua
fienda. Et ex prædictis habes, quando iudex
deberet facere hanc condemnationem expen-
ſarum. Secundo ſequitur, vt videamus quali-
ter iudex deberet facere hanc condemnationẽ
expenſarum, & ſecundum ea quæ præmiſi, duæ
formæ reperiuntur, ſecundum quas diſtinguen-
dum eſt. Quòd aut loquimur de condemna-
tione fienda abſque alicuius certæ quantitatis
expreſſione. Aut de condemnatione fienda ex-
preſſa certa quantitate. Quò ad primum, aut
109 loquimur in condemnatione† interlocutoriæ
ſententiæ, ſeu diffinitiuæ; In interlocutoria, di-
cet iudex, pronuntiamus dictas exceptiones nõ
habere obſtare, vel nõ eſſe dandam dilationem
dictam, vel aliud ſimile, vel procedendum eſſe
ad vlteriora. & victum victori in expenſis le-
gitimis condemnamus, quarum taxationem no
bis, & noſtris in officio ſucceſſoribus reſerua-
mus. Et ſimiliter in diffinitiua poſt condem-
nationem, vel abſolutionem, dicet, & victum
victori in expenſis condemnamus, quarum ta-
xationem &c. Et ſi victor ex aliqua cauſa ve-
niret condemnandus in expenſis, ſecundum ea
quæ dixi ſupra in quinto principali artic. pote-
rit iudex dicere, & ipſum victorem propter ta-
lem cauſam in expenſis condemnamus; quarũ
taxationem &c. Ad quod adde quæ dixi.§.in
hoc eodem artic.in ver.ſecundo caſu. Sed cõ-
tra prædicta opponitur, & videtur, quòd talis
110 ſententia,† tanquam incerta non teneat, per ea
quæ habentur. C. de ſentẽ. quæ ſine cer.quan.
per totum. Sol.dic, ꝙ imò tenet talis ſenten-
tia; quia iſtæ expenſæ veniunt acceſſoriè, & nõ
principaliter, ſecundum Inno.in.d.c.finem. ſuꝑ
111 de do.& contum. Quaſi ſentiat, quòd licet† ſu-
per principaliter petito ſententia deberet eſſe
certa, tamen ſecus eſt ſuper acceſſorio, vt tra-
dit idem Innocen.in.c.tanta.§.de exceſſ.præla.
Vnde concludit, quòd ſuper expenſis ſententia
poteſt eſſe incerta. Facit quod not.idem Inno.
in.c.2.de libel.obla.& in.c.fin.§.de eo qui mit.
in poſſ. Et idem tenet Hoſt. & Io.And.in.c.1.
ſupra de ſequeſt.poſſ.& fruct. vbi volunt, quòd
in expenſis poteſt dari ſententia generalis, &
incerta, tàm pro præteritis, quàm pro futuris.
& hoc idem voluit Spec.in tit.de expen.§.fina.
ver.item ſcias. & probatur in.c.cum dilecti.ſuꝑ
de do.& contuma.& in.c.auditis.§.de procur.
& tradit Spec. in tit.de except.§.viſo.ver.quid
112 ſi reus. Vbi dicit, quòd hodie† communiter nõ
præcedit taxatio, ſed fit condemnatio reſeruata
taxatione. & tenet Inno.in.d.c.fina.vt dixi. &
Hoſtiẽ.& Io.And.in.d.c.1. de ſequeſt. poſſ. &
fruct.per.l.terminato.C.de fruct. & lit. expen.
113 quam dicunt ita intelligendam. Nec ſtare po-
teſt ſecundum eos intellectus quorundam qui
voluerunt, quòd iudex ibi non condemnauit in
expenſis, ſed reſeruauit petenti poteſtatem pe-
tendi, ſeu agendi ad expenſas; nam hoc eſt fal-
ſum, quia ſecundum Inno. expenſæ petuntur,
114 vel iudicis officio, quod† officium ceſſat finito
negotio. vt Inſtit.de off.iudi.§.præterea. &.c.
cum appellationibus. de appella.lib.6. vel iure
actionis, quæ actio non competit ad illas, niſi
ſit facta condemnatio, & tunc datur actio in fa-
ctum ex re iudicata. & ſic ſequitur, quòd illa.l.
terminato. loquitur, quando iudex condemna-
uit ad expenſas; ſed ad incertas, reſeruando ſibi
taxationem. Non enim poteſt reſeruare con-
demnationem, vel petitionem parti, ſecundum
quod infra dicam. Et hanc etiam opin. tenet
glo.& Bart.in.d.l.terminato.vbi Barto.dicit, ꝙ
cum certæ expenſæ non ſunt petitæ in iudicio,
poteſt ferri ſententia incerta. vt.l.2.C.de ſentẽ.
quæ ſine cer.quan.profer. vbi Bar. vr̃ aliter lo-
qui. Sed pro concordia.D.m. in.c.1. de ſeq.
poſſ.& fruct. diſtinguit, ꝙ aut expenſæ petunt̃
acceſſoriè iudicis officio petunt̃ vna cum re pe-
tita, & tunc procedit prædicta concluſio; quia in
115 acceſſorijs† ſententia poteſt eſſe generalis, vt
not.Inno.in.d.c.tanta. Facit etiam quod not.
Bar.in.l.1.ff.de eden.& in.l.& ex diuerſo.ff.de
rei vend.& ſic loquitur.d.l.terminato. Aut ex-
penſæ veniũt principaliter iure actionis, vt quia
ſunt promiſſæ per contractum, vel conceſſæ ex
forma ſtatuti, ſecundum ea quæ dixi ſupra in ſe-
cundo principali artic. & ſubdiſtinguo, quòd
aut ſunt certæ, vel certificari poſſunt in ꝓceſſu,
& debet ſequi ſententia certa, & ſpecialis. aliàs
ſententia



ſententia non valeret.arg.l.penult.& fina.C.de
ſenten.quæ ſine cer.quan.& probatur Inſtit.de
actio.§.curare.& ita procedat quod tradit Bal.
in.d.l.2.C.de ſen.quæ ſine cer.quan. Aut expen
ſæ non poſſunt certificari; vt puta, quia quædã
expenſæ ſunt factæ, & quædam fiendæ, & valet
ſententia generalis; vt puta, condẽnamus ad ex-
penſas factas, & fiendas. Et ita propriè loquitur
.c.auditis.§.de procur.&.c.cum dilecti. in fi.§.
de do. & contuma. & ſentit Innocen. in.d.c.fi-
nem.& Spec.in titu. de expen.§.fina. ver. item
ſcias.& eſt tex. optimus in.l.2. cum ibi not. C.
de ſent.quæ ſi.cer.quan. & ſic valebit ſententia
generalis quandoq;, vt patet ex ꝑdictis. Quo
caſu poſtea tẽpore executionis ſententiæ, pote-
rit fieri taxatio, & probatio ſine libello, & alia
tella iudicij, vt not.in ſimili in.d.l.2. Facit.l.3.
ff.de peti.hæred. Et pro prædicta diſtinctione
allego ſingulare dictum Ange.in.l.ſi filiusfami.
ff.de iudi. vbi ſingulariter voluit, ꝙ ſi i ſindicatu
116 † agitur cõtra aliquẽ officialẽ, ꝙ reſpectu prete-
riti intereſſe, debet peti quid certũ; ſed reſpectu
futuri, quia nõ poteſt peti quid certum, ſufficit
petere, ꝙ condẽnetur ad conſeruandum ipſum
indẽnem. Et vide ẽt circa ꝑdicta, ꝙ ſingulari-
ter tradit Bar.in.l.ſi qdꝰ ex pãphila.ff.de lega.2.
& in.l.ſemper.§.hoc interdicto.ff.quod vi aut
clã. vbi in ſimili voluit, ꝙ ſi petit intereſſe, licet
117 † non ſit ꝓbatũ intereſſe certæ quantitatis; quia
duntaxat eſt probatũ, ꝙ interſit ipſius petẽtis,
ꝙ iudex non debet dare ſententiam incertã; ſed
poteſt ex officio ſe informare, vel duobus com
mittere, vel alios teſtes examinare, vt certam
poſſit ferre ſententiam. Et idem not. per Bar.
& Bal. in.l.1. C. de ſenten. quæ pro eo quod
inter. profer. & per Barto. & Bal. in.l.ſi tradi-
tio.C.de actio.empt. voluerunt Vinc.&.D.m.
in.c.cauſam.de teſtib.vbi dicunt, quòd male fa
cit iudex abſoluere reum; quia non ſit probatũ
certum intereſſe. Faciunt etiam not. per Bart.
& Bal.in.l.2.C.de reſcin.ven. & tex. in.l.fina.
ſupra de iur.do. impe. Aduerte tamen, quòd
hæc videntur ꝓcedere in intereſſe, & expenſis.
118 Sed in fructibus, qui † principaliter petuntur,
debet peti, & probari certa quantitas, nec ſuffi-
cit, niſi probetur certa, vt dicit Io.de Imo. poſt
Ang.in.l.neſennius.ff.de re iudi. Et prædicta
not. quia vtilia ſunt ad multa. Sed quæro ſe-
119 cũdo circa prædicta, † cui intelligatur facta eſſe
reſeruatio taxationis expenſarum, per clauſulã
prædictam, cum iudex dicit; quarum taxatio-
nem nobis &c. Sol. glo. in.d.l.terminato. vi-
detur velle, quòd taxatio fiat in executione ſen
tentiæ. Sed hoc nõ placet Spec.in tit.de excep.
§.viſo.ver.quid ſi reus.quia executor nõ poteſt
extendere manum ad ea quæ iudex ſibi reſerua-
uit. Vnde conclude ſecundum Spec.& Bar.in.l.
ab executione.ff.de appellat. quòd ſi iudex, qui
condemnauit in expenſis, eſt talis qui potuit
ſententiam ſuam exequi, prout eſt ordinarius,
& tunc ipſe qui ſententiam tulit, & ſucceſſor
ſuus in officio, non autem hæres poterit di-
ctas expenſas taxare; quia ipſe non iudicauit, vt
priuatus, ſed vt iudex vt in.l. poſt mortẽ.§.1.
ff.quando ex fac.tuto.& probatur in.l.illicitas.
§.veritas.ff.de off.preſid. Facit qdꝰ not.in.c.ſi
ſacerdos.§.de off.ord. quia ſucceſſor eſt eadem
perſona, vt dicam in ſequenti quæſtione. Nec
120 obſtat, ſi dicatur, quòd quis† non poteſt decla-
rare mentẽ alterius, vt eſt tex.in.l.idẽ põponiꝰ
ſcribit ſi fru.ff.de rei vend. quia hęc reſeruatio
videtur potius facta dignitati, & iuriſdictioni,
quàm priuatæ perſonæ, vt dixi. Et ſic ſuccedit
diſpoſitio.c. quoniã abbas.ſupra de off.leg. Et
hanc opin. ſequitur etiam.D.m.in.d.c.1. ſupra
121 de ſequeſt.poſſ. & fruct. Tertio quero,† quid
ſi iudex condemnando in expenſis ſolum dicit,
quarum taxationem ſibi reſeruauit, & non di-
xit ſucceſſori. Sol. idem dic tenendum eſſe, ꝙ
dixi in proxima quæſtione; quia non intelligi-
tur reſeruaſſe ſibi vt priuato; ſed vt iudici, aut
exiſtenti in illa dignitate, vel iuriſdictione. Et
ideò etiam hoc caſu ſucceſſor poterit taxare;
122 quia dicitur† eadẽ perſona cum prædeceſſore,
qui pronuntiauit; cum ſit eiuſdem dignitatis, &
iuriſdictionis, vt.d.c.quoniam abbas, ſupra de
off.delega.& in.l.1.ff.quis & à quo.& in.l.pro-
ponebatur.ff.de iudic.tenet Bar. in.d.l.ab exe-
cutore.ff.de appell. Vnde ad cautelam additur
illud verbum à iudice condemnante, & ſuis in
officio ſucceſſoribus. Quarto quæro, vtrum
prædicta procedant in delegato, qui condem-
nauit in expenſis, reſeruando ſibi taxationem.
Et videtur, quòd talis reſeruatio nõ valet; quia
taxare expẽſas, eſt declarare, & interpretari ſen
tentiam; ſed delegatus non poteſt ſententiam
ſuam interpretari, vt not. in.d.l.ab executore.
ergo non tenet talis reſeruatio. Solu.Bart. in
d.l.ab executore. dicit, quòd aut eſt talis dele-
gatus, cui poſt ſententiam nulla remanet iuriſ-
dictio circa poteſtatem exequendi, & tunc non
poteſt ſibi reſeruare. aliàs ſecus. Et idem tenet
Bal.in.d.l.terminato.& Spec.in tit.de excep.§.
viſo. ver. quòd ſi reus. &.D.m.in.d.c.1.de ſe-
queſt.poſſ.& fruct.& Io.de Imo.in.l.paulus.ff.
de re iudi. & qñ ſit qdꝰ delegato remaneat iu-
riſdictio, & poteſtas exequendi, tradunt glo. &
Bar.& Io.de Imo.in.l.à diuo pio. in prin. ff.de
re iud. & latè tradit.D.m.in.c.ſi quis contra
clericum.de fo.compet. tu vide quæ latius dixi
in.d.c.in literis. &.c.quærenti.§.de of.delega.
& adde ad quæſtionem, quę dicã infra. Quin
123 to quæro, † vtrum in caſu præcedenti valeret
ſaltem ſententia condemnationis expenſarum,
eo caſu quando delegatus non potuit ſibi reſer
uare taxationem. Sol.Bart.in.d.l.ab executo-
re.arguit quòd nõ valeret, quia ſententia rema-
neret incerta. arg.l.fin.C.de ſentẽ.quæ ſine cer.
quan. In cõtrarium arguit, quòd valeret, quia
taxatio videtur reſeruata deleganti, & illa adie-
ctio, in quantum dixit, reſeruata ſibi taxatione,
nihil releuat. argum. not. ff. de bon. poſſ. ſec.
tab. in.l.ſi ita qui filio. Et hanc ſecundam
opinionem ſequitur Bart. quam dixit ſecutum
fuiſſe Iac.But.in quadam ſua quæſtione, vbi aſ-
ſignabat illam rationem; quia delegatus reſer-
uabat

uabat ſibi non reſpectu perſonæ, ſed ſolum re-
ſpectu iuriſdictionis. vt dixi in.2.&.3.quæſt.
Sed iuriſdictio delegati, & iuriſdictio delegan-
tis eſt eadem;ergo videtur facta eſſe reſeruatio,
quando delegatus non poterat conſequi, & ſic
ipſe delegans taxabit, tamen vt ceſſent dictæ
ambiguitates conſultè aget delegatus, reſeruan
do taxationem ſibi,& deleganti. Sexto quęro,
124 quid † ſi iudex ſub nomine proprio reſeruauit
ſibi dictam taxationem, vtrum facultas taxan-
di tranſeat in ſucceſſorem in dignitatem,ſeu iu-
riſdictionem. Sol.Bar.in.d.l.terminato. tenet
ꝙ ſic;quia materia non poteſt continere perſo
nam,ſed dignitatem, & ſequitur.D.m.in.c.1.s̃.
quod met. cau. Faciunt quæ dixi in.d.c.quo-
niam abbas. & idem etiam hoc caſu ego arbi-
tror in delegato reſpectu delegantis,ſecundum
ea quæ dicta fuerunt in duabus proximè præce
dentibus quæſtionibus. Septimo quæro,quid
125 ſi † iudex ſimpliciter condemnauit in expenſis,
nec aliter ſibi reſeruauit taxationem. Sol.Bar.
in.d.l.terminato.& in.l.2.C.de ſent.quæ ſi.cer.
quan.dixit,quòd talis ſententia valet, & ꝙ ipſe,
vel ſucceſſor ſuus poterit taxare. Aſſeruit tamē,
quòd communis practica eſt, vt iudex reſeruet
ſibi taxationem. & ſequitur.D.m.in.d.c.1.de
ſequeſt.poſſ. & fruct. Et idem ego arbitror in
delegante, ſi delegatus ita ſimpliciter condem-
nauit in expenſis, non reſeruata ſibi taxatione.
126 Octauo quæro,† quid ſi iudex dixit, condem-
namus.B.reum in petitis per.M.actorem, & vi
ctum victori in expenſis;nec aliud dixit,an talis
ſententia quo ad condemnationem expenſarū
teneat.Et videtur dicendum quòd non;quia ſen
tentia,quæ non continet condemnationem,nō
tenet,vt in.l.præſes.de ſenten.& interlo. omn.
iudi. Sol.Bar.in.d.l.præſes.tenet contrarium,
quia licet quo ad expenſas non fuerit appoſitū
verbum condemno;tamen valet ſententia,quia
verbum condemnamus prius prolatum,ratione
copulæ intelligitur in ſequenti repetitū. arg.l.
ſæpe.§.caio.ff.de fun.inſtruct. & hæc opin. mi-
hi placet. & ſequitur Io.de Imo,in.l.iudex po-
ſtea.ff.de re iudic. & in.l.1. in fi.ff.de hæred.in-
ſtit. & adde quæ dicam in ſequenti quæſtione.
127 Nono quæro,† quid ſi iudex abſoluit reum, &
poſtea, & victum victori in expenſis, nec plus
dixit, vtrum valeat talis ſententia,& an ſubintel
ligatur verbum condemnamus. Et videtur di-
cēdum ꝙ non; quia in hoc caſu ceſſat ratio de-
ciſionis pręcedentis quæſtionis;nam in hoc ca-
ſu non poteſt intelligi repetitum verbum con-
demnamus,cum non pręceſſerit in ſententia.
At ſolum præceſſerit verbum abſoluimus. &
ſic prędicta ſententia non videtur valere. arg.
d.l.præſes. Sol.Bart.in hac quęſtione fuit ſibi
contrarius.nam in.l.1.§.ſinautem.ff.de hęred.
inſtit.tenuit,quòd talis ſententia valeat;quia ſi-
128 cut quando † teſtator dicit.B.hæredem, ſubin-
telligitur verbū inſtituo, vel ſi dicit hęres, ſub-
intelligitur eſto, vt in illo.§.ſinautem. ita & in
caſu noſtro,cum iudex dixit, & victus victori
in expenſis, debet ſubaudiri verbum condem-
namus. Nec obſtat,ſi dicatur, quòd in ſenten-
129 tia † requiritur ſcriptura,vt in.c.fina. de re iudi.
lib.6.quia ſimiliter in teſtamento in ſcriptis re-
quirit̄ ſcriptura. vt.C.de teſt.l.hac cōſultiſſima.
& tamē ſubauditur verbum principale, vt.d.§.
ſinautem. qui loquitur de teſtamento in ſcri-
ptis,cum tex.ibi dicat, cum minus ſcriptū &c.
& etiam probatur in eadem.l.in.§.hæc autem
ſcriptura. Sed ipſe idem Bar. tenuit contrariā
ſententiam in.l.pręſes.C.de ſenten. per illam.l.
in quantum.l.illa vult. quòd ſententia debeat
130 continere † abſolutionem,vel condemnationē,
aliàs non valet. Nec obſtat ſecundum eum
prędictus.§.ſinautem. quia ibi loquitur in te-
ſtamentis,in quibus fit latior interpretatio, vt
deſeruiatur menti teſtantis. vt in.l.in teſtamen-
tis.ff.de reg.iur. Sed nos loquimur in ſententia
quæ debet fieri in ſcriptis, vt.d.c.fi.l.1.&.2.C.
de ſenten.ex peric.recitan.vnde cum hæc rigo-
131 roſa ſolemnitas requiratur, & † ſententia ſit ſtri
cti iuris,& per conſequens ipſius verba ſtrictè
intelligenda. vt traditur in.l.iulianus.ff.de con-
di.indeb. meritò aliud dicendum eſt in ſenten-
tia. Quare videtur imputandum iudici, qui cū
ſciret ſe aſtrictum ad tam rigoroſam ſolemnita-
tem non diligenter inſpexerit, quòd ſcripſerit,
& quòd recitare debuit,cum illud debebat pri⁹
cum magna deliberatione videre. vt in.c.ad au-
res.ĵ.eod.& in.d.l.2.C.de ſenten.ex peric.rec.
Et ideò ſi non eſt perfectè ſcripta ſententia, nō
videtur deliberatè ſcripta. Secus eſt in vltima
voluntate, in qua non ita imputatur teſtatori,ſi
tunc non ita perfectè loquitur, quia mortis co-
gitatione turbatur,vt in.l.iubemus. & in.l.hac
conſultiſſima.C.de teſta. & ſecundam opin. te-
net Bal.in.d.§.ſinautem. & ad illum tex.reſpon
det, vt dixi ſupra, quòd loquitur in vltima vo-
132 luntate, quæ eſt fauorabilis, ſed actus † ſentētię,
& condemnationis eſt odioſus. & ſic non eſt
eadem ratio.arg.l.arianus.ff.de actio.& obliga.
& idem tenuit Ange.in.d.§.ſinautem. ſimiliter
reſpondens ad illum, quòd ſimile ſit in vltima
voluntate, quòd conſeruetur per ſubauditio-
nem. Secus in ſentētia cum ſit ſtricti iuris. vn-
133 de † in ſtipulatione, quæ eſt ſtricti iuris, non
ſubauditur verbum ſulcatum, & truncatum, ſeu
omiſſum,vt in authen.ſi quando. C.de conſtit.
pec. ita nec in ſententia ſubaudietur. & ita dicit
de facto fuiſſe iudicatum.Et iſta pars ſecundum
Io.de Imo.fortè de iuris rigore eſt verior. Sed
prima eſt ęquior propter veriſimilem mentem
iudicis ſententiātis.Ita dicit Io.de Imo.in.l.iu-
dex poſtea.ff.de re iudi. Subdit tamen, quòd
ſi quis de iure vellet ſuſtinere primam opinio-
134 nem,poſſet allegare pro ea, ꝙ ſententia † ſuper
expenſis de ſe ex natura ſui eſt interlocutoria,
vt dicam.ĵ.vndecimo principali artic. Et ſic in
ſui probatione non requirit tantam ſolemni-
tatem,quantam exigit ſententia diffinitiua;nam
poteſt ferri verbo, & ſatis eſt illam redigere ad
ſcriptam,ſecundum not.per glo.in.l.2.ff.ad tre-
bellia.& per Bar.in.l.titia.ff.de accuſat. & ideò
in terminis noſtris videtur plus dictum, & mi-
nus



nus ſcriptum.arg.d.§.ſinautem. & ideò debet
valere. Niſi fortè diceres, ꝙ cū lata ſit ſimul cū
diffinitiua,deberet cenſeri pars diffinitiuæ. vt
c.acceſſorium.de reg.iur. lib.6. Facit quod ſta
tim dicam in.q.12. Sed ad hoc poſſes reſpon-
dere,ꝙ licet ſit lata ſimul cum diffinitiua,eſt ta-
men lata ſuper diuerſo articulo. & ideò non eſt
abſonū,quòd de ea iudicemus, vt de ſeparato
artic.arg.l.etiam.§.1.ff.de mino.& eorum quę
traduntur in.l.ſcire debemus.ff.de verb. oblig.
135 Nec eſt abſonum,† quòd acceſſorium hoc caſu
cenſeatur diuerſo iure à principali,cum diuerſa
ſit ratio.arg.not.in.c.debitores.& in.c.cū con-
tingat.s̃.de iureiur. Item quòd hæc ſententia
136 valeat,facit,quia in dubio † debemus interpre-
tari actum,vt potius valeat,quàm pereat, vt in
.c.abbate.ĵ.de verb.ſig. & in.l.quoties.de ver.
obl.& de reb.dub.& de reg.iur. Facit etiam ꝓ
hac ſententia, quia ratio.d.§.ſinautem. ſuper
quo fundatur prima opin. non fuit ſimpliciter
fauor vltimæ voluntatis,prout voluerunt tenen
tes ſecundam contrariam ſententiā. ſed fuit ēt
ratio,quia veriſimiliter ex illis verbis prolatis
poſſumus præſumere,quòd de mente proferen
tis fuerit,quòd deberet ſubaudiri verbum prin
cipale. q̄ ratio militat in terminis noſtris; quia
mens iudicis ſine dubio videtur fuiſſe condem-
nare, quia aliud verbū non poteſt congruè ſub-
audiri. & ideò ſatis videtur hanc vnam eſſe rō-
nem finalem in terminis noſtris. argum. eo-
rum quæ latè dixi in.c.cum ceſſante.s̃.de ap-
pella. Ego in hac quęſt.arbitror ita fortè poſſe
diſtingui,quòd aut iudex dixit, & victū victori
in expenſis,quarum taxationem &c. & tunc ſit
verior prima opin. Aut iudex dixit,& victum
victori in expenſis, & tunc victus intelligitur
abſolutus,& ſubauditur, ſeu repetitum intelli-
gitur verbum abſoluimus, per ea quæ dixi in
præced.q. Aut dixit, & victum victori ab ex-
penſis nō ſubiungendo illa verba, quarum ta-
xationem &c. Et tunc maius eſt dubium, &
vtraque opin. eſſet ſuſtentabilis. Quia ſecunda
tamen roboratur, & authoritate Bal. & Ange.
ideò nō eſſet tutum ab illa recedere. Aut iudex
ſententiando non eſt vſus aliqua præpoſitione
in,vel ab.Sed ſolum dixit victum victori in ex-
penſis,& hoc caſu indubitanter procedat ſecun
da opin.quia potius intelligitur abſolutus,quā
condemnatus. Niſi coniungeret, quarum taxa
tionem, quia tunc eſt maius dubium. Et ex
137 prædictis etiam potes colligere, † quid iuris in
terminis p̄cedentis quęſtionis, quando dixiſſet
& victum victori ab expēſis, vel victum victori
expenſis ſine p̄poſitione,a,vel ab, vel in. Eſſet
tamen in omnibus prædictis caſibus cautela, vt
iudex ſtatim adiretur,& peteretur ab eo,vt de-
clararet ſnīam prædictam, quia in iſtis acceſſo-
rijs non ſolum poſſet eodem die declarare, ſed
etiam pōt ſupplere, ſm ea quę dicam.ĵ.q. &
etiam in.11.princ.artic. Decimo quæro,quid
138 ſi † iudex dixit victum victori in expenſis con-
demnamus, quarum taxationem &c. Et vterq;
.ſ.actor, & reus pro parte vicerit, & pro parte
ſuccubuerit. Sol.Bar.in.l.ſi legatario.§.fin.de
fideicom.liber.vr̄ velle, quòd talis ſnīa non va-
let,quaſi videatur quodāmodo incerta, ex quo
nullus eorum p̄ciſè vicit. Sed dicit Io.de Imo.
in.l.iudex poſtea.ff.de re iudic. quod fortè dici
pōt contrarium, quaſi videatur condemnaſſe
pro rata, pro qua quilibet obtinuit, etiam
expenſarum factarum pro illa rata; cum parti-
139 cipium † victum,reſoluatur in relatiuū, & ver-
bum litis, not.glo.in cle.1.de præben. & Bart.
in.l.1.ff.de condi. & demon. Et ſic dum dicit,
victum, intelligite illum qui vicit, & quatenus
& pro rata, pro qua vicit; & ſic ſatis redditur
ſentētia certa, per not. in.l.ait prętor.§.1.ff.de
re iudi. Et ideò quatenus concurrit quantitas
vnius cum quantitate alterius poterit fieri com
penſatio;& ſic etiam reſiduum exigi. Et ſi ex to
to eſſet æqualitas,vt quia in dimidia quantitate
petitæ rei eſſet facta cōdemnatio, & in dimidia
abſolutio, in effectu nomine expenſarum nil
poterit exigi. Facit quod habetur in.l.cum pa
ter.§.antepen.ff.de lega.2. Vnde dicit,ꝙ con-
ſueuit practicari prædicto caſu, quòd vtraque
pars abſoluatur ab expenſis. Facit quod habet̄
in.l.generaliter.§.his de præſentibus. cum glo.
& quod ibi traditur per doct.C.de reb.cre. Et
ſic infertur ex dictis Io.de Imo.vnum,quòd qn̄
vnus obtinuiſſet ꝓ maiori parte, & ſuccubuiſ-
ſet pro minori, non deberet fieri æqualis con-
demnatio, & taxatio expenſarum. quod mihi
non placet. & ſtatim dicam. Vnde melius di-
cit Bald. in .l. 3.C.de fruc.& lit.expen. Quòd
aut talis ſnīa fertur ſuper eodem capitulo, aut
circa diuerſa. Primo caſu,poteſt figurari exem-
plum,petabas rem,vel domum integram,iudex
condemnauit illum reum,vel ad rem,vel ad me-
dietatem domus,& ab alia re,vel medietate ab-
ſoluit. Et ſubdit, & victum victori in expenſis
condemnamus &c.Et hoc caſu neuter alteri te-
netur. arg.l.ab omnibus.§.ſi titio.ff.de lega.1.
Qdʳ eſt verum,ſequuta hinc inde pariter taxa-
tione. Sed ſi vnus faceret taxari pro ſe, & alter
eſſet negligens,non poſſet fieri compenſatio,q̄
140 non poteſt fieri de † non liquido ad liquidum,
vt in.l.fin.C.de compen. Et hoc arbitror proce
dere, ſi vnus obtinuit pro maiori, vel maxima
parte,& alius pro minori,vel minima. Licet cō-
trarium ſenſerit Io.de Imo. Et quamuis illa opi.
prima fronte videatur ęquior, tamē iſta de iure
videtur verior; quia clarum eſt, quòd ſicut iſte
actor iuſtitiam fouens pro maiori parte, iuſtè
petebat, tamen in quantum aliam partem ſibi
non debitam petebat, iniuſtè vexabat illum,
& ille ſe iuſtè defendebat à parte non debi-
ta actori. vnde ſicut ad condemnationem ex-
penſarum non facit quantitas magna, vel par-
ua,ſed ſolum iuſtitia,vel iniuſtitia actionis, vel
defēſionis. ita & in hoc caſu. Niſi fortè diceres,
quòd alia deberet haberi conſideratio; vt puta,
ſi ratione partis debitæ actor fecit maiores ex-
penſas;reus verò occaſione defenſionis mino-
ris partis facit minores expenſas;nam hoc caſu
vtriuſque expenſæ pro rata ipſarum legitimè

factarum taxabuntur, ſed hoc conſiderandum
eſſet, non ſolum reſpectu maioris partis, ſed ēt
minoris; etiam ſi actor fortè reſpectu minoris
partis, in qua obtinuit de neceſſitate, maiores
fecit expenſas, & reus qui obtinuit pro maiori
parte, fecit minorem, dicite, quòd vtriuſque ta-
xabuntur expenſæ, & vſque ad concurrentem
quantitatem fiet compenſatio, & reſiduum po-
terit peti ab actore. & idem è contra. vnde non
ponderabitur victoria quantitatis expenſarum
legitimè factarum, & hoc mihi videtur ęquum
& iuſtum, & iuridicum. Facit quod dicam in ſe-
quenti membro. cogitabis tamen, quia nunc ve
141 nit in mente. Si verò † hoc contigit circa di-
uerſa capitula, ex quo reus obtinuit ſuper ali-
quo emergenti, vel incidenti, actor verò obti-
nuit in principali, & ſententia fuit lata ſub præ-
dicta forma; videlicet, & victum victori in ex-
penſis condemnamus. & hoc caſu, ſi plura erant
petita in eodem libello; vt puta, petit actor de-
cretari, & decretum obtinuit in decretalibus,
& ſuccubuit in decreto. & hoc caſu dicit Bal.
in.d.l.3. quòd cum iudex poſſit aliter, & aliter
taxare expenſas, ſequetur, quòd fiet compenſa-
tio, ſecundum quòd poſtea taxabitur vſque ad
concurrentem quantitatem, & reſiduum peti
poterit. & hoc mihi placet, & adde quæ dicam
in ſequenti quæſtione. Vndecimo quæro, re-
142 tentis eiſdem terminis, quid † ſi iudex dixerit in
ſententia, & victum victori in expenſis legitimè
condemnantes &c. Quid ſi iſte qui condem-
natur in hac ſententia diffinitiua, obtinuit in
quadam ſententia interlocutoria, vel aliquo in-
cidenti, vel emergenti, in quo non erat facta
condemnatio, vel abſolutio expenſarum. Sol.
docto. non tangunt, quòd ego repererim. Vn-
de ego arbitror, quòd ſi iudex quando protu-
lit dictam interlocutoriam ſuper ipſo inciden-
ti, vel emergenti non condemnauit ſuccumben
tem in expenſis; cum tamen de iure veniret cō-
demnandus in expenſis, eo quòd non habuerat
aliquam iuſtam cauſam litigandi, quod hoc ca-
ſu bene faciet iudex in hac prolatione diffini-
tiuæ, mentionem facere de expenſis factis ſu-
per ipſo incidenti, vel emergenti, & condemna-
re ipſum, qui tunc obtinet in diffinitiua ſuper
illo incidenti, vel emergenti ſub hac forma, &
victum victori in expenſis legitimis condem-
namus, exceptis his quæ factæ fuerunt ſub tali
incidenti, vel emergenti, in quo ipſum non vi-
ctorem, ſed tunc victum condemnamus in ex-
penſis, cum in illo emergenti, vel incidenti non
habuerit iuſtam cauſam litigandi, & quando iu
dex hoc faceret, res eſt clara. ſi verò ille qui nūc
eſt victor, & ſuper illo emergenti, vel incidenti
fuit victus, veniebat de iure, tunc abſoluen-
dus ab expenſis propter aliquam iuſtam cau-
ſam litigandi, debet iudex in hac diffinitiua ſen-
tentia condemnationem facere ſub hac forma,
& victum victori in expenſis legitimis condem
namus &c. exceptis his quæ factæ fuerunt ſub
tali emergenti, vel incidenti, à quibus propter
iuſtam hinc inde cauſam litigandi, vtranq; par-
tem abſoluimus &c. Et hoc caſu etiam res eſt
clara; ſed ſi iudex in diffinitiua ſimpliciter con-
demnauit victum in expenſis, nec aliud decla-
rauit, & ipſe victus obtinuerat in aliquo inci-
denti, vel emergenti, quamuis hoc caſu ſit ma-
ius dubium, tamen in hoc caſu in taxatione ex-
penſarum nulla debet haberi ratio expenſarum
factarum ſuper dicto emergenti, vel incidenti, in
quo tunc ſuccubuit iſte, qui nunc eſt victor; &
hoc arbitror clarè procedere, quando iudex di-
xit in expenſis legitimis, vt probatur aperta ra
tione; nam iudex ſolum condemnabit in expē-
ſis legitimis; ſed expenſæ quæ fuerunt factæ ſu-
per illo emergenti, vel incidenti per ipſum. nūc
victorem non fuerunt legitimæ, quòd patet,
quia tunc ſuccubuit; ergo patet, quòd non ve-
143 niunt in dicta taxatione, † animus enim eiuſdē
iudicis cognoſcitur ex ipſa verborum prolatio-
ne, vt not. glo. in. l. ſi prætor ff. de iudi. & maxi-
mè cum verba ſententiæ ſint ſtrictè interpretan
da. vt in. l. centeſimis. §. fin. ff. de verbo. obliga.
144 Præterea, & hoc probo, & alia † ratione, quia
paria ſunt expenſas non fuiſſe factas, vel illegi-
timè factas, vt in. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. &
glo. concordantia allegat. Item facit, quia ſicut
ſi iſte plus debito expendiſſet in aduocatis, ꝓ-
curatoribus, & ſimilibus, tales expenſæ non ve
145 nirent, eadem ratione non debent venire † ex-
penſæ factæ in actis ſuperfluis, arguendo de
perſona ad rem. arg. not. in. l. vinum. ff. ſi cer.
peta. Si verò iudex non appoſuiſſet verbum
legitimis, licet videatur maius dubium, tamen
146 arbitror idē eſſe, quia † verba ſunt ciuiliter in-
telligenda; & ſic ſubaudiri debet verbum legi-
timis, vt in. l. ſi is qui. ff. de ſerui. lega. & in. l. pe-
nulti ff. ad exhiben. maximè quia licet verba
ſint generalia; tamen recipiunt interpretatio-
nem paſſiuam à iure communi; quia lex, & ſen-
147 tentia † æquiparantur, vt in. l. ſeruus. ff. de ma-
numiſſ. tenet Ange. in quæſtione quæ incipit
Bononienſis. prope finem primi dubij. Sed
148 quamuis † lex generaliter loquatur, tamen re-
cipit limitationem de habilitate, & legitimi-
tate. vt. l. vt gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de mune-
rib. & honor. Item facit, quia ſicut ſtatutum,
quòd diſpoſuit ſimpliciter, quòd victus victo-
ri condemnetur in expenſis, ſubintelligitur; ſi
modo victus non habet iuſtam cauſam liti-
gandi, ita quòd in caſu noſtro ſubaudiri de-
bet verbum legitimis. Duodecimo quæro,
149 quid ſi † iudex non condemnauit in expen-
ſis. Solu. Innocen. & Hoſtien. & Ioan. Andr.
in. c. 1. ſupra de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. te-
nent, quòd talis ſententia non tenet reſpectu
expenſarum. & hanc etiam opinionem tenuit
Cyn. in. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ.
150 Mouetur, quia iudex non poteſt iudicare † pro
parte, & pro parte non. vt in. l. in hoc iudi-
cio. ff. famil. herciſcun. Sed glo. in. d. l. ter-
minato. tenet contrarium, volens, quòd ta-
lis reſeruatio valeret, & ſecundum hunc mo-
dum intelligit illum tex. ſecundum vnum in-
tellectum, & illam glo. ſequitur ibi Bar. dicens,
quòd



ꝙ de hoc eſt caſus in. d. l. terminato. Item mo
uetur, quia per iſtam pronuntiationem, & reſer
uationem illud quod erat in iudicis officio, in-
151 cipit poſt † hanc pronuntiationem vigore ſen-
tentiæ competere iure actionis, per tex. in. l. ſi
finita. §. eleganter. ff. de dam. infe. & per caſum
in. d. l. terminato. vnde licet antea talis petitio
expenſarum non competeret iure actionis, ſm
ea quæ dixi ſupra in ſecundo princ. artic. tamen
nunc ex ipſa pronūtiatione incipit competere.
Nec obſtat, ꝙ iudex non deberet pronuntiare
pro parte, & ꝓ parte non; quia illud eſt verum,
qñ iudex in omnibus integraliter cognouit, de-
bet de oībus pronuntiare; ſed ſi de aliquo caſu
non cognouit, pōt de illo non pronuntiare. vt
in. l. licet. C. de iudi. Quare ī caſu noſtro, ex quo
iudex non cognouit de expenſis, pōt de illis nō
pronuntiare. ſ. non condemnando, ſed reſeruan
do petitionem. Fatetur tamen Bart. ꝙ alia pra-
ctica, de qua. s̃. dixi, vt fiat condemnatio, & re-
ſeruetur taxatio, eſt communis, & obſeruāda.
Quando autem ſit, ꝙ iudex poſſit pro parte ſen
tentiare, vide qd' latè dixi poſt. D. m. in. c. cum
inter. s̃. de re iud. Et prædictam opin. Bar. ſequi-
tur. D. m. in. c. 1. de ſequeſt. poſſ. & fru. Et etiam
ſentit ibi. d. Ant. & Spec. in tit. de excep. §. viſo.
ver. quid ſi reus. Tertiodecimo quæro, an iu-
152 dex † poſſet reſeruare ſibi condemnationem
iſtarum expēſarum, quæ veniunt ex officio ſuo
ſicut poteſt reſeruare ipſarum expenſarū taxa-
tionem. Sol. Io. Andr. in. d. c. 1. de ſeq. poſſ. &
fru. refert Spec. in. d. §. viſo. ver. quid ſi. tenuiſſe
ꝙ ſic; nam qua ratione poteſt reſeruare taxatio-
nem, eadem ratione videtur reſeruare condem-
nationem; quia poſtea condemnando videtur
condemnatio referri ad tempus reſeruationis.
arg. l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. vbi tex. nota-
biliter dicit, ꝙ teſtator non diſtributo aſſe, ſeu
integra hęreditate, dicit, quem codicillis decla-
rauero, illum hæredem inſtituo, ꝙ ille poſtea
declaratus in codicillis, erit hæres in teſtamēto,
quia hæreditas nō poteſt dari in codicillis. Vn-
de licet poſt ſentētiam diffinitiuam ſimpliciter
latam, non poſſit iudex in expenſis condemna-
re, niſi die latæ ſententiæ, vt in. c. cum appella-
tionibus. de appella. lib. 6. & in. l. iudex poſtea.
ff. de re iudi. tamen ſi iudex reſeruabit ſibi con-
demnationem expenſarum, poterit poſtea cō-
demnare. Præterea ille qui ꝓteſtatur ſe aliquid
facturum, tunc videtur illud feciſſe cum prote-
ſtatur, vt in. c. fina. de appel. Sed Io. And. tenet
contrariam ſnīam in. d. c. 1. per. l. paulus. 1. ff.
de reb. dub. & per prædictū. c. cum appellatio-
ni. & per. d. l. terminato. Et dictum Spec. pro-
153 cedit ſm eū, † in interlocutorijs, in quibus po
teſt fieri reſeruatio condemnationis vſque ad
diffinitiuam, vt plenè tradunt Inno. & docto. in
. c. ſæpe. s̃. de appel. & quod dicam in. 11. princ.
154 artic. Nec obſtat qd' dictum eſt † de proteſta-
tione; quia cum iſte actus non dependeret à iu-
dicis voluntate, proteſtatio nihil operatur. Qd'
autem non depēdeat à iudicis ptāte, patet, quia
finito principali, nō durat iudicis officium, niſi
eadem die, vt in dictis iuribus. Ad prędictam. l.
155 † aſſe. reſpōdet Io. And. ꝙ potius facit pro opi.
ſua, ſic inducendo; condemnatio expenſarum,
debet fieri cū principali, ſicut hęredis inſtitutio
156 in teſtō; ſed † ſi teſtator dicit hæredem inſtituo,
quem in codicillis declarauero, vr̃ eſſe inſtitutꝰ
in teſtamento. Sic & iſta reſeruatio, ſi poſtea
eadem die fiat declaratio, vel condemnatio va-
let, & ad tp̃s reſeruationis refertur. Sed qñ
fieret vltra illam diem, cum iudex vltra non po
tuerit ſibi reſeruare, meritò talis ſnīa nō tenet.
Hanc opin. Io. And. ſequitur. D. m. in. d. c. 1. de
ſeq. poſſ. & fruct. motus, quia iudex non poteſt
per proteſtationem ſuā aliquid diſponere con-
tra legem. arg. eorum quæ not. in. c. cum. M. s̃.
de conſtitut. Nec obſtat deciſio præcedentis
quæſt. quia ſm. D. m. ibi reſeruat ius parti peten
di expenſas, ꝙ non clauditur, ſeu tollitur per la-
pſum diei. hic verò reſeruat condemnationē,
quam non poteſt reſeruare per rationes præal-
legatas. & hęc opin. plus mihi placet. Quarto-
decimo quæro, vtrum iudex in condemnatione
157 expenſarum teneatur † citare partem. Sol. dic,
aut loquimur de expenſis, q̃ veniunt rōne con-
tumaciæ, & non tenetur, vt not. Inno. in. d. c. 1.
de ſeq. poſſ. & fruct. & Cyn. in. l. ſancimus. C. de
iudi. D. m. in. c. 2. & in. c. cōſtitutis. s̃. de procur.
& in. c. 1. ſupra de iudi. Barto. in. l. 3. §. fin. ff. de
re milit. Io. de Imo. in. l. ſi finita. §. iulianus. ff. de
dam. infec. col. 10. Aut quærimus de condem-
natione expenſarum, quæ fit ratione iniuſtitiæ,
& temerarij iudicij. Et hoc caſu diſtinguerem,
ꝙ aut loquimur de condemnatione expenſarū
acceſſoriarum ad pronuntiationem interlocu-
toriæ, vel diffinitiuæ. & hoc caſu ſatis eſt factam
fuiſſe citationem ad diffinitiuam, vel interlocu-
toriam; quia eo ipſo, ꝙ pars citatur ſuper prin-
cipali, intelligit etiā citata ſuper acceſſorio. Aut
ſnīa condemnationis expenſarū fert̃ ſeparata;
quia in lite iudex pronūtiauerit ſuper emergen
ti, vel incidenti, neq; condēnauerit in expenſis;
tñ pōt condēnare quādocunq; ante ſnīam diffi
nitiuā, vel in ipſa diffinitiua ſnīa, vel etiā poſtea
eadem die, vt dixi in præced. q. & dicam in. 11.
princ. artic. & hoc caſu, qñ fertur ſeparatè, facit
158 dubium, quia cū hæc ſnīa ſit † interlocutoria, vr̃
poſſe proferri abſq; citatione, per not. per Inn.
in. c. auditis. & in. c. querelam. s̃. de procur. & ſi
iudex grauat partem, poterit appellare. Quam
etiam opin. D. de Rot. vident̃ tenere deciſ. 92.
Et deciſ. 432. in nouis. In hoc articulo Ange.
in. l. de vnoquoq;. ff. de re iudi. primo allegat
dictam opin. Inno. deinde dicit, ꝙ Inno. in. c.
cum veniſſent. de teſta. tenet, ꝙ interlocutoria
grauaminis non poſſet ferri abſque grauato,
niſi pro cauſa manifeſta. Sed Innocen. ibi ni-
hil dicit de hoc, fortè voluit Ange. allegare in
. c. cum veniſſent. de reſtitut. in integr. in ver.
prohibitionem. Sed tamen Innocen. ibi non
multum clarè loquitur. Hæc tamen opinio vi-
detur plus placere Ioan. de Imo. in dicta. l. de
vnoquoque. & hæc opinio eſt ſecurior. Et
aduerte ſecundum Spec. in tit. de expen. §. ſi. in

ſi. quia tamen iudex condemnat in expenſis ꝓ
contumacia manifeſta, poteſt condemnare ab-
ſentem;& ſic nulla alia facta citatione, & nulla
159 facta litis cõteſtatione;quia nõ in† certis,ſed in
incertis locus eſt coniecturis. vt.l.continuus.§.
160 cum ita.ff.de verb.obl. & quia in†notorijs nõ
eſt iuris ordo obſeruandus.ſ̃.de iureiuran.c.ad
noſtram.3. Aut fieri debet condemnatio ꝓ
contumacia dubia,vt quia neſcit iudex, vtrum
citatio peruenerit ad illum, & an iuſta de cauſa
impeditus venire nequiuerit,& tunc honeſtum
& æquum eſt,ꝙ non condemnetur in expenſis
ſine citatione;quia ſi veniret,& iuſtam abſentię
probaret cauſam, ſententia retractaretur, vt.ſ̃.
de procura.c.querelam. de re iudi. c.cum ber-
toldus.condemnatio tamen tenet, vt.d.c.que-
relam. & ad hoc vide quæ tradit Io. de Imo.in
.l.ſi finita.§.iulianus.ff.de dam. infect. Si ve-
rò quis condemnaretur in expenſis propter li-
teras tacita veritate impetratas, aut quibus ma
litiosè vtitur,tunc hoc cognito, quia iam con-
ſtat de malitia, ſiue de dolo,poteſt ſecundum
Spec.ſine libello,& litis cõteſtatione fieri con-
dẽnatio expẽſarum.ſ̃.de reſcript.c.cæterum.&
c.quia nõnulli. Sed & ſi fieret ꝓpter exceptio-
nem excommunicationis non probatam infra
octo dies ſecundum formam.c.pia.de except.
lib.6. vel quia deficit quis in probatione eius,
ꝙ opponit contra formam electionis, poſtula-
tionis,vel prouiſionis, ſecundum quod tradi-
tur in.c.1.§.adijcientes.de electio.lib.6. in his
caſibus, & ſimilibus dicit Spec. quòd ante litis
conteſtationem, & ſine libello fiet condemna-
tio expenſarum; quia iam conſtat de malitia
condemnandi. Et ſic videtur ſentire, ꝙ fiant
abſque citatione. Et ad prædicta etiam vide
notabile dictum Io.Butriga.in.l.necquicquam.
§.vbi decretum.ff.de off.proconſ.& leg. quod
ſequitur Bal.in.d.l.ſancimus. C. de iudic. vbi
161 voluit, quòd † citatus ad proceſſum,non ſit ci-
tandus ad interlocutoriam, licet eſſet citandus
ad diffinitiuam. Decimoquinto quæro, vtrũ
ſententia condemnationis expenſarum requi-
rat ſcripturam. Sol. Ange. in. l. paulus.1.ff.
de re iudi. dicit, quòd licet in cauſa principali
ſententia deberet ferri in ſcriptis. vt.c.fina. de
re iudi.lib.6. tamen in acceſſorijs, vt expenſis,
& fructibus,poteſt ferri ſine ſcriptis.& ſic dicit
not.Barto.ſecundum eum.in.l.patris, & filij.ff.
de vulg.& pupil.ſub. ſed hoc dictum in lectura
Bar.communiter non reperitur. Ange.tamen
dicit hoc verum, quando condemnatio expen-
ſarum fertur ſeorſum à diffinitiua. aliàs ſecus
cum tunc cenſeretur pars diffinitiuæ.per.l.qui
agnitis.& quod ibi not.ff.de except. Sed dicit
Io de Imo.in.d.l.paulus. quòd imò videtur,ꝙ
non requiratur ſcriptura; quia talis ſentẽtia de
ſe eſt interlocutoria, vt dicam.ĩ.artic.11. ergo
poteſt ferri ſine ſcriptis.& ſufficit, ꝙ redigatur
in ſcriptura apud acta,vt not.in.l.2.C.de appel.
& per glo.& Bar.in.l.titia.ff.de accuſat. Nec eſt
abſonũ,ꝙ cum diffinitiua, feratur aliqua inter-
locutoria, vt eſt tex.cum glo.in.d.l.qui agnitis.

Et quanuis ſit lata ſimul cum diffinitiua,tamen
quia fertur ſuper diuerſo articulo,non eſt abſur
dum,ꝙ de ea ſeparatim iudicetur ab ipſo arti-
lo diffinitiuæ,arg.l.etiam.§.1.ff.de mino. Facit
in argũ,ꝙ habetur in.l.ſcire debemus.ff.de ver
bo.obli. Nec obſtat,ꝙ acceſſorium non debet
cenſeri diuerſum à ſuo principali; quia non eſt
inconueniens, qñ ipſius acceſſorij diuerſa eſt ra
tio.arg.c.debitores.&.c.cum contingit.de iure
162 iur. Item facit,quia† in dubio debemus inter-
pretari actũ,vt potius valeat, quã pereat. per.l.
quoties.ff.de ver.obli. &.l.quoties.2.ff.de reb.
dub. & hoc tenet Io.de Imo.in.l.iudex poſtea.
ff.de re iudi.Et ex prædictis eſt expeditum pri-
mum membrum de condemnatione expenſa-
rum, quæ fit abſque aliqua expreſſione certæ
quantitatis. Secundum membrum eſt,de for
ma condemnationis expenſarum cum expreſ-
ſione certę quantitatis. Circa quod aduerten-
dum eſt,ꝙ hodie hæc forma ſeruatur; quia iu-
163 dex primo cognoſcere debet de†expenſis,adhi
bita cãę cognitione,& facere debet ipſarũ taxa-
tionẽ,conſiderãdo ea q̃ dicam in ſeq.artic.Quo
facto debet ſecundo deferre iuſ̃m parti, vt iu-
ret.ĩ.ſummã taxatam,quãrum expẽdit. Tertio
verò loco ferre debet ſñiam condẽnatoriam ex-
penſarũ, vt in auth.poſt iuſiurãdum.C.de iudi.
& auth.de iudi.§.oportet.colla.6. Facit.c au-
ditis.ſ̃.de procu.& quod not.in.c.pia.de exce-
ptio.lib.6. Dicit tamen Spec.in tit.de except.
§.viſo.ver.quid ſi reus. ꝙ hæc practica non eſt
tuta,quia faciendo taxationem ante ſñiam, iam
videtur propalare motum animi ſui, cõtra quẽ
intendit ſententiare; quod eſt periculoſum,
& contra conſilium.l. vbi. C. de fal. quia eo
ipſo, quòd pars hoc perpenderet, veriſimile
eſt,ꝙ ad impediendam ſententiæ prolationem
omnia quæcũq; poterit, exquireret impedien
tia. Et ideò dicit Io. And.in addi.Spec.in tit.de
expen.§.ſi.circa ſi.quòd eſt* communis opi.ꝙ Com.op.
fiat condẽnatio,& reſeruetur taxatio,ꝙ plus ſi-
bi placet,qñ timeretur de tali impedimẽto; ſed
quando ex perſonarum qualitate ceſſaret huius
timor,ſatis ſibi placet forma ꝓdicta. Sed dicit
D.m.in.c.1.de ſeq.poſſ.& fruc. ꝙ ad euitãdum
hoc periculũ,iudex poſſet examinare,& taxare
expenſas vtriuſq; partis, & deferre iuramentũ
vtrique parti; & poſtea duntaxat condemnare
partem ſuccũbentẽ. Patet igitur ex prædictis,
ꝙ prius debet ꝓmitti taxatio, & poſt iuramẽtũ.
& vltimo condẽnatio, ꝙ tenet glo. in.c.conſti-
tutis.de ꝓcu.3.q.3.§.offeratur.iuncto.c.in pri
mis.2.q.1.& in.c.ſi.de his quæ vi.me. & tenet
Io.And.in.c.ſæpe.de appella. Sed circa ꝓdicta
164 quæro, † quid ſi iudex non ſeruauit prędictum
ordinem,ſed prius recepit iuſ̃m, ſecundo taxa-
uit,& tertio condemnauit,vtrũ valeat talis con-
demnatio. Sol.d.Ant.in.c.1.ſ̃.de ſeq.poſſ. &
fruc.dicit vidiſſe cõſultũ,ꝙ talis ſñia teneat, eo
qđ eſt contra ius partis. Subdit tamen, ꝙ dici
poſſet,ꝙ talis ſñia ſit nulla; quia ex quo delatũ
eſt iuſ̃m,iam notorium eſt ſibi de expenſis; nec
eſt ſibi data ptãs moderandi iuramentũ. Quare
cum



cum iudicet contra notoriũ, ſñia eſt nulla, non
tñ aliquid allegat,ꝙ non poſſit moderari iuſ̃m.
ſed.D.m.allegat tex.in auth. de iud.§.oportet.
coll.6. Tu dic,ꝙ etiã eſt tex.in auth.nouo iure.
C.de pe.iudi.& in auth.ſed hodie.C.de iudi. &
hãc opi. tenet.D.m.in.c.cõſtitutus.ſ̃.de ꝓcur.
& eam videtur ſequi ibi. D. m. in.c.1.ſ̃.de ſe-
queſt.poſſ. dicit, quòd ſibi non placet hoc di-
ctum,vnde placet ſibi,quòd teneat, niſi releue-
tur per appellationem.Mouetur,quia talis lęſio
eſt contra ius partis. Item mouetur per tex.ſm
communem intellectum in.c.3.ſ̃.de eo qui mi.
in poſſ.& ibi vide per eum,& ad tex.in.§.opor
165 tet.reſpondet dupliciter. Primo,quòd†iudex
non habet poteſtatem moderandi iuramentũ.ſ.
quãdo præceſſit taxatio. & ita loquitur ille tex.
quia ex quo ſemel taxantur,& recepit iuramen
tum,non poteſt amplius venire contra, niſi iu-
dex manifeſtè erraſſet in taxando, vt apertè di-
cit Spec.in tit.de expen.§.fina. in princ. Facit
.l.1.C.de erro.calc.&.l.1.ff.quæ ſenten.ſine ap
pella.vnde fortius poterit, quando omnino ta-
xationem omiſerit,& ſubdit, quòd non putat
ordinem illius.§.oportet. vt prius fiat taxatio
ſubſtantificum,ſeu formales; ſed potius de iu-
ſtitia,per ea quæ not.glo. in.c.1.de elect. lib.6.
&.2.q.1.in ſum.&.l.1.C.de appella. & ſic ſen-
tit.D.m. ꝙ quanuis præcedat iuramentum, &
ſequatur taxatio,quòd condemnatio in minus
teneat,ego arbitror poſſe diſtingui tres caſus.
Primus eſt,ꝙ prędictus ordo fuit ſeruatus, ſed
tñ condẽnatio fuit facta in eo,qđ iuratum fuit,
& hoc caſu ſatis æquũ eſt ſeruare opi.primam,
ꝙ ſñia valeret. Secũdus caſus eſt,ꝙ prædictus
ordo non fuit ſeruatus, ſed prius fuit delatum
iuramentum,& poſtea taxatio,& condemnatio
in minus. Et hoc caſu fortè etiã ſuſtẽtari poſſet
prædicta opinio prima per primam reſpõſio-
nem.D.m.ad dictum.§.oportet. caſus tamen
eſt magis dubitabilis. Tertius caſus eſt, quan-
do iudex ſeruauit formam prædictam;quia pri-
mo taxaſſet. Secundo,iuramentum detuliſſet.
Tertio, condemnaſſet, ſed in minus quàm iu-
raſſet. & hoc caſu plus placet.d.Ant.opin.quã
D.m. quia iſtud iuramentum eſt veritatis, non
affectionis;ergo videtur,ꝙ ſententia nõ teneat;
ſic in ſimili not.Inno.& Io.And.in.c.fina.ſupra
quod met.cau.& ſequitur ibi.D.m. vbi dicunt,
166 ꝙ iudex†neceſſitatur proferre ſentẽtiam ſecun
dum iuramentum neceſſitatis, & aliter lata ſen-
tentia non tenet.per tex.d.§.oportet.l.ſi quan-
do.C.vnde vi. vbi tex. dicit, quòd non debet
condemnare in minori quantitate. & hanc opi.
ſecutus fui in.d.c.ſi. Pro qua etiam allegãt tex.
in.d.auth.ſed hodie.vbi tex.in terminis noſtris
formaliter dicit, & in minorem quantitatem
ſententiam ferre non poterit; vnde pondero
167 verbum†poterit,ꝙ de ſui natura importat ne-
ceſſitatem. quod not.glo.in reg.prima. de reg.
iur.lib.6. Item ad hoc allegat tex.optimum in
authen. nouo iure. C.de iudi.vbi tex.dicit poſt
iuſiurandum delatum non licet iudici tardare,
& minus quàm iuratum fuerit condemnare;

vnde pondera copulam &, quæ coniungit taxa
tionem,& condemnationem in minus quã fue
168 rit iuratum,& pondero verbum † licet, ꝙ im-
portat neceſſitatem. Quando enim ſequitur ta-
xatio,& condemnatio in eo qđ iuratum eſt,nõ
videtur hoc prohibitum, ſed tunc videtur hoc
prohibitum,qñ poſtea taxaret,& in minus quã
iuratum fuerit,condemnaret; hoc tamen vide-
tur limitãdum ſecundum doct.in.d.c.fin.vbi iu
dex viderit ſe erraſſe in taxatione; quia tunc po
terit reuocare taxationem, & cõdemnationem
in minori quantitate,& hæc eſt ſingularis limi-
tatio ad iura allegata, de qua dubitat. D.m. in
d.c.ſi. quia iura loquuntur per verba denotan-
tia neceſſitatem,vt dixi. Præterea ratio periu-
rij, de qua in.l.videamus.§.iurare.ff.de in lit.iu
ran.& ibi per Bart.& doct.per quam volunt,ꝙ
poſteaquã taxatum,& iuratum eſt, non poſſet
iudex in minus condemnare,quàm ſit iuratum
per.d.auth. nouo iure. licet in ius vocetur rea-
tu periurij; huius ratio, ſtat etiam in terminis
noſtris,quando iudex erraſſet, licet ſecus ſit in
iuramento affectionis, vbi non poteſt notari
periurium,& ſic ex hac ratione videtur ſequi,ꝙ
ſecus eſt,ſi condemnaret in minori quantitate,
quàm iuratũ ſit. Et ex prædictis habes expe-
ditum hunc nonum articulum,ex quo habes,ꝙ
iudex poteſt condemnare partem in expenſis
in ipſa prolatione interlocutoriæ expreſsè,vel
tacitè per ꝓceſſum ad vlteriora, & qñcunq; an-
te diffinitiuam,& in ipſa ſententia diffinitiua,in
qua poteſt prius condẽnare in expenſis, & poſt
in principali,nec prępoſteratio vitiat,vt eſt tex.
& vbi notaui in.c.cum olim.2.de priuileg. Itẽ
& poſt prolationem diffinitiuæ incontinenti
condemnare in expenſis. & ita ſeruatur, & etiã
ex interuallo, dummodo eadem die, vt.l.pau-
lus.la.1.&.l.iudex poſtea.ff.de re iudi. & adde
quæ dicam in decimo princ. artic. Item habes
ſub quibus formis debeat ſñiare. Circa deci-
169 mum principalem articulũ, in†quo venit exa-
minandum, ad quas expenſas quis deberet cõ-
demnari, & quæ veniant in refectione, & taxa-
tione breuiter dic,ꝙ aut quærimus de ſentẽtia,
qua iudex ſimpliciter condemnat in expenſis,
vt dictum eſt in præcedenti artic. regulariter tñ
non debet condẽnare,niſi ad expenſas factas,&
170 non ad fiendas;quia†tractus futuri tẽporis re-
gulariter non pertinet ad iudicem, vt.l.1.ff.de
vſur.dicit ergo iudex,condẽno Titium in expẽ-
ſis,quas fecit in lite,vel quas docuerit ſe feciſſe,
vt.c.cum dilecti.de do.& contu.&.c.1.de ſeq.
poſſ.&.c.vlt.de eo qui mit.in poſſ. Facit.l.ter-
minato.C.de fruct.& lit.expen.Ideò dixi regu-
lariter,quia quandoq; põt iudex condemnare
ad expenſas faciendas ſub hac forma, condẽno
in faciendis,ſi in probatione defeceris, vt dicit
Spec.in tit.de expen.§.fina.ver.item ſcias. Ad
quod vide quæ dixi in proximo nono præced.
artic. poſt prin.in ver.tertia opin.eſt. Aut loqui
mur de cõdemnatione,in qua iudex debet exa-
minare,taxare,iuramentum deferre,& condem
nare ad expenſas, & clarum eſt, ꝙ non poteſt

taxare,niſi ad factas; quia vt de ſe patet, quòd
nondum factum eſt,taxare, & excuſari non po
teſt. Vnde circa hoc venit examinandum, quæ
expenſæ veniāt in taxatione. Et in primis ad-
uerte circa hoc,quòd ſolum veniunt examinan
dæ,& taxandæ expenſæ,& in illis condemnatio
fienda,in quibus victus non habet iuſtam cau-
ſam litigandi, & ſi in tota lite non habuerit iu-
ſtam cauſam litigandi, totius litis debent exa-
minari expenſæ. Si verò pro parte litis iuſtam
cauſam habuerit,pro illa parte,pro qua non ha-
buit iuſtam cauſam,fiet examinatio expenſarū,
vt latius ſupra dixi in quinto principali artic. in
quarta fallen. & in hac examinatione diſtingue
principaliter duo membra. Primum de expen
ſis contumaciæ,& de his,vt ſæpius dixi iuſtam
amittere,& de ipſis dicā in.c.2.ſ̃.de do.& con-
tuma. Secundum membrum eſt de expenſis,
quæ fiunt in proceſſu litis ab alterutro partium
litigante. Et hic aduerte,quia in omnibus ex-
penſis, ad quas victus venit condemnandus, in
170 primis conſideratur neceſſitas† ipſarum expen
ſarum, & non ſolum neceſſitas, ſed vtilitas,
quæ fit cum moderatione tantum;ergo expen-
ſæ neceſſariæ, & vtiles moderatæ veniunt reſti-
tuendæ. Ita dicit glo.in.c.fina. de do.& contu.
&.c.cum dilecti.eod.tit.&.c.cum veniſſent. de
eo qui mit.in poſſ. vnde qualeſcunq; ſint expen
ſę neceſſariæ,& vtiles, moderatæ, ſiue in aduo-
catis, ſiue in procuratoribus, notarijs, aut ob
aliam cauſam veniūt reficiendę. vt.l.ſancimus.
C.de iudi. Et ſic patet ex prædictis,quòd non
obſtat,quòd minores facere potuiſſet, ſed ſi vi-
ctor aliquas feciſſet expenſas voluntarias, aut
vtiles non moderatas,non poteſt illas petere,vt
dicit glo. prædicta, & probatur in dictis iuri-
bus. Aduerte tamen circa prædicta, quia glo.
in.d.c.finem. habetur diuerſimodè. Quidam
enim habent,quòd neceſſarię, & vtiles ſunt re-
ſtituendæ. quidam enim habent, quòd neceſſa-
riæ veniunt non vtiles, & ſic ponit Io.2.q.1. in
primis.& Vinc.& Inno. in.d.c.fin. pro quibus
facit.d.c.cum veniſſent.in ſi. Sed dicit Io. An.
in.d.c.fin.quòd litera communiter habetur ſi-
ne non, & ſic approbat eam Hoſti. reprehen-
dens ſecundam literā cum non, & ſic negatiuā.
Spec.in tit. de expen.§.fina. ver.& non. tangit
hanc difficultatem,& nihil determinat, ſed Io.
And.in addit. remittit ſe ad not. in.d.c.fina. &
ipſe Io.Andr. dicit, quòd vtraque litera poteſt
eſſe bona; nam ſi intelligeres de vtilibus non
moderatis,tunc litera debet ſtarę negatiuè, &
dicere, & non vtiles. Exemplum,ſi victor ha-
buerit decem aduocatos, quos nec cauſa,nec
qualitas cauſæ, nec loci cōſuetudo requirebat.
Sed ſi intelligeres de expenſis vtilibus, & mo-
deratis,tunc melior eſt litera affirmatiua, quòd
debentur neceſſarię, & vtiles, & ita ſecundum
hanc concordiam Io. Andr. idem eſt effectus
vtriuſque literæ negatiuæ,& affirmatiuę,neceſ-
ſariæ enim expēſæ ſemper includunt vtiles mo
deratas,ſed vtiles non ſemper includunt neceſ-
ſarias,neque etiam vtiles cum moderatione. &
ideò iudex debet illas moderare, & hoc etiam
ſequuntur communiter* docto.d.An.&.D.m. Com.op.
in.d.c.fi. ſubdentes, quòd expenſę debent eſſe
mediocres,& non delicatæ,& ſic vtiles cum mo
deratione. Facit tex.optimus in.d.c.cum dile-
ctus.in fi.vbi papa condemnauit contumacem
non ſolum ad expenſas,ſed ad moderatas,& le-
gitimas; debet ergo iudex circa taxationē ex-
penſarum animaduertere ad quantitatem cum
171 moderatione,† & ad conſuetudinē loci,ſeu iu-
dicij.l.properandum.§.& ſi quędam. C.de iu-
di. & cauſæ quantitatem, maximè in cibarijs,
172 & alijs neceſſarijs. aliter† enim ruſticis, & alijs
perſonis,& aliter mediocribus,& aliter nobilio
ribus prouidendum eſt,ſecundum quòd dicunt
Guid.& Cyn.in.d.l.properandum.§.ſinautem.
& probatur.41.diſt.c.non cogantur. Et eſt ad-
uertendum,ꝙ circa expenſas,quę fiunt in iudi-
cio, aut propter iudicium quatuor poſſumus
173 conſiderare† expēſas pręter damna, quæ quan
doq; quis incurrit propter prouocare, & pro-
uocatum eſſe ad iudicium. Prima ſpecies ex-
penſarum eſt eorum quę fiunt in actis conficiē-
dis,ſeu in cauſa ordinaria,ſeu inſtituenda;vt pu-
ta,in aduocatis, procuratoribus, ſolicitatoribus,
& notarijs; nam tales expenſę ſunt faciēdę aper
tę.vt.C.de iudi.l.ſancimus.&.ff.de var.& extra-
ord.cog.l.1.§.in notarijs. & harum expenſarū
indubitanter ratio habenda eſt,vt dicit Spec. in
tit.de expen.§.fin.ver.in ſumma. Quod intelli-
ge ſecundum regulam ſupra poſitam, vt diſtin-
guat neceſſarias,vtiles, & voluntarias, & vtiles
moderetur. Sed circa hanc ſpeciem dubitat,
174 quid ſi victor † habuit aduocatū gratis, vtrum
debeat condemnari in ſalario, quòd aduocatus
aliàs fuiſſet habiturus, & quòd ſic, quia victor
eſt illi aduocato obligatus ad antidora.vt.l.ſed ſi
lege.§.conſuluit.ff.de peti.hęred. & in.c.cum
officijs.ſ̃.de teſta. Guid.de Suz.in.l.properan
dum.§.ſinautem alterutra.C.de iudi. quem ſe-
quitur Spec.in tit.de expēſ.§.ſed quid ſi victor.
& ſequitur Ioan. Andr. ibi in additio. diſtin-
guit, vtrum ille fuerit patrocinatus animo do-
nandi, & tunc non deberet fieri condemna-
tio ad ſalarium. aut ille patrocinatus eſt ſpe
renuntiationis, & tunc fiet condemnatio, vt
.l. idemquę.§.fina. & .l. ſi verò non remune-
randi.ff.manda. Et idem tenet Io.Andr.D.m.
& docto.in.d.c.finem. & mihi placet. & arbi-
tror idem eſſe de procuratoribus, notarijs, &
ſimilibus perſonis.

## Cap. V. Quod In Dubijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus cauſam,vel opem præſtans bello iniuſto,
deponendus eſt.*
2 *Delicta quæ ſint depoſitione digna.*
3 *Credimus verbum prolatum à legislatore,inducit
diſpoſitionem iuris.*
4 *Clericis, an, & qualiter licitum ſit pugnare: re-
miſſiuè.*

QVOD



QVOD IN DVBIIS. Cleric⁹ cau
1 ſam, † vel opem præſtās bello in-
iuſto deponēdus eſt.h.d. Et pars
iſtius habetur.ſ̃.de renuncia.c. ꝙ
in dubijs, & .ſ̃. de conſe.eccle.vel al.& infra de
ſenten. excom. Primò not. tria delicta depo-
2 ſitione digna, primū, qū † clericus nauē ad pu-
gnam gubernaret, & idem arbitror, ſi duceret
exercitum, tertium, ꝙ ex prædictis clarius pa-
tet, quando per ſe ipſum pugnaret. Secundo
not. ibi enormiter, ꝙ nō pro quolibet crimine
clericus eſt deponendus; ſed pro enormi dun-
taxat. Vnde ponderatur quantitas, & grauitas
delicti ad pœnam imponēdam, ad idem. ſupra
de temp.ord.c.ex tenore. pœna eſt enim com-
menſuranda delicto, ad ꝙ vide, quod dixi in.c.
ad liberandum.ſ̃.de iudæ. in.25.not. Et pon-
dera hunc tex.qui probat,ꝙ pro quolibet enor
mi crimine,cleric⁹ debet deponi. Facit ꝙ dicā
in.c.ſeq. & quę crimina ſint digna depoſitione,
latè tradit.D.m. in.c. at ſi clerici.ſ̃. de iudi.
Ego forte dicam in ti.de ſenten.excom. vel ſal-
tem in.c. nouimus.ĩ. de ver. ſigni. Vltimo
3 not. ꝙ verbum † credimus prolatum à legisla-
tore inducit iuris diſpoſitionem; ad idem.c. 1.
in fin.ſ̃.de poſtula. dixi in .c.per tuas.ſ̃. de ſi-
mo.& in.c.1.de delict. puer. Glo. ſentit con-
trarium, & ſoluit; in fin.gl. dic idem tenet glo.
.7.q.1.c ſciſcitatis. Et aduerte,quia Inno.Hoſt.
& Ioan. Andr. hic, & latius .D. m. attingunt
4 materiam † qualiter clericis licitū ſit pugnare,
vel iuſtis bellis intereſſe,vel arma,& ſimilia aliàs
bellantibus nauibus miniſtrare, & vtrū ſi inde
ſequatur mors, aut mēbri mutilatio, talis cleri-
cus fiat irregularis. Sed tu dic, vt latiſſimè dixi
in.c.ad audiētiam.ſ̃.de homicidio, in ſeptimo
principali articulo.q.64. tradit beatus Tho-
mas ſecunda ſecundæ.q.40.articulo.2. Et vi-
de latè per Ioan. de Lig. in tractatu de bello ſu-
per rubri. quibus licitum ſit pugnare.q. prima
& ver. ſequentibus.

## Capitulum.VI. Tuæ diſcretionis.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus pro magno crimine, non ſolum eſt de-
ponendus, & verbaliter degradandus;
ſed etiam in arctum monaſterium detru-
dendus.*
2 *Alius verbum de ſui natura ſtat implicatiue.*
3 *Latrocinium computatur inter magna ſcelera.*
4 *Latro, & fur differunt.*
5 *Furtum, an grauius ſit delictum, quam rapina.*
6 *Clericus degradatus adhuc remanet ſub iu-
riſdictione eccleſiaſtica, declara tamen, vt
ibi.*
7 *Delicta quę grauia ſint, & quæ grauiſſima,et quæ
leuia.*
8 *Depoſitus, & damnatus ad perpetuum carcerem,
habet teſtamenti factionem.*
9 *Ordinari, an poſſit qui ſemel fuit detruſus.*

TVAE DISRETIONIS. Clerici in
magnis criminibus deprehenſi
poſſunt poſt depoſitionem detru-
di in monaſterium ad agendum
pœnitentiam.h.d. Et ſecunda pars ibi reſpon-
1 demus. Primo not. ꝙ † clericus pro magno
crimine non ſolum eſt deponendus, & verbali-
ter degradandus, ſed præter hanc pœnam eſt
in arctum monaſterium detrudendus ad agen-
dam pœnitentiam. Et aduerte quia ſi eius fuga
timeretur, poſſet in locum arctum ipſius mona
ſterij detrudi, & detineri, argu.c.vt fame.ĩ. de
ſenten.excom. Secundo not. ibi,vel in alijs,ꝙ
2 dictio † alius de ſui natura ſtat implicatiuè, &
facit ſimilitudinem ſecundum, quæ latius dixi
3 in cle.1.de reſcrip. Et † latrocinium computa-
tur inter magna ſcelera adeò quòd non ſolum
propter ipſum clericus deponitur, ſed etiam
in arctum monaſterium detruditur, ꝙ intelli-
gūt hic doctores de latrocinio proprie, quod
differt à furto, nām vt hic dicunt Doctores in
4 plus ſe habet † latro, quam fur, & longe maius
eſt delictum latrocinij, quàm furti. Latro enim
violentia depredatur, fur verò clam, occultè,&
ſine violentia furatur, ad quod vide quæ latius
dixi in.c.2.& in .c.ſuſcepimus.ſ̃.de homicidio.
Et adde quæ dixi in rubri. de furt. vbi tetigi, an
5 grauius † delictum ſit furtum quam rapina. Et
ex prædictis inferunt hic Docto.ꝙ quāuis pro
furto, etiam ſimplici clericus ſit deponendus,
vt in .c.cum non ab homine.ſ̃. de iudi. Non
tamē eſt detrudendus in arctum monaſterium;
quia tex. hic loquens de latrocinijs non debet
extendi ad furtum,ꝙ eſt minus delictum,quod
ſequitur hic Hoſti. & Ioan. Andr. & * commu- Cōm.op.
niter Doctores,& Archid.81.diſt.in.c.presbi-
ter.nec mirum; quia etiam ius ciuile longe gra
uiori pœna afficit latrones, quàm fures, vt in
.l. capitalium.§.famoſos. & .§.graſſatores. ff.
de pœnis. Et in authen. ſed nouo iure. C. de
6 ſeru.fug. Tertio nōt. ꝙ quamuis † clericus ſit
degradatus, tamen adhuc remanet ſub iuriſdi-
ctione eccleſię, ꝙ intellige quādo degradatio
eſt verbalis. Secus ſi eſſet actualis, ſeu realis, vt
in .c. degradatio. eod.tit.lib.6. de quo aliqua-
liter tetigi in.c.at ſi clerici.§.1.ſupra de iudicis.
in vltimo not. dicam latè in .c. nouimus.ĩ. de
verb. ſign. Poſtremo circa tex. vel quòd pro
magnis ſceleribus debet degradari clericus, &
detrudi; ſumpta hinc occaſione .D. m. tractat
7 hic† quę delicta dicant leuia, quę grauia, & quę
grauiora, & quæ grauiſſima, de quo articulo la-
tè tractat Bart. in .l.leuia.ff. de accuſat. Ego di-
co in .d.c.nouimus. ver. dicam, aliàs tractabo,
an ad degradationem, vel depoſitionem actua-
lem, & traditionem, ſeu relaxationem curię ſe-
culari requirantur delicta grauiſſima, vel ſuffi-
ciant grauiora, aut grauia, ꝙ tangit hic .D.m.
Et inter alia dicit hic .D. m. ſingulariter, ꝙ cle-
ricus, qui pro grauiſſimo delicto depoſitus fuit
8 & † damnatus ad perpetuum carcerem, habet
teſtamenti factionem, † quia perpetuus carcer
non imponitur ad pœnam, ſed ad pœnitentiā
peragen

peragendã, vt hic,&.d.c. nouimus.& .c.quan-
uis de pœ. lib.6. Nam ſuccedit loco mortis, di
cit tamen ſe vidiſſe plura conſilia in contrariũ.
Sed tu dic, vt latius,& melius dixi.ſ̃.eo. in rub.
tractat etiam hic .D. m. vtrum iſta detruſio in
monaſterium debeat fieri in perpetuum. Circa
quòd Archid.81. diſt.in.c.dictum. dicit,ꝙ hoc
eſt arbitrarium, & hoc placet hic .D. m. quãuis
tex. 50.diſtin.in.c.ſi epiſcopus. videatur velle,
ꝙ fiat in perpetuũ. Sed plus placet prima opi.
Nam vt hic dicit .D. m. habita conſideratione
ad qualitatem,& quantitatem delicti,Iudex po
terit in perpetuũ, & ad tempus deputare, arg.
.3.q.3. in .§.notandum. & in .l. quid ergo. §.
pœna grauior. ff. de infa.& arg. eorum quæ la
tius dixi de alteratione, & cõmutatione pœnę
in.c.licet.ſ̃.eo. Facit etiam quia, & hodie in
crimine hæreſis pœna detruſionis poteſt in aliã
pœnam commutari, ſi viſum fuerit iudici, vt in
.c. vt officium. de hæret. lib.6. Vtrum autem
9 ille qui ſemel † fuit detruſus poſſit amplius or-
dinari, vel redire ad ſuum ordinem .D. m. hic
remittit ad not. 50.diſt.c.ſi ille. Glo.1.in prin.
ſentit contrarium, & ſoluitur dupliciter, dein-
de format quæſtionem,& ſoluit; dic, vt in ea,&
vt tradit in iuribus in ea allegatis. Glo. fi. ſen-
tit contrarium, & ſoluit. in fi. glo.dic, vt latius
traditur per Doc. & maxime .D. m. in .c. cum
non ab homine. ſ̃. de iudi.

## Capitulum .VII. Conſtitutus.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericis eſt licitum, ſicuti laicis adijcere pœnam in contractibus, ita quòd non ſeruãs cõtractum, teneatur ſoluere pœnam ſeruanti.*
2 *Pœna cõtractus tollitur ex cõtrauẽtione vtriuſq; contrahentis.*
3 *Confeſſio in iudicio, facit plenam fidem contra confitentem.*
4 *Compoſitio poteſt fieri ſuper procuratione debita.*
5 *Pœna contractus, cui applicetur.*
6 *Pœnam ſi partes ſtipulatæ fuerint fiſco, nihilominus fiſcus agere non poterit ad illam pœnam ex illa ſtipulatione, declara tamen, vt nu. 7.*
8 *Pœna cui veniat applicanda, quando partes ſimpliciter poſuerunt pœnam, & non expreſſerunt, cui veniat applicanda.*
9 *Pœna promiſſa ab vna parte, quando intelligatur repetita ab altera.*
10 *Pœnam couentionalem extendere, non eſt noſtrum.*
11 *Argumentum de tempore ad rem, & ad perſonam valet.*
12 *Pœnam à non ſeruante, an poſſit petere, qui pactum obſeruat.*
13 *Contraueniri, an poſſit abſque metu pœnæ, cui fides non fuit ſeruata.*
14 *Violentia ſecunda confundit primam.*
15 *Coniuges ſi promiſerunt continentiam, licet alter non obſeruet, tamen alter tenetur obſeruare.*
16 *Delicta paria compenſatione mutua tolluntur.*
17 *Obligationes, quãdo non reſpectiuãtur adinuicem, an liceat uni cõtrauenire, ſi alter cõtraueniat.*
18 *Et quando reſpectiuantur adinuicem, & non conſtat quis prius contrauenerit, quid dicendum reſpectu contrahentium. Et quid reſpectu tertij, cui pœna veniat applicanda, nu. 19. Et quid ſi cõſtat, quis prius cõtrauenerit, nu. 20.*
21 *Promiſſio reſpectiuata, videtur habere tacitã cõditionem rebus ſic ſtantibus.*
22 *L. ſemel mora. ff. ſolu. matri. declaratur.*
23 *L. 2. §. qui hoc dicit .ff. de adult. declaratur.*
24 *Doctor, qui promiſit legere pro certo ſalario ſoluendo certis temporibus, ſi non ſoluatur dictis temporibus ei ſalarium, poteſt deſiſtere à lectura, declara tamen vt ibi.*
25 *Pacem ſi duo fecerunt, & eodem tempore ipſam fregerũt, nec apparet quis prius fregerit, neuter tenetur.*
26 *Pœna per ſecundum contrauenientem, amplius nõ committitur.*
27 *Prouocat⁹ ſi quis voluit ſe vlciſci ignoſcẽdũ eſt ei.*
28 *Sententię, aut tranſactioni contraueniens ex noua cauſa, non dicitur contrauenire.*
29 *Pacem frangere non dicitur, qui furatur rem, vel adulteratur vxorẽ eius, cũ quo fecit pacem.*
30 *Pœnam ſtipulatus ſibi tertius in caſu contrauentionis, an poſſit petere à primo contrauenien te. Et an à ſecundo contrauenientc, nu. 31.*
32 *Pœnam à primo cõtrauenientc, an poſſit ſecundus contraueniens petere diſtinguendo, vt num. .33. & nu. 34.*
35 *Pœnam licet regulariter non incurrit, qui poſt primam contrauentionem contrauenit. Fallit tamen, quando primus ſoluit pœnam, quia habetur loco obſeruantis cõtractus, nu. 36.*
37 *Fallit ſi contractui adiecta ſit clauſula rato manente pacto, & quòd pœna toties committatur, quoties fuerit contrauentum, declara tamen, vt num. 39. Fallit etiam in tregua, num. 41.*
38 *Pœnarum hinc inde debitarum fit compenſatio ipſo iure.*
40 *Commodum non debet quis conſequi ex eo, quod eſt nixus impugnare.*
42 *Pœna, & intereſſe, an poſſit peti a parte, quæ obſeruauit.*
43 *Pœna adijcitur loco intereſſe, declara tamen, vt num. 44.*
45 *Pœna, & res ſimul, an poſſint peti ab obſeruãte, Et quid ex clauſula iudicati in arbitris, nu. .46. Et quid in interlocutoria, nu. 47.*
48 *Pœna, an pluries poſſit peti ab eo, qui pluries contrauenit. Et quid ſi*
49 *Pœna non petitur loco intereſſe, & agitur ex diuerſis cauſis. Et*
50 *Quid ſi agatur, ex eodem contractu, & non fuit adiecta clauſula rato manẽte pacto. Et quid ſi dicta clauſula, eſt etiam adiecta ad pœnam, num. 52. Et quid ſi dictum ſit, toties, quoties, nu. 53.*
51 *Stipulatio pœnalis non dicitur propriè contractus.*
54 *Pœna, quando inſequitur loco intereſſe, an poſſit peti pluries, à pluries contrauenientę, & diſtingue, vt nu. 55. 56. 57.*



CONSTITVTVS. Si vterq; contrahentium venit contra contractum, neuter ex ipſa contrauentione pęnam inuicem promiſſam exigere poteſt. h.d. primo diffinit, ſecũdo diffinitionis cauſam interſerit, ibi, cum tamẽ. Not.
1 primo, † quòd licitum eſt, etiam clericis, adijce-
re pœnam in contractibus, ita quòd non ſeruãs
contractum teneatur pœnam ſoluere ſeruanti
ipſum contractum. Et probat iſte tex. quòd
etiam clerici poſſunt talem pœnam exigere, &
de his latius. ĩ. poſt glo. Not. ſecundo, quòd
2 ex † contrauentione vtriuſq; partis tollitur in
effectu pœna contractus. quod qualiter intel-
ligatur latius infra dicam. Tertio not. ꝙ con-
3 feſſio † in iudicio facta, plenam facit fidem con
tra confitentem, de quo hic in glo. 1. & latius
per Doc. in.c.fin. ſ̃. de confeſſ. Vltimo not. ꝙ
4 ſuper procuratione † poteſt interuenire cõpo-
ſitio. Qdʳ intelligunt quidam de procuratione
debita ex conſuetudine, vel priuilegio ſpeciali.
Secus ſi debita ſit de iure communi rõne viſita-
tionis, vt in .c. venerabilis .ſ̃. de cenſi. Hoſti.
tamen hic quem ſequitur Ioan. Andr. voluit,
quòd etiam poſſit fieri compoſitio ſuper pro-
curatione debita ratione viſitationis, argu. c.
conſtitutus. ſupra de relig.dom.& ſequitur hic
.D. m. remittens, ſe ad not. in .c. cũ ex officij. ſ̃.
de præſcrip. & ad.c.exigit.&.c.felices.de cenſi.
lib.6. Glo.2.opponit primo, ꝙ ille cui primo
fuit facta fides promiſſionis, poſſit petere pœ-
nam, non obſtante, ꝙ ipſe contrauenerit; dein-
de ſecundo glo. arguit in cõtrarium, & tandem
ſoluit. In fin.glo.dic, ꝙ decretalis noſtra poni-
tur ſub hac rubri. de pœnis. & loquitur de pœ
na conuentionali. Idcirco pro aliquali noti-
tia ipſi⁹ materię examinabo infraſcriptas quę-
ſtiones. Prima erit, cui debeat applicari pœna
contractus. Secunda, vtrum ſeruãs fidem poſ-
ſet petere pœnam à non ſeruãte. Tertia, vtrum
ille cui fides non eſt ſeruata, poſſit abſq; metu
pœnę fidem non ſeruare, & contrauenire.
Quarta, vtrum partes ommiſſa pœna poſſint
petere intereſſe ratione contrauentionis, & an
pœnam, & intereſſe poſſint petere. Quinta,
vtrum poſſint petere rem, & pœnam. Sexta,
vtrum ab eo, qui pluries cõtrauenit, poſſit pœ
na pluries peti. Primo igitur quæro, cui appli
cetur pœna cõtractus. Sol. dic, quòd aut pars
5 expreſſe conuenit, cui † pœna appoſita ex
contrauentione veniat applicanda, aut ſimpli-
citer appoſita fuit pœna non ſeruãti. Primo ca
ſu dic, ꝙ aut contrahentes fuerunt ad inuicem
ſibi pœnam ſtipulati ex contrauentione alteru-
trius, & res eſt clara, quòd pœna debetur à con
trauenientealteri contrahenti, qui fidem ſer-
uat, argu. tex. noſtri. & .c. ſuam. ĩ. eo. &.l. qui
fidem. ff. de tranſact. Aut contrahentes pœnam
ex contrauentione fuerunt ſtipulati alteri, &
tũc, aut ſumus ĩ caſib⁹ in quibus licitũ eſt alteri
ſtipulari. de quibus in .l. ſtipulatio iſta. §. alte-
ri. ff. de verb.obli.& inſti. de inutil. ſtip. §. alte-
ri. & tunc debebĩt. aliàs ſecus. Et aduerte ſin-
6 gulariter circa hoc, quòd etiã ſi partes † ipſam
pœnam, vel pœnæ partem fuiſſent ſtipulatę fi-
ſco, vel communitati ſimpliciter, ꝙ nihilomi-
nus fiſcus, vel communitas ad illam pœnã age-
re non poteſt ex huiuſmodi ſtipulatione, vt ſin
gularitet voluit Bar. in.l.1.ff.de iure fi. Et pro-
bat expreſſè in.l. arbiter intra certũ. ff. de arbi.
& ibi etiam tenent Docto. & ſequitur Ludo.
Pon. in .l. 2. § item ſi in facto .ff. de verb.obli.
quod perpetuo notabi. quia quotidiè contra-
hentes dicũt, ꝙ promitũt ſeruare contractum,
ſeu compromiſſum, vel laudum ſub tali pœna
cuius medietas ſit cõmunitatis, & alia medietas
ſit ipſius ſeruãtis. Et ita obtinui de facto in q̃-
ſtione, ꝙ cõmunitas non poſſit illam medieta-
7 tẽ petere, niſi † notarius, tanquã publica per-
ſona fuerit ſtipulatus dictam pœnam nomine
dictę communitatis, per ea quæ notantur in.d.
.§.alteri. Et idem ego arbitror, ſi partes fuiſ-
ſent ſtipulatæ hinc inde dictam pœnam ſuo, &
communitatis nomine, nam tunc communitas
ratificando dictam ſtipulationem, poſſet illam
pœnam, vel partem pœnæ petere à contraue-
niente, argu. reg. ratihabitionem. de reg. iur.
lib.6.& ꝙ not. Io de Imo.in materia cõfeſſio-
nis.in.c ſi.cautio. de fide inſtr. Secundo caſu,
8 quãdo † partes ſimpliciter poſuerunt pœnam,
nec expreſſerunt cui veniret applicanda.
Exemplum, quando dixerunt, promittimus
ſeruare prædicta, ſub pœna centum florenorũ.
Et hoc caſu dic, ꝙ pœna contrauenientis venit
applicanda alteri parti fidem ſeruãti, vt proba-
tur expreſſè in .l. ſi quis maior. in verbo itaq;
iuncto ver. pręce. C. de tranſac. Tenet Lodoui.
Ponta. in .d.l. 2. § item ſi in pacto .ff. de verb.
obli. Et aduerte circa prędicta; quia ſi ab alte-
9 ra parte tantum † pœna fuit promiſſa, dubita-
ri poſſet, vtrum intelligatur etiam repetita ab
altera parte. Exemplum, locauit quis rem ſuã,
vel in emphiteoſim, vel in feudum conceſſit,
conductor emphiteoticarius, vel feudatarius,
ſub pœna millæ promiſit fidem ſeruare, vtrum
hæc eadem pœna intelligatur repetita, etiam in
perſona ipſius locatoris, vel dñi in quantum
ex parte ſua non ſeruat contractum. Bal. tan-
git hanc quæſt. in .c.qual. domi. propr'e. in vſi
bus feudo. & per illum tex. arguit, quòd in-
telligatur repetita. ad quod etiam allegat not.
in .l. fina. C. de indi. vidui. Sed tamen ipſe
Bal. in contrarium decidit, quòd non intelli-
10 gatur repetita; quia non eſt † noſtrum pœnam
conuentionalem extendere. ff. de fideiuſ.l. fide-
iuſſores magiſtratuũ. §. pro aurelio. Sicut enim
pęna non extenditur de tẽpore ad tẽpus, vt in.l.
epiſtola. ff. de pac, & in .l. ſi cũ hermes. C. loca.
Ita nec de re ad rem. nec de perſona ad per-
ſonam, argu. ff. de mili. teſta. in.l. miles ita hæ-
redem. §.& quia diximus. Non obſtãt cõtra-
11 ria; † quia loquuntur in pœna legali. & .l. fin.
loquitur in correlatiuis. Secundo quæro,
vtrum

12 vtrum † ſeruans fidem, & contractum ex parte
ſua, poſſit petere pęnam à nõ ſeruante. Sol. dic,
quòd ſic, argu. tex. noſtri. & probatur etiam in
.l. qui fidem. ff. de tranſac. facit etiam .c. ſuam.
infra eo. Et hoc videtur procedere non ſolum
in laicis; ſed etiam in clericis ſecularibus. Et
non ſolum in clericis ſecularibus; ſed etiam in
clericis regularibus, argu. tex. noſtri, qui à con-
trario probat, quòd iſti Abbas, & fratres po-
tuiſſent petere pœnam ab Epiſcopo contraue-
niente, ſi ipſi non contrauenirent. Et iſta eſt
Cõm. op. *communis concluſio. Et vide, ꝙ dicam in .c.
ſuam .ȷ̃. eo. Prædicta tamen procedunt, quan-
do pœna non eſſet appoſita in fraudem vſura-
rum. de quo dic, vt latius dicam in .d. c. ſuam.
13 infra eod. Tertio quæro, vtrum ille † cui fi-
des nõ eſt ſeruata poſſit abſq; metu pœnę, etiã
ipſe contrauenire, & fidem non ſeruare. Et glo.
noſtra fin. hic arguit primo ꝙ ſic. & ꝙ ſolus
primus incidat in pęnam, per iura in glo. allega-
ta. Pro quo ẽt facit .l. 1. §. ſed ſi is cui. ff. de ope.
no. nun. & .l. 2. §. idẽ ait. ff. ne quid in loco pub.
& .l. cũ pater. §. libertis. ff. de. lega. 2. Deinde gl.
ſecundo loco allegat in contrariũ, ſentiens, ꝙ ſi
ſecũdus ẽt contraueniret, ipſe ſecundus cõtra-
ueniens ſolum teneatur ad pœnam, & non pri-
mus. Pro quo etiã facit tex. in .l. ſemel mora. ff.
ſol. matri. & quod in ſimili dicimus. in .l. ſi quis.
ad ſe fundũ. C. ad .l. iul. de vi. & .l. qui poſſeſſio-
nem. ff. de vi, & vi arma. in quibus dicitur, quòd
14 ſecunda † violentia confundit primam, & ipſi[*]
effectum. Sed, & tertio argui poſſet, ꝙ vterq;
teneatur, & vterq; poſſit agere ad pœnam, per
tex. 33. q. 5. c. ꝙ Deo pari. vbi dicitur, ꝙ ſi ma-
15 ritus, & vxor † promiſerunt continentiam, li-
cet alter non obſeruet, tamen alter tenetur ſer-
uare, & ſi non ſeruat, incidit pariter in laqueũ.
Facit etiam ad hoc .l. 2. §. qui hoc dicit. ff. ad .l.
iul. de adul. Sed & quarto in contrarium facit
ille tex. quòd neuter poſſit agere, & in hoc vl-
16 timo reſidet glo. eo quòd † paria delicta mu-
tua compenſatione tolluntur, vt in iuribus alle-
gatis in glo. Sed glo. noſtra aliter non reſpon-
det ad contraria. Quare tu pro clara intelligen-
tia præſentis quæſtionis, & iurium prædictorũ
diſtingue, ꝙ aut promiſſiones factæ hinc inde
non reſpectiuantur ad inuicem, aut reſpectiuã-
tur. Primo caſu poteſt figurari exemplum,
17 promiſi † tibi ſcribere librum ſimpliciter, &
tu ſimpliciter, nõ per reſpectum ad promiſſio-
nem meam, promiſiſti ire Romam, vel aliquid
aliud dare, vel facere, & hoc caſu, licet tu non
adimpleas ex parte tua, tamen teneor adimple
re ex parte mea. Et ſic non ſeruanti fidem,
nihilominus teneor fidem ſeruare. aliàs au-
tem inciderem in pœnam. Et ſi iuraſſem,
eſſem periurus. Et iſto modo poteſt intel-
ligi. C. quod Deo pari. allegatum ſupra pro
contrario. & .d. l. 2. §. qui hoc dicit. Nam ibi
quælibet promiſſio fuit ſimplex reſpectu Dei,
& nõ reſpectiuata ad promiſſionẽ alterius. Ar-
bitror, tamẽ, ꝙ ſi pœna hinc inde eſſet in quã-
titate, & vterq; cõtraueniſſet, admitteretẽ ad in-
uicem compenſatio vſq; ad concurrentẽ quan-
titatem, per .l. fin. C. de compenſa. & inſti. de
act. in .§. ſed noſtra conſtitutio. Secundo ca-
18 ſu, quando obligationes † reſpectiuãtur ad in-
uicem, poteſt figurari exẽplum in tex. noſtro,
& hoc caſu ſubdiſtingue, ꝙ aut conſtat, vtrũq;
contraueniſſe; ſed tamen non conſtat quis
primo contrauenerit, & tunc neuter tenetur ad
pœnam; ex quo incertum eſt, quis primo con-
trauenerit. Et ita procedat tex. in .l. cũ pater.
.§. libertis .ff. de leg. 2. & quod ibi not. Bar.
& ꝙ not. glo. in .l. 1. §. cum arietes. ff. ſi qua. pau.
fe. di. & quod in ſimili dixi in .c. ſi bos, ſupra de
iureiuran. & quod not. in .l. ſententiam .§. cũ
ſtramẽta .ff. ad .l. aquil. & hanc opi. ſentit Bar.
in .d. §. libertis. & ſequitur Ponta. in .l. ſemel
mora. ff. ſolu. matri. Facit ꝙ not. Ioan. Andr.
in addi. Specu. in titu. ſuper rub. de treg. & pa.
in fin. Quod ego arbitror verum, reſpectu
pœnæ applicãdæ ipſis cõtrahentibus, quia vo-
lens agere ad pœnam, debet intentionem ſuam
19 fundare, ꝙ alter primo contrauenerit. † Secus
reſpectu pœnæ applicandæ cuidam tertio, ſeu
reipublicæ, vel fiſco, eo caſu, quo ſtipulatio al-
teri facta valeret, ſecundum quod ſupra dixi
in prima quæſt. Nam hoc caſu ille tertius
agere poteſt ad pœnam contra vtrunq;; quia
clarum eſt vtrumq; contraueniſſe, & ſic in
pœnam incidiſſe. vnde iſte tertius habet fun-
datam intentionẽ ſuam. Et ſi aliquis prædicto-
rum vellet ſe defendere, ꝙ ſibi licuerit contra-
uenire, ex eo, quòd alter prius contrauenerit,
debet hoc probare. Cogitabitur, quia nũc ve-
nit in mẽtem. Faciunt quæ dixi, ſi rectè memi-
20 ni, in .c. 1. s̃. de iniur. Secundo caſu, † quando
conſtat quis primo contrauenerit, diſtingue,
quòd aut quęritur, an ſecundus contraueniens
poſſit conueniri ad pœnam occaſione ſuæ con-
contrauentionis. Aut quæritur, vtrum ſecun-
dus contraueniens, poſſit non obſtante ſua cõ-
trauentione petere pœnam à primo contraue-
niente. Primo caſu conclude, quòd ſecundus
contraueniens non incidit in pœnam, per tex.
in reg. cum par. §. illi. ff. de re. iur. vbi tex.
dicit, ꝙ illi permittitur pœnam petere, qui in
ipſam non incidit; ſed ille qui primo cõtraue-
nit, iam incidit in pœnam, ergo &c. Facit. c.
fruſtra, & quod ibi not. Ioan. Andr. de re. iur.
lib. 6. Item facit, quia iſte ſecũdus licitè vide-
tur contraueniſſe ex fide ſibi non ſeruata, vt in
.c. 3. s̃. de iureiur. & in .l. cum proponas .C. de
pact. & in .l. ſi inſtituta. ff. de inoffi. teſta. Prę-
21 terea prædicta † reſpectiuata promiſſio vide-
tur habere tacitum intellectum, & conditionẽ,
videlicet, rebus ſic ſtantibus, & altero fidem
ſeruante, & noua cauſa non ſuperueniente al-
teruter tenetur fidem ſeruare, argu .c. cum
inter .s̃. de renun. & .l. quæro. §. inter locatorẽ
.ff. loca. & ꝙ tradit in .l. ꝙ ſeruius. de con. cau.
data, & ibi per glo. & in .l. quidam cum filium
de ver. obl. & in .l. ſi patronus. ff. de bo. libe. Sed
altero prius offendente, res non pẽderet in eo-
dem ſtatu, & noua cauſa ſuperuenit, ergo &c.
Facit



Facit etiam, quòd not. Bar. in .l. qui ſeruum. ff.
de verb. obl. & ꝙ not. in .l. cum proponas la .2.
.C. de pact. & ꝙ not. in .l. qui officij. in fin. ff. de
contrahen. emp. Et prædictam opi. ꝙ ſecun-
dus non incidat in pœnam, tenent Dy. & Bald.
& ſequitur Io. de Imo. & Ponta. in .l. ſemel mo
ra. ff. ſolu. ma. Non obſtant iura allegata in
primo loco; quia illa iura non loquuntur de
pœna conuentionali, & eodem modo poteſt
22 reſponderi ad dictam .l. † ſemel mora, vel dic,
vt ibi, non obſt. l. ſi quis à ſe fundum, cum ſimi-
libus; quia loquitur, quò ad tollendum reme-
dium iuris, vel vbi ſecundus actus eſt talis, ꝙ in
totum abſorbet, vel conſumit primũ. nõ obſt. l.
23 .2. §. † qui hoc dicit de adult. quia loquitur
de publicis; ad quod vide quę latius dixi in .c. 1.
ſupra de iniur. Et pro hac etiam deciſione, fa-
ciunt ea quæ ſtatim dicam in deciſione. quæſt.
fractæ pacis, & per p̃dicta decidit̃ primo queſt.
24 de † Doctore, qui promiſit legere pro certo ſa-
lario ſoluendo certis temporibus. Nam ſi con
uentis temporibus non ſoluantur, licitè poteſt
abſq; metu pœnæ promiſſę deſiſtere à lectura,
argu. prædictorum. iuncta .l. iul. §. offeri. de
acti. emp. Aduerte tamen, quia deſiſtens à le-
ctura, non poteſt petere ſalarium pro tempore
quo non legit; quia ad hoc, vt ipſe poſſit petere,
debet adimplere contractum ex parte ſua. Et
ita fertur determinaſſe Albericum de Roſate,
per .l. ædiles in fin. ff. de ædil. edic. & ſequitur
.D. m. in .c. 3. s̃. de iureiuran. de quo etiam ibi
tetigi, & vide limitationem, quam ibi poſui.
Item per prædicta deciditur quæſtio A, & B.
25 ad inuicem fecerunt † pacem, & ſub certa pœ-
na promiſerunt illam ſeruare, ſeu non venire
contra. Nam ſi quidam eodem tempore pacẽ
fregerunt, vel non apparet quis primo fregerit
neuter ad pœnam teneretur, quòd tamen limi-
ta, vt ſupra dixi niſi pena deberet̃ tertio; ſed
ſi apparet quis primo contrauenerit, ille ſolum
tenetur ad pœnam, hoc tenet Ioan. An. in addi.
Specu. in tit. de treg. & pa. in rubr. in fin. quia
ex quo pax rupta fuit, per primum non poteſt
amplius rũppi per ſecundũ, & in .d. l. cum pro-
ponas, & in .l. ſi quis maior. C. de tranſac. Fa-
cit quòd not. in .l. ſiue apud acta. eo. tit. & quòd
not. in .l. ſi inſtituta in prin .ff. de inoffi. teſta.
26 Et ideò † pœna per ſecundum contrauenientẽ,
amplius non committitur, arg. ff. de arbi. in .l.
ſi duo. §. 1. Et hanc opi. tenet Bart. in .l. cum
pater. §. libertis. ff. de lega. 2. & in .l. ſi ſeruum.
§. ſequitur & ibi Io. de Imo. & Raphael. ff. de
verb. oblj. & Bal. in .l. qui fidem .ff. de tranſac.
per Cyn. Bal. & Pau. de Caſtro. in .d. l. cũ pro-
ponas. Sentit Bal. in .l. vt vim. ff. de iuſti. & iur.
& Pet. in .l. petens. C. de pact. & etiam Bal. ibi,
ſecundum aliquas lec. pro qua deciſ. facit .l.
qui cum natu maior. §. ſi libertus. ff. de bo. libe.
27 vbi tex. dicit, ignoſcendum eſt ei, † qui prouo
catus voluit vlciſci. Ad qđ vide, ꝙ dixi in .c. 1.
s̃. de iniur. Item facit, quia non põt dici, ꝙ il-
le qui ſecundò offendit videatur rumpere pa-
cem, cum iſta offenſa non inferatur ex antece-
denti cauſa; ſed ex cauſa ſuperuenienti, quia
alter pacem fregit, per ea quę ſupra dixi, facit
quòd not. Bal. in .l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœ-
nis. Item facit, ꝙ in ſimili dicimus de ſenten-
tia, & tranſactione, ꝙ quis non dicit̃ contra il-
las venire, ſi venit ex noua, & nõ ex anteceden-
ti cauſa, de ſentẽtia habet̃ in .l. cum quęritur .ff.
de excep. rei iudi. cum ſimilibus, & de tran-
ſactione habetur in .l. ſi de certa, & quòd ibi
not. C. de tranſac. & in .l. ſi ita quis. ff. de ver.
oblig. & hoc ſequitur Bal. c. 1. de pac. te. in vſi-
bus feudorum. pro quo etiam facit, ꝙ not. Bar.
in .l. verum. ff. de. fur. vbi dicit, ꝙ per adulteriũ
29 cõmiſſum † in vxorem illius cum quo firmata
eſt pax; aut per furtum illi commiſſum, non di-
citur eſſe pax fracta, cum hęc nõ fiant cauſa rei-
terandi inimicitiam iam ſopitam; ſed vnum li-
bidinis habitæ explendæ cauſa; alterum lucrãdi
cauſa factum videtur. Facit quod not. in .c. cũ
voluntate. ȷ̃. de ſen. ex. & in .l. qui iniuriæ. ff. de
furtis. & hanc opi. etiam tenet Ponta. in .d. l.
ſemel mora. Sed aduerte circa prædicta; quia
etiam nunc venit in mentem quid iuris ſi par-
tes, quæ promiſerunt pacem, vel fidem ſerua-
re fuiſſent ſtipulatæ pęnã alteri, eo caſu quo po-
potuiſſent ſtipulari, vtrum, ꝙ ſtatim dicta ſunt
vendicent ſibi locum. Circa ꝙ arbitror dicen
dum, ꝙ aut quærimus de primo offendente,
30 & indubitate dicerem † ꝙ non obſtante ſecun-
da offenſione facta per alteram partem poſſet
ille tertius pœnam petere, eo quòd per factum
ipſius ſecundo offendentis non debet præiudi-
cari iuri quæſito illi tertio, per regu. id ꝙ noſtrũ
.ff. de re. iur. & reg. non debet aliquis de re. iur.
lib. 6. Et quia non eſt quid compenſetur cum
ipſo tertio, qui nihil commiſit reſpectu pœnæ
eidem quæſitæ, ſed reſpectu ſecundi offenden
tis, vtrũ ille tertius † ab iſto ſecundo offenden-
31 te, vel contrauenienite poſſit pœnã petere, vide-
tur dicendum quòd ſic; nam ſicut ſecũdo offen
dens, non excuſatur à pœna debita reipublicæ
occaſione delicti ſui; per ea, quę dixi in .c. 1. s̃. de
iniuri. & in .l. 2. §. qui hoc dicit. ff. de adul. & in-
fra ſubijciam; ita nec videtur excuſari à pœna
debita ipſi tertio. In contrarium tamen fa-
ciunt ferè omnia argumenta ſupra formata,
nam ex quo alter ſibi fidem non ſeruauit, vi-
detur, quòd licuit ipſi etiam contrauenire, per
.c. 3. ſupra de iureiuran. & not. in .d. l. cum
proponas. & per ea quę ſupra dicta ſunt. Et
hoc videtur eſſe magis iuſtum, & rationabi-
le. Facit in contrarium; quia ex quo ille pri-
mus contraueniens, tenetur ad pœnam ſoluen-
dam tertio, cui promiſſa eſt, perinde videt̃ ha-
bendum, ac ſi fidem ſeruaſſet, per ea quæ dicã
infra in ſequenti caſu in prima fallentia, ergo
non videt̃ huic licitum, ſecundo contrauenire,
& per conſequens contraueniendo videtur in
pœnam incidere; cogitabis quia ex tempore
32 dicta ſunt. Secundo caſu cum † quæritur, vtrũ
ſecũdo offendens, ſeu contraueniens poſſit pe-
tere pœnam à primo offendẽte, tex. noſter ex-
preſſè decidit ꝙ non, quem tex. dicit Ponta in
.d. l.

.d.l.ſemel mora. ad hoc eſſe valde ſingularem,
& quòd aufert materiam decidendi cōtrarium,
nec plus dicit. Arbitror, ꝙ intendat, ꝙ huic
deciſioni multa poſſent obſtare, & maxime,
quia ex quo huic primo offenſo quæſitum eſt
ius ad pœnā, & ipſe mediante iuris diſpoſitio-
ne non teneatur amodo quidam ſeruare; ſed
poſſet contrauenire per allega.c.3. & .d.l. cum
proponas. meritò non videtur incidere in ali-
quam pœnā, argu.l. gracchus.C.de adul. Ego
arbitror poſſe diſtingui, ꝙ aut per ſimilē actū
33 factum per ſecundum † non dicitur quis feciſ-
ſe contra fidem promiſſam, Exemplum, ſi duo
fecerint pacem, & inuicem ſuper certa pœna
promiſerunt eam ſeruare, ſeu ipſam non fran-
gere, & vnus ipſorum alterum offendendo fre-
git pacem, & ſic incidit in pœnam. Nam ſe-
cūdus offendendo, non dicetur fregiſſe pacem.
& ideò petere poterit pœnam à primo offen-
dente. Nam cum ipſe non incidat in pœnam
cōtractus, quia iam eſt fracta pax, meritò non
eſt quid compenſetur ſecum. Tenebitur tamē
ille ſecundus reipublicæ ad pœnam delicti, ſe-
34 cundum ea quæ ſupra dixi. Aut † ille ſecundus
per actum quem facit dicitur cōtrauenire pro-
miſſioni per ſe factę, Exemplum poteſt figu-
rari in tex. noſtro, vel in duobus facientibus pa
cem, qui promiſiſſent amplius ad inuicem nō
offendere ſub certa pœna, & hoc caſu tex. eſt
expreſſus; quia ſecūdus cōtraueniens non po-
terit petere pœnam à primo contrauenıente.
Et fortè poteſt deciſionis ratio aſſignari; quia
ſicut ille qui fidem ſeruaſſet, nec ſecundo loco
contraueniſſet, non poteſt petere à primo con
trauenıente rem, & pœnam, per ea quæ infra
ſubijciam, ita nec iſte ſecūdus contraueniens,
& volens vti priori potentia, non debet petere
poſſe illam pęnam. Item quia ſi primus con-
trauenıſſet, & pęnam ſoluiſſet, non poſſet alter
abſq; metu pęnæ cōtrauenire, vt ſtatim dicam,
ita nec in caſu noſtro, non debet iſte ſecundus
contraueniens, cuius contrauentio habetur lo-
co pęnæ non ſolutæ per eum, non debet poſſe
petere pœnam a primo contrauenıente. Cogi-
tabis. Et aduerte, quia quod ſupra dixi, quòd
propter contrauentionem primi, poteſt alius
cōtrauenire abſq; metu pœnę, eſt regulare. Sed
35 fallit † in pluribus caſibus. Primo fallit, quādo
primus contraueniens ſoluiſſet pœnā, quia pę-
nę ſolutio ſecundum eum habetur loco reſer-
uationis ipſius cōtractus. & ideò tanquam ſer-
uans contractum agere poterit contra ſecundū
contrauenientem, aut offendentem. hoc tenet
Bal. & ſequitur Pau. de Caſtro in. d. l. cū pro-
ponas .C. de pac. & fuit not. Pe. de Bellaperti.
36 in.l. petens .C. de pac. qui mouetur, quia † illa
ſolutio pœnæ ſuccedit loco rei, id eſt obſeruan
tiæ ipſius contractus, vt in .l. apud Celſum.§.
labeo .ff. de doli excep. tenet etiam Bal. in .l.
qui fidem. ff. de tranſac. & Bal. & Io. de Imo.
& Ponta. in .d.l.ſemel mora.ff.ſol. matri. Se-
cundo fallit, ſi contractui, & promiſſioni ſit
37 adiecta † clauſula, rato manēte pacto, & ꝙ pęna
toties cōmittatur, quoties fuerit contrafactū;
quia tunc ex mutua contrauentione, ſeu offen-
ſione contractu firmo manente cauſabitur mul
tiplicata pęnæ petitio, vt in.d.l.qui fidem.ff.de
tranſactio. & in.d.l.cum proponas. & in .l. re-
ſcriptū.§.ſi pacto.ff.de pactis. & in .l. ſi duo .§.
.1.ff.de arbi. & hoc tenēt Bal. & Imo.in. d.l.ſe-
mel. Sed dicit Ponta.in.d.l.ſemel mora. ꝙ Doc.
in hoc male dicūt; quia pęnarū hinc inde debi-
38 tarū, per.l.ſit † compenſatio ipſo iure, vt eſt ca
ſus notabilis, arguēdo de vſura ad pęnā, in.l. ſi
conſtat.C.de compenſatione. Et ideò excludi
tur facultas petēdi pęnam. Tu dic, quòd iſtud
fuit de intentione Bal. in .d.l.ſemel. videlicet, ꝙ
virtute dictæ clauſulæ, vterq; incidat in pœnā;
ſed non negat Bal. ꝙ per actum hinc inde non
fiat compenſatio. Quinimò hoc ibidem ex-
preſſè ſentit Bal. & ſequitur Ioan. de Imo. dum
dicit, ꝙ licet vterq; poſſit agere hinc inde, fiet
tamen compēſatio. Aduerte tamen circa hoc,
quia glo. in .d.l. qui fidem. ſingulariter vult, ꝙ
39 dicta † clauſula ſolum operatur reſpectu primi
cōtrauenientis. Et ideò ſi primus cōtraueniens
vellet ſoluere pęnam, ad hoc, vt alter teneretur
ſeruare, non prodeſſet ſibi, quominus ille cui fi-
des eſt fracta poſſet redire ad priorem actionē.
Et ſic abſq; metu pęnę, fidem nō ſeruare vr̄ poſ
ſe, & contrauenire. & ſequitur Bald. quia non
debet quis primo contraueniens ex eo cōmo-
40 dum † conſequi, quod niſus eſt impugnare, arg.
.l. ſtipulatus es opus. ff. de fideiuſ. & in .d.
.l. cum pater.§.libertis.ff.de lega.2.& ꝙ not.in
.l.2.C.de iure emphiteo. & per Spec. in tit. de
loca.§. nūc aliqua. ver. 36. Vnde ſequitur, ꝙ
ille qui fidem ſeruauit, poteſt recipere pœnam,
& licitè contrauenire, licet ſit adiecta dicta clau
ſula. ꝙ eſt valde ſingulare, & quotidie contin-
git in practica. Secus ſi recepiſſet pęnā, vt ſta
tim dixi in præcedenti fallentia. Sed vtrum
virtute dictæ clauſulæ ille qui primo contraue-
nit, ſi pluries contraueniret, poſſet ab eo plu-
ries pœna exigi, dicā in ſexta principali quæſt.
41 Tertio † fallit in tregua, in qua licet vnus illam
frangat alium offendendo, vel damnum dando,
non tamen licet alteri rumpere, donec durat
tempus treguæ, argu. l.actione .§. dicimus .ff.
pro ſo. hoc ſingulariter voluit Vincen. & ſe-
quitur Ioan. Andr. & .D. Anto. in .c. 3. s̄. de
iureiuran. Sed dicit ibi Ioan. de Imo. ꝙ. d.c.
parum facit, & quòd hoc potius procedit de
conſuetudine, quàm de iuris rigore vr̄, ꝙ huic
ſecūdo licitū ſit contrauenire, per ea quæ ſupra
dicta ſunt. Aduerte tamen; quia idem Io. de
Imo. poſt Ange.in.l.ſi ex legati cauſa.ff.de ver.
obli. videtur adherere primæ opi. quòd not.
Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de treg. &
pa. vbi dicit, quòd licet poſt firmatam pacem
licitum ſit offendere bannitū, qui bannitus eſt
ante pacem, non tamen licitum eſt offendere
illum, qui bannitus eſt poſt treguas. & ſequi-
tur hoc etiam Ange. & Ioan. de Imo. in .d.l. ſi
ex legati, ad quod vide quæ dixi in .c. 1. ſupra
42 de treg. & pa. Quarto quæro † vtrum pars
quæ



quæ fidem ſeruauit poſſit exigere à contraue-
niente pœnam, & intereſſe. Et videtur dicen-
43 dum quòd non; † quia pœna adijcitur loco ip-
ſius intereſſe, vt inſti. de ver.obli. circa finem.
Sed dicit Bal. in .d.l. qui fidem. ꝙ ſi pœna ex-
cedit intereſſe, quòd ex cōtractu ſtricti iuris nō
poteſt peti, niſi pœna taxata. Sed ex contra-
ctu bonæ fidei, poteſt peti vtrunq;, inquantum
44 plus eſt in vno, quàm in altero, per not. in .l.fi.
.ff.de præto.ſtip.& in.l.prædia.ff. de acti. emp.
& in.l.fin.§. ſi à fideiuſſore. ff.de eo per quem
fac. erit. & in.l. apud Celſum.§.ſi in arbitrum.
.ff.de excep. doli. Sed tu aduerte, quia iſta
quæſtio eſt valde difficilis, & materia eſt valde
longa, & in ea vertitur dubitatio, vtrum tacita
ſtipulatio intereſſe debiti à non ſeruante pro-
miſſionem per .l.ſi quis ab alio in fin. ff. de re
iudi. & .l. ſtipulationes non diuiduntur .ff. de
ver. obli. nouetur per expreſſam ſtipulationē
pœnæ, de qua materia vide latè per Bart.& Io.
de Imo.in .l. idē ſtipulatus. la grande .ff.de ver.
45 obli. Quinto quæro, vtrum † ille cui fides fra-
cta eſt, poſſit à contrauenıente petere rem, &
pœnam. Sol. Bal. in .d.l.qui fidē.ff.de tranſac.
remittit ad not. per Cyn.in.d.l.cum proponas.
.C. de pactis. & finaliter concludit, ꝙ ex diſpo-
ſitione legali poteſt vtrunq; peti; ſed ex diſpo-
ſitione hominis non, quando pœna concerne-
ret rem principalem. Secus ſi cōcerneret ali-
quid extrinſecum, ꝙ non contineat ipſam rem
principalem, vt .ff.de arbi.in.l.celſus. & in .l. ſi
46 quis rem. Et ideò ex † clauſula iudicati in arbi
tris, non poteſt ſimul peti res, & pœna; quia
pœna ſuccedit loco rei; ſed ex interlocuto-
47 ria, † vel ex contēptu, poteſt peti pœna, & etiā
res ex principali actione; cūm petantur ex di-
uerſis cauſis, & nulla ſit nouatio, vt in.d.l.ſi quis
rem. Sed vide latius circa prædictā .q. quod
tradit Bald. in repetit. l. ex compromiſſo .ff.
de recep. arbit. & quod etiam ipſe tradit in re-
pet .l. & ſi poſt tres .ff. ſi quis cau. col. 12. &
aliquid per Cyn. in .l.cum antea .C. de arbi. &
latius per Bar. in .d.l.ſtipulatus. ff. de ver.obli.
& maximè in vltimo contrario. Sexto, & vlti-
48 timo quæro, † vtrum ab eo qui pluries contra-
uenit, poſſit pluries pœna exigi. Sol glo.in.d.
.l.qui fidem. remittit.ad.l.ſi duo.§.1.ff.de arbi.
vbi tex. dicit, quòd non committitur niſi ſe-
mel. Niſi eſſet actum, quòd pluries committe-
retur. Et hoc procedit, etiam ſi appoſita eſſet
clauſula, rato manente pacto, vt dicit glo.in.d.l.
2. C. de iure emphy. Tu dic latius diſtinguen-
do, quòd aut quæritur de pura pœna, quæ nō
49 petit loco intereſſe. Aut de pœna quę appo-
nitur loco intereſſe. † Primo caſu ſub diſtin-
gue, quòd aut agitur ex diuerſis cauſis, & po-
teſt ſæpius agi; vt puta, ſi petitur pœna pri-
mi contractus, & pœna compromiſſi, vel ſi pe-
titur pœna propter contrauentionem ad com-
promiſſum, & pœna propter contrauentionem
ad laudum, vt in .l. ſi quis rem .ff. de arbi. Aut
50 agitur † ex eodem contractu, & ſubdiſtingue,
quòd aut non fuit appoſita clauſula rato manen
te pacto, & eſt clarum, quòd pœna non com-
mittitur, niſi ſemel, vt .d.l.ſi duo.§.1. Aut eſt
appoſita dicta clauſula, & tunc, aut dicta clau-
ſula eſt appoſita ſimpliciter, & non pōt ēt peti,
niſi ſemel; quia intelligitur rato manente con-
tractu, id eſt conuentione primitiua abſq; pœ-
na vlterius amittenda; quia contractus primus
appellatur contractus pœnalis; quia aliàs eſſet
ſenſus; quòd committeretur pęna, rata manen
te pęna; quē ſenſum verba non ſonāt. Et quia
51 ſtipulatio † pœnę non dr̄ propriè contractus,
vt.ff. de ver.ſigni. in .l.labeo.§. contractum. &
hoc ſentit glo. & ſequitur Bald. in .l.2.C. de iu
re emphy. Aduerte tamen, quia hoc caſu licet
ex ſecunda contrauentione non poſſit peti pœ-
na; tamen poteſt peti intereſſe, ſi non ſeruetur
52 quod promiſſum eſt. Aut † clauſula p̄dicta eſt
appoſita, non ſolum ad contractum, ſed etiam
ad pœnam, vt puta, ſi dictum fuit, rato ma-
nente contractu, & etiam rata manente pœna,
facit quòd ſtatim ſubijciam, quando dictum
fuit toties, quoties, & hoc caſu, ſaltem poſ-
ſet peti pœna ſecunda vice. Aut prædicta clau-
ſula non fuit adiecta ſimpliciter, ſed etiam fuit
53 appoſitum, quòd pœna toties committeretur,
quoties eſſet contrafactum, & tunc pluries poſ
ſet pœna exigi, vt .d.l.ſi duo.§.1. Intellige ta-
men, quòd non poteſt niſi bis exigi, per not. in
.d. l. fideicommiſſa. §. ſi quis alicui decem .ff.
de leg. 3.niſi verba alia fortè adiūcta aliud indu
cerent; vt puta, quia diceretur, toties, quoties,
& pluries in infinitum. Secundo caſu, quando
pęna inſeritur loco intereſſe, diſtingue, quòd
54 aut † apponit̄ loco intereſſe particularis, & ſæ-
pius cōmittitur, argu. l.ſi ſic. ff.de ver.ob. Aut
55 loco † totalis intereſſe, & tunc non cōmittitur
niſi ſemel, vt ibi not. Quod limita, niſi ſit appo-
ſita clauſula, rato manente pacto, ſecundum ea
quæ dicta ſunt. Et quando videatur appoſi-
ta pœna loco particularis intereſſe, vel tota-
lis, dic ꝙ aut hoc eſt expreſſum, & res eſt clara.
56 Aut ſumus in dubio, & tunc, aut pœna eſt appo
ſita ſuper principali, puta, ſuper principali da-
tione, vel pacto, & intelligitur appoſita loco
totalis intereſſe, vt .l. fin. ff. de præto. ſtip.
57 Aut † ſuper datione rei non principalis; ſed ac-
ceſſione, vel ſuper quodam facto incidenti, &
tunc non intelligit̄ appoſita loco totalis intereſ
ſe; ſed particularis, vt in .l. ſi procurator. ff. rē
ra. habe. not. Bal. in .d.l.ſi duo.§.1.ff. de arbi.

## Capitulum .VIII. Super His.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtis, etiam clericus, propter vacillationem po-*
*teſt incarcerari.*
2 *Vacillare, & variare differunt.*
3 *Infamiæ appellatione in dubio, intelligitur de in-*
*infamia iuris.*
4 *Iudex, corā quo teſtis falſum depoſuit, pōt ipſum*
*abſq; alio proceſſu punire.*
5 *Teſtes variantes, an probent, & qn̄, remiſſiuè*

*6 Pœnæ genus, licet non infamet, tamen cauſa propter quam pœnam irrogatur quandoq; infamat.*
*7 Carcer quãdoq; eſt ad pœnã, quandoq; ad cuſtodiã.*
*8 Teſtium varietas de neceſſitate non concludit falſitatem.*
*9 Infamia facti poteſt oriri ex ſola cuſtodia, ſeu carceratione.*
*10 Confeſſio ſola in ciuilibus famoſis infamat.*
*11 Sententia ſuper crimine, vel actione famoſa abſq; pœna infamat.*
*12 Infamis, an efficiatur bannitus, vel condemnatus de aliquo delicto infamãte, ex eo quia fuit cõ tumax, & ob hoc ex forma ſtatuti habitus ſit pro confeſſio.*
*13 In infamia cenſetur diſpenſatum, cum eo, qui contra iuris diſpoſitionem grauatur.*
*14 Confeſſus verè in delictis, fit infamis.*
*15 Confeſſus in criminalibus pro condẽnato habetur.*
*16 Condemnatus per procuratorem, non efficitur infamis.*
*17 Contumacis bona in criminalibus, debent annotari.*
*18 Glo. in .l. 1. C. de mo. mulcta. declaratur.*
*19 Sententia lata contra abſentem infamat.*
*20 Abſentes damnantur etiam in aliquibus caſibus, in quibus imponitur pœna vltra relegationẽ.*
*21 Confeſſio procuratoris, dicitur cõfeſſio domini; tamen non damnatur propter ipſam dominus.*
*22 Notarius damnatus de falſo ex vera confeſſione, non poteſt conficere inſtrumẽta. Secus damnatus per contumaciam.*
*23 Sententia lata ex inordinato proceſſu valet, ſi eſt lata vigore veræ confeſſionis. Secus ſi eſt lata vigore fictæ, deſcendentis ex forma ſtatuti.*
*24 Bannitus ad mortem ex crimine capitali ex forma prædicti ſtatuti ratione contumaciæ, & fictæ confeſſionis, poteſt condere teſtamẽtum, licet aliàs damnatus ad mortem efficiatur inteſtabilis.*
*25 Fictio non operatur, niſi caſus expreſſos à .l. introducente fictionem.*
*26 L. fin. C. vbi pupil. educ. debe. declaratio.*
*27 L. pe. C. de interdic. matri. declaratio.*
*28 Delictum omiſſionis, eſt minus, quàm cõmiſſionis.*
*29 Fictio reſultans ex facto infamat.*
*30 Contumacia non infamat.*
*31 Statutũ ſi vtatur dictiõe perinde, puta qđ abſens condemnatus ratione cõtumaciæ, eo ipſo habeatur pro verè cõdemnato, eundem effectũ producit contra dictum abſentem, ac contra præſentem.*
*32 Perinde dictio, ad omnes qualitates refertur.*
*33 Interlocutoria, etiam ex crimine famoſo, non infamat.*
*34 Bannum, eſt ſententia interlocutoria.*
*35 Bannum, dicitur quædam mulcta.*
*36 Infamis quis efficitur ex genere pœnæ.*
*37 Officialis ſi deprehendit aliquem in facinore, & propter hoc iubet ipſum fuſtigari, talis efficitur infamis. Idem ſi confiteretur reus delictũ coram Iudice, non in figura iudicij, & ideò fuſtigetur, nu. 39.*
*38 Notorium, an equiperetur ſententiæ, præſertim in in criminali.*
*40 Carceratio quæ non eſt ad pœnam, ſed ad inquiſitionem, non infamat.*
*41 Confeſſus delictum, vel actionem infamantem, an ex hoc ſolo, abſq; pœna efficiatur infamis.*
*42 Tranſigens ſuper actione famoſa efficitur infamis.*
*43 Confeſſus in ciuili, habetur pro condemnato.*
*44 L. quoniam. C. de infa. declaratur.*
*45 Confeſſus in actione ciuili famoſa, fit infamis.*
*46 Probatio ſola non infamat.*
*47 Sententia vbi non infamat, non infamat cõfeſſio.*
*48 Arbitri ſententia non infamat.*
*49 Confeſſus ante factum libellum, & litis conteſtationem, habetur pro condemnato.*
*50 Pro dictio, denotat fictionem.*
*51 Lex Pœnalis loquens de vera condemnatione, nõ debet trahi ad caſum fictum.*
*52 Confeſſis non currit tempus, quod datur iudicatis, ante iudicis præceptum.*
*53 Infamia an oriatur ex pœna quam nulla ſentẽtia, ſiue iudicis cognitio præceſſit.*

SVPER HIS. Breue eſt, & cõmu
niter nõ ſummatur. poteſt tamẽ
ſic ſummari ſecundum .D. m. Si
teſtis propter vacillationẽ incar-
ceratur, infamiam non incurrit .h. d. Et pars
iſtius eſt .ſ. de teſti. cog. & .ſ. de accu. c. ſuper
1 his. Nota primo, quòd † teſtis, etiam clericus
propter vacillationẽ poteſt incarcerari, & pu-
niri. Ad idẽ .l. nullum. C. de teſti. Et quæ diffe-
2 rentia ſit inter variare, & † vacillare, tradit Io.
Andr. in .c. præterea. ſupra de teſti. cog. Tu
verò dic, vt latius dixi in .c. in noſtra. ſupra de
teſti. in prin. materiæ illius decretalis. Secun-
3 do not. quòd appellatione † infamiæ, in dubio
intelligitur de infamia iuris. probatur enim hoc
in tex. noſtro, quia infamiam facti quæ eſt leſio
opinionis apud bonos, & graues, vt infra dicã,
indubitanter iſte clericus videbatur incurriſſe;
vnde cum Papa hic dicat infamiam non incur-
rit, intelligitur de infamia iuris, & nõ facti. Ad
idem .c. cum dilectus. ſupra de or. cog. Vlti-
4 mo not. argu. quòd Iudex coram † quo teſtis
depoſuit falſum teſtimonium, poteſt ipſum
punire abſq; alio proceſſu. de quo articulo ali-
quid tetigi in .c. poſtulaſti. ſupra de fo. compe.
in primo articulo .q. 17. & aliquid in .c. penul.
eod. tit. in ſecundo principali articulo .q. 3.
& vtrobiq; remiſi me hic dicturum. Sed vt
iſte tex. citius claudatur alia principali materia
ſua, ideò omittere inſtitui materiam prædi-
ctam. et fortè dicam in .c. dilectus. infra eod.
Glo. 1. colligit notabile ex tex. In fin. glo. dic
de hoc articulo, vt dixi in .c. in noſtra. ſupra de
5 teſti. Et de varietate † plurium teſtium, an pro-
bent, & quando, vide quæ latiſſimè dixi in .c.
qualiter .2. ſupra de accuſa. in nono principa-
li articulo .q. 39. Glo. 2. primo quærit de ra-
tione deciſionis tex. noſtri, & ſol. Deinde op-
ponit de opi. Gratiani. 3. q. 7. in .§. tria. Sed
melius dixiſſet in .§. porrò. & glo. ſoluit, ſen-

tiens



tiens, quòd illa opi. Gratiani reprobetur. In
glo. fin. dic cum glo. concordat Vincen. cuius
fuit hæc glo. & etiam glo. & Goff. in .d. §. por-
rò. Sed aduerte, quia contra hoc fortiter ob-
6 ſtat, nam licet † genus pœnæ non infamet, vt
ſentit glo. noſtra, tamen cauſa infamat, propter
quam pœna irrogatur, vt in .l. ictus fuſtium .ff.
de infami. Ergo in caſu noſtro, cum iſte teſtis
fuerit incarceratus pro delicto falſitatis, de quo
ſi fuiſſet condemnatus, fuiſſet effectus infamis,
vt in .l. 1. ff. de infam. ſequitur, quòd in caſu no-
ſtro ex carceratione, præcedẽte dicta cauſa, de-
beat effici infamis. Sol. Inno. ſoluit duplici-
7 ter, primo, quòd iſte non fuit carceratus † ad
pœnam, ſed ad cuſtodiam. vt .l. aut damnum .§.
ſolent. ff. de pœn. & ideò non efficitur infamis.
Secus ſi carcer fuiſſet impoſitus ad pœnam, vt
.d. l. ictus Secundo ſoluit, quòd iſte teſtis nõ
8 erat conuictus de falſitate; ſed de † variatione,
quæ de neceſſitate non concludit falſitatem;
cum habeat multas excuſationes. & ſequitur
hic Hoſtien. Vnde ad inquiſitionem veritatis
fuit iſte reiteratus, ſecus ſi in pœnam ſui deli-
cti; cum certum eſſet, eum commiſiſſe. vt .d. l.
ictus fuſtium. ſecundum Archid. in .d. §. por-
rò. Vnde hinc ſumpta occaſione inſtitui hic
examinare, vtrum ad pœnam infamiæ irro-
gandam inſpiciatur ſolum genus pœnæ, an ſo-
la cauſa propter quam pœna irrogatur, &
qualiter. Circa quem articulum, ego ita di-
9 ſtinguo, quòd aut loquimur de † infamia fa-
cti, aut iuris. Primo caſu dic, quòd illa poteſt
oriri ex ſola pœna, & ex ſola cuſtodia, ſeu in-
carceratione, ſecundum Inno. hic. Facit .l. fi. C.
de requi. reis. Et ratio eſt, quia ad cauſandam
talem infamiam, ſufficit, quòd opinio alicuius
ſit læſa apud bonos, & graues, vt probatur in .l.
honori. & .l. licet .ff. de obſeq. liber. 6. q. 1. c.
ſunt plurimi. & glo. in .d. §. porrò. et Archid.
.2. q. 7. in .c. teſtes. Secundo caſu circa infamiã
iuris diſtingue, quòd aut ipſum genus pœnæ
aliqua præceſſit ſententia, aut nulla. Primo ca-
ſu, aut præceſſit ſententia diffinitiua, aut inter-
locutoria. Si præceſſit diffinitiua, diſtingue,
ꝙ aut fuit lata via ordinaria, & tunc indubitan-
ter infamat, vt hic in glo. quod procedit, ſiue
ſit lata in cauſa criminali, vt in .d. l. ictus fuſtiũ.
ſecundum ſecundam lect. glo. ibi. ſiue ſit lata
ſuper cauſa ciuili, dummodo ſit famoſa, vt in .l.
10 .1. ff. de infam. Nam ſi ſola † confeſſio in ciui-
libus famoſis infamat, vt infra dicã, fortius in-
famare debet ſententia. Et aduerte, quia ſuper
11 crimine, † vel actione famoſa, ipſa ſententia
abſq; pœna infamat, vt .d. l. 1. Si verò ſenten-
tia ſit lata via extraordinaria, præter, vel contra
iuris ordinem, & tunc talis ſententia regulari-
ter non infamat. Et ideò damnatus in inquiſi-
tione extraordinaria non infamatur. Quod in-
tellige, niſi ſequatur pœna corporis afflictiua,
per ea quæ not. Bar. in .d. l. ictus fuſtium, &
quod ſtatim dicam de bannito ex contumatia.
vel damnato ex crimine famoſo, propter con-
tumaciam. Secus ſi quis eſſet condemnatus ex
crimine famoſo, ex inquiſitione ordinaria, ma-
ximè ſecuta pœna. Et ad hoc adde quod latè
dixi in .c. qualiter .2. ſupra de accu. in .17.
principali articulo .q. 12. Sed circa prædicta
dubitatur, aliquis eſt bannitus, vel condemna-
tus de aliquo delicto infamante, ex eo, quia fuit
12 contumax, & † cõtumax ex forma ſtatuti habe-
tur pro confeſſo, vtrum talis incurrat pœnam
infamiæ. Sol. glo. in .l. 1. C. de mo. multa.
tenet quòd non. & ſequitur quidem; motiua
ratione, quia cum talis ex ſola contumacia ha-
beatur pro confeſſo, grauatur contra iuris com-
munis diſpoſitionẽ; ergo ſuccedit regu. quòd
13 cum eo videatur † in infamia diſpenſatum, vt
in .l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami. &
hanc opi. refert Specu. in tit. de ſen §. 1. ver.
quid de iſtis. Sed Iaco. But. vt refert Bald. in
.d. l. ictus fuſtium diſputando tenuit contra-
rium. mouetur, quia cum ex forma ſtatuti iſte
habeatur pro confeſſo, ergo omnes leges lo-
quentes de vera confeſſione debent trahi ad
hanc fictam confeſſionem, per not. in .l. 1. C.
de rei vxo. actio. & in .l. 1. §. lex falcidia. ff. ad
14 .l. falci. Sed verè confeſſus † fieret infamis, vt
not. glo. in .d. l. ictus. Ergo & fictè confeſ-
ſus. Sed Bart. in .d. l. ictus. tenet contrarium.
Primo, quia ex ſola confeſſione quis non infa-
matur; quia verba edicti prætoris non loquun-
tur de confeſſo; ſed de condemnato, vt in .l.
15 .1. ff. de infami. & in † criminalibus confeſſus
non habetur pro condemnato, vt in .l. ſi con-
feſſus. ff. de cuſto. reo. Secundo mouetur,
quia ille qui condemnatur per interpoſitã per-
16 ſonam, vt puta per procuratorem, † non effici-
tur infamis, vt .l. furti. §. ſi quis alieno .ff. de
infami. Et tñ confeſſio procuratoris fingitur
confeſſio domini. Tertio mouetur, quia cum
iſte ex forma ſtatuti grauetur vltra legem, vide-
tur ſecum ſuper infamia diſpenſatum, vt tradi-
tur in .d. l. ictus fuſtium. quia hoc non eſt ve-
rum, quia ſecundum Bar. grauatur in proba-
tione, & per conſequens in condemnatione.
Vnde concludit Bart. ꝙ talis non efficiatur in-
famis. Quod tamen limitat, niſi contra reum
eſſet facta talis executio, quæ ex genere pœnæ
videatur infamiam irrogare, vt .d. l. ictus fuſtiũ.
Et hanc etiam opi. cõſulendo tenuit idem Bar.
conſ. ſuo .3. quod incipit, quæritur, & in du-
bium reuocat, an Franciſchinus &c. vbi etiam
ſubdit, ꝙ talis bannitus dicatur potius ex con-
tumacia, quàm ex eo, ꝙ deliquerit, argu. l. qui
repudiantis. in fi. & .l. papinianus. §. meminiſſe.
.ff. de inoffi. teſta. & ideò meritò non debet eſ-
ſe infamis. Sed aduerte, quia ſuper eodẽ facto
contrariũ cõſuluerũt Io. Cal. & Nicola. de Nea-
poli, concludentes, ꝙ non ſolum talis efficitur
infamis infamia facti, per not. in .l. fi. C. de re-
qui. reis. Sed ẽt conſuluerũt, ꝙ talis efficiatr in-
famis infamia iuris. Moti primo, quia ſtatutũ
ꝑdictum, ꝙ facit contumacẽ haberi pro confeſ-
ſo, alterat ſolam formã ꝓcedendi cõtra cõtuma-
cẽ inducens cõtra delinquentẽ nouã ꝓbationis
formam, in eo, quod vult contumacem haberi

 pro

pro confeſſo, vt traditur in.c.veritatis. ſupra de
dol.& contu. & in.c.cumcontumacia.de hære.
lib.6. & per Archid.2.q.1. nos in quemquam.
& per Bal. in.l.1.C. quomo. & quando Iud. &
in .l.accuſationem.C.qui accuſa.non poſſ. Si
ergo nullo alio ſtatuto cauetur,ꝙ condemnatus
modo , & forma prædictis non efficiatur infa-
mis,ſequit̃ ꝙ condemnatus prędicto modo,ex
crimine ficto fiat infamis ; quia verba prætoris
ſolum loquuntur de damnato .d.l.1.ff.de infa.
Nec obſt. ꝙ contra talem contumacem indu-
catur noua forma , vt dixi , maximè cum de iu-
17 re bona contumacis in cauſa criminali ſolum
debeant annotari, vt in.l.1.ff.de requi.re. quia
reſpondetur,ꝙ iſte modus nouus procedendi
non alterat effectum inſurgentẽ ex condemna-
tione,arg.l.ordo.ff.de pub.iudi. Et ad hoc in-
ducunt opi. Alberti Papien. quam refert Spe.
in.d.§.1. ver.quid de iſtis. vbi albertus tenet
prædictam opi. reſpondens ad dictũ argu. per
reductionẽ ad abſurdũ. Nam cum ferè omnes
modi procedendi ſint alterati vt.l.1.& .2. C. vt
infra certum tempus. & in .l. fin .C. de accuſa.
& in .l.qui crimen.C.qui accuſa.nõ poſ. ſequi-
tur, ꝙ ſi diceremus , quòd propter alterationẽ
proceſſus ordinis , deberet ceſſare infamia , ꝙ
quaſi nunquã, ex aliquo publico iudicio dam-
natus fieret infamis . quod eſſet abſurdum.
Non obſt.ratio Bar.quòd iſte grauetur in pro-
batione ; quia licet grauetur in hoc , non pro-
pterea dicitur grauari in ſententia , ſed in pro
18 ceſſu. Non obſtat , quod not. glo. † in .l.1.C.
de mo. mulcta. quia reſpondetur , ꝙ ibi lo-
quitur in illis, qui damnãtur ex crimine non fa
moſo , & in illis qui non damnantur ordinariè;
ſed extraordinarie imponitur eis mulcta fiſco
applicanda. Et hanc opi. etiam tenet Bal. re-
ferens diſputationem Iac. But. in repetit .l.cũ
mulier. ff.ſolu. matri. & ibi vltra multa, allegat
.l.fin. C. vbi pup. educ. deb. vbi ſecundum eũ
19 dicitur, ꝙ ſententia lata † contra abſentem in-
famat. & hanc opi. tenet etiam .D. Nellus de
ſancto Geminia. in tractatu bannitorum in pri-
ma parte ſecundi tempo.q.49. non ex vi con-
feſſionis; quia confeſſus etiam in iudicio cri-
minali famoſo non efficitur infamis infamia
iuris; niſi confiteretur tranſigendo , vt .l. quo-
niam.ff.de infa. & ideò ex hoc ſolo,quòd ex for
ma ſtatuti cõtumax habeatur pro confeſſo , nõ
infamatur. Sed ſolum ex ſententia, quæ ſequi-
tur poſtquã clarum eſt iſtum damnatum eſſe ex
crimine famoſo,ergo efficitur infamis,vt.d.l.1.
& in.d.l.ordo. Et hoc etiam probat alia opti-
20 ma ratione, nam de iure communi, etiam † vbi
venit imponenda pœna vltra relegationẽ, ſunt
etiam quidam caſus in quibus damnãtur abſen-
tes, & in ipſos, licet cõtumaces, ſentẽtia fertur,
vt in.l. in lege cornelia.ver.& quid de hoc.ff.ad
.l.cornel.de ſicca.& in .l.ne diu.C.de pœn.& in
extrauagan.qui ſint rebelles.dixi plenè in.c.ve-
niens. ſupra de accuſa. in ſecũdo principali ar-
ticulo.q.15.in quibus caſib⁹,ſecundũ opi. Bar.
videretur , quòd damnati non fierent infames.

Quod eſt abſurdũ, & falſum, & cõtra generalẽ
regulã .d.l.1. Et ex p̃dictis patet reſpõſum ad
rationes Bar. in contrariũ allegatas. Pręterquã
ad ſecundam rationem de.§.qui alieno. ad quẽ
poteſt reſponderi ſecundum .D. Nellum,quòd
nihil facit , quia .d.l.1.de infami. in caſibus
de quibus loquitur.§.qui alieno. ad infamiam
irrogãdam, exigit, quòd quis ſit damnatus ſuo
noĩe; ergo in illis caſibus, nec procurator , nec
dominus temporalis infamat̃. procurator non;
quia non damnatur ſuo nomine. dominus nõ ;
21 quia non ipſe,ſed procurator damnatur, † vnde
licet confeſſio procuratoris dicatur confeſſio
domini , non tamen damnatur dominus , vt di-
xi in.l.1.C.de ſenten. Sed in terminis noſtris,
& in. q. noſtra damnatur ipſe accuſatus con-
tumax , qui habetur pro confeſſo , ergo effici-
tur infamis, cum in eo verificentur verba di-
ctæ.l.1. Hæc quæſtio mihi videtur ſatis dubia
propter varias opi. & auctoritates . Sed pro
nunc plus mihi placet opi. glo. & Bart. ꝙ talis
non efficiatur infamis , ſi nulla eſt facta execu-
tio pœnæ. Moueor primo, quia hæc opi. ma-
ioribus iuuatur auctoritatib⁹. Nam prædictã
opinionem reperio tenuiſſe Iaco. de Bellaper.
in .l.fin.C.de requi.re. Et tenet etiam Io. An.
in addit. Specu. in tit. de contumacia .§.ſequi-
tur .1. Et eam etiam tenet Bal.in.l.penul.C.de
interdic. mat.& eam etiam tenet in.l.caſſius .ff.
de ſena. & in .d.l.fin. de requi. re. Et ſic nõ eſ-
ſet tutum in ſententiando ab hac opinione re-
cedere . Secundo principaliter moueor , quia
hæc opinio fortioribus iuuatur rationibus , vt
patet ex his quæ ſupra inducta ſunt , pro hac
opi. Tertio , vltra prædicta probatur in ſimili
22 quia licet Notarius damnatus de † falſo ex vera
confeſſione non poſſit conficere inſtrumenta
authen. de tabel.§.1. & per Bart.in .l.1.§.1.ff.
ad.l.iul. repet. de quo etiam per Bald. in. d.l.
caſſius. tamen damnatus propter cõtumaciam
ex forma ſtatuti prædicti , non perdit poteſta-
tẽ conficiendi inſtrumẽta, vt ſingulariter voluit
Bart.in.l.fin.ff.de euict. & Bal. in.l. tranſigere.
C. de tranſac. circa medium . Quarto moueor
per id etiam quod in ſimili notatur,quòd licet
23 ſententia † lata ex inordinato proceſſu valeat ,
ſi eſt lata vigore confeſſionis , vt tradit Inno.
in .c. qualiter. ſupra de accu. & per Bar. in .l. ſi
confeſſus .ff. de cuſto. reo.& tamen ſecus eſt, ſi
ſit lata vigore fictæ confeſſionis deſcendẽtis ex
forma ſtatuti p̃dicti, vt ſingulariter voluit Bald.
in addit.Specu.in tit. de accu.§.& not.ꝙ vbi li-
bellus. et de vtroq; latè dixi in.c.qualiter.2.s̃.
de accu.in.11.principali articulo.q.86. vbi om
nino vide alias plurimas auctoritates . Quãuis
Bar. videatur aliter ſentire conſ. 100. ꝙ inci-
pit, à domino Cyn. Quinto moueor per not.
in ſimili per Barr.in.l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſto.reo.
& in .l.qm̃.ff.de infam. iunctis not. per Bar. in
.l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci.& per Bar.
in.l.cũ filius. §.ſi.ff.de ver.obl.& ꝙ dixi in.c.ſi.
s̃.de pur. can. in .15. principali articulo.q.4.&
in .c.1.s̃.de confeſ. Vltimo moueor per illud
ꝙ in



ꝙ in ſimili not. Bal.in.l.1.C.de hære. inſti. vbi
24 dicit, ꝙ bãnitus † ad mortẽ ex crimine capita-
li ex forma prædicti ſtatuti ratione contuma-
cię , & fictæ confeſſionis , poteſt condere te-
ſtamentum , licet aliàs damnatus ad mortem ,
ſtatim efficiatur inteſtabilis, vt in .l.qui vltimo.
ff.de pœ.& in.l.ſi quis filio exhæredato.§. irri-
tũ.&.§.ſeq.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſta. Et ſi qͣs
vellet tenere hanc opi. poſſet reſpondere ad ra-
tiones in contrarium allegatas per Io. Cal. &
Nico. de Neapoli. Et primò ad.l.1. ꝙ iſte re-
periatur dãnatus abſq; crimine famoſo,reſpõ-
detur, ſicut in ſimili dicit Bal.in.d.l.1.de hære.
inſt.quia cũ contumacia ſit cauſa cõfeſſionis, &
ſic ex vno ſuppoſito condemnatur ad aliud val-
de diuerſum ab iſto , ſequitur ꝙ operatur per
25 fictionem , quæ fictio † non operatur , niſi ef-
fectus expreſſos à lege introducente fictio-
nem , vt in.l.1.§.diuus, & in.l.eius qui delato-
rem .ff. de iure fiſci. Sed ſtatutũ prædictũ diſpo
nit, vt talis contumacia ſolum inducat confeſ-
ſionem, non aũt diſponit , ꝙ talis fiat infamis
igitur &c. Et hoc iuuatur , quia circa modum
probationis ſuper quo fundatur ſententia con-
tra contumacẽ alteratur omnino ius cõmune.
Vnde cõſtat, ꝙ cũ alteret fundamentũ ſenten-
tiæ, per conſequens videtur alterare ipſam ſen-
tentiam, argu. 1. q.1. cum paulus. & regu. ac-
ceſſorium de reg.iur.lib.6. Nec obſtat, ꝙ ferè
oẽs modi procedendi ſunt alterati quò ad mo
dum, & formã ꝓcedendi, quia non tñ ſunt al-
terati , quò ad modũ & effectum probationis
ſuper qua probatione fundatur veritas ſenten-
tiæ , vt .l.illicitas.§.veritas .ff.de offi. p̃ſid. Sed
in caſu noſtro alteratus eſt modus , & effectus
circa probationẽ ; quia licet in his caſibus poſ-
ſet proſequi contra abſentem de iure commu-
ni , & in illis caſibus damnati efficiantur infa-
mes, tñ contra tales abſentes non fertur ſentẽ-
tia ex contumacia, ſeu ex ficta confeſſione, quę
reſultat ex contumacia ; ſed ad condemnandũ
tales in illis criminib⁹ exigũtur ꝓbationes lu-
ce clariores , ſicut exiguntur contra præſentes.
Facit ꝙ in ſimili dicit̃ in.c. qm̃.s̃.vt lit.non con.
& in.l.properandũ.§.& ſi quidẽ.C.de iudi. ſed
in caſu noſtro non exigitur alia probatio crimi-
26 nis. Et ſic etiã poteſt reſponderi.ad .l.† fin. C.
vbi pup.educa. debe.allegatam per Bal.in con-
trarium, loquitur enim ille tex. de ſententia fe-
renda in abſentem cauſa cognita. Sed contra
p̃dictã opi. fortiter obſt.l.penul.C.de interdic.
27 ma. vbi fictus † dolus , & ficta confeſſio infa-
mãt ipſo facto . Sed ad illam.l. reſpõdet ibi Bal.
ꝙ illa.l.non obſt.quia loquitur,qñ actio deſcen
dit ex facto,ꝙ fieri nõ debuit; videlicet,ex ma-
trimonio contracto per tutorẽ , ſeu curatorẽ ,
aut eius filium cum pupilla, vel adulta. Vnde
ibi punitur contumacia in faciendo. Sed in ter-
minis noſtris punitur contumax,qui ſolum de-
linquit in omittendo , quòd delictum omiſſio-
28 nis † eſt minus quàm commiſſionis , vt in .l. ſi
mora.ff.ſol.ma.dixi in.c.ſi quis domũ.s̃. de in-
iur. Vel ſecundo reſpondetur ſm Bald. in .l.
caſſius.ff.de ſenat.ꝙ ibi loquitur de ſentẽtia le-
gis inducentis præſumptionẽ iuris. & de iure ,
& cum hac præſumptione expreſſè diſponit ,
ꝙ talis notatur infamia. & ſic non ſtetit .l. con-
tenta inducere fictionem ; ſed vlterius inducit
effectum infamiæ ex facto manifeſto. Vel dic
tertio, & ſingularius, vt dicit Bal.in.l.qm̃ .ff. de
29 inſa.ꝙ quãdoq; fictio † reſultat ex facto, ꝙ lex
notat,& infamatur. vt.d.l. quoniam. vbi tranſi
gens qui habetur pro fictè confeſſo infamatur.
Quandoq; verò ficta confeſſio reſultat ex con-
tumacia , & tunc non infamatur , quia contu-
30 macia † non infamat vt in.l. 1. C. de mo.mul-
cta. Vel dic plenius , vt colligitur ex ſecũda ſo-
lutione ; quia tàm in.l.penul.quàm in.l.qm̃.lex
vlterius expreſſit inducẽdo effectũ infamiæ ; ꝙ
non eſt in caſu noſtro. Et ſic patet ex prędictis,
ꝙ hæc opi. eſt verior. Niſi ſtatutũ vlterius pro
grederetur inducendo effectum infamiæ. † Vel
31 niſi ſtatutum diſponeret , ꝙ ſententia lata vigo-
re prædicti ſtatuti perinde habeatur , ac ſi lata
eſſet contra præſentem ; quia tunc fortè verior
eſſet alia opinio ; eo ꝙ præfatum ſtatutum ita
diſponens, videtur haberi perinde , ac ſi parti-
culariter exprimeretur omnis effectus ſenten-
tiæ latæ contra præſentẽ , argu. .l. omnes.C.de
præſcrip. triginta anno. & .l.ſi duo .ff.de admi.
tut. cum ſimilibus. Et ideò talis erit infamis ,
ac ſi prĩcipaliter eſſet dãnatus, regulariter enim
32 dictio perinde † ad omnes qualitates refert̃ , vt
in.l.à filio.§.penul.ff.de alimẽ.lega. Niſi aliud
eſſet ſtatutum, ꝙ talem generalitatem exclude-
ret , vt in.l. ſacrilegij .§. is aũt. cum concor. ibi
poſitis .ff. ad .l. iul. pec. not. ſingulariter Bar.
in.l.1.in prin. ff. de recep. arbit. & ꝙ not. in ſi-
ſimili .D. Nellus in tractatu bãnitorũ in prima
parte ſecundi tempo.q.53. Et prædicta perpe
tuo notabis, quia plurima habes vltra Doc quę
nõ ſolum vtilia ſunt ad hanc. q. ſed ẽt vtiliſſima
ad infinitas aliàs quotidianas quęſt. Et intellige
p̃dictam opi. quam tenui , qñ vigore talis ſen-
tentię non eſſet ſecuta pęnæ impoſitio,ſeu exe-
cutio ; quia tunc ſecus eſſet, per ea quę.ĩ.ſubij-
33 ciam. Si verò p̃ceſſit ſentẽtia † interlocutoria,
dic,ꝙ ex tali ſentẽtia non infamat̃ quis , etſi lata
ſit in crimine famoſo ; quia nulla ſentẽtia inter-
locutoria de ſe infamat, vt in.l.quid ergo.§.quã
tum.ff.de infa.& in.l. verbũ. & in .l. interlocu-
tio. C.de infa. Et ideò ſola ſentẽtia ipſius banni
ratiõe contumacię non cõdemnatiua ad pœnã
delicti, ſm ea quę ſupra latius dicta ſunt,non in-
34 famat, quia illa † eſt interlocutoria , vt habet̃ in
.l.1.C. de requi.re.& in authen. itẽ nulla.C. de
epiſ.& cleri. not. Bal.in.l.ſi quis filio.§. eius .ff.
de iniuſt.rup.& irrit.teſt.& glo. ĩ.l.1.§.quid er
go.ff.de vẽt. inſpi.& in.l.3.in prin.ff.de ſuſpec.
35 tut. Itẽ quia illud tale bannũ † dicit̃ qͥdam mul
ta, vt tradit Bar. in.q. quę incipit , ſtatuto ciui-
tatis Lucanę,col. penul.q̃ mulcta nõ infamat.vt
.l.1.C.de mo.mulcta. Itẽ quia tale bannũ potiꝰ
fert̃ ratiõe cõtumacię,q̃ ꝓpter mali cauſã,vt di
cit Bar.ĩ.d.q. in.4.argu.per.l.ſi ideò.ff. de euic.
&.l.qui repudiantis.&.l.papinian⁹.§.men inſ-

ſe.ff.de inoffi. teſta. Et ideò talis non efficiatur
infamis. Q^d^ intellige, niſi poſtea ſequeret̃ pę-
36 næ impoſitio; quia † ex genere pœnæ poteſt
effici infamis, vt not. Bal. in .d.§. quantum. &
probatur in.l.fuſtibus.C.de infami. & in.l.ictus
fuſtium. ff.eo. ſecundum primum intellectum
37 glo. Et ex prædictis infertur, ꝙ ſi † officialis
deprehendit aliquem in facinore, & propter
hoc iubet ipſum carcerari,torqueri,vel fuſtiga-
ri in pœnã iſtius delicti, ꝙ talis ex genere pœ-
nę efficietur infamis;cum appareat veritas cau-
ſæ, propter quam fuit tortus, fuſtigatus, &c.
vt not. in.d.l. fuſtibus. & traditur in.d.l. ictus.
& ſequitur hic Ioan. Andr. Inno. & .D. m.
Com.op. & cõmuniter * omnes Doct. Et idem dicen-
dum, quando Iudex alio modo haberet co-
gnitũ delictum; vel quia eſſet notorium, vt
etiã exemplificat glo.in.d.l.ictus. Nec obſtat
quòd hoc caſu abſq; pœnæ executione debe-
38 ret effici infamis, vt notorium † æquiperetur
ſententiæ, quia reſpondet Bald. quòd non eſt
verum, ꝙ æquiperetur ſententiæ criminali. Itẽ
quia licet æquiperetur quantum ad proban-
dum, non tamen æquiperatur quantum ad
aliquid inducendum, vel prohibendum, vt
Doct. tradunt in .l.is cui bonis .ff.de ver. obli.
Idem & tertio dicit glo. de confitente delictũ
extra iudicium, vt ſi ſequatur fuſtigatio ſit in-
39 famis. Quod intellige, qñ confiteretur † corã
iudice, non in figura iudicij, ſeu apud acta,
ſed fortè in camera. Sed poſſes & quarto figu-
gurare exemplum per tex. noſtrum, &.l. nul-
lũ.C. de teſti. intelligendo, vt dixi, quòd car-
ceratio,tortura,vel fuſtigatio &c. poſtea appo-
natur in pœnam, & ſic non ad inueniendam ve
ritatẽ, vel ad cuſtodiam. Ex quibus patet, ꝙ
reſpectu infamiæ, tantũ operatur interlocuto-
ria cauſa cognita,facta demum executione pœ-
næ, quantum operatur ſola diffinitiua, etiam
non facta pœnæ executione, vt.d.l.fuſtibus. &
ibi not. Pau. de Caſtro. & traditur in.d.l. ictus.
Secus ſi ſequeretur incarceratio, tortura, vel fu
40 ſtigatio,†non in pœnam, ſed pro inueſtigatiõe
criminis, aut cuſtodię; quia tunc non efficere-
tur infamis.de incarceratiõe,eſt tex.hic.de tor-
tura, eſt tex. in .l. 1.C.de infa. Sed circa præ-
dicta poſſet dubitari, quid ſi aliquis in iudicio
41 ſit confeſſus † delictum,vel actionem infaman-
tem,an ex hac ſola cõfeſſione incurrat infamiã
abſq; alia pœna. Sol. Doc. in hoc fuerũt varij
Inno.tenet hic, ꝙ ſola confeſſio infamet, ſi ex
illo iudicio cõdemnatus efficeretur infamis.
Idem tenet glo.in.l.ictus fuſtium .ff. de infa. &
etiam glo.in l. quoniã. eo.ti. Et fundatur hæc
42 opi. nam ſi tranſigens ſuper actione † famoſa
efficitur infamis; quia videtur fateri delictum,
vt .d.l.qñ. & ſic infamia deſcẽdit ex ficta con-
feſſione, multò fortius ex vera confeſſione de-
bet infamari. Sed Bar.ibi,& in .d.l.ictus.& cla
ri^9^ in.l.infamẽ ff.de pub.iudi.diſtinguit, ꝙ aut
quis confitetur in cauſa criminali, & non effici-
citur infamis ante ſententiam; quia edictum
prætoris exigit ſententiam, vt .l. 1. ff.de infa.
Sed confeſſus in cauſa criminali, nõ habet̃ pro
condemnato, vt in .l. ſi confeſſus .ff. de cuſto.
reo. ergo ex ſola confeſſione non efficitur infa-
mis. Et hanc opi. ẽt tenuerunt Guil. & Bal. in
.d.l.qñ.& D.m.in.c.at ſi.clerici.š.de iudi. Q^d^
tñ limita, niſi poſt confeſſionem ſequeretur fu-
ſtigatio, vel mutilatio, aut ſimilis pœna, per ea
quæ ſupra dixi. Aut quis confitetur in actione
ciuili famoſa, & concludit Bart. in .d .l. infamẽ.
43 ꝙ talis efficitur infamis; quia † confeſſus in ci
uili habetur pro condemnato, vt in .l. 1.ff. de
confeſſ. Et ideò in caſibus in quibus quis effi-
ceretur infamis per ſententiam, efficitur etiam
per cõfeſſionem; quia habetur pro condemna-
to. & ſequitur .D.m. hic,& in .d.c. at ſi clerici.
Sed tu aduerte, quia Iaco. But.in.d.l.quoniam.
tenet contrariũ, dicens, ꝙ etiam cõfeſſus in ci-
uili famoſa,non efficitur infamis.& pro hoc,di-
cit eſſe caſum in .l.ſi reus paratus.ff.de procura.
44 Nõ obſt.l.quoniã. †inducta vt.š. quia ibi poſt
illam fictam confeſſionem, non ſequebatur ſen
tentia. Et pro hac opi. etiam facit, quia aliàs
ſequeretur, ꝙ confeſſus, & deniũ condemnatus
bis eſſet infamis, contra.l.2 .C.vt.ĩ.cert. temp.
Vel ſaltem ſequeretur, ꝙ ſententia poſtea lata
non infamaret, ꝙ eſt cõtra .l. 1 .ff de infa. Dicit
tamen Bal. in .d.l.quoniam.quòd ſi quis vellet
tenere opinionem Bar. poſſet reſpondere ad.l.
ſi reus paratus. ꝙ ibi confeſſio non emanauit in
figura iudicij. Vel ſecũdo, ꝙ ideò ibi non infa-
matur, quia ſecuta fuit ſententia abſolutoria.
Sed tu aduerte, qa pro prima ſentẽtia facit opti
mè tex. in.l.ſi tutor .C. de interdic. ma. Et per
45 quem tex. not. Cy.& Bal. ꝙ cõfeſſus in†actio-
ne ciuili famoſa ſit infamis.Sed pro ſecũda opi.
Ia. Bu. facit, quia non reperitur iure cautum,
46 ꝙ aliqua probatio infamet, † quia vt dicit Bal.
probatio ſola non connumerat̃ in modis infa-
mandi, ergo &c. argu.l.illam.C.de colla. Sed
poſſet reſponderi, ꝙ reperitur, in quantũ con-
feſſio in ciuili habetur pro condemnatione, &
condẽnatio infamat in actione famoſa,vt.d.l.1.
Et ſic ex prædictis patet, ꝙ q̃ſtio ẽ ſatis dubia,&
diſputabilis. In qua pro vera deciſiõe arbitror
ita eſſe diſtinguendũ, ꝙ aut talis cõfeſſio ema-
nat coram arbitro, vel arbitratore, aut corã Iu
dice. Primo caſu dic, ꝙ talis cõfeſſio nõ infa-
mat,vt tenet glo. in.l. quid ergo .§. ex cõpro-
47 miſſo.ff.de infa. quæ ſingulariter vult, ꝙ † vbi
ſentẽtia non infamat, nunquã infamat cõfeſſio.
48 Quæ glo.ſm Bal. non eſt alibi. Sed † ſententia
arbitri nõ infamat, vt eſt tex.in.d.§. ex cõpro-
miſſo, ergo multò minus infamat confeſſio
corã arbitro, & longe minus corã arbitratore.
vt tenet Bal.in.d.l.qñ.& Io.de Imo.in.d.l.infa-
mẽ. in ſi. Secũdo caſu, qñ confeſſio emanauit
corã Iudice, ſubdiſtinguerẽ, ꝙ aut cõfeſſio eſt
facta poſt datũ libellum, vel lit.cõteſt.& hoc ca
ſu etiam in ciuili confeſſus non infamatur;mo-
ueor, quia talis non habetur pro condemna-
to, ſed fertur ſententia,vt .l. iulianus.& in.l.qui
ſtichum.ff.de confeſ.not.glo.& Archid.2.q.1.
in.c.nos in quemquam & glo. in authen. de
exhib.



exhib.re.§.ſuſcepto. col.5. & not. Bal. d.l.1.
de confeſſ.& Bal.poſt Iaco.But.in.l.ſi debitori.
ff.de iudi. Et ideò hoc caſu indubitanter opin.
Bar.& ſequacium non procedit. Aut confeſſio
fuit facta ante factum libellum,& litis conteſta.
49 & tunc caſus eſt magis dubius, quia talis†con-
feſſus habetur pro condemnato, vt.d.l.1. Sed
ad hoc iudicio meo in hoc caſu dici poſſet, ꝙ ta-
lis confeſſio non infamet etiam in ciuili. Nec
obſtat tex. in .d.l.1. ſuper quo fundatur, pro
opin.Barto. quia diligenter ponderandum eſt,
50 quòd tex.dicit,habetur pro†confeſſo,& ſic de-
notat fictionem, vt ibi etiam colligit Bart. ergo
ſequitur, quòd talis non eſt verè condemnatus;
51 ergo lex pęnalis † loquens de vera condemna-
tione,nõ debet ad iſtum caſum porrigi.arg.l.3.
§.hæc verba.ff.de neg. geſt. & reg. in penis.de
reg.iur.lib.6. Non obſtat.l.ſi tutor. C.de in-
terdict.matr.quam ſupra allegaui pro opi. Bar.
quia ad illam poteſt reſponderi altero ex mo-
dis,de quibus ſupra dixi in alio artic.dãdo qua-
tuor ſolutiones ad illam legem. Vnde hoc vlti-
mo caſu fortè dici poſſet, quòd aut ſola emana-
uit confeſſio,nec aliud emanauit factum, & præ
ceptum iudicis,& tunc non ſit infamis. Quod
intellige de iure; quia de facto infamat̃, ex quo
læditur eius opinio apud bonos,& graues. Et
hoc ꝓbo,quia etiam ſi aliud diceremus,eo ipſo
quòd fuiſſet taliter confeſſus, curreret ei tem-
pus, quod datur iudicatis; ſed conſequens eſt
52 falſum,quia † ante iudicis præceptum tale tem-
pus non currit, vt probatur in.d.l.ſi debitori.ff.
de iudi.ergo non efficitur infamis. Aut poſt ta-
lem confeſſionem inſecutum eſt iudicis præce-
ptum,& tunc procedat opin. Barto. Maximè ſi
aliqua vituperoſa pęna fuit impoſita,per ea quę
ſupra dixi. Circa ſecundum caſum principalẽ,
53 quando pęnæ † impoſitionem nulla præceſſit
ſententia,nec iudicis cognitio,ſed ſolum iudex
fuſtigauit,mutilauit,vel quid ſimile fecit, & tũc
talis pęna non infamat. arg. tex.in.d.l.ictus fu-
ſtium. Quod procedit quò ad infamiam iuris.
Secus quò ad infamiam facti. Cõclude ergo ex
omnibus prædictis, quòd tribus modis irroga-
tur infamia. vno modo ipſo facto, vt in qua-
tuor caſibus in.l.1.in princ.ff.de infam. Secun-
do,prout in alijs caſibus poſtea poſitis in.d.l.1.
Tertio, ex genere pęnæ impoſitæ, dummodo
ſubſiſtat cauſa vera,propter quam fuit impoſi-
ta pęna.& in hoc differt iſte caſus à præceden-
ti; quia in præcedenti ſatis eſt ſententiam fore
latam, quanuis fortè non ſubſit cauſa, cum res
iudicata pro veritate habeatur. Et ex prędictis
habes notabiliter expeditam materiam huius
decretalis.

## Capitulum. IX. Tuam.

*SVMMARIVM.*

1 *Obligatus ſub certa pœna ad certam quantitatem certa die ſoluendam, ſi infra terminum ſoluit partem, non tenetur ad integram pœnam.*

2 *Laudum cum appoſitione pœnæ ad quantitatem ſoluendam infra certum terminum, licitè profertur inter clericos, nec per hoc dicitur committi vſura.*

3 *Obligationi dandi conſiſtenti ſub quantitate, & maximè ſub mutuo, poteſt apponi pœna, ſi infra certum terminum non ſoluatur.*

4 *Mutuum cum pacto, quòd recipiens teneatur infra certum terminum dare pignus, vel quid ſimile ſub certa pœna, an ſit vſurarium.*

5 *Laudo, & compromiſſo metu pœnæ eſt parendum.*

6 *Pœna de rigore iuris in totum committitur, ſi ſoluendum ſub certa pœna infra certum terminũ non ſoluatur.*

7 *Taciturnitas exceptionis reſpicientis merita negocij principalis, videtur literas vitiare.*

9 *Creditor recipiendo partem, videtur pœnam remiſiſſe, niſi aliter creditor fuerit proteſtatus.*

10 *Pœna ratione partis non ſolutæ, etiam de iure canonico, ſecundum communem videtur poſſe peti.*

11 *Partis eadem eſt ratio quò ad partem, quæ eſt totius quò ad totum.*

12 *Intellectus primus tex. huius. Et ſecundus nu. 14. Et tertius qui eſt Inno. num. 15. Et quartus qui eſt Pontani. num. 18. Et quintus qui eſt authoris. nu. 24. quem declarat. nu. 31.*

13 *Difficultas, licet non impediat principalem obligationem, tamen impedit moræ conditionem.*

16 *L. ſtipulationum. quæ eſt. l. 8. §. ſi ſortem. ff. de verbo. obliga. declaratio. & nu. 22. & 28. Et concordatur quadrupliciter cum. l. ſi ſeruus. §. ſi quis cautio. nu. 34.*

17 *Sors & pœna regulariter peti non poteſt. Et quid in arbitrijs. nu. 26.*

19 *Moræ purgatio regulariter non admittitur, vbi ab homine pœna, & dies adiecta eſt dationi.*

20 *Intellectus Pontani ad hunc tex. reprehenditur latè.*

21 *L. cum ſtipulatus ſim mihi à proculo. ff. de verb. obliga. declaratio. & nu. 27.*

23 *L. ſi ſeruus. §. 1. ff. ſi quis cau. declaratio.*

25 *Solutionem particularem vnius debiti, non cogemur etiam infra certum terminum recipere.*

29 *L. duodecim tabularum diuidit actiones pro virili portione hæredum.*

30 *L. ſi ſeruus. §. 1. ff. ſi quis cautio. declaratio. Et concordatur quadrupliciter cum. d. §. ſortem. num. 34.*

32 *Obligatio diuidua quæ dicatur.*

33 *Indiuiduorum materia, remiſſiuè.*

35 *Ciuitas Spoletana eſt propinqua curiæ Romanæ.*

1 TVam. Obligatus ſub†certa pęna
ad certam quantitatem certa die
ſoluendam, ſi infra terminum ſol
uit partem, non tenetur ad inte-
gram pęnam.h.d. Primo ponitur quæſtio.Se-
cundo prouiſio,ibi,quia igitur. Et dicit hic Io.
Andr. quòd olim in antiqua compilatione iſta
decre-

decretalis erat poſita ſub tit.ne cler.vel mona.
2 Not.primo,quòd † etiã in clericos licitè pro-
fertur laudum cum appoſitione pœnæ ad quan
titatem ſoluendam infra certum terminum,nec
per hoc dicitur committi vſura.Et hinc ſumpta
3 occaſione tractant hic quidam, vtrum† obliga-
tioni dandi conſiſtentis ſub quantitate, & maxi
mè ſuper mutuo poſſit apponi pœna.ĩ.certum
terminum,ſi non ſoluatur.Et quid iuris de hu-
iuſmodi contractu, quem quotidie exercent
4 mercatores curiales. Mutuant enim† pecuniã,
& adijciunt pactum, quòd recipiens.ĩ.certum
terminum, teneatur dare certa pignora, vel fa-
cere quid ſimile,quod ſi factum non erit, ſtipu
lantur certam pœnam ab ipſo recipiente,vtrum
tales contractus dicantur vſurarij, de quo hic
latè per.d.Anto.& Bal.in.l.cum allegas.C.de
vſur. Ego latè dixi de hac materia ſupra in ma
teria vſurarum. in nono princ. artic. Not.ſe-
5 cundo,quòd laudo,† & compromiſſo parendũ
eſt metu pœnæ appoſitæ,vt in.l.diem proferre.
§.ſtari. ff.de arbit. Tertio not. quòd de iuris
6 rigore,† ſi ſoluendum ſub certa pœna infra cer
tum terminum,non ſoluitur integrè, pœna cõ-
mittitur in totum, de quo hic latius in glo.1.
7 Not.quarto,argumentum, ꝙ taciturnitas †ex-
ceptionis reſpicientis,merita negocij principa-
lis, videtur literas vitiare. Not.quinto, quòd
clericis non videtur eſſe licitum exigere pœnã
in laudo appoſitam, de quo artic. dic vt latius
traditur in.c.dilecti.ſ̃.de arbit. Not.ſexto,ꝙ
8 exactio† pœnæ vltra debitam ſortem, videtur
quodammodo locupletatio cum aliena iactu-
ra. & ideò non videtur eſſe licita, de quo hic in
glo.fin. Glo.1.in princ. ſentit vnam quæſtio-
nem,& ſoluit,& quaſi videtur ſolutionem ada-
ptare ad intellectum tex. noſtri, & ipſam ſolu-
tionem limitat; Demum in ver. & ſic vide-
tur.format contrarium, & ſoluit diſtinguendo.
Et aduerte, quia hæc tota glo. principaliter vi-
detur ſentire duo contraria ad tex.noſtrum.
Primo,in quantum tex.dicit,quòd iſte Epiſco-
pus non poteſt petere pœnam. nam videtur,ꝙ
imò integram pœnam petere poſſit propter
partem non ſolutam infra terminum conſtitu-
tum.per.l.ſtipulationum.quæ eſt.l.5.§.ſi ſortẽ.
ff.de verb.obliga. vbi ſoluta parte ſortis debitæ
propter aliam partem non ſolutam committi-
tur pœna in totum. Secundo obſtat,quia poſi-
to,ꝙ pœna nõ committeretur in totum, tamẽ
ſaltem debebat committi pro parte, ex æquita-
te,obſtante exceptione partis adimpletæ, per.l.
ſi ſeruus. §.1.ff.ſi quis cautio. Et horum
contrariorum timore facta eſt hæc glo. quæ in
princip. ſui ſentit ſolutionem ad primum con-
trarium in eo,quòd dicit, quòd eo ipſo, quòd
9 creditor recipit ſortem, † videtur pęnam remi-
ſiſſe,vt in.l.fin.ff.de eo qd cer.lo.cum ſimili.&
ideò pęnam non poteſt petere per tex. noſtrũ,
niſi aliter creditor fuerit proteſtatus, vt ſubdit
glo.per iura in ea allegata. Et vtrum hæc pro-
teſtatio iuuet,& quando,& in quibus caſibus,
dic vt traditur per Bart.in.d.l.fin.ff.de eo quod
cer.lo. & aliquid in.l.2.in prin.ff.ſi quis cautio.
Sentit hęc glo.noſtra vnum intellectum ad tex.
quòd ex quo nõ apparet de ꝓteſtatione ipſius
Epiſcopi,quòd non obſtante receptione ſortis
intendebat petere pęnam,præfatus Epiſcopus
præiudicauit ſibi in pęna ſortem recipiendo.
Sed dicit hic.D.m.quòd hoc dictum glo. vide-
tur contra tex.noſtrum, vbi Papa fundat ſe alia
ratione. Vnde dicit, quòd iſte tex. procedit,
quando pars debiti dũtaxat fuit ſoluta. Et ideò
cum eſſet ſoluta pars duntaxat,non videtur cre
ditor ratione partis non ſolutæ renuntiare pœ-
næ. Nam etiam de iure canonico videtur poſ-
10 ſe† peti pœna ratione partis,non ſolutæ. & ita
communiter* tenent docto. quòd ſibi placet, Com.op.
11 quia † eadem debet eſſe ratio de parte,quò ad
partem &c. vt in.c.paſtoralis.§.itẽ cum totũ.ſ̃.
de of.deleg.&.l.quæ de tota.ff.de rei vend. vn-
de ſicut de iure canonico poteſt pœna in totum
peti ſi non adimpletur contractus, vel arbitriũ
pœnæ,vt in.c.dilecti.& in.c.per tuas.ſ̃.de arbi.
ergo poſito ꝙ non cõmittatur in totum pœna,
prout videtur velle.d.§.ſi ſortem. ſaltem vide-
tur,quòd pœna committi, vel exigi poſſit pro
rata ſortis non ſolutæ, ſaltem ex æquitate ob-
ſtãte exceptione, per.d.l.ſi ſeruus.§.1.ff.ſi quis
cau. Et potiſſimum, quando obligatio conſi-
ſtit in dando,ſeu ſoluendo,ita quòd ſolutio par
tis reſpectu partis tantam afferẽt commoditatẽ,
quantam ſolutio totius reſpectu totius. Secus
ſi obligatio eſſet indiuidua;quia tunc pœna cõ-
mitteretur in totum, etiam de iure canonico,
quia tunc ceſſaret ratio literę noſtræ,ſecundum
D.m. Et per prædicta reſpondetur ad.d.c.di-
lectus.quamuis docto. aliter reſpondeant dan-
tes duas ſolutiones, & duos intellectus ad tex.
12 noſtrum.† primus eſt, ꝙ pars ibi potuit ſolue-
re,ſed non ſoluit. Et ideò incidit in pœnam in
totum. hic verò non potuit, pro qua opin. ad-
13 duco.Nam licet† difficultas non impediat prin
cipalem obligationem, tamen impedit moræ
conditionem, vt not. in.c.ſignificante.ſ̃.de pi-
gno.& in.c.gemma.ſ̃.de ſponſ.& in.l.ſi vehen-
da.§.idem iuris.ff.ad leg.Rhod. de iact. & in.l.
continuus.§.illud.ff.de verbo.oblig. latè tradit
Fede.conſi.50. Sed aduerte, quia ſecundum
iſtum intellectum iſti rectores fuiſſent excuſati
in totum à pœna; & eſt verus intellectus in ſe,
ſed non placet.D.m. nec mihi, quia continet
diuinationem,quia Papa hic nihil dixit de dif-
ficultate, nec ſuper ea ſe fundat, niſi diceres,ꝙ
eſt veriſimile, quòd ſicut iſti ſoluerunt.36.lib.
ita ſoluiſſent alia.7.ſi potuiſſent. Secundus in-
14 tellectus† eſt, quòd.c.dilecti. ꝓcedat beniuole
tex.noſter de æquitate. Sed iſte intellectus nõ
placet.D.m.quia etiam in.c.dilecti. & etiam in
d.c.per tuas.Papa debuiſſet ſeruare iſtam æqui-
15 tatem. Ideò datur tertius intellectus,† ſecun-
dum Inno.quem ſupra tetigi ſecundum.D.m.
quòd ibi nullo fuerat ſatisfactum. Ideò pœna
committatur in toto etiam de iure canonico,
ſed hic fuerat ſatisfactum pro maiori parte, vn-
de de æquitate pœna non committitur in totũ
ſaltem



ſaltem cum effectu. & ſic ſecundum iſtum intel
lectum pœna committeretur pro parte.& hunc
intellectum ſentit glo. noſtra, quaſi circa me-
dium ibi,& hanc æquitatem ſeruat hic Inno.
Non obſtat tex. in fi.quia tex. noſter non ne-
gat quominus ratione partis non ſolutæ pœna
pro rata committatur,& exigi poſſit. Sed aduer
te, quia tunc obſtat.d.l.5.§.ſi ſortem.ff.de ver.
obliga.vbi ſoluta parte propter partem non ſo-
lutam,in totum committitur pœna,vt ſupra di-
xi. Licet cõcordet.l.ſi ſeruus.§.1.ff.ſi quis cau.
Sed poteſt reſponderi ad dictum.§.ſi ſortem.
16 quòd † loquitur de rigore iuris ciuilis; ſed nos
loquimur de æquitate canonica. Sed aduerte,
quia iſte intellectus non placet Ludo. Ponta. in
.l.eadem.§.cato.ff.de verbo.obli. quia videtur
contra tex. noſtrum, dum dicit ſimpliciter, &
indefinitè ſuper pœna triginta librarum, me-
moratos rectores de cætero non moleſtes.
Vnde cum tex.indefinitè prohibeat pœnæ pe-
titionem, intelligitur non ſolum prohiberi re-
ſpectu totius;ſed etiam reſpectu partis. Sed tu
dic ꝙ contra iſtum intellectũ iudicio meo for-
tius obſtat mandatum Papæ, in eo quòd vult,
quòd iſte Epiſcopus debeat eſſe contentus ſo-
lutione ſeptem librarum; ergo intelligitur ex-
preſsè mandare,ꝙ pœnam non poſſit petere ꝓ
rata; tum quia per receptionem intereſſe ſor-
tis, intelligitur remiſſa petitio pœnæ, vt ſupra
17 dixi,& dicit hic glo. in princ. Et quia non† po
teſt quis regulariter petere ſortem,& pœnam,
vt dixi in.c.conſtitutus.ſ̃.eod. Vnde præfatus
18 Ludo.Pont.in.d.§.cato.dat† quartum,& nouũ
intellectum ad hunc tex.videlicet, ꝙ tex.noſter
contineat hunc caſum ſingularem, videlicet, ꝙ
19 licet vbi ab homine pœna, † & dies adiecta eſt
dationi, non admittatur purgatio moræ, vt eſt
caſus in.l.celſus. iuncto fine.l.præceden.ff.de
arbit. tamen hoc fallit de æquitate, quando.ĩ.
terminum conſtitutum pro maiori parte da-
tioni eſt ſatisfactum, ꝓut hic erat; quia ex qua-
draginta libris ſolutæ erant.33. vnde tunc poſt
terminum,quantum ad euitationem pœnæ po-
teſt mora purgari, ſoluendo poſt ipſum termi-
num reliquam maiorẽ partem. Facit tex.dum
vult,quòd ſeptem ſolutis Epiſcopus nõ debeat
illos rectores moleſtare ſuper pęna. & hunc di-
cit intellectum ſuum nouum, & caſum ſingula-
rem à canoniſtis non intellectum. Sed tu ad-
20 uerte,† quia licet iſte intellectus prima facie vi-
deatur peregrinus, & elegans, tamen contra
ipſum plura obſtant. Primo,quia tex.iſte non
fundat ſe ſuper aliqua ratione moræ purgatio-
nis;ſed ſolum quia non conuenit põtificali mo-
deſtiæ velle locupletari cum aliena iactura. Se-
cundo obſtat.l.cum ſtipulatus ſim mihi procu-
le.ff.de verbo.obliga. vbi probatur,quòd licet
pro parte adimpleuerit.ĩ.terminum, quod ꝓ-
miſit,nihilominus committitur pœna, nec ad-
mittitur purgatio moræ poſt terminum. Et per
illum tex.dicit Ange. in repeti.l.ſi inſulam.ff.de
verb.oblig.col.8. quòd non admittitur purga-
tio moræ,etiam ſi infra terminum debitor in-
ceperit adimplere obligationem. Sed poſſe-
21 dicere,quòd ille tex.non obſtat,† quia loquitur
in promiſſione facti indiuidui. circa quod,licet
infra terminum aliquid adimpleatur,tamen nõ
admittitur purgatio more; quia perinde eſt,ac
ſi nihil factum eſſet;quia iſtud factum non affert
tantam vtilitatem in parte reſpectu partis,quan
tam in toto reſpectu totius. ſed in caſu noſtro
ſecus eſt,vt de ſe patet. Sed hæc ſolutio non vi
detur tollere contrarium; quia licet vbi imple-
mentum pro parte non afferat tantam vtilitatẽ
reſpectu partis; tamen ſatis videtur eſſe,ꝙ infra
terminum adimpleuerit promiſſionem pro ma
iori parte. Nam ſi mora ex hoc poſſet purga-
ri,vt in opin.Ponta.poſt terminum ipſe poterit
domum perficere,& moram purgare; eo quòd
infra terminum non fuit omnino negligens
qua domo tãdem completa habebit creditor,
ſeu locator integram commoditatem. Tertio
22 obſtat†.d.§.ſi ſortem. vbi tex. loquitur in da-
tione quantitatis; & tamen non admittitur pur
gatio moræ, quamuis.ĩ.terminũ pars fuerit ſo-
luta. Quarto obſtat.l.ſi ſeruus.§.1.ff.ſi quis
cau. vbi ſaltẽ committitur ope exceptionis,vel
æquitate pœna pro rata. Et quamuis.ĩ.termi-
num debitor in iudicio ſtetiſſet tres,ex quatuor
tamen poſt moram commiſſam, poteſt pœna
peti pro rata, nec admittitur purgatio moræ.
23 Et ſic ex prædictis† patet, quòd intellectus iſtius
tex.reddit valde dubius. Et ſi velles tenere prę-
dictum intellectum Ponta. poſſes dicere,ꝙ illæ
leges procedunt de iure ciuili, ſecus eſt de æqui
tate canonica. Ex quo ego infero, ꝙ in foro
ſæculari in terris non ſubiectis eccleſiæ, tex.no
ſter dicto modo intellectus non haberet locum
in foro eccleſiaſtico,vel terris ſubiectis eccleſię,
ſecũdum ea quæ notantur in.c.1.de arbi.lib.6.
& quę latius dixi in.c.1.ſ̃.de op.no.nun. Vnde
24 arbitror melius dici poſſe,ꝙ verus † intellectus
iſtius decret.ſit,quòd Epiſcopus creditor,reci-
piendo maiorem partem debiti.ĩ. terminum,
quàm non tenebatur recipere,videtur ſibi præ-
iudicaſſe in pœna. Moueor,quia cum hic eſſet
debitum, & licitum,non cogebatur Epiſcopus
25 etiam.ĩ.terminum recipere particularem ſolu-
tionem, vt in.l.tutor.§.lucius.ff.de vſur. & la-
tius traditur in.l.quidam exiſtimauerunt.& ibi
per Modern.ff.ſi cer.pet.ergo ſi poſt terminum
recipiendo ſortem,vel partem videtur ſibi præ-
iudicaſſe in pœna,vt dicit hic glo. in prin. & re-
cipiendo maiorem partem, &.ĩ.terminum. ſi
modo reciperet ſine aliqua ꝓteſtatione, quòd
non intendit ſibi præiudicare in pœna,ſi debito
tempore reſiduum non ſolueretur. Quinimo
arbitror, quòd etiam facta proteſtatione præ-
dicta,non poſſet talis recipiens partem debiti,
maximè maiorem,ſiuè receperit.ĩ.terminum,
ſiue poſt terminum iſtam partem ſortis retine-
re,& pœnam petere, per ea quę dixi in.c.con-
26 ſtitutus.ſ̃.eo. vbi inter alia dixi, ꝙ † ex clauſula
iudicati in arbitris, poteſt peti ſimul res,& pœ-
na.per.l.celſus.ff.de re.arbit. & per not. in.l.2.
§.1.ff.ſi quis cautio. & argum.d.l.fina.ff.de eo
quod

quod cer. lo. quia cum iſte Epiſcopus ex
quadraginta libras iam recepiſſet trigintatres,
videtur ſibi præiudicaſſe in pœna, ſaltem cum
vellet ipſam ſortem retinere, & pœnam pe-
tere; quia videretur locupletari cum aliena ia-
ctura. Et ideò ſuper pœna imponitur ſibi ſilen-
tium. & iſte iudicio meo eſt verus, & nouus in
27 tellectus ad tex. noſtrum. Nec obſtat † l. ſi ſti-
pulatus ſim mihi procule. quia licet ibi. ꝟ. ter-
minum pars inſulæ fuerit fabricata; tamen cre-
ditor illam non acceptauerat, & ideò non vide-
tur renuntiaſſe pœnæ. Sed hic ſponte recepit
quod non tenebatur recipere, nec etiam ibi vo
lebat creditor ipſum opus, & etiam pœnam.
28 Nec obſtat † l. quinta. §. ſi ſortem. allegata in
glo. quia ibi creditor recipiens partem ab vno
ex hæredibus, non videbatur renuntiare peti-
tioni pœnæ; quia ad illam recipiendam omni-
no cogebatur, ex eo, quia l. duodecim tabularũ
29 actiones diuidit † ad diuidua pro virili portio-
ne hæredum, vt in l. his. ff. famil. herciſc. Item
quia ibi nolebat petere pœnam, & retinere par
tem ſortis receptæ; quia ſi voluiſſet ipſam partẽ
retinere, non potuiſſet petere pœnam. Sed in
caſu noſtro ſecus erat, tum quia ſponte recepit
partem, quam tenebat recipere; tum quia reti-
nendo partem ſolutam volebat petere pœnam.
30 Non obſtat † l. ſi ſeruus. §. 1. ff. ſi quis caut. vbi
committitur ſolum pœna pro parte promiſſio-
nis non impleta; quia reſpondeo, quòd loquitur
in obligatione faciendi, in qua non poſſet repe-
ti à creditore pars ſolutæ obligationis. Et ideò
licet committatur pęna in totum de iuris rigo-
re, quia verum ſit promiſſorem non ſtitiſſe
omnes illos quatuor in iudicio, tamen quia
pro maiori parte adimpleuerat promiſſionem
ſiſtendo tres, & iſtud quod adimpleuit non
poteſt à creditore repetere, meritò cum non ſit
dare remedium promiſſori reſpectu partis ob-
ſeruatæ. ideò ex æquitate ſolum committi-
tur pœna pro rata partis non obſeruatæ. Sed
in caſu noſtro cum obligationis ad implemen-
tum conſiſteret in dando, meritò non poteſt
Epiſcopus velle retinere ſortem, ſeu maiorem
partem ſortis ſolutæ, & petere pœnã; quia hoc
eſſet velle locupletari cum aliena iactura; cum
debitor ſolum teneatur ad alterum tantum,
vel ad ſortem, vel ad pœnam. Et ſic ſecundum
iſtum meum intellectum litera eſt plana, & ceſ-
ſant omnia contraria, & habes notabiles decla-
rationes ad illas leges. Aduerte tamen, quia
31 hæc † procedunt, quando aliquis eſſet obliga-
tus ad dandum, vel faciendum ſub certa pœna.
Sed quando quis debet recipere aliquid, puta
hęreditatem, legatum, vel quid ſimile, ſi aliquid
dederit, vel fecerit, tunc non poteſt illud pete-
re, niſi integrè ſoluat, vt in l. mæuius. & in l. cui
fundus. ff. de condi. & demonſtra. & tenet hic
D. m. In eadem glo. ibi, ſit indiuiduum, dic, &
32 quæ † obligatio dicatur diuidua, dicit hic. D. m.
quòd diuidua dicitur quæ affert tantam com-
moditatem in parte reſpectu partis, quantam
affert ſolutio totius reſpectu totius. Exem-
plum, promiſi tibi ſcribere duos libros ſub
pęna, ſcripſi vnum, vnde implementum meum
affert tibi tantam commoditatem in parte
reſpectu partis, quantam in toto reſpectu to-
tius. Indiuidua verò dicitur per contrarium,
quando ſolutio partis non affert tantam com-
moditatem reſpectu partis, quantã ſolutio to-
tius reſpectu totius. Exemplum, promiſi ti-
bi ſcribere librum, hæc obligatio eſt indiui-
dua, quia licet medietatem ſcripſerim, tamen
hæc pars non affert tibi tantam vtilitatem reſpe
ctu partis, quãtam tota reſpectu totius. Sed tu
33 dic de hac † materia indiuiduorum, vt latius tra-
ditur per Bart. & doct. in l. 2. & in l. 4. §. cato. &
in l. ſtipulationes non diuiduntur. vbi latiſſimè,
& in l. in executione. ff. de verb. obl. In eadem
glo. ibi. ff. ſi quis cau. in l. ſi ſeruus. §. 1. dic, quia
tex. ille videtur cõtrariari. §. ſi ſortem. allegato
in glo. & docto. vtrobique dant varios intelle-
ctus, ideò dic vt ibi. Et primus intellectus eſt
Martini antiqui gloſatoris iuris ciuilis, quem
34 allegat Bart. quòd tex. in † d. l. ſi ſeruus. §. 1. lo-
quitur de æquitate. Sed tex. in. §. ſi ſortem. lo-
quitur de rigore. Secundus intellectus, ꝙ tex.
in. §. 1. loquitur in iudicijs, & præparatorijs iu-
diciorum. Sed. §. ſi ſortem. loquitur in extraiu-
dicialibus. Tertius intellectus, quòd in. §. 1. ſu
peruenit facultas in parte nõ impleta, ideò ex-
cuſatur ſaltem de æquitate. quæ difficultas non
interuenit in. §. ſi ſortem. Quartus eſt, quem
ſequitur Pet. de Bel. & Iaco. Butr. quòd in. §. 1.
erant plura facta copulatiuè in obligatione. Se-
cus quando verſatur tantum vnum factum. &
ita loquitur. §. ſi ſortem. Sed tu poſſes melio-
rem ſolutionem tenere ex his, quæ dixi ſupra,
dando nouum intellectum ad tex. noſtrum, &
ſoluendo dictum. §. ſi ſortem. & ad. d. l. ſi ſer-
uus. §. 1. In glo. fi. in fine, dic de hac materia, vt
traditur in iuribus in glo. allegatis, & maximè
in c. dilecti. & latè dicam in c. dilectus. ꝟ. eod.
Poſtremo extra glo. opponunt docto. contra
iſtum tex. noſtrum, quia hic fuit lata ſententia
per Legatum, à qua nõ fuit appellatum; ergo cũ
tranſiuerit in rem iudicatam, non debebat am-
plius pars audiri, vt in c. cum inter. ſ. de re iudi.
Sol. docto. ad hoc multipliciter reſpondent. Pri
mo, ꝙ iſta decretalis non neceſſitat, ſed tantum
hortatur, vt patet ex tex. qui loquitur per ver-
bum decet. Secundo ſoluitur, ꝙ Papa hic pro-
uidit ex officio ſuo. Tertio, ꝙ fortè hic fuit ap
pellatum. Vel quarto, quòd fortè iſti. ꝟ. tempo-
ra appellandi adiuerunt Papam, quod habe-
tur pro appellatione. Et eſt ſimile in c. dilectus.
de exceſſ. præla. Et hoc ſatis poteſt colligi; quia
35 ciuitas † Spoletana ſatis eſt propinqua Romanæ
curiæ. dantur etiam & aliæ ſolutiones, in qui-
bus vt dicit. D. m. non oportet inſiſtere, quia
hic non diſputatur principaliter de validitate
ſententiæ, ſed de poteſtate, & facultate peten-
di pœnam.

Cap.



## Capitulum. X. Ad Aures.

*SVMMARIVM.*

1 *Occidentis prælatum pœnę. & nu. 7.*
2 *Iudex eccleſiaſticus poteſt laico pœnam tempora-
lem imponere, ſi delictum eſt eccleſiaſticum.*
3 *Defenſio neceſſaria excuſat delictum.*
4 *Beneficium latè ſumitur, & ideò comprehendit
feuda.*
5 *Sententia debet ferri cum matura deliberatione.*
6 *Delinquens, licet priuetur aliqua re, tamen nõ vi-
detur prohiberi illam de nouo acquirere.*

1 AD AVRES. Occidentes † prælatũ
priuãtur beneficijs, & feudis, quæ
habent ab eccleſia, cui præerat ille
prælatus, nec eis, vel hæredibus
eorum reſtituuntur; nec etiam ea de nouo con-
cedi debent. h. d. Primo recitat pœnalem ſen-
tentiam. Secundo, aggrauat, ibi, quia igitur.
Primo not. quòd propter ſacrilegium poteſt
2 iudex † eccleſiaſticus imponere laico pœnam
temporalem; nam hic priuat ipſum laicum do-
minio vtili quęſito ex contractu. Et eodem mo
do poſſet etiam aliam pœnam temporalem im
ponere. Facit. 17. quęſt. 4. in c. quiſquis. Et ſic
optime facit ille tex. quòd licet iudex eccleſia-
ſticus non habeat iuriſdictionem temporalem
in laicum, tamen ſi delictum de quo cognoſcit,
eſt eccleſiaſticum, poteſt ipſum delinquentem
temporaliter punire. Facit ad hoc quod dixi
in c. licet. ſ. eod. & adde, & vide quæ dixi in c.
cum ſit generale. ſ. de fo. competen. Secundo
3 not. ibi, nequiter, quòd pœna iſtius decretalis
habet locum ſolum, quando ex nequitia tale
delictum fuit perpetratum. Secus ergo eſſet, ſi
ex legitima cauſa; vt puta, pro neceſſaria defen-
ſione, vt in c. 3. ꝟ. tit. proxi. & in c. 2. & c. ſigni-
ficaſti. ſ. de homici. vide quod latius dixi in c.
ad audientiam. ſ. de homici. in. 17. princi. artic.
q. 14. & pluribus ſequen. Tertio not. ꝙ verbũ
4 beneficia, latè ſumitur. † vnde comprehẽdit feu-
da, & omnia alia afferentia aliquam vtilitatem,
& locationem plenariam, & quicquid aliud ab
eccleſia conceſſum. Nam ſecundum Io. Andr.
& bene, beneficium dicitur beniuola actio, gau-
dium tribuens capienti, vt eſt tex. in c. 1. vltra
medium. quib. mo. feu. amit. & ita dicit Seneca
in lib. 1. de beneficijs. Quarto not. ibi, cum
5 multa † deliberatione, quòd ſententia debet fer
ri cum præmatura deliberatione. Ad idem. 30.
quæſt. 5. c. iudicantem. Facit reg. quæcunque.
ff. de reg. iur. Vltimo not. arg. ex tex. quòd
6 licet quis † propter delictum per ſe commiſſum
priuetur aliqua re, tamen nõ videtur prohiberi
illam rem acquirere ex noua conceſſione. Fa-
cit tex. noſter, in quantum Papa ſpecificè man-
dauit, vt nec ipſis, nec ſucceſſoribus ipſa benefi-
cia reſtituerentur, vel concederentur. & ſic vi-
detur quòd ceſſante prohibitione potuiſſent
de nouo concedi. Facit. l. ſi mandauero. §. is
cuius. ff. mand. & de materia in c. commiſſa. de
elect. lib. 6. Glo. 1. opponit contra tex. quòd
7 iſti tales † ſunt puniendi, non ſolum pœna, de
qua in tex. ſed etiam alijs plurimis pœnis, vt pa
tet ex glo. Glo. ſoluit, fatendo contrarium. In
fi. glo. dic de materia, vt latè dicam in c. in qui-
buſdam. ꝟ. eod.

## Capitulum. XI. Dilectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudici iniurians, ſuperioris arbitrio eſt puniẽdus.*
2 *Iudici debitus honor eſt deferendus.*
3 *Authoritas regendi frangitur, quando nimia ſer-
uatur humilitas.*
4 *Iuſtitiæ imago, quomodo ſecundum Chriſippum
Stoicum ab antiquis depingi ſoleret.*
5 *Prorumpere verbum ſonat in vitium.*
6 *Delinquens contra iudicem, non debet puniri ab
ipſo iudice; ſed arbitrio ſuperioris.*
7 *Iudex quando poſſit vendicare, & punire iniuriã
ſibi illatam. remiſſiuè.*
8 *Iudicis aſſertioni vtrum ſit credendum: remiſſiuè.*

1 DILECTVS. † Qui iniuriatur iu-
dici, ſuperioris arbitrio puniri de-
bet. Vel ſic, prorumpẽs contra iu-
dicem ſuperioris arbitrio punit.
2 h. d. Not. primo, ꝙ iudici eſt † deferẽdus debi-
tus honor. c. vt debitus. ſ. de appella. & hoc ne
vileſcat iudicialis authoritas, licet enim iudex
debeat ſe facilem, & humanum præbere, tamen
obſeruare debet ne ſe contemni patiatur, vt in
l. obſeruandum. ff. de offi. præſid. ne fortè dum
3 nimia † ſeruatur humilitas, regendi frangatur
authoritas. 86. diſtin. c. quando. Ad quod vi-
de elegantia verba Chriſippi Stoici in commen
4 tis ad imaginem † iuſtitiæ ab antiquis rectori-
bus, & pictoribus ita fieri ſolitam; forma virgi-
nali aſpectu vehementi, & formidabili, in acti-
bus neque humilis, neque atrox, ſed reue-
renda quadam prædita dignitate. Ex cuius
imaginis deſcriptione, ſeu pictura intelligi vo-
luerunt, iudicem, qui iuſtitiæ antiſtes eſt, opor-
tere eſſe grauem, ſeniorem, ſanctum, incorru-
ptum, inadulabilem, contraq; improbos, no-
centesq;, immiſericordem, atque inexorabi-
lem, erectumq;, & arduum, atque potentem vi,
& maieſtate, æquitatis, veritatiſque terrificum.
5 Not. ſecundo, quòd verbum † prorumpere, ſo-
nat in vitium. quod not. Io. Andr. in c. 1. ſ. de
alie. mu. iudi. cau. fact. Vltimo not. ꝙ delin-
6 quens † contra iudicẽ, non debet puniri ab ipſo
iudice; quia non debet quis eſſe iudex in cauſa
ꝓpria; & ideò punitur arbitrio ſuperioris. Et
hinc ſumpta occaſione Io. And. & doct. hic tra-
7 ctant, quando † iudex poſſit vindicare, & punire
iniuriam ſibi illatam, de qua dixi in c. 1. ſ. de
maled. vbi etiam tractant docto. Glo. 1. colli-
git argumentum ex tex. deinde opponit, & ſol-
uit. In eadem glo. ibi, cum temere cõtradicit,
dic, ſcilicet commiſcendo contumeliam iudici,
videlicet, dicendo ꝙ mentitur, vel melius eſſet
habere

habere vnam pecudem, vel aſinum in iudicem; cũ ipſe minus intelligat, quàm vna pecus. quo caſu debet puniri arbitrio iudicis. & ideò non per ipſum ſuperiorem, vt dixi in.d.c.1. ſupra de maledi. In fi. glo. dic de hac materia,
8 vtrum ſit † credendum aſſertioni iudicis, vt traditur in. d. c. quoniam contra. & .c. poſt ceſſionem.allegatis in glo. & quod latius dixi in clem.1. de probat. Poſtremo, quia hic remiſi me fortè examinaturum de materia teſtis falsũ deponentis, iuxta promiſſionem eſſet ipſa materia tractanda, verum quia nõ bene conuenit, ideò eam omittam, & alias alibi dabitur docendi locus.

## Cap. XII. In Quibuſdam.

### SVMMARIVM.


1 *Eccleſiæ iura ſibi vendicantes, qua pœna puniantur. Et qui ſint.nu.2.*
3 *Vicedominus propriè dicitur ille, qui præeſt rebus epiſcopalibus.*
4 *Inſolentia ſumitur in malam partem. Et quid ſit, ibidem.*
5 *Inducta ad vnum effectum, non debent operari contrarium.*
6 *Seueritas denotat pœnam temporalem; cenſura verò canonicam. Animaduerſio autem denotat degradationem, & curiæ ſæculari traditionem. Et ibi etiam quòd ſeueritas eccleſiaſtica dicatur exerceri excommunicando, & interdicendo.*
7 *Irregularitas incurritur, tàm pro mutilatione, quàm pro homicidio.*
8 *Laicus poteſt puniri temporaliter per eccleſiaſticum iudicem pro delicto commiſſo in perſonam eccleſiæ.*
9 *Pœna quòd ſit commenſuranda delicto, & quomodo.*
10 *Hæredum appellatione, an comprehendatur omnis poſteritas. & nu.30. Et ibi an vterq; ſexus. & num. 34. Et an quarta generatio. nu. 38. Et an ſtipes.nu.39.*
11 *Clericari prohibitus propter delictum, non intelligitur prohibitus intrare religionem.*
*Ingreſſus religionis non requirit neceſſariò, quòd quis ſit clericus, vel fiat. ibidem.*
12 *Ob paternum delictum, non ſolum filij, ſed etiam poſteri poßunt inhabilitari ad clericatum.*
13 *Vnus, an, & quando poſſit puniri propter peccatum alterius, vſq; ad.nu.22. vbi quid in pœna diuina, & quid in temporali.*
*Pœna, an, & quando debeat ſolum tenere ſuos authores. ibidem vſq; ad nu.22.*
14 *Baptiſmus purgat peccatum originale. Et ſine eo nullus ſaluari poteſt. Vnde dicitur ſacramentum neceſſitatis.*
15 *Pœna tẽporalis eſt quadruplex, corporalis. ſ. realis, eccleſiaſtica, & ſpiritualis.*
16 *Domus communis cum alio, vel pro indiuiſo, vel quia vnus habeat ſuperiorem partem, & alter inferiorem, an debeat in totum deſtrui propter delictum alterius. & ibi referuntur octo opiniones, vſq; ad nu.21.*
17 *Socius quando poſſit cogi ad vendẽdum rem communem.*
18 *Statutum à Principe, debet intelligi ſine præiudicio iuris tertij. & nu.ſeq.*
20 *Pœna ex cauſa poteſt alterari.*
21 *Iudex, cuius authoritate deſtruitur domus vicina domui, quæ ardet, vt alia conſeruetur, an, & quando teneatur ad æſtimationem domus deſtructæ. remiſſiuè.*
22 *Maritus punitur ob delictum vxoris.*
23 *Defendere eccleſiã tenetur patronus, nõ proprijs expenſis, ſed eccleſiæ.*
*Idem in tutore, & procuratore; ibidem.*
24 *Feudum cui applicetur, ſi vaſallus committit crimen læſæ maieſtatis. remiſſiuè.*
25 *Ingreſſu religionis non tollitur defectus cauſatus ex delicto alterius, quò ad prælaturam conſequendam.*
26 *Diſpenſatio vbicunq; ſimpliciter à canonibus permittitur, & ſpecificè non reſeruatur Papæ, tunc intelligitur eſſe conceſſa Epiſcopo.*
27 *Pœna offendentium clericos quæ ſit. Et quid ſi ſint Cardinales, ibidem. Et quid ſi ſint Epiſcopi.nu.28. Et quid in alijs clericis.nu.31.*
29 *Pœnæ variæ quòd pro eodem delicto imponãtur, non eſt inconueniens.*
32 *Cap. iſtius in pluribus locis declaratio. vſque ad finem cap.*
33 *Pœnam ipſo iure, ſeu canonem latæ ſententiæ, quæ verba important.*
35 *In maſculis remanet cognomen, & memoria generis. Et in ipſis præſumitur continuatio criminis. ibidem.*
*Fœmina eſt principium, & finis familiæ ſuæ. ibidem.*
36 *Poſteritas verbum deſignat propriè deſcendẽtes.*
37 *Statuto, vel lege diſponente, vt criminis authores, & eorum filij puniantur, an comprehendantur nepotes; remiſſiuè.*
38 *Vſque dictio, quandoq; ponitur excluſiuè, & quandoq; incluſiuè.*
39 *Stipes ſolus non facit gradum.*
*Nemo ſeipſum generat.*
40 *Ad clericorum collegium inhabiles ſi admittantur, an habeant ordinis executionem.*
*Et quid ſi ſint poſiti ad honores regularium eccleſiarum, an debeant priuari.nu.41.*
42 *Canonicus occidens, vel mutilans prælatum, vel alium canonicum, an debeat perdere beneficium, quod habet illa eccleſia. Et an poſteri ſui vſque in quartam generationem ſint inhabilitati.*
43 *Beneficia eccleſiaſtica non tranſmittuntur ad hæredes.*
44 *Clericus offendens conſociũ, non debet puniri pœna ſtatuta contra alios. Quod intellige vt nu.ſeq.*


IN QVIBVSDAM. Patroni, ad-
1 uocati, vel vicedomini, † vendicantes plus iuris ſibi in eccleſijs, quã eccleſiaſtica iura permittant per cenſuram eccleſiaſticam compeſcuntur. Et ſi per ſe, vel alium occiderint, aut mutilauerint rectorem, vel clericum eccleſiæ, perdunt quod habent ab eccleſia. & eorum poſteri vſque ad quartam generationem non admittuntur ad clerum, nec religionibus præficiuntur. h.d. Primo recitat quorundam patronorum triplex delictũ. ſecunda ibi, cum igitur, prouidet. & primo contra primũ, poſt cõtra ſecundũ, vtrunq; ꝓhibendo, & compeſcit iubendo. Secunda ibi, ſacris prouidet circa aliud delictum duplici remedio. Primo puniendo facientes. Secundo aggrauando pœnam in poſteris. ſecunda ibi, &
2 ne minus. Not. primo triplicẽ ſpeciem † perſonarum retinentium iura eccleſiæ, vel ab eccleſia, videlicet, patronos, aduocatos, & vicedominos. Aduocati enim quandoq; præbendam aliquam temporalem habẽt ab eccleſia pro agitandis cauſis ipſius eccleſiæ. Vicedominus au-
3 tem † dicitur propriè, qui præeſt rebus Epiſcopalibus. 89.diſt.c.nolumus.&.c.ſequen. 1.q.3. in.c.ſaluator. Vide glo.16.q.7.c.quoniam.2. & per Innocẽ.in.c.petitio.ſ̃.de procura. tradit Spec.in tit.de vicedomi. Secundo not. quòd
4 verbum † inſolentia, ſumitur in malam partem. Et exponit hic Hoſt. inſolentiam, hoc eſt inſolitam ſuperbiam. Sed glo.in clem.1.de off.ord. dicit, quòd eſt morum inconuenientia, fatuitas ſuperbia, vel prauus vſus. quaſi contra ſolitum, & debitum naturæ curſum. vide in.c.quanquã. de cenſi.lib.6.&.c.ex parte.ſ̃.de poſtu. Tertio not. quòd prædictæ perſonæ, & aliæ ſimiles nõ poſſunt plus iuris vendicare in alijs eccleſijs, quàm ſit eis conceſſum, & à iure expreſſum. Vnde contra tales, eccleſia circa libertatem habet fundatam intentionem ſuam. & ideò aſſerens ius aliquod ſibi competere, debet illud ꝓ-
5 bare. Quarto not. ibi, cum igitur, quòd † inducta ad vnum effectum, non debẽt operari contrarium; & ideò inducta in fauorem, non debẽt operari diſpendium. vt in.l.quod fauore.C.de legi. & in reg.quod ob gratiã.de reg.iur. lib.6. & ibi cõcordantia. Et è contra inducta in odiũ, non debent operari fauorem. vt in.c.intelleximus. ſupra de iudi. cum ſimilib. Quinto not. ibi, per ſeueritatem canonicam, ſecũdum Hoſt.
6 & Io.And.hic, quòd ſeueritas † denotat pęnam temporalem, cẽſura verò canonica denotat ſpiritualem, vt in.c.quærenti.j̃.de verbo. ſignific. Animaduerſio verò denotat degradationem, & curiæ ſæculari traditionem, vt in.c.nouimus. j̃.de verbo.ſignifi. Et remittit tandem ad not. in.c.pro humani.de homic.lib.6. Tu dic, quòd ſeueritas eccleſiaſtica dicitur etiam exerceri excommunicando, & interdicendo, vt dixi poſt Io. And. in.c.ad liberandum.ſ̃.de iudæ. in.14. quæſt. & ſic quandoq; vnum ſumitur pro alio.
7 Not. ſexto, quòd eadem pœna imponitur † pro homicidio, & mutilatione. concordat.c.is qui. de homici. lib.6. & quod traditur in.c.1.ſ̃. de cler.pug.in duel. Qđ eſt verum, quò ad incurrendam irregularitatem, ſm ea quæ latè dixi in c.ad audientiam.ſ̃.de homici. in.7.princ.artic. in ſecundo membro princip. illius artic. Secus quò ad alias pœnas, ſm ea quę dixi in.c.licet.ſ̃.
8 eod. Septimo not. ꝙ pro delicto † commiſſo per laicum in perſonam eccleſiæ, poteſt laicus per eccleſiaſticum iudicem temporaliter puniri, dixi in.c.ad aures.ſ̃.eo. Not. octauo, quòd
9 pœnæ impoſitio † eſt commenſuranda delicto, non ſolum reſpectu quantitatis pœnæ, ſed etiã reſpectu memoriæ temporis. Vel ſi eſt delictũ notabile, & memorabile, pœna non debet eſſe momentanea, ſed tanto tempore duratura, vt ſatisfaciat memoriæ delicti. & ꝓpter hanc cauſam punitur hæc poſteritas vſque ad quartam generationẽ. Et ad hãc materiam de pœna commenſuranda delicto, vide quę dixi in.c.ad liberandum.ſ̃.de iudę.in.25.notab. & in.c.2.ſupra de ſortileg. & vide quæ dixi in.c.licet.ſ̃.eod.
10 Nono not. ꝙ appellatione † hæredum, non comprehenditur omnis poſteritas, ſed ſolum videntur comprehendi primi hæredes. Quod patet ibi, dum tex. dicit, nihil perueniat ad hæredes, ſed vſque ad quartam generationem; & ſic ſentit, ꝙ quarta generatio non venit appellatione hæredum. Cuius contrarium videtur velle tex.in.l.ſciendum.ff.de verb.ſig. ſed dic vt.j̃. dicam. Decimo not. quòd licet quis ſit prohi-
11 bitus † clericari propter delictum, non tamen intelligitur prohibitus intrare religionem. Et ex hoc, & ex tex.ſequitur, ꝙ ad ingreſſum religionis, & profeſſionem, non eſt neceſſarium, ꝙ quis ſit clericus, vel ꝙ fiat clericus, nec etiam ad præcedentiã, vel pręlaturam in ipſa religione.
12 Vltimo not. ꝙ propter † delictum paternum, non ſolum filij, verum etiam nepotes, & poſteri poſſunt inhabilitari ad clericatum. Et ſic ha-
13 bes caſum, ꝙ † vnus poteſt puniri propter delictum alterius. In contrarium tamen facit, quia pœna ſolum debet tenere ſuos authores, vt in .c.quæſiuit.ſ̃.de his quæ fi.à ma.par.cap. & in .l.ſancimus.C.de pœn. Sed quia in hac materia iura variè loquuntur, idcirco ad ipſorum iurium concordiam diſtingue, quòd aut nos loquimur de pœna æterna, aut de pœna temporali. Primo caſu dic, ꝙ vnus non punitur propter delictum alterius, niſi ſua ope, conſilio, vel ſimili actu participet in delicto. 1.quæſt.4. in.c.item Moiſes. nam anima, quæ peccauerit, ipſa morietur, & filius non portabit iniquitatẽ patris, nec pater iniquitatem filij. Iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & impietas impij ſuper eum eſt, vt habetur Ezech.c.18. &.1.q.4.c.itaque. 24. q.3. §. is ita. tenet Innocen. in. c. grauem.j̃. de ſenten. excom. Hoc tamen fallit in peccato originali, quod ab Adam deſcendit in omnes deſcendentes. vnde dicit Apoſt. ad Roma. c.5. Sicut propter vnum hominem peccatum in hunc mũdum intrauit, & per pctũ mors, & ita in omnes hoĩes mors pertranſijt. vide de pęnit.diſt.2.c.princeps. & ſeq. Et vide in.d.§. is ita. ver. vnde peccato Adæ. vbi de ratione peccati originalis. & de hoc latius apud theologos. Apud quos eſt quęſtio, vtrum beata virgo fuit concepta cum peccato originali; ſed

14 non inſiſto. Peccatum † tamen ipſum originale
propter baptiſmum purgatur, ſine quo baptiſ-
mo nullus ſaluari poteſt. de conſec. diſt. 4. c. pla-
cuit. de pęnit. diſt. 2. c. non eſt mirum. ver. qui-
cunq;. Et ideò dicit̃ ſacramentum neceſſitatis.
vide quod dixi in. c. ſi quis propter neceſſitatẽ.
s̃. de furt. Si verò loquimur de pœna tempo-
15 rali, diſtingue quatuor † ſpecies pœnarum. Pri-
ma eſt corporalis. Secunda realis. Tertia eccle-
ſiaſtica. Quarta ſpiritualis. Circa primam cor
poralem, dic, quòd quædam afficit corpus, q̃-
dam afficit ſtatum alicuius. Circa illam, q̃ afficit
corpus, breuiter dic, quòd duæ ſunt opiniones.
Quidam enim voluerunt, vt Hoſti. hic, & quidã
alij, quòd vnus non debeat pro alio puniri, &
ita procedat. l. ſancimus. C. eod. cum ſimilibus.
Hugo. verò & Io. And. tenuerunt contrarium.
1. q. 4. in ſum. & Hoſt. in ſum. eod. tit. §. quæ &
quibus. ver. corporalis. & Archidiaco. in. c. 1. de
vſur. & probatur. 1. q. 4. §. item peccato. circa
medium. ibi, Arca verò. &c. vſque in finem.
Sed poteſt dici ſecundum aliquos, quòd pri-
mum dictum Hoſtiẽ. intelligitur de pœna hu-
mana, & per hominem inferenda. Secunda
verò opinio procedat in diuina vltione; quia
vnus quandoq; pro alio punitur, vt in. d. §.
arca. & ſupra de exceſſib. prælato. in. c. clerici,
vbi habetur, quòd propter peccatum Sodo-
miæ, quinque ciuitates fuerunt igne con-
ſumptæ, & tres ex proprio delicto, duæ ve-
rò ex vicinitate perierunt. Ad idem de pœnit.
diſt. 1. c. ſed & continuo. Ibi tamen dicitur de
ſex ciuitatibus, quas nominat ibi glo. Hoc idẽ
probatur in eo quod dicit dominus ad Moy-
ſen, Exodi. c. 20. & tranſumptiuè. 1. q. 4. §. ecõ-
tra dominus. &. 24. q. 3. §. is ita. s̃. de renuntia.
c. niſi cum pridem. §. perſonę. ibi, ego ſum deus
zelotes, viſitans peccata patrum in filios &c.
Probatur etiam ex verbis Euangelij. Io. c. 20. &
d. §. is ita. vbi dicitur, quòd Phariſæi interroga-
uerunt ipſum de cæco nato, dicẽtes, Rabi, quid
peccauit hic, aut parentes eius, vt cęcus naſce-
retur. Ad idem in authen. vt omnes obedi. iu-
dici. prouincia. circa princ. Si verò loquimur
de pœna corporali, quæ eſt circa ſtatum, qua-
lis eſt ſeruitus, & infamia, dic, quòd quandoq;
punitur vnus pro alio, vt hic. & ſupra eod. c. ad
aures. &. s̃. de purga. canon. c. accedens. s̃. de fil.
p̃sbit. quaſi per totum. Secunda pœna, quæ eſt
realis, punitur quandoq; vnus pro alio, vt in
d. §. item peccato. 1. quæſtio. 4. s̃. de hæret.
c. vergentis. & in. l. quiſquis. C. ad leg. iul. maie.
& in. c. ad aures. s̃. eod. Vnde dicit Henr. Boh.
quòd propter delictum ſocij, ſeu partiarij villa
communis comburitur, & arbuſta ſuccendun-
tur. vt in. l. ſi is cum quo. ff. commu. diuid. Sed
tu aduerte, quia hæc q̃ſtio altiorem requirit in-
dagationem, & quia hic bene conuenit mate-
rię, & titulo, & poteſt de facili contingere pro-
pter ſtatuta vigentia in Italia, quòd propter de-
lictum deſtruatur domus delinquentis. Ideò
16 debes ſcire, quòd formatur quæſtio, vtrum † do
mus communis cum alio, vel pro indiuiduo,
vel quia vnus habeat ſuperiorem partem, & al-
ter inferiorem debeat in totum deſtrui propter
delictum alterius fortè habentis partem infe-
riorem. Et in hac q̃ſtione principaliter reperi
octo opiniones. Prima opinio fuit, quòd tota
domus deſtruatur. hanc ſentit glo. in. d. c. ſed &
continuo. de pœnit. diſtin. 1. Et Iac. de Are. &
Dyn. in. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff. de dam.
infec. Facit. d. l. ſi is cum quo. &. l. ſed interdũ.
ff. de aqua plu. arc. & etiam regula connexorũ.
arg. ff. de nego. geſt. in. l. cum actum. & in. l. cum
pater. Sed hæc opinio videtur continere ini-
quitatem, per reg. non debet alteri. ff. de reg.
iur. Præterea pars non vitioſa potius debet
trahere ad ſe partem vitioſam, quàm è contra.
Item, quia propter non culpabilem, & non dã-
natũ ſeruatur culpabilis, vt in. l. imperator. ff. de
ſtat. homi. & in. l. p̃gnantis. ff. de pœ. Et quia in
dubio debet eligi via humanior, vt in. l. cum
apud. C. de commu. ſer. ma. & in reg. in pœnis.
de reg. iur. lib. 6. cum ſimilibus. Secunda opi-
nio fuit, quam voluit Dyn. in. l. 1. ff. de no. oper.
nuntia. qui voluit, quòd ſi poteſt prouideri in-
demnitati ſocij, quia eſt ſoluendo, vel aliter, to-
ta domus deſtruetur. & ille cuius culpa deſtrui-
tur, reſarciet ęſtimationem non culpabili, per
allegata. l. ſi is cum quo. Sed ſi non poteſt pro-
uideri indemnitati ipſius, tota domus reſerua-
bitur, per. l. ſi communem. ff. quemadmo. ſeru.
amitt. Tertia opin. fuit, quòd pars ſuperior il-
lius, qui non commiſit culpam, permutabitur
cum parte inferiore ipſius culpabilis, & ſupe-
rior pars deſtruetur. Sed hæc opinio non eſt
tuta, quia fortè ſuperior eſt melior. Præterea
inferior remaneret ſine tecto. idem dicit Bal.
in. l. & ſi ſeuerior. C. de infami. quòd licet hoc
poſſet procedere, quando res eſſet indiuiſa,
Tamen ſecus eſt, quando eſt diuiſa. Hanc opi-
nionem etiam reprobat Ioan. Andr. poſt Ar-
chidia. in. c. fęlicis. de pœn. lib. 6. Quarta fuit
opinio, quam ſentit Dyn. in. l. non amplius. §.
fina. ff. de legat. 1. vbi voluit per hunc tex. quòd
domus conſeruabitur. ſed non delinquens ſol-
uet æſtimationem fiſco, & recipiet partem de-
linquentis. & hæc videtur ſatis æqua. Sed ta-
men poteſt morderi, quia fortè non expedit
non delinquenti emere. Vel fortè eſt pauper,
quia non poteſt ſoluere æſtimationem. Quin-
ta fuit opinio, quòd fiſcus cogetur redimere
aliam partem non delinquentis. & ſic tota de-
17 ſtruetur. † Nam poteſt cogi ſocius ad venden
dum. argumen. l. 1. C. de vendit. rer. fiſca. com.
cum priua. lib. 10. Et hanc refert Ioan. Andr.
in additio. Specu. ſuper rubr. eod. titu. & tenet
Bal. in. l. 2. C. quib. ex cau. ſeru. pro. præ. lib.
accip. per illam legem. & per. l. 1. C. de deſerto.
lib. 12. Huic tamen opin. obſtat, quòd for-
tè fiſcus nolet redimere, non videns ſe ſenti-
re commodum, ſed tota debeat deſtrui. Dicit
Io. And. in dicta addit. quòd dicta opinio eſſet
eligenda in maleficio ſcandaloſo. ſed in alio di-
cit, quòd admitteret præcedentem opinionem,
quando alius voluntariè vellet emere. ſed eum

non



non compelleret. & in hac vltima reſidet Io.
And. Sexta opin. fuit, quòd fiſcus abſtineat à
deſtructione, & ſit contentus ſola confiſcatio-
ne, & habebit rem communem cum alio ſocio;
18 quia ſtatutum illud debet † intelligi ſine præiu-
dicio iuris tertij. arg. l. 2. §. merito. &. §. ſi quis à
principe. ff. ne quid in lo. pub. &. c. quanuis. in
fi. de reſcript. lib. 6. & hæc opinio eſt ęquior, &
concludit cum vltima. Septima fuit Guido. de
Suſaria, quam refert Bal. in. d. l. ſi is cum quo.
qui voluit, quòd ſi eſt domus, quæ recipiat cõ-
gruam diuiſionem, fiet diuiſio. Aliàs æſtimabi-
tur pars delinquẽtis; & ſi ille qui non delinquit,
vult illam habere, non deſtruetur; Aliàs ſecus. &
ſic iſta opi. procedit, quando res eſſet cõmunis
pro indiuiſo. & aliqualiter concordat cum ter-
tia opin. Octaua, & vltima opin. quam ſentit
19 Cy. poſt Pet. in. d. l. & ſi ſeuerior. fuit, quòd † pę
na ſtatuti debeat intelligi, quando imponi poſ-
ſit ſine iniuria alterius, vt dixi in ſexta opi. Qua-
20 re cum ex † cauſa pęna poſſit alterari, vt d. l. & ſi
ſeuerior. & ſecundum ea quæ latius dixi in. c. li-
cet. s̃. eod. erit iſta vna iuſta cauſa alterandi pę-
nam. Si tamen iudex deſtrui faceret totam do
mum, non delinquens poſſet agere ad æſtima-
tionem partis ſuæ contra delinquentem, per
d. l. ſi is cum quo. Vel poſſet agere contra iu-
dicem, ſi hoc facere non debebat. quod quãdo
ſit, poſſet colligi ex prædictis. Facit. l. quem-
admodum. §. magiſtratus. ff. ad leg. aquil. &. l.
nec magiſtratibus. ff. de iniur. Et quod latius di-
21 xi de † iudice, cuius authoritate deſtruitur do-
mus vicina, quæ ardet, vt alia conſeruentur, vt
dixi in. c. ſi quis domum. & hanc opinionem
tenet Bart. & ſequitur Io. de Imo. in. l. Atteius.
§. fina. ff. de aqua plu. arc. Et hæc vltima opinio
plus mihi placet. Et fuit olim hæc quęſtio Cu-
nei, & Bartho. Brixi. q. 43. Tertia verò tem-
porali, quæ eſt eccleſiaſtica, punitur etiam quã-
doq; vnus pro alio, vt hic, & in cle. 1. eod. tit.
Quarta verò pęna ſpirituali, vtrum vnus p̃ alio
puniatur, dic, q̃ pęna excommunicationis nun
quam punitur vnus pro alio, vt in. c. romana.
§. fin. de ſen. excom. lib. 6. 24. q. 3. ſi habes. Pę-
na verò interdicti loci vnus frequenter punitur
pro alio, vt in. c. ſanè. & in. c. Petro. cũ glo. ſupra
de off. deleg. Et ſimiliter etiam ſecundum Hoſt.
in ſum. eod. tit. §. quæ & quibus. punitur etiam
vnus pro alio pęna remotionis ab oblationi-
bus. 17. quæſt. 4. miror. Secundum etiam Hoſt.
punitur quis pro alio pœna interdictionis ab
ordinibus, vt hic dicitur de filijs, & poſteris. Et
22 etiam † maritus punitur ob delictum vxoris.
34. diſtin. c. ſi cuius. vide per glo. 5. q. 4. in ſum.
Glo. 1. quærit, & ſoluit. In eadem ibi, eccleſiam
defendere, intellige ſecundum doct. quòd non
23 proprijs, † ſed expenſis eccleſiæ teneretur defen
dere; Sicut tutor defendit pupillum expenſis il-
lius. vt. l. 1. & in. l. à tutoribus. de admin. tuto. Et
procurator defendit dominum expenſis domi
ni, vt in. l. qui proprio. §. litis impendia. ff. de
procura. & in. c. cum pro cauſa. s̃. de procura.
Glo. 2. quærit, & ſoluit, & adducit ſimile. In ea-
dem glo. ibi, quicunque, de hac materia dic, vt
latè traditur per Hoſtiẽ. in tit. de iure pat. c. 3.
Glo. 3. opponit, & ſoluit, dic vt ĩ ea, & in cle. 1.
de homicid. & vt dixi in. c. ad audientiam. ſupra
de homici. in ſeptimo principali artic. Glo. 4.
quærit, & ſoluit, & probat per duo ſimilia. In
eadem glo. ibi, deuoluantur ad eccleſiam, dic
vt in ea. & adde quæ dixi in. c. 2. ſupra eod. &
quæ dicam infra poſt glo. In eadem glo. ibi,
24 ſic & vaſallus, dic, quid † autem ſi vaſallus com-
mittit crimen lęſę maieſtatis, cui applicetur
feudum, latè tractat hic Henric. Bohic. ſed non
eſt materia noſtra. Glo. ſuper verbo ad hære-
des, mouet quæſtionem, & ſoluit. Deinde ſen
tit contrarium, & ſoluit. In eadem glo. ibi, vſq;
ad quartum gradum, non intelligas glo. de linea
deſcendenti; quia illa durat in infinitum; ſed de-
bes intelligere de linea tranſuerſali. In fi. glo.
dic, glo. bene dicit. Glo. pen. opponit, & non
ſoluit. In fi. glo. dic, ſecundum Hoſt. quòd iſte
tex. non facit contra iura in glo. allegata. ſed po-
tius pro ipſis iuribus; quia Papa hoc ſpecificè
p̃hibuit, ne in religionibus, vel regularibus ec-
cleſijs iſti aſſequerẽtur prælaturam. Secus ergo
ſi expreſſè non prohibuiſſet. Vel dic ſecũdum
25 D. m. quòd † per ingreſſum religionis non tolli-
tur defectus cauſatus ex delicto alterius, quò
ad pręlaturam conſequendam, vt in. c. 1. in fi. s̃.
de fil. præsb. & vide quod dixi in. c. 1. de apoſt.
& quod latius dixi in hac materia irregularita-
tis. in. c. ad audientiam. s̃. de homici. in decimo
principali articulo. q. 3. Glo. fin. in princ. quæ-
rit, & ſoluit, & deinde dat conſilium. In eadem
glo. ibi, Epiſcopus, dic, not. bene hanc glo.
26 quæ vult, quòd † vbicunque ſimpliciter à cano-
nibus permittitur diſpenſatio, & ſpecificè non
reſeruatur diſpenſatio Papæ, tunc intelligitur
eſſe conceſſa Epiſcopo. Et idem not. glo. in. c. po
ſtulaſti. ſupra de cler. excom. miniſt. & ſequitur
hic Vincen. Goffre. Philip. & Innocen. in. c. di-
lectus. ſupra de tempo. ord. Sed tu dic de hac
materia, vt latè dixi poſt. D. m. in. c. at ſi clerici.
§. de adulterijs. ſupra de iudi. Poſtremo quia
ſupra in. c. 2. &. c. ad aures. remiſi me hic dictu-
27 rum de pœna offendentium † clericos. Ideò
vt ipſam materiam latè habeamus, diſtinguo
principaliter tria membra. Primum erit de
Cardinalibus. Secũdum, de Epiſcopis. Tertium
de Præsbiteris, & alijs clericis inferioris ordi-
nis. Circa primum de cardinalibus, tex. in. c.
fœlicis. eod. tit. lib. 6. breuiter vult, quòd qui-
cunque hoſtiliter inſecutus fuerit Cardinalem,
percuſſerit, ceperit, ſocius fuerit facientis, aut
fieri mandãtis, ratum habuerit, conſilium dede
rit, vel fauorem, aut poſtea acceptauerit, & ſciẽ-
ter defenſauerit, quòd punit̃ ſicut reus crimine
læſæ maieſtatis, ipſo iure ſit infamis, diffama-
tus, bannitus, inteſtabilis actiuè, & paſſiuè, &
alijs pœnis puniatur, de quibus in dicto. c. fœ-
licis. Sed aduerte, quia decretalis illa non
loquitur de pœna interficientis. Arbitror ta-
men, quòd ſi quis interficeret Cardinalem,
prout anno præterito contigit in vrbe. Ar-

 bitror,

bitror quòd ſi ſit laicus, non ſolum pęna ca-
pitali vltimi ſupplicij ſit puniendus, verum
etiam aliquo vltimo grauiſſimo ſupplicio pu-
niri debeat, vt tantum ſupplicium tranſeat alijs
in exemplum. Si verò interficiens ſit clericus
degradari debet, ſi fieri poteſt, & tradi curiæ ſę-
culari, ſicut factо eſt anno præterito. Faciunt ad
hoc vltimum quæ dicam in.c.nouimus.j̃. de
28 verbo.ſig. Sed circa ſecundum membrum† de
Epiſcopis diſtinguerem, ꝙ aut nos loquimur
in foro pœnitentiali, & pœna hodie eſt arbitra-
ria.de pęnit.diſt.1.c.menſuram.quia hodie re-
gulariter omnes pnĩæ ſunt arbitrariæ, vt dicam
in ſequen.tit. Aut nos quærimus de foro con-
tentioſo, & ſubdiſtingue, ꝙ aut quærimus de
pœna ſpirituali excommunicationis, & talis in-
terficiens, mutilans, & qualitercunque manus
violentas inijciens per ſe, vel alium, aut fauorẽ
præſtans, vel conſilium, vel ratum habens, aut
ſcienter defendens illum qui talia perpetrauit,
eſt ipſo iure excommunicatus. à qua excommu
nicatione poteſt abſolui ſolum per Papam. niſi
in articulo mortis, vt in cle.1.eo.tit. Aut quæ-
rimus de pœna temporali, & hoc caſu ſubdiſtin
gue, ꝙ aut Ep̃s interficitur, aut mutilatur, aut
alio modo offenditur. Primo caſu, quando in-
terficitur, aut quærimus de pœna fori eccleſia-
ſtici, & dic, ꝙ olim in.l.lõbarda.de qua.17.q.4.
in.c.qui ſubdiaconum.pœna talis interficientis
erat ſolidorũ.900. Et cui veniret talis pœna ap-
plicanda dixi in.c.2.§.eo. Sed in cõſtitutione
Alexãdri.II. de qua.17.q.4.c.ſi quis deinceps.
videtur, ꝙ grauiori pęna debeat affici; cum ibi
diſponatur, quòd percutiens, aut comprehen-
dens ipſum, puniri debeat amiſſione omnium
bonorum; quæ applicari debent eccleſiæ paſſæ
iniuriam; ergo fortius talis pęna debet habere
locum in caſu noſtro. Et poteſt dici, ꝙ non eſt
29 inconueniens, † quòd pro eodem delicto variæ
pęnæ imponantur, maximè iuxta varietatem
temporum. de quo artic. vide latè per Bart.in.l.
ſanctio legum.ff.de pęn. & quod dixi in.c.qua-
liter.2.§. de accuſat. artic.4. q.3.4. & pluribus
ſequen. Deinde per conſtitutionem Innocẽ.III.
de qua in.c.ad aures.§.eod. impoſita eſt pœna
priuationis omnium beneficiorum, & feudorũ
quę talis interficiens obtinebat ab eccleſia ipſi⁹
interfecti. Nec prædicta beneficia debent ei, aut
eius hæredibus reſtitui, aut de nouo alia bene-
ficia dari. Et not. quòd dicta decret. ad aures.
loquitur ſimpliciter de hęredibus, non limitans
vſque ad quantum gradum poſteritatis. nec di-
ſtinguit tranſuerſales à deſcendentibus, vnde du
bitari poſſet de his duobus. Et in primo arbi-
30 tror, ꝙ quamuis † appellatio hæredum accipiat̃
in infinitũ, vt in.l.ſciendum.ff.de verb.ſig. tñ in
caſu p̃dicto, quia materia eſt pęnalis, & odioſa,
intelligam de primo gradu ſolum. In ſecundo
dicerẽ, ꝙ intelligitur de deſcendentibus, per ea
quæ.j̃.dicam in ſimilibus artic. & per ea quæ
not. hic glo. ſuper ver. ad hæredes. Et fortè di-
cendum eſſet, quòd intelligitur de hæredibus
per lineam maſculinã, per ea quæ.j̃.dicam. Li-
cet hoc non p̃cedat ſine magna dubitatione. Et
fortè concludendum eſſet contrarium; tum
quia proprium ſignificatum hæredis comp̃hen
dit vtrunq; ſexum. Item quia iura, quæ volunt,
duntaxat pęnam habere locum in maſculis, ſeu
deſcendẽtibus per lineam maſculinam, hoc ex-
preſſè diſponunt, vt in cle.1.eo.tit. Nec obſtat
c.vbicunq;.eo.ti.lib.6. quia ſi rectè memini ille
tex. loquitur, quando iura non ſimpliciter dice
rẽt hæredibus, ſed hæredibus vſq; ad certam ge
nerationem. Videbis tamẽ, quia fortè aliud di-
cit, & hæc nunc venerunt in mentem. Si verò
loquimur de pœna fori ſæcularis, vel tempora-
lis, dic, quòd tales interfectores, ſi ſunt laici, pu-
niri debent pœna vltimi ſupplicij. Et fortè etiã
in exemplum tãti ſceleris, aliquo exquiſito gra
uiori vltimo ſupplicio eſſent puniendi. Et ſi ta-
les interfectores eſſent clerici, arbitror eos de-
gradandos, & relinquendos curiæ ſæculari, ſm
ea quæ dicam in.c.nouimus.j̃.de verb. ſig. Si
verò loquimur de his, qui non interficiunt Epi-
ſcopum, ſed aliter offendunt, tex.17.q.4.in.c.ſi
quis deinceps. vult, quòd tales puniantur pœna
amiſſionis omnium bonorum. q̃ bona applica-
ri debent eccleſiæ iniuriam paſſę. Sed hodie
per cle.1.eo.tit. diſpoſitum eſt, ꝙ ſi quis percuſ-
ſerit Ep̃m, ceperit, banniuerit, fieri mãdauerit,
factum ratum habuerit, aut ſocius fuerit facien
tis, vel conſilium, aut fauorem dederit, vel ſcien-
ter defenſauerit, à feudis, locationibus, officijs,
& beneficijs quibuſcunque temporalibus & 
ſpiritualibus, q̃ ab eccleſia retinet, ipſo iure eſt
priuatus. Nec talia beneficia poſſunt tali iterũ
conferri. Et hæredes vſq; in ſecundam genera-
tionem, abſq; diſpẽſationis ſpe, redduntur in-
habiles ad beneficia eccleſiaſtica. Et ciuitas in
hoc delinquẽs, & eius officiales varijs pęnis pu-
niuntur, de quibus latius vide ibi; & declara, vt
ibi traditur per glo. & docto. & prout ibi latius
31 dixi. Circa tertium membrum † de pręsbite-
ris, & alijs clericis inferiorum ordinũ, ſimiliter
diſtingue, ꝙ aut loquimur de foro pnĩali, & pœ
nitentia eſt arbitraria, vt.§.dixi. Aut de foro
contẽtioſo, & tũc aut loquimur de pęna ſpũa-
li, & non eſt dubium, ꝙ quilibet interficiens,
mutilans, aut manus violentas inijciens, eſt ipſo
iure excommunicatus.17.q.4.c.ſi quis ſuaden
te. Aut quęrimus de pœna temporali, & ſecun-
dum leges, ſi eſſet laicus interficiens, puniri de-
bet pęna capitali.l.corneliæ. ſiue etiam vellet
interficere, & peruenit ad actum proximum,
& per eum non ſtetit, quominus interficeret;
nam tunc punitur pęna capitali, perinde ac ſi
interfeciſſet, vt in.l.is qui cum telo. C.ad leg.
cornel. de ſicca. Sed ſi mutilaret, vel aliter per-
cuteret, non animo interficiendi, tunc punire-
tur pęna extraordinaria, ſecundum ea, quæ di-
xi ſupra in rubrica, & hoc reſpectu mutilatio-
nis, & vulneris. Poſſet tamen puniri etiam ſm
leges pęna ſacrilegij. Sed ſecundũ canones tex.
17. quæſtio. 4. in. c. qui ſubdiaconum. vult,
quòd interficiens ſubdiaconum, puniatur pę-
na trecentorum ſolidorum. Sed diaconum,
aut



aut monachum interficiens, punitur pœna
400. ſolidorũ, interficiens verò ſacerdotem pu
nitur pęna. 600. ſolidorũ. Sed per hanc de-
cret. Innocen. voluit, quòd patroni, aduo-
cati, feudatarij, vicedomini, & alij beneficiati
alicuius eccleſiæ rectorem, vel alium clericum
ipſius eccleſię per ſe, vel per alium auſu nephan
do interficientes, vel mutilãtes beneficia ſua, q̃
obtinent ab ipſa eccleſia, prorſus amittant; &
ipſorum hæredes, & poſteritates vſque ad quar
tam generationem in collegium clericorum
nullatenus admittantur; neque in domibus re-
gularibus alicuius prælationis conſequãtur ho-
norem; niſi cum eis diſpenſatum fuerit. Circa
32 quam conſtitutionem contingit † de pluribus
dubitari. Et primo, in quantũ tex. noſter dicit,
ꝙ beneficia p̃rſus amittant, an amittãt ipſo iu-
re, an verò neceſſaria ſit ſententia. Sol. dicunt
Hoſt. & Io. And. quòd iſti amittunt ipſo facto
beneficia abſque al a ſententia; eo quia tex. no-
33 ſter loquitur per verbum, † prorſus. Facit quod
in ſimili dixi de verbo mox, & de alijs plurimis
verbis, quæ important pœnam ipſo iure, ſeu ca-
nonem latæ ſententiæ, vt in.c.iudæi ſiue. ſupra
Cõ. op. de iudę. Et hoc cõmuniter* tenetur. Licet qui-
dam in noſtro caſu exigant ſententiam. Sed
primam communem opi. tenet etiam Io. And.
in.c.fin.de præſcript.lib.6. in glo.3. Secundo
quæritur, quia tex. noſter dicit, quia non ſolum
factores, ſed etiam hæredes, & poſteri puniun-
34 tur. Quęro, vtrum intelligamus † de hæredibus,
& poſteris maſculis tantum, vel etiam de fœmi-
nis. Sol. dic, quòd de maſculis tantum, tex. eſt
in.c.vbicunque.de pęnit.lib.6. & in cle.1.eod.
tit. Et ratio potuit eſſe, ſecundum Zenze. in ſi-
35 mili, in dicta cle.1. † quia in maſculis remanet
cognomen, & memoria generis, vt in.l.familię.
ff.de verb. ſig. Nam fœmina eſt principium, &
finis familiæ ſuæ, vt ibi in fi. vnde in maſculis
potius præſumitur continuatio criminis, vt in
.l.quiſquis.C.ad leg.iul.maieſt. Tertio quęro,
vtrum tex. intelligatur, de quibuſcunque hære-
dibus. Sol. glo. noſtra dicit, quòd non. Sed ſo-
lum de deſcendentibus, & bene dicit, nam tex.
non ſolum loquitur de hæredibus, ſed de po-
36 ſteris. † Quod verbum propriè deſcendentes
deſignat. Et hinc ſumpta occaſione, tractant hic
37 docto. quid ſi ex legis, † aut ſtatuti diſpoſitione
punirentur authores, & eorum filij, vtrum com
prehendantur nepotes, de quo dic, vt hic per
eos, & per Bar. latè in.l.liberorum.ff.de verbo.
ſig. Quarto quæro, quia tex. dicit, vſq; in quar
38 tam generationẽ, † vtrum includatur ipſa quar
ta generatio. Dubium facit, quia dictio vſque,
quandoq; ponitur excluſiue, & quandoq; in-
cluſiue. Et quamuis prima fronte videretur di-
cendum, ꝙ cum hæc conſtitutio ſit pœnalis, &
correctiua, cũ alter, p̃pter delictũ alterius, &c.
& ſic debemus intelligere, ꝙ dictio vſque, ſtet
excluſiue. Tamen in contrarium facit reg. quã
tradunt doct. qui volunt, ꝙ quando dictio vſq;
apponitur dinumerationi graduum, ſtet inclu-
ſiue, licet materia ſit pœnalis, & ſimilis materiæ
noſtræ. Et hoc dicũt probari per tex.in.c.2.iun
cto.c.ſtatutum.de hæret. lib.6. Facit.l.fin.iun-
cta glo. & ibi tradit Bartol. ff. de legat. 3.
39 Quinto quæro, vtrum includatur † ſtipes, & ſic
ipſe faciẽs, circa dinumerationem ipſorum gra-
duum. Sol. arbitror ꝙ non, quia ſolus ſtipes
non facit gradum. Imò pater, & filius faciũt vnũ
gradum, vt apparet ex tex. Inſtit. de gradi. & in
.l.iuriſconſultus.ff.de gradi. vt patet in arbore
cõſanguinitatis. Item facit, quia nemo ſeipſum
generat. Et vide quod in ſimili traditur in cle.1.
eod.tit. & ibi dixi. Sexto quæro, quia hic dici-
40 tur, ꝙ † ad collegium clericorum nullatenus ad-
mittantur, quid ſi ſint amiſſi, an habeant ordi-
nis executionem. Sol. doct. non tangunt, ego
arbitror ꝙ ſic; quia ſolum inhabilitantur reſpe-
ctu futuræ admiſſionis. Et per hoc facit, quia
inhabilitantur propter alienum delictum. Facit
.l.legem.C.de nat.lib. & quod tradit glo. ſuper
ver. obtinenda. in cle.1. in verbo ipſius.eod.tit.
& ibi Zenze. Pau. & Zabar. in ſimili. Septimo
quæro, quid ſi tales poſteri eſſent iam poſiti
41 honoribus † regularium eccleſiarum, vtrum de-
beant priuari. Solu. docto. etiam non tangunt
quæſtionem, & quæſtio etiam mihi videt̃ ſatis
dubia. Et primo videtur dicendum ꝙ non, per
ea quæ dixi in præced. q. & quæ in ſimili dicit
prædicta glo.in.d.cle.1. vbi ex eo, quòd tex. di-
cit de obtinenda, glo. & docto. dicunt, ꝙ ſecus
eſt in obtẽtis. In contrarium tamẽ fortiter ob-
ſtat tex. noſter, dum dicit, aſſequantur honorẽ,
& non dicit adipiſcantur. Vnde tex. ſolum vi-
detur reſpicere prælaturæ aſſecutionem, & non
ademptionem. Et ex hoc ſequeretur, ꝙ ſi clerici
ſæculares in collegijs clericorum iã eſſent ade-
pti aliquam prælaturam, vel præſidentiam, non
poſſent illam exequi; nam cum tales poſteri ad
religionem valeãt admitti, licet non ad clerica-
tum, vt dixi in notab. & tñ admiſſi non poſſunt
conſequi executionem prælaturæ eccleſiæ ſæ-
cularis. Hęc tamen opin. eſt multum rigoroſa,
& ideò fortè aſſumendo benigniorem partem
tenenda eſſet præcedens opin. Et ad tex. nr̃m
reſponderi poſſet, dum tex. dicit, aſſequantur,
hoc eſt, conſequantur. ſ. adipiſcendo de nouo.
Facit reg. in pœnis. cum ſua materia. de reg. iur.
42 lib.6. Vltimo quæro, pone, ꝙ † canonicus oc-
cidit, vel mutilat pręlatum, vel canonicum, nun
debeat perdere beneficium, quod habet in di-
cta eccleſia, & poſteri ſui vſque in quartam ge-
nerationem ſint inhabilitati, ſecundum ꝙ hic
dicitur. Et videtur primo dicendum ꝙ nõ; quia
tex. noſter dicit, ꝙ beneficiati beneficia amit-
tant, & ſubdit, ꝙ iſta non debent ad hæredes
peruenire; ergo non poteſt intelligi de benefi-
43 cijs † eccleſiaſticis; quia illa ad hæredes nõ trãſ-
mittuntur, vt in.c.ex tranſmiſſa.§.de fi.præsb.
8.q.1.in.c.apoſtolica. ergo intelligi debet de
feudis, precarijs, emphyteoſi, & ſimilibus bene-
ficijs. Secundo, quia hoc cap. emanauit in fauo
rem clericorum; ergo nõ debet in eorum odiũ
eos ligare. Facit reg. ꝙ ob gratiam. de reg. iur.
lib.6. & quod in ſimili not. in cle.1. de reſcript.

44 Tertio,quia†conſocij non debent puniri pœna
ſtatuta contra alios. arg.c.ex tenore.ĩ.de ſent.
excom. & quod in ſimili traditur in.c.quoniã.
s̃.de vi.& hone.cler. Sed his non obſtantibus
Io. And.& doct.hic tenent contrarium,quia li-
tera loquitur indiſtinctè. Non obſtat primum
argumentũ, quia reſpondetur,ꝙ cum tex.dicit
ꝙ non &c. debet intelligi & adaptari ad bene-
ficia,quæ poſſunt peruenire, vt etiam talia non
perueniant. Non obſtat ſecundum argumen-
tum,quia certum eſt, ꝙ etiam ſocius in ſocium
dicitur delinquere, & puniendus eſt, vt ſtatim
dicam. Nõ obſtat tertium argumẽtum,quia li-
45 cet clericus†conſocius verberando clericũ cõ-
ſocium,facilius abſoluatur,vt in iuribus contra-
rijs,tamen in excommunicationem incidit, vt
in illis iuribus. Sed dicit hic.D.m. quòd hæc
Com.op. communis* opin.eſt multum rigoroſa,& videt̃
contra mentem literæ,cum tex. non faciat men
tionem,niſi de patronis,aduocatis,feudatarijs,
& vicedominis; ergo non debet extendi ad cle-
ricos beneficiatos. Sed mihi plus placet præce-
dens opin. Non obſtat argumẽtum.D.m.quia
tex.dicit,ſeu alij beneficiati. Et ſic generaliter
loquitur de quibuſcunque alijs beneficiatis;er-
go de clericis. 19.diſt.c.ſi romanorum. &.l.de
pretio.de publicia.

## Capitulum. XIII. Grauem.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicato domino ſubditi ad fidelitatem, non tenentur. & nu.11. Et eo in illa perſeuerante, ab eius debito eccleſiæ abſoluũtur, ſub num. 1. & an iſta abſolutio ſit perpetua, uel temporalis. nu.12.*
2 *Laicus poteſt conueniri coram eccleſiaſtico iudice, pro iniuria irrogata eccleſiæ.*
*Et ab eo excommunicari pro iniurijs clerico illatis.nu.3. Quod intellige,vt ſub nu.ſeq.*
4 *Cap. ſi quis ſuadente.17.q.4.intellectus.*
5 *Suſpectus eſt de hæreſi, qui perſeuerat in excommunicatione per biennium. Idem eſt de anno.nu.7.*
*Et ex quibus cauſetur hæc ſuſpicio; ibidem.*
*Et quòd ſit potens ad indicendam purgationem. nu.6. remiſſiuè.*
8 *Excommunicationem contemnere quis dicatur.*
9 *In pœna imponenda mitius agitur cum nobili, quã cum ignobili.*
*Eccleſia quare non debeat exercere ſeueritatem in nobiles,ac potentes.ibidem.*
10 *Excommunicatus quomodo poſſit puniri per eccleſiam ob contemptum excommunicationis.*

1 GRAVEM. Domino excommuni-
cato,ſubditi † ad fidelitatem non
tenentur. Et ſi longo tempore do
minus in excommunicatione per-
ſtiterit, & monitus non paruerit, eccleſiæ ab
ipſius debito abſoluuntur. h.d. Diuiditur,quia
primo ponit querelam. Secundo prouidet,ibi,
2 licet igitur. Not.primo, ꝙ laicus†poteſt con-
ueniri coram eccleſiaſtico pro iniuria irrogata.
Ad idẽ.c.olim.s̃.de iniur. & quod not. in.c.ad
aures.s̃.eo. & in.c.cum ſit gñale.s̃.de fo.comp.
3 Secundo not.†ꝙ laicus poteſt excommunicari
per iudicem eccleſiaſticum,ꝓ iniurijs illatis cle-
rico.Et ſic videtur,ꝙ non ſit excõicatus ipſo iu
re. In cõtrarium tñ facit.17.q.4.c.ſi quis ſua-
dente. vbi tex. vult, ꝙ ſit excommunicatus ipſo
4 iure. Sed ille tex. † intelligitur de iniuria illata
per violentam manus iniectionem. Sed tex.nr̃
loquitur de alijs iniurijs. Et intellige,ꝙ poſſit
excõicari pro iniuria, non tanquam pro delicto
commiſſo,ꝓ quo non debet quis excõicari;ſed
excõicatur ſolum hic pro contumacia; quia nõ
ſatisfaciebat ad mandatum iudicis pro iniuria
5 facta eccleſiæ. Tertio not. ꝙ perſeuerans † in
excõicatione per biennium,eſt ſuſpectus de hæ
reſi.Et ſic nõ eſt,ꝓpriè hereticus. Et dicit Hoſt.
quem ſequuntur Io.An. & doct. ꝙ iſta ſuſpicio
cauſatur ex multis. Primo,quia tunc non facit,
nec facere poteſt illud, ad quod tenet̃ quilibet
fidelis chriſtianus, per ea quæ habẽtur in.c.oĩs
vtriuſque ſexus.ĩ.tit.prox. Secundo,quia ꝓ-
pter hoc videtur ipſe aliter ſentire de eccleſiæ
ſacramẽtis,quàm ſentiat, aut doceat eccleſia,vt
s̃.de hæret.c.ad abolendam.§.1.Nam qui om-
nipotẽtem deũ nõ metuit &c. 11.q.3.c.qui oĩ-
potentem. & eccleſiæ non obtẽperat, nec ſan-
ctam recepit communionem,hæreticus appel-
latur,vt in auth.de priuileg.dec.in rub.&.§.igit̃
ſacr̃a.&.§.ſeq. & alterum de duobus videt̃ ne-
ceſſariò inferendum. Vel ꝙ talis ſit demens,&
ſtultus, & de fide male ſentiens de illo articulo,
& vnam ſanctam eccleſiam catholicã &c. quaſi
ſentiat,ꝙ eccleſia non habeat clauium ꝑtãtem;
quia ſi crederet illam habere hanc poteſtatem,
6 obediret,& non cõtradiceret. Et talis†ſuſpicio
quæ ex prædictis colligitur, eſt potens ad in-
dicendam purgationem, in qua deficiens pu-
nietur tanquam hæreticus, vt habetur.s̃.de hæ
ret.c.excommunicamus.§.1.&.§.credẽtes. de
quo latius dixi in.c.fi.s̃.de purga.canon. in.15.
princi.artic. Et aduerte, quia quanuis hic dica-
tur de biennio,tamen ſecundum Hoſt. Io.And.
7 & alios doct.† idem eſt de anno. arg.c.rurſus.
&.c.quæcunque. 11.q.3. Facit quod traditur
in.d.c.omnis.ĩ.tit. proxi. Nota quarto,quòd
8 non ſolum dicitur†excommunicationem con-
temnere,qui celebrat, aut ſe miſcet hominum
communioni. vt.c.2. & in.c.illud. de cler. ex-
com.mini.Sed etiam ille qui negligit,ſeu contẽ-
nit longo tempore petere abſolutionem ab ex-
cõicatione,vt hic,&.ĩ.de ſent.excõ.c.per tuas.
9 Quinto not.ꝙ in†pęna imponenda mitius agit̃
cum nobili,& potenti,quã cum ignobili. Facit
.c.1.s̃.de purg.can. Et vide qđ latè dixi in.c.1.
s̃.de cle.vena. In fi.glo. & maximè hoc agere
debet eccleſia,quando dubitaret futurum ſcan-
dalum, vt ſi in potentem ſeueritatem exerce-
ret. Nam hoc cum ſcandalo facere non de-
bet, vt in.c. nihil cum ſcandalo.ĩ.de reg. iur.
Nam vt dicit Hoſtien. ſi cum magnis do-
minis



minis ſeueritas indecenter exerceretur,frequen
ter ſchiſmata orirentur. Vnde Papa hic indul-
get ſeueritati, propter comitis nobilitatẽ. ma-
ximè, quia cũ ꝓpter hanc ſuſpicionẽ potuiſſet
huic purgationem indicere, & deficientem, vel
contumacem punire tanquam hęreticum, vt in
tertio notabili, voluit Papa hanc purgationem
10 indicere. Sexto not. ꝙ ex † contemptu excõ-
municationis poteſt excommunicatus puniri
per eccleſiam priuando eum ſibi iure in eccle-
ſijs quæſito. Et idem dicit Hoſti. qñ laici eſſent
obligati eccleſiæ pro pecuniario debito,quia ra
tione contemptus in ſatisfaciendo poſſet eccle
ſia excõicare, & aliter punire. Facit.c. pro hu-
mani. de homici. lib. 6. Item poſſet exercere
alia remedia poſita contra cõtumaces. Septi-
11 mo not. ibi, penitus † abſolutos, quòd vaſalli,
& ſubditi domini excõmunicati,abſq; alia ſen-
tentia, quandiu dominus in excommunicatio-
ne perſeueret, ab ipſius poteſtate ſunt abſolu-
ti,de quo in.c.inter.ĩ.de ſen. exc. &. 11.q.3.in
.c.quoniam. Vltimo not. quòd propter deli-
ctum dominorum laicorum commiſſum con-
tra eccleſiam,poteſt eccleſia abſoluere ſubditos
à fidelitate ipſius domini. Glo. 1. quærit, &
ſoluit. Ibi, Petro, dic.ſ. principaliter; nam etiã
omnibus alijs apoſtolis datæ fuerunt, vt in .c.
noua. in fin. ĩ. tit.proxi. Glo.2.quærit,& ſol-
uit,dic vt in ea. Glo.3.poteſt recitari per quę-
ſtionem,& oppoſitionem. In fi.glo.dic de hoc
articulo, vt latius dixi in .c. excommunicamus.
ſupra de hæreti. Glo. penul. in prin. colligit
notabile, probat per ſimile, & in fine opponit,
& pro ſolutione remittit. In fin. glo.dic de ma
teria huius glo. vt traditur in iuribus in glo. al-
legatis, & per Ia. Bu. Guil. & Bal. in .l.3. C. de
ſum. tri. & per Bar. in.l. præsbiteri. C. de epi.
& cle. Et latius vide quæ dixi in hoc articu-
lo in. c. 1. ſupra de cle. vena. in glo. fin. vbi
glo. tangit, & ideò ibi dixi; ſed melius hic con
ueniſſet. Glo. fin. in princi. quærit, & ſol-
uit, & in fin. colligit argu. In ea glo. ibi, vt in-
terim etiam reſpõdere non teneatur, Dic, vult
12 ergo glo. ꝙ iſta † abſolutio, quæ fit ab eccleſia
non ſit perpetua, ſed temporalis, quandiu talis
iniurians in excõmunicatione perſiſtat. Con-
trarium tamen tenent Docto. volentes, quòd
talis abſolutio ſit perpetua;quia tex.dum loqui-
tur de hac abſolutione vaſallorum, loquitur tẽ-
poraliter, ex eo,quia dicit, quãdiu. Et ratio dif
ferentiæ poteſt eſſe,quia in primo caſu,cum ta-
lis contemnat claues eccleſiæ, meritò debet ẽt
abſolui ab ipſius debito. Sed in ſecũdo caſu re-
ſpectu vaſallorum,non imponitur pęna; ſed po
tius quædam denunciatio; quia clarum eſt, ꝙ
vaſalli non tenentur communicare, & per
conſequens fidelitatem præſtare domino ex-
communicato.15.q.6.c. nos ſanctorum. &.c.
iuratos. Et ſic patet, ꝙ quò ad hunc effectum,
non eſſet neceſſarium, ꝙ pertranſeat annus,aut
biennium. Et dicit hic .D.m. quòd eccleſia po
tuiſſet etiam pro hoc delicto abſoluere ipſos
vaſallos ſimpliciter. Sicut quandoq; etiã priuat
laicos omnibus bonis, & ipſos delinquentes
quandoq; facit capientium ſeruos, vt in .c. ita
quorundam.s̃.de iudæ. Ad idem etiam facit.c.
pro humani. de homici.l.6. Sed Papa hic pro-
pter nobilitatem voluit mitius agere.

## De Pœnitentijs, & Remiſſionibus. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentia quid ſit.*

CONTINVATVR, quia
viſum eſt ſupra tit. pro-
ximo de pœnis quæ im-
ponuntur in foro iudi-
ciali, meritò videndum
erat de his, quæ imponũ
tur in foro pœnitentiali,
ideò ſubijcitur hæc rubri
ca. Verũ quia huiuſmo-
di pœnę quandoq; eneruantur per indulgen-
tias, ſeu remiſſiones, ideò ſubiungitur,& remiſ
ſionibus. Sed pro intellectu dicẽdorum, quę-
1 ro quid † ſit pœnitentia. Sol. dic ſecundum
Auguſtinum, ꝙ eſt quædam dolentis vindicta
puniens in ſe,quod dolet commiſiſſe.de pœni.
diſt.3.c.pœnitentia. Vel ſm Grego.pœniten-
tia eſt mala plangere, & plangenda iterum non
cõmittere.de pœni.diſt.3.c.1. Vel dic ſecundũ
magiſtrum ſententiarum,diſt.9. pœnitentia eſt
gratia, vel virtus cum emendationis propoſito
qua præterita mala plangimus, & odimus, &
plangenda iterum non committere volumus.
Et hæc diffinitio eſt plenior,& perfectior; quia
continet genus,actum, & obiectum. Facit .d.
c.1. & prædictũ.c. pœnitentia. & .c. nouimus
in fin. infra de ver. ſign. Et de hac materia ha-
betur in decretis.50. diſt.§. ſed exemplo. vſq;
ad fin. & .q. 8. per totum. & 33. q. 2. §. ſed
quia. & ſeq. & latè eadem cauſa ſub rub. de pœ
nitentia, per.7. diſtinctiones.

## Capitulum .I. Manifeſta.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentia publica pro peccato manifeſto imponi debet.*
2 *Eccleſia poteſt compellere peccatorem ad agendam pœnitentiam pro peccato.*
3 *Purgatur peccatum, non ſolum purgatione canonica, ſed etiam per pœnitentiam.*
4 *Pœnitentiæ ſpecies ſunt tres, ſolemnis, publica, et occulta.*
5 *Solemnis pœnitentia, quæ dicatur. Et quis poſſit illam iniungere. nu. 6. Et cui. Et pro quibus peccatis, ibidem. Et quis ſit illius effectus, nu. 7. Et an poſſit reiterari, nu. 8.*
9 *Publica pœnitentia quæ ſit. Et quare imponatur, num. 10.*

11 *Priuata pœnitentia, quæ ſit.*
*Peccata cum non ſint publica, non ſunt publicè redarguenda. ibidem.*

MANIFESTA. Breue eſt, & com-
muniter non ſummatur. ſed per
alia verba .D. m. ita ſummat, pro
1 manifeſto † peccato pœnitentia
publica imponi debet. Nota primo, quòd
2 etiam † poteſt compellere peccatorem ad
agendam pœnitentiam de peccato. Et ſi pec-
catum eſt publicum, pœnitentia debe eſſe
publica, vt infra latius ſubijciam. Secundo no-
3 ta, ibi, purganda, iuncta rubrica, q; † purga-
tio peccati, etiam per pœnitentiã fit; nam iſte
tex. non loquitur hic de purgatione canonica,
de qua habetur .s̃. in rub. de purgatione cano.
quia tunc tex. non conueniret rubricę noſtrę.
Sed debet intelligi de purgatione, quæ fit per
pœnitentiam, & ſatisfactionem condignã cul-
pæ, vt ſupra, ſecundum Ioan. Andr. & bene. &
ſic conueniat rubro, ſecundum ea quæ notan-
tur in prohemio ſexti, in ver. titulis. Glo. 1. in
prin. fortificat tex. Deinde ſentit duas quæ-
ſtiones, & ſoluit, & ad ſecundã tradit vnã limi-
tationem. In fin. glo. dic. ex hac glo. in effectu
4 colligi poteſt, q; tres † ſunt ſpecies pœnitentiæ,
quarũ vna eſt ſolemnis, alia publica, & alia oc-
culta, de quibus per Raymũdum in ſum. & per
Hoſti. in ſum. eod. tit. §. vtrum. ver. his præli-
batis. Et pro declaratione prædictorum ſubij-
cio plures quæſtiones. Primo igitur quæro,
5 quæ † dicatur ſolemnis pęnitentia. Sol. dic,
quòd ſtrictè, & propriè dicitur illa quæ fit in
capite quadrageſimæ, cum ſolemnitate de qua
habetur. 50. diſt. c. in capite. vbi de hoc. Impro-
priè, tamen, & latè dicitur etiam ſolemnis pę-
nitentia, ſecundum Hoſti. quando aliquis inui-
tus ad pęnitẽtiam peragendam mittitur in mo-
6 naſterium. 50. diſt. c. ſi ille. Secundo † quæro,
quis poſſit hanc pęnitentiam ſolemnem iniun-
gere. Sol. dic ſecũdum communem * opinio.
Cōm. o p. quòd ſolus Epiſcopus poteſt ipſam imponere,
vel ſacerdos de mandato ipſius, ſecũdum Hoſt.
in .d. §. Tertio quæro, cui hæc ſolemnis pę-
nitentia iniungi poſſit. Sol. dic, quòd pu-
blico peccatori, non clerico, vt hic dicit glo. no
ſtra. Niſi talis clericus eſſet depoſit⁹ pro aliquo
graui crimine, vt dicit hic glo. in fin. & ita po-
teſt intelligi .c. quæſitũ. ĩ. eod. Quarto quæ-
ro, pro quib⁹ peccatis hęc ſolemnis pęnitẽtia ſit
iniungẽda. Sol. dic, q; pro peccato grauiſſimo,
horrendo, vt pro homicidio .50. diſt. placuit.
et pro ſacrilegio, inceſtu, & ſimilibus. Dum-
modo talia peccata ſint publica, ita q; totam ci-
uitatem, caſtrum, vel villam cõmoueant. 26. q.
7 6. c. fi. Quinto quæro, † quis ſit effectus illius
pęnitentiæ ſolemnis. Sol. dic, quòd effectus
eſt, quòd per eam tollitur peccatum. Sed non
in tantum tollitur, quòd ille qui hanc pęni-
tentiam egerit, valeat promoueri. Et ſi promo
tus illam peregerit, nõ poteſt amplius in ſuſce-
pto ordine miniſtrare. 50. diſt. c. cõfirmãdum,
& .c. illud. & .c. alienum. ſentit glo. in. c. quæſi
tum. ĩ. eod. et glo. in. c. 2. s̃. de offi. archipræsb.
Eſt etiam effectus, vt ille qui hanc pęnitentiam
peregerit, remaneat infamis, argu. 50. diſt. c. pę-
nitentes. Quòd tamen intellige, non quòd fiat
infamis ratione pęnitentiæ; ſed ratione pecca-
ti per pęnitentiam publicati. 3. q. 7. in. §. por-
rò. quia ſi peccatum eſſet occultum, & pęni-
tentia occulta, non infamaretur. ſed pęnitẽs re
nouari, & nouus homo fieri poteſt. Sed quæ-
8 ro, vtrum † pęnitẽtia ſolemnis poſſit reiterari.
Sol. dic, quòd non. Niſi aliud habeat con-
ſuetudo. de pęni. diſt. 3. c. reperiunt̃. Et ratio
triplex aſſignari poteſt, ſecundum beatũ Tho.
Prima, ne ex reiteratione vileſcat. Secũda, pro-
pter figurationem; quia figura eſt depulſio-
nis hominis de paradiſo, vt in .d. c. in capite.
quæ depulſio ſemel facta fuit. Tertia, quia ſo-
lemnizatio talis, eſt quaſi quędam ꝓfeſſio per-
petuo conſeruandi ipſam pęnitentiam. Si tamẽ
poſt modum talis ſolemniter pęnitens pecca-
uerit, non clauditur ei locus pœnitentiæ.
Sed pœnitentia ſolemnis non eſt iterum iniun-
9 genda. Septimo quæro, quæ ſit † publica pœ-
nitentia. Sol. dic, q; eſt illa, quæ publicè im-
ponitur. Et ideò omnis ſolemnis pęnitẽtia po
teſt dici publica, quia publicè imponitur. † Sed
ꝓpriè publica pęnitẽtia ad differentiã ſolẽnis
dicitur illa, quæ fit in facie eccleſiæ; non tamen
cum prædicta ſolemnitate; ſed quando iniungi
tur peregrinatio per mundum, cum pera, & ba-
culo benedictis. Et hanc poteſt iniungere non
ſolum epiſcop⁹, ſed quilibet ſacerdos, & multo
fortius generales pœnitentiarij epiſcoporum;
cum hoc non reperiatur prohibitum, argu. c. 2.
ſuƥ de offi. Archid. ver. epiſcopus ſi defuerit.
Niſi aliud habeat contraria conſuetudo, argu.
de conſecra. diſt. 4. c. de trina. & .s̃. de cog.
ſpirit. c. ſuper eo. Et hæc imponitur cuilibet
pubico peccatori. Non tamẽ clerico, niſi depo
ſito, ſecundum glo. noſtram, & Ray. & Hoſti.
in ſum. eod. titu. §. verum. in fin. Sed quidam
tenent contrariũ, vt ſentit glo. in .c. quæſitum.
infra eod. Pro qua opinione. facit tex. ibi, niſi
in publicum id veniat, qui tex. loquitur de pœ-
nitentia iniungenda ſacerdoti. Et hæc opi. plus
mihi placet. Et imponi debet hæc pœnitentia
pro peccato publico, vt dicit hic glo. in princi.
per tex. 2. q. 1. ſi peccauerit. & de cõſecra. diſt. 2.
10 ego Berengarius. Et quare † imponatur pœ-
nitẽtia publica, vel ſolemnis. Dic, quòd quadru
plex pōt aſſignari ratio. Prima, vt pc̃tm̃ publi-
cũ habeat medicinã. et ſic cum ea qualitate, cũ
qua pc̃tũ eſt ad eſſe ꝓductũ cum eadẽ, per pœ-
nitentiam abolendũ eſt, argu. tex. noſtri. Se-
cunda, quia maxima confuſione dignus eſt, ẽt
in hoc ſeculo, qui grauiſſimum crimen commi-
ſit. Tertia eſt, vt cæteri metum habeant, cum
à cæteris arceantur. Quarta vt peccatores, qui
grauiſſimis in peccatis dètinentur, non deſpe-
rent, ſed per has pęnitẽtias reducãtur. Poſtre-
11 mo, circa † priuatam, ſeu occultam pęnitentiã
dic, quòd illa imponitur pro quolibet pecca-
to



to ſimpliciter commiſſo, quòd quis proprio
confitetur ſacerdoti, cui ſaltem ſemel in anno
confitendum eſt, vt in .c. omnis. ĩ. eo. & cum
peccata non ſint publica, non debet publicè re-
dargui. Et iſto modo intelligitur illud Euange-
lij præceptũ, ſi peccauerit in te frater tuus &c.
2. q. 1. ſi peccauerit. & in .c. nouit. s̃. de iudi.
de quo dic, vt ibi latè dixi.

## Capitulum .II. Qui Præsbiterum.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentię quæ imponantur interficienti ſacerdotem.*
2 *Iudex eccleſiaſticus poteſt priuare laicum militia temporali, & etiam doctoratu, propter delictum eccleſiaſticum.*
*Et regali, atq; imperiali dignitate. ibidem.*
3 *Militia verbũ, poteſt intelligi largè, pro quolibet negotio ſeculari.*
4 *Iudicis ſecularis facultas imponendi pœnã in foro ſeculari, non tollitur per pœnientias impoſitas à Iudice eccleſiaſtico.*
5 *Pœnitentiæ hodie ſunt arbitrariæ.*
6 *Contritio maxima, eſt maxima pœnitentia.*
7 *Crimina matrimonium impedientia, quæ ſint: remiſſiuè.*

QVI PRESBITERVM. Ponit pœ-
tentiã occidentis præsbiterũ .h. d.
1 Not. primo, † q; interficiẽti ſacer
dotem imponuntur tres pęniten-
tiæ. Quarũ prima eſt, quòd agere debet duo-
decim annorum pœnitentiam; quæ ſecundum
ſacerdotis diſtinctionẽ imponenda eſt, iniun-
gendo, quòd bis, vel ter ieiunet in ebdomada,
vel pereginari, aut aliud licitũ pium opus exer-
cere. Facit quod not. in .c. accuſaſti. ſupra de
accuſa. & .82. diſt. c. propoſuiſti. & .c. præsbi-
ter. Secunda eſt, q; conuictus puniri debet in
cingulo militiæ. Quod poteſt intelligi duplici-
ter, vno modo intelligitur de conuicto in foro
contentioſo. Et ſic etiam propter talę delictũ
priuauit eum militia, & habilitate ad militiam.
2 Ex quo infertur, ſecundum .D. m. quòd † Iu-
dex eccleſiaſticus poteſt priuare laicum militia
temporali, propter delictum eccleſiaſticum; Et
ſic etiam poteſt priuare doctoratu, vt non ha-
beat illam dignitatem, argu. l. 2. §. miles. ff. de
infa. & .l. grammaticos .C. de profeſ. & med.
lib. 10. Nec eſt hoc mirũ, quia etiam rõne de-
licti eccleſiaſtici priuat quem regale, & impe-
riali dignitate, vt in .c. venerabilis .s̃. de elec. &
in .c. ad apoſtolicæ. de re iudi. lib. 6. Secundo
poteſt intelligi de conuicto in pœnitentiali fo-
ro. & ita intelligit Inno. Et hoc caſu debet in-
telligi tex. quòd ſacerdos debet huic iniungere,
vt abſtinere valeat à militia, & intendere pœ-
nitentiæ, argu. 33. q. 2. c. admonere. Et volunt
3 Doct. quòd hoc verbum † militia poſſit intel-
ligi largè, pro quolibet negotio ſeculari, vt abſti
neat à mercimonijs, & ſimilibus, arg. de pœni.
diſt. 5. c. qualitas. & ſequitur .D. m. Tertia
eſt pœnitentia, quia priuatur facultate contra-
hendi matrimonium, quanuis idem hanc re-
putaret ad gratiam. Sed intellige, quòd eſt pœ-
nitentia; quia in pœnam ipſorum vitam debẽt
ducere ſolitariam, & ſic decedat, ſine ſobole. Et
ſubdit hic .D. m. quòd per has pœnitentias nõ
4 tollitur facultas † iudicis ſecularis ab eccleſiaſti-
co imponendi pœnam in foro ſeculari, argu. c.
fœlicis. de pœn. lib. 6. & .23. q. 5. c. ſunt qui-
dam. vide quod dixi in .c. de his. s̃. de accu.
5 Glo. 1. oppo. & ſol. In fin. dic. quòd † hodie
pœnitentiæ ſunt arbitrariæ de pœni. diſt. 1. c.
deus qui. & .c. menſuram. Et poteſt eſſe tanta
peccatorũ contritio, tot lachrimæ, & dolor, vt
etiam hoc ſufficeret, ſine alterius pœnitentiæ
impoſitione, vt not. in .d. c. menſurã. de cõſec.
6 diſt. 4. c. non poteſt. nam & ipſa † maxima
cõtritio, eſt maxima pœnitẽtia, de pœni. diſt. 1.
quẽ pœnitet. Quinimo, ſi rectè memini, audi-
ui à quibuſdam theologis, quòd poteſt eſſe tan-
ta contritio, q; quanuis omnia ſceleratiſſima, &
nephanda delicta perpetraſſet, ẽt abſq; alia pœ-
na purgatorij rediret in patriam. Glo. fin.
7 proſequit̃ quædam † crimina impedientia ma-
trimonium; ſed non eſt pro nunc materia no-
ſtra. Vnde de materia glo. dic, vt traditur in
iuribus in ea allegatis.

## Capitulum .III. Significauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentia arbitraria, conſideratis circũſtantijs, eſt imponenda ei, qui ſe defendendo, modum exceſſit.*
2 *Defenſio eſt permiſſa, dum modo ſit moderata.*
3 *Liciti prætextu, non excuſatur quis ab illicito.*
4 *Breuitas locutionis gratiam dat; Prolixitas verò confuſionẽ inducit. Quod intellige, vt ibi.*
5 *Bellare eſt licitum pro defenſione eccleſiæ, & ſui etiam contra principem.*
*Non minus quis eſt in vitio, ſi ſe non defendit, quàm ſi parentes, aut patriam deſerat. ibidẽ.*
6 *Princeps dicitur Romanæ eccleſiæ aduocatus, & defenſor.*
7 *Principi obediendum non eſt contra eccleſiam; ſed eccleſiæ.*
8 *Conſcientia, ſi remordet eum, qui etiam in nullo peccauit, pœnitentia eſt ei iniungenda.*
*Bonarum mentium eſt vereri culpam, vbi non eſt, ibidem.*
9 *Verba hæc, Facias, vt tibi viſum fuerit, non dant liberam poteſtatem ad libitum faciendi, ſed videntur concedere arbitrium diſcreti viri.*
10 *Papa quandoq; loquitur vni in plurali. Quod tamen declara, vt ibi.*
11 *Sacerdos non debet eſſe auſterus in iniungenda pœnitentia; ſed magna debet vti diſcretione.*
12 *Et ſi peccator nollet pœnitentiam ab eo impoſitam agere, debet ipſe aliam leuiorem imponere.*

13 *Eccleſiæ*

13 *Eccleſiæ fauoris ratione mitius agitur cum delinquente.*
14 *Vrbs vnde dicatur, & quare. Et an appellatione vrbis venire debeat quælibet ciuitas. Et an ſolum contineantur ea, quæ ſunt intra muros. ibidem.*
15 *Murus non eſt neceſſarius ad eſſe ciuitatis.*
16 *Ciuitas, caſtrum, & villa, in quot differant. remiſſiuè.*
17 *Pœnitentia occulta, eſt arbitraria; ſed ſolemnis, vel publica non.*
18 *Defendere ſe ab iniuria perſonæ, vel rebus illata, quando ſit licitum; Et quando dicatur ſeruari, vel excedi modus. remiſſiuè.*
19 *Sacerdos, quando dicit, Abſoluo te, quid ſignificat.*
20 *Per pœnitentiam lapſus hominis verè tollitur. Pauci tamen illam verè agunt. remiſſiuè.*

SIGNIFICAVIT. Conſideratis
1 circunſtantijs, † arbitraria pœni-
tentia imponēda eſt ei, qui ſe de-
fendendo modū exceſſit. h. d. Di-
uiditur, quia primo ponitur petitio. Secundo
prouiſio, ibi, quoniam. Et in tex. ibi, ꝙ. F. di-
cto, dic, ſecundum Ioan. And. quòd iſta eſt an
tiqua compilatio. Aliàs in litera dicit, Federico
Imperatori. Et dicit Hoſti. ꝙ iſte fuit auus illius
Federici, quem depoſuit Innocentius quartus
in concilio Lugdunenſi, qui habuit ſchiſma cū
Alexandro tertio, conciue noſtro Senenſi. Et
in tex. ibi, vernicæ dic, ꝙ iſtud caſtrū eſt fortiſſi-
mum, & ſpectat ad Epm Vercinien. Nota, pri-
2 mo, ꝙ licet cuilibet † defenſio ſit permiſſa, vt in
.c. 3. infra de ſenten. excom. quia eſt de iure na-
turali, vt in cle. paſtoralis. de re iudi. & in .l. vt
vim de iuſti. & iur. tamen debet eſſe modera-
ta, nec debet quis excedere modū. Et ſi exce-
dit modū eſt in culpa, & pro ipſo exceſſu, eſt ei
debita iniungenda pœnitentia. Secundo not.
3 ꝙ prætextu liciti, † non excuſatur quis ab illici-
to, quamuis ei ſit alleuianda pœnitētia. Tertio
not. ibi, quæ longum enarrare, quòd prolixi-
tas eſt vitanda. Nam ſecūdum Augu. breui-
4 tas, locutionis † gratia dat; prolixæ enim pręfationes confuſionem inducunt, & tædium ge-
nerant animis auditorum, vt ſupra in prohem.
in. §. ſane. &. C. de no. co. cōpo. §. quib⁹. Nec
aliquod ſuffragium conferunt. C. de iuſt. cod.
confirman. §. in tollendis. Et penè nihil im-
menſum bonum, authen. vt determi. ſit nu-
me. cleri. §. quia. Vnde illud quotidie eſt in
ore, gaudent breuitate moderni. vt. l. 1. ff. ꝙ me.
cau. Ideò vno exemplo contētus fuit Iulianus.
in .l. ita vulneratus. in fin. ff. ad. l. aquil. Et Vul-
pianus dicit, paucis agendum fore, vt in. l. 1. ff.
de præſcrip. vet. Dicit tamen hic Ioan. Andr.
quòd non debet quis eſſe ita breuis, vt fiat ob-
ſcurus. Vnde dicit Hieroni. ſuper Eſaiam. ſic ſtu
dendū eſt breuitati, quòd nullum damnum fiat
intelligentiæ. Item Hieronimus ſuper Hiere-
miam, nec nimia longitudine extendendū eſt
opus, nec immoderata breuitate intelligentia
auferenda, quorum alterum onerat ſenſus le-
gentium, alterum præſcindit ſtudioſorū deſi-
derium; ineſt enim cōmuniter breuitati obſcu-
ritas, vt dicit Ioan. mo. & Io. Andr. poſt eum
in .c. ſi pater. de teſta. lib. 6. ſuper glo. 1. iuxta
illud Horatij. Obſcurus fio, dum breuis eſſe la-
boro. Conclude ergo, ꝙ quātum fieri poteſt,
quis debet vti breuitate; dummndo clarè, &
dilucidè loquatur, ita quòd propter breuitatē
intelligentiæ minimè damnum inferat. Et eſt
illud ſignum magni artificis, plura ſub breuibus
comprehendere, vt inquit Seneca ad Lucillum
epiſtola quadrageſima quarta. Et iſtud eſt, ꝙ
voluit Priſcianus in. 12. lib. dum dicit, gaudent
dilucida breuitate moderni. Sunt ergo ſuper-
flua omnino reſecanda, vt not. glo. fin. in .c.
3. ſupra de ma. & obe. & not. in .c. cū contin
gat. s̃. de offi. dele. 10. q. 3. c. quia cognouim⁹.
& in .l. 1. §. trebatius. ff. de aqua quoti. & æſti-
ua. C. de dona. l. fin. & in .l. pediculis. ff. de au. &
argē. leg. Sed ex his quæ neceſſaria ſunt, tàm
ad materiæ perfectionem, quàm ad ipſius cla-
rum intellectum, nihil eſt omittendum; iuxta
illud Ciceronis, aut nihil dici debuit, aut parū
dici non potuit. Et iuxta illud vulgatū, melius
eſt materiam intactam relinquere, quàm lace-
ratam, & imperfectam tradere, eo quòd ex vl-
timo vitio materiæ imperfectè traditæ, de faci-
li pōt contingere deceptio; fortè ſi aliqua ne-
ceſſaria limitatio, fallentia, vel quid ſimile o-
mittatur. Facit. l. in ciuile. ff. de legi. Et ad præ-
dicta vide, quæ latè, & notabiliter dixi in epiſto-
la de comparatione modorum legendi. Et no-
tabis prædicta ad excuſandam, vel accuſandam
quandoq; breuitatem, & prolixitatem. Quar-
5 to not. quòd licitum † eſt pugnare, & bellare
pro libertate propriæ eccleſiæ, ſeu defenſione
eccleſiæ, & ſui, etiam contra principem. Nam
omnis ordinata charitas incipit à ſe ipſo. Et nō
minus quis eſt in vitio, ſi ſe nō defendit, quàm
ſi parentes, aut patriā deſerat, vt inquit Cice-
ro, primo officio. Et eſt militis officium ec-
cleſiam defendere. 23. q. 5. c. cum homo. & .c.
princeps. & .c. regum. & .c. non ſolū. Nec ob-
ſtat, quòd quęlibet creatura humana ſit princi-
pi ſubiecta, & per conſequens aduerſus princi-
pem videtur bellum iniuſtum, vt in .c. ſolitæ.
ſupra de ma. & obe. 8. diſt. in .c. quo iure. cum
ipſe ſit domin⁹ vniuerſi, & in. l. bene à Zenone.
.C. de quadri. præſcrip. vt in. l. deprecatio. ff. ad
.l. rhodi. de iactu. Nam illud eſt verum, præ-
terquam ſi aliquis cōtra principem ageret lici-
tè ſe defendendo, vt hic, & in cle. paſtoralis. de
re. iudi. Et præterquam licitè defendendo ec-
cleſiam, vt hic, & .d. c. cum homo. cum alijs iu-
6 ribus ſupra allegatis. Nam & princeps † di-
citur eccleſiæ romanę aduocatus, & defenſor,
vt ſupra de elect. c. venerabilem. & ſic non de-
bet eccleſiam impugnare, quam defendere te-
netur, vt ſupra de natu. ex libe. vent. c. vnico.
7 cum ſuis concord. Nec eſt principi † obedien-
dum contra eccleſiam; ſed eccleſię. 11. q. 3. Iu-
lianus. & .c. qui reſiſtit, nàm & ipſe Imperator,
propter



propter rebellionem contra eccleſiam deponi-
tur, vt .d. c. venerabilem. Nec obſt. quòd iſte
miles attētis prædictis videatur iuſtè pugnaſſe,
& per conſequens non debeat pœnitere, nec
etiam teneri ad ſatisfaciendum, quia ſecundū
Hoſtien. & Ioan. Andr. hoc eſt verum, ſi iſte
miles nō exceſſiſſet modum licitæ defenſionis;
ſed ipſe exceſſit modum, fortè occidendo, quos
viuos ſeruare poterat. vel deſtruēdo domos nō
vicinas, vel damnificando non culpabiles; pro-
pter quas cauſas ſatisfacere debet, & pœniten-
tiam agere. & maximè cum in hoc haberet cō-
ſcientiam læſam, arg. c. per tuas. 2. s̃. de ſimo.
8 Quinimo, † etiā ſi in nullo peccaſſet, & eum re
morderet conſcientia pœnitentia eſſe iniungen
da; quia bonorum mentium eſt vereri culpam,
vbi non eſt, vt ſupra de obſer. ieiu. in .c. conſi-
lium. 5. diſt. c. ad eius verò Quinto not. ibi, ſe-
cundum quod viſum fuerit, vſq; in finem, ꝙ
9 per hæc verba, † facias, vt tibi viſum fuerit, non
datur libera poteſtas ad libitum faciendi; ſed
videtur concedi arbitrium diſcreti viri, ſecun-
dum Doc. hic. not. glo. in. c. 2. de corp. vitia. tra-
ditur in. l. fideicōmiſſaria libertas. & .l. lucius. &
.l. thais. §. ſorore. ff. de fideicom. liberta. quod
not. ad materiam ſtatutorum, & commiſſio-
num, & compromiſſorum. & vide Bart. in ex-
trauaganti ad reprimendum in glo. prout vide-
10 bitur. Sexto not. caſum, in quo † Papa loquitur
vni, & loquitur in plurali, contra ea quæ dixi in
in. c. quàm graui. s̃. de cri. fal. Et ꝑpter hoc di-
cit Ioan. Andr. hic, quòd aut iſta litera eſt fal-
ſa, hoc eſt corrupta, aut contradicit. c. quā gra-
ui. Arbitror dici poſſe, quòd quāuis Papa ſcri-
bat vni, tamen non ſcribit ipſi, tanquā ipſi; ſed
omnibus ad quos pertinet huiuſmodi pœni-
11 tentiæ impoſitio. Septimo not. ꝙ † ſacerdos
non debet eſſe auſterus, in iniungenda pœ-
nitentia; ſed magna debet vti diſcretione; &
animaduertere inter alia ipſius peccatoris qua-
litatem; & talem pœnitentiam iniungere, vt il-
lam veriſimiliter adimpleat, & ne per impoſi-
tionem grauioris pœnitentiæ; fortè ducatur ad
deſperationem. Vnde dicit ſingulariter Hoſti.
12 quòd ſi † peccator nollet agere pœnitentiam,
quam ſacerdos eidem imponit, quòd ſacer-
dos debet aliam pœnitentiam leuiorē impone-
re. Et ſatis eſt peccatori, quòd ſit contritus de
peccato, quamuis non agat pœnitentiam, quia
ſi illam non agit in hoc ſeculo, aget poſtea in
purgatorio, & ſi partem aget in hoc mundo,
reliquam perficiet in purgatorio. Facit ꝙ not.
in. c. 2. s̃. de rap. 25. diſt. c. qualis. & . 23. q. 5. c.
quid ergo. Vltimo not. illud, quod ponit hic
13 glo. ſi. quòd † ratiōe fauoris eccleſiæ, mitius agit
cum delinquente. ꝙ facit ad ea, quæ dixi in .c.
licet. s̃. tit. proxi. In fin. glo. 1. dic, & de hac fi-
gura, vide glo. in. c. forus. §. teſtes. j̃. de ver. ſig.
14 Et dic, ꝙ † vrbs dicitur ab vruo, quod eſt aratri
curuatura, quo aratro olim ſignabantur vrbes,
quando debebant ædificari, vt in .l. pupillus. §.
vrbs. ff. de ver. ſin. Et ex hoc videtur, ꝙ eius
appellatione debeat venire, qulibet ciuitas. &
hoc probatur in .c. 1. s̃. de offi. ordi. Quan-
uis per antonomaſiam intelligatur de Roma,
Et vrbis appellatio ſolum continet ea, quæ
ſunt infra muros, vt in .l. 2. & in. l. vt alphenus.
ff. de ver. ſigni. & in .l. nam quod liquide. §.
ſi ita. ff. de pen. lega. Sic etiam, & ciuitas mu-
ris finitur, aut vallo, ſeu alio ſigno, quod ſit mu
ri loco, quia vt dicit Bald. in .l. 1. ff. ꝙ cuiuſq;
15 vni. no. ad eſſe † ciuitatis, non eſt neceſſarius
murus. Sed appellatione Romę, Senę, aut Flo-
rentię, non ſolum venit quod infra muros con
tinetur. Sed etiam veniunt continentia ædifi-
cia, vt in dictis iuribus. Et quid iuris, ſi vtrunq;
nomen exprimatur, vt quia dicitur, in vrbe, vel
Ciuitate Senen. vel in Peruſina vrbe, ſeu ciuita-
te, vide ꝙ dixi in. c. rodulphus. s̃. de reſcrip. Et
16 in † quot differant ciuitas, caſtrum, & villa, vide
per moderniores in. c. ſi ciuitas. de ſen, ex. lib. 6.
In glo. 2. in fin. dic, glo. procedit in pœniten-
17 tia † occulta, vt in iuribus in glo. allegat. Et in. c.
deus qui. & in. c. omnis. j̃. eo. Sed nō in pœni-
tentia ſolemni, vel publica; quia tales non ſunt
arbitrariæ, argu. eorum quæ ſupra dixi in. c. 1.
ſupra eod. & tenet hic Hoſti. & Ioan. Andr.
In glo. penul. ibi, modū exceſſit, dic, patet igit
ex hoc, & ex tex. quòd non excedendo modū,
licitū erat vim vi repellere, Et hinc ſumpta oc
caſione ego in .c. 1. s̃. de iuiur. remiſi me hic
18 dicturum, † quādo licitum ſit defendere ab in-
iuria perſonali, vel rebus illata. Et quādo di-
catur ſeruari, vel excedi modus. ſed hic omittā,
et fortè Deo duce, dicam in .c. 3. j̃. titu. prox.
Poſtremo querit hic Ioan. An. quid importat,
19 ſeu ſignificat, quando † ſacerdos dicit, abſoluo
te. Sol. dicit ipſe, ꝙ idem eſt dicere denuntio
te abſolutum, cum non eſſes, niſi abſolutionem
peteres, vt infra eod. c. omnis. vel abſoluo te à
pœna ęterna commutando illam in tempora-
lem. de pœni. diſt. 1. c. ſicut primi hominis.
20 Nam per pœnitentiam lapſus hominis verè tol
litur, vt not. Ioan. Andr. in .c. fin. s̃. de purg.
can. & probatur. 50. diſt. c. ferrum. Pauci ta-
men agunt veram pęnitentiā, vt dixi in. c. fin.

## Capitulum .IIII. Quod Autem.

*SVMMARIVM.*

1 *Indulgentiæ, ſeu remiſſiones non proſunt non ſubditis, niſi à proprijs iudicibus concedantur.*
2 *Indulgentiæ in quibus caſibus licitè concedantur.*
3 *Abſolui, & ligari, ſicut non poteſt quis à non ſuo Iudice in foro contentioſo, ita nec in pœnitentiali.*
4 *Sacerdos quilibet, licet cum ordinatur, recipiat poteſtatem, ligandi, & abſoluendi, illam tamē recipit in habitu, non in actu.*
5 *In foro pœnitentiali quis ſortitur forum per actū pium, & meritorium celebratum infra limites alienæ parochiæ, ſeu diœceſis.*
6 *Indulgentię conceſſæ ab alienis Epiſcopis, proſunt non ſubditis, quando proprij Epiſcopi hoc conceſſerunt.*

Peregri-

*Peregrinantes, quid debeant facere, vt poſſint obtinere indulgentias ab alienis Epiſcopis cõceſſas. ibidem.*
7 *Papæ omnes ſunt ſubditi.*
*Indulgentiæ à Papa conceſſæ, quando non proſint omnibus. ibidem.*
8 *Indulgentiæ ad quid proſint. Et quæ ſint neceſſaria ad hoc, vt proſint, nu. 10.*
9 *Indulgentias concedens, quid intendat.*

QVOD AVTEM. Indulgentiæ,
1 ſeu † remiſſiones non proſunt nõ
ſubditis remittentium. Niſi pro-
prij iudices hoc concedant .h. d.
Primo ponitur conſultatio. Secundo reſpon-
ſio, ibi, hoc volumus. Nota primo, ex tex.
2 duos caſus in quibus licitè † conceduntur
indulgentiæ; videlicet, quando eccleſia con-
ſecratur, in cuius conſecratione ipſi ſoliti ſunt
concedere certa indulgentiarum tempora il-
lam intrantibus, ſeu ad ipſius auxilium confe-
rentibus. Secundus eſt, in ædificatione pon-
tium, vt conferentibus ad expenſas ipſorũ pon
tium ædificandorum, vel manutenendorũ cer-
tæ cõcedantur indulgentiæ; nam talis actus eſt
pius, & neceſſarius. Quod intellige, quando
pons fieret, ſeu reficeretur in aliquo loco, per
quem peregrini tranſeuntes periculum incurre
bant. Et ideò ad huiuſmodi conſtructionem
tenerentur etiam clerici conferre, vt in .l. ad in-
ſtructionem .C. de ſacroſan. eccle. Et idem
dicendum eſt in alijs pijs actibus, vt tales pios
actus exercentibus valeant indulgentiæ con-
cedi, vt in .c. cum ex eo. & in .c. noſtro. ȷ̃. eod.
& ibi de hoc latius dicam. Secundo not. quòd
3 ſicut † in foro contentioſo non poteſt quis ab-
ſolui vel ligari à non ſuo Iudice, ita nec in foro
pęnitẽtiali, qui in hoc regulatur ad inſtar contẽ
tioſi. Quinimò in hoc videtur fortior iuriſdi-
ctio pęnitẽtialis; quia etiam laicus non poteſt
prorogare iuriſdictionem non ſui Iudicis pœni
tentiarij, confitẽdo alteri ſacerdoti, vt dicam in
.c. omnis. ȷ̃. eod. Adeò quòd dicit hic .D. m.
ꝙ quanuis laicus ſemel in anno proprio ſacer-
doti fuerit confeſſus, non tamen poterit alie-
no ſacerdoti iterum confiteri; quia licet quili-
4 bet ſacerdos † cum ordinatur recipiat ligandi,
& abſoluendi poteſtatem, tamen illam recipit
in habitu, & non in actu. Vnde ſi non habet
ſubditos, non põt illam exercere. Facit .l. ob-
ſeruare. in fin. ff. de offi. procon. & .c. præſen-
ti. de offi. or. lib. 6. Et hoc eſt de mente Doct.
ſecũdum .D. m. Licet aliqui Theologi teneant
contrariũ. Et hoc notabis ad materiam .c. om-
nis. ȷ̃. eo. Tertio not. quòd in foro pœniten-
5 tiali † ſortitur quis forum per actum pium, &
meritorium celebratũ infra limites alienæ pa-
rochię, ſeu alienæ diœceſis. Et aduerte, quòd
ſicut agendo talem pium actum infra diœceſim
alterius Epiſcopi, non gaudeo indulgentia ab
eo conceſſa, ita per contrarium, ſi in aliena pa-
rochia delinquo, non propterea debeo tale pec
catum illi parochiano confiteri; ſed meo, vt
not. glo. 16. q. 1. c. placuit. dicam in .d. c. omnis.
6 Vltimo not. quòd indulgentiæ † conceſſę ab
alienis Epiſcopis, ita demum proſunt non ſub-
ditis, quando etiam proprij Epiſcopi, ſeu ſupe-
riores, hoc cõceſſerunt. Quod nota ſingulari-
ter pro peregrinantibus, quibus conſultum eſt,
vt antequam incipiant peregrinari, adeant pro-
prios Epiſcopos à quib⁹ impetrẽt gratias per-
cipiendi indulgentias ab alienis Epiſcopis con-
ceſſas; quoniam tali cõceſſione non facta, pro-
pter meritoria opera in alienis diœceſib⁹ facta,
non reciperẽt indulgentias. Quod intellige, de
indulgẽtijs conceſſis ab ordinarijs inferioribus
à Pontifice. Secus in indulgentijs conceſſis à
ſummo Pontifice, quas quilibet recipit per ope
ra meritoria ad illas recipiendas conſtituta; qñ
7 reſpectu † Papæ, non magis dicitur ſubditus
vnus, quàm alter .9. q. 3. in .c. per principalem.
& .c. cuncta per mundum. Et hoc procedit in
indulgentia à ſummo Pontifice generaliter cõ-
ceſſa. Secus ſi indulgentia eſſet reſtricta ſolum
ad habitatores illius loci. Glo. 1. format duas
quæſtiones, & ſoluit. In fin. glo. dic, vt latius
dicam in .c. noſtro. ȷ̃. eo. Glo. 3. in prin. for-
8 mat. q. circa † quam ponit quinq; opiniones,
deinde format aliam quæſtionem, & ſol. In ea.
glo. ibi, debitam ſatisfactionem non relaxat,
dic hæc prima opi. reprobat̃, quia minuit pri-
uilegium conceſſum Petro, & eccleſiæ, cui data
fuit poteſtas ligandi, & ſoluendi in terra, & in
cœlo, vt habetur Mathe. cap. 6. & .24. q. 1. c.
quodcunq;. Item cõtra hanc opi. videtur tex.
in .c. ex eo. ȷ̃. eod. vbi dicitur, quòd indulgen-
tia eneruat pœnitentiam. In eadem glo. ibi, per
tales remiſſiones remittatur, dic hæc ſecunda
opi. etiam non placet, quia nimis viliſacit cla-
ues eccleſiæ, ſecundum Ioan. Andr. Et quia
ſecundum eam parum prodeſſent indulgentiæ.
In eadem glo. ibi, ſed qui eas faciunt, ſe onerãt.
Dic contra hãc tertiam opi. facit quia conce-
dens non intendit hoc. Quinimo, & qñq; me-
rita concedentis ſunt adeò modica, vt ſibi ſoli
ſatisfaciant, vnde communicare alijs veriſimi-
liter non intẽdit. In eadem glo. ibi, quæ negli-
genter eſt omiſſa. Dic hæc .4. opi. etiam nõ pla-
cet, quia remunerat negligentiam; quod non
eſt conueniens. In eadem glo. ibi, ſed ex hoc
cap. dic, ponitur quinta opi. quam glo. videtur
ſequi, quæ fuit Alani, quæ in effectu vult, quòd
indulgentiæ proſint, etiam quo ad pœnitentiã
hic iniunctam; Dummodo ſacerdos qui pœni-
tentiam impoſuit, hoc concedat, vt. ſ. poſſit cõ-
penſare pęnitẽtiam cum indulgentia. aliter ſe-
cus. Sed hæc opi. nimis reſtringit poteſtatem,
& effectũ indulgentię. Nam cum hæc indul-
gentia proficiſcatur ex theſauro eccleſiæ, & po
teſtate Papæ, debet ſimpliciter prodeſſe omni-
bus quibus Papa cõcedit, vel alius prelatus qui
in hoc haberet poteſtatem. Et ideò non eſt
neceſſaria proprij ſacerdotis licentia. Licet de
conſilio, & cautela, ſit vtile illam petere. Sed
aduerte, quia datur ſexta opi. quæ videtur eſſe
communis, * quam tenent Goff. Hoſti. Io. An. Cõm. op.
& com-



& communiter Doct. volentes, ꝙ iſtæ indulgen
tiæ proſint, & quò ad Deum, & quò ad pœni-
tentiam temporalem hic iniunctã, pro quo eſt
tex. in .d. c. cum ex eo. ȷ̃. eod. Et ſi tu diceres,
quomodo poteſt hoc procedere, quòd tot in-
dulgentiæ concedantur. Reſpondeo, ꝙ à ſu-
perabundantibus meritis, & fauoribus nobis
infuſis ex effuſiõe ſanguinis Xp̃i hoc fieri põt.
Nam, & minima gutta prætioſiſſimi ſanguinis
Chriſti fuiſſet ſufficiens ad redemptionẽ totius
orbis. vnde ex Paſſione Chriſti incomprehen-
ſibilis, & inexplicabilis, & inconſumabilis effe
ctus eſt theſaurus eccleſiæ accedit etiam, & ali-
orum ſanctorum martirum thæſaurus, quorũ
merita longè ſuperabundauerunt, & exceſſerũt
delicta illorum, & exceſſus, ſeu demerita. vnde
huiuſmodi theſaurus apud eccleſiam remanſit,
cui Chriſti vicarius prę eſt. Et ideò ſicut nullum
malũ remanere debet impunitũ, ita & nullum
9 bonum irremuneratũ. Quo fit, vt ille † qui con-
cedit indulgentias, intendat communicare illa
bona irremunerato ex quadam compẽſatione;
& ſic in hac communicatione, & compenſatio-
ne non eſt neceſſaria præsbiteri licentia; quan-
uis ſit conſultoria. Eſt tñ rectius, & ſalubrius
conſilium, vt agat quiſq; pœnitentiam hic ſibi
iniunctam. & indulgentias exceptas reſeruet
pro peccatis, de quibus nõ agit perfectam pę-
nitentiam, & per indulgentias eneruare ea ſtu-
Cõm. op. deat. hoc equidem poſſet, ſecũdum * commu-
nem oppi. Doct. & ſequitur hic .D. m. Et ad-
uerte, quia vt refert hic Inno. & Ioan. And.
10 quidam voluerunt, ꝙ † ad hoc, vt indulgentiæ
proſint, ſex ſunt neceſſaria. Primo, poteſtas in
concedente. Secundo, neceſſitas loci, ſeu per-
ſonæ. Tertio deuotio. Quarto, ſtatus ipſius
pœnitentis, vt ſit de peccato contritus. Quin-
to, diſcretio, vt tantum donet, ſeu tribuat, pro
quanto nollet agere illam pœnitentia iniunctã.
Sexto, & vltimo, requiritur iuſta ipſius æſtima-
tio, vt iuſtè extimet quantitatem boni, quòd
facturus eſt, ſecũdum pęnitentiam ei iniunctã.
quod qualiter procedat, fortè latius tractabo in
cap. noſtro. ȷ̃. eod. Marianus de Senis vtriuſq;
iuris Doctor.

## Capitulum .V. Quod Quidam.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitens verè non eſt, qui peccandi animum non deponit, & nu. 3.*
*Confeſſio tamen ipſius debet recipi ab eccleſia. ibidem. Et pœnitentia iniungenda, ſed abſolutio non, nu. 4.*
2 *Vſurario manifeſto, an denegetur confeſſio.*
4 *Pœnitentia iniuncta non volenti abſtinere à peccato, quid proſit ipſi.*
5 *Deficiens in vno, eſt omnium reus.*
6 *Pœnitentia peracta de vno peccato per exiſtẽtem & perſeuerantem in alio, an proſit etiam ad ad vitam æternam, ſi poſtea de alio peccato peregit pœnitentiam in ſtatu gratiæ.*
7 *Bona opera facta in charitate, & poſtea mortificata propter ſequẽs peccatum mortale, & ſecuta tandem vera pœnitentia, an reuiuiſcant. Et ibi communis quòd ſic.*
*Et quid ſi fuerint facta in peccato mortali, an poſtea reuiuiſcant recepta vera pœnitentia, nu. ſequen. Et ibi communis, quòd non.*
*Ad quid tamẽ valeant bona opera facta in peccato mortali, vide nu. 9.*
10 *Clericus exiſtens in peccato mortali, ſi dicit horas canonicas, ad quas tenetur, vel ratione ordinis, vel beneficij, an liberetur, à pœnis. Et circa hoc diſtingue, vt nu. ſeq.*
12 *Propter neceſſitatẽ, qñ quis excuſetur. remiſſiuè.*

1 QVOD QVIDAM. Non eſt † verè
pęnitens qui peccandi animũ non
deponit; recipitur tamen eius con
feſſio. h. d. Vel ſic, nõ eſt reſpuen
da confeſeſſio non valentis abſtinere à peccato
ſed debet recipi, & ſibi exhiberi prouidum
conſilium. Primo ponitur conſultatio. Se-
cundo reſponſio, ibi, conſultationi. Nota pri-
mo, quòd licet quis perſeueret in peccato, non
tamen repellitur à cofeſſione. Hoc tamen fal-
2 lit in † vſurario manifeſto, ſecundum Io. An.
& Docto. per .c. 2. de vſur. lib. 6. Sed dicit hic
.D. m. quòd hic caſus non rectè excipitur;
quia hic non conceditur abſolutio, ſed non de-
negatur confeſſio. Vnde hic ſolum recipitur
ad confeſſionem, quãuis dicat non poſſe de cer
to crimine abſtinere. ſed non contrito non in-
iungitur abſolutio, vnde manifeſto vſurario ſo-
lum denegatur abſolutio .d. c. 2. niſi fuerit ſer-
uata forma illius deciſ. ſed non denegatur re-
medium, & auxilium tex. noſtri. Secũdo not.
quòd vera pęnitentia requirit, ꝙ homo habeat
animum vlterius non peccandi. aliàs autem nõ
prodeſt, quò ad vitam æternam; quia quandiu
quis perſiſtit in peccato, eſt rebellis, & inimic⁹
Deo. ideò non poteſt veram agere pęnitẽtiam,
& mereri vitam æternã. de pęni. diſt. 3. c. ſunt
plures, & tangitur hic in glo. fi. Vltimo not. ꝙ
ille, qui non dimittit propoſitum peccandi, nõ
repellitur à confeſſione, quominus ſibi pęniten
4 tia. iniungenda; quia † licet talis pęnitentia nõ
proſit ſibi, quò ad vitam æternam, ex quo non
eſt in charitate, prodeſt tamen ſibi, quò ad plu-
rima de quibus in glo. 1. Hic tamen ſecundum
Doct. non eſt abſolutio iniungẽda. Quod pla-
cet, quia tex. dicit de criminibus huic cõſilium
5 exhibendo. Item quia, † deficiens in vno eſt
factus omnium reus, vt infra de re. iur. in .c. de-
fleat. ergo non poteſt ab illis abſolui, cum non
ſit in charitate. ꝙ not. ad ea, quæ dixi in .c. 2. ȷ̃.
de rapto. in glo. 2. Et vide ẽt ad prædicta glo.
fin. in .c. ex tuæ. ȷ̃. de ſimo. Glo. 1. in prin. eſt
declaratoria, deinde querit, & ſoluit. In eadem
glo. ibi, cum de alio crimine pęnitẽtiam egerit,
dic, hæc glo. videtur velle, ꝙ † pęnitentia per-
acta, ſit de vno peccato per exiſtentẽ, & perſe-
uerantem in alio peccato, prodeſt etiam ad vi-
tam eternam, quando poſtea de alio peccato

 perege-

peregerit pœnitentiam in ſtatu gratiæ. Sed di-
cit hic .D. m. ꝙ quamuis Doc. hic ſimiliter tran
ſeant. cum glo. tamen Archid. de pœni.diſt.3.
Cõm.op. in fin. dicit, ꝙ *communiter tenetur, ꝙ non va
leat confeſſio, nec ſatisfactio facta à non exiſtẽ-
te in ſtatu gratiæ; quia cum quis ſit extra cha-
ritatem, & inimicus, ac rebellis de Deo, non
poteſt dignè ſatisfacere. Ideò concludit, ꝙ ad-
ueniente gratia, debet iterum confiteri, & iterũ
ſatisfacere. Sed dicit .D. m. ſe putare, ꝙ quan
uis illa ſatisfactio non valeat in totum, tamẽ mi
nor poſtea Imponetur pænitẽtia. Et hoc mihi
placet, ex eo quod hic dicit glo. ꝙ talis pœni-
tẽtia valet ad minorem pœnã ſubeundam. Fa
ciunt ẽt quæ infra dicã. In glo.fi. dic circa ma-
teriam glo. põt de duobus dubitari. Primo
vtrum bona † opera facta in charitate, & poſtea
mortificata propter ſequẽs peccatum mortale
ſecuta tandem poſtea vera pœnitentia reuiui-
Com.op. ſcant. Et * cõmunis concluſio omnium Doc.
eſt, ꝙ ſic. vñ dicit ille verſus, Illa reuiuiſcũt quę
mortificata fuerunt. Secundo dubitari poteſt
8 vtrum† bona opera, & meritoria facta in pec-
cato mortali, recepta poſtea vera pęnitentia re-
Cõm op. uiuiſcant. Et cõmunis* concluſio eſt, ꝙ non;
quia mortua fuerunt. Vnde dicit verſus, Viue-
re non poſſunt, quæ mortua nata fuerunt. Nã
cum Deus nõ indigeat noſtris operibus, ſed ſo-
lum ea agamus propter nos, & ad ſatisfactionẽ,
vel ad habendum remunerationẽ, meritò, quò
ad huiuſmodi effectus Deus non acceptat ope-
ra, niſi acceptet operantẽ. vnde dicitur Geneſis
cap.4. & de pęni.diſt.5.c.1.in fin. Prius reſpe-
xit Deus ad Abel. Deinde ſubiungitur, & mu-
nera eius. ſed Deus non acceptat hominẽ exi-
ſtentem in peccato mortali, ergo opera exi-
ſtentis in peccato mortali, non ſunt Deo acce-
pta. Sicut dicit Apoſtol⁹ primo ad Corĩthios,
cap.13. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus
meum, ita vt ardeam, charitatem autẽ non ha-
beam, nihil mihi ꝓdeſt &c. Et ita* coĩter tenẽt
Doct. hic, & Hoſti. in ſum. eo.ti. §. & an fictè,
ver. ſed pone, ꝙ aliquis. Aduerte tñ, ꝙ licet bo
9 na† opera facta in peccato mortali nõ proſint,
quò ad vitã eternã proſunt tñ ad quinq;, quo-
rum tria ponit glo. quæ his verſibus continen-
tur. Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona
terræ. Cor faciunt humile, minuunt tormen-
ta gehennæ. Quarto, ſecundum Hoſti. & Io.
Andr. valent ad aſſuefactionem, & bonorum
operum humilitatem, ſicut dicitur de Baptiſmo
Io. Baptiſtæ. de conſe. diſt.5. nõ regeneraban-
tur. Quinto valent, quia in tali homine Dia-
bolus, & Angelus malus non habet tantam
poteſtatem, quãtam aliàs haberet. Sicut exem-
plificatur in dialogo de Iudæo, qui ſe muniuit
ſigno crucis, propter quod demõ non potuit
illi nocere, & ſe accuſauit maiori ſuo, & cæte-
ris demonibus in hæc verba, inueni vas vacuum
licet ſignatum, ſecundum Hoſti. Et per præ-
dicta dicunt hic, Abbas, & Ioan. Andr. poſt
10 eum, quòd aliquis † dicendo horas ſuas ad
quas neceſſario tenetur ratione ordinis vel be-
neficij eccleſiaſtici, vt ſupra de celebra. miſ.c.1.
&.c. dolentes.91. diſtin.c.cleticus.1. quòd li-
beratũ, licet illas dicat exiſtens in peccato mor-
tali. Mouẽtur; quia ſi bona, quæ quis facit in
eo ſtatu proſunt ad minus ſupplicium, vt hic di-
cit glo. & de pęni. diſtin. 3. c. placet. ſequitur,
quòd liberatur, & pœnam euitat ſic dicendo.
Aliàs ſi dicere non prodeſſet ſibi, ſequertur ꝙ
noceret. & ſic non euitaret pœnam; ſed au-
gumentaret, ſi idem eſſet dicere in peccato, &
non dicere; cum ſecundo caſu peccaret mor-
11 taliter. Diſtingunt tamen † circa hoc, quòd
quædam ſunt, quæ obligant ſemper, vt mãda-
ta prohibitiua, & ab his nõ declinãs mortaliter
peccat, cum ſint ſui natura mala, vt in .c. & ſi
Chriſtus. ſupra de iureiuran. Exemplum, non
mæchaberis, non occides &c. quia debet quis
in talibus potius omnia mala pati, quam malo
conſentire. Quædam ſunt præcepta affirma-
tiua, quæ obligant ſemper, ſed non ad ſemper,
qualia ſunt præcepta de honorando parentes,
& ſabbatum cuſtodiendo, & iſta quãdoq; pro-
ſunt ad vitandã pœnam, quando fiunt ab exi-
ſtente in ſtatu gratiæ. Sed quando fierent à
non exiſtente in ſtatu gratiæ, ſtatim proſunt ad
minus ſupplicium ſubeundũ, vt dicit gl. Quare
cum quis, ea faciendo euitet pœnam, quam
non faciendo incurreret, patet, quòd exiſtens
in peccato dicens horas euitat pœnam. & ideò
talia præcepta affirmatiua non obligãt ad ſem-
per. Nam propter infidelitatem ipſorũ excuſa
tur quis à primo præcepto.23.diſt.dyaconi, &
propter neceſſitatem excuſatur à celebratione
Sabbati. Et ad hanc materiam quæ ſint præ-
cepta, quæ obligent ſemper, & ad ſemper, vi-
de quæ dixi in .c. nouit. ſupra de iudi. Et quali-
12 ter, & quando † propter neceſſitatem quis ex-
cuſetur, vide quod dixi in .c. ſi quis propter
neceſſitatem. ſupra de furt. Marianus de Senis
vtriuſq; iuris Doctor.

## Capitulum .VI. Licet.

*SVMMARIVM.*

1 *Ieiunare qui debet certa die in pane, & aqua ex pñia, ſi panis deficiat, poteſt alijs cibis vti.*
2 *Pœnitentia iniuncta eſt formaliter adimplenda. Quod declara, vt ibi.*
*Cartuſienſes non rectè agunt prohibere vſum carnium in neceſſitatibus. ibidem.*
3 *Diſcretione quis vti debet in omnibus peragendis.*
*Diſcretio eſt mater omnium virtutum. ibidem.*

1 LIcet. Qui ex pœnitentia† debet
certa die in pane, & aqua ieiuna-
re, poteſt deficiente pane alijs ci-
barijs vti .h. dicit. Primo ponit
dictum. Secundo limitationem, ibi, diſcretio-
ne. Et eſt pars .c.licet. ſ̃ .de ferijs. Nota pri-
mo, ꝙ ſacerdos poteſt iniungere pœnitentiam
ieiunandi certis diebus in pane, & aqua. Vnde
talis



talis pœnitentia non eſt à iure improbata. Se-
2 cundo not. ꝙ† pęnitẽtia iniuncta eſt formaliter
adimplenda. Et ideò qui ex pœnitentia, debet
vti pane, nõ põt alio cibo vti. Niſi cauſa ſub-
ſiſtẽte; quia nõ ſolũ poſſet vti alijs cibis, de qui-
bus hic in tex. Sed etiam poſſet vti carnibus.
Quod not. contra cartuſienſes, & ſimiles, qui ẽt
in neceſſitatib⁹ prohibent vſum carnium. Non
enim rectè agunt; quia nõ ſolũ iſte tex. proce-
dit in ieiunio iniuncto in pœnitẽtia, ſed etiam
in ieiunio, ad ꝙ quis ſe ex voto obligaſſet, ſm
Doc. & benè. Et non ſolum habet locũ tex. nr̃
propter defectũ illius cibi; ſed ẽt alia ſubſiſten-
te neceſſitate infirmitatis, vel ſimili, vt in.c.con-
ſilium.ſ̃.de obſer.ieiu. Dolere debet tamẽ iſte
non poſſe pœnitentiã, & votum adimplere in
forma.41.diſt.non cogantur.& hanc commu-
tationem nõ debet quis facere propria aucto-
ritate, ſi ſuperioris adeundi facultatem habet.
Sed ſi ſuperior tunc adiri non poſſet, liceret tũc
propria auctoritate cõmutationem facere, arg.
.c. venerabilem. de elec. Facit in ſimili, ꝙ not.
in .l.ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his quæ in
frau.credi. debet tñ quam primũ poſtea pote-
rit, ſuperiorem adire, argu. eorum, quæ dicent
in.c.ea noſcitur.ĩ. de ſenten.ex. Vltimo not.
3 ꝙ † in omnib⁹ peragẽdis debet quis vti diſcre
tione; qm̃ diſcretio eſt mater omnium virtutũ,
vt in.c.1.ſ̃.de offi. cuſto.& in cle. paſtoralis.de
re iudi. Marianus.

## Capitulum .VII. Quæſitum.

*SVMMARIVM.*

1 *Græci Sacerdotes procurantes, vel ſtudioſè negligentes oppreſſiones filiorũ, deponuntur. Et ſi hoc delictũ eſt publicum, publicè puniuntur.*
*Et extenditur hæc diſpoſitio ad Latinos etiam ſacerdotes, & quoſcunq; alios habentes filios, num. 3.*
2 *Pœnitentia publica non debet imponi pro delicto oppreſſionis filiorũ, ſi delictũ non eſt publicũ.*
*Secus ſi ſit publicum. ibidem.*
4 *Irregularitatem incurrit ſacerdos propter homicidium cõmiſſum ex lata, vel ẽt ex leui culpa.*
*At in foro contẽtioſo, in imponẽda pœna ob homicidium, exigitur dolus. ibidem.*
5 *Irregularitas non incurritur ex leuiſſima culpa.*
*Quod tamen declara, vt ibi.*
6 *Occultum dicitur etiam illud, quod aliquibus eſt notum.*

1 QVaesitvm. Sacerdotes † Gręci
procurantes, vel ſtudioſe negli-
gentes oppreſſiones filiorum de-
ponuntur. Et ſi eſt publicum, pu-
blicè puniuntur .h. d. Vel ſic, & melius, vt fa-
ciat ad titulum, Sacerdoti Gręco procurãti, vel
ſtudioſè negligẽti oppreſſionẽ filiorũ, nõ impo
nit pœnitẽtia publica; ſed debet ab altaris offi
cio abſtinere, & aliter in ſecreto pęnitentiã age
re. Sed ſi delictum eſt publicum, debet publicè
agere pœnitentiam. Primo ponitur quæſtio.
Secundo reſponſio, ibi, vt huic. Nota primo
2 arg. quòd pœnitentia publica † non debet im
poni pro delicto oppreſſionis filiorum, ſi deli-
ctum non eſt publicũ, de quo dixi in .c.1.ſ̃.eo.
Secundo not. ibi, niſi in publicum, ꝙ pro deli-
cto publico, ẽt ſacerdoti, eſt publica pœnitẽtia
iniungenda. Licet quidã cõtrarium voluerint,
de quo hic in glo. magna. Sed primum dictum
plus, placet de quo dic, vt dixi in.d.c.1. Et ha
3 bet locum tex. noſter, † non ſolum in ſacerdo-
tibus græcis, ſed ẽt in latinis, & quibuſcunq;
alijs. Nam ꝙ hic dicit de græcis, ponitur exẽ-
pli gratia. Et quia ipſi græci ſacerdotes coĩter
habent filios, & non latini. Tertio not. ꝙ ſacer
4 dos † incurrit in irregularitatem, propter ho-
micidium cõmiſſum ex lata culpa, vel ẽt ex leui.
Licet enim in imponenda pœna in foro conten
tioſo ad puniendum homicidium .l. cornel. de
ſicca. non ſufficiat ẽt lata culpa, ſed exigatur
dolus, vt in .l.1.C.ad .l.cornel. de ſicca. & in.l.
.1.l. lege.ff.eod. tamen ad incurrendam irregu
laritatem ſufficit ẽt leuis culpa. Ad ꝙ vide quæ
latè dixi in.c.ad audientiã.ſ̃. de homici.in ſepti
mo principali articulo.q.8.11.&.13. ac plu-
ribus alijs. Aduerte tñ, quia tex. iſte ſingulari-
5 ter probat, † ꝙ propter leuiſſimã culpam, non
incurrit quis irregularitatem, vt patet ex fin.
tex. Qui tñ procedit, qñ ſine tactu, & ſine alia
procuratione homicidium interuenit. Vltimo
6 not. ꝙ occultum dicitur ẽt illud, ꝙ aliquibus eſt
notum. Ad ꝙ vide etiam, ꝙ not. glo. in ver.
publicè, in cle.1.de ſepul. in glo. magna in fin.
de hac materia dic, vt dixi in.c.1.ſ̃.eod.

## Capitulum. VIII. Deus Qui.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentiam arbitrari, ſecundum quas circunſtantias ſacerdos debeat, & nu. 6.*
2 *Contritio confitentis, quare multum conſideretur, in imponenda pœnitentia.*
3 *Pœnitentia eſt cum diſcretione moderanda per ſacerdotem, etiam in omnibus caſibus, in quibus canones eam certam, & determinatã impoſuerunt, & ſub nu. 4. & .5. Et hoc procedit in priuatis, & occultis pœnitentijs; ſecus in ſolemnibus, & publicis, nu. 11.*
5 *Caſus, in quibus canones determinatam impoſuerunt pœnitentiam, quot ſint. remiſſiuè.*
7 *Sacerdotes dicuntur comedere peccata populi.*
8 *Sacerdotes ſanctiores, quare debeant eligi ad intercedendum pro peccatoribus.*
9 *Irati animus ad deteriora prouocatur, ſi is, qui diſplicet ad intercedendum mittitur.*
10 *Confeſſus, cui minor pœnitentia eſt impoſita, an ſit tutus quò ad Deum.*
12 *Sacerdos poteſt abſoluere, etiam de magnis criminibus. Excipiendo tamen, vt ibi.*
13 *Sacerdos in imponenda pœnitentia debet principaliter intendere in ſalutem pœnitentis.*
14 *Chriſtianus quilibet quæ ſcire teneatur.*

1 DEVS QVI. Sacerdos † pœniten
tiam arbitrari debet ſecundum
quãtitatem exceſſus, & pœniten-
tis contritionem, & alias circun-
ſtantias .h. d. Et tres habet partes, ſicut tria
ponit dicta. Secunda, ibi, Apoſtoli. Tertia,
2 ibi, interim. Nota primo, quòd † in pœniten
tia imponenda multum conſideratur confiten-
tis contritio, eo quòd ipſa eſt principalis, &
maxima pars pœnitentiæ; cum ipſa ſit inte-
rior. Et poſſet eſſe tanta, ſecũdum Hoſti. quòd
ſufficeret abſq; alia exteriori pœnitentia. Et idẽ
not. glo. de conſe. diſt. 4. c. baptiſmi vicem. Et
adeò, quòd talis anima, nec per purgatorium
tranſiret; ſed ad patriam conuolaret, vt dicit
Hoſti. in ſum. eod. tit. §. quæ pęna. circa finem.
Vndę non eſt aliquando deſperandum, etiã de
eo, qui nunquam confitetur, nec aliquam
agit pœnitentiã, & plurima quotidie peccata
committit; cum ſola contritio poſſit eſſe tanta,
vt ſibi & culpa, & pœna in totum remittatur.
Hoc tamẽ periculoſum eſt, & in certum expe-
ctare hanc contritionem, de pœni. diſt. 7. c. 1.
3 & .c. nullus. Not. ſecundo, quòd † pœnitẽtia
moderãda eſt, per ſacerdotem diſcreti viri arbi
4 trio. Et pondera verbum † moderanda, quia
ſonat in diminutionẽ, de quo fortè dicemus
in. c. fin. ĩ. de ver. ſig. Et vide alia iura quæ al-
legaui in. c. inquiſitionis. ſ̃. de accu. in glo. 3. Et
aduerte, quia hoc notabile procedit, non ſolum
in caſibus in quibus canones non imponũt cer
tam, & determinatam pœnitentiam, ſed etiam
in omnib⁹ caſibus, in quibus canones certam,
& determinatam imponunt pœnitentiam. de
5 quibus † enumerat Hoſtien. 46. in ſum. eo. ti.
.§. quæ pœna. vbi videri poteſt. Et quãuis pro-
ductior debeat eſſe pœnitẽtia, quàm fuerit cul-
pa, de pœni. diſt. 3. c. productior, tamen intelli-
gitur hoc de interiori pœnitentia; quia quan-
docunq; recordatur, debet dolere. Item quan-
uis tanto tẽpore debeant eſſe peccatores in pę-
na, quãto fuerunt in culpa, de pœni. diſt. 1. c. vi-
de benignũ. & ver. quanto tẽpore. Et Grego.
dicat falſas pœnitentias, quæ non ſecundum au
ctoritatem ſanctorum Patrum imponuntur. de
pœni. diſt. 5. c. falſas. Et pro quolibet peccato
mortali debeat quis ſeptennem pœnitentiã age
re. 33. q. 2. c. qui ſunt. & .c. admonere. Tamen
illud eſt verum: niſi ex cauſa, & conſideratis cir
cunſtantijs pœnitentia temperetur. nam ex
arbitrio ſuo poteſt ſacerdos multum remittere
de pnĩa, vt in. c. quem pœnitet. de pœni. diſt. 1.
Eſt ergo pœnitentia arbitraria, vt hic. & in .c.
ſignificauit. ſ̃. eo. de pœni. diſt. 1. c. menſuram.
Debet tñ ſacerdotis arbitrium eſſe diſcretum;
quia non ſuę liberę voluntati; ſed vt diſcreti ſa-
6 cerdotis arbitrio relinquitͣ. Vnde debet † con-
ſiderare criminis qualitatem, & quantitatem;
perſonæ dignitatem, atq; conditionẽ, ſexum,
officium, dignitatem, debilitatem, conſuetudi-
nem, cõpreſſionem, ſocietatẽ, locum, religio-
nem, temporis qualitatem, contritionẽ, lacri-
mas, cauſam, animũ, & voluntatẽ ac alias cir-
cunſtãtias, de quib⁹ per Augu. de pœni. diſt. 1.
Et his conſideratis pęnitẽtia moderetur, prout
viderit expedire. hoc enim põt, maximè pro-
pter ipſius ſacerdotis orationes, & bonas ope-
7 rationes. Vnde ſacerdotes dicuntur comede-
re peccata populi. 1. q. 1. c. ipſi ſacerdotes. &
quanto ſunt ſanctiores, tanto facilius exaudiun
8 tur. Qua propter † ſemper eligi debẽt ſanctio-
res ad intercedendum pro peccatore. Licet
enim omnis ſacerdos, etiam criminoſus confi-
ciat verum corpus Chriſti. 1. q. 1. c. ſi iuſtus fue-
rit. & .c. multi. & ſupra de coha. cle. & mulie. c.
veſtra. tamen inquantũ preces agunt ad Deum
pro peccatoribus, non ita exaudiuntur mali,
9 ſicut boni; quia ſi † is qui diſplicet, ad interce-
dẽdum mittitur, irati animus ad deteriora pro-
uocatͣ. 3. q. 7. iudicet. & .c. in grauibus. & vide,
ꝙ not. 48. diſt. in prin. Et hęc faciunt ad q̃ſtio-
10 nem quotidianam. Vtrum † confeſſus, cui mi-
nor debita eſt impoſita pœnitentia, ſit tutus
quò ad Deum, & conclude ſecũdum Docto. &
D. m. hic, quòd ſi in confitente nulla reperitur
culpa, eo quia paratus fuiſſet capere, & agere,
etiam maiorem pęnitentiam, & tunc eſt tutus.
Sed ſacerdos qui non diſcretę arbitratͣ, obliga-
tur quò ad Deum. & in hoc etiam dicitur come
dere peccata populi. Si verò confeſſus fuit in
culpa; quia ſacerdos veriſimiliter credebat eũ
non acturum maiorem pęnitentiã, & tunc iſte
confeſſus eſt tutus, quò ad culpam; quia dimiſ
ſum eſt ſibi peccatum; ſed non eſt tutus, quò ad
pęnam; quia reliquam condignam pęnitentiæ
partem peraget in purgatorio, vt tradit glo. de
pęni. diſt. 1. c. menſuram. Et ex prædictis pa-
11 tet, quòd pœnæ ſunt arbitrarię. Quod † intelli-
ge, in pœnitentijs priuatis, & occultis. Sed ſo-
lemnes non ſunt arbitrariæ; ſed in forma ſer-
uandæ. & etiam publicæ, vt dixi in .c. ſignifi-
cauit. ſupra eo. Tertio not. ibi, adulterio, &
homicidio, iuncta ſupraſcriptione, in qua ap-
paret, quòd hæc decretalis fuit directa Epi-
ſcopo, & fratribus, hoc eſt ſacerdotibus, quòd
12 ſacerdos † poteſt abſoluere de magnis crimini-
bus, etiam ſi ſit homicidium. & hoc etiam
* communiter tenent Docto. Vnde non eſt Com. op.
neceſſarium pro homicidio adire Papam, vt
quidam vulgares arbitrãtur. Nec etiam eſt ne-
ceſſe adire Epiſcopum cum quilibet ſacerdos
abſoluere poſſit. Eſt etiam regulare, quòd ſa-
cerdos poteſt abſoluere à quibuſcunq; crimi-
nibus, exceptis quibuſdam paucis Epiſcopo re-
ſeruatis, de quibus per glo. in .c. 2. eod. titu.
lib. 6. Et hoc, verum niſi Epiſcopus per ſtatu-
tum ſuum, aliqua alia reſeruauerit. Quod face-
re poteſt. Et per hanc viam indirectam poteſt
minuere poteſtatem minorũ prædicatorũ, &
ſimilium mendicantium, vt dicit glo. in cle. du-
dum. de ſepul. Nam & ipſi mẽdicantes ſolum
habent poteſtatẽ abſoluendi, vt præsbiteri pa-
rochiales. Dicit hic tamen .D. m. ꝙ vbi Epiſco
pus multum opprimeret poteſtatem præsbite-
rorum, maximè cauſa graui non vrgente, quòd
poſſent ſacerdotes recurrere ad ſuperiorẽ; cum
videatur



videatur eorũ officium diminutũ, arg. c. 2. ſ̃. de
exceſ. pręla. Quarto not. ibi, ꝓut ſaluti, ꝙ ſacer
13 dos † in imponenda pœnitentia, debet princi-
paliter intendere in ſalutem pœnitentis, quare
ſecundũ Hoſti. & bene ſm .D. m. debet abſol-
uere imponendo ſolum pœnitẽtiam vnius pa-
ter noſter. Quod intelligo ſm ea, quæ dixi in ſe
cũdo notabili; quia non debet aſperare pœnitẽ
tiam, quam ille non ſubeat, aut pro qua confeſ-
ſus ad deſperationem adducatur. 26. q. 7. C. al-
ligant. Si tamen pœnitentia eſſet minor cul-
pa, & contritio non ſuppleret pœnitentiam, re-
liquam partem pęnitẽtiæ peraget talis in purga
torio, vt dixi, & probatur. 25. diſt. in. c. qualis.
Quinto not. tria † quæ quilibet Chriſtianus te
netur ſcire, videlicet confeſſionẽ, orationẽ dñi-
cam, & ſymbolum, in quo articuli fidei continẽ
tur, vt eſt, Credo in Deum. Et de his, de cõſe.
diſt. 4. c. vos ante omnia. Vltimo not. ibi, mor
tis articulo &c. tex. pro generali conſuetudine
quæ habet, vt in mortis articulo exhibeatͣ cor-
pus Chriſti.

## Capitulum .IX. Officij.

### SVMMARIVM.

1 *Mulieris cõfeſſio, quæ ſibi partũ alienũ ſuppoſuit*
*nolens hoc marito detegere, eſt audienda.*
*Idem eſt in ea, quæ proprium filium ex adulterio*
*ſuſcepit. ibidem.*
*Et in his duobus caſibus ſacerdos curatus eſt Iu-*
*dex competens, nu. 5.*
2 *Poſſeſſio quandoq; ſumitur pro totali ſubſtantia*
*alicuius. quandoq; etiam pro proprietate, &*
*dominio. & quandoq; pro ſimplici poſſeſſio-*
*ne. remiſſiuè.*
3 *Alius dictio, quandoq; denotat diuerſitatẽ in qua-*
*litate, & ſubſtantia.*
4 *Pœnitentia non eſt deneganda non valenti ſine*
*periculo ſatiſfacere delicto; quanuis delictũ*
*illud videatur habere annexum effectum con*
*tinuationis.*
6 *Natus ex vxore præſumitur filius mariti; nec cre-*
*ditur aſſerenti.*
*Et quandiu maritus generare põt, nunquã præſu*
*mitur ab alio genitus, etiam ſi probaretur,*
*ꝙ eo tempore vxor adulterata foret. ibidem.*
7 *Mulier quæ ex adulterio cõcepit filium, vel alie-*
*num partum ſuppoſuit; quid facere debeat.*
8 *Malum minus eligere debemus inter duo mala.*
9 *Scandalum facilius naſci permittitur, quàm veri-*
*tas relinquatur.*
10 *Dignitati Regiæ, etiam Pontificali, eſſet renutian*
*dum, ſi ex his conſcientia non eſſet tuta.*

1 OFFICII. Auditur mulieris † con
feſſio, quæ ſibi partũ alienum ſup-
poſuit, vel proprium ex adulterio
ſuſcepit, nec vult hoc marito dete
gere .h. d. Primo ponitur cõſultatio. Secundo
reſponſio, ibi, qñ. Nota primo ex verbo poſ-
2 ſeſſio, ꝙ verbum poſſeſſio † qñq; ſumitur pro
totali ſubſtantia alicuius, vt hic. Et qñq; ẽt, vt
hic, ſumitͣ pro ꝓprietate, ſeu dominio. Et qñq;
pro ſimplici poſſeſſiõe. de quo dic, vt dixi. ſ̃. in
rubri. de cauſa poſſ. & proprie. Secũdo not. ibi,
ad alienos, iuncto ſi. ibi, alios, & iuncta glo. ſi. ꝙ
3 hæc dictio alius, † qñq; denotat diuerſitatẽ in
qualitate, & ſubſtantia. Et ad hoc vide, ꝙ di-
4 xi in cle. 1. de reſcri. Tertio not. ꝙ nõ † valen-
ti ſine periculo ſatisfacere delicto, non eſt de-
neganda pœnitẽtia, quanuis delictũ illud videa-
tur habere annexũ effectũ continuationis. Vlti
5 mo not. ꝙ ſacerdos curatus, eſt Iudex cõpetens
in iſtis duobus caſibus hic expreſſis, qui viden-
tur eſſe ſatis graues. Glo. 1. ſoluit duas quæſt.
circa materiam ſuppoſiti partus. Glo. 2. ſentit
contrarium, & ſoluit. In eadem glo. ibi, quia ei
non crederetͣ. Dic not. bene glo. ex qua habes,
6 ꝙ † natus ex vxore præſumitur filius mariti; in
tantũ, ꝙ aſſerenti contrarium minimè creditͣ.
& idem notãt Doc. in. l. ſi vicinis .C. de nup. &
in. l. filiũ. ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iuris. & in
.l. quidam. ff. de proba. Quinimò, quãdiu põt
ex marito generari nunquã præſumitur ab alio
genitus. ẽt ſi probaretur, ꝙ eo tempore mulier
adultera foret, vel extra domũ mariti, & in loco
ſuſpecto reperta fuiſſet, vt not. ĩ dictis iurib⁹. &
in. l. miles. §. defuncto. ff. de adul. Dicit tñ Inn.
ꝙ nõ credens matri habet fortè animũ; cũ ipſa
longe melius ſciat, quàm alius, neq; eſt veriſimi
le eam in hoc mendacium dicere, arg. aſſertè. ſ̃.
de ꝑſum. vnde vr̃ potius credendum ipſi matri.
7 Sed aduerte circa hãc materiã, † quid facere de
beat mulier, quę de adulterio cõcepit filium, vel
ſuppoſuit alienum partũ, propter quẽ hęredes
legitimi priuantͣ hęreditate. Nam diſtinguen-
dum eſt, ꝙ aut talis mulier eſt diues, & habet
vñ ſatisfaciat his, ad quos bona mariti peruẽtu
ra erant, ſi talis partus non adeſſet, aut non ha-
bet vñ ſatisfaciat. Primo caſu dic, ꝙ aut ſcit, vel
veriſimiliter ſcire, aut opinari põt, ad quos ma-
riti bona, vel ab inteſtato, vel ex teſtamẽto fuiſ
ſent peruentura, & tunc debet dare eis de ſuo,
quãtũ valet id, ꝙ habuiſſent, arg. 14. q. 6. in. c. ſi
res. allegato in glo. Et põt hoc, ꝙ reſtituẽdum
eſt, tradere Epõ in pœnitentia, vt inde ſatisfa-
ciat, & ignoretur vnde veniat. Si verò mulier
ignorat, nec probabiliter põt opinari, qui ſunt
illi, tunc debet illud pauperibus erogare, ſm ꝙ
traditͣ in. c. cum tu. ſ̃. de vſu. Secundo caſu, qñ
mulier non habet, vñ ſatisfaciat, dic, ꝙ aut ha-
bet probationes paratas, per quas ab inteſtato
ſuccedentes poſſet releuare à damno, ꝙ ex ſua
occaſione, & fraude reciperent, aut nõ. Primo
caſu, aut põt ſine periculo fraudẽ talem reuela-
re & debet eam patefacere, & de ipſa fidem fa-
cere. Aut ſine graui periculo nõ poteſt reuela-
re, fortè quia veriſimiliter ex iſta reuelatione
ſunt futura ſcandala maxima, & homicidia, &
hoc caſu debet tacere, argu. 22. q. 2. c. ne quis.
Nam hoc caſu, cum ex vna parte ſit ſolum fu-
turũ damnum bonorũ, & ex altera parte ſi re-
uelet, ſit periculum animarum, & corporum,
8 inter hæc duo † mala, minus malum eligere
debet

debet, argu. 13. diſt. duo. & .c. nerui. & quod
legitur, & not. in.c.1.ſ̃.de pig. Nec obſtat, ꝙ
9 facilius † ſcandalum naſci permittatur, quàm
veritas relinquatur, vt ſupra de renuntia .c. niſi
cum pridem .§. pro graui. & infra de reg. iur.
.c.3. quia in hac taciturnitate non perit veritas
iuſtitiæ; cum ipſa mulier non ſit Iudex, aut te-
ſtis, quo caſu loquitur auctoritas contraria, &
ſimiles; ſed ſolum ſit futura accuſatrix, vel de-
nuntiatrix. Secundo cāſu, quando non habet
probationes paratas, debet potius ſilere, quā
patefacere .2.q.7.c. plerunq;. ſecundum Inno.
Hoſti. & Ioan. Andr. hic. & pœnitere, & dole-
re de peccato, & ꝓponete in mente, ꝙ quā pri
mum haberet facultatē ſatisfaciendi in totum,
vel pro parte, hoc adimplebit. vel quàmprimū
ſine periculo poterit reuelare, illud faciet. & ſi
poſſet ſine periculo reuelare filio putatiuo, vel
adulterino, quia ſit homo ſimplex, rectus, &
ſpiritualis, ac Dei timoratus, recepto iuramen-
to à filio, ꝙ non reuelabit, poterit ei pateface-
re veritatem, & illum inducere ad intrandum
religionem. vel ꝙ ad partes remotas, ſeu vltra-
marinas tranſeat, & nihil de hæreditate patris
putatiui attingat. & ſic hoc caſu mulier erit in
tuto, ſm Hoſtien. in ſum. eod tit. §. quibus. &
qualiter. verſ. quid de muliere. & ita referunt
Doc. feciſſe quendam, qui ad aſſertionem ma-
tris renuntiauit regno. Et quanuis legiſtæ in.l.
filium.ff. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. dicāt
talem filium fatuum fuiſſe, tamen ipſi hoc di-
cunt ſolum conſiderantes hanc vitam, & non
futuram. Nam ſi conſideraſſent futuram, &
æternā vitam, illud ſummopere laudare debuiſ-
ſent; ex quo talis habebat læſam conſcientiam;
10 quo † caſu non ſolum regię dignitati, verum ēt
pontificali, quam ad id induceret conſcientia
indiſcreta, renunciandum eſſet, vt in.c.1. de re-
nuntia. lib. 6.

## Capitulum .X. Noua Quædam.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbatiſſa moniales benedicere, confeſſiones audi-*
*re, & publicè prædicare non poteſt. Priua-*
*tè autem poteſt, nu. 4.*
2 *Abbatiſſa, & quælibet alia mulier poteſt exer-*
*cere iuriſdictionem cōtentioſam; ſed non pœ-*
*nitentialem.*
3 *Mulier, etiam ſi de facto promoueretur ad ſacros*
*ordines, non tamen reciperet characterem;*
*ſecundum communem opi.*
5 *Argumentum ab abſurdo valet.*
6 *Maria virgo beatiſſima dignior, & excellentior*
*fuit omnibus Apoſtolis.*
7 *Clauium poteſtas fuit data, non ſolum Petro; ſed*
*etiam alijs Apoſtolis. Petrus tamē præ alijs*
*habuit principatum. ibidem.*
8 *Officia mulieribus interdicta quæ ſint, remiſſiuè.*
9 *Mulierum conditio in quibus caſibus ſit deterior*
*maſculorum; Et in quibus melior; Et in qui-*
*bus æqualis. remiſſiuè.*

NOVA QVAEDAM Abbatiſſa mo-
1 niales † benedicere confeſſiones
audire, & publicè prædicare non
pōt. h.d. Primo ponit exceſſus,
quos prohibet. Secundo reſpōdet tacitę obie
ctoni, ſecunda ibi, quia licet. Nota primo, ꝙ
2 quāuis Abbatiſſa † poſſit exercere iuriſdictio-
nem contentioſam, vt in .c. dilecta.ſ̃. de exceſ.
præla. Et etiam ex priuilegio, vel aliquo iure
ſpeciali, quælibet alia mulier hoc poſſet, vt in
.c. dilecti.ſ̃. de arbi. & ibi traditur, & .12. q. 2.
in.c. cum deuotiſſimam. tamen Abbatiſſa, vel
alia mulier non poteſt exercere iuriſdictionem
fori pœnitentialis; quia talis iuriſdictionis de-
pendentis à clauium poteſtate, mulier eſt pe-
3 nitus incapax. Adeò quòd, ſi † de facto ordi-
naretur, non reciperet caracterē, ſecūdum glo.
& cōmunem * opinionem .27.q.1.in.c. diaco- Com. op.
4 niſſa. Secundo not. ꝙ Abbatiſſæ † ſolum videt
prohiberi publica prædicatio; ſed ſecreta, per
quā moniales moneret, fortè dādo bona exem
pla, & ēt exemplificando per ſacrā ſcripturam,
non videtur eſſe prohibita. Et ad materiam vi-
de, ꝙ tradit .D. m. in .c. 2. de iudi. & quod di-
xi in .c. cum ex iniuncto.ſ̃. de hæreti. Et etiam
vide ad materiam prædicationis, quæ dixi in.c.
1.ſ̃. de iudę. Tertio not. ibi abſonū, & abſurdū,
5 ꝙ valet † arg. per reductionē ad abſurdum. ad
idem. c. in geneſi.ſ̃. de elec. & in .l. nā abſurdū.
.ff. de bo. lib. Quarto not. ꝙ beata Virgo Ma-
6 ria † dignior, & excellentior fuit omnibus alijs
Apoſtolis. Nec mirū; quia ipſa fuit ſanctiſſima
in vtero, ad quæ vide quæ dixi in .c.2.ſ̃. de ma-
ledi. Vltimo not. quòd nō ſolum † Petro, ſed
etiam omnibus alijs Apoſtolis fuit data pote-
ſtas clauium; & ſic ligandi atq; ſoluendi, cū di-
xit Xp̄s in Euāgelio, accipite Spiritum ſanctū,
& quorū remiſeritis &c. 21. diſt. c. in nouo. Pe
trus tn̄ præ alijs habueit principatū, vt dixi in
.c. fi. in prima glo.ſ̃. ti. proxi. Glo. 2. proſequit̃
8 plura † officia, quæ ſunt mulieribus interdicta.
9 In fi. glo. dic vide .40. caſus in quibus † condi-
tio mulierū eſt deterior maſculorū, &. 14 caſus
in quib⁹ melior eſt cōditio earū. Et alios. 14. in
quibus æqualis eſt conditio tàm virorū, quàm
fœminarū, per Spec. in ti. de ꝓcu. §. 1.

## Capitulum .XI. Quod In Te.

*SVMMARIVM.*

1 *Interdicti generalis tēpore morientibus concedi-*
*dur pœnitentia, & viaticum. De quo dic ta-*
*men, vt nu. ſequen.*
*Et clerici qui ſeruauerunt interdictum, poſſunt*
*cum ſilentio in cœmeterio ſepeliri. ibidem.*
*& nu. 3. Et quid in eccleſia ſpecialiter in-*
*terdicta, num. 11.*
*Atq; poſſunt bini, vel trini in conuentualibus*
*eccleſijs ſubmiſſa voce horas dicere. ibidem.*
*Item cruce ſignatis, & peregrinis in dicto tēpore*
*pœntiētia concedi poteſt. ibidem. Et hoc ex-*
*tende, vt nu. 7 remiſſiuè.*





4 *Campanæ pulſantur in obſequijs mortuorum pro*
*noſtra generali conſuetudine, & obſeruātia.*
5 *Interdicti tempore, qualiter, & quomodo, & vbi*
*omnia officia poſſint celebrari, remiſſiuè. Et*
*quæ ſacramenta poſſint concedi, & quibus.*
*ſub nu. 9. remiſſiuè. Et an mulieribus appro-*
*pinquantibus partui. nu. 10. Et ibi an cleri-*
*cis ſit concedenda extrema vnctio, remiſſiuè.*
6 *Aliud eſt legere, & aliud cantare.*
8 *Euchariſtiæ ſacramentum, quare dicatur viaticū.*
9 *Sacramenta neceſſitatis, quæ ſint.*

QVOD IN TE. Tempore genera-
1 lis interdicti pœnitentia, & viati-
cum morientibus conceditur, hoc
primo. Clerici qui ſeruauerunt
interdictum, poſſunt cum ſilentio in cęmeterio
ſepeliri, hoc ſecundo. In conuentualibus eccle
ſijs, clerici bini, vel trini, poſſunt ſubmiſſa voce
horas dicere, hoc tertio. Cruce ſignatis, & pe-
regrinis tempore interdicti, poteſt pœnitentia
concedi, hoc quarto. & ſecunda pars eſt ibi, li-
cet. tertia ibi, & in conuentualibus. quarta ibi,
2 recipientibus. Not. primo, ꝙ tempore † in-
terdicti conceditur pœnitentia ſolum morien-
tibus. & hoc procedat tempore iſto. Sed de
iure nouo conceditur oībus, qui non præſtite-
rint caſum interdicti. vt in.c. fi. de ſent. excom.
lib. 6. Quod an procedat in viatico, dic vt latè
dicam in.c. permittimus. j̃. de ſentē. excommu.
vbi latè tractabo materiam interdicti. Secun-
3 do not. ex ſecunda parte, ꝙ tempore † interdi-
cti regulariter quis non poteſt ſepeliri in cęme
terio. Niſi ſit clericus qui ſeruauerit interdictū.
de quo dic vt dicam in.d.c. permittimus. Ter-
tio not. ibi, campanarum pulſatione, vnum tex.
4 pro noſtra † generali conſuetudine, & obſeruan
tia, quòd in obſequijs mortuorum pulſantur
5 campanæ. Quarto not. qualiter, & quomodo,
& vbi omnia officia poſſint celebrari tēpore ge
neralis interdicti. de quo dic vt dicam in.c. per-
mittimus. Quinto not. ibi, legere potius quā
6 cantare, quòd † aliud eſt legere, & aliud cantare.
Quod not. ad ſtatuta, & obligationes, ſeu con-
tractus, quibus quis obligatur, vel prohibetur
legere, vel cantare. Vltimo not. ex fi. vnum pri
7 uilegium † cruce ſignatorum, & peregrinorum.
Et glo. fi. hic enumerat quoſdam alios, qui ha-
bent priuilegium hoc. Hodie tamen pœnitētia
conceditur tempore generalis interdicti, ſm
ꝙ dixi in primo notab. & quod latius dicam in
d.c. permittimus. Glo. 1. ſentit duas quæſtio-
nes, & ſoluit. In eadem glo. ibi, vel dic ſecun-
8 dum Hoſt. quòd dicitur viaticum, † quia rectè
recipientes ducit ad vitam æternam. Facit qd̓
not. 1.q.1.c. interroga. & .32. diſtin. §. verum.
Et adde quæ dixi in.c.1. vel. 2. ſupra de tornea.
In eadem glo. ibi, neceſſitatis. de hoc articulo
9 quæ ſint ſacramenta † neceſſitatis, dic, vt latè di-
xi in.c. ſi quis propter neceſſitatem.ſ̃. de furt.
In fine glo. quæ ſacramenta poſſint concedi
tempore generalis interdicti, & quibus, dic vt
latè dicam in.d.c. permittimus. Glo. 2. ſentit
contrarium, dic vt in ea. Glo. fina. colligit, &
declarat, & extendit, deinde format aliam quæ-
ſtionem de excommunicatis, & ſoluit. Deinde
format aliam quęſtionem, & arguit ad partes.
In fin. glo. dic, vt dicam de hac materia in.d.c.
permittimus. j̃. de ſenten. excom. Poſtremo
10 quærunt hic doct. quid de † mulieribus appro-
pinquantibus partui. Et vtrum clericis tempo-
re interdicti ſit concedenda extrema vnctio.
11 Et vtrum priuilegium † conceſſum clericis in ſe-
cunda parte, habeat locum in eccleſia ſpecialiter
interdicta, de quibus omnibus quæſt. dicam la-
tius in.d.c. permittimus.

## Cap. XII. Omnis Vtriuſque.

*SVMMARIVM.*

1 *Confiteri proprio ſacerdoti, vel alteri de ipſius li-*
*centia, tenetur quilibet doli capax; ſaltem ſe-*
*mel in anno.*
*Item ſacramentum recipere ad minus in Paſcha,*
*ibidem. & num. 8. Et ibi quando aſſumptio*
*illius ſacramenti poſſit differri in aliud tēpus.*
2 *Sacerdos reuelans confeſſionem, deponendus eſt.*
*Et in monaſterium ad agendam pœnitentiam*
*detrudendus. & nu. 14.*
3 *Confiteri quis teneatur. & nu. 15. vbi diffuſè vſq;*
*ad nu. 26.*
4 *Confeſſio debet eſſe integra. & nu. 58.*
5 *Confiteri propria peccata, & non aliena debe-*
*mus.*
6 *Sacerdos proprius quis dicatur. & nu. 28. & 30.*
*& 35.*
7 *Confeſſor confitenti debet pœnitentiam iniungere,*
*& in ea debet eſſe diſcretus.*
*Confitens debet pęnitētiam ſibi iniunctam adim-*
*plere. ibidem.*
9 *Acceſſorium videtur conceſſum conceſſo prin-*
*cipali.*
10 *Confiteri alieno ſacerdoti ad hoc, vt quis poſſit,*
*quæ cauſæ requirantur. & num. 31. vſque ad*
*nu. 42. Et an poſſit abſque licentia proprij*
*ſacerdotis, ſub nu. 32. Et ibi, quid ſi ſacerdos*
*imperitus nollet eam concedere.*
11 *Iudici in foro contentioſo eſt reddendus debitus*
*honor.*
*Et multo magis ſacerdoti in foro pœnitentiali.*
*ibidem.*
12 *Abſolui, vel ligari ab alieno ſacerdote, quis non*
*poteſt.*
13 *Sacerdos curatus habet curam animarum, ſicut*
*medicus curam corporum.*
15 *Confitenti tres qualitates requiruntur. ſ. quod ſit*
*fidelis, peccator, & diſcretus.*
16 *Saluari ſine baptiſmo nemo poteſt; remiſſiue.*
17 *Baptizari volenti non eſt neceſſaria pœnitentia*
*ſolemnis, ſed ſufficit ſola cordis contritio.*
18 *Papa eſt ſubiectus iuri diuino. Et peccare poteſt.*
19 *Confeſſio an ſit de iure diuino, vel naturali, aut*
*poſitiuo.*
20 *Gręci non confitentes peccata ſacerdoti, ſed Deo*
*in ſecreto, quare non peccant.*

21 *Papa non poteſt tollere, quæ concernunt vniuerſalem ſtatum eccleſiæ.*
22 *Papa in actu confeſſionis non dicitur tenere locum Papę, ſed priuatæ perſonæ.*
23 *Furioſus, vel mentecaptus, quando teneatur confiteri, & quando non.*
24 *Infans quando teneatur confiteri. Et ibi circa hoc conſulit parentibus ipſius.*
25 *Mutus, & ſurdus, an debeant confiteri, & quomodo.*
26 *Confitendum cui ſit. vſque ad nu. 46.*
27 *Confeſſio prout eſt opus virtutis, poteſt fieri etiam laico. Prout verò eſt opus ſacramẽtale, debet fieri proprio ſacerdoti. ibidem.*
29 *Cura parochialis quæ ſit.*
32 *Peccator quærẽs ſacerdotem indiſcretum, qui cum abſoluat, non eſt ob eius imperitiam abſolutus quò ad Deum.*
33 *Domicilium nullum habere dicuntur vagabundi, & in pluribus locis negotiantes.*
*Viatores, ſeu vagabundi ſunt parochiani cuiuſlibet eccleſiæ, ad quam veniunt. ibidem.*
34 *Religioſus miniſtrans ſacramentum Euchariſtiæ vagabundo, an incidat in pœnas clemen. 1. de priuileg.*
36 *Delinquens in aliena parochia, cui cõfiteri debeat, an proprio ſacerdoti, an verò ſacerdoti illius parochiæ, in qua delictum commiſit. & ſub num. ſeq.*
37 *Fori contentioſi, & pœnitentialis differentia in pœnis imponendis, quæ ſit.*
38 *Laico confiteri, an licitum ſit tempore neceſſitatis. Et ibidem an ſit neceſſarium. Et quid conſequatur confitẽs laico. Et qua pœna puniatur laicus reuelans confeßionem. nu. 75.*
39 *Sine confeſſione mori melius eſt, quàm confiteri ſacerdoti ſuſpecto. Quod intellige, vt ibi.*
40 *Confiteri ſacerdoti, qui eſt particeps delicti, an quis poſſit.*
41 *Verecundia eſt pars pœnitentiæ.*
42 *Confeßorem eligendi licentiam habens, an poſſit ſibi eligere quemlibet ſacerdotem.*
43 *Sacerdos quilibet habet poteſtatem ligandi, & ſoluendi in actu, ſi habet curam animarum: & ſi non habet, in habitu tantum.*
44 *Confitendi licentia, à quo proprio ſacerdote peti debeat, cum plures hoc nomine dicantur.*
45 *Papa cui debeat confiteri.*
46 *Confiteri de quibus peccatis quis debeat.*
47 *Ebrietas, ſi eſt aſſidua, computatur in numero peccatorum mortalium.*
48 *Venialia peccata quot modis tollantur.*
49 *Euchariſtiam ſumere, an ſufficiat in die Iouis ſancta; an verò in die Reſurrectionis dominicæ.*
50 *Euchariſtiam an dare debeat ſacerdos illi, quem ſcit eſſe in peccato mortali.*
51 *Confitendum quando ſit.*
52 *Confeſſio qualis eſſe debeat, & qualiter quis debeat confiteri.*
*Voluntaria cur debeat eſſe confeſſio. ibidem.*
*Et quare amara. num. 53. Et ibi quæ ſint ſigna amaritudinis.*
*Feſtinandum ad confeſſionem, & pœnitentiam quare ſit. num. 54.*
*Item debet eſſe frequens, & quare. num. 55.*
*Item & diſcreta, ſeu ſecreta, & quomodo. nume. 56. & 57.*
*Item integra, vt nu. 58. Et quæ circunſtantiæ ſint exprimendæ. nu. 59.*
57 *Confitens ſicut non debet celare peccatum, quod fecit; ita nec dicere ſe commiſiſſe, quod non commiſit.*
60 *Confiteri quotiens quis debeat.*
61 *Religioſi tenentur confiteri, ſaltem ſemel in menſe; Et in prima dominica menſis Euchariſtiam ſumere.*
62 *Confeßor quid agere debeat in confitendo.*
63 *A confeſſore, quæ interrogationes fieri debeant. & nu. ſeq.*
64 *Sacerdos, cum ſit iudex in foro pœnitentiali, debet cuncta rimari, vt ſciat certam dare ſententiã.*
65 *Confitens quid agere debeat reſpectu confeſſionis.*
66 *Pœnitentiam veram in confitente, quæ inducant.*
67 *Pœnitentiam veram, quæ impediant.*
68 *Pœnitentiæ veræ quis ſit effectus.*
69 *Pœnitentia vera peracta, quæ proſint, ne quis recidiuet; remiſſiuè.*
70 *Confeſſor, ad quid teneatur confeßo.*
71 *Sacerdos quando poſſit reuelare quod nouit in cõfeſſione, etiam ſi iuraſſet illud celare.*
72 *Peccata confeſſa, quòd non debeant reuelari, quibus ex cauſis inductum fuit.*
73 *Peccata confitentis ſacerdoti audiens, aut data ad hoc opera, vel caſu, non debet illa reuelare.*
74 *Secretum reuelantis quæ ſit pœna.*
76 *Confitens confeßori, ad quid teneatur, remiſſiuè.*
*Pœnitentia vtrum debeat reiterari. ibidem, remiſſiuè.*
*Et quæ pro ſingulis peccatis ſit iniungenda. ibidem, remiſſiuè.*

OMNIS VTRIVSQVE. Famoſum eſt, & quotidie allegatur, & eſt clauis in materia tituli noſtri. Et quia habet multa dicta, communiter non ſummatur. Sed pro aliquali ipſius intellectu, poteſt ſic ſummari, ſecundum. D.m. Qui-
1 libet doli capax † tenetur ſaltem ſemel in anno confiteri proprio ſacerdoti, vel alteri de ipſius licentia, & ſacramentum recipere ad minus in
2 Paſcha. Et ſacerdos reuelans confeſſionem deponendus eſt, & in monaſterium ad agendum pœnitentiam detrudẽdus. h.d. Diuiditur, quia primo ſtatuit de confeſſione, & pœnitentia ſemel in anno fienda, & euchariſtia recipienda. niſi ex cauſa; & de pœna contrafacientium, & publicatione ſtatuti. Secundo de confeſſione alieno ſacerdoti ex cauſa fienda, ibi, ſi quis autem. Tertio inſtruit confeſſorem in tribus; videlicet in circunſtãtijs inquirendis, in varijs pœnitentijs imponendis, & peccatis occultandis, & in vltimo pœnam ponit. Not. primo ex
3 principio quis teneatur † confiteri; quia omnis fidelis, diſcretus, cuiuſcunque ſit ſexus, ſi ſit peccator, tenetur cõfiteri, de quo latius j̃. in glo. 1.
4 Secundo not. ibi, omnia, quòd confeſſio † debet eſſe integra. Nec debet fieri per partes, ita vt quis certa peccata confiteatur vni, & reliqua alteri. de quo latius dicam. j̃. in quinto princip. artic.
5 Tertio not. ibi, ſua, ꝙ quis propria, † & nõ aliena peccata confiteri debet. Vnde etiam non debet illum cum quo peccauit, aliquo modo reuelare, vel detegere. Quod tamen qualiter intelligendum ſit, dicam. j̃. in tertio princip. artic. Quarto not. ibi, ſolus cum ſacerdote, nec alius adhibendus eſt, de quo dic vt dicam in quinto princip. artic. Quinto not. proprio ſacerdoti, ꝙ quis ſolum proprio ſacerdoti debet confi-
6 teri. Et quis dicatur ꝓprius † ſacerdos, & qualiter intelligatur, dicam in ſecundo principali artic. Sexto not. ibi, iniuncta ſibi pœnitentia.
7 Et confeſſor † confitenti debet penitentiam iniungere, in qua iniungẽda debet eſſe diſcretus, ꝙ ipſe confitens debet illam adimplere, de qua materia dicetur in ſeptimo artic. & nono, & in ſequẽtibus. Septimo not. ibi, ad minus in Pa-
8 ſcha, quòd quamuis olim † quis teneretur ſacratiſſimam euchariſtiam aſſumere ter in anno, videlicet in Natiuitate domini, in Paſcha, & Pentecoſte. vt in. c. & ſi non frequentius. de conſec. diſt. 2. Hodie tamen ſatis eſt ſemel illam aſſumere. Octauo not. ꝙ quamuis quis teneatur ſacratiſſimam euchariſtiam, ſaltem ſemel in Paſcha ſumere; tamen poteſt illius aſſumptionis dilatio fieri in aliud tempus. Debet tamen fieri hoc ex cauſa, & ex conſilio proprij ſacerdotis. Et aduerte, quia multi in hoc errant; nam volentes, vel ex priuilegio, vel ex proprij ſacerdotis licentia, alieno confiteri ſacerdoti, ex conſilio ipſius plerunque differunt in aliud tempus aſſumere corpus Chriſti. Arbitror enim hoc eos minime facere poſſe, arg. tex. noſtri. Et quãuis illis ſit data poteſtas, vel licentia confitendi alieno ſacerdoti. Non tamen videtur data poteſtas illi ſacerdoti, vt poſſit differre. Niſi fortè
9 dicamus, ꝙ ex quo conceſſum † eſt illud principale, videtur etiam conceſſum acceſſorium, per .l. & quia. ff. de iuriſd. om. iud. & in. c. ex literis. ſ. de off. deleg. cum ſimi. Sed tamen præcedẽs opin. videtur eſſe tutior, per ea quæ ſupra dixi. Nono not. ꝙ non adimplens, ſeu non obſeruans hanc conſtitutionem, eſt excommunicatus. Quod probatur ex eo, quia iſte debet arceri ab ingreſſu eccleſiæ. Et ſic cum tex. loquatur per verbum arceatur, poteſt etiam adhiberi violentia. & implorari brachium ſęculare ad hoc agẽdum. Facit quod not. in. c. 1. ſ. de offic. ord. & 23. q. 5. in. c. adminiſtratores. Decimo not. ex
10 ſecunda parte, ꝙ ad hoc, vt quis † poſſit alieno confiteri ſacerdoti, duo ſunt neceſſaria. Primo, ꝙ ſubſit cauſa iuſta, & rõnabilis; ne alias ſine cã proprium videatur contemnere ſacerdotem.
11 Nam ſi debitus honor † reddendus eſt iudici in foro contentioſo, vt in. c. vt debitus. ſ. de appel. longe magis reddendus eſt in foro pœnitẽtiali. Secundo requiritur, ꝙ licentia poſtuletur, & obtineatur. Et ſic patet, ꝙ ſola petitio licentiæ non ſufficit. Vndecimo not. ibi, non poſſit ſol-
12 uere, vel ligare, ꝙ ab alieno ſacerdote, † nec ligari, nec abſolui quis poteſt. Et pondera, quia vt dicit hic. D.m. tex. noſter loquitur generaliter. ex quo ſequitur, ꝙ non ſolum in illa vna confeſſione, quam tenetur quis proprio ſacerdoti ſemel facere in anno, procedit tex. noſter. ſed etiã in quacunque alia confeſſione reiterata. vnde nec in alia ſine licentia proprij ſacerdotis poterit abſolui, vel ligari. Duodecimo not. ex tertia parte, in princ. quòd ſicut medicus habet cu-
13 ram † corporum, ita & ſacerdos curatus curam habet animarum. Et quemadmodum peritus medicus diligenter inquirit debitas circunſtantias ad cognoſcendam infirmitatem, & varia ad illam curandam ſecundum neceſſitatem adhibet remedia, & medicamenta, nec ſolum vngit, ſed etiam quandoq; pungit, ſic etiam diſcretus, & cautus ſacerdos, per debitas, & varias interrogationes propoſitas, debet cum prudẽtia, & diligentia inquirere, & indagare peccata cõfitentis, & ſecundum quod prudenter viderit expedire, debet varia remedia adhibere. Quas autem interrogationes facere debeat, dicam. j̃. in octauo artic. Et tanto diligentior debet eſſe ſacerdos, quàm medicus, quanto anima præſtãtior eſt corpore, vt in. c. cum infirmitas. j̃. eod. cum ſimi. Decimotertio not. quid agere de-
14 beat † ſacerdos poſt confeſſionem; debet enim peccata ſibi propalata ſecreta retinere, nec aliquo modo expreſsè, vel tacitè, directè, vel indirectè, aut aliquo quæſito colore propalare. de quo latius. j̃. in decimoquarto princip. artic. Vltimo not. quæ ſit pœna ſacerdotis ſecretum in cõfeſſione receptum reuelãtis. Quod qualiter ꝓcedat, & qualiter intelligatur, dicam in dicto decimoquarto artic. Poſtremo, quia hæc decretalis, vt in princ. dixi, eſt clauis in materia pœnitentiæ de qua agimus, multum congrue materia iſta per ordinem hic eſſet latè expedienda. Verum quia Hoſtien. in ſum. hanc materiam latè, & multum ordinatè pertractauit, nec aliquam aliam materiam, ita latè, & diligenter examinauit, ſicut iſtam, vt patet per eum in ſum. eod. tit. Ideò pro latiori doctrina ſufficiat ad eum remiſſio. Cæterum ne ex toto materiam ipſam defraudaſſe videar, & maiori diligentia quæ ad contentioſum forum pertinent, tractaſſe videar, & hanc penitus omiſiſſe. Ideò quædam ſub maximo, quantum potero compendio, peregrina, & frequentius in dubitationem deducta ordinatè ſubijciam. pro quorum dicendorum expeditione ꝓſequar infraſcriptos articulos. Primo, quis teneatur confiteri. Secundo, cui teneatur confiteri. Tertio, de quibus peccatis. Quarto, quando. Quinto, qualiter. Sexto, quoties. Septimo, quid agere debeat confeſſor in confitendo. Octauo, quæ à confeſſore fieri debeant interrogationes. Nono, quid agere debeat confitens reſpectu confeſſionis. Decimo, quæ inducant veram pœnitentiam. Vndecimo, quæ impediant veram pœnitentiam. Duodecimo, quis ſit effectus veræ pœnitentiæ. Decimotertio, quæ ſunt illa, quæ ꝓſunt, vt poſt



veram

veram pœnitentiam quis non recidiuet. De-
cimoquarto, ad quid tenetur confeſſor con-
feſſo. Decimoquinto, ad quid tenetur confi-
tens confeſſori. Decimoſexto, vtrum pœniten
tia debeat reiterari. Decimoſeptimo, quæ pœ-
nitentia ſit pro ſingulis peccatis iniungenda.
Glo. 1. in princi. quærit de intellectu literæ, &
ſoluit, & in fine opponit, & non ſoluit. In fi.
glo. dic ex glo. noſtra, & ex tex. colligi quis te-
neatur confiteri. & ſic de primo artic. vnde, vt
materiam ipſam expediamus, deſcendo ad exa-
minationem articulorum ſupra formatorum.
15 Circa primum igitur articulum, quis† teneatur
confiteri, breuiter conclude, vt patet ex litera,
quòd omnis peccator vtriuſque ſexus, & fide-
lis, cum peruenerit ad annos diſcretionis. & ſic
patet, ꝙ tex. neminem excludit, cui conueniãt
tres qualitates, videlicet, ꝙ ſit peccator, fidelis,
& diſcretus. De fidelitate arbitror eſſe dictũ,
quia cum loquamur de pęnitentia, in quantum
eſt neceſſaria ad ſalutem, ſecundum ea quæ dixi
in. c. ſi quis propter neceſſitatem. s̃. de furt. fru-
ſtra ageretur de pœnitentia infidelis, quantum
16 ad iſtum effectum; cum ſine † baptiſmo nemo
valeat ſaluari, vt in ſymbolo, quicunque vult ſal
uus eſſe. dixi in. d. c. ſi quis. In adulto igitur di-
ſcreto, & peccatore non eſt neceſſaria pœniten
tia ad ſalutem, ſi eſt infidelis. vel vt rectius lo-
quar, non eſt congrua, ſeu ſufficiens. Et quanuis
17 quis velit† baptizari, ſolemnis pœnitentia non
eſt neceſſaria, ſed ſufficit, vt baptizari valeat, ſo-
la cordis contritio, vt tradit Hoſt. in ſum. in tit.
de baptiſmo. in. §. quis ſit effectus. Secundo exi-
gitur, quòd ſit peccator, ita quòd aliquod pec-
catum actuale commiſerit. Nam vbi non eſt
peccatum, non eſt neceſſaria pœnitentia. Ideò
autem dixi de peccato actuali, quia ſine pecca-
to originali nemo naſcitur. Vnde dicit, quòd
nec infans vnius diei poteſt eſſe ſine peccato. ſ.
originali. de pœnit. diſtinc. 3. §. item quòd fre-
quenter. &. c. ſeq. Sed de tali peccato originali
non eſt neceſſarium confiteri, quia tollitur per
baptiſmum. Et eſt neceſſarium quòd ſit pecca-
tum mortale, ad hoc vt ſit neceſſaria pœniten-
tia, vt dicit glo. ſequẽ. cum alia poſſint tolli per
alia remedia. Tertio exigitur, ꝙ ſit diſcretus,
hoc eſt doli capax, ſecundum glo. Omnes ergo
iſti, in quibus hæ tres qualitates concurrunt,
tenentur ſemel in anno confiteri, ſiue ſint ma-
ſculi, ſiue fœminæ; in dignitate conſtituti, vel
priuati; religioſi, clerici, vel laici; pręlati, vel ſub-
diti; pauperes, vel diuites; nobiles, vel ignobi-
les; ſenes, vel iuuenes; ex quo ad annos diſcre-
tionis peruenerunt. Et ex prædictis ſequitur,
quòd etiam hermaphroditus tenetur confite-
ri, cum eadem ratio ſit in eo; & cuicunq; ſexui
eum comparemus, tenetur confiteri. & hoc te-
net hic Io. Andr. & d. Anto. Item ſequitur, ꝙ
etiam Papa tenetur confiteri; ſed cui, dicam in
ſeq. artic. Et quòd teneatur confiteri, ſentit glo.
in. c. ſanè. s̃. de off delega. dum dicit, quòd Papa
poteſt ligari à ſacerdote, cui ſe ſubijcit in con-
feſſione. Io. And. hic, & latius in. c. ſignificaſti.
ſupra de fo. compet. dicit, quòd vires huius cõ-
18 ſtitutionis eum ligãt. Nam ipſe ſubiectus † eſt
iuri diuino, & peccare poteſt. 40. diſt. c. ſi papa.
ergo debet cõfiteri. Tu dic melius, ſm. D. m. ꝙ
deciſio præſentis quæſtionis dependet ab alia
19 quæſtione, videlicet, an † confeſſio ſit de iure di-
uino, vel poſitiuo, vel humano; in qua quidem
variæ ſunt opin. de quibus per glo. de pœniten.
diſt. 5. in ſum. Quidam enim volunt, ꝙ fuerit
inſtituta in paradiſo, qñ Deus compulit Adam
ad confitendum peccatum. Alij volunt dicere,
quòd fuerit inſtituta ſub lege veteris teſtamen-
ti, quando Ioſue pręcepit Achor, vt crimen ſuũ
confiteretur. Alij tenent, ꝙ fuerit adinuenta
in nouo teſtamento, quando Chriſtus ſanauit
leproſos, & poſtea dixit, ite, & oſtendite vos ſa-
cerdotibus. Alij verò voluerunt, quòd fuerit
adinuenta authoritate Iacobi, dum dicit, confi-
temini alterutrum peccata veſtra. Sed glo. illa
finaliter concludit, quòd potius fuerit inſtituta
ex generali conſtitutione eccleſiæ, & ſic iure po
20 ſitiuo. Et ideò † Græci non confitentes ſacer-
doti, ſed Deo in ſecreto, non peccant, ſecundũ
D. m. Sicut in ſimili dicimus de continentia. 31.
diſtin. c. in cœna. & ſecundum hanc opin. quæ
plus placet. D. m. Papa non ligaretur hac con-
ſtitutione. Et fortè propter hanc cauſam dicit
hic Io. Andr. quòd mens huius conſtitutionis
ligat Papam, quaſi dicat, & non hęc conſtitutio.
Quinimo dicit. D. m. quòd etiam ſi confeſſio
eſſet inducta ex illo dicto Iacobi, confitemini
alterutrum peccata veſtra, non tamen ligaretur
Papa, quia Papa maiorem poteſtatem habet,
quàm Iacobus, qui non fuit Papa. Et poſito ꝙ
fuiſſet æqualis poteſtas; tamen par in parem nõ
habet imperium. Sed ſi confeſſio fuiſſet inſti-
tuta de iure diuino, tunc ſatis eſſet. Concludit
tamen. D. m. quòd poſito, quòd hæc conſtitu-
tio ſit de iure poſitiuo, quòd tamen Papa te-
neatur; quaſi hæc cõſtitutio fuerit inducta ex ge
nerali traditione eccleſiæ; & ipſius eccleſiæ vni-
21 uerſalem ſtatum concernit. Ideò Papa non po-
teſt tollere, per not. 1. q. 1. in. c. & ſi illa. & qđ
not. in. c. literas. s̃. de reſti. ſpol. &. 25. q. 1. c. quæ
22 ad perpetuam. Præterea Papa † in actu con-
feſſionis non dicitur tenere locum Papæ, ſed
priuatæ perſonæ. Facit quod not. glo. in. d. c.
ſanè. de off. deleg. & hæc opin. eſt ſecurior. Et
quanuis contraria poſſit defenſari; maximè cũ
Papa non videatur habere proprium ſacerdo-
tem, cum ipſe miniſtrum non recognoſcat ſu-
periorem, Niſi diceres, vt ſupra tactum eſt, ꝙ
ipſe non confitetur, in quantum Papa, ſed vt pri
uatus. Et adde ad prædicta quæ dixi in. d. c. ſi-
gnificaſti. de fo. compet. in tertio princ. artic.
Inſuper; quia ſupra dixi, quòd exigitur qualitas
diſcretionis, ſequitur, quòd furioſus, & mente
23 captus † non obligaretur hac cõſtitutione. Qđ
ego intelligo, de furioſo, & mẽte capto, qui nõ
habet dilucida interualla; quia eo tempore te-
nerẽtur ſatisfacere huic conſtitutioni, aliàs in-
currerent pœnas hic appoſitas. Facit quod in
ſimili not. in. c. vni. de cler. exc. lib. 6. Item ſe-
quitur,



24 quitur, quòd etiam infans, † qui nihil intelligit,
& ſic non eſt alicuius doli capax, non ligatur
hac conſtitutione; & ita procedunt contra-
ria formata hic in glo. 1. in fi. Sed ſi eſſet alicu-
ius doli capax, quanuis eſſet infra ætatem infan
tilem, quæ durat vſque ad ſeptennium, dicerem
ꝙ ligaretur hac conſtitutione, quãtum ad hoc,
vt confiteri deberet, ſed nõ quo ad pœnam hic
poſitam. Ad quod vide quod dixi in. c. 1. s̃. de
delict. puero. Vnde conſulendum eſt omnibus
parentibus, & patribus familias, quòd imme-
diatè quòd viderint aliquam malitiam eſſe in
infante, vel puero, illos inducant ad confitendũ.
Et hoc reſpectu cõfeſſionis, ſecus reſpectu Eu-
chariſtiæ, ad quam impuberes non ſunt admit-
tendi. Et hoc propter reuerentiam tàm admira-
bilis ſacramenti. & hoc etiam ſentit hic. D. m.
Sed circa prædicta dubitari poteſt, quid de mu
25 to, & † ſurdo, vtrum debeant confiteri. Circa
quod Inno. Io. And. & Hoſt. & Hen. Boh. tenẽt
ꝙ poſſunt confiteri, & ſi loqui, aut intellige-
re non poſſunt, debeant confiteri per ſcriptu-
ram, aut per alium. Et quod dicunt, aut per aliũ,
debet intelligi, ſcilicet interpretem, qui intelli-
gat mutum per ſigna, & cui etiam ipſe intelli-
gere faciat per ſigna ſua de intentione ſacerdo-
tis. Sicut in ſimili traditur per Barto. in. l. mu-
tum. ff. de acqui. hæred. & in. l. ſeruo inuito. §. ſi
pupillo. ff. ad trebellia. & quod traditur in. l. 1.
&. 2. & ibi per Bart. ff. de verb. oblig. Circa ſe-
26 cundum articulum principalem, cui † ſit confi-
tẽdum, qui articulus examinatur in glo. 3. & in
glo. alieno, & duabus ſequen. Breuiter dicen-
dum eſt, ſecundum Hoſti. Henric. poſt Richar.
27 quòd aut loquimur de confeſſione, † prout eſt
opus virtutis, quod directè repugnat hipocriſi,
in quo quis ſeipſum accuſat, ne appareat alius,
quàm ſit; vel mala ſua aperit ad inueſtigandum
morbi curationem; & hæc confeſſio poteſt fie-
ri cuilibet, etiam laico, qui vel inſtruendo, vel
orando poſſit adiuuare. Aut loquimur de cõ-
feſſione, prout eſt opus ſacramentale, & quod
ordinatur ad reconciliationem, quæ fit per ab-
ſolutionem, & tex. hic vult, quòd fieri debeat
proprio ſacerdoti. Requiruntur ergo duæ
qualitates, quòd ſit ſacerdos, & quòd ſit pro-
prius ſacerdos. Sed circa prædicta quæritur,
28 quis dicatur proprius ſacerdos. Sol. dic, † ꝙ
ille dicitur, cui cura parochialis eſt commiſſa,
ſecundum Hoſt. & Io. And. hic, quæ deſcribunt
29 talem curam, dicẽtes, quòd cura † eſt vigil one-
roſa, ac ſolicita cuſtodia animarum commiſſa
alicui, vt curet, ne pereant, ſed ſaluentur; quæ
competit ex legis commiſſione canonica, aut
cõſuetudine, ſeu præſcriptione per ſedem apo-
ſtolicam non improbata, vt. c. intelleximus.
§. fina. s̃. de æta. & qualit. & de off. archidia. &
de off. archipre. c. 1. de offi. primic. c. vni. de ho
mici. c. pro humani. lib. 6. 8. q. 1. c. qui epiſco-
patũ. & ibi per Archid. Et ipſius deſcriptionis
ſingula verba, Io. And. hic proſequitur latè, &
declarat, vide hic per eum, & per Inno. & Hoſt.
in. c. cum ſatis. s̃. de off. archid. & per Archid. in
d. c. qui epiſcopatum. &. 18. q. 2. c. cognouimꝰ.
30 Patet ergo ex prædictis, † quòd proprius appel-
lari poteſt præsbiter parochialis. Item Epiſco
pus loci. Item Legatus in prouincia, & ipſius
pœnitentiarius. Item Vicarius generalis Epi-
ſcopi. arg. l. cum prætor. ff. de iudi. Et Archi-
presbiter eccleſiæ cathedralis, quaſi ille cen-
ſeatur vicarius Epiſcopi, vt ſupra de of. archi-
preſ. & in. c. 1. Et ideò prædictorum cuilibet
poteſt quis confiteri, non petita alterius licen-
tia. Ad quod vide glo. 1. in. c. 2. eod. tit. lib. 6.
& quod not. in. c. 2. de of. deleg. lib. 6. & ſequi-
tur hic. D. m. Et multo fortius proprius ſacer-
dos eſt Papa, qui eſt ſacerdos maximus, & ſa-
cerdos omnium. Eſt igitur regulare, vt quis ꝓ-
prio debeat confiteri ſacerdoti. Hæc tamen
31 regula fallit, niſi iuſta de cauſa vellet alieno † ſa-
cerdoti confiteri, tex. eſt hic in ver. ſi quis autẽ.
Cauſæ autem iuſtæ poſſunt eſſe plures. Prima,
ſi proprius ſacerdos eſſet indiſcretus. de pœ-
nit. diſtinc. 6. c. placuit. & tenet hic glo. 3. Nec
mirum, quia debet peccator quærere diſcretũ,
32 & peritum ſacerdotem. Nam ſi † quærit indiſcre
tum, qui illum abſoluat per imperitiam, non eſt
abſolutus quò ad deum. de pœnit. diſt. 6. c. qui
vult. & not. glo. ibi. Sed circa hoc dubitari po-
teſt, an hoc caſu poſſet hoc facere abſque peti-
tione licentiæ à proprio ſacerdote. Glo. 3. hic
ſentit quòd non, & ſequitur Inno. Vincẽ. verò
Goff. Fed. & Abb. tenent contrarium. & idem
Lau. & Hoſt. in. d. c. placuit. Sed Archidia. ibi
poſt Hugo. dicit, quòd ſi ſacerdos eſt ignorans
in ſoluendo, & ligando, in diſcernendo qualita-
tem, quantitatem, & varietatem peccatorum,
licitè vitatur. Sed tamen non apertè dicit, an
ſine licentia poſſit hoc facere. Ego arbitror, ꝙ
honeſtum, & ſecurum ſit licentiam petere. Sed
tunc inſurgit dubium, quid ſi proprius ſacer-
dos imperitus, requiſitus de licẽtia nollet illam
concedere. Glo. hic in verbo obtineat, loquẽs
alternatiuè, dicit, quòd poteſt ire ad alium. vel
poteſt adire ſuperiorem, qui, vel compellat
illum, vel ipſe talem licẽtiam concedat. Tu di
ſtingue ſecundũ Hoſt. & D. m. quòd aut ſubeſt
neceſſitas, nec datur tempus adeundi ſuperio-
rem, & tunc procedat prima opin. glo. Aut nõ
ſubeſt tanta neceſſitas, & tunc procedat ſecun-
da opinio. Secunda iuſta cauſa eſt, quando pa-
rochianus transtulit domicilium, ſecundum
Ray. & Goff. in ſum. Sed tunc ſecũdum Hoſti.
per hunc caſum non diſcedimus à regula; cum
ipſe amiſerit proprium ſacerdotem, & aſſum-
pſerit nouum. Et ideò amodo ille primus non
eſt proprius, ſed iſte nouus, vt in. c. fin. s̃. de pa-
roch. Tertia cauſa eſt, quando quis relinque-
ret proprium domicilium, & nauigat, vel pera-
gratur, vt aliud domicilium quærat; nam talis
33 † nullum debet habere domicilium. vt. ff. ad mu
nicip. in. l. labeo. & in. l. eius. 2. §. celſus. & ideò
hoc caſu poteſt quis alieno parochiali confite-
ri. Et ratio eſt, quia tales viatores, ſicut vaga-
bundi, ſunt parochiani cuiuslibet eccleſiæ, ad
quam veniunt. arg. l. hæres abſens. ff. de iudi. &
hoc

hoc tenet Hoſt.in ſum. in tit.de paroch.§.pen.
Facit quod not.Zab.in clem.2.§.verum. de ſe-
pult.q.20.Et anno præterito cõſultus fui.in.q.
34 de facto, † cum quidam religioſi communicaſ-
ſent quendam vagabundum, an inciderent in
pœnam cle.1.de priuileg. Dixi quòd non;quia
ille tex.requirit, quòd illi qui euchariſtiam re-
cipiunt, habeant proprium parochialem; ſed
tales vagabundi non habent proprium paro-
chialem, vt ſupra dixi, ergo &c. Quarta iuſta
cauſa eſt, quando quis habet proprium ſacer-
dotem, vt quia eſt viator, relinquit proprium
ſacerdotem in proprio domicilio; ſed in loco
vbi eſt tanquam viator,non habet proprium.
Et idem dici poteſt de ſcolaribus,ſtipendiarijs,
officialibus,& ſimilibus. Nam iſti non acqui-
runt in loco vbi ſtudent, vel ſunt proprium do-
micilium, cum habeant cõtinuò animũ redeun
di domum. Dicunt tamen quidam hoc caſu,
quòd quanuis iſti non habeant verum, & pro-
prium ſacerdotem, tamen in his caſibus pro-
35 prius † ſacerdos intelligitur ille, in cuius paro-
chia tales per annum habitant.arg.13.q.1.in.c.
queſti. Alij verò dicunt, quòd idem eſt,& ſi
per annum non habitent. Alij verò volunt, ꝙ
tales debeant petere licentiam à proprio ſacer-
dote domicilij. Alij volũt,quòd ſacerdos iſto-
rum ſit Epiſcopus illius loci, vbi ſunt. D. m.
hic tenet ſecundam opin. quòd ille dicatur ſa-
cerdos talium, in cuius parochia habitant de
præſenti, quando non poſſunt adire proprium
ſacerdotem. arg.c.ſi.s̃.de paroch. Et hanc opi.
tenet Hoſt. in tit. de paroch.§.penult.& tenet
glo.in ver.parochialis.in clem.1.de priuileg. &
mihi placet. Arbitror tamen, quòd ſecurius
agunt tales,quando diſcedunt à proprio domi-
cilio, vt à proprio ſacerdote licentiam petant,
vt poſſint alij confiteri. Quinta iuſta cauſa eſt,
36 ſecundum aliquos,ratione delicti,† ſeu peccati
commiſſi in aliena parochia, per.c.1.s̃.de rapt.
Sed glo.16.q.1.in.c.placuit.1.cõcludit, quòd
licet quò ad pœnam temporalem hoc procedat
ſecundum ea,quæ latius dixi in.c.poſtulaſti.s̃.
de fo. compet. tamen quò ad pœnitentiam te-
net contrarium. Et ſic not.vnam differentiam
37 inter † forum contentioſum,& pœnitentialem.
Et ratio diuerſitatis poteſt eſſe; quia pœna fori
contentioſi imponitur vt ſatisfaciat reipublicæ
læſæ,quam delinquens ſcandalizauit. Et ideò
ibi puniendus eſt, vbi deliquit. Sed in pœni-
tentiali pęna imponitur,vt ſatisfiat Deo, quem
etiam lęſit. Et ideò cum proprius ſacerdos re-
præſentet deum, quantum ad ipſum, & deus
vbique ſit, meritò à proprio ſacerdote, & non
ab alio debet iudicari. maximè cum proprius
ſacerdos melius cognoſcat ſuos parochianos,
& eorum qualitates, quàm alienus ſacerdos.
Fortè dici poſſet,quòd ſi iſte ſemel confeſſus in
anno proprio ſacerdoti, & deinde delinquat in
aliena parochia, quòd hoc caſu poſſet illi paro-
chiali confiteri; quia ille melius cognoſcet qua-
litatem delicti in parochia illius commiſſi. Se-
xta iuſta cauſa eſt, quando ſubeſſet neceſſitas,
26.q.6.in.c.ſi presbiter. de pœnit.diſt.1.c.quẽ
pęnitet.& diſt.3.in.c.qui vult.de conſec.diſt.3.
c.ſanctum eſt. Et hoc caſu non ſolum alieno
ſacerdoti, & ſic habenti curam animarum in
actu, ſed etiam ſimplici ſacerdoti. quinimo
38 etiam † laico,licitum eſt confiteri, vt not.in.d.c.
quẽ pęnitet. Sed hic dubitari põt,vtrum is qui
non poſſet habere aliquem ſacerdotem,an poſ-
ſit confiteri laico. Quidam dicunt ꝙ ſic. Alij ve
rò vt Hoſt. in ſum. tenent contrarium,ꝙ ſolum
ſit in voluntate,& non in neceſſitate; quia in p̃-
cepto eſt ſolum ſacerdoti confiteri, & nõ laico,
vt hic. quinimò poſſet aliquando eſſe hoc val-
de periculoſum, eo quòd poſſet confiteri ta-
li laico,qui reuelaret confeſſionem. Eſt ergo
ſolum licitum, non autem neceſſarium. & ita
videtur,ꝙ ſatis vera videatur hæc concluſio, ꝙ
non valens confiteri ſacerdoti,ſi non confitere-
tur laico,non incurrat hanc pęnam. Si tamen
confiteretur laico, quanuis non conſequatur
abſolutionem;quia laicus non habet claues; ta-
men quia implet, quod eſt ex parte ſua circa
confeſſionem ſacramentalem,meritò debet ſibi
valere magis ad diminutionem pęnæ, quæ fit
propter confeſſionis meritum, quàm ſi nulli
confiteretur. Sed non valet ſibi tantum,quantũ
ſi confiteretur ſacerdoti, ſecundum Thom. &
Hoſt.in ſum. & vide magiſtrum ſententiarum,
lib. 4. q.17. Septima cauſa eſt, ſi ſuum con-
feſſorem habet ſuſpectum ex aliqua iuſta cauſa,
quo caſu poteſt alieno ſacerdoti confiteri. Et
ſi nõ poſſet habere alienum ſacerdotem, ſentit
39 hic Inno. quòd potius iſte eligat mori † ſine cõ-
feſſione, & ſoli deo confiteri; quia non eſt ſibi
imputandum,ex quo per eum non ſtat. Quod
intelligit.D.m. quando non reperiret aliquem,
etiam laicum. Sed quod dixi de laico,intellige
ſecundum ea,quæ ſtatim dixi in præced. fallen.
Octaua cauſa,ſeu fallentia eſt, quando quis eli-
geret confeſſorem,qui haberet priuilegium, vt
alienos parochianos poſſet recipere ad pęni-
tentiam. Circa quod glo.hic,in ver.alieno. it
ver. ſed ecce prædicatores, tenet contrarium,
per rationes in ea allegatas. & eam ſequitur
Hoſt.dicens, quòd ex generali licentia data ſa-
cerdoti,vel peccatori, vt poſſit ſibi eligere con-
feſſorem, non intelligitur derogatum diſpoſi-
tioni ipſius cap. quominus ſemel ĩ anno tenea-
tur confiteri proprio ſacerdoti, cuius intereſt
ſaltem ſemel in anno audire cõfeſſionẽ, cum ha
beat ſibi adhibere euchariſtiam. Sed Io. And.
hic dicit cõtrarium eſſe determinatum,per ex-
trauagantem Io. quæ incipit, vas electionis &c.
Quòd deciſio glo.procedit in alijs religioſis ha
bentibus priuilegium non expreſſum in dicta
extrauagan. Non autem in fratribus prædica-
toribus,minoribus,carmelitanis, & heremita-
rijs;quia iſti ſunt ſpecificè priuilegiati, quãtum
ad hoc,vt probatur in cle. dudum. de ſepul. vbi
tex.vult,ꝙ tales poſſint confeſſiones liberè audi
re,vt not.in.c.de multa.s̃.de præben. Et hanc
opin.tenet glo.in ver.liberè.in.d.cle.dudum.&
etiam glo. ibi ſequens. & iſta eſt cõis* opinio, Cõm.opi.
& com-



& communiter practicatur. Nono fallit,quan
do ꝓprius ſacerdos eſſet impeditus aliquo im-
pedimento; nam tunc de licentia ipſius poteſt
alteri confiteri,vt hic,in ver.ſi quis.& de pœni.
diſt.6.c.placuit. Et idem ſi ſubeſſet alia legiti-
ma cauſa;puta,odij inter confitentem, aut eius
parentes,& proprium ſacerdotem. Vel etiam ſi
40 proprius ſacerdos † eſſet particeps delicti. Sed
hoc caſu dicit Io. And.hic, & Vin. in.c.1.s̃.de
ordi.ab epi. ꝙ propter hoc non neceſſitat con-
fiteri alieno ſacerdoti;ſed poteſt ſi vult,obtenta
licentia ab eo. vnde poſſet etiam confiteri pro-
prio ſacerdoti participi. Quod placet.D.m.in
ver.pœnitentiæ. Secus ſi aliquis eligeret ꝓpriũ
ſacerdotem,vt minus verecũdiæ haberet, eo ꝙ
ille etiam fuit particeps.arg.tex.iuncta glo.49.
diſt.in ſum. Et not.ꝙ hæc ratio facit contra il-
los qui vadunt ad confitendum illis religioſis
ignotis,& non ad proprium ſacerdotem, eo ꝙ
magis verecundãtur de proprio ſacerdote, quã
de illis. Dicit hic.D.m.& mihi placet,ꝙ ſi pro-
prius ſacerdos eſt peritus, magis quis meretur
confitendo ſibi, quàm alteri; quia magis vere-
41 cundatur,& † verecundia eſt pars pniæ, vt dicit
Auguſt.in.d.c.quem pœnitet.de pœnit.diſt.1.
Patet igitur ex prædictis,ꝙ reg.tex. noſtri,quæ
vult, ꝙ quis teneatur ſaltẽ ſemel in anno ꝓprio
ſacerdoti confiteri, fallit in omnibus prædictis
caſibus.Et etiam vbicunque aliqua alia legitima
ſubeſſet cauſa,per tex.noſtrum, in ver.ſi quis.
Sed circa prædicta dubitari poteſt, vtrum eo ca
42 ſu,† quo quis poteſt ſibi eligere confeſſorẽ, aut
proprius confeſſor dabit licentiam confitendi
alieno ſacerdoti, poſſit quis ex hoc eligere ſibi
quemlibet ſacerdotem. Circa quod glo.in ver.
alieno.in prin.tenet ꝙ non. Et idem voluit glo.
in ver.ſpeciali.in cle.1.de priuile.Et rõ eſt,quia
eligendo alienum ſacerdotem, vult prorogare
iuriſdictionem illius in ipſum eligẽtem. Sed ille
iuriſdictionem non habet in actu,ergo non põt
illius fieri prorogatio. Ad quod vide quod latiꝰ
dixi in.c.ſignificaſti.s̃.de fo.compe.in.4.princ.
artic.in prin.& quaſi per totum. Et ideò præal-
legata glo.hic,dicit de alieno ſacerdote habente
43 executionem, quia quilibet † ſacerdos habet or
dinem ſacerdotalem, & poteſtatem ligandi, &
ſoluendi. Sed ſi nõ habet animarum curam,illã
ſolam habet in habitu,& non in actu. Sed quan
do recipit eccleſiam curatam, illam recipit in
actu.Et intellige prędicta,qñ parochiano daret
licentia eligendi ſibi confeſſorem. Secus autẽ ſi
ipſe parochialis,ſeu proprius ſacerdos commit
teret vni,vt audiat confeſſionem ſui parochiani;
quia tunc nõ requiritur, ꝙ ille aliàs haberet exe
cutionem,& ptãtem abſoluendi etiam in actu.
Sed ſatis eſt,ꝙ ſit ſimplex ſacerdos,ẽt ſi eſſet re-
ligioſus; quia tunc cognoſcit, vt delegatus, &
non iure proprio.& ita tenent hic doct.& ſequi
tur.D.m. & ẽt tenet Bal. in.d.cle.1.de priuileg.
44 Item circa p̃dicta † dubitari poteſt, quia.s̃.dixi
in princ.iſtius artic. ꝙ ꝓprius ſacerdos dicitur
rector parochialis eccleſiæ, Ep̃s, Archipreſbi-
ter,&c.à quo debeat peti licentia. Et vr̃ ꝙ ſuffi-
ciat à quolibet p̃dictorum petere licentiã;quia
tex.hic indefinitè dicit,ꝙ obtineat à ꝓprio ſa-
cerdote;ſed indefinita æquipollet vniuerſali, vt
in.c.vt circa.de elec.lib.6.cũ ſimi.Ego arbitror,
quia doct.non tangunt, ꝙ qñ eſſet facultas pe-
tẽdi lĩam à rectore parochiali,ꝙ potius ab eo,
quã ab alijs,debet lĩam petere; quia vt ſæpius
dixi, iſtius rectoris intereſt parochianum ſuũ
veram agere pñiam; vnde cũ ipſe ipſius maiorẽ
habeat notitiã,quã alij;meritò debet potius ab
eo licentiã petere;quia poterit ipſe melius cõſi
derare,propter quã cãm iſte petat talẽ licentiã.
Itẽ quia magis ſibi vr̃ derogari,q̃ Archip̃sbite-
ro,aut ſimilibus. Et p̃terea cãm propoſitam, ma
xime defendentẽ à perſona ipſius rectoris, me-
lius poterit cognoſcere. Secundo verò loco po-
tius ab Ep̃o,quã à reliquis deberet iſte licentiã
petere,propter ipſius maiorẽ authoritatẽ. Po-
45 ſtremo circa hũc artic. Quæro cui Papa debeat
cõfiteri. Sol.glo.in.c.ſanè.s̃.de of.dele. tenet,ꝙ
ipſemet debet ſibi eligere confeſſorẽ. & ſequit̃
Hoſt.in ſum.eod.tit.§.cui Papa. Refert tñ alias
opi. de quibus vide hic per eum. vbi ẽt vide alia
plura,quæ ẽt pertinent ad hunc.2.artic. Circa
46 tertium principalẽ articulum,† de quibus p̃ctĩs
quis debeat confiteri, tex.hic,dum dicit,oĩa vr̃
velle,ꝙ de oĩbus peccatis cõfiteri debeat. Quod
eſt verum,ſi p̃ctã ſint mortalia,non ſublata, aut
dimiſſa. Et ideò de p̃ctõ originali, ꝙ traximus
ab Adã.de pęnit.diſt.2.§.romanos.ver.princi-
pes.&.c.ſeq.cum illud ſit ſublatũ per baptiſmũ,
non tenetur quis cõfiteri. Itẽ & tenet̃ confiteri
de p̃ctĩs,de quibus ſemel eſt confeſſus acta pñia
vt.ĩ.ſubijciã. Secus ſi p̃ctã sũt venialia. Niſi illa
ſint cõſuetudinaria,aut inueterata, q̃ vñr trãſire
in mortale. Et ideò de illis cõfitẽdũ eſt.de pęni.
diſt.3.de quotidianis.& arg.s̃.de reg.iur.c.& ſi
Chriſtus.§.q̃dam.25.diſt.§.3.&.§.ſeq. vbi di-
cit Aug. nullum p̃ctm̃ eſt adeò veniale, ꝙ non
47 fiat mortale, dũ placet. Vñ † ebrietas, ſi aſſidua
ſit,in numero mortalium cõputatur.25.diſt.§.
aliàs. ſed tñ non aſſidua,eſt veniale peccatum.
15.q.1.c.ſanè. Sed de venialibus mometaneis,
atq; recẽtibus,nõ inueteratis,nõ eſt neceſſariũ
48 confiteri;qm̃ † illa alijs plurimis modis tollunt̃.
Primo,per gñalẽ confeſſionẽ, vt.d.c.de quoti-
dianis. Secundo,per deuotã Euchariſtiæ ſum-
ptionẽ. de cõſe.diſt.2.c.cum oẽ.&.c.ſi quotieſ-
cunq;. Tertio,per aſperſionẽ aquæ bñdictæ, vt
hic dicit glo.2.Quarto,per ieiunia,& eleemoſi
nas.de pęni.diſt.1.c.medicina.&.c.quãobrẽ.&
diſt.3.c.ſanè. Quinto,per orõnẽ dñicã,vt dicit
hic glo.& probat̃ in.d.c.de quotidianis. Sexto
per deuotã pectoris percuſſionẽ.de pęn.diſt.1.
c.tres ſunt aũt actiones. & diſt.2.c.ſi.n.inquit.
Septimo, per extremã vnctionẽ.s̃.de ſa.vnc.c.
vni.§.1. Octauo,per ſuſceptã cũ deuotiõe ep̃a-
lem bñdictionẽ.1.q.1.c.dictum.&.c.maledicã.
Et de p̃dictis,& alijs,q̃ pertinent ad iſtum artic.
vide latius per Hoſt. in ſum. eod.tit.§.de qui-
bus. Et ex p̃dictis habes expeditas oẽs glo.vſq;
ad glo.ſuper ver.circunſtantias.excepta glo.ſu-
per ver. ad minus in paſcha. Quæ glo. allegat

tex.de conſecr. diſt.2.c.& ſi nõ frequẽtius.pro
concordia tex.nři.& ille tex.vř potius obſtare;
nam vř velle, ꝙ ter in anno ad minus debeat Eu
chariſtiã ſumere. Sed hodie corrigitur per tex.
49 nřm. Sed circa hoc dubitatur,an ſufficiat† reci
pere in die Iouis ſancto, an verò in die Reſurre
ctionis dñicæ. Et dicit hic.D.m. ꝙ vidit inter
theologos prædicatores magnam de hoc con-
tentionẽ;nam quidã tenebant,ꝙ de neceſſitate
deberent recipere in die Reſurrectionis,& nõ
in die Iouis ſancti;quia dies Reſurrectionis eſt
Paſcha noſtrum, dies Iouis eſt paſcha Iudæo-
rum. Alij verò dicebant, quòd ſufficiat ſume-
re in die Iouis ſancta; quia tunc Chriſtus fecit
cœnam cum diſcipulis ſuis. Et dicit.D.m. ſe
de hac altercatione fuiſſe conſultum. Circa
quod dubium dicit aduertendum,quia tex.no-
ſter poteſt intelligi duobus modis. Primo re-
cipiendo Paſcha pro ſolemnitate paſchali; &
tunc ſatis eſſe recipere in die Iouis ſancta; ma-
ximè quia illa die fuit inſtitutum hoc ſacramen
tũ corporis Chriſti. Sed quia eccleſia tunc oc-
cupatur in alijs officijs, non poteſt facere tunc
ſolemnitatem de corpore Chriſti;ſed differt fe-
ſtum poſt Pentecoſten,vt in clem.ſi dominum.
de reli.& vene.ſanct. Secundo poteſt intelligi
in Paſcha.i.in die Reſurrectionis.& tunc opor-
tet ſumere de neceſſitate illo die. Et pro hoc,
quia cum tex.dicit, paſcha,debemus intellige-
re per prius,& proprie. arg.Inſtit.de iure natu.
§.ſed quoties.& hæc opin. plus videtur ſibi pla
cere.& allegat tex.in.c.& ſi iudęos.ſupra de iu-
dæ. vbi tex. loquitur propriè de die Reſurre-
ctionis. Subdit tamen, quia etiam ſi recipere-
tur in die Iouis ſancta, quòd etiam videretur ſa
tisfactum huic conſtitutioni,in eo quòd tex. &
ipſe aſſumens euchariſtiam, videtur habere re-
ſpectum ad ſolemnitatem Paſchalem. Sed cir-
50 ca pdicta quæritur, vtrum† ſacerdos debeat Eu
chariſtiam dare illi,quem ſcit eſſe in peccato.
Sol. dic, quòd ſi talis non petit, non debet il-
lam dare. Si verò petit, & peccatum eſt occul-
tum, & petit in occulto, debet ei denegare,
& eum monere,ne petat in publico. Sed ſi pe-
teret in publico,& peccatum eſt occultum; de-
bet ei dare, de conſec. diſt.2.c.non prohibeat.
& ibi tenet Io.& Archid.vbi aſſignant quatuor.
rationes,quas ibi vide.& probatur ſupra de of.
ord.c.ſi ſacerdos. Secus ſi peccatum eſſet ma-
nifeſtum, vt ibi dicit Archidiac. & in.c.pro di-
lectione. de conſecra. diſtinct.2. Et aduerte,
quia quando peccatum eſſet occultum,non de-
bet ſacerdos propter hanc cauſam, aut aliam ſi-
milem dare illi hoſtiam non ſacratam; tũ quia
in ſacramento veritatis non debet eſſe aliqua fi-
ctio. Tum quia,cum recipiens adoret illam,tan
quã Euchariſtiam,daret ſacerdos illi occaſionẽ
idololatriæ. Quod facere non debet,quia falſa
ſunt abijciẽda remedia.quæ veris ſunt periculis
grauiora.ſ.de celeb.miſ.c.de homine. & hanc
opin.tenet hic Henr.Boh.poſt Tho.& Hoſt. &
hæc ſufficiant quò ad materiam Euchariſtiæ.
Sed redeundo nunc ad principales artic. in ma-
teria pniæ aſſumo quartum principalem articu
51 lum,videlicet,qñ† ſit confitendum. Sol.dic,ꝙ
quandocunq; quis peccauit,debet pęnitere. &
addo quæ dicam in ſexto princi. artic. Nec.n.
debet tardari pnĩa, propter multa pericula, &
damna,atq; aĩæ & corporis detrimẽta. Et ideò
debet eſſe feſtina,prout dicã in ſeq. princ.artic.
Circa quintum principalem articulum, qualis
52 debeat† eſſe confeſſió,& qualiter quis confiteri
debeat. Breuiter dic,ꝙ debet eẽ volũtaria,ama
ra,frequens,integra,ſecreta,& feſtina. Volun-
taria debet eſſe, ſicut fuit latronis pendentis in
cruce ad latus dextrum. Et quanuis quis dolere
debeat propter pctã quæ commiſit, lætari tñ
debet propter vitam quam recuperat. Et ſic in
eodem ſubiecto diuerſis reſpectibus cadunt
dolor,& lætitia,iuxta illud Pſalm.ſm multitudi
nem dolorum meorum in corde meo,conſola-
tiones tuæ lętificauerunt aĩam meam.de pęnit.
53 diſt.7.c.fin. Amara debet eſſe,iuxta illud Pſal.
rugiebam à gemitu cordis. de pęni.diſt.3.c.ille
rex. Amaritudinis autẽ ſigna ſunt,verecundia,
humilitas,lachrymæ,ſuſpiria,& fortitudo,qua-
lis fortitudo fuit ĩ Magdalena. Nec mirũ, quia
timor dñi oẽm timorem pellit.de pęn.diſt.1.c.
iudicet.Et prõptitudo obediẽtiæ eſt ſignũ ama-
ritudinis, iuxta illud, factus eſt pro nobis obe-
diens vſq; ad mortem. Feſtina debet eſſe etiã
confeſſio,iuxta illud Eccleſ.c.5.ne tardes cõuer
ti ad dñm. Et Auguſt.nullus expectet quouſq;
peccare non põt.de pęni.diſt.7.c.nullus. Eſt igi
54 tur ad pnĩam† feſtinãdum ,ppter multa. Primo
,ppter oẽm mortis incertitudinem. Secundo,
,ppter pctõrum accumulationẽ. Tertio,,ppter
peccatorum erga grãm dei inducentis,& expe-
ctantis eum ad pnĩam,ingratitudinem. Quarto
propter dei elongationem. Quinto,,ppter mi-
norem ad conuertendum habilitatem. Sexto,
propter finalem periculoſam conuerſationem.
Septimo,propter dei obliuionẽ,& clamoris nõ
55 exauditionẽ. Frequẽs ẽt† debet eſſe.& hoc du
pliciter. Vno modo,vt quoties quis per pecca-
tum cecidit,toties reſurgat.de pęnit.diſt.3.§.ꝙ
aũt.&.c.ſepties.Secũdo modo, vt ea pctã ſæpi⁹
cõfiteatur.de quo tñ dic,vt dicã.ĩ.in.17.princ.
56 artic. Diſcreta† ẽt debet eſſe, & hoc ex pluri-
mis colligitur. Primo,ſi diſcretum q̃rat cõfeſ-
ſorem,qui ſciat ſoluere,& ligare.de pęn.diſt.6.
c.1. Quod intellige ſm ea q̃ dixi.ſ.in prin.artic.
Secundo, ſi ſe non excuſat, nec alium accuſat,
niſi fortè in hæreſi. Facit quod dicam in.14.
princ.artic. Vel niſi circunſtãtia facti ſit talis,ꝙ
aliter non põt confiteri peccatum,niſi ſpeciali-
ter alium accuſet;verbi gratia, ſi peccatum fuit
cõmiſſum cum patre, aut cum matre, aut cum
Papa,vel Imperatore, ita ꝙ qualitas illa quæ ag
grauat peccatum,nõ ſit niſi in vno. Secus ſi illa
qualitas põt eſſe in pluribus;vt puta, cum filijs,
fratribus,aut ſororibus,Regibus, Ducibus, &
ſimilibus. Nam ſatis eſt dicere ſubſtantiam pec
cati,& qualitatem aggrauãtẽ, aliter perſona illa
57 non ſpecificata. Et not.ꝙ ſicut confitens† non
debet celare peccatum quod fecit,ita nec dicere
ſe com-



ſe commiſiſſe,vbi non commiſit;etiam vbi hoc
faceret ex humilitate.de pœnit.diſt.3.c.talis mi
hi.22.q.2.c.cum humilitatis. Nec eſt fiẽda cõ-
feſſio verbis, vel nominibus criminum paliatis,
ſed quãtuncunq; turpe fuerit peccatum, vel cir
cunſtantiæ horribiles, totum eſt ſpecialiter ex-
primendum.de pęni.diſt.1.c.quem pœnitet.
Tertio colligitur,ſi pctũ ſecretum ſecretè confi
tetur, & publicum publicè, de pęnit.diſt.1.§.
non tibi dico. Quarto, qñ ſit pura intentione
ſine hipocriſi, vt.d.c.quem pœnitet. Quinto,
quando ſine incurſu, ſed moroſè, & temperatè
58 ſit. Vltimo exigitur,ꝙ ſit integra.† & ideò oĩa
peccata debet quis confiteri, vt patet ex tex. dũ
dicit omnia. Nec ſufficit diuerſis cõfiteri ſacer
dotibus. Quod facit contra eos,qui,ppter frau-
dem, vel verecundiam multorum peccatorum
aliqua vni,& aliqua alteri cõfitentur, vel aliquis
aliqua confitetur,& alia omittit,dixi in.c.quod
quidam.ſ.eo. de pœnit. diſt.5.c.1. Sed ſi hoc
contingeret ,ppter obliuionem,non eſt neceſ-
ſarium amplius illa confiteri, quæ ſunt dimiſſa,
nec etiam illi vni confeſſori. de pęni.diſt.1.c.la-
chrymæ lauant. Item debet eſſe integra; quia
non ſolum peccata omnia,ſed oẽs circunſtantię
peccatum aggrauantes,ſunt exprimendæ,vt,p-
batur hic in tex.noſtro, & in iuribus allega. hic
59 in glo.ſuper ver.circunſtantias. Sunt† ergo ex-
primendæ quantitas,qualitas, perſona, locus,
tempus,cauſa, & euentus, ,put hmõi circunſtã
tiæ aggrauant pcũm. Ad quod vide quæ in ſimi
li dixi in.c.licet.ſ.de pœn. & de materia huius
quinti artic.latius vide per Hoſt.in ſum. eo.tit.
§.qualiter. Circa ſextum principalẽ articulũ,
60 quoties† quis debeat cõfiteri. Sol.quod toties
confitendũ eſt,quoties peccauerit. Sicut.n.reci
diuã corporis infirmitatẽ, aut aliã quis inititur
ſubito curare. ita & circa animæ infirmitatem,
longe diligentius quis agere debet. Facit de
pœni.diſt.3.§.quod autẽ.&.c.ſepties. &.c.ſeq.
Hoc tamen eſt de conſilio,propter ea quæ dixi
in præced.artic.in ver.feſtina. Sed de neceſſita-
te ex iuris canonici diſpoſitione, ad minus de-
bet quis ſemel in anno confiteri, vt hic. Et hoc
61 eſt regulare. Fallit in† religioſis, de quibus in
cle.1.de ſta.mona. qui tenentur ſaltem ſemel in
menſe confiteri. & in prima dñica mẽſis,Eucha
riſtiam ſumere.de quo dic, vt ibi latius per doc.
Circa ſeptimum principalem articulum, quid
62 agere† debeat confeſſor in confitendo, dic, ꝙ
debet in primis conſiderare, an ipſe ſit ſuus pa-
rochianus;quia ſi non eſt ſuus, non debet illum
audire;Niſi in caſibus, de quibus dixi in ſecũdo
princ.artic.Et ſi eſt ſuus,conſiderare debet eius
qualitatem,an ſit maſculus,vel fœmina. Et ſi ſit
fœmina,an ſit ſenex,vel iuuenis; Quòd ſi ſit iu
uenis,maximè pulchra,debet eam facere ſedere
ex tranſuerſo,& obturatã,ne faciem eius valeat
inſpicere; ſicut dicit Abacuch, facies mulieris
eſt ventus vrens. Et ſi talis ſit fortis,faceret ſtare
genuflexam. Si ſenex,vel debilis.facere ſtare in
inferiori gradu, cum maiore quàm poteſt fieri
reuerẽtia,adhibita diſcretione. Item animad-
uertere debet ad qualitatem ipſius, an ſit do-
ctus,vel ſimplex,aut idiota, & ſecundum quòd
viderit expedire, agere debet verbis dulcib⁹,&
quibus poſſet peccatorem ad maiorem contri-
tionem,compunctionem,& dolorem peccato-
rum inducere,& miſcere vinum cum oleo, hoc
eſt miſericordiam cum crudelitate, ſeu ſeueri-
tate. Declinando tamen potius ad miſericor-
diam, vt dicit glo. & debet ipſum inducere, vt
dicat peccata ſua.Inſtruendo tamen de ordine,
& modo confitendi, & quandoq; interrogan-
do,& oſtendendo qualitates aggrauantes pecca
tum. & omni ingenij ſubtilitate, inueſtigando
omnia peccata,& ipſorum peccatorum debitas
circunſtantias,vt hic in tex.& in iuribus in glo.
allegatis. Facit.30.q.5.in.c.iudicantem. Non
tamen debet attingere circunſtantias, per quas
fortè induceret peccatorem, poſtea ad ſic pec
candum; maximè ſi eſſent puellæ, non debet
interrogare de inquiſitis cautelis, & fraudibus,
quas ſæpe mulieres, & earum amatores inue-
niunt, vt poſſint ad optatum finem peruenire;
quia eo modo quis culpam detegit,quam ſæpe
neſcit is qui perpetrauit. 43.diſtin.c.ſit rector.
Item peccata,maximè grauia,debet acriter de-
teſtari,& peccatorem de talibus fortiter, & ſe-
uerè increpare; Maximè ſi ſint inueterata, &
oſtendere ipſius peccatoris pericula, nõ ſolum
circa ſpiritualia, ſed etiam circa temporalia, vt
in.c.ſequen. Vnde debet vngere,& pũgere,cõ-
ſolari,& deteſtari,& ſimilia facere,ſecundum va
rias qualitates temporis,loci,& perſonę.Et ad-
de cætera ad hunc articulum, quæ tradit Hoſti.
in ſum.eod.tit.§.qualiter ſacerdos. Et not. ꝙ
prius debet audire,& interrogare. Secundo pœ
nitentiam imponere. Tertio abſoluere,dicẽdo.
Ego authoritate omnipotentis Dei, Apoſtolo-
rum,&c.vt patet ex ordine tex. extrauagan.Bo
niſa.viij.quæ incipit,ſuper cathedram.§.ſtatui-
mus.de ſepult. & hodie habetur in clemen.du-
dum.eod. tit. & ſequitur hic Hen.Bohic.ſ.quid
agere debeat circa confeſſionem, quam audit.
63 Circa octauum articulum,† quæ interrogatio-
nes debent fieri per confeſſorem. Alij dicunt,
quòd nullæ, & quòd ſimpliciter debet ſolum
audire ea peccata, quæ confiteri voluerit, &
ſecundum ea pœnitentiam iniungere. arg.no-
tat.de pęni.diſt.1.§.non tibi dico. Sed hęc opi.
vt dicit Hoſt. eſt nimis periculoſa; quia multi
ſunt ſimplices, qui ſi inſtruantur verè confite-
buntur, & ſi non inſtruantur ſemper in fecibus
64 remanebunt. Præterea† ſacerdos eſt iudex in fo
ro pnĩali.de pęnit.diſt.1.c.verbum. quare cum
cũcta rimari oportet. alias non poſſet ſuper re
incerta certam dare ſnĩam. 11.q.3.c.graue. Nã
ſi hoc facere debet iudex fori tẽporalis, & me-
dicus corporum, fortius iudex ſpiritualis, vbi
maius vertitur periculum.& ideò tex. hic dicit,
quòd ſacerdos debet eſſe diſcretus. Debet er-
go habere ſcientiam,& prudentiam, & pęniten
tiales canones ſcire, & interrogationes facere,
quibus mediantibus, qualitati, aut ſimplici-
tati confitentium occurrat. Debet tamen pru-

OO ij denter

denter agere, & eas interrogationes facere,
quas expedit ſecundum qualitatem confitẽtis,
& ipſius exercitium,& nõ plures quàm deceat,
aut magis ſpecificas,quã fortè expediat. & ma-
xime in peccato fornicationis, & gulæ. & ma-
xime ſimplicibus puellis; ne fortè formam, &
modum oſtendat, quem nunquam ante noue-
runt,& per eum inſtruãtur ad peccatum, quod
nunquam fecerunt.& ſic quod contrarium eue-
niat, ita vt cum talibus putat adhibere medelã,
perceptis medicinis ad mortem vſque perdu-
cat,vt in ſimili dicit tex. in.c.ad aures.ſ.de ęta.
& qual. Facit quod dixi in præced. artic. In-
terrogare igitur debet prudenter, diſcretè, &
cautè de peccatis, & eorum debitis circunſtan-
tijs. Et adde quæ latius tradit Hoſt.in ſum.eo.
tit.§.quæ interrogationes. &.§.cui confitẽdũ.
65 Circa nonum articulum, † quid agere debeat
confitens reſpectu confeſſionis, breuiter dic, ꝙ
in eo debet eſſe cordis contritio,& oris confeſ-
ſio,confitendo omnia peccata ſua, & omnes cir
cunſtantias aggrauantes,& tandem debet ope-
re ſatisfacere.de pęnit.diſt.3.c.perfecta. Sicut
enim tribus modis deum offendimus.ſ.dele-
ctatione cogitationis, imprudentia locutionis,
& ſuperbia operis; Ita vt contraria contrarijs
curentur,arg.c.1.ȷ̃.de reg.iur. cogitationis de-
lectatio per contritionem; imprudentia locu-
tionis per confeſſionem; & ſuperbia operis per
ſatisfactionem,& humilitatem tollitur. Circa
66 decimum articulum, † quæ inducant ad veram
pœnitentiam,dicit Hoſt. in ſum.eod.tit.§.quæ
inducant. quòd plura ſunt, videlicet mali ſtatus
peccatorum liberatio, ſiue euaſio, diuerſorum
conſideratio, & bonorum meritorum acquiſi-
tio. Quæ verba examina, & declara,vt ibi per
67 eum. Circa vndecimum articulum, † quæ im-
pediant veram pœnitentiam,breuiter dic,quòd
multa, ſed principaliter iſta.ſ.pudor, timor,
ſpes,& deſperatio. Et qualiter hęc declarentur,
& q̃ ſint remedia ad deponendum dicta impe-
dimenta, vide latè per Hoſt.in ſum.eod.titu.§.
quæ impediant. Circa duodecimum articulũ,
68 quis ſit † effectus veræ pœnitentiæ,breuiter dic,
quòd effectus eſt,quia ſi perfectè agatur in hoc
mundo,anima,vt à corpore exit, ſtatim ad pa-
triam euolat. Si verò aliquid purgandum re-
manſerit,igne purgatorij purgabitur. Nã Deus
cum ſit iuſtus,& miſericors,ex miſericordia pę
nitenti ignoſcit,non reſeruans peccatum ad pę
nam ęternam;ſed quia iuſtus,non vult relinque
re impunitum.de pœnitẽ.diſt.vlti.c.fin. & vide
quod not.25.diſt.in.§.aliàs ea demum. Et etiã
effectus eſt, vt ille qui frequenter reſurgit per
pęnitentiam,nomen iuſti non amittat. de pęni.
diſt.3.c.ſepties. Conſequitur etiam verè pœ-
nitens alia bona,& notabiles fructus tàm ſpiri-
tuales,quàm temporales. de quibus latius per
Hoſt.in ſum.eod.tit.§.quis ſit effectus. Circa
69 decimumtertium principalem articulum,† quæ
valeant ad hoc, ne quis poſt veram peniten-
tiam patiatur recidiuum, vide latè per Hoſt. in
ſum. eod.tit.§.quæ valent. Circa decimum-
70 quartum articulum, ad quid † tenetur ſacerdos
confeſſo,habes in primis ex tex.noſtro. in ver.
caueat.quòd cauere debeat omnino,ne verbo,
aut ſigno,aut aliquo modo prodat aliquatenus
peccatorem. Ad quod glo. fin. allegat de pœ-
nit.diſt.6.c.ſacerdos. vbi Archid.circa hoc ſo-
lemniter loquitur.Et quia hoc principaliter tã-
gitur in tex.noſtro.ideò vt maiorem habeas no
titiam, diſtingue. quòd aut illud quod reuela-
71 tur † ſacerdoti eſt tale quid, quod de ſui natura
nõ eſt peccatum;videlicet,quia dicit ſibi, quòd
debet alicui aliquid ex mutuo, depoſito, vel ſi-
mili contractu.& hoc caſu Guil.& Ray.dicunt,
quòd ſacerdos non debet talia recipere ſub ſi-
gno confeſſionis ſuæ. Si tamen imprudenter
recipit,non tenetur celare. Et ſi producatur in
teſtẽ ſuper hoc,tenetur dicere veritatem,etiam
ſi iuraſſet non reuelare; quia in huiuſmodi caſi-
bus illicitum eſſet iuramentum;& ideò nõ obli-
gatorium,& non ſeruandũ in præiudicium ter-
tij,ſecundum Hoſt.& Aſten.in ſum. & beatum
Thom.22.diſt.& ſequitur Henric. Et ſic in his
caſibus non habet locum pœna tex.noſtri in fi.
Quod patet,quia tex. dicit, quòd peccatum in
pœnitentiali iudicio &c. Aut illud quod quis
confitetur,vel reuelat de ſui natura eſt pc̃tm̃,&
ſubdiſtingue tres caſus. Primus eſt, qñ reuelat
vt iudici.Secundus,quando vt ſacerdoti, & Dei
miniſtro. Tertius,qñ vt priuato. Primo caſu,
non tenet̃ illud iudex celare, vt.ſ.de cle.per ſal.
promo.c.1.& ita intelligit ibi Hoſt. Secundo
caſu,qñ vt ſacerdoti, & Dei miniſtro ſubdiſtin-
gue;quia aut ſacerdos nouit illud peccatum, et
aliter,quã per cõfeſſionem. & volũt quidam,ꝙ
etiam tenetur illud celare. Alij volunt,ꝙ hoc ſit
verum,ſi nouit ante cõfeſſionem. Secus ſi poſt.
Pet.& B.Thom.tenent,ꝙ ſolum tenetur celare
eo modo quo ſciuit in confeſſione. Sed ſi alio
modo nouit,non tenetur illud celare. Et ideò ſi
fortè in teſtem ꝓduceretur,aut alio modo com
pelleretur, non debet dicere, ꝙ hoc audiuit in
confeſſione, ſed deponere, prout aliàs nouit,
non vt confeſſor. Si tamen non neceſſitaretur,
debet potius illud celare propter ſcãdalum eui-
tandum,vt ſentit Hoſt.& Aſten.in ſum.& mihi
placet. Aut tale peccatum nouit ſolum per con-
feſſionem,& ſubdiſtingue, quia aut accedit li-
centia confitentis; vt puta, quia eum producit
in teſtem ad hoc;& poteſt illud reuelare; ſupra
de ſimo.c.nemo.de homici.c.ſignificaſti. & ibi
Hoſtiẽ.& Io. And.&.d.c.vnico. de cler. per ſal.
promot. Sentit glo. in.c.teſtimonium. in fi.
ſupra de teſt. & glo. fina. in.c.nuper.eod.titu.
Hoſtien.in ſum.in titu.de teſtib. in.§.3. in fin.
Spec. in tit. de teſte. §.1. ver. item opponitur.
quòd eſt criminoſus. Archid.50.diſtinc.in ca-
pite.2.q.5.c.quanto. &.2.q.7.c.ipſi apoſtoli.
Qđ eſt verum ſecundum Pet. & B. Thom. qñ
ex hoc non oriretur ſcandalũ; aliàs ſecus; quia
non ſolum celatio fuit inducta ad eſſentiã con-
feſſionis propter ſacramentum,& ipſius confi-
tentis veriſimilem voluntatem, vt ſecretus te-
neatur;ſed etiam propter ſcandalum euitandũ.
vnde



vnde licet primum tollatur per voluntatem cõ-
fitentis, cum non tollatur ſecundum de ſcan-
dalo, non debet ſacerdos reuelare. Aut non
accedit licentia confitẽtis,& ſubdiſtingue,quia
aut peccatum eſt committendum,aut commiſ-
ſum. Primo caſu,pone exemplum,ſi cõfitetur
ſe hominem velle interficere, aut quid ſimile
facere. Et dicũt quidam,ꝙ ſacerdos poteſt hoc
reuelare ijs qui poſſunt prodeſſe,& nõ obeſſe,
arg.22.q.5.c.hoc videtur. &.q.4.c.ſi aliquid.
&.c.non ſolùm. Sed Richar.Sco. bea.Thom.
Cõm.op. & communiter* theologi,vt refert hic Henric.
dicunt,quòd illud debet celare,per tex. noſtrũ.
& arg.c.ſi ſacerdos.ſ.de off.ord. Inno.verò &
Hoſt.volunt,quòd ſacerdos debet facere quod
poteſt, vt peccatum illud impediatur, agendo
cautè,ita quòd non exprimat,nec prodat confi
tentem. Sed aduerte, quia videtur,ꝙ iſta non
ſit vera confeſſio,quæ non eſt de peccato com-
miſſo,ſed de committendo, cum in eo non de-
tur vera cordis contritio,nec vera pœnitentia.
Facit in ſimili.ſ.de iureiuran.c.quemadmodũ.
§.fin.& quod not.ȷ̃.tit.proximo. in.c.ſi verò.
&.c.quanto. & quod not. in.l.ſi vnus.§.pacta.
ff.de pact. Mihi placet, quòd ſacerdos eo me-
liori modo quo poteſt, prouideat futuro ſcan-
dalo. Et vide quod not. Archid.in.d.c.ſi ſacer-
dos. Et prædicta intelligit hic. D.m. quando
diceret omnino ſe commiſſurum illud pecca-
tum. Secus ſi pœniteret de voluntate prædicta,
nam tũc eſt peccatum commiſſum reſpectu vo
luntatis. Secundo caſu, quando loquimur de
peccato iam commiſſo, tex. eſt hic apertus, ꝙ
72 nullo modo debeat reuelare. Et hoc fuit † indu-
ctum,vt homines facilius ad pœnitentiam indu
cerentur, & peccata ſimpliciter confiterentur,
& vt ſcandala multa euitarentur, quæ de facili
propter reuelationem poſſent contingere. Et
prædicta procedunt etiam ſi talis, qui audiret
in confeſſione,eſſet laicus, dummodo audiret,
vt dei miniſter; vt puta,quia in cauſa neceſſita-
tis aſſumeretur in locum ſacerdotis. Facit de
conſec. diſt.4.c.ſanctum. & quod not.in.c.pa-
ſtoralis.§.præterea.ſ.de off. deleg. Secus ſi ali
quis in ſecreto diceret laico,vt amico, quanuis
aſſereret quòd diceret illud tanquam in confeſ-
ſione,ſecundum Inno. & docto. hic. Et ideò in
primis caſibus, ſi producitur in teſtem, poteſt
dicere,quòd nihil ſcit;quia verum dicit, cũ ipſe
producatur in teſtem,vt priuatus, & ipſe nouit
vt deus. Secus in vltimo caſu. Et volunt etiam
quidam quos refert hic Hen.Bohic. ꝙ ſi aliquis
73 data † ad hoc opera, vel à caſu audiuit peccata
confitentis,quando illa confitebatur ſacerdoti,
vel quia ſacerdos reuelauit,prout audiuit in cõ-
feſſione, quòd debet talia peccata celare, nec
alio modo reuelare. quod eſt ſatis iuſtum,& ho
neſtum. Tertio caſu principali,quãdo aliquid
committitur alicui in ſecreto,vt priuato, nõ eſt
materia neceſſaria noſtra,vide hic latè per Hen.
Boh.& quod not. 22. q.5.c.de forma. & per
tex.& Bal.in.c.1.de noua for. fideli. & per Bal.
in.c.ſi capitanei. quib. mod. feud. amitt. Sed
74 circa prædicta dubitatur, quæ † ſit pœna reue-
lantis ſecretum. Sol. dic,quòd ſi loquimur in
ſacerdote reuelante contra hanc prohibitionẽ,
olim imponebatur pęna,de qua in.c.ſacerdos.
de pœniten.diſt.6. Hodie verò imponitur pœ
na, de qua hic in tex. Sed ſi is qui reuelat eſt
75 † laicus, qui in caſu neceſſitatis audiuit in con-
feſſione, quia ipſe non eſt capax pœnæ, de qua
hic in tex.in fi. puniri debebat pœna arbitraria,
ſecundum Innocen.& Hoſt.hic. arg.nota.in.c.
de cauſis. ſupra de offi. delega. Ad quod vide
glo.ſuper ver.arbitrium. Et quod ibi dixi in.c.
ſuper his. ſupra de accuſa. & etiam pœna arbi-
traria puniendus eſt amicus reuelans illud, ꝙ
ſibi poſitum eſt in ſecreto, quando non expe-
diebat illud reuelare,ſecundum Henric. Cęte-
ra verò ad hunc articulum pertinentia, vide per
Hoſtien.in ſum.eod.titu. §.in quo tenetur.
76 Circa † decimumquintum articulũ, & reliquos
ſupra in ordine poſitos, vide quæ dicuntur
per Hoſtien.in ſum. eod.tit. ſub congruis. §§.

## Cap. XIII. Cum Infirmitas.

*SVMMARIVM.*

1 *Medici debent ante omnia infirmos ad confeſſionẽ inducere, nec aliquid eis pro ſalute corporum perſuadere debent,quod tendat in animarum detrimentum.& nu.3.Et quando hoc facere debeant,vide nu.14. Nec excuſantur medici per contrariam conſuetudinem.nu.12.*

2 *Infirmitas corporis quandoq; prouenit ex animæ infirmitate.Et etiam ex alijs cauſis, vt ibidẽ.*

4 *Papa,& quilibet alius ſuperior debet prouidere ſaluti animæ,& corporis.*

5 *Cauſæ plures quandoq; poſſunt concurrere ad conſtitutionem condendam.*

6 *Cauſa legis,ſeu conſtitutionis ceſſante, quando nõ debeat ceſsare conſtitutio. remiſſiuè.*

7 *Pro ſalute corporis non debet quis agere aliquid in præiudicium animæ.*

8 *Ieiunium principaliter fuit inſtitutum, vt corpus caſtigetur. Quod tamen declara,vt ibi.*

9 *Papa quando habeat iuriſdictionem in laicos.*

10 *Fine conceſso, omnia videntur conceſſa, per quæ peruenitur ad illum finem.*

11 *Conſtitutio loquens per verbum futuri temporis, non inducit canonem latæ ſententię, ſed requiritur ſententia.*

*Fallit ſi futurum eſset geminatum. ibidem.*

13 *Vendens animal morboſum, ſi aſserit illud ſanum, ſed dicat quòd non vult teneri de infirmitate, non excuſatur. remiſſiuè.*

15 *Solutum contra legem repeti poteſt.*

CVM INFIRMITAS. Medici vo-
1 cati ad infirmos,† ante omnia de-
bent ęgrum ad confeſſionem in-
ducere, nec aliquid pro ſalute cor
poris debẽt perſuadere, quod tendat in anima-
rum detrimentum.h.d. Diuiditur,quia primo
ponit vnam conſtitutionis cauſam. Secundo

 ponit

ponit conſtitutionem, ibi, præſenti. Tertio,
ſubiungit aliam conſtitutionis cauſam, ibi, hoc
quidam. Quarto ponit tranſgreſſorum pœnã,
ibi, ſi quis. Quinto, ſubiungit quandam inhibi
tionem, ibi, cæterum. Not. primo, quòd ex
2 animæ infirmitate, quandoq; prouenit corpo-
ris infirmitas. Ad qđ vide quod dixi in.c.licet
hely.ſ̃.de ſimo. Quare cum ceſſante cauſa ceſſet
effectus &c. tollenda eſt talis infirmitas animæ,
vt etiam corporis infirmitas tollat̃. Quæ vt di-
cit glo. ſuper Euang. Matth.c.9. ſuper illis ver-
bis confide fili, remittuntur tibi &c. & tradit
hic Io. And. ex plurimis cauſis ꝓuenit. Primo,
vt iuſtus creſcat in merito per patientiam, pro-
ut legitur de beato Iob. Secundo, vt facilius
virtus cuſtodiatur, ne aliàs nimium quis ſuper-
biret, iuxta illud apoſtolicum, cũ infirmor, for-
tior ſum. ad idem.c.niſi cum pridem.ſ̃.de re-
nun. Tertio, ad peccati correctionem. Quarto,
vt manifeſtetur quandoq; gloria Dei, vt in cæ-
co, quem Chriſtus illuminauit. Quinto, ad ini-
tium pœnæ, vt videlicet eum in hoc ſæculo fa-
ciat agere pœnitentiam, vel pęnitentiæ partem
de peccatis commiſſis. 7.q.1.in.c cum percuſ-
ſio. Et hęc procedunt quò ad cauſas ad propoſi
tum noſtrum pertinentes; nam ſecundum alias
cauſas naturales, ex varijs cauſis corporis infir-
mitates proueniunt, vt eſt apud phyſicos. Se-
3 cundo not. ꝙ medicus † corporis debet cum ef-
fectu inducere infirmum, vt ante omnia proui-
deat ſaluti animæ ſuæ, nec ſufficit verbo mone-
re, niſi cum effectu eum inducat ad vocandum
4 ſacerdotem. Tertio not. ꝙ ſuperior, † & maxi-
me Papa, non ſolum debet prouidere animarũ
ſaluti, ſed etiam corporum. Nam cum ipſe de-
beat prouidere hominis ſaluti, & homo ſit com
poſitus ex anima, & corpore, meritò debet quò
ad fieri poteſt ſaluti animæ, & corporis proui-
dere; ſed in primis ſaluti animarum, cum anima
longe præſtantior ſit corpore. Quarto not. ꝙ
5 ad † conſtitutionem condendam poſſunt con-
currere quandoq; plures cauſæ, vna finalis, &
altera impulſiua; Nam ad hanc conſtitutionem
concurrit cauſa ſalutis animæ; & hęc fuit finalis;
cauſa ſalutis corporis, & hæc impulſiua. Et ideò
6 licet † huiuſmodi cauſa ceſſet, non debet ceſſare
hæc conſtitutio. Ad quod vide de materia qđ
latè dixi in.c.cum ceſſante. in prin.ſ̃.de appell.
7 Vltimo not. ex fi. ꝙ pro † ſalute corporis non
debet quis aliquid agere in ꝑiudicium animæ;
nam cum anima ſit longe prætioſior corpore,
vt dixi, potius ipſius animæ ſaluti, quæ perpe-
tua eſt, quàm ſaluti corporis prouidendum eſt,
cum ſit temporale, & caducum. Et ſic facit iſte
tex. contra nolentem ieiunare, aſſerentem ieiu-
nium corpori nociuum; quia ſi prodeſt animæ,
ſatis eſt, quanuis noceat corpori. Nam ad hoc
8 videtur † principaliter fuiſſe inſtitutum ieiuniũ,
vt per illud corpus caſtigetur, iuxta illud Apoſt.
caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo,
ne cum alijs prædicem, ipſe reprobus efficiar.
Aduerte tamen, ꝙ ſi ex tali ieiunio infirmitas,
ſeu mors immineret, debet quis potius abſti-
nere; quia potius peccaret, quàm mereretur, ꝓ
quo eſt tex. notab. de conſec. diſt. 5.c. non me-
diocriter. Facit.c. conuiuia.44.diſt. Ad quod
vide quod latius dixi in.c.ad audientiam.ſ̃.de
homici.in.7.prin.artic.q.12. Et aduerte, quia
9 ex prędictis, & ex tex. colligitur, ꝙ † Papa habet
iuriſdictionem in laicos, quando diſponit ad
finem ſalutis animarum; quanuis principaliter
non diſponat circa animas illorum, quos inten-
dit conſtringere, & ſua conſtitutione ligare. Nã
hic conſtringit, & ligat medicos pro ſalute ani-
10 marum infirmorum. Nec mirũ, quia † conceſſo
fine, omnia videntur conceſſa, per quæ perue-
nitur ad illum, vt not. in.c. prudentiam. &.c. prę
terea.ſ̃.de off. deleg. & in.l. ad legatum. &.l. ad
rem mobilem. ff. de procur. In glo. ſuper ver-
bo arceatur, ibi, per ſñiam. Dic, & ſic habes ex
11 hac glo. iuncto tex. ꝙ vbi † cõſtitutio loquitur
per verbum futuri temporis, non inducit cano-
nem latæ ſñiæ, ſed requiritur ſñia. Quod eſt ve
rum, niſi futurum eſſet geminatum. Circa quod
vide quæ latè dixi in.c. iudæi ſiue.ſ̃.de iudę. &
quod traditur in.c. ſi diligenti.ſ̃.de fo. compet.
& in.l. in criminali. C. de iuriſ. om. iud. In fi. gl.
12 dic, & aduerte ſecundum Hoſt. ꝙ † talis conſue-
tudo contraria huic conſtitutioni, tanquàm irra
tionabilis, eo quòd præiudicat animabus, non
excuſat ipſos medicos. & ſequuntur Io. Andr.
d. Ant. &. D. m. & bene. In glo. fi. ſed pro decla
ratione iſtius literæ in fi. Quæro, quid ſi medi-
cus dicat nõ cõſulo; ſed tamen ſi haberetur talis
mulier incantatrix, ſeu malefica, hic infirmus
de facili liberaretur, an talis medicus ligaretur
præcepto huius conſtitutionis in fi. Sol. doct.
tenent ꝙ ſic, dicentes, ꝙ ꝓpter verba prædicta
non excuſaretur. Sicut in ſimili dicimus de ven-
13 dente animal † morboſum, ſi aſſerit illud ſanum,
ſed dicit ꝙ non vult teneri de infirmitate. Ad
quod vide quod not. in.l.1. §. venditor. ff. de
act. empt. Vltimo quæro, quid intendat litera
dum dicit, ante omnia moneant &c. Sol. dicit
14 Hoſt. ꝙ † hoc facere debent antequàm incipiãt
curare infirmitatem, vel conueniant de ſalario.
Et ſubdit Hoſt. ꝙ ſi prius de ſalario conuenire,
obſtaret iſti medico exceptio. Et ſi ſolutum eẽt
15 ſalarium, poſſet illud repeti, † tanquam ſolutum
contra legem, arg. c. vides. 10. diſt. &. C. de legi.
in.l. non dubium. &. C. de agric. & cenſ. l. quem-
admodum. lib. 11. Concludit tamen Hoſt. &
bene, ꝙ cum iſta pœna non ſit in iure expreſſa,
non videtur habere locũ. Quãuis pium, & vtile
fuiſſet ipſam imponere; quia ſi fuiſſet impoſita,
medici diligentius hanc conſtitutionem ſeruaſ-
ſent. Sed quia ſolum punit, arcendo ab ingreſſu
eccleſiæ, communiter negligitur in perniciem
animarum, & medicorum, ac infirmorum.

## Cap. XIIII. Cum Ex Eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Eleemoſinarum queſtores ſine apoſtolicis, vel diœ-
ceſanis literis admitti non debent. & num. 3.
vbi etiam quare hoc factum ſit. Hoc tamen
declara, vt ibi. & nu. 4.*

*Nec*



*Nec proponere poſſunt vltra id, quod in ſuis lite-
ris continetur, ſub nu. 1. & nu. 5.*

*Eleemoſinarum quæſtores quales eſſe debeant,
ſub nu. 1. & nu. 8.*

2 *Indulgentiæ à Prælatis cõceſſæ, quod tempus ex-
cedere non debeant. & nu. 9.*

6 *Delicti ratione quis ſortitur forum alterius. re-
miſſiuè.*

7 *Eleemoſinæ multum valent, & etiam proſunt ad
vitam æternam.*

10 *Indulgentiæ proſunt nedum in purgatorio, ſed ètiã
quò ad pœnitentiam hic iniunctam. Dic ta-
men, vt ibi.*

11 *Indulgentiarum materia. remiſſiuè.*

1 CVm Ex Eo. † Eleemoſinarum
quæſtores, ſine apoſtolicis, vel
diœceſanis literis admitti non de-
bent; nec tunc proponere poſſunt
vltra id, quod in ipſis literis cõtinetur, hoc pri-
mo. Et communis forma literarum hic inſe-
ritur, hoc.2. Et debent eſſe modeſti, & iocis, &
expenſis incongruis abſtinere, hoc 3. In dedi-
2 catione baſilice † vltra annum, & in alijs cauſis,
vt in anniuerſario dedicationis, & in literis
indulgẽtiarum ab alijs, quàm à Papa conceſſis
vltra quadragĩta dies remiſſio excedere nõ de-
bet, hoc.4. Et ſic patet, quòd quatuor ſunt
partes. Secunda, ibi, forma. Tertia, ibi, qui
autem. Quarta, ibi, ad hoc. Et in tex. ibi, vt ait
Apoſtolus, dic ad Romanos.14. & ad Corin.
3 .2. cap.5. Nota primo, ꝙ † quæſtores eleemo-
ſinarum, quales ſunt quæſtores ſancti Antonij,
Hoſpitalis ſancti Spiritus, aut ſimiles, non de-
bent per diœceſanos admitti; niſi dięceſani ſui,
aut apoſtolicas literas oſtendant. nec excuſan-
tur ab hac conſtitutione, eo ꝙ ſint exempti, vt
in cle.2. eod. tit. Et hoc iuſta de cauſa fuit fa-
ctum, vt cognoſceretur, an eſſent tales, qua-
les ſe aſſerunt, plerunq; enim contingebat
atq; contingit, vt aſſumpto falſo habitu ſe fin-
gant alios, quàm ſint. Et ideò antequam ad-
mittantur, debent diligenter ab Epiſcopis exa-
minari. Et hoc procedit in iſtis quæſtoribus
4 qui eleemoſinas quęrunt nomine alicuius Ho-
ſpitalis, vel pij loci, & ſic nomine alieno. Secus
ſi ꝓprio nomine pro ſe ipſis eleemoſinas quæ-
rerent, tales enim nullis literis indigẽt.42.diſt.
quieſcamus.86.diſt.c. non ſatis. Secundo not.
5 ꝙ tales quæſtores non poſſunt pro † eleemoſi-
nis petendis aliud proponere, vel prædicare,
quàm in ſuis literis cõtineatur. Et hoc fuit ſan-
citum, quia tales erant ſoliti multas propone-
re abuſiones, & mendacia. Ad quod vide, ꝙ
tradit Ioan. Andr. in.c.2. de reli. & ve. ſanc. &
plerunq; commutabant vota, & abſoluebant à
pœna. Excedentes igitur in prædictis poſſunt
6 puniri per Epiſcopum loci; eo quòd † ratione
delicti ſortiuntur ibi forum. de qua materia la-
tè dixi in.c. poſtulaſti. ſupra de fo. compe. nec
exemptio illos excuſat, vt in cle.2. eod. tit.
7 Tertio not. ꝙ † eleemoſinæ multum valent, et
proſunt ad vitam eternã quærendam. 13.q.2.
.c. animę defunctorum. &.c. medicina de pœ.
diſt.2. Quarto not. ex forma literarum hic po-
ſita, modum, & ordinem retinendum in literis
ſcribendis; quia primo ponitur exordium cau-
ſa alliciendi, & prouocandi animos auditorum.
Secundo, narratio. Tertio, concluſio. Sed la-
tius de his apud oratores. Quinto not. ibi,
quoniam qui parce ſeminat &c. tex. notabilẽ,
& quotidie allegabilem, & habetur Luc. c. 6.
8 Sexto not. ex ver. ſi autem, ꝙ iſti † quæſtores
eleemoſinarum, debent eſſe modeſti, & diſcre-
ti. nec debent hoſpitari in locis incongruis. Et
dicit Ioan. Andr. quod notandum eſt, quod
tex. non dicit proſtibulis. ſed cauendum eſt à
quaſi proſtibulis ſicut ſunt hoſpitia quorũdam
biguinarum fictarũ. Quod eſt pernitioſum ge
nus mulierũ; nec de facili admittunt alios quã
religioſos. à quibus modis omnibus eſt cauen-
dum. 16.q.2.c. diffinim⁹. &.c. pernitioſam. Et
hodie iſtarum ſtatus eſt damnatus per conciliũ
Vienen. in cle. fi. de hære. Nec debẽt iſti quæ-
ſtores portare falſæ religionis habitum. Et ex-
cedẽtes in talibus non obſtãte quacunq; exem-
ptione poteſt Epiſcopus punire, vt dixi ſupra.
9 Septimo not. ex ver. ad hæc, ꝙ † indulgentia
concedenda per Prælatum, non debet eſſe in-
diſcreta, ſed moderata, vt ſecundum quantita-
tem, & qualitatem cauſæ concedatur. Octa-
uo not. ibi pœnitentialis ſatisfactio eneruatur
tex. ſingulariter probantem, quòd indulgen-
10 tiæ † proſunt nedum in purgatorio. Sed etiam
quò ad pœnitentiam hic iniunctam. Quare ſi
aliquis tenetur quindecim diebus ieiunare, ha-
bita ſuper talibus indulgentia non tenebitur.
Dicunt tamen hic Doct. quòd cautius eſt tales
indulgentias reſeruare pro pęnitẽtijs aliorũ pec
catorum, quas quis agere nõ poteſt. Et de hac
11 materia † indulgentiarum, dic vt latius dicã in
.c. ſeq. In glo. fi. dic, ꝙ huic conſtitutioni ho-
die ſtandum eſt, per.c. fin. eod. titu. lib. 6. de
quo dic, vt dicam in.c. ſequenti in tertio prin-
cipali articulo.

## Capitulum. XV. Noſtro.

*SVMMARIVM.*

1 *Indulgentiarum literas poteſt concedere Archie-
piſcopus intra ſuam prouinciam, ſecũdum for
mam concilij generalis. Et quòd non tenea-
tur requirere in hoc cõſilium ſuffraganeorum
ſuorum, nu. 4. Et an habeat in his conceden
dis maiorem poteſtatem, quàm Epiſcopus,
num. 6.*

2 *Ordinariorum literis creditur. remiſſiuè.*

3 *Archiepiſcopus poteſt exercere iuriſdictionem in
tota prouincia ſua, & ẽt in ſubditos ſuorum
ſuffraganeorum. Et ibi, quam poteſtatem in
eos generaliter habeat. remiſſiuè.*

5 *Libere poſſe verbum, quid importet.*

7 *Remiſſio verbum, refertur ad indulgentias, &
num. 66.*

8 *Indulgẽtia vñ deſcendat. Et quot modis ſumatur.*

*9 Indugen-*

9 *Indulgentia quid ſit, Et ibi, quòd alia eſt priuata, alia eſt generalis.*

10 *Indulgentias quis poſſit concedere, vſq; ad nu. 23.*

11 *Indulgentias concedendi poteſtas, an poſſit quæri præſcriptione, & conſuetudine.*

12 *Conſuetudine poſſe quæri iuriſdictionem, quomodo intelligatur.*

13 *Conſuetudine, an poſſint quæri ea quæ ſunt meri imperij.*

14 *Electus, & confirmatus, ſed nondum conſecratus, an poſſit indulgentias concedere.*

15 *Remiſſio, quæ fit per indulgentias, eſt effectus clauis iuriſdictionis, & non ordinis; & nu. ſeq.*

16 *Legati non Sacerdotes, an poſſint indulgentias concedere.*

17 *Abſolutio in foro pœnitentiali dependet à claue ordinis.*

18 *Abſoluere à ſentētia excommunicationis poteſt Prælatus, etiam non ſacerdos; quando exercet clauem iuriſdictionis.*

19 *Capitulum ſede vacante, vtrum poſſit concedere literas indulgentiarum.*

20 *Iuriſdictionalia omnia non tranſeunt in capitulum ſede vacante.*

21 *Indulgentias concedere non poteſt, qui non poteſt ædificare, & ſoluere.*

22 *Papæ, & aliorum Prælatorum poteſtas circa indulgentias concedendas, vnde deſcendat.*

*Indulgentiæ, quare non ita frequentabantur ante tempus gratiæ. ibidem.*

23 *Indulgentias quantas, & quales poſſint prælati concedere. Et quid de papa. ibid. Et quid de Legato, etiam de latere, nu. 24. Et quid de alijs inferioribus ordinarijs, nu. 25.*

26 *Indulgentiæ ſi ſunt conceſſæ ab inferioribus Prælatis vltra debitum numerum, an valeant.*

*Et tunc, vtrum valeant ſaltem vſq; ad conceſſum numerum, nu. 27.*

28 *Faciens contra conſilium, non debet conſequi ꝙ intendit, etiam in parte.*

29 *Reus in vno facto animæ, eſt reus, etiam quò ad omnes.*

30 *Epiſcopi plures ſi concurrunt in dedicatione eccleſiæ, & quilibet eorum cōcedit annum pro in indulgentia; an talis indulgentia valeat quò ad vnum annum tantum, an quò ad plures annos.*

*Et quid ſi concurrant Archiepiſcopus, & Epiſcopus, nu. 31.*

*Et quid ſi Legatus, & Epiſcopus, nu. 32.*

*Et quid ſi Papa concurret. ibidem.*

33 *Indulgentiarum dies, vel anni, vtrum ſint vtiles, vel continui. & nu. 78. vbi diffuſæ, vſq; ad num. 81.*

34 *Indulgentiæ quibus concedi poſſint. Et quibus. proſint.*

35 *Indulgentia non prodeſt non ſubdito.*

*Etiam ſi nō ſubditus exerceat actum pium infra diœceſim concedentis indulgentiam, nu. ſeq. Quod intellige, vt ibi. & nu. 38.*

37 *Papæ quilibet eſt ſubiectus.*

39 *Indulgentię conceſſę ab Epiſcopo conferrentibus eleemoſinam pro conſtructione alicuius pontis exiſtentis in alterius diœceſi, & abſq; conſenſu, ac licentia Diœceſani illius loci; vtrum proſint.*

*Et an tales indulgentiæ videantur conceſſæ perſonis, an loco, nu. 40. vſq; ad nu. 43.*

41 *Legatum, quando intelligatur factum ciuitati, vel aliæ rei inanimatę, licet cedat perſonis.*

42 *Priuilegium immunitatis conceſſum Eccleſiæ de ipſis ad eam confugientibus, dicitur cōceſſum eccleſiæ.*

*Idem ſi concedatur priuilegium, quòd clerici talis eccleſiæ excommunicari non poſſint. ibidē.*

43 *Priuilegium dicitur priuata lex, & differt à lege communi, ſicut genus à ſpecie.*

44 *Genus à quo remouetur, remouetur, & quælibet ſpecies.*

45 *Indulgentiam concedens, an poſſit illa vti, vt ſibi proſit.*

46 *Iuriſdictionem in ſe exercere, quòd nemo poſſit, quomodo intelligatur.*

47 *Excommunicare licet nō poſſit Epiſcopus ſeipſum, nunquid tamen poſſit ligari ſententia excommunicationis lata per ſuum ſtatutū. Et ibi quòd non ſecundum communem.*

48 *Remiſſio pœnæ, quæ fit per indulgentiam, recipit efficaciam, & ſurgit ex theſauro meritorum Chriſti, & ſanctorum, & nu. 71. & ſub num. 74.*

49 *Indulgentia, an proſit mortuis, qui ſunt in purgatorio, ſi eſt conceſſa per inferiorem.*

*Et quid ſi concederetur à Papa, nu. 50.*

51 *Eccleſia, quòd ſoluat, & liget poſt mortem, quomodo intelligatur.*

52 *Indulgentiæ, an proſint religioſis.*

53 *Indulgentiæ, an proſint omnibus ſubditis indifferenter. & ibi, quòd verè pœnitētibus tantū.*

54 *Pœnitentes verè qui dicantur.*

55 *Indulgētiæ vtrum proſint eis, qui non faciunt actū perfectum, per quem indulgētiæ ſunt eis conceſſæ, ſed tantummodo faciunt partem.*

*Et an ſaltem debeant prodeſſe pro parte facta, num. 56.*

57 *Indulgentia, an concedatur ei, qui communi opinione ductus credebat indulgentiam veram acquirere, cum in veritate non aquireret, & ob eam dedit eleemoſinam, vel alium ſimilem actum pium fecit.*

58 *Veritas præfertur opinioni, maximè in ſpiritualibus.*

59 *Indulgentiæ ad hoc vt proſint, quæ requirantur,*

*Et quid ex parte concedentis, nu. 60.*

*Et quid ex parte eius, cui conceditur, nu. 61.*

*Item quid ex parte materiæ, nu. 62.*

*Et quid reſpectu cauſæ, ſeu finis, nu. 63.*

64 *Indulgentia, quòd non ſit donatio, & quare. Item nec debiti reditio, ſub nu. ſeq. & nu. 74. Sed eſt quædam remiſſio, ſeu diſpenſatio &c. vt nu. 66. & ſub .d. nu. 74.*

65 *Donari dicitur quòd nullo iure cogente cōceditur.*

67 *Abſolutus à putatiuo Prælato, cui confitetur, abſolutionem meretur, licet Prælatus peccet.*

68 *Indulgentiarum aliquis effectus an ſit, & ad quid valeat. Et ibi recitātur ſex opiniones ab auctore, vſq; ad nu. 84.*



69 *Indulgentiæ, quòd proſint, quò ad Deum, & quò ad pœnitentiam iniuſtam; ſecundum communem opin.*

70 *Pœnitentia debet imponi ſecundum qualitatem, & quantitatem delicti.*

72 *Indulgētiæ non ſemper vniformiter producunt effectum ſuum, ſed diuerſimodè poſſunt valere, etiam quandoq; præter diuerſitatem meritorum.*

73 *Pauperes facilius quandoq; recipiunt indulgentias, quam diuites. quia facilius faciunt, quod poſſunt.*

*Deus reſpcit cor, non manum. ibidem.*

75 *Orationes Sanctorum, non ſolum peccatorum multorum pœnitētias poſſunt remittere, ſed fortè etiam abſoluere in totum.*

76 *Papa eſt diſpenſator theſauri eccleſiæ, ex ipſius poteſtatis plenitudine: Et etiam alij inferiores ex ipſius Papæ conceſſione, & reſtitutione.*

77 *Pœnitentiā agens, non ſolum lacrimis debet peccatum luere, ſed etiam emendationibus operire, & tegere.*

79 *Deus omnia moderatur in pondere, numero, & menſura.*

80 *Dierum diſtinctio eſt ſolum in mundo, non autem in cœlo; & purgatorio.*

81 *Indulgentia, an pluries gaudeat ille, qui eadē die, & pluries facit actum, per quem conceditur indulgentia.*

82 *Delictum reiteratum debet reiteratam pœnam habere.*

83 *In beneficijs lata debet fieri interpretatio.*

84 *Indulgentiam, quis poſſit reuocare.*

*Et an inferior poſſit reuocare indulgentiam conceſſam per ſuperiorem, nu. 85.*

1 NOSTRO. Archiepiſcopus intra
ſuam prouinciam † indulgentiarum literas cōcedere poteſt vſq;
ad ſummā concilij generalis .h.d.
Communis diuiſio, ſecunda ibi, nos igitur.
Nota primo argumentū ex principio, quòd li-
2 teris † ordinariorum creditur, de quo dic, vt
latè dixi in cle. 1. de proba. traditur per Doct.
in .c. poſt ceſſionem. ſ. de proba. Secūdo not.
3 caſum in quo Archiepiſcopus † poteſt exercere iuriſdictionem in tota prouincia ſua, etiam
in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum. de quo
tangitur in glo. & de hoc dicam in quarto principali articulo. Et generaliter quam poteſtatē
habeat Metropolitanus in ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, dixi in .c. paſtoralis. de offi. or.
Nota tertio, ꝙ in concedendis indulgentiarū
4 literis, † etiam per totam prouinciam, Archiepiſcopus non tenetur requirere conſilium ſuffraganeorum ſuorum. Nam tex. noſter dicit,
5 liberè poteſt, quod † verbum importat, vt quis
alterius conſilium, vel cōſenſum non teneatur
requirere, vt not. in .c. de multa. ſ. de præben.
& in. c. licet Epiſcopus. de præben. lib. 6. & per
glo. in verbo liberè. in cle. dudum. de ſepul.
6 Vltimo not. ꝙ etiam † Archiepiſcopus in cōcedendis indulgentijs non habet maiorem poteſtatem, quàm Epiſcopus. Neq; enim poteſt
excedere modum taxatum in generali cōcilio,
de quo in. c. pce. in fi. & de hoc latius dicā infra
tertio principali articulo. Glo. pri. in prin. col.
ligit notabile, deinde ſentit contrarium. & ſol.
& probat per ſimile. Et ſubdit quid iuris in Legato. Poſtremo format quæſtionem quam ſoluit, & limitat. In eadem glo. ibi, niſi in certis
caſibus, & de hoc dic, vt dicam latè infra in
ſecundo principali articulo. In fin. glo. dic, vt
etiam dicam de hoc in dicto principali ſecundo articulo. Poſtremo vt habeamus aliqualē
notitiam ſecundæ partis rubricæ, in quantum
7 loquitur de remiſſionibus, † prout etiam hoc
verbum refertur ad indulgētias, proſequor infra ſcriptos articulos. Primo, quid ſit indulgentia. Secundo, quis concedere poſſit. Tertio,
quantas indulgentias poſſit quis concedere, &
quales. Quarto, cui poſſint concedi, & quibus
proſint. Quinto, quæ requirantur, vt proſint.
Sexto, an aliquis ſit effectus ipſarum indulgentiarum, & qualis, & quid valeant. Septimo,
quanto tempore durent, & quis poſſit illas reuocare. Circa primum igitur articulum, quid
ſit indulgētia, Archid. poſt Hug. 2. q. 3. indulgentia. & Ioan Andr. poſt Archid in .c. fi. eod.
titu. lib. 6. dicunt, ꝙ cum hoc verbum deſcen-
8 dat † à verbo indulgeo, meritò ſumit multipliciter. Quandoq; enim ponitur pro conceſſione gratiæ, vnde dicimus Papa indulſit, id eſt,
conceſſit, ſupra vt lit. pen. c. fin. & de priuile. c.
dudum. Aliquando ponit pro remiſſione pœnæ, vt in .d. §. indulgentia. Aliquando ponitur pro vacare, ſeu operam dare, iuxta illud, indulgere gulę noli, quæ vētris amica eſt. Quandoq; ponitur pro iure communi. 33. q. 2. c. interfectores. 35. q. 3. c. de inceſtu. Quandoq;
ponitur pro remittere, vel condemnare, vt
Deus indulget peccata cōfitenti. & de hac propriè loquimur hic. Et hęc indulgētia, quę ponit
pro pœnitentia, & pœnitentiaria remiſſione,
iudicio meo poteſt ſic deſcribi. Indulgentia
9 eſt † quędam ſuperioris conceſſio, qua pœnitentia, & pœna pro peccato debita, ſm quantitatem conceſſionis, & concedentis poteſtatem
relaxatur. Et aduerte; quia quędam eſt indulgentia priuata, quam facit quilibet ſacerdos
audiens in confeſſione, & pœnitentiam iniungens, ſecundum ea, quæ latius dicta fuerunt in
.c. omnis. ſ. eod. & de hac non tractamus hic.
Alia eſt generalis, & ſolemnis, de qua hic agimus. Circa ſecundum principalem articulum,
10 quis poſſit † iſtas generales, & ſolemnes indulgentias cōcedere. Glo. noſtra hic in fin. dicit,
ꝙ ſolū Epiſcopi, & alij ſuperiores poſſunt eas
concedere. Quod probat in. c. pręced. in fi. Inferiores ergo ſecundum glo. non poſſunt eas
concedere; quia hæc cōceſſio eſt dignitatis epiſcopalis, vt in. c. accedentibus. ſ. de exceſ. pla.
& hoc etiam tenet. D. m. in. c. præce. Hoc tamen limitat hic glo. noſtra, niſi ex ſpeciali conceſſione, hoc eſt, ex priuilegio, vel alia legitima
cauſa

cauſa, puta, præſcriptione, vel conſuetudi-
ne, hoc etiam cōpetat alijs inferioribus Præ-
latis, vt.d.c. accedentibus. & .c. quanto. &.c.
nullus.allegatis in glo. Et ſic videtur glo. noſtra
11 ſentire, ꝙ hæc poteſtas poſſet † quæri præſcri-
ptione, & conſuetudine. Pro quo facit, ꝙ not.
Hoſti.in.c.conquerente.ſ̃.de offi. ordi. vbi di-
cit, quòd Abbas poteſt quærere conſuetudine,
vt poſſit confeſſiones audire, & pęnitentias in-
iungere. Sed Gaſp. Calderi. hic tenet con-
trarium, dicens, quòd hæc poteſtas non poteſt
quæri præſcriptione, aut conſuetudine. Moue-
tur, quia per eam rumperetur neruus eccleſia-
ſticæ diſciplinæ.ſ̃.de conſue.c. cū inter. Secun-
do mouetur, quia hoc competit Epiſcopis, er-
go non inferioribus.ſ̃. de offi.ordi.c.quoniam
in pleriſq;. Tertio, quia ſecundum Inno. &
Hoſti. in .c.cum contingat.ſ̃. de fo. compe. ꝙ
12 dicitur, quòd † conſuetudine poteſt quæri iu-
ridictio, intelligitur de modica. Vnde volunt,
quòd cōſuetudine nō poſſit inferior poteſtatē
querere deponendi clericos, arg. ſ̃. de elec.
trāſmiſſam. & de conſue.c.quanto. Subdit ta-
men idem Gaſpar, ꝙ fortè poſſet diſtingui, ꝙ
aut loquimur in pręlato habente iuriſdictionē
Epiſcopalem, vel quaſi, & procedat prima opi.
argu. not. in cle. 1.de rebus eccle. Aliàs ſecus.
& ſic procedat vltima opi. Sed finaliter con-
cludit, quòd licet diſtinctio valeat, putat ta-
men primum ſuum dictum verius eſſe, quòd
non poſſit præſcribi, & conſuetudine quęri.
Quę opi. apud me eſt ſatis dubia. & potius
inclinarem in ſententiam contrariam; quia iſta
poteſtas non dependet à poteſtate ordinis epi-
ſcopalis, vt infra ſubijciam in ſeq. quęſt. Et vt
communiter* tenent Doct. ergo debet poſſe Cōm.op.
pręſcribi; quia quantuncunq; ſit magna, etiam
ſi ſit dignitatis epiſcopalis, dūmodo non ordi-
nis, videtur poſſe quęri pręſcriptione, & con-
ſuetudine, per ea quę notant Docto.in .d.c.ac-
cedentibus. & quę ibi dixi poſt .D. m. & in .c.
13 auditis.ſ̃.de pręſcrip. Nā & ea quę ſunt † meri
imperij, poſſunt conſuetudine quæri, ſecūdum
veram opi. quam ſecutus fui in .d.c. cum con-
tingat.ſ̃.de fo. compe. in pri. articu. Licet ali-
qui contrarium teneant. Et ad declarationem
prædictorum, vide ꝙ ibi dixi. Et ſaltē hæc opi.
videtur admittenda in ijs Prælatis, qui epiſco-
palem, vel quaſi epiſcopalem iuriſdictionē ha-
berent, ſub tali modo, & forma, per quam ec-
cleſiaſticę diſciplinę neruus minimè frangere-
tur; quia alias cōſuetudo non valeret, vt in pri-
mo motiuo Gaſpar. Caldari. Sed quæro cir-
14 ca prædicta, vtrum electus, † & cōfirmatus poſ
ſit indulgentias concedere. Sol. Hoſti in. d. c.
accedentibus. videtur ſentire primo, ꝙ nō poſ-
ſit. Deinde videtur tenere cōtrarium, dicēs, ꝙ
hæc poteſtas non eſt ordinis epiſcopalis, & di-
gnitatis. & non firmat pedes. Ioan. Andr.ibi,
prolixè proſequit̃ hanc quæſt. recitādo Fran-
ciſcum verſellen. ad quod vide quę latè ibi dixi.
& finaliter Ioan. Andr.ſequitur ibi, beat. Tho.
ſuper quarto ſentētiarum diſt. 20. articu. 3.qui
15 dicit, ꝙ effect⁹ clauis iuriſdictionis, † eſt remiſ-
ſio, quæ fit per indulgentias; cum talis remiſ-
ſio non pertineat ad diſpenſationem ſacramen-
torum; ſed ad diſpenſationem bonorum com
16 munium eccleſiæ. Ex quo infert, ꝙ Legati, † ēt
non ſacerdotes, poſſunt indulgentias facere, vt
ipſe tradit ibidem eadem diſtinctione arti.4.
Et hoc, ꝙ dicit de Legato, videtur etiam hic ſen
tire glo.noſtra circa medium. Nec mirū; quia
hęc poteſtas concedendi indulgentias cōcernit
ſolum iuriſdictionem, quam poſſunt habere,
etiam non ſacerdotes, iure legationis, & ordi-
nariæ poteſtatis; ita quòd, ſatis eſt electos, ac
confirmatos eſſe, licet nondum conſecratos. Et
quanuis non ſint ſacerdotes tamē benè poſſunt
eas concedere; quia pertinent ad clauem iuriſ-
dictionis, & non ordinis. Quāuis talis non con
ſecratus, & non ſacerdos, non poſſet abſoluere
17 in foro pęnitentiali; quia † illud depēdet à cla-
ue ordinis, vt dixi in.c.omnis. ſupra eo. Facit
quod in ſimili nota. in .c. nobis.2.infra de ſen.
excom. nam prælatus, etiam non ſacerdos, po-
18 teſt † abſoluere à ſententia excommunicatio-
nis, prout in hoc exercet clauem iuriſdictionis.
Sed non poteſt abſoluere in foro pœnitentiali,
ex quo non habet clauem ordinis. Et ex predi-
ctis infertur, ꝙ hæc poteſtas cōcedendi indul-
gentias, poteſt cōcedi non ſacerdoti, & etiam
committi. Et hoc mihi ſatis placet. & vide quæ
dixi in.d.c. accedentibus. Et hanc opi. tenēt
Land. & Zaba. in cle. 1. in fin. de reliq. & vene.
ſanct. & conſuluit Oldra. conſ. 73.per .c.tranſ
miſſam. ſupra de elec. & ibi etiam allegat bea-
tum Tho. hoc tenentem. Et vide, ꝙ tradit
Hoſti. in ſum. in tit. de remiſ.§.quis. in fin.vbi
dicit, quòd licet non ſacerdos poſſit cōcedere,
tutius tū facit, ſi abſtineat. & hoc ēt ſequitur
Gaſpar Cald. hic. Vlterius etiam quęritur cir-
19 ca pędicta, vtrū Capitulum † ſede vacante poſ
ſet concedere literas indulgētiarum. Sol. qui-
dam voluerunt ꝙ ſic; cū talis conceſſio ſit iuriſ
dictionis, vt dictum eſt, & Capitulum ſuccedit
in iuriſdictionalibus. Alij tenent contrariū. Et
hanc vltimam opi. videtur ſequi Ioan. Andr.in
.d.c. accedentib⁹.ſ̃. de exceſ. pręla. Nec obſt.
20 argu. factū in contrariū; quia nō † omnia quę
ſunt iuriſdictionis, traſeunt in Capitulum ſede
vacante; ſicut eſt deponere clericum, vel agere
quid ſimile.79. diſt.c.nullus.2. Et hanc opi. te-
net Archid. in .c.1. eod. tit. lib. 6. et ſequitur
Bal. & Zaba. in cle. 1.de hęreti. ſequitur etiam
Gaſpar Cald. hic. cum hoc non reperiatur iure
cautum, ꝙ Capitulum poſſit. & theſaurum ec-
cleſię non diſpenſat, niſi ille cui reperitur eſſe
commiſſum. & ſatis placet. Poſtremo aduerte
quò ad hunc ſecūdum principalem articulum
ad vnam regulam, quam ſentit tex. in .c. quod
21 autem. ſupra eo, ꝙ ille † qui non poteſt edifi-
care, vel ſoluere non poteſt indulgentias conce
dere. Ex qua regu. infertur, ſecundum Cal. ꝙ
excommunicatus, vel hęreticus non poteſt in-
dulgentias concedere. de pęn.diſt. 1.c.verbum.
.24. q. 1.c. audiuimus. Quinimò dicit Calda.
ꝙ fa-



ꝙ facilius quis poteſt ligare, vel ſoluere, quàm
poſſet indulgentiā cōcedere. Quod patet, quia
non ſubditum delinquentem infra diœceſim
poterit quis ligare.ſ̃.de rapto.c.1. 3.q.6. c.1.
.6.q.3.c.placuit. & infra titu. proxi.c.nuper.&
tamen non poteſt non ſubdito literas indul-
gentiarum concedere, vt dicam infra in quar-
to principali articulo. Et eſt etiam aduerten-
22 dum, quòd poteſtas † quā habet Papa, & alij
Pręlati circa indulgentias cōcedendas, deſcen-
dit ab illo priuilegio, quodcūq; ligaueris ſuper
terram &c. Sicut enim Papa poteſt facere con
ſtitutiones, quæ obligant cōtrafacientes ad pœ-
nam, vt.ſ̃.de maio.& obe.c.2.ſic etiam poteſt
indulgētias cōcedere, & peccata remittere. Et
licet veteri teſtamento, vel ante tempus gratiæ
hæc non fierent, eſt tamen credendum, quòd
quandoq; fiebant; ſed non ita frequenter; eo ꝙ
erant viri magis perfecti, nec egebant in tātum
talibus indulgentijs, ita dicit Ioan. Andr. in .c.
quod autē. ſ̃. eo. Circa tertium principalem
23 articulum, quātas, † & quales indulgentias poſ-
ſunt prælati cocedere, colligi poteſt ex tex. in
.c.præce. Sed pro ipſius clariori declaratione.
Quæro primo de Papa. Sol. dic, ꝙ poteſt con-
cedere quantas, & quales vult; quia in ipſis, &
in talibus ipſe habet plenitudinem ptātis, vt in
.c.præce.in fi. Quod tamē intelligi debet, dum
modo illud agat ex iuſta cauſa, & claue non er-
rante; quia cum hoc ſit quædam diſpenſatio
.1.q.7.c.& ſi illa. ſequitur, quòd debet fieri cū
cauſa; quia aliàs eſſet diſſipatio, & non diſpen-
ſatio. & peccaret diſpenſans, nec valeret diſpen
ſatio, vt not. in.c.non eſt.ſupra de voto.& not.
Inno. in .c.cum ad monaſterium.ſ̃.de ſta. mo.
24 Secundo quæro, quid † de legato. Sol. Spe. in
tit. de lega .§. ſupereſt. ver.ſed nunquid in iu-
re legationis. & ſeq. dicit, quòd propter reue-
rentiam Cōcilij generalis de quo in.c.præced.
Legatus, etiam de latere, debet ſe conformare
alijs ṗlatis. Quaſi velit dicere, quòd iure lega-
tionis non poteſt dare, niſi quadraginta dies.
Excepta conſecratione, in qua poterit annum
concedere. & ſequitur etiam hic Cal. Tertio
25 quæro, quid de alijs † inferioribus ordinarijs.
Sol. patet ex ijs quæ habentur in.c.præcedē. in
fi.nam Primates, Metropolitani, & Epiſcopi in
dedicatione eccleſiarum, poſſunt annum conce
dere, & non vltra. Etiam ſi à pluribus Epīs ba-
ſilica dedicetur, vt ibi. In anniuerſario verò cō-
ſecrationis eccleſiæ, & cæteris cauſis, & caſib⁹,
non poſſunt niſi quadraginta dies concedere,
aliquando annum, & quandoq; annum, & qua-
draginta dies concedere, vt ibi. Et quanuis In-
no. & Hoſt. hic videantur velle, quòd in celebra
tione miſſæ ſoliti ſint concedere, aliquando an-
num, & quandoq; annum, & quadraginta dies.
Tamen dictum eorum debet intelligi in Papa;
& non in alijs prælatis inferioribus. Quanuis
d.Anto.aliter eos referat, & male. Et hęc pro-
cedunt in indulgētia publica, & ſolemni. Secus
in penitentiali, in qua etiam proprius ſacerdos
poteſt plures annos cōcedere; Dummodo di-
ſcretè agat, ſecundum Inno. & Ioan. Andr. in
.c.præced.& tenet etiam Io.And.in.c.fi.eo.tit.
26 lib.6. Quarto quæro, quid ſi † inferiores con-
cedunt indulgentias vltra debitum numerum,
an valeant. Sol.glo.fin.in.c.pręced.arguit pro,
& contra, & videtur inclinare in partem affir-
matiuam. Tu dic, quòd veritas eſt in contra-
rium.& hodie eſt tex.apertus, quòd non tenent
in.d.c.fin. Quinto quæro, vtrum talis indul-
27 gentia conceſſa † ab inferiore vltra taxatum nu-
merum, ſaltem valeat vſque ad conceſſum nu-
merum. Sol.glo.fin.in.d.c.fina. eod.tit. lib.6.
arguit pro, & contra, & concludit quòd valeat
vſq; ad taxatum numerum. & ſequitur ibi Ar-
chid.per not.in.c.vni.§.1.in fi.de deſpon. im-
pub.lib.6.&.12.q.5.c.quia Ioannes.17.q.4.c.
quęſti.1.q.1.c.nonne. de conſec. diſt.3.c. ſinō
ſanctificatur.in fin.& per reg. odia. de reg.iur.
lib.6. Sed Io.Mo.in.d.c.fin.tenet contrarium,
dicens, quòd non tenet etiam vſque ad taxatū
numerum. Et quòd hoc procedit propter indi
28 ſcretionem concedentis; quia † faciens contra
conſilium, non debet conſequi, quod intēdit,
etiam in parte, per.l.ſi ab hoſtibus.in fi.ff.ſolu.
matrim. Et quia hoc non procedit à iure com-
muni, ſed ex gratia licet in corpore iuris clauſa.
ſ̃.eo.c. quod autem.&.c.præced. Et ſic videtur
habere locum illa regula, ſi non valet quod ago
vt ago, nec debet valere, vt valere pōt. Quare,
cum hæc ſit gratia, propter partis peccatum,
29 in toto fiet indebita; quia in facto † animæ
reus in vno, reus eſt quò ad omnia, ex quo pri-
uatur gratia. j̃.de reg.iur.c.defleat.& ſic reſidet
Io.And. Sed quęſtio videtur mihi ſatis dubia,
& diſputabilis. Prima tamen opin. eſt beni-
30 gnior. Sexto quæro, quid ſi plures † Epiſcopi
cōcurrunt in dedicatione eccleſię, & vnuſquiſq;
concedit annum, vtrum valeat quò ad plures
annos. Et ſimilis pōt formari de quadraginta
diebus. Sol.tex.in.c.præced. videtur expreſsè
concludere, quòd non valeat vltra annum. In
contrarium tamen facit.11.diſt.c.palam. & ibi
glo. fina. Sed dicit Io.And. in.c.fina.eod.tit.
lib.6. quòd quanuis prima frōte videretur hoc
dicendum. Tamen Papalis reſtrictio aliud di-
ſpoſuit. & iſta eſt communis* ſententia. & ra- Cōm op.
tiones vide ibi per eum in nouella. Et hoc pro-
cedit, quando plures Epiſcopi concurrerent.
31 Sed ſi concurrerēt Archiepiſcopus, † & Epiſco
pus, & quilibet daret annum. Dicit Hoſt. quòd
cæteri prouinciales habebunt annum, ſubditi
Epiſcopi biennium. Sed hanc opin. reprobat
Hoſt.eo quòd ſequeretur, quòd ſi omnes Epi-
ſcopi prouinciæ vnà cum Archieſcopo conue-
nirent ad cōſecrationem vnius eccleſiæ, & qui-
libet daret annum, quilibet ſubditus haberet
plures annos, & ideò non debet valere. Et in
hanc partem potius videtur inclinare Archid.
in.d.c.fi. Licet nō loquatur clarè. Sed ipſum fir
mat ibi Io.An.in nouella.& Cald.hic. Qui ſub-
32 dit, quòd ſi † Legatus, & Epiſcopus concederēt
annum, vel quadraginta dies, quòd tunc tem-
pus erit duplicatum; quia Legatus hoc faciens,
videtur

videtur concedere authoritate Papæ. Sed ſi Pa-
pa concederet, intelligeretur conceſſum aliud
tempus ab eo, quod concederet Epiſcopus, vel
Archiepiſcopus. Ergo vltra tempus cõceſſum
ab Epiſcopo, augebitur indulgentia in tempo-
re conceſſo à Legato. Vltimo circa iſtum arti-
33 culum quæritur, vtrum † iſte annus, ſeu quadra-
ginta dies, vel pauciores, ſecundum quod con-
tinetur in literis indulgentiarum, ſit vtilis, ſeu
vtiles. Sol. Innocẽ. circa hoc inſtat, & tandem
concludit, quòd dies debent eſſe vtiles. Annus
verò ſecundum ꝙ continetur in indulgentia.
Sed tu dic de hoc, vt dicam in ſexto prin. artic.
Circa quartum articulum, quibus concedi poſ-
34 ſint † indulgentiæ, & quibus proſint, pro ipſius
clariori declaratione. Quæro primo, an ad
hoc, vt proſint, exigatur, quòd is qui facit actũ,
vel operam, ob quam, vel quem indulgentia
conceditur, ſit ſubditus concedentis indulgen-
tiam. Sol. tex. videtur expreſſus, quòd exigĩt,
quòd ſit ſubditus, in. c. quod autem. ſ. eod. ibi,
dum tex. dicit, is qui remittentibus ſubſunt. Et
35 ſic concluditur, quòd indulgentia † non prodeſt
non ſubdito; ex quo concedens nullam habet
in illum iuriſdictionem; quia qui non poteſt li-
gare, non poteſt abſoluere, & econtrà. & ita di-
cit glo. magna. in. c. nuper. ĩ. tit. prox. vbi etiam
glo. aſſignat aliam rationẽ, & aliam hic aſſignat
Hoſti. Quare indulgentia licet fauorabilis, re-
ſtringitur ad ſubditos; videlicet, ne vileſcat ec-
cleſiaſtica iuriſdictio, & eneruetur pœnitentia-
lis ſatisfactio, vt in. c. præceden. Et aduerte, ꝙ
36 talis † indulgentia non prodeſt non ſubdito;
etiam ſi exerceat actum pium, per quem conce
ditur indulgentia; quanuis exerceat. ĩ. diœce-
ſim concedentis, vt eſt tex. in. d. c. quod autem.
Hæc tamen procedunt in inferioribus à Papa.
37 Sed in Papa ſecus eſt; eo quòd † quilibet eſt
illi ſubditus. 9. q. 3. c. cuncta per mundum. &
. c. per principalem. Et ideò quilibet gaudet in-
dulgẽtijs ab eo cõceſſis. Niſi ſint aliter reſtrictę,
fortè ad habitatores certi loci. Item prædicta
38 procedunt, † quando ſuperior qui exercet actũ
pium in aliena diœceſi, per quem alienus Diœ-
ceſanus cõceſſit indulgentiã, non cõceſſiſſet ipſi
ſubdito ſpecialiter illam indulgẽtiam. Secus ſi
ſpecialiter indulſiſſet, vt eſt tex. in. d. c. ꝙ aũt. in
in fin. Ex quo infertur ſm. D. m. ꝙ iſti qui pe-
regrinãtur, cautè agunt, ſi à ſuperiori ſuo reci-
piunt poteſtatem vtendi indulgentijs aliorum
locorũ, & aliorum Epiſcoporũ. Quod quidam
intelligunt, dũmodo talis ſuperior ſit Epiſco-
pus. Alij vero volunt, ꝙ hoc poſſit etiam pro-
prius Sacerdos, qñ iniungit pœnitentiam ſuis
parochianis, vt poſſit illis concedere, ꝙ tales
remiſſiones, & indulgentiæ proſint ſibi, & li-
berentur à peccatis. quod tenent Ioan. An. &
. D. Anto. in . d. c. ꝙ autem. Et hoc mihi ſatis
placet, eo, ꝙ tex. ibi, non loquitur per verbum
Diœceſani, aut Epiſcopi; ſed loquitur per ver-
bum proprij iudicis; & ſic videtur ſatisfacere
proprius Sacerdos, per tex. in . c. omnis. ſ. eo.
Secundo quęrũt, pone, Epiſcopus Senen. con-
39 cedit † indulgentias conferentibus, ſeu eleemo
ſinam dantibus ad cõſtructionem pontis, qui
fit ſupra Tiberim, pro eundo ad indulgentiam
beati Frãciſci de Aſiſio. vel qui fit ſupra Rho-
danum, pro tranſitu peregrinorũ; & indulgen-
tias iſtas cõcedit abſq; licẽtia illius Diœceſani,
in cuius diœceſi pons cõſtruitur, Quærĩt vtrũ
talis indulgentia proſit Senen. conferentibus,
ſeu eleemoſinam dantibus pro cõſtructione il-
lius pontis. Oldra. conſ. 73. ꝙ incipit, quæri-
tur ſi Prælatus. latè proſequitur hanc quęſtio-
nem, & primo arguit pro parte affirmatiua.
Deinde arguit in contrarium pro negatiua,
quòd non proſunt; & finaliter concludit pro
hac parte per multa iura, & rationes. Et
ipſius opi. ſequitur etiam hic Gaſpar. Cald.
per regulam illam vulgatam, quòd extra iu-
riſdictionem &c. vt in. c. 2. in fi. de conſti. lib. 6.
Et per tex. in. c. quod autem. ſ. eo. & ex pluri-
mis alijs rationib⁹ quas per eum videre potes.
Ex qua deciſione ſequitur, quòd indulgentię
40 dicto modo conceſſę, † non videntur conceſſæ
perſonis, ſed loco; quia ſi perſonis intelligeren
tur conceſſæ, ſaltem ſubditis prodeſſent; ſed
quia principaliter videntur eſſe conceſſæ loco,
& locus eſt extra iriſdictionem concedentis,
meritò cõceſſio nihil operatur. Niſi accedente
conſenſu, & conceſſione Diœceſani ipſius loci.
Nec obſt. ſi opponeretur, quòd cum locus ca-
reat anima rationali, non videtur cõceſſio fie-
ri loco, ſed perſonæ; quia reſpondetur, quòd
licet perſona habeat effectum indulgentiæ, ta-
men propter hoc non ſequitur, quòd dicatur
conceſſa perſonæ; quia hic agitur de cõceſſio-
ne, & non cui proſit; vnde ſufficit, quòd locus
ſit capax illius cauſæ, propter quam indulgen-
tia conceditur, videlicet, vt ſit capax eleemoſi-
nę, quæ datur ad illius conſtructionem. Sicut
41 in ſimili dicimus, quòd illud, quod legatur † ad
honorem ciuitatis, intelligitur relictũ ciuitati,
licet ciuitas illius non ſit capax. Exemplum, ſi
legatur prandium ciuibus, ſeu ciuitati pro ijs
qui tali die tales exercuerunt. Nam licet ciui-
tas non bibat, aut comedat, tñ eſt capax illius
honoris, meritò relictum intelligitur factum ci
uitati, vt in . l. ciuitatibus . ff. de lega. 1. Item fa
cit, quòd in ſimili dicimus de relictis factis pro
luminarib⁹, vigeſimo, vel trigeſimo die, vel alias
intuitu diuini officij; quia licet legatum cedat
perſonis, tñ quia fit ad honorem, & cultum ec-
cleſiæ, ipſi eccleſię videtur eſſe relictum, vt in. c.
requiſiſti. & . c. fin. ſupra de teſta. Simile etiã
42 in priuilegio † immunitatis eccleſiæ conceſſo
de ipſis ad eam cõfugientibus, ꝙ tamẽ dicitur
conceſſum eccleſiæ, vt ſupra de immu. eccle. in
. c. fin. & per totum, & in . l. præſenti . C. de his
qui ad eccle. confug. Et ſi conceditur priuile-
gium eccleſię, quòd ipſius clerici non poſſint
excommunicari, dicitur priuilegium cõceſſum
loco, licet locus non poſſet excommunicari, vt
in ſimili in . l. 1. ff. de cenſi. Sit ergo concluſio,
quòd cum talis indulgentia videatur cõceſſa lo-
co, & non perſonę, & locus ſit extra territo-
rium



rium talium indulgẽtia non valet, etiam reſpe-
ctu ſubditorum, nam talis indulgentia, eſt
43 quoddam priuilegiũ, & ſic, lex. licet † priuata,
& ſpecialis . 3. diſt. priuilegia, quæ lex differt à
lege communi ſicut genus à ſpecie. Sed per le-
gem non poteſt quis locum non ſubditum in-
cludere, vt in . l. 1. C. de ſum. trini. & in . c. 2. in
fin. de conſti. lib. 6. Ergo nec per priuilegium;
44 quia † à quo remouetur genus, remouetur
quælibet etiam ſpecies, vt not. in regu. in to-
to de reg. iur. lib. 6. cum ſimil. Tertio quæro,
45 vtrum concedens † indulgentiã poſſit illa vti,
vt ſibi proſit. Spe. in tit. eo. ver. quid ſi ipſe. te-
net, ꝙ non; quia cũ ſit iuriſdictionis meritò nõ
põt illam quis in ſeipſum exercere, arg. c. debi-
tũ. de Bap. & ei⁹ effec. nec debet eſſe Iudex in
cauſa ꝓpia, & quia pro dicto facto poſſet remit
tere omni peccatori. Præterea nõ põt ſeipſum
excoĩcare, aut ligare, ergo nec abſoluere, & hoc
tenuerũt Vincen. & Io. An. in. c. cũ ex eo. ſ. eo.
Io. & Gaſp. Cal. referunt hic, bea. Tho. ſuper. 4.
ſen. q. 20. argu. 5. tenere contrariũ; quia indul-
gentia debet cõcedi ex aliqua cauſa, vt dicã in-
fra in. 5. prin. artic. Vnde vtitur ipſe concedens
ipſa indulgentia, tanquã conceſſa in vtilitatẽ di-
uerſorũ, quia ad ſuam priuatã, non põt conce-
46 dere. Non ob. ꝙ nullus † poteſt in ſe iuriſdi-
ctionem exercere; quia iſtud eſt verum, ſecun-
dum bea. Tho. de actu, ipſius directè iuriſ-
dictionis, vnde per modum ſententiæ, non
poſſet ipſe ſibi ipſi remittere pœnam; ſed benè
poteſt ipſe in temporalibus, & ſpiritualibus,
vti illis, quæ dantur ratione iuriſdictionis, dat
ſimile in ſpiritualib⁹. Quia ſicut ſacerdos vtĩt
Euchariſtia, quã etiam alijs diſpenſat; ita Eṗs
põt ſibi accipere ſuffragia eccleſię, quæ alijs diſ-
penſat in tẽporalib⁹; ponit exẽplum, quia quis
videt, & id operatĩ propter lumẽ, & elementum
47 accenſum. Præterea licet † Epiſcopus non
poſſet ſeipſum excommunicare, poteſt tamen
ligari ſentẽtia excõmunicationis lata per ſuum
ſtatutum, ſecundum Archid. in. c. 2. de conſti.
Com. op. lib. 6. In contrarium tamen facit; quia* com-
munis opinio in . d. c. 2. eſt quòd ſtatutum non
comprehendat eum, & ſic, nec ligetur ẽt pro-
prio ſtatuto, de quo dicam infra in materia ex-
communicationis, in quinto, & decimo prin-
cipalibus articulis, quos ordinabo in rubr. de
ſen. excom. & ſic ſm hanc commu. * opi. vi-
videretur, ꝙ non procedat opi. beati Tho. Sed
poteſt reſponderi; quia poſita ẽt coĩ. opi. præ-
dicta, pro ea tñ non obſt. quia ſtatutũ illud ſolũ
habet effectũ ex iuriſdictione, & poteſtate Eṗi.
48 Sed remiſſio † pœnę, quæ fit per indulgentiam
recipit efficaciam, & ſurgit ex theſauro merito-
rum Chriſti, & ſanctorũ, vt dicã in . 6. prin. arti.
Et ideò ſm bea. Tho. nõ eſt in poteſtate Eṗi, ni
ſi vt in diſpenſatore, qui cum ex cauſa legitima
generaliter diſpenſet põt, & ipſe vti tali diſpen-
ſatione, vt pars multitudinis; ſed contra hanc
concluſionem opponit Calda. hac indulgentia,
& diſpenatione non gaudent, niſi ſubditi, vt di-
xi in prin. huius articuli; ſed quis non eſt ſub-
ditus ſibi ipſi, ergo &c. Sed dicit ipſe ꝙ quan-
uis hoc argu. tãquam difficile faciat ipſum du-
bitare, tñ poteſt reſponderi dupliciter, vno mo-
do ꝙ ſatis ad hoc, vt indulgentia quis gaudeat,
ꝙ negetur non ſubditus, pro quo facit ſumma-
rium Ioan. An. in. c. ꝙ. autem. ſ. eo, ꝙ ibi ſum
maui. Secundo reſpondet, ꝙ iſte cõcedens fe-
cit, vt miniſter, & vt Prælatus, & nunc vtẽs par-
ticipat indulgentiam, vt ſubditus, & vt priuat⁹.
Facit. l. ſi conſul. cum. l. ſeq. ff. de adop. Et hanc
opi. ſi rectè memini, tenet etiam Ioan. An. in
addi. Spe. eo. tit. ſed ad præſens videre nõ po-
49 tui. Quarto quæro, vtrum † indulgẽtia pro-
ſit mortuis, & procedit quæſtio de his qui ſunt
in purgatorio, quia exiſtentibus in Paradiſo nõ
ſunt neceſſariæ, & in Inferno nulla eſt redẽptio,
pone ergo, ꝙ aliquis facit actum requiſitum ad
indulgentiã, vt illam participat exiſtenti in Pur
gatorio, vtrũ talis indulgentia proſit illi. Sol.
Inno. & Io. An. in. c. ꝙ. aũt. ſ. eo. tenẽt, quòd
non proſit per tex. illum qui dicit, non ſuo Iu-
dice, vnde inferunt, ꝙ cũ tales non habeant Iu-
dicem in terris, ſed diuino iudicio ſunt relicti.
24. q. 2. c. 1. meritò indulgẽtiæ eis non proſunt,
nec eſt contra. 13. q. 1. c. tempus. & . c. animę, &
de pœni. diſt. 6. §. 1. in quibus dicĩt, ꝙ oratio-
nes, eleemoſinę, ieiunia &c. ſuffragia proſunt
exiſtentibus in Purgatorio, & habetur Macha.
vir fortiſſimus Iuda collatione facta. Nam re-
ſpondetur, quòd hæc non procedunt ratione
fori, vel iuriſdictionis, quæ exercetur à conce-
dente indulgentiam, ſed ſolum procedunt ab
actu caritatiuo. Volunt tamen præfati Docto.
ꝙ ſi quis pro illis faceret talia opera pia in loco
indulgentiæ, ꝙ plus valerent defuncto, quàm
ſi alibi fierent. Prædicta tamen dicunt proce-
dere in indulgentijs per inferiorem conceſſis.
50 Sed † ſi Papa concederet, videntur prodeſſe,
etiam defunctis; vnde dicunt Theologi, quòd
non occurrit ratio, quare nõ poſſit eccleſia the
ſaurum ſuum communicare defunctis, ſicut vi-
uis, & ſequitur hic . D. Anto. Hoſtien. verò in
ſum. in tit de remiſſi. §. quibus. dicit, quòd in-
dulgentiæ ſolum proſunt viuis, & non defun-
ctis; quia poteſtas clauium non habet ibi lo-
cum, nec obſtat, quòd eccleſia ſoluit, & li-
51 gat † poſt mortem . 24. q. 2. c. ſanè. 2. & infra
titu. proximo . c. à nobis . 2. quia illa non eſt
propria ſolutio; ſed eſt declaratio, per quam
defunctus mediantibus ſignis contritionis de-
monſtratur fuiſſe ſolutus, et fit talis abſolu-
tio, ad conſolationem viuorum. Gaſp. Calda.
dicit, quòd ſalua papali determinatione, quòd
tales indulgentiæ non proſint illis directè, ſcili-
cet, vt habeant omnem effectum indulgentiæ,
quem habent viui ex indulgentia; ſed benè
proſint indirectè, tanquam ſuffragium ordinis
eleemoſinę, vel alterius piæ operę, nam aduer-
tendum eſt, ſecundum quòd dicunt Theologi
viatores, cũ exiſtentibus in purgatorio, licet nõ
communicent impoſſibilitate peccandi, tamen
communicant in charitate . 25. diſt. qualis. 13.
. q. 2 in præſenti, ex quo ſequitur, ꝙ cum ſint in

pœnalitatibus alieno indigent auxilio, & quia
ſunt in charitate poſſunt ab alijs iuuari. Sed
quia non poſſunt ſibi aſſumere pœnam volun-
tariam, per quam admittantur ad ſatisfactionẽ,
& per eam ad viſionem beatorum eccleſia mi-
litans, poteſt eos iuuare cõmunicando illis pia
opera, & merita viuorum. Sed quia in illis ec-
cleſia non habet ptãtem, hoc non põt per mo
dum auctoritatis, per quã directè iuuatur; ſed
benè ex caritate per modum ſuffragij, vñ rogã-
do Deum pro illis, & eleemoſinas, & ſimilia
opẽra faciendo poſſunt ab illa iuuari. Quinto
52 quæritur † an religioſis proſint indulgentiæ, &
videtur dicendum, quòd non, quia non habent
nec velle, nec nolle .22.q.1.in.c.2.q. in.c.non
dicatis, & maximè ſi conſiſterent in vagatio-
nibus, quia eis non debet dari materia vagan-
di .16.q.1.c.placuit.2.& in .c.2.ne cle. vel mo.
lib.6. Sol. Calda. hic tenet contrariũ; quia eccle
ſia non debet eis nocere, ſed prodeſſe, arg. not.
per Inno.§.de vo.c.ſcripturæ. dummodo ſint
in charitate, & ſic faciant de licentia ſuorũ præ-
latorum, & ſic non obſtat primum argumentũ,
nec ẽt ſecundum; quia cum accedat licentia, &
hoc agat in caritate tollitur omnis vagatio, &
hoc ẽt procedit, dummodo poſſint adimplere,
ꝙ requirit indulgẽtia. Nam ſi requireret ero-
gationẽ denarij deberent illud facere de licen-
tia Prælati; cum ipſi aliàs nihil habeãt, & mihi
53 placet. Sexto quæro, vtrum † indifferenter
omnibus ſubditis proſint indulgẽtię. Sol. dic,
ꝙ non; ſed ſolum verè pœnitentib⁹. Excõmu-
nicatis ergo, hęreticis, & in peccato exiſten
tibus nõ ꝓſunt ſm Doc. Ad hoc enim, vt quis
poſſit gaudere indulgentia, oportet, ꝙ ſit in ca-
ritate, aliàs non põt gaudere .24. q.2.c.legatur
de pœ.diſt.1.c.neminem. & .c.omnis qui. Ad-
uerte tamen, quia dicit .D.m. in.c.omnis.§.eo.
ꝙ licet indulgentiæ cõcedantur verè pœniten-
tibus, & confeſſis, tñ proſunt illis, qui fuerunt
confeſſi ſemel in anno, & habent propoſitum
confitendi, & contritionẽ de peccatis præteri-
54 tis, nam iſti † dicuntur vere pœnitentes, ex quo
habent contritionẽ, & verè confeſſi, & iterũ ha
bent aliud propoſitum confitendi, argu. dicto-
rũ iurium, & in.c.magna. de pœ.diſt.1. Septi-
55 mo quæro, vtrũ † indulgentiæ proſint eis, qui
non faciunt perfectum actum, per quem indul-
gentia eſt cõceſſa, ſed faciunt partẽ, vt puta de-
bent ſoluere centum, & ſoluunt quinquaginta,
vel debet ire Romã, & vadunt vſq; ad Viterbũ.
Sol. Cal. hic, arguit ꝙ proſunt; ſed tandem de-
terminat in contrarium; quia indulgentia ope-
ratur, ſm concedentis intentionẽ, & ipſius in-
dulgentiæ formam. Item quia remota cauſa,
propter quam aliquid fit ceſſat ipſius effectus;
ſed in caſibus ꝑdictis ceſſat finis, propter quem
principaliter indulgẽtia eſt data, videlicet ero-
gatio tãte pecuniæ, & actualis viſitatio, & mihi
placet; quia ad hoc, vt quis patiatur relicto, vel
hæreditate, vel re permiſſa ſub conditione, ſi
centum dederit, illa non petitur, quanuis de-
derit nonaginta nouẽ. Sed nunc inſurgit vnũ
dubium, vtrum ſaltem pro parte debeat valere,
& prædicta probantur in.l. mæuius. & in .l. cui
56 fundus.ff. de condi. & demo. & an † ſaltem pro
parte acquiratur indulgentia, & quid iuris, ſi in
duabus vicibus quis adimpleuit actum, per quẽ
indulgentia cõceditur, an taliter adimplens de-
beat indulgẽtia gaudere, potes colligere ex his,
quæ dixi in .c.ſuam.§. de pœnis. attendendo,
& ponderando formã conceſſionis. Poſtremo
57 pone, aliquis † ductus cõmuni opi. credebat
indulgẽtiam verã, & ob eam dedit eleemoſinã,
vel ſimilem actum pium fecit, quęritur an con-
cedatur indulgentia, quæ in rei veritate non
erat. Sol. Oldra conſ.77. arguit primo, & ſic;
quia probabilis error excuſat, & iſte error vide-
tur, qui deſcẽdit à cõi opi. de quo latè tradit in
.l. Barbarius.ff. de offi. præto. ipſe tñ decidit in
58 contrariũ; quia † veritas præfertur opinioni, &
maximè in ſpiritualib⁹, de quo dic, vt ibi, lati⁹
per eũ, & adde quę dicã in fi. ſeq. articuli. Circa
59 quintũ principalẽ articulum, quę requirant, † vt
indulgẽtiæ ꝓſint, varij, varia cenſerũt Io. An. p⁹
Inno. dicit, ꝙ requirũtur ſex. Primo, in conce-
dẽte poteſtas litigandi, & abſoluẽdi. Secundo,
neceſſitas loci, & petẽtis; quia ieiunare nõ põt,
vel aliam pœnitentiam agere. Tertio, deuotio
fidei, videlicet, ꝙ poteſtatẽ hãc credat eſſe apud
eccleſiam. Quarto, ſtatus pœnitẽtis, ſcilicet, ꝙ
ſit contritus. Quinto diſcretio.ſ. vt tñ det, pro
quãto nollet ſuſtinere pñiam. Sexto, iuxta ipſi⁹
æſtimatio, videlicet, vt non fiat æſtimatio ad vo
luntatem ſuam; ſed vt bonus recõpenſator, ſm
ꝙ ei dimittitur. Alij dñt, ꝙ quatuor ſunt atten
denda, videlicet, authoritas in conferente, ido-
neitas in recipiente, in finẽ vtilitas in opere, &
congruitas in tẽpore. Alij verò dicunt, ꝙ ſuffi-
ciunt duo, videlicet authoritas in conferẽte, &
pietas in finẽ. Ego verò dicerẽ, ꝙ quatuor ſunt
conſideranda. Vnum, ex parte concedentis.
Secundũ ex parte eius, cui conceditur. Tertiũ,
ex parte materiæ. Quartũ ex parte cauſæ, ſeu fi-
60 nis. Quò † ad primum, dico ꝙ ex parte conce-
dentis cõſiderat̃ poteſtas, & authoritas, an poſ-
ſit & inquantũ poſſit, de quibus duob⁹ dictũ eſt
latè in ſecundo, & tertio principalibus articulis.
61 Quò ad ſm, ex † parte eius, cui conceditur, con
ſideratur idoneitas, ad quã conſideranda plura
videntur. Nam conſiderat̃ idoneitas reſpectu
fidei, & idoneitas reſpectu cõtritiõis. Inſuper
ẽt conſideratur implementũ actus, per quẽ con
ceditur indulgentia ſm ea, quæ latius dicta ſunt
62 ſuꝑ in.4.prin.arti. Quò ad tertiũ † ex parte ma
terię, dic, ꝙ conſideratur ipſa pietas, ſeu mate-
ria piorum operũ, aut fauor religionis, vt puta,
ſi concedant ob conſtructionem eccleſiæ, ho-
pitalis, vel alteri⁹ pij loci, vel in eleemoſinã pau
perũ, aut refectionẽ pontiũ, ſeu ædificationem
in tranſitu peregrinorũ, aut in alium ſimilẽ actũ
piũ, vt hęc ꝓbant̃ in.c. ꝙ aũt. & in.c. cũ ex eo.§.
eo. & in.c.1.eo.ti.lib.6. Et quãuis aliqui velint
vt ſuꝑ dixi, ꝙ requiratur neceſſitas impeditiua
illius, qui fortè tenet̃ ieiunare, ad hoc, vt vigore
indulgẽtiæ, nõ teneat̃ ieiunare, vel aliam ſimilẽ
pœni-



pœnitentiam facere, tamen hoc falſum eſt, ſm
Cald. & Vin. ꝙ patet ex cõmuni forma con-
ceſſions indulgẽtiarũ, & de mente ipſorũ con-
cedentiũ, in eo, ꝙ volunt indulgẽtias prodeſſe
omnibus verè pœnitentibus; præterea, qñdo
dantur quadraginta dies indulgentiæ ſi intereſ-
ſemus diuinis apparet, ꝙ non ſubeſſet neceſſi-
tas, inſuper ẽt opi. illorum, qui volunt, ꝙ det̃
tñ pro quanto recipiunt, non eſt vera, & aper
tè reprobat̃ in indulgentijs determinatis, puta
in ijs, quæ concederent̃ danti vnum denarium,
vel in indulgentijs, quę requirerent reuerentiã
tantum. Exẽplum in intereſſentia in diuinis,
vbi darent̃ quadraginta dies pro modico inter
eſſentiæ tempore, vt dicit .D.m.in.c. ꝙ autẽ.§.
eo. Præterea, ſi ꝑdicta opinio eſſet vera indul-
gentia videretur, etiam quædam reditio debi-
ti, vel cõmutatio pœnę in pœnã, ꝙ eſt falſum,
cum ſit quædam remiſſio, ſeu diſpenſatio, vt di-
xi in primo principali articulo, & dicam infra
in 6. Item ex parte materię, poteſt dici ꝙ re-
quirat̃ implementũ actus, per quẽ concedit̃ in-
63 dulgentia. Quò ad quartũ reſpectu † cauſæ, ſeu
finis, exigitur, ꝙ cauſa ſit iuſta, & rationabilis,
tendens in aliquem finem iuſtum, & pium, pu-
ta in remiſſionem peccatorum propter aliquã
rationabilem cauſam, vel propter reuerentiam
Dei, aut diuini cultus, aut propter fauorem ec-
cleſiæ, aut propter pietatẽ, ad quam pietatem
alter alteri tenetur. 5.q.5. non omnis. & .c. non
oſculatur .23.q.4.c, nimium. & .c. ſeq. vnde di-
cit bea. Tho. ſuper.4. ſen.q.20.arti.5. & ſequun
tur Ioan. & Gaſpar. Calda. ꝙ indulgentia de-
bet ex aliqua cauſa dari, vt ſcilicet pro indulgẽ-
tia procedatur, ad actum qui vergat in honorẽ
Dei, & vtilitatem, & honorẽ eccleſiæ, religio-
nis, & fidei, vt in .c. præcedenti, & .d.c. ꝙ autẽ.
64 Et ex prædictis infert, ꝙ † indulgentia non ſit
aliqua donatio, ſolum .n. reſpicit voluntarium
65 in donãte qualiſcunq; ſit reſpiciens. Et † quia
donari dicitur, ꝙ nullo iure cogente concedi-
tur, vt in .l. donari .ff. de re. iur. Item nec di-
citur reditio debiti; quia reditio debiti reſpicit
obligationem in dante, & meritum in recipien
te, quare ſi reddis mihi decem, quæ mutuaui
tibi, apparet debitum tuum, ſiue obligatio, &
meritum meum, ſcilicet, quòd mutuaui.24.q.
.1. ꝙ debetur, & debet fieri redditio debiti
in tantum, in quãtum eſt meritum, & ſic ſequi-
tur, quòd cum nõ ſit donatio, nec redditio de-
66 biti, quòd eſt quædam remiſſio, † ſeu diſpenſa-
tio ſubſiſtente cauſa relaxationis fiendæ, quare
ſi Prælati, non ſubſiſtente debita cauſa, abſq;
debito rationis, & non in debitum finem indul
gentias largiantur, vel indulgentia eſt nulla, vel
ſi eſt aliqua peccant ipſi Prælati. Quòd ſit nul-
la, facit; quia cum Prælatus errat, eius clauis
aperire non poteſt.24.q.3.non in perpetuum,
vel ſi eſt aliqua poteſt eſſe propter fidem bo-
nam ipſius ſubditi, quæ poteſt eſſe tanta &
tàm exuberans, vt acceptetur, à Deo .15.q.
vlti.c.fin. Facit .c. veſtra.§. de cohabi. cle. &
mu. ꝙ not. de conſe. diſt. 4. c. baptiſmi. Facit
67 quia ſolutus † à putatiuo Prælato, cui confite-
tur, abſolutionem mereretur, licet Prælatus
peccet, facit quòd le. & nota. in.c. dudum.2.
.§. de elect. & .§. de presbi. non bapti. c.2. ꝙ
adde ad ea, quæ dicta fuerunt in proximo arti-
culo præceden. Et adde ad hoc quæ dicentur
in ſequen. articulo. Circa ſextum principalem
68 articulum † an aliquis ſit indulgentiarum effe-
ctus, & ad quod valeat, glo. magna in .c. quòd
autem. ſupra eo. recitat varias opi. Primo,
quòd proſint, quò ad Deum; ſed non quantum
ad eccleſiam; quia non obſtante indulgentia
peccator tenetur agere hic pœnitentiam de
peccato, ſed hæc opinio * communiter repro- Com.op.
batur, eo quòd minuit poteſtatem datam Pe-
tro, & eccleſiæ, inquantum dicitur quodcunq;
ligaueris &c. 24. diſt.q.1.c. quodcunq;. Prę-
tera cõtra hãc opi. eſt tex. apertus in.c. pręced.
ibi, dum dicitur, quòd propter indulgentiam
ſpiritualis ſatisfactio eneruatur. Secundo opi-
nio fuit, quòd indulgentię proſint, quò ad pœ-
nitentiam mihi iniunctam ex ſuper abundanti,
& quo ad cautelam, quę opi. non placet Ioan.
Andr. quia nimis vilificat claues eccleſię, &
quia ſecundum hoc, indulgentię parũ prodeſ-
ſent. Tertia opi. fuit, quòd proſint quõ ad
Deum, & quò ad eccleſiam; ſed cõcedens one-
rat ſe ad ſatisfaciendum pro illo ieiunijs, & ele-
moſinis, orationibus, & ſimilibus actibus. Sed
hęc opinio, etiam reprobatur. Primo, quia
concedens hoc non intendit. Secundo, quia
quandoq; merita concedentis ſunt adeò mo-
dica, vt vix ſibi ſufficiant, & ideò non eſt veri-
ſimile, quòd velit communicare, nec etiam vo
lens poſſet, poſtquam non ſunt ſufficientia.
Quartra fuit opinio, quòd valent in purgatorio
reſpectu pœnitentię hic neglectę. Sed dicit
Ioan. An. quòd hęc opinio non eſt bona; quia
remittit quod fieri non debet. Quinta opinio
fuit, vt indulgentię proſint etiam quò ad pœni-
tentiam mihi iniunctam, dummodo proprius
ſacerdos, qui pœnitentiam iniunxit concedat,
vt pœnitentiam ſibi iniunctam poſſit compen-
ſare cum indulgentia, aliàs ſecus, quę opi. etiam
reprobatur, quia nimis reſtrinxit poteſtatem,
& effectum indulgentię; quia cum indulgentia
proficiſcatur ex theſauro eccleſię, vt ſtatim di-
cam, & iſtius theſauri Papa ſit diſpenſator, me-
ritò debet prodeſſe quibus Papa, vel alius
Prælatus concederet, ſeu concedendi poteſta-
tem haberet, quare licet conſilium ſit etiam
proprij ſacerdotis licentiam habere, tamen hoc
non eſt neceſſarium. Sexta opinio eſt, quo-
niam ſentit glo. in .d.c. quid autem. & ſequitur
Goffre. Hoſtien. & Ioan. Andr. & * commu- Cõm.op.
69 muniter Docto. quòd † indulgentiæ proſint,
vt verba ſonant, & quò ad Deum, & quò ad
pœnitentiam iniunctam, pro quo eſt tex. in.c.
præceden. ad cuius rei intelligentiam, aduer-
tendũ eſt, ꝙ quanuis in impœnitentibus indul-
gentię non valeant, per ea quæ dixi.§. in quarto
principali articulo.q.6. & per not. de pœni. diſt.
.3.c. ſanè. & .c. nihil prodeſt, & etiã pęnitẽtibus

non videantur poſſe concedi cum talibus impo
ni debeat pœnitentia † ſm qualitatem, & quã-
titatem culpæ, ſeu delicti.47. diſt.c. omnes de
pœni.diſt. 1.c.vide. Nam ſm modũ delicti,erit
& plagarum modus, vt habetur de Deutero.
c.25. de pœni. diſt. 1.c. quia diuinitatis dixi in
.c. ad liberandum.ſ.de iudæ. Et quia cum ſu-
perabundãt peccata meritis,non videtur adeſſe
poteſtas,& cauſa diſpenſandi,& per conſequẽs
videatur argu. ꝙ indulgentiæ non valeant con-
71 cedi, tamen ſecus tenendum eſt; quia† ex effu-
ſione ſanguinis Chriſti, & inde ex multis meri-
tis martirum, & aliorum ſanctorum,cõſtitutus
eſt theſaurus eccleſiæ,cuius poteſtatẽ, & diſpo
ſitionẽ habet vicarius Ieſu Xp̃i, per illud paſce
oues meas,& per illud quodcunq; ligaueris&c.
aperit ipſe enim, & claudit,cui vult, & qñ vult.
Et quãuis peccatores,licet pęnitẽtes ex meritis
eorum non mereantur recipere indulgentias,
tñ ex ipſa effuſione ſanguinis Chriſti prodeſt
competere indulgentiam, quare ẽt minima gut
ta ſanguinis ſui, fuiſſet ſufficiens ad redimẽdum
totum genus humanũ,accedunt p̃terea ſancto-
rum merita martirũ, qui fuerũt hic puniti vltra
quam eorum meruerunt delicta, & ſit eorũ me
rita remanſerunt in theſauro vniuerſalis eccle-
ſiæ, quare, vt nullum bonum remaneat irre-
muneratum, ille qui concedit indulgentias in-
tendit in remunerationem illorum meritorum
concedere iſta bona, quæ ſumuntur per indul-
gentias, in hàc ergo remuneratione, & cõpen-
ſatione non eſt neceſſaria p̃sbiteri licẽtia,quan-
uis ſit conſilium. Et inſuper quanuis ẽt conſi-
lium detur, vt quiſq; agat hic pœnientias in-
iunctas, & iſtas indulgentias reſeruet,pro pec-
catis, de quibus non hic egit pñiam iniunctam,
vt ea poſſit eneruare per hanc indulgentiã. Et
ſic patet, ꝙ indulgentiæ conceſſę a Prælatis po-
teſtatem, & auctoritatem habentibus valent,
quò ad remiſſionem pœnæ debitæ, ſm ea quæ
dicta ſunt ſupra. Eſt tamen aduertẽdum quòd
72 indulgentiæ † non ſemper vniformiter pro-
ducunt effectum ſuum; ſed diuerſimode poſ-
ſunt valere, non ſolum ſecundum ſe; ſed etiã
quandoq; præter diuerſitatẽ meritorũ, & hoc
p̃batur primo in indulgentijs collatis ad opus
indeterminatũ, puta, ſi concederet Papa cen-
tum dies porrigentibus manus adiutrices ad fa
bricam eccleſiæ; qnia tunc ita poterit gaudere
tali indulgẽtia dans ſolidũ, ſeu denarium, quã-
tum tribueus florenum, poſito ꝙ vnus ſit pau-
per,alter diues,vnde ſi vnus habet centũ in bo-
nis, & erogat decem, tm̃ valet ſibi, quantum ſi
diues habẽs in bonis mille daret centũ. Quin-
imò ſi ex forma indulgentiæ continetur, quòd
fundans eccleſiã habeat centum dies indulgen-
tię, ſed conferẽs ad fabricã gaudeat parte ipſius
indulgẽtię,ſm ꝙ tribuet iuxta facultates à Deo
ſibi collatas, vnde poterit contingere, ꝙ dans
nummũ plus gaudebit indulgentia, quàm ille,
qui erogat quinquaginta florenos, habito reſpe
ctu facultatũ vtriuſque. Et hæc ẽt melius de-
clarãtur,per verba, quę olim habebantur in de-
cretali ad liberãdam.ſ.de iudę. in parte deciſa,
quæ verba. ibi, formaliter retuli, & declaraui,
& ibi vide quędam ad hanc materiam. Et ex il-
lis verbis probatur expreſsè, ꝙ Prælati diuerſi-
modè diuerſis poſſunt eaſdem indulgẽtias con-
cedere, quæ poſſunt eis valere, & ſecundum
qualitatem meritorũ; nam in primis caſibus, in
quibus,ibi, Papa dat plenam remiſſionẽ pecca-
torum non eſt opus, & ſubſidium æquale; ſed
inęquale, & ſic merita diuerſa. Nam plus eſt
transferre in propria perſona, & ſuis ſumpti-
bus, quam alium ſuis ſumptibus mittere,& ta-
men iſti tales indulgentiã conſequẽtur, quin-
imo poſſibile eſt, ꝙ eunti in perſona propria,
& ſuis ſumptibus minus indulgeatur,eo, ꝙ mi-
nus peccauit. Et ſic patet, ꝙ eadem indulgen-
tia inæqualibus, & ẽt inequaliter poteſt valere.
Ad ꝙ ẽt facit de conſe. diſt. 4.c. nec quẽquam
vbi tex. dicit plane eadẽ gratia ſpiritualis, quæ
in Baptiſmo à credentibus æqualiter ſumitur,
poſtea in conuerſatione, atq; actu noſtro, vel
minuitur, vel augẽt vt in Euangelio dñi ſemen
æqualiter ſeminatur, tamẽ varietate terrę, aliud
in multiformem copiam, vel.34. vel 44. vel
.104. numeri fructum cumulatur. Et ex præ-
dictis infertur, ſm Hoſti. in .d.c.ad liberandam
73 quòd pauperes† facilius, qñq; recipiunt indul-
gentias, quàm diuites, eo quod facilius faciunt
ꝙ poſſunt, & Deus cor reſpicit, & non manum
.14.q.5.c.ſi quid inueniſti,nec debet hoc mirũ
videri; quia etiam videmus in ſimili in ſocijs
temporalibus, quorũ capitale erit diuerſum,&
lucrũ quandoq; diuerſum, & quandoq; æqua-
le, vt traditur .ff. pro ſo. per totum, & per Bal.
maximè in tractatu de ſocie. Et aduerte, quia
74 etiam ex his, quæ ſupra dixi, ꝙ † indulgentia
non eſt donatio; quia ſi eſſet, poſſet irrationa-
biliter concedi, ꝙ eſſet abſurdum, & ẽt non eſ-
ſet redditio,vt dixi; quia ſi ſic eſſet ſequeretur,
ꝙ exibitio muneris eſſet cauſa cauſans ex me-
ritò recipientis, ꝙ eſt falſum, ſm ꝙ dixi in p̃ce.
articulo in fi.licet qñq; poſſet eſſe cauſa impul-
ſiua, nam cauſa cauſans propriè eſt theſaurus
eccleſiæ, vt dixi. Si enim eſſet redditio, eſſet
contra naturã indulgentiæ, quæ ſonat in gratiã,
& non indebitũ.ſ.de priuile.c.dudũ. & probat
.c. p̃ce. Prælatus ergo concedens, non debet
putare ſe donatorem,vel retributorem; ſed diſ-
penſatorẽ, dicẽte Apoſtolo ad Corinth.cap.3.
non exiſtimet nos homo, vt miniſtros Chriſti,
hoc eſt, vt diſpenſatores,& loquit̃ de ſe in per-
ſona pręlatorum. Conceditur autem hæc diſ-
penſatio ex vnitate, & qualitate eccleſiæ, & cor
poris miſtici, & vt dixi ex paſſione Chriſti, &
aliorum martirum, & ex orationibus ſancto-
rũ, qui ſunt in cœlo, qui pro nobis, & eccleſia
orant ad Deum, & propter hoc etiam quoti-
die orat ſanctos pro ſe orare.14.q.2.c. animæ.
75 per quorum ſanctorum† orationes, non ſolum
mulorum peccatorum pœnitentiæ poſſunt re-
mitti, ſed fortè etiam aboleri in totũ. Facit de
pœni.diſt.6.c.1.ſed potiſſimè propter meritũ
paſſiõis Chr̃i de cõſe.diſ.2.§.quia corpus &.c.
ſemel.



ſemel. Vnde ipſius ſanguinis effuſio imò mini-
ma gutta ſanguinis ipſius Hoſtię, omnino im-
maculatę ſufficiens fuit, & amplius, ſatisfacere
pro omnibus peccatis perpetratis, & quę per-
petrabuntur, & quę quocunq; modo poſſunt
perpetrari. Quare licet in excedẽdo cauſas pec
catorũ, non poſſit quis ſatisfacere,ſed à ſe ipſo
hoc ſit fieri neceſſarium, puta, per cõtritionẽ,
ſeu confeſſionem, tamen reſpectu pœnæ, ſeu
pęnitentiæ debitę impoſitę,poteſt ritè pro alio
ſatisfactio fieri. Et maximè pro eo, qui pro ſe
non poteſt. Et ideò non eſt mirum, ſi eccle-
ſia quæ habet theſaurum, cuius theſauri diſ.
76 penſator† eſt Papa, ex ipſius poteſtatis pleni-
tudine, & etiam alij inferiores, vt eſt dictum,&
ex ipſius Papæ conceſſione, & reſtrictione, vt
hic, & in præce. quales ſunt Epiſcopi, & ſupe-
riores, qui ſunt vocati in partem ſollicitudinis,
vt.ſ. de autho. & vſu pal. c. ad honorem. poſ-
ſunt remittere, & per indulgentias ſatisfacere
pœnitentijs pro peccatis debitis. Et hoc vide-
tur voluiſſe Ambroſius de pœni. diſt. 3. c. ille
Rex. dũ dicit, quòd peccatũ, aut donatur, aut
deletur, aut tegit̃. Donatur per gratiã. De-
letur per ſanguinẽ. Tegitur per charitatẽ. Vn-
de peccatum, & pœna peccati donatur, id eſt
remittitur per gratiã, dum remittitur per Bap-
tiſmum, ſine aliqua pœna, vt de conceſ. diſt. 4.
.c. ſine pœnitẽtia. Et ex gratia deletur per ſan-
guinem .i. per paſſionem Chriſti, hoc eſt per
indulgentias, quæ habent effectum ex paſſione
Chriſti, & theſauro eccleſiæ, vt dixi. Tegitur
autem per charitatẽ .i. per ſatisfactionẽ pœni-
tentialẽ, & alia bona opera de pœni. diſt. 1. ijs
77 poteſtatis. in fin. dum tex. dicit,quòd qui† agit
pœnitentiam, non ſolum lachrimis debet pec-
catũ luere, ſed ẽt emendationibus operire, &
tegere. Et circa prædicta quærunt. dat,quia
frequenter in conceſſionibus indulgentiarum
dicitur, relaxamus cẽtum dies de iniunctis pœ
nitentijs, vel annum, vel plures annos. quid
78 iſta verba ſignificent; † an iſtud tempus vtile,
vel continuum. Circa quod dicit hic Calde.
quòd quæſtio poteſt intelligi dupliciter, vno
modo, an indulgentia ſolum operetur in ijs,
qui ſunt impediti agere pœnitentiam; vel
etiam circa illos, qui non ſunt impediti, de
quo dictum fuit. ſupra in prin. iſtius arti.
Secundo modo poteſt intelligi,pone, quòd ali-
quis tenetur ieiunare ſingulis ſextis ferijs vſq;
ad tres annos, vtrum ille qui habet remiſſionẽ,
ſeu indulgentiam annualem ſit abſolutus à pœ
nitentia ieiunandi; nam cum ipſe teneat̃ ſolum
ieiunare qualibet ſexta feria, & in anno nõ ſint
vltra iſta duæ ſextę feriæ, per conſequens vide-
tur per annualẽ indulgentiam ſatisfactũ. Hoſti.
in .c.præce. proxi. dicit, quòd quidam intelli-
gũt, ꝙ indulgentiarũ dies ſunt vtiles. Alij quòd
ſint continui. Quidam verò dicunt, ꝙ iſte eſt
ſenſus dictorum verborum, remitto tibi annũ
de pœnitentia.1. tantò minus pœnitentia erit
in purgatorio, quantò minus puniri deberes ſi
vno anno continuo egiſſes pœnitentiam in hac
vita. Subdit tamẽ, ꝙ iſti nõ credunt, ꝙ per has
indulgentias, quis minus teneatur agere pœni
tentia in hac vita. Quod eſt ſatis æquũ, ſecun-
dum Inno. Deinde ſubdit, ꝙ credendũ eſt, ꝙ
79 Deus, qui † omnia moderatur in pondere, nu-
mero, & menſura, vt habetur ſapien.11. quòd
iuxta mentẽ, & numerum à Prælato impoſitũ
dabit potius plus quam minus. Et quanuis
quandoq; vni plus, quàm alteri tribuat, non
tamẽ conqueri debet qui minus habet, ex quo
debitum ſuum recipit, vt in ſimili habetur in
Euãgelio Mathei cap.20.de operarijs. Verum
Hoſti. in .d. c.præce. dicit, ꝙ per illum tex.de-
terminatur,quòd dies ſint vtiles, aliàs eſſet ab-
ſurdum dicere, ꝙ qñ conceditur indulgẽtia per
numerum dierum, ꝙ intelligeretur, etiam de
diebus, quibus quis non tenetur ieiunare. Sed
indulgentia conceſſa per numerum annorum,
dicit, quòd ſicut æqualiter ſunt iniuncti, ſic re-
mittuntur. Et dicit, ꝙ hoc colligitur ex ijs quæ
tradit in.c.2.ſ.de homici.& de ſponſa.c.2. 82.
diſt.c.fin. Vnde videtur velle, ꝙ annualis con-
ceſſio habeat tempus continuum, quanuis in
eo ſint dies non ieiunabiles. Et ſic cõcludit, ꝙ
productio eſt dierum indulgẽtia, nõ annorum.
Sed dicit hic Cald. ꝙ non bene capit prædictã
opi. Hoſti. quia non omnes pœnitentiæ impo-
nuntur, vt ieiunetur, imò interdum conce-
duntur, ꝙ pro ſingulis diebus dicantur aliqui
Pſalmi, vel Pater noſter, vel Aue Maria, vel ſi
certis diebus ad indulgentiam capiendam ali-
quem locum viſitet, prædicta dubitatio poſſet
contingere in indulgentia ieiuniorum, quia ali-
qui ſunt dies ieiunabiles, & aliqui non. & ideò
poteſt dubitari, vtrum dies non ieiunabiles cõ-
tineantur in indulgentia annali, vel ſimili, pro
diebus ieiunij iniunctis in pœnitentia,vt ſit an-
nus intelligatur vtilis, aut cõtinnus. Tñ hæc du
bitatio non poteſt cõtingere in cęteris actibus,
qui qualibet die ſunt expedibiles, qui actus ſunt
cõſtituti ad indulgentiã recipiendam. Et dicit
hic Cald. conſiderandum, ꝙ cum indulgentia,
vt ſupra dictum fuit, valeat non ſolum quò ad
pñias ab homine iniunctas, meritò non videt,
quare ipſę indulgẽtię nõ habeant effectũ ſuum,
quantum ad pœnitentiam continuam, maximè
cum hodie pñię ſint arbitrarię. Ex quibus in-
fertur, ꝙ vniformiter in ipſis pœnitentijs rela-
xandũ indulgẽtia nõ operat̃. Quod dicit in iſta
materia eſſe ſubtiliter aduertẽdum; Pone enim
ſm eum, ꝙ aliquis debeat ſolemnẽ ſibi iniunctã
facere pœnitentiã per ſeptẽ annos, propter pa-
ricidiũ, vel ſimile,vel habeat agere aliquã aliam
grauiſſimã pñiam per ſeptẽ annos. Alius verò
per ſeptẽ annos teneatur qualibet ſexta feria
ieiunare, vel dicere aliquas orationes. Et de-
mum pone, quòd danti denarium, vel eccle-
ſiam viſitanti, dentur ſeptem anni indulgentiæ,
vtrum æqualiter quilibet iſtorum ſit per indul-
gẽtiã liberat⁹. Et dicit ſe dubitare circa id, pro-
pter quod ſibi dictum fuit, quòd indulgentiæ
poſſint valere præter, & ſecundum qualitatem
multorum. Concludit tamen, quòd valeant

vilifacere, & eneruare pœnitentias, & nimis
ampliare poteſtatem Prælatorum. Et finaliter
concludit, quòd dictorum verborũ, damus an-
num, vel centum dies de indulgẽtia, poteſt eſſe
ſenſus, ꝙ is qui propter pœnitẽtiam ſibi iniun-
ctam à iure, vel ab homine hic non adimpletã,
obligatus fuiſſet ſatisfacere in purgatorio per
annum, vel cẽtum dies, illud tale tempus remit
titur iſti, qui recipit talem indulgentiam, & per
hoc patet, ꝙ pn̄ia non cõtemnitur; & pœna de
bita ſm menſuram delicti à Deo menſuratur.
Subdit tñ, ꝙ non negat, ꝙ ſm conſiderationẽ
laborum, & meriti collatoris, per indulgentiam
poſſit totaliter eneruari pœnitentia, etiam ne-
glecta poteſt eneruari, fortius non neglecta; &
ſic verba ſua ſunt ſatis intricata, & dubia. Henri.
Bohic. in .c. ꝙ autem. ſup̄ eo. dicit poſt quoſ-
dam Theologos tantũ, ꝙ valent indulgẽtiæ de
ſe, quantum ſonant. vnde dicit, ꝙ quadragin-
ta dies, vel annus indulgentiæ valet, quantum
vnus annus pn̄iæ adimplectæ, ſecundum debi
tam determinationẽ, vel taxationem, factam à
ſacerdote, vel à iure. Et ſubdit, quòd iſti non
80 ſunt anni cœli, ſeu purgatorij; ſed mundi;
quia in mundo eſt huiuſmodi diſtinctio die-
rum; non autem in cœlo, vel purgatorio. Et
ſubdit, quòd quia actus viuorum non agunt, ni
ſi in patiente diſpoſito, ideò indulgentiæ non
valent omnib⁹ ęqualiter; ſed ſm ꝙ ſunt magis,
vel min⁹ diſpoſiti per meritũ. Vnde ſicut qua-
draginta dies pn̄ię plus valent vni illas adimplẽ-
ti cum maiori fauore, & labore, ita concludit,
ꝙ quadraginta dies indulgentię, plus valent illi,
qui ſe ad eam magis diſponit, maiori .ſ. labore,
& feruore, & actione, ſeu dati quantitate. in-
telligendo quãtitatem maiorẽ datorum, ſm nu
merum, facultatum, & potentiam. Valent ergo
tales indulgentiæ, quantum dies pœnitentiæ;
ſm plus, & minus, ſicut pęnitẽtiæ. Et hæc opi.
mihi multũ placet. Secũdum quam colligitur
concluſio, ꝙ numerus dierum, vel annorũ in-
indulgentiæ, ſatisfacit æquali numero pœnitẽ-
tiæ, ſed plus, & minus operat̃, ſm ꝙ dictũ eſt.
Vltimo quæro circa iſtum articulum, quid ſi ali
81 quis † eadem die, & pluries facit actũ, per quẽ
concedit̃ indulgẽtiã, vt quia pluries reiterat viſi
tationem, denarium, vel orationẽ, vtrum plu-
ries gaudeat indulgentia cõceſſa. Et vr̃ ꝙ ſic. Si-
82 cut in ſimili dicimus, ꝙ † reiteratum delictum
debet reiteratam pœnã habere. de quo latè di-
xi in .c. 1. ſ. de pœn. Sol. Vin. & Io. An. in .c.
præce. dicunt, ꝙ habebit, donec durat tempus,
vel dies indulgentiæ; quia non eſt conceſſa ſolũ
propter viſitationem, vel propter denarium;
ſed propter obligationem eccleſiæ, quæ ſic re-
mittẽdo, obligat ſe pro illo. Et idem tenet Spe.
in tit. eo. ver. quid ſi eadem. Subiungẽdo aliam
83 rationem, quia in beneficijs † lata debet fieri
interpretatio, vt hic, & in .c. olim. ĩ. de ver. ſig.
Et idem tenet Archid. in .c. fin. eod. titu. lib. 6.
Ioan. & Gaſp. Cal. dicũt, quòd bea. Tho. ſuper
quarto ſententiarum. q. 20. articu. 2. tenet, ꝙ
hoc eſt verum, ſi indulgẽtia ſit perẽnis, hoc eſt,
ſine alicuius tẽporis determinatione, vt puta, ſi
diceretur, quicunq; vadit ad talem eccleſiam,
quia tunc vadens, aut ſimilem actum faciens,
quamuis reiteret nihilominus ſemel tantum in-
dulgẽtiam conſequit̃. & ſequitur Io. & Gaſp.
Cal. qui allegant ad hoc nota. in ſimili in .c. 1.
in fin. de fi. preſ. lib. 6. & de præben. in .c. 1. in
.c. non poteſt. 2. reſpon. lib. 6. Circa ſeptimũ
84 & vltimũ articulum, † quis poſſit indulgentiã
reuocare Breuiter dic, ꝙ omnis ille qui con-
ceſſit, poteſt reuocare, argu. c. 1. infra de re. iur.
85 cum ſimil. Sed dubitatur, an † inferior poſſit
reuocare indulgentiam conceſſam per ſuperio-
rem, vt in Legato. Spe. in ti. de lega. §. ſuper-
eſt. ver. Itẽ Patriarchæ dicit, ꝙ Legatus reuocat
indulgentiam domini Papę, & ſuorum præde-
ceſſorum, vt in .c. penul. ſupra de cle. non reſi.
Sed Ioan. Andr. ibi in addit. dicit, quòd illud
fecit de licentia Papę. & quòd ibi potius eſt mo-
deratio, quàm reuocatio. Et ſic ſentit Ioan.
Andr. quòd non poſſit. & mihi placet. Infe-
riores autem ordinarij non poſſunt reuocare ta
lem indulgentiam per Papam conceſſam. ad
quod vide, quod not. glo. in .c. 2. ſupra de ſorti.
et quod not. in .c. cum .P. in glo. fin. ſ. de
accuſa. & 33. q. 2. in .c. latorem. & ſequitur
Ioan Andr. in .c. præced. Et prædictis ha-
bes expeditam hanc materiam indulgentia-
rum, non pro plena; ſed pro aliquali notitia,
Marianus.

## Cap. XVI. Ne Pro Dilatione.

### *SVMMARIVM.*

1 *Cofeſſorem prouidum ſibi eligere poſſunt ſine ſu-
perioris licẽtia Epiſcopi, et alij prælati; dum
modo ſint exempti, & ante nu. 6. Quod ta-
men intellige in Epiſcopo, vt nu. 8.*
2 *Cauſa, propter quam daretur dilatio pœnitentiæ,
an ſit iuſta, & ſufficiens, vt quis poſſit ſibi eli-
gere confeſſorem.*
3 *Neceſſitate imminente poteſt quilibet ſibi eligere
confeſſorem.*
4 *Prælatus nullus de iure communi poterat ſibi eli-
gere confeſſorem abſq; licentia ſui ſuperioris.
Ligari, ſeu abſolui nemo poteſt, niſi à proprio iu-
dice. ibidem.*
5 *Prælatus exemptus de iure cõmuni tenebatur con-
fiteri ſoli Papæ, vel eius pœnitẽtiario. Quod
limita, vt ibidem.*
6 *Prælati largo modo qui dicantur, & qui ſtricto
modo.*
7 *Beneficium Principis, quod nemini nocet, eſt la-
tiſſimè interpretandum.*
8 *Epiſcopus non exemptus, vtrum poſſit ſibi eligere
confeſſorem abſq; licentia ſuperioris, ob priui
legium iſtius decretal. & ibi. ſecundum com-
munem, quòd ſic.*
9 *Conſuetudo an poſſet induci, vt quis abſq; ſuperio-
ris licentia poſſit ſibi eligere confeſſorem, Si-
cuti poſſet concedi priuilegium. Et ibi ſecun-
dum communem, quòd non.*

10 *Sacer-*



10 *Sacerdos, vel alius prælatus, an poſſit præſcribere
curam animarum in ſubditos alienos.*
11 *Præſcriptio contra ius, ad hoc vt teneat, exigitur
titulus, & bona fides, vel tantum tempus,
cuius in contrarium memoria non exiſtat.*
12 *Epiſcopus, vel alius ſuperior, an poſſit ſibi diuer-
ſos eligere confeſſores, & ſæpius variare.*
13 *Epiſcopus eo ipſo quòd confitetur uni, videtur ipsũ
ſibi eligere in confeſſorem.*
14 *Factum plus operatur, quàm verba, quando opus
eſt facto ad declarandum intentionem ali-
cuius.*
15 *Auctor in materia pœnitentiæ ſubmittit ſe corre-
ctioni cuiuslibet melius ſentientis, & potiſſi-
mum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ.*

1 NE PRO DILATIONE. Epiſco-
pi, † & alij de quibus in tex. poſ-
ſunt ſine ſuperioris licentia proui-
dum ſibi eligere cõfeſſorem. h. d.
Not. primo ex tex. quòd diſtantia locorum, vel
2 etiam alia † cauſa, propter quam daretur dilatio
pœnitentiæ, eo quòd proprius ſacerdos adiri
non poteſt, eſt iuſta cauſa, vt quis poſſit ꝓpria
authoritate eligere ſibi confeſſorem, dummo-
do quis ſit Epiſcopus, aut ſuperior. Et ſic facit,
vt ſola diſtantia non ſit ſufficiens cauſa, vt quis
poſſit ſibi eligere propria authoritate. Quod
intellige, niſi maxima neceſſitas immineret, ita
quòd ad ſuperiorem non poſſet haberi recur-
3 ſus; quia † imminente neceſſitate poſſet quili-
bet eligere confeſſorem; vt in .c. quem pœnitet.
de pœnit. diſt. 1. Et vide quod dixi in .c. omnis.
ſ. eod. in ſecundo princi. artic. Secundo not.
4 ꝙ de iure communi nullus prælatus, † licet ma-
ximus, poteſt ſibi eligere confeſſorem ſine li-
cẽtia ſui ſuperioris. & hoc colligit glo. 1. in prin.
& aſſignat rationem, de qua dic vt in ea. Vel po
teſt dici, ꝙ hoc eſt, quia nemo poteſt ligari, vel
abſolui, niſi à proprio iudice. vt in .c. quod au-
tem. & in .c. omnis. ſ. eod. Et ſic eſt neceſſariũ,
quòd prælatus vadat ad prælatum ſuum, qui
ipſius dicitur proprius ſacerdos. Et ſic de iure
Epiſcopus debet confiteri Archiepiſcopo, Ar-
chiepiſcopus Patriarchæ, & Patriarcha Papæ.
de quo pleniſſimè vide per Hoſt. in ſum. eo. tit.
§. cui confitendum. Verum quia iſti prælati ha-
bent ſuperiores nimium diſtantes, ideò conceſ-
ſum fuit hoc priuilegium, vt abſque ſuperioris
licentia prouidum, & diſcretum poſſint ſibi eli-
gere confeſſorem. Tertio not. ꝙ de iure com-
5 muni † prælatus exemptus tenebatur confiteri
ſoli Papæ, vel eius pœnitentiario. Et hoc deſcen
dit ex ijs quæ ſupra dixi in notab. Sed ex pri-
uilegio poteſt ſibi confeſſorem eligere propter
rationem tex. & quam ſtatim aſſignaui in præ-
ced. notab. in fi. Hoc tamen notabile ſingula-
riter limitat Hoſti. in ſum. eod. tit. §. cui confi-
tendum. ver. cui abbas. dicens, quòd hoc pro-
cedit in exempto, qui immediatè ſubeſt Papæ.
Secus in exemptis ſubiectis alteri ſuperiori; vt
puta, Generali, Abbati; nam iſti debẽt confiteri
ſuperiori eorum, vel ab ipſis ſuperioribus confi
tendi alteri, licentiam obtinere. & hoc placet
D. m. Mouetur, quia rõ conceſſionis priuilegij
tex. noſtri, hæc eſt, quia iſti exempti nimis diſta
bant à curia Romana. Item quia verbum exẽ-
ptis, debet ſumi in ſuo potentiori ſignificatu. &
ſic in exemptis, qui ſubſunt Papæ. Vltimo
not. argumento à contrario, quòd exemptus
non prælatus, non gaudet hoc priuilegio. In in-
ferioribus ergo Epiſcopo, ad hoc vt gaudeant
hoc priuilegio, duo requiruntur, videlicet, ꝙ
ſint exempti, & quòd ſint prælati. Et dicit hic
D. m. credere, quòd verbum prælati, accipiatur
6 hic largè, vt † cõprehendat etiam rectores pa-
rochialium eccleſiarum, qui largo modo dicun
tur prælati, vt. ſ. de cler. ægro. in .c. tua. Nam ſtri
cto modo illi ſolum dicuntur prælati, qui habẽt
iuriſdictionem fori contentioſi. Circa quod ta-
men vide quod traditur per glo. in ver. prælati.
in clem. dudum. de ſepult. & quod traditur per
glo. & doct. in .c. 2. ſ. de iudi. Sed vt dixi ver-
bum prælati, latè ſumitur. Nec mirum, quia cũ
7 hoc ſit beneficium principis, † ꝙ nemini nocet,
debet meritò latiſſimè interpꝛtari, vt in .c. olim.
ĩ. de verb. ſign. & in .l. fin. de conſti. princ. Sed
8 circa prædicta poſſet dubitari, vtrũ † Epiſcopus
non exemptus poſſet ſibi eligere confeſſorem,
ſecundum quod hic dicitur. Sol. quidam vo-
luerunt quòd non; volentes quòd verbum exẽ-
ptis poſitum in tex. determinet omnia p̄ceden
tia, & ſic verbum Epiſcopis, & alijs ſuperiori-
bus. Sed communis* opin. eſt in contrarium, Com. op.
& bene; quia ſi prædicta opinio eſſet vera, non
dixiſſet tex. præter ſui ſuperioris licentiam, ſed
dixiſſet præter ſummi Pontificis, vel ſerui ſer-
uorum Dei, &c. per .c. relatum. in fi. ĩ. de ſentẽ.
excom. Vel dixiſſet præter ſedis Apoſtolicæ li-
centiam, vt. ĩ. de ſent. excom. c. non dubium. &
.c. nuper. ſ. de ſimon. Et pro hac etiam ſenten
tia facit, quia verbum exẽptis, adijcitur ſolum
verbo minoribus prælatis comprehenſi ſub
noua oratione. Item facit, quia ratio poſita
in princ. tex. & de qua dixi in ſecundo not. vẽ
dicat ſibi locum in Epiſcopis, & alijs etiam ſupe
rioribus non exemptis. Quare cum hoc ſit be-
neficium principis, eſt latiſſimè interpretãdum,
vt dixi. Glo. 1. in prin. fortificat tex. per tria ſi-
milia. deinde colligit duo argumenta, dic vt in
ea. Glo. 2. colligit argumentum ex tex. & aſſi-
gnat rationem, dic vt dixi ſupra in ſecũdo not.
Glo. fina. ſoluit, & quærit. & de ipſius materia
dic vt latè dixi in .c. omnis. ſ. eo. in octauo prin.
9 artic. Sed poſt glo. quærit̃, vtrum † conſuetudo
poſſet induci, vt quis abſque ſuperioris licentia
poſſet ſibi eligere confeſſorem, ſicut poſſet cõ-
cedi priuilegium, vt hic. Sol. docto. commu-
niter* tenent quòd non. & pro hoc eſt tex. in Cõm. op.
c. 2. eod. tit. lib. 6. Et hoc procedit indubitanter
in ſubdito volente ex conſuetudine, hoc ſibi li-
cere. Sed dubium eſt ex parte ſacerdotis, vtrũ
10 poſſit † ſacerdos, vel alius prælatus præſcribere
curam animarum in ſubditos alienos. de quo
per Hoſt. & Io. And. in .c. omnis. ſ. eod. & in .c.
conquerente. de off. ord. Et concluſio eſt, quòd

aut

aut eſt priuata perſona, non habens aliàs curam
animarum in actu,& non poteſt. Aut habet cu
ram in actu,reſpectu eccleſiæ,ita quòd non ſibi
ipſi,ſed eccleſiæ ſuæ præſcribit, & poteſt. vt in
.c.auditis.ſ.de præſcript. & in.c.olim. eod.tit.
11 Exigitur tamen ad hanc præſcriptionem† titu-
lus,& bona fides, vel tantum tempus, cuius in
contrarium memoria non exiſtat, eo quòd,ta-
lis præſcriptio eſt contra ius, vt in.c.1.de præ-
12 ſcrip.lib.6. Poſtremo quæro, vtrum† Epiſco-
pus,vel alius ſuperior poſſit ſibi diuerſos elige-
re confeſſores, & ſæpius variare. Sol.Hoſt.in
ſum.eod.tit.§.cui patriarcha. ver.ſed nunquid
Epiſcopus. & Aſten.poſt eum dicit,quòd non
conſulit, quòd hoc faciat, quamdiu poteſt co-
piam illius habere, quem elegit. Sed ſi eſſet
mortuus, vel propter aliam cauſam non poſſit
illius copiam habere,tunc poſſet alium eligere.
arg.c.pen. & fin.ſ.de ſecun.nup. & in.l.prope-
randum.§.ſi autem in med.C.de iudi. Et ad-
13 uerte ſecundum Hoſt.quia eo ipſo, quòd† Epi-
ſcopus confitetur vni, videtur ipſum ſibi elige-
re in confeſſorem. In talibus enim, in quibus
14 facto † opus eſt ad declarandum intentionem,
plus operatur factum, quàm operentur verba.
& ſequitur hic Hen.Boh. Et ex prædictis Deo
duce eſt expeditus hic tit.de pœnit.& remiſſ.in
quo maximè, ſi quid eſſet erratum, cũ materia
15 ſit ardua, & periculoſa, ſubmitto † me corre-
ctioni cuiuslibet melius ſentientis, & potiſſi-
mũ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ. Concedat
autem nobis omnipotens Deus, vt facta debi-
ta pœnitentia, cum diem agemus extremum,
omnium peccatorum remiſſionem conſequa-
mur,& ad patriam conuolemus. Amen.

## De Sententia Excõicationis. Rub.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatioq; quando infertur à iure in pœnam delicti, & quandoq; ab homine in pœnam contumaciæ.*
2 *Excommunicationis materia vbi principaliter tractetur.*
3 *Excommunicationis viginti ſex articuli ab Auctore examinandi.*
4 *Cenſuræ ſpiritualis ſententiæ, quæ, & quot ſint. Et ibi, quòd tres; Excommunicatio.ſ. Suſpẽſio, & Interdictum. Et in quo conueniant.num.8. In quo verò differant. nu.9.*
5 *Cenſuræ appellatione, quare non veniant depoſitio, & degradatio.*
6 *Clauſula illa, quæ quotidie apponitur in literis, videlicet, Contradictores omnes cenſura eccleſiaſtica compeſcendo, quid importet.*
7 *Cenſura in latiori ſignificatu ſumpta, quid ſit, & vnde dicatur. Et in quo differant cenſura, ſeueritas, & animaduerſio. ibidem. remiſſiuè.*
10 *Excõmunicatio quid ſit; Et vnde dicatur.nu.12. Et aliquando appellatur Anathema. nu.13. & quandoq; Acrimonia.nu.16.*
11 *Laicus non eſt capax excommunicationis actiuè; licet Papa ei poſſit hanc iuriſdictionem concedere. remiſſiuè.*
13 *Anathema quid ſit. Et quandoq; ponitur pro ſuſpenſione.nu.15.*
14 *Excommunicatio, & Anathema quantum ad effectum non differunt. ſed ſolum quò ad formam pronunciandi. remiſſiuè.*
17 *Excommunicationum ſpecies ſunt duæ. Maior.ſ.et Minor. Et ibi qualiter inter ſe differant; remiſſiuè. Et quod maioris, duæ ſint ſpecies. num.23.*
18 *Excommunicatus ſimpliciter à iudice, vel ſtatuto, an intelligatur de maiori, an de minori. Et ibi, quòd de maiori, vſque ad nu.24.*
19 *In pœnis benignior interpretatio eſt facienda. Fallit in pœnis ſpiritualibus. ibidẽ. & nu.21.*
20 *Excommunicatio non eſt propriè pœna, ſed animæ medicina.*
21 *In animæ periculum concernentibus, tutior debet fieri interpretatio pro ſalute ipſius animæ, quando ſumus in dubio.*
22 *Verba debent intelligi ſecundum communem conſuetudinem.*
24 *Excommunicatio quo iure fuit inducta.*
25 *Excommunicatio cum ſit gladius ſpiritualis, non poteſt exerceri, niſi à iudice eccleſiaſtico. remiſſiuè.*

Q VIA ſupra in pro-
ximis præcedẽtibus
titulis viſum eſt de
pœnis in genere, quę
imponuntur tàm in
foro cõtentioſo, quã
pœnitentiali, meritò
videndũ erat de qua-
dam pœna in ſpecie,
quæ ab eccleſia plurimum frequentatur; prout
1 eſt excommunicatio, quæ quandoq; † infertur
à iure in pœnam delicti, & quandoq; ab homi-
ne in pœnam contumaciæ, prout videbimus.ĩ.
in octauo princip.artic. Ideò ſubiungitur hic
rubrica de ſententia excommunicationis. Et tñ
infra in tractatu traditur de ſuſpenſione. Et ad-
uerte, quia hic nõ rubricatur, niſi de ſen.excom.
& tamen.ĩ.in tractatu traditur de ſuſpẽſione,
& interdicto, quæ etiam ſunt ſententia cenſurę,
ſicut excommunicatio, & videbimus.ĩ.in pri-
mo princ. artic. Et ideò iudicio meo melius
fuiſſet rubricatum, ſi dictum fuiſſet de ſententia
excõicationis, ſuſpenſionis, & interdicti. Prout
etiam rubricatur in ſexto. & clem. cum hic de
ipſis ſententijs cenſuræ tractetur. Et eſt aduer-
tendum, ꝙ materia iſta, maxime excommuni-
cationis, & ſuſpẽſionis, maximè à doct. noſtris
multum inordinatè, & confusè, & abſque do-
ctrinabili modo tradita eſt. Et quanuis ſum-
miſtæ conati fuerint aliqualiter materiã ipſam
ad ordinem reducere, minus bene, & plenè il-
lud fecerunt; prout ex infra dicendis latius pa-
tebit. Et tamẽ eſt materia ab eccleſiaſticis quo-
tidie frequentata; quia in ipſa ſpiritualis eccle-
ſiæ gladius exercet. & ideò maturius examinã-
da



da, vt in.l.legaui.in prin.ff.de lib.leg. Facit.l.iu
ſto.in princ.ff.de vſucap. Ob prædictas igitur
cauſas pro poſſe conabor materiam ipſam ordi
natè, & latè tractare. Et primo de ſent.excom.
dicens plenè per infraſcriptos articulos, vſque
ad.c.permittimus. de ſent.interdic. plenè dice-
mus in.d.c.permittimus. de ſententia verò ſu-
ſpenſionis dicemus in.c.fina. Quò ad primum
2 de ſenten. excom.† debes dicere, quòd materia
iſta principaliter, & latè tractatur in decret. 11.
q.3.per totum.&.24.q.2.&.q.3. & in alijs plu
rimis locis incidenter. Et circa materiã ipſam
excommunicationis diu cogitaui, vt poſſem ar-
ticulos ipſos ſub congruis capitulis adaptare,
ita vt quantum fieri poſſet materia ipſa per or-
dinem in varijs decretalibus traderetur. Sed
hoc minime adimplere potui; quare cum id
quod facere intendebam, non valeam adimple-
re, proſequar articulos ſuos, ſecundum quòd
caſu continget, ita vt ſecũdum ordinem infra-
ſcriptum quilibet in aliqua decretali expedia-
tur, ita vt non in vno loco tractentur omnes ar-
ticuli. Pro ipſius igitur materiæ expeditione,
3 & plena notitia proſequor† infraſcriptos arti-
culos. Primo, quæ dicantur cenſuræ ſentẽtiæ,
& in quibus adinuicem conueniant, & in qui-
bus diſcrepent, & hoc ſit ſuper rubr. Secundo
quid ſit excommunicatio, vnde dicatur, & quid
anathema, & hoc ſub rubr. Tertio, quot ſint
ſpecies, & modi excommunicandi. & de hoc
etiam ſuper rub. Quarto, quo iure fuerit intro
ducta, & de hoc ſimiliter ſuper rubr. Quinto,
quis poſſit excommunicare, & de hoc in.c.1.ĩ.
eod. Sexto, an poteſtas excommunicandi ſit
iuriſdictionis, & an meri, vel mixti imperij,
& cui excommunicatus parere debeat. & de
hoc in.c.2.ĩ.eod. Septimo, quis poſſit excom
municari, & an quis poſſit ſe obligare ad hoc,
& de hoc in.c.mulieres.ĩ.eod. Octauo, qui-
bus ex cauſis excommunicationis ſententia ſit
ferenda, & per quem petenda. & de hoc in.c.
nulli.ĩ.eod. Nono ſpecialiter tractabimus de
percutiente clericum. & de hoc in.c.parochia-
nos. Decimo, qualiter ſententia excommuni-
cationis ſit ferenda, & quid ſi feratur ſub con-
ditione, & quando tunc dicatur effectum ſor-
tiri, & contra quem. & de hoc in.c.perpendi-
mus.ĩ.eod. Vndecimo, an quis poſſet pluries
excommunicari. & de hoc.ĩ.in.c.cum pro
cauſa. Duodecimo, an excommunicatio ſit
ſententia, & an diffinitiua, vel interlocutoria. &
de hoc in.c.à nobis.2.ĩ.eod. Decimotertio,
quo remedio ſuccurratur ei, qui iniuſtè, & non
ſub debita forma excommunicatur, & an appel
lari poſſit, & quid ſit ipſius appellationis effe-
ctus. & de hoc.ĩ.eo.in.c.ſacro. Decimoquar-
to, quæ ſit pœna iniuſtè, & non ſub debita for-
ma excommunicãtis. & de hoc.ĩ.in.d.c.ſacro.
Decimoquinto, quæ ſit pœna iniuſtè querelan-
tis, vel appellantis ab excommunicatione. & de
hoc in.d.c.ſacro. Decimoſexto, an ſententia
excommunicationis tranſeat in rem iudicatam.
de quo in.c.quod in dubijs. Decimoſeptimo,
qualiter probetur, quòd quis ſit excommuni-
catus. de quo in.c.de monialibus.ĩ.eod. De-
cimooctauo, quib⁹ caſibus, quis incidat in ex-
communicatione ipſo iure. & de hoc in.c.con-
tingit.ĩ.eod. Decimonono, quis ſit effectus
excõmunicationis. & de hoc in.c.ſacris.ĩ.eo.
Vigeſimo, quæ ſit pœna participantium cum
excommunicato, & quis ab illa excuſetur. &
de hoc in.c.inter alias.ĩ.eo. Vigeſimoprimo,
quæ ſit pœna contemnentis excommunicatio-
nem. & de hoc in.c.per tuas. Vigeſimo ſecun-
do, qualiter excommunicatio tollatur, vel quis
ab ea excuſetur. & de hoc.ĩ.in.c.ſi aliquando.
Vigeſimotertio, quis poſſet abſoluere ab excõ-
municatione. & de hoc in.c.officij.ĩ.eod. Vi-
geſimoquarto quis poſſit, & debeat abſolui ab
excommunicatione. & de hoc.ĩ.eod.c.ſuper
eo. Vigeſimoquinto, qualitet abſolutio fieri
debeat, & quando, & per quem fieri debeat, &
per quos actus dicatur abſolutio facta. & de
hoc.ĩ.in.c.venerabili. Vigeſimoſexto, & vlti-
mo, de abſolutionis effectu. & de hoc.ĩ.eod.
in.d.c.venerabili. Circa primum principalem
4 articulum, quæro primo,† quæ dicantur ſenten
tiæ cenſuræ. Sol.tex.in.c.quærenti.ĩ.de verb.
ſign. vult, quòd ſententiæ cenſuræ ſint tres; vi-
delicet, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdi-
ctum. Et dicunt ibi Hoſti.& Io.And.quòd cũ
iſtæ ſint pœnæ ſpirituales, meritò appellatione
cenſurę ſit ampliatio, quò ad omnes prędictas
tres ſententias.arg.c.penul.ĩ.eod. Non tamen
5 ipſius † cenſuræ appellatione comprehendun-
tur depoſitio, & degradatio; quia iſtæ pœnę nõ
ſunt ſpirituales, & medicinales; ſed tempora-
les, & perpetuæ. Et ideò tanquàm odioſę ſunt
reſtringendæ, vt in reg. in pœnis. de reg. iur.
lib.6. cum concord. Et ex prædictis infertur,
6 quid importet† clauſula illa, quæ quotidie appo
nitur in literis; videlicet contradictores om-
nes cenſura eccleſiaſtica compeſcendo. Circa
quod volunt Io.And.& doct. in.d.c.quęrenti.
quòd delegatus ex vi clauſulę prædictę nõ poſ-
ſit punire alia pœna, quàm per viam excommu
nicationis, & interdicti, quanuis poſſit aliter
mulctare, & punire ex virtute delegationis, ſqua
mediante habet etiam cohertionem ſine dicta
clauſula. vt in.c.1.ſ.de off.deleg. & ibi dixi. &
de materia iſtius clauſulæ, vide per glo.2.& per
d.Ant.&.D.m. & Io. de Imo.in.c.pro illorum.
ſupra de præben. dicam fortè in.d.c.quęrenti.
Et aduerte, quia licet propriè, & ſtrictè, & ꝓut
agimus in hac materia, appellatione cenſurę, ſo-
lum veniant prædictæ tres ſententiæ. Genera-
7 lius† tamen, & latius ſumendo verbum cenſu-
ra, poteſt dici, quòd cenſura eſt iuriſdictio, ri-
gor, ſeueritas, poteſtas, ſiue ſententia, & dicitur
à cenſeo cenſes. Cenſere enim idem eſt, quòd
iudicare, iubere, ſtatuere, & deliberare, ſecundũ
Cornucop. vel iudicium cum ſeueritate, ſeu
vindicta, ſecundum Papiam, & hoc tradit Ar-
chid.8.q.2.in.c.dilectiſſimi. in princ. Et ideò
dicit Io.And.poſt Hoſt.in.d.c.quęrenti. quòd
cenſura quandoq; ponitur pro rigore.ſ.de bi-
ga.

ga.c.nuper. quandoq; pro cenſura canonum,
ſupra qui cle.vel vo.c.1.in fi. Et quod differāt
hæc tria cenſura, ſeueritas, & animaduerſio
dixi in.c.penul.ſ.de pœn. Secundo quęro, in
8 quo conueniant † iſtę tres prædictę ſententiæ
ſpirituales. Sol.Io.And.poſt Hoſt.in.c.1.eod.
tit.lib.6.in nouella.& Hen.Bohic.in.c.quęren-
ti.ſ.de verb.ſign. dicunt, quòd conueniunt in
plurimis. Primo, quia forma illius conſtitu-
tionis.c.1.eod.tit.lib.6. eſt ſeruanda in quali-
bet prędictarum ſententiarum. de quo aliquid
dicā in decimo prin.artic. q.3. Secundo, quia
in his tribus pręcedens appellatio tuetur appel
lantem. Sequens verò non, de quo in.c.ad hæc
quoniam. &.c.paſtoralis.ſ.de appella.c.is cui.
eod.tit. lib.6. dicam.ſ.in decimotertio princi.
articulo. Tertio, quia nullus prędictorum de-
bet celebrare diuina. de cle.excom.miniſt.c.2.
&.c.poſtulaſtis. Quarto, quia monitio debet
pręcedere quamlibet prędictarum ſententiarū.
ſ.de appella.c.reprehenſibilis. Quinto, quia
quilibet qui altera prędictarum ſententia tene-
tur, prius debet iurare antequàm abſoluatur,
de quo in.c.venerabili.ſ.eo. Sexto, quia quæ-
libet prædictarum eſt etiam à ſuperioribus ſer-
uanda.ſ.de off.ord.c.cum ab eccleſiarum. Se-
ptimo, quia nullus eorum durante ſententia eli
gere, vel eligi, vel teſtificari poteſt in.c.cum di-
lectus.ſupra de conſue.de elect.c.cū inter.ſ.de
excep.c.apoſtolicę. Octauo, quia non debet
ſuperior aliquid de iſtis diſponere partibus, vt
in.c.romana.eod.tit.lib.6. Nono, quia ſpiri-
tuales filij ſedis apoſtolicę vlla iſtarum ſenten-
tiarum poſſunt ligari, vt infra tit.1.c.veniens. &
in priuilegijs ſolent iſta immiſceri in.c.1.de pri
uileg. lib.6. Decimo, quia veniunt ſub eadem
appellatione cenſurę, vt dixi ſupra in prin. iſtius
articuli. Aduerte tamen circa prędicta, quia
an indiſtinctè procedant, & quomodo, & quali-
ter apparebit latius, ex infra dicendis in ꝓprijs
articulis, in quibus etiam plures alię conuenien
tiæ colligi poterunt. Tertio quęro, in quibus
9 prędictæ tres † ſententię differant. Sol.dic, ꝙ in
plurimis. Primo, in participatione, quia cum ſu
ſpenſo, vel interdicto poteſt participari, Niſi
ſpecialis participatio eſſet interdicta.ff.de pœ.
in.l.moris.ff.de ſer.expor. in.l.cui pacto. Sed
cum excommunicato non poteſt participari, de
quo latius dicam in.19.&.20.artic. Secundo,
quia propriè loquendo homo ſuſpenditur, &
excommunicatur, ſed non interdicitur, niſi in
proprie.ſ.de relig.do. c.cum dilectus. de cler.
excom.miniſt.in.c.poſtulaſtis.in fi. Loca verò
propriè interdicuntur, de quo dicam in mate-
ria interdicti, in.c.permittimus. infra eo. Ter-
tio, quia effectus excommunicationis prolatę
non poteſt ſuſpendi, ſed aliarum ſic, de quo la-
tius in.d.c.ad hęc quoniā. & ſic videtur aliqua
liter contrariari his quæ dixi in.c.pręced. q.3.
ſecunda conſequentia. Sed dic, vt latius infra
videbimus in ꝓceſſu. Quarto, differunt in di-
ſpoſitione.c.quia periculoſum.eod.titu. lib.6.
Quinto, in diſpoſitione.c.pręſenti.eo.tit.lib.6.
Sexto, reſpectu.c.romana. eo.tit.lib.6. Septi-
mo, & octauo, ex diſpoſitione.c.fina.§.1.&.§.
in feſtiuitatibus.eod.titu.lib.6. de quo dicam
infra in octauo prin.artic. Secus in interdicto,
vt in.c.ſi ſententia.eod.tit.lib.6. de quo dicam
in.d.c.permittimus. Arbitror etiā, quòd plu-
res aliæ differentiæ poſſent colligi. Sed de prę
dictis, & alijs latius videbimus infra in ꝓceſſu.
Circa ſecundum principalem articulum, quid
10 ſit † excommunicatio, & vnde dicatur, & quid
ſit anathema; primo quæro, quid ſit excommu
nicatio. Sol.dicunt aliqui, quòd eſt aliquando
à participatione ſacramentorum excluſio, ali-
quando à communione fidelium ſeparatio.11.
q.3.§.euidenter. 3.q.4. c.engeltrudam. ſupra
de except.c.à nobis. Vel dic ſecundum glo.
in.c.penul.ſ.eod. quòd excommunicatio eſt à
qualibet licita cōmunione, vel actu ſeparatio.
& ita etiam deſcribit Hoſt.in ſum. eod.tit.§.1.
Sed dicit hic.D.m.in rubr. quòd hæc diffinitio
poteſt reprobari; quia non eſt conuertibilis cū
ſuo diffinito; & quia non eneruat materiam, &
naturam diffiniti per genus, & differentias, ſi-
cut facere debet, vt in.l.1.ff.de dolo. Ad quod
vide, quæ dixi ſupra de accuſ.in rub. Nam ſecun
dum prædictam diffinitionem iudex ſecularis
poſſet excōmunicare; quia poſſet priuare quē
à communione hominum; & tamen hoc præ-
ceptum iudicis ſecularis non eſt propriè excō-
municatio, de qua nunc agimus ſecundum ſu-
biectam materiam noſtram. Et ideò vt pona-
mus aliquales ſubſtantiales differentias diffinit
ipſe ſic, quòd excommunicatio eſt cenſura à ca
none, vel iudice eccleſiaſtico prolata, priuans à
legitima communione, quandoq; ſacramento-
rum, quandoq; hominum. Aduerte tamen,
quia iſta fuit diffinitio Zaba. in repeti.c.per pen
dimus.ſ.eod. Et not. quòd verbum cenſura,
poſitum in diffinitione, ponitur vt genus; nam
poteſt multipliciter ſumi, vt ſupra dixi in præ-
ceden.artic.in princ. & in propoſito idem im-
portat, quòd iuriſdictio, ſiue ſententia à cano-
ne, vel eccleſiaſtico iudice lata. Sequentia verò
verba ponuntur vt differentię; nam dum dicitur
à iudice eccleſiaſtico. ideò dicitur; quia huiuſ-
11 modi † iuriſdictionis laicus actiuè non eſt capax
regulariter, licet Papa poſſit ei concedere. de
quo tamen dic, vt dicam in ſexto princip.artic.
in.c.1. infra eod. Item ideò dicitur à iudice,
quia non iudex non poteſt illam ferre, vt ibi di-
cam. deinde ſubiungitur excludens à commu-
nione &c. vt per hoc denotetur differentia ab
interdicto, & ſuſpenſione, quæ non priuant à
communione. Quæ tamen duo continentur
ſub appellatione cēſurę, vt dixi in pręced. artic.
12 principali. Et dicitur † excommunicatio, quaſi
extra communionē poſitio.24.q.3.c.certum.
Et ideò priuatus aliqua communione, etiam tē-
porali latè ſumpto vocabulo, poteſt dici excō-
municatus, vt not.in.c.ex literis.ſ.de conſtitu.
Strictè tamen ſumitur, & proprie, prout dixi in
pręcedenti diffinitione; & hæc excommunica-
tio, de qua hic agimus, & de qua dictum eſt in
deſcri-



deſcriptione, aliquando appellatur anathema,
13 quaſi † damnatio, vel perditio, anathema enim
dicitur quaſi anatheca, quod idem eſt, quòd
ſuperna maledictio, dicitur enim ab ana, quòd
eſt ſurſum, & theca, quòd eſt figura, & eſt for-
ma literæ, quæ olim imponebatur in frontibus
damnatorum.23.q.4.Guiliſarius. Ad quod
vide quod dixi in.c.excommunicamus. ſupra
de hæret.in primo notab. Et not. quòd quan-
14 tum ad effectum † non eſt differentia inter ex-
communicationem, & anathema, vt dicam in
decimo nono princ.artic.Sed ſolum quò ad for
mam pronuntiandi, vt dicam.ſ. in vigeſimo
princip.artic. Aduerte tamen, quòd anathema
15 etiam † quandoq; ponitur pro ſuſpenſione, vt
in.c.nemo.2.iuncta glo.de conſec.diſt.1. Item
16 not. quòd † excommunicatio etiam quandoq;
appellatur acrimonia, & dicitur quaſi à gremio
eccleſiæ ſeparatio, vt in.l.placet.in fi. C.de ſac.
ſan. eccl. Circa tertium principalem articulū,
17 quot † ſunt excommunicationum ſpecies, bre-
uiter dic, quòd duæ. Alia enim eſt minor, &
quædam maior, & qualiter inter ſe differant,
latius apparebit ex infra dicendis, & maximè
reſpectu effectus, latius videbimus infra in de-
cimonono prin. artic. Sed quæro circa prædi-
18 cta, quid ſi iudex † ſimpliciter excommunicat
aliquem, vel ſtatutum ſimpliciter imponit pœ-
nam excōmunicationis, vtrum debeamus in-
telligere de minori, vel maiori. Et videtur pri-
mo dicendum, quòd potius debeamus intelli-
19 gere de minori; quia in primis benignior † de-
bet fieri interpretatio, vt in reg.in pœnis.de re.
iur. lib.6. & in.l.interpretatione.ff.de pœn. Et
pro hoc etiam facit tex.in.c.cum non ab homi
ne.ſ.de iudi. Iuncta opin.Gof. vbi Gof.illum
tex.dum dicit excommunicationis, expoſuit
excōmunicationis.ſ.minoris, & anathematis.ſ.
maioris. Sol.veritas eſt in contrarium; quia in
dubio potius de maiori, quàm de minori intel-
ligimus. & de hoc eſt tex.expreſſus in.c.penul.
ſ.eod. Non obſtat primum argumētum, quia
procedit in pœnis corporalibus, & pecuniarijs.
20 ſed excommunicatio † non eſt propriè pœna,
ſed animæ medicina; vnde eo ipſo, quòd excō-
municatus vult ſatisfacere, obtinet abſolutio-
nem, vt in.c.1. eod.titu.lib.6.2.q.1.in.c.multi.
dicam.ſ. in vigeſimoquinto princ. artic. Præ-
terea, cum verbum excommunicatio poſſet in-
telligi de minori, & maiori. Nam illud verbum
dicitur eſſe dubium, quòd poteſt plura ſignifi-
care, vt dixi in clemen.1.de iudi. Sed in dubijs,
21 quando agimus de concernentibus periculum
animæ, tutior debet fieri interpretatio pro ſalu
te ipſius animæ, quanquam videatur grauior, vt
in.c.iuuenis.ſ.de ſpon. & in.c.1.ſ.de ſeru. dixi
latè in.c.ad audientiam.ſ. de homici. in tertio
princ.artic. Sed pro anima tutior eſt interpre-
tatio, vt intelligatur de maiori; quia cum potue
rit excommunicator, vel ſtatuens intelligere de
minori, & ſtatuere, ſecundum ſuum intellectū
deberet locū habere. vt in.c.intelligentia. infra
de verb.ſig.iuncta.l.3.ff.de reb. dub. meritò ad
hoc, vt excommunicatus agat ſuper ſecuro, &
tutiori prouidebit ſibi circa excommunicatio-
nem maiorem, vt ab illa abſoluatur. & pro hoc
22 etiam facit, quia verba † debent intelligi ſecun-
dum communem conſuetudinem. & in.c.ex li-
teris.ſ.de ſponſa. & in.l.labeo.ff.de ſupellec.le.
Sed communiter appellatione excommunica-
tionis nos intelligimus de maiori, ergo &c.
Non obſtat ſecundum argumentū, quia poteſt
reſpōderi dupliciter, Vno modo qd' illud ideò
ibi eſt; quia verbum excommunicatio iungitur
cum verbo anathematis; vnde ne detur multi-
plicatio verborum, ſic exponitur verbum ex-
communicatio pro minori, & anathema ꝓ ma-
iori. Vel ſecundo poteſt reſponderi, quòd ex-
poſitio Gof.non eſt bona, per ea, quæ ſupra di-
cta ſunt. Et ne detur ſuperfluitas exponi pote
rit, dum tex. loquitur per verbum excommu-
nicatio, quòd loquatur de excommunicatione
maiori prolata ſine certa ſolemnitate. Sed dum
loquitur de anathemate, intelligatur de excom
municatione maiori, quæ fertur cum certa ſo-
lemnitate, vt ſtatim dicam. Et ex prædictis in-
23 fertur, quòd excommunicationis maioris † duæ
ſunt ſpecies. Vna eſt, quæ fertur ſine certa ſo-
lemnitate. Alia eſt, quæ fertur cum ſolemnita-
te, vt dixi in.d.c cum non ab homine. & latius
dicam.ſ.in decimo prin.artic. Alia eſt diuiſio,
quia quædam eſt excommunicatio, quæ fertur
à iure, quædā ab homine, vt apparebit ex his,
quæ infra dicam in.c.1.in quinto princ.artic.
24 Circa quartum principalem articulum, † quo
iure fuit inducta excommunicatio. Aduerte,
quia de iure ciuili non reperio, niſi duos tex.
Vnus eſt in auth. de interd.colle.hæret.vbi tex.
loquitur de anathematione. Alius eſt in auth.
de ſanc.epi.§.omnibus.vbi tex.loquitur de ex-
communicatione à corpore Chriſti, & ingreſſu
eccleſiæ.de quo infra in decimonono princ. ar-
tic. traditur in.l.2.C.de ſum.trin.& aliquid ſen-
tit in.l.placet.C.de ſacroſ. eccle. & hæc iura Io.
And.allegat in addit.Spec.in tit.de except.§.2.
ver.ſed nunquid poſt huiuſmodi. Arbitror ta-
men, quòd principalis origo excommunicatio-
nis deſcendit à iure communi; quia cum ſit gla-
25 dius ſpiritualis, non poteſt de ipſo diſponere,
aut exercere, niſi iudex eccleſiaſticus, vt in.c.2.
ſupra de iudi.dicam infra in quinto prin. artic.
in.c.ſeq.& ſic illi tex.iuris ciuilis ortum habue-
runt à fundamento iuris canonici.

## Capitulum . I. Super Eo.

### *SVMMARIVM.*

1 *Impubes percutiens clericum ab Epiſcopo abſolui*
*poteſt. Quod intellige, vt ſub nu.2.*
*Clericum percutiens ioco, vel cauſa diſciplinæ,*
*etiam ſi ſit maior excommunicatus non eſt,*
*nec aliqua indiget abſolutione. ibidem. &*
*num.7.*
*Si verò ex odio percuteret per Papam eſſet ab-*
*ſoluendus. ibidem.*

2 *Minor ætas quamuis alleuet delictum, non tamen ex toto excuſat.*
3 *Lex, vel ſtatutum in puniendo delicta generaliter loquens, non vendicat ſibi locum totaliter in minoribus etiam doli capacibus. Quod intellige, vt ibi, & nu. ſeq.*
4 *Pœna vbi eſt impoſita ipſo iure, de iuris rigore minor ẽt, dũmodo ſit doli capax, incidit in eam.*
5 *Pœna, quando imponitur ipſo iure, an poſſit à iudice alterari, aut per viam alleuationis, vel aggrauationis, aut commutationis.*
6 *Clericum percutiens, quando incidat in canonem, c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Et qñ non, nu. ſeq.*
8 *Minor ætas an excuſet à delicto. remiſſiuè.*
9 *Excommunicare quis poſſit.*
10 *Epiſcopus, & quilibet ſuperior per ſtatutum ſuũ, vel ſynodalem conſtitutionem poteſt excommunicare, de ſententia iuris. Quod amplia, vt ſub nu. 11.*
*Et quid in ſententia ferenda ab homine. nu. 13.*
11 *Statutum prælati, ſeu ſynodalis conſtitutio, quos liget remiſſiuè.*
12 *Anathema quod infligatur etiã à iure pro contumacia, & pro delicto, ſecundum glo. in. c. pen. infra hoc titu. quõ intelligatur ab Auctore.*
14 *Sacerdos quilibet habens curam animarum, & iuriſdictionem fori pœnitentialis, an poſſit excommunicare. & nu. 17. vſq; ad nu. 37.*
15 *Iudex quilibet eccleſiaſticus habens iuriſdictionem fori contentioſi, ſiue de iure communi, ſiue ex conſuetudine, poteſt ferre ſuntentiam excommunicationis.*
*Et qui ſint prælati inferiores habentes talem iuriſdictionem. nu. ſeq. remiſſiuè.*
18 *Excommunicatio cum illa ſolemnitate, de qua in c. debent. 11. q. 3. non poteſt ferri ab inferiore Epiſcopo, neque acquiri ex conſuetudine.*
19 *Conſuetudo iuriſdictionis turbatiua, non valet.*
20 *Conſuetudo non poteſt dare priuatæ perſonæ poteſtatem excommunicandi. Poteſt tamen illam dare prælatis inferioribus. vt nu. 22.*
21 *Iuriſdictionem nõ habere ſimpliciter, vel habere, ſed non in illam perſonam, in quã quis vellet eam exercere, paria ſunt.*
23 *Excommunicare poßunt illi, qui habent poteſtatem à iure, vel ab homine, aut à cõſuetudine.*
24 *Iuriſdictio ſine modica coerctione nulla eſt.*
25 *Excommunicatio eſt ferenda cum cauſæ cognitione. Quod intellige vt ibi.*
26 *Capitulum de conſuetudine excommunicat, & interdicit.*
27 *Excommunicare ad hoc, vt quis poſſit, quæ requirantur.*
28 *Excõmunicatio eſt pars iuriſdictionis. & nu. 32.*
29 *Cap. ſi ſacerdos. de offi. ord. intellectus.*
30 *Cap. cum ab eccleſiarum. de off. ordi. intellectus.*
*Curatus ſimplex non dicitur prælatus. ibidem. Quia non habet iuriſdictionem fori contentioſi, ſed tantum pœnitentialis. & nu. 33.*
31 *Conſuetudo eſt optima legum interpres.*
34 *Curati, & inferiores prælati, an poſſint excommunicare excommunicatione minori.*
35 *Excommunicatio minor infligitur quandoq; à ſacerdote, quandoq; à ſeipſo.*
36 *Euchariſtiam non aſſumens, quando male agat, & quando bene.*
37 *Delegatus vtrum poſſit excommunicare.*
38 *Arbitri an poſſint excommunicare.*
39 *Arbitri non habent iuriſdictionem, ſed ſimplicem notionem. Quod intellige, vt ibi.*
40 *Arbitri iuris, & neceſſarij videntur æquiparari delegatis.*
41 *Excommunicandi poteſtas, an poſſit quæri præſcriptione, vel conſuetudine.*
42 *Epiſcopus poteſt expreßè concedere clerico poteſtatem excommunicandi.*
43 *Excommunicandi poteſtas, an poſſit competere alicui ex prorogatione.*
44 *Excommunicatus an poſſit excommunicare.*
*Et quid ſi communiter habebatur pro non excommunicato. ibidem.*
35 *Excommunicatio ſi opponatur contra iudicem, quis cognoſcet de tali excommunicatione.*
*Excommunicare, an poſſit ille cui fuit reſtituta poteſtas excommunicandi. ibidem.*
46 *Iudex ſecularis an poſſit excommunicare.*
47 *Excommunicatio latè, & generaliter ſumitur etiam pro quadam ſeparatione ab actibus temporalibus.*
48 *Excommunicandi poteſtas, ſi fuit ablata alicui, ratione priuilegij conceſſi illi, qui poterat ab eo prius excommunicari, an ſi poſtea eidem reſtituatur hæc poteſtas, ſententia excommunicationis lata per ipſum in talem abſentem priuilegiatum, teneat.*
49 *Excommunicandi poteſtas an poſſit principaliter demandari.*
*Et an ſit meri, vel mixti imperij, an verò iuriſdictionis. nu. 50. remiſſiuè.*
51 *Delegari poßunt etiam ea, quæ ſunt meri imperij, de iure canonico.*

1 SVPER EO. Impubes qui † clericum percuſſit, ab Epiſcopo abſolui poteſt. Qui verò ioco, vel cauſa diſciplinę percutit clericum, etiam ſi ſit maior, nõ eſt excommunicatus, nec aliqua indiget abſolutione. Secus ſi ex odio. quo caſu per Papam eſt abſoluẽdus. & ſecunda pars ibi, nec clerici. tertia ibi, cæterum. Not. primo,
2 ꝙ quanuis minor ætas † aliqualiter alleuat delictum; non tamen ex toto excuſat; nam benignius agitur cum impuberibus, in quantum nõ eſt illis neceſſaria abſolutio ſedis apoſtolicæ. de quo latius dicam infra in vigeſimotertio princ. artic. Et intellige tex. de impuberibus. ſ. doli capacibus, qui in nullam incidunt excommunicationem, vt ibi dicam. Et ex prædictis vi-
3 detur inferendum, quòd licet lex, † vel ſtatutum puniendo delictum generaliter loquatur, prout loquitur. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Non tamẽ vendicat ſibi locum totaliter, in minoribus etiã doli capacibus, ſed dicit hic. D. m. quòd hoc ꝓcedit ex benigna interpretatione ſedis Apoſto
4 licæ facta per decretalem noſtram. Nam de † iuris rigore vbi pœna eſt ipſo iure impoſita, vt eſt in caſu



in caſu noſtro, etiam minor, dummodo ſit doli capax, incidit in illam, ſecundum ea quæ notantur in. c. 1. &. 2. ſupra de deli. puer. quãuis iudex in ſententiando ratione ætatis, poſſit illam alleuare, allegat not. per Barto. in. l. 2. ff. de recepta. Sed tu aduerte, quia dictum. D. m. non poteſt procedere in terminis noſtris, aut ſimilibus, in quibus pœna imponitur ipſo iure, prout hic in
5 percutiente clericum. Nam in tali caſu † iudex non habet poteſtatem alterandi pœnam per viam alleuationis, aggrauationis, & commutationis, vt latius dixi in. c. licet. ſupra de pœn. niſi eſſet talis, qui legis, vel ſtatuti condendi poteſtatem haberet, vt latius dixi in. c. licet. Et ideò dictum. D. m. poſſet habere locum, quãdo eſſemus in caſibus, in quibus pœna non imponitur ipſo iure, vel ipſo facto; quo caſu ętas tribuit iuſtam cauſam alleuandi pęnam, vt dixi in. d. c. li-
6 cet. Not. ſecundo, quòd † quis incidit in canonem, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. non ſolum ſi irato animo prouocando, clericum percutit. Sed etiam ſi duo clerici, ſeu clericus, & laicus ſe ad inuicem percutiant, ita quòd non fiat ad defenſionem. de quo latius dicam infra in nono principali artic. in. c. parochianos. Tertio not. ibi, leuitate ioccoſa, quòd ad hoc, vt quis incidat in illum canonem, ſi quis ſuadente, non ſufficit ſolum factum, nec ſolum manuum iniectio; ſed exigitur animus iniuriandi, & violen-
7 tia. Et ideò magiſter, qui percutit † clericum ex cauſa diſciplinæ, & prælatus percutiens ex cauſa correctionis, nõ incidunt in illum canonem, & ſimiliter, vt dicit hic glo. penult. non incidit in illum canonem pater, vel coniunctus; qui correctionis, vel diſciplinæ, aut emendationis cauſa percutiunt clericum; vt latius videbimus in prædicto nono princ. artic. vbi videbimus etiam quædam alia requiſita ad hoc, vt percutiens clericum incidat in dictum canonẽ, ſi quis ſuadente, de quibus hic tradunt Doct. Glo. 2. in prin. eſt declaratiua. deinde colligit argumẽtum hic, & vltimo format contrarium, & non ſoluit. In fi. glo. Io. And. hic dicit, quòd ibi loquit̃ de infirmitate animi minoris viginti quinque, maioris tamẽ quatuordecim annis.
8 & de hoc, an † minor ætas excuſat à delicto, dic vt latius dixi in. c. 1. &. 2. ſupra de delict. puero. Poſtremo poſt glo. iuxta præmiſſum ordinem in rubr. deſcendo ad quintum principalem ar-
9 ticulum, in quo venit examinandum † quis poſſit excommunicare. Circa quem articulum ꝓſequar infraſcriptas q̃ſtiones. Prima erit, quid de ordinarijs. Secunda, quid de delegatis. Tertia, quid de arbitris. Quarta, vtrum poteſtas excommunicandi poſſit quæri præſcriptione, vel conſuetudine. Quinta, vtrum ex prorogatione quis poſſit acquirere poteſtatem excommunicandi. Sexta, vtrum excommunicatus poſſit excommunicare, & quid de excommunicato. Septima, vtrum iudex ſecularis poſſit excommunicare. Primo igitur quæro, quid de ordinarijs. Sol. dic, quòd aut loquimur de ſententia iuris, aut loquimur de ſentẽtia hominis.
10 Primo caſu dic, quòd Epiſcopus, † & quicunq; ſuperior per ſtatutum ſuum, vel ſynodalem cõſtitutionem, poteſt excommunicare, vt eſt tex. in. c. à nobis. 1. ĩ. eod. & in. c. 2. de conſti. lib. 6.
11 Sed quos † liget ſtatutum tale, dicam infra in ſeptimo prin. artic. in. c. mulieres. ĩ. eod. & non ſolum hoc poteſt Epiſcopus, ſed idem ego arbitror in quolibet inferiore prælato, qui aliquo iure ſpeciali, priuilegio, conſuetudine acquiſiuiſſet poteſtatem condendi ſtatutum, vt eſt prælatus eccleſiaſticus. Et aduerte, quia dicit glo.
12 in. c. penul. ĩ. eod. quòd etiam † anathema infligitur tàm ab homine, quàm à iure pro contumacia, & pro delicto. Sed ego intelligo illam glo. de anathemate, hoc eſt, de excommunicatione, quæ fertur cum ſolemnitate. de qua. 11. q. 3. in. c. debent. quia iſta non poteſt quæri per ſtatutum, vt patet ex forma ipſius. Sed bene poſſet ſtatutum diſponere, quòd ꝓ aliqua contumacia, vel exceſſu feratur anathema cum illa ſolemnitate. argum. d. c. debent. dummodo tale ſtatutum fiat ab Epiſcopo, vel ſuperiore, vt in. c. cum inferior. ſupra de maio. & obed. vbi inferior Epiſcopo non poteſt illam ferre, vt apparebit ex infra dicendis. Intelligo igitur illam glo. in. d. c. penul. ĩ. eod. vt loquatur de anathemate, hoc eſt, de excommunicatione maiori.
13 Secundo caſu, cum loquimur de † ſententia excommunicationis ferẽda ab homine, dic, quòd Epiſcopus, & quilibet ſuperior ordinarius poteſt quamlibet ſententiam excommunicationis ferre, etiam maiorem, & quæ fertur cum ſolemnitate. de qua in. d. c. debent. 11. quæſt. 3. & in hoc non eſt dubium. Sed dubium eſt, quid de inferioribus prælatis, vtrum poſſint excommunicare. Et videtur dicendum quòd non, per tex. in. d. c. debent. vbi videtur probari, quòd ſolum Epiſcopus poſſit excõmunicare; & quia excommunicatio dicitur mucro epiſcopalis. Ad idem. 24. q. 3. in. c. corripiantur. Sed aduerte, quia in hoc variæ ſunt opiniones, vt refert Hoſt. in ſum. eod. tit. §. quis poſſit excommunicare. ver. ſed quis eſt hic miniſter. Quidã. n. voluerunt, ꝙ ſolus Epiſcopus poſſit excommunicare per iura, ſtatim allegata, & per tex. in. c. viſis. in fi. 16. q. 2. ibi fœlici mucrone Epiſcopi. Alij dicunt, quòd non ſolum Epiſcopus, ſed etiam inferiores prælati, qui præſunt collegijs, vt abbates etiam non benedicti, dummodo ſint confirmati, poſſunt excommunicare, vt ſupra de ſimo. c. ſicut. 2. & quòd priores, & ſimiles poſſunt excommunicare, etiam maiori excommunicatione, per tex. in. c. cum ab eccleſiarum. ſ. de offic. ordi. Tertij dicunt, quòd
14 etiam quilibet † ſacerdos, habens curam animarum, poteſt excommunicare, per tex. in. c. 2. ſ. de of. ord. 2. q. 1. c. nemo. 15. q. 4. c. 1. 11. q. 1. c. experientiæ. & c. ſacerdotibus. Hoſt. in dicto ver. concludit, ꝙ nullus inferior Epiſcopo põt excommunicare excõicatione ſolemni, quæ dicitur anathema, ſed etiam excõicatione maiori non ſolemni poteſt, dummodo habeat iuriſdictionem, & ſubditos etiã ſi illam habeat ex

conſuetudine,etiam ſi preſbiter non ſit.argum.
25.diſtinct. c. perlectis,63. diſtin.c.ſi in plebi-
bus.ſ.de Archid.c.2. & ſupra de appellat.c.re-
prehenſibilis. & de maio. & obed.c.cum in ec-
cleſijs.& ſupra de off.ord.c.quanto. D.m.in.c.
licet.ſupra de pœn.ponit pro vera concluſione,
15 quòd quilibet † iudex eccleſiaſticus habens iu-
riſdictionem fori contentioſi,ſiue habeat de iu
re communi, ſiue ex conſuetudine,poſſit pro-
ferre ſententiam cenſuræ, & ſic excommunica-
re.arg.d.c.licet.&.c.1.de ſenten.excom.&.d.c.
quanto.ſ.de offi.ord.&.d.c.cum in eccleſijs.de
maio.& obed.&.d.c.ſicut.de ſimo.Et hæc con-
cluſio mihi placet.Vnde abbates,& alij prelati,
qui aliquo modo de iure communi, vel ex ſpe-
ciali priuilegio,vel ex conſuetudine, habent iu
riſdictionem fori contentioſi, indubitāter poſ-
ſunt excommunicare excommunicatione non
16 ſolemni. Sed qui ſint † inferiores, qui habent
iſtam iuriſdictionem, vide per doct.in.d.c.cum
ab eccleſiarum. & latiſſimè per.D.m.in repeti.
c.ſi quis contra clericum.ſ.de fo. compet. Et
aduerte,quia ad ferēdum hanc ſententiam, ſuf
ficit ꝙ iſti prælati habeant poteſtatē excōican-
di; quanuis non habeant ptātem clauium, vt
dicit Hoſt.quia talis prælatus quærit hanc po-
teſtatem,non tanquam ſibi, ſed tanquam præla
turæ,vt dixi in.c.cum contingat. de fo.compe.
in fi.primæ princ. queſt. De prelatis ergo ha-
bentibus iuriſdictionem fori contentioſi,com-
Cōm.op. munis,* & vera cōcluſio videtur eſſe, vt poſſint
excommunicare.Sed maius dubium eſt de alijs
17 qui ſolum habent iuriſdictionem fori † pœni-
tentialis,quales ſunt rectores parochialium ec-
cleſiarum,an poſſint excommunicare. Et quid
iuris etiam de ſimplicibus ſacerdotibus. Et in
hoc variæ reperiuntur opin. vt ex.ĵ. dicendis
apparebit. Ego verò ex plurimis hincinde de-
ductis arbitror in primis diſtinguendum tria
membra. Primum membrum, quid iuris de
anathemate,hoc eſt ſolemni excommunicatio-
ne. Secundum,quid de excommunicatione ma
iori ferenda ſine ſolemnitate. Tertium,quid de
excommunicatione minori. Quò ad primum
dic, ꝙ tales non poſſunt aliquo modo illam ꝓ-
ferre,cum pro forma ſubſtantiali requiratur, ꝙ
18 illam ferat † Epiſcopus vnà cum duodecim ſa-
cerdotibus,vt in.d.c.debent.11.q.3. Nec po-
teſt,vt arbitror hoc conſuetudine acquirere, vt
poſſit illam inferior proferre, ratione impoſſibi
litatis;cum omnino deficiat qualitas habilis ad
hanc ſolemnitatem; eo quòd ibi non ſit Epiſco
pus. Licet fortè poſſet conſuetudine induci,vt
inferior poſſit excommunicationem maiorem
cum certa ſolemnitate proferre. Quò ad ſecun
dum membrum, cum queritur de excommuni
catione maiori proferenda ſine predicta ſolem-
nitate, de qua in.d.c.debent. ſubdiſtingue, ꝙ
aut quæritur de ſimplici ſacerdote non haben-
te parochiam,& curam animarum,aut de ſacer
dote habente parochiam, & curam animarum.
Primo caſu, dic ꝙ talis non poteſt excommuni
care,cum non habeat aliquam iuriſdictionem;
vnde ſententia excommunicationis ab eo lata
non valeret, tāquàm à non ſuo iudice,vt in.c.at
ſi clerici.ſ.de iudi. & ſupra de paroch. c.vt do-
minicis.&.ſ.de cōſuet.c.ad audientiam noſtrā.
Nam ad hoc,vt ſententia excommunicationis
valeat,requiritur ꝙ ſit ſententia paſtoralis. 11.
q.3.c.ſententia. Sed iſte,qui non habet ſubdi-
tos ad cuſtodiam,ſeu curam,non poteſt dici pa
ſtor,ergo &c. Nec valet conſuetudo in contra-
rium, quia eſſet irrationabilis, ꝙ quis abſque
aliqua iuriſdictione poſſet excommunicare nō
19 ſubditum.Nam talis conſuetudo † eſſet iuriſdi-
ctionis tributiua,& eccleſia ordinis concluſiua.
11.q.1.in.c.de perſona. & ita poſſunt intelligi
not.per Hoſt.in.c.quanto. de conſuet. & ſupra
de of.archid.c.cum ſatis. & de fo.compet.c.cū
contingat.vbi dicit Hoſtien.quòd conſuetudo
20 non † poteſt dare priuatæ perſonæ poteſtatem
excommunicandi. & not. etiam Io.Andr.in.c.
conquerente.ſ.de offi.ord. Facit.c.dudum.ſ.
de elect.ſentit etiam Inno.in.c.olim.3.ſ.de re-
ſtit.ſpò.vbi dicit,ꝙ ſimpliciter clericus non po
teſt quærere ex conſuetudine poteſtatem excō-
municandi. & tenent.d.Ant.Zaba.&.D.m.in.c.
cum contingat.ſupra de ſo.compet.vt ibi dixi.
Secundo caſu,cum queritur de ſacerdote habē-
te parochiam, ſeu curam animarum, diſtingue,
quòd aut quæritur, vtrum poſſit excōicare ex-
traneos non delinquentes in ſua parochia, ſiue
cura,& hoc caſu clarum eſt, ꝙ non poteſt. arg.
21 iurium ſupra allegatorum; & quia paria † ſunt
non habere curam, ſiue iuriſdictionem ſimpli-
citer, vel non habere in illam perſonam, quam
quis excommunicat.arg.d.c.nullus.ſupra de pa
roch. Facit.ff.de legit.tuto. in.l.inteſtato.quia
aliàs turbaretur cuiuslibet officium,& ſua cuiq;
iuriſdictio non ſeruaretur. quod eſſet abſurdū.
arg.d.c.de perſona.11.quæſt.1.& quod not.in
.l.conſulta diualia.C.de teſtam. Aut quæritur
vtrum ſubditos ſuos delinquentes in ſua paro-
chia poſſit excommunicare. Et ſubdiſtingue,ꝙ
aut hoc habet ex conſuetudine præſcripta, &
poteſt; quia conſuetudo dat iuriſdictionem, vt
in.d.c.cum contingat. & ibi latè dixi. & pro-
batur in.c.duo ſimul. ſupra de offic.ordi. &.9.
q.3.in.c.conqueſtus. Et dicit Hoſt.in.d.c.cum
contingat. ꝙ licet conſuetudo non poſſit dare
priuatæ perſonæ poteſtatem excommunican-
22 di, vt ſupra dixi, tamen hanc † poteſtatem po-
teſt dare prelatis inferioribus, & etiam pleba-
nis,& rectoribus parochialium eccleſiarum, vt
in.d.c.cum ab eccleſiarum.& ſupra de elec.c.du
dum.2.in.§.tandem.tenet glo.11.q.1.c.expe-
rientiæ.& Abbas antiquus in.c.ſi ſacerdos.ſup
de offi.archid.24.q.1.§.his authoritatibus. &
Goff.in ſum.eod. tit. Et in hoc videntur con-
cordare omnes docto. & tenet etiam Barthol.
Brixien. in dicto.c.nemo. & glo. etiam ſuper
Ray.in ſum.alibi vult, quòd excommunicatio-
nes, quas fecerunt quidam parochiani ſcienti-
bus Epiſcopis,& non contradicentibus ꝓ dam
nis,quorum ignorantur authores, vel in ſimi-
libus caſibus tenent, & ligant per tacitam ap-
proba-



probationem Eporum. Et idem tenet Aſten.
in ſum.& Thom. ſuper quarto ſenten. diſt.18.
23 dicentes,quòd illi poſſunt † excommunicare,
qui poteſtatem habēt à iure,vel ab homine, vel
à conſuetudine. Aut tales rectores curati non
habent hanc poteſtatem ex conſuetudine, vel
alio priuilegio, & ſic ſolum quæritur, vtrum
hæc poteſtas eis competat de iure communi.
Et Goff.voluit quòd ſic,per preallega.c.nemo.
2.quæſt.1.& per.c.2.&.3.ſupra de offic.ordi.
Nam ex quo talis curatus habet iuriſdictionem
debet poſſe excommunicare; quia iuriſdictio
24 ſine † modica coerctione nulla eſſet. ſupra de
offi.deleg.c.ex literis. & hoc tenet idem Goff.
in.c.tranſmiſſam. ſupra de electio. & ſentit glo.
fin.9.quæſt.3.c.2. &.24.quæſt.1.§.his autho-
ritatibus. vbi dicit, quòd nihil facit Epiſcopus
ex certa ordinatione, quod non faciant presbi-
teri. Et idem dicitur in.c.legimus.93.diſtinct.
Et hanc etiam opinionem tenet Archidia.in.c.
romana.de ſen.excom.lib.6. & in.c.2.de conſt.
lib.6.& ſentit glo.in.d.c.romana. & tenuerunt
quidam,vt dixi ſupra in princip. dum dixi poſt
Hoſti. quòd tertij dicunt, quòd etiam quilibet
ſacerdos habens curam, poteſt excommunica-
re per iura ibi allegata. Sed Lamb. & Ioan. de
25 Deo.tenent contrariam opinionem; quia † ex-
communicatio eſt ferēda cum cauſæ cognitio-
ne,vt.d.c.nemo.2.quæſt.1.& ſupra de appella.
c.reprehenſibilis.& ſequitur Rayn. in ſum. di-
cens, quòd etiam ſacerdotes habentes curam
animarum,non poſſunt excommunicare, cum
non habeāt iuriſdictionem in ſubditos,nec in-
ter eos valeant iudicare. Abbas antiquus diſtin
guit pro concordia dictarum opinionum, ꝙ
aut ſacerdos parochialis vult excommunicare
tanquàm iudex,& in forma iudicij, & cum cau
ſæ cognitione, & non poteſt;cum non habeat
cauſæ cognitionem.ita procedat ſecunda opin.
Lamb. Aut vult excommunicare non in for-
ma iudicij,nec cum cauſæ cognitione, ſed ge-
neraliter,& poteſt,vt dicto.c.2.de offic. ordi.
Nam talis ſecundum eum, poteſt ex cauſa ſpe-
cialiter interdicere alicui diuinum officium, vel
eccleſiaſtica ſacramenta,vt dicto.c.2. &.d.c.ne-
mo.quia in talibus non exigitur forma iudicij,
ſeu cauſæ cognitio; nec ad talia exigitur niſi or-
do ſacramentalis, vt dicto.c.nemo. vbi etiam
hoc not.Archid.in glo.fina. & notat etiam Ar-
chid.in.d.§.his authoritatibus. & hoc modo
procedat prima opinio. & idem videtur tenere
Hoſt.in ſum.eod.tit.§.quis poſſit.ver.tu dicas.
vbi dicit, quòd ſacerdos ex quo habet curam
animarum in notorijs,habet poteſtatem excō-
municandi præmiſſa monitione. & in his om-
nibus, quæ ſine libelli oblatione expediri poſ-
ſunt. argum. ſupra de clan.deſpon.c.cum inhi-
bitio.Niſi fortè contraria conſuetudo,vel Epi-
ſcopi inhibitio, hoc impediat. In occultis ve-
ro,& in his,quæ requirunt iudiciarium ordinē;
non poteſt. Et ſic procedat ſecunda opin.niſi
contraria conſuetudo,vel ſpecialis delegatio ſi-
ue conceſſio eis hoc indulgeat. Nam & capi-
26 tulum † de conſuetudine, vel indulgentia ex-
communicat,& interdicit, vt ſupra de reſcript.
c.ex parte decani. & ſupra de conſuetu.c.cum
inter vos. & infra tit.proxi.c.ex parte. D.An.
in.d.c.cum contingat. de ſo. competen. ſequi-
tur prædictam opinionem Abba.dicens, quòd
iſti curati recipiunt quandam iuriſdictionem
in ſubiectos,quę plus attrahitur ad naturam ſo-
ri pœnitentialis,quàm contētioſi; quia poſſunt
generalem promulgare excommunicationem
ad corrigendas animas ſubditorum, allegat di-
ctum.c.ſi ſacerdos. ſupra de offic.ord. Sed.D.
Zaba.in.d.c.2.ſupra de offic. ord. ſequitur pri-
mam opinionem. Mouetur,quia ad hoc,vt quis
27 poſſit † excommunicare, duo requiruntur, vi-
delicet,ꝙ ſit iudex, & eccleſiaſticus, allegat.c.1.
eod.tit. lib.6. vbi in tex. reperitur verbum iu-
dex. Subdit tamen,quòd impropriè poteſt ex-
communicare; videlicet,remouendo à commu
nione,non per modum præcepti,ſed conſilij.&
ſic poteſt procedere ſecundum eum opi. Hoſt.
Et idem etiā tenet collectaneus.D.m.in.d.c.ſi
ſacerdos. & in repetitio.c.ſi quis contra cleri-
cum. ſupra de ſo.compet. tenet hanc vltimam
opinionem,quòd curatus non poſſit excommu
28 nicare. Mouetur, † quia excommunicatio eſt
pars iuriſdictionis,vt in.c.ex literis.ſupra de of.
delega.& in.c.querenti.ĵ.tit.proxi. & infra ſu-
bijciam in ſexto princ.artic. ergo nullus poteſt
excommunicare, niſi iuriſdictionem habeat.
Non obſtant iura allegata pro contraria opin.
quia ſecundum eum, ſi bene ponderentur, lo-
29 quuntur in habente iuriſdictionem; nam † præ-
dictū.c.ſi ſacerdos. ſuper quo principaliter fun-
datur contraria opin. loquitur in rectore paro-
chiali habente iuriſdictionem, ſi bene ponde-
retur,vt patet ex tex.ibi,dum dicit,niſi iudicia-
rio ordine &c. vbi dum tex. dicit, ibi, petierit
iuſtitiam,poteſt excommunicare authorem.
Et ſic patet, quòd loquitur de habente iuriſdi-
ctionē fortè aliquo iure ſpeciali, ex priuilegio,
vel cōſuetudine.Et ſic debet etiam intelligi tex.
30 in † .d.c.cum ab eccleſiarum. ſupra de off. ordi.
vt patet ex princ.dum dicit,eccleſiarum præla-
tis,& ſic non loquitur de ſimplici curato; quia
talis non eſt prælatus.Et hanc opin.ſentit Spec.
in tit.de off.delega.circa princ. & videtur eſſe
bonus tex. pro hac opin. ſupra de off.archid.c.
archidiaconis. Et ita interpretatur conſuetudo
31 ſecundum eum, quæ † eſt optima legum inter-
pres.ſupra de conſuetu.c.cum dilectus.& hanc
opin.etiam tenuit Guil.de monte Lau.in quo-
dā ſuo tracta.de ſacramen.& in.c.nemo.2.q.1.
licet Archid.ibi, remaneat in priori ſententia.
Vnde concludit.D.m. ꝙ curatus neq; in ſpecie,
neq; in gñe poteſt excommunicare,niſi habeat
32 iuriſdictionem; quia vt dixi, † excōmunicatio
eſt iuriſdictionis, & fori contentioſi, qualiter-
cunque feratur, vt in.d.c.querenti. & in.c.pia.
de excep.lib.6. Quinimò in eccleſia nō videtur
eſſe maior pœna.24.q.3.c.corripiantur. Facit
.c.ſacro.ĵ.eod.Et ideò non poteſt imponi, niſi
per iudicē,vt not.in dictis iuribus.&.23.q.2.§.

 in hoc.

in hoc.& not. ſupra de diuor.c.porrò. Sed cu-
33 rati†non habent iuri ſdictionem fori conten-
tioſi,ſed penitentialis duntaxat, vt in.c.omnis.
ſupra tit.prox.& in.c.1. & in.c.cum epiſcopus.
de offi.ordi.lib.6. & in hac concluſione rema-
net.D.m. Quæſtio in veritate eſt ſatis dubia,
& pro vtraque parte defenſabilis. Nam contra
opin.D. m. multum ſtringit dictum.c.ſi ſacer-
dos. Cogitabitis tertio, & vltimo caſu,cũ q̃ri-
34 tur†de excommunicatione minori,dicit Hoſt.
in ſum.eod.tit.§.quis poſſit. in fi. quòd omnes
etiam inferiores prælati, & curati, poſſunt ex-
communicare excommunicatione minori, per
præallegatum.c.cum ab eccleſiarum. Nam &
35 ipſa minor † excommunicatio quandoq; infli-
gitur à ſacerdote,quando q; à ſeipſo.de pœnit.
diſt.1.c.facilius. vt patet quando quis ſeipſum
priuat à participatione ſacramentorum; vt pu-
36 ta,ab aſſumptione Euchariſtiæ. † Quod quan-
doq; malum eſt, videlicet, quando putaret ſibi
hoc ſufficere ad ſalutem.de pœnit.diſt.1.c.ſunt
qui arbitrantur. Sed quandoq; bene facit, vt
puta, ſi hoc ageret peccator propter reueren-
tiam tanti ſacramenti.arg.de conſec.diſtinc.2.
c.qui ſceleratè. Melius tamen eſt,quòd ipſe nõ
gerat hanc reuerentiam ſua propria authorita-
te;ſed illud agat authoritate proprij ſacerdotis,
cum ſaltem ſemel in anno omnis qui ad annos
diſcretionis peruenit, teneatur ſacratiſſimam
Euchariſtiam aſſumere,vt.d.c.omnis.s̃.tit.p̃x.
37 Secundo quæro,vtrum†delegatus poſſit excõ-
municare. Sol.dic quòd ſic. dummodo ſit dele-
gatus à iudice eccleſiaſtico;& eccleſiaſticam iu-
riſdictionem poſſit exercere. hoc probatur ex-
preſsè in.c.1.de offi.delega. lib.6. Et quia iſta
Cõm.op. eſt communis*opin.omnium doct. ideò aliter
non eſt inſiſtendum. Tertio quæro,vtrum ar-
38 bitri†poſſint excommunicare. Sol.Hoſtien.&
poſt eum Io.And.in.c.graue.s̃.de offi. ord. te-
nent quòd non; volentes,quòd arbitri nec ex-
communicare,nec interdicere poſſint; quanuis
liceat litigatorum contumaciam punire, vt.ff.
de arbitr.in.l.non ex omnibus. Et placet mihi
39 hæc opin.quia†arbitri non habent iuriſdictio-
nem; ſed ſimplicem notionem, vt not. in.l.ait
prætor. ff.de re iudi. Sed tamen ego arbitror,
quòd hoc procedat in arbitris compromiſſa-
rijs,ſeu voluntarijs. Secus in neceſſarijs, ſeu in
40 arbitris iuris. Nam†iſti videntur æquiparari
delegatis,vt not.in.c.ab arbitris. de offi.delega.
lib.6.dixi in.c.cum ſpeciali.s̃.de appella. Facit
quod not.in.l.2.ff.à quib.appel.non lic. & in.l.
cum ſpecialis. &.l.apertiſſimi. C. de iudi. cum
41 ſimi. Quarto quæro, vtrum†poteſtas excom-
municandi poſſit quæri præſcriptione,vel con-
ſuetudine. Sol.patet clariſſimè quòd ſic, ex ijs,
quæ dixi ſupra in prima quæſt. huius principa-
lis artic. Dummodo quis nõ ſit ſimplex,ſeu pri
uatus clericus, ſed habeat ſaltem curam anima-
rum,vt latè dixi ſupra in prima quæſt. Et adde
ad ea,quæ ibi dixi,q̃ Zaba. in repetit.c.perpen-
dimus.j̃.eod. poſt Inno. in.c.olim.3. ſupra de
teſtit.ſpol. tenet, quòd etiam ſimplex ſacerdos
poſſet q̃rere hanc poteſtatem per præſcriptio-
nem,vel conſuetudinem, ſicut etiam poteſt per
priuilegium. Et quanuis Inno. alleget ad hoc
.c.2.ſupra de his quæ fi.à ma.cap. tamen Zaba.
dicit,quòd ille tex. potius probat contrarium,
ſed non loquitur in excommunicatione, ſed in
interdicto. Dicit tamen,quòd dictum eſt ve-
rum in ſe, ratione quã ponit Inno.in.d.c.olim.
42 videlicet,quia ſicut†Epiſcopus poteſt expreſsè
concedere clerico hanc poteſtatem excommu-
nicandi,vt in.d.c.cum ab eccleſiarum. de offic.
ord.& latè patet ex his,quæ ſupra ſtatim dixi in
ſecunda quæſt. Ita etiam debet per tacitum
conſenſum Epiſcopi poſſe quæri ex p̃ſcriptio-
ne,vel conſuetudine. Sed.D.m.in.d.c.olim.&
in.c.cum contingat. de fo. compet. & in.d.c.ſi
quis contra clericum. tenet opin. quam ponit
Io. And.in.c.auaritiæ.de elect.lib.6. qui refert
quendam fratrem Vbertum diſputando tenuiſ-
ſe,q̃ ſolum ille,qui alias habet dignitatem, põt
q̃rere poteſtatem excõmunicandi ex præſcri-
ptione, vel conſuetudine.exercendo hãc pote-
ſtatem in illos, in quos in veritate non habebat
hanc poteſtatem. & hæc opin.mihi plus placet,
per ea quæ ſtatim dicam in prima quæſt. huius
artic. Fortè tamen dici poſſet,q̃ ſi aliquis,etiã
ſimplex clericus, puta canonicus certæ præben
dæ,aliquo modo conſuetudine,vel præſcriptio-
ne acquiſiuiſſet iuriſdictionem fori contentioſi
in aliquos, q̃ vigore dictæ iuriſdictionis poſſit
excommunicare. & ita poſſet ſaluari opi. Inno.
hic,& Zaba. Quinto quæro, vtrum hæc pote-
43 ſtas†excommunicandi poſſit alicui competere
ex prorogatione. Solu. Innocen. fuit varius,
nam in .c. P. & G. vbi glo. ſupra de offic. de-
lega.ſentit quòd ſic. Sed contrarium tenet in
.c.de cauſis.eod.tit. & hoc vltimum tenuit Bal.
in.l.ſi qui ex conſenſu. C. de epiſco. audien.
quia hæc poteſtas competit à ſolo Deo. Sed
dicit.D.m. quòd prædictum motiuum proce-
dit,quando quis ſubijceret ſe non habenti pote
ſtatem excommunicandi. Secus ſi haberet re-
ſpectu ſubditorum ſuorum; quia tunc non da-
tur noua poteſtas, ſed fit extenſio de perſona
ad perſonam. Vnde poteſt potius dici amplia-
tio poteſtatis,ſicut in ſimili legitur, & not.in.c.
aqua.de conſecra.eccle.vel alta. Et hanc opin.
ſequitur Zaba.in repeti.d.c.perpẽdimus.j̃.eo.
Sed tu aduerte,quia in hoc eſt differentia; nam
in laicos poteſt exerceri hæc poteſtas excom-
municãdi ex prorogatione iuriſdictionis abſq;
aliquo conſenſu proprij iudicis; ſed in clericos
non poteſt exerceri, niſi fiat prorogatio de cõ-
ſenſu proprij iudicis, ſecundum ea, quæ latius
dixi in.c.ſignificaſti.s̃.de fo.compet. Et hanc
opinionem ego tenui in.d.c.P. &.G. in nouis
reporta. Licet.D.m.teneat contrarium. Sexto
44 quæro,†vtrum excommunicatus poſſit excom
municare. Solu.dic quòd non.24.q.1.in ſum.
s̃.de ordi.ab epi.c.2. Et iſtud eſt clarum in illo,
qui eſt publicè excommunicatus. Sed dubiũ
eſt,quid iuris de excommunicato,qui commu
ni opinione habebatur pro non excommunica

to,vtrum



to,vtrum poſſit excommunicare, & ſententia
excommunicationis per eum lata teneat. Circa
quod glo.24.q.1. in ſum. tenet quòd nõ valeat
per.c.ad abolendam.s̃.de hære. & ſequitur Io.
And.in.c.pia.de excep.lib.6. Et Gaſp. de Cal.
qui ſolemniter diſputauit hanc quæſtionẽ, quæ
incipit,excommunicatus qui omni opinione.
Sed Inno.tenet contrarium in.c.ſi verè.j̃.eod.
& quæ opin.prædictarum melior ſit, vide quæ
latè dixi in.c.ad probandum.s̃.de re iudic. vbi
ego latiſſimè tractaui hanc quæſtionem. Sed
45 circa prædicta quæro,† quid ſi excommunica-
tio opponitur contra iudicem, quis cognoſcet
de tali excommunicatione. Sol.dic,q̃ hoc arti-
culo,vt dicã.j̃.in.17.prin. artic. Item circa p̃-
dicta quæritur,quid ſi excommunicatio fertur
per illum,cui fuit reſtituta poteſtas excommu-
46 nicandi &c. Septimo quæro,vtrum†iudex ſe-
cularis poſſit excommunicare. Sol. dic quòd
non,prout loquimur propriè, & ſtrictè de ex-
communicatione,quæ eſt ſententia cenſuræ, &
ſic ſpiritualis,quia laicus non poteſt regulariter
talia attentare, vt in.c.2.s̃.de iudi. Sed prout
47 †excommunicatio latè, & generaliter ſumitur
etiam pro quadam ſeparatione ab actibus tem
poralibus, poteſt dici, quòd ſecularis poteſt ex-
communicare excommunicando, ſeu interdi-
cendo actus temporales, vt not.glo.11.q.3.in
§.euidenter.ver.ſententia. per tex. in.l.moris.
ff.de pœn.& probatur in.l.quos prohibet.ff.de
poſtul. Poſtremo circa hunc articulum poſſet
48 dubitari,quid iuris de illo,à quo fuit†ablata po
teſtas excommunicandi aliquem ratione priui
legij conceſſi illi tali, vtrum ſi poſtea reſtituatur
eidem hæc poteſtas, ſententia excommunica-
tionis lata per ipſum in talem abſentem priui-
legiatum teneat,de qua quæſtione dic,vt dicam
.j̃.in ſeptimo princ. arti. Vtrum autẽ,hæc po-
49 teſtas † excommunicandi poſſet principaliter
demandari; nam acceſſoriè non eſt dubium, q̃
venit,per ea quæ dixi in ſecunda q̃ſtione huius
artic. breuiter dic, quòd dubitatio deſcendit ex
his, quæ traduntur ex.c.quod ſedem.s̃.de offi.
ordi. & ex his, quæ dicam in ſeq.cap. in ſexto
50 princ.artic. An ſcilicet hæc poteſtas ſit meri,
vel mixti imperij, an verò iuriſdictionis, & ſi
eſt imperij,an poſſit delegari. Et breuiter dic,q̃
ſi loquamur de excommunicatione ſpirituali,
poteſt delegari;quia de iure canonico commu-
Cõm.op. 51 nis*cõcluſio eſt, quòd etiam ea,†quæ ſunt me-
ri imperij, poſſint delegari, vt latè traditur in
d.c.quod ſedem.& hoc in excommunicatione
expreſsè tenet.D.m.in.c.penult.s̃.de conſecra.
eccle. vel alta.

## Capitulum. II. Monachi.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbas abſoluit monachos ſe ad inuicem percu-
tientes, & deficiente eius diſcretione recurri-
tur ad Epiſcopum. Et quid ſi Monachi ſe per-
cuſſerint extra clauſtra. num.4. Et ibi quid
in monachis exemptis, reſpectu Epiſcopi. re-
miſſiuè.*
2 *Monachorum correctio pertinet ad Abbatem,et
eo deficiente ad Epiſcopum.*
3 *Abſolutio ab excommunicatione eſt ferenda cum
prouidentia, & diſcretione.*
5 *Abbas an poſſit abſoluere monachos à qualibet
excõmunicatione inflicta à canone. remiſſiuè.*
6 *Excommunicandi poteſtas an ſit iuriſdictionis, an
meri, vel mixti imperij.*
7 *Abſoluendi ab excommunicatione poteſtas eſt
iuriſdictionis.*
8 *Imperium merum quid ſit. Et quid mixtum.
ibidem.*
9 *Excommunicatus cui æquiparetur. vſq; ad fi.cap.*
10 *Excommunicatio eſt potius medicina, quam ve-
ra pœna.*
11 *Banniti non habent certam naturam; ſed eorum
pœnalis qualitas dependet, ſecundum varias
locorum diſpoſitiones. & nu. 15.*
12 *Excommunicatus ab vno Epiſcopo, eſt ab omni-
bus, & vbiq; vitandus. remiſſiuè.*
13 *Excommunicatus non perdit ciuitatem, nec bona,
& plurimos actus ciuiles, poteſt exercere.
remiſſiuè.*
14 *Excommunicari quis non poteſt, niſi quò ad om-
nes eccleſias.*
16 *Banniti quandoq; plus, vel minus conſequuntur,
& quãdo nulli de ciuitate licitum eſt cum il-
lis paticipare. remiſſiuè.*
17 *Cum excommunicatis communicare licitum eſt
certis perſonis.*

1 MONACHI. Monachos †ſe ad in-
uicem percutientes abſoluit Ab-
bas,& idem in Canonicis regula-
ribus, & Abbatis diſcretione de-
ficiente, recurritur ad Epiſcopum.h.d. Not.
2 primo, quòd†correctio Monachorum, primo
loco pertinet ad Abatẽ, Abbate verò deficien
te pertinet ad Epiſcopum, de quo dic, vt plenè
not. in .c. quanto.s̃.de offi. ordi. & in .c. fin.s̃.
de offi. custo. & pleniſſimè per .D. m. in repe-
titione cap.ſi quis cõtra clericum. ſupra de ſo.
compe. Secundo not. q̃ diſciplina, & † abſo-
lutio ab exercitatione non eſt paſſim fienda;
ſed cũ prouidentia, & diſcretione, debet enim
abſoluens eſſe diſcretus, & prouidus in cõſide-
rando quantitatem, & qualitatem exceſſus, &
alias debitas circunſtantias, de quo dicam infra
in articulo.25. Vltimo not. caſum,in quo pro
violentia manuum iniectione in clericum, non
eſt neceſſariũ ire ad ſedem Apoſto. ſed abſolu-
tionem poteſt impartiri Abbas,& Abbate de-
ficiente Epiſcopus, & hinc ſumpta occaſione
tractant hic Doc. Vtrum tex. noſter procedat
4 in†Monachis ſe percutientibus extra clauſtrũ,
& an procedat in Monachis exemptis,inquan-
5 tum dicit de Epiſcopo, & vtrum † Abbas poſ-
ſet abſoluere Monachos, etiam ab alia quali-
bet excõicatione inflicta à canõe,de quib⁹ ego
dicã infra in vigeſimo tertio principali articulo.
Glo.1.ſentit contrarium, & ſoluit. In fin. dic

 de hoc,

de hoc, vt dicam in dicto .23. arti. Glo. fin.
poteſt recitari per.q. & contrarium de materia
ſua dicã in dicto vigeſimo tertio principali arti-
culo. Poſtremo iuxta præmiſſum ordinem in
rubr. deſcẽdendo ad ſextum principalem arti-
6 culũ, videlicet an poteſtas † excõicandi ſit iuriſ-
dictiõis, an meri, vel mixti imperij, & cui ex-
cõicatus æquiparetur. Et quò ad primũ, an ſit
imperij, vel iuriſdictionis, Inno. in.c. de cauſis.
ſup̃ de offi. deleg. ſentit, quòd ſit meri imperij
in eo, ꝙ vult, quòd ẽt reſpectu poteſtatis excõi-
candi, poteſt fieri prorogatio, dummodo ſit
talis Iudex, qui habet merum imperim, & hanc
opi. ſentit etiam Inno. in .c. tranſmiſſam in fin.
de elect. vbi dicit, quòd ex eo, ꝙ confirmatus
poteſt excõicare, dicitur poſſe exercere merũ
imperium, & idem etiam ſentit Io. Andr. ibi,
in nouella, & Hoſti. in.c. ꝙ ſedem. s̃. de offi. ordi.
& Spe. in tit. de iure. om. iudi. ver. ſecundũ ca-
nones. & Zaba. in in repetitione .c. perpendi-
mus infra eo. vbi dicit, quòd hæc poteſtas eſt
de mero imperio paruo, & hoc fortè dicit; quia
ſub mero imperio paruo, ſecundum, quòd di-
ſtinguit Bart. in.l. imperium. ff. de iuriſdic. om.
iudi. & quidam moderniores in .d.c. ꝙ ſedem.
continetur relegatio, & excõicatus æquipera-
tur relegato, ſecundum aliquos, vt ſtatim dicam
in ſecundo membro. Sed tu aduerte, quia glo.
2.q.6. in.c. quiſquis ſentit, ꝙ potius ſit iuriſdi-
ctionis, ſeu mixti imperij, pro qua facit quia po
7 teſtas † abſoluendi eſt iuriſdictionis, vt dicam
infra in vigeſimo tertio articulo, & notat glo. in
.c. ſacro. j̃. eod. Ita vt a pari poteſtas excõicã-
di, debet eſſe iuriſdictionis, & hoc videtur te-
nere .D. m. in.c. vlti. de conſec. eccle. vel alta.
Ego arbitror, quòd diuerſis reſpectibus pote-
ſtas excõicandi poſſet, quandoq; dici meri im-
perij, & quandoq; mixti, & quandoq; iuriſdi-
ctionis. Nam meri imperij tunc dicetur quan-
do exercetur iudicis officio nobili, ad publi-
cam vtilitatẽ, vt puta per viam ſtatuti, ſecundũ,
ꝙ traditur in.c.2. de conſti. lib.6. & per alium
ſimilem modum, per quem poteſtas, ſeu iuriſ-
dictio exerceat̃ iudicis officio nobili, ad publi-
cam vtilitatem. Nam ita deſcribitur merũ im-
8 perium † quod eſt iuriſdictio, quæ iudicis offi-
cio nobili expeditur ad publicam vtilitatem.
Sed in quantum excõicatio exerceretur iudicis
officio nobili ad priuatam vtilitatem, tunc hæc
poteſtas mixti eſſet imperij, quia mixtum im-
perium, ita deſcribitur, ꝙ eſt iuriſdictio, quæ
iudicis officio nobili expeditur ad priuatã vtili-
tatem, vt de his traditur per Bar. in .d. l. impe-
rium, & per Zaba. & .D.m. in.d.c. ꝙ ſedem. iu-
ridictionis autem dici poteſt, in quãtum iuriſ-
dictio eſt loco generis compræhendens ſub ſe
imperium merum, & mixtum, & ſimplicẽ iuriſ-
dictionem, vt traditur in locis præallegatis, &
ita iudicio meo poſſunt ſaluari omnes prędictę
opi. Quò ad ſecundũ, cui ęquiparetur iſta ex-
9 cõicatio, ſeu cui † æquiparetur excõmunicat⁹.
Glo. in.c. paſtoralis. s̃. de appel. vult, ꝙ æqui-
paretur relegationi, & hoc tenet etiam Io. An.
in.c. decernimus eo. tit. lib. 6. Glo. verò inſti.
de cap. dim. in.§. minor, ſiue media vult, quòd
æquiparetur deportato, vel ſaltem bannito.
Sed Zabar. in.d.c. perpendimus. tenet contra-
10 rium, eo quòd † excommunicatio eſt potius
medicinalis, quàm vera pœna, vt in.c.1. eod. tit.
lib.6. & tenet quòd potius ęquiparetur relega-
to. & Bart. idem dicit in.l.2. ff. de pub. iudi. Nã
bannito ſecundũ eum non poteſt cõparari; quia
11 bannum non habet certam † naturam, ſed ſolũ
relegatis, ſecundum varias locorum diſpoſitio-
nes. Item quia bannitus ab vna ciuitate non
euitatur in alijs; quia extra territorium ius di-
centis non paretur impune, vt in.c.2. de conſti.
12 lib.6. Sed † excõmunicatus ab vno Epiſcopo,
eſt ab omnibus, & vbiq; vitandus, vt in.d.c. ad
reprimendam. s̃. de. of. ordi. dicã latius. j̃. in de-
cimonono princ. artic. Sed tu aduerte, quia vt
dixi in.d.c. paſtoralis. prope fin. excommunica-
tus, nec deportato, nec relegato, nec bannito
poteſt propriè comparari, deportato non, quia
deportatus perdit ciuitatem, & omnia quæ sũt
13 iuris ciuilis, vt in.l. quidã. ff. de pœn. Sed † ex-
communicatus non perdit ciuitatem, nec bo-
na, & plurimos actus ciuiles poteſt exercere,
ſecundum ea quæ latius dicam. j̃. in decimono
no artic. Item non ęquiparatur relegato, quia
poteſt quis relegari reſpectu certi loci, vt. ff. de
interdic. & relega. in.l. relegatorum. Sed quis
14 non poteſt † excõmunicari, niſi quo ad omnes
eccleſias. 11.q.3. in.c. curæ. de quo dicam. j̃. in
decimonono artic. princ. & per hanc etiam ra-
tionem pater, ꝙ non æquiparatur deportato.
Item nec poteſt propriè æquiparari bannito,
15 quia banniti, † vt dixi, non habent certam natu-
ram; ſed eorum pœnalis qualitas dependet, ſe-
cundum varias locorum diſpoſitiones. Ad qđ
vide not. per Cy. & Bal. in.l.1.C. de hęre. inſtit.
& per Io. And. in addit. Spec. in tit. de ceſſio. ac.
§.1. ver. illud ẽt q̃ritur. & per Alberic. de Roſa.
in tracta. ſtatutorũ parte.4.q.13. & per Bar. in
quęſt. ſua, quæ incipit, Lucanę ciuitatis ſtatuto.
Et per Ang. in ſua quęſt. quę incipit, duo ad-
inuicem litigantes. & per. D. Nell. de ſancto Ge
min. in tracta. bannitorum, in prima par. ſecun-
di temporis. q.3. & latius in quarta. Vnde quã-
16 doq; banniti † plus, vel minus conſequuntur, &
quandoq; nulli de ciuitate licitum eſt cum illis
participare. Quod tamen ne contingit in ex-
17 communicatis, quibus † licitum eſt communi-
care certis perſonis. de quibus. 11.q.3. in.c. qm̃
multos. de quo latius dicam in decimonono
princ. artic. Vnde concluditur, quòd licet reſpe
ctu certæ conſiderationis, quo ad quid excom-
municatus poſſit alteri ex prædictis compara-
ri; tamen nulli prædictorum propriè, & ſtrictè
æquiparatur.

## Capitulũ .III. Si Verò Alicuius.

*SVMMARIVM.*

1 *Hoſtiarius, qui clericum percuſſit; ſed non grauiter,*



*ter, poteſt abſolui ab Epiſcopo.*
*Officialis deliberatè percuties clericum à Papa*
*abſolui debet. ibid. niſi ex aliqua iuſta cau-*
*ſa illud faciat, nu.4.*
*Excommunicatus non eſt, qui vim vi repellen-*
*do, clericum percutit. ibidem.*
*Item qui percutit clericum cum conſanguinea*
*propinqua turpiter inuentum, ſecus ſi cum re*
*mota ibidem. & nu. 6. & .9. remiſſiuè.*
2 *Officij ratione aliquid mali agens, excuſatur, ſi de-*
*bitam formam ſeruat, ſecus ſi eam excedat.*
3 *Iura regulariter permittentia, quòd Epiſcopus*
*poſſit abſoluere percutientem clericum, de-*
*bent intelligi, de percuſſione modica, non de*
*graui, vel enormi.*
5 *Clericum percutiens non eſt excõmunicatus, niſi*
*animo iniuriandi percuſſerit. De quo dic ta-*
*men, vt ibi remiſſiuè.*
7 *Excommunicatus eſt ille, qui non ſolum clericum*
*percutit, ſed etiam qui eum capit. Quod in-*
*tellige, vt ibi remiſſiuè. & nu. 11.*
8 *Onus probandi, an fortuito caſu, an animo delibe-*
*rato quis percuſſerit clericum, cui incumbat.*
10 *Occidere turpiter inuentum cum vxore, vel filia*
*impunè poſſunt maritus, & pater de iure ci-*
*uili. Secus de iure canonico.*
12 *Clericus immiſcens ſe bello, & enormitatibus, an*
*perdat priuilegium canonis, ſi quis ſuadente.*
*17.q.4. remiſſiuè.*
13 *Clericum percutere abſq; metu excommunicatio-*
*nis pro defenſione aliorum, an, & quando*
*ſit licitum.*

SI VERO ALICVIVS. Hoſtia-
1 rius † qui clericum percuſſerit nõ
grauiter, poteſt abſolui ab Epiſco-
po, hoc primo. Officialis delibe-
ratè percutiens clericum per Papam debet ab-
ſolui hoc ſecundo. Qui repellendo vim vi, per-
cutit clericum, excommunicatus non eſt, hoc
tertio. Qui percutit clericum turpiter, cum
propinqua repertum, excommunicatus non
eſt. Secus ſi cum conſanguinea remota hoc
quarto, & vltimo. Secunda pars ibi, officia-
lis. Tertia, ibi, ſi verò. Quarta, ibi, nec illi
habet duas partes, & ſecunda ibi, cæterũ. Not.
2 primo, ꝙ quanuis † ratione officij aliquid agẽs
debeat excuſari, tamen hoc verum eſt, ſi ſeruat
debitam formam, & non excedit, ſecus ſi mo-
dum excedit, facit, ꝙ not. in .c. olim .1. ſup̃ de
reſti. ſpo. Hoc tamen caſu licet in totum, non
excuſetur, tamen delictum alleuiatur, vnde ra-
tione officij percutiens clericum incidit in ex-
communicationẽ, ſed pro abſolutione non te-
netur ire ad ſedem Apoſto. Secundo not. ꝙ
3 regulariter † vbi iura ex aliqua cauſa permittũt,
ꝙ Ep̃s poſſit abſoluere percutientẽ clericum,
debent intelligi, niſi percuſſio ſit grauis, vel
enormis, ad idem.c. cum illorum. j̃. eo. de quo
latius infra in decimo quarto articulo. in.c. of-
ficij. infra eod. Tertio not. ex verbo officialis,
4 quòd laicus etiam officialis † deliberato animo
manum inijciens in clericum, non poteſt abſol-
ui, niſi à ſummo Pontifice, niſi ex aliqua iuſta
cauſa illud faciat, de quo dicã in dicto vigeſimo
tertio articulo. Quarto not. ex verbo, ſi verò
5 ꝙ ad hoc, vt quis ex percuſſione † clerici in-
cidat in excommunicationem non ſufficit ſola
percuſſio, & ſic ſolum factum, ſed exigitur ani-
mo iniuriandi, de quo dic, vt latius dicam in
nono principali articulo, in .c. parochianos. j̃.
eod. Quinto not. illud vulgatum, ꝙ vim vi re-
pellere licet. Sexto not. ex verbo, nec ille, alios
caſus, in quibus percutiens clericum in nullam
6 incurrit excõmunicationẽ, videlieet, † quando
manus violentas iniecerit in illum turpiter agẽ
tem cum matre, ſorore, vel filia propria, tunc
enim iuſtus dolor videret̃ excuſare percutien-
tem. Facit.l. ſi adulterium. §. imperatores. ff. de
adul. dicam latius in prædicto nono articulo.
7 Vltimo not. ex ſi. quòd nõ ſolum † percutiens
clericum incidit in excõicationẽ, ſed eriam ille,
qui capit ipſum clericum, ꝙ qualiter intelliga-
tur, & quomodo procedat, dicam latius in di-
cto nono principali articulo. in.c. parochianos.
infra eod. Glo. ſuper ver. laico format quæſt.
& ſoluit, & limitat, in fin. dic de hac materia, vt
dicam nono princip. artic. in .c. parochianos.
Glo. ſuper ver. fortuito. declarat tex. & aſſi-
8 gnat rationem. In fin. glo. dic, cui aũt † incũ-
bat omnis probandi, an fortuito caſu, an ani-
mo deliberato quis clericum percuſſerit, tan-
gunt hic Doc. dicam in dicto nono prin. arti.
Glo. ſuper ver. matre, quærit, & ſoluit, in fin.
glo. dic. Item quęrunt hic Inno. & Doc. quòd
9 ſi aliquis percutit clericum † repertũ cum con-
ſanguinea collaterali, & de vtraq; quæſt. dic vt
latius dicam in nono principali articulo in .c.
parochianos. infra. eo. Glo. ſuper ver. turpiter,
fortificat, & aſſignat rationẽ ad tex. In eadem
10 glo. ibi, occidere dic hoc procedit † de iure ci-
uili, ſecus de iure canonico. maritus, vel pater
interficiendo peccant, & imponitur eis grauis
pœnitentia, vt habetur .33.q.2.c. inter hæc vi-
de ibi, bonam glo. & .c. admonere. Poſtremo
extra glo. tractant hæc Doc. & .D. m. quid ſi
11 clericus venit armatus † ad bellum, & facit in-
ſultum contra aliquem, vtrum ipſum capiens,
aut percutiens ſit excõmunicatus, & hac ſum-
12 pta occaſione, etiam quærunt, vtrum † cleri-
cus immiſcens ſe bello, & enormitatibus per-
dat priuilegia canonis, ſi quis ſuadente. 17.q.4.
Vlterius etiam tractant, an, & quando pro de-
13 fenſione etiam aliorum † licitum ſit percutere
clericum abſq; metu excommunicationis, de
quibus omnibus quæſtionibus latè dicam in
nono prin. articu. in .c. parochianos. j̃. eod.

## Capitulũ .IIII. Si Verò Aliquis.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus non eſt, qui percutit clericum,*
*probabiliter hoc ignorans.*
*Et hanc ignorantiam tenetur purgare proprio*
*iuramento olioquin habetur pro excoicato.*

2 *Cleri-*

2 *Clericus comam nutriens non, perdit priuilegium canonis, ſi quis ſuadente. 17.q.4. ſi percuſſus fuit à ſciente, & credente ipſum eſſe clericum.*
*Comam nutrire, quando dicatur clericus. ibidē.*
3 *Præſumitur quis talis, qualis eſt habitus eius exterior.*
4 *Conſcientia alicuius vbi verſatur dubium, debet tolli per proprium iuramentum.*
5 *Scientia, quando præſumatur in facto alieno.*
6 *Iurare nollens, præſumitur in culpa.*
7 *Irregularis, an efficiatur percutiens laicum, qui communiter habebatur pro clerico, et poſtea ante abſolutionem, ſeu certificationem diuina celebrauit. remiſſiuè.*

1 SI VERO ALIQVIS. Qui percu-
tit† clericum ꝓbabiliter hoc igno
rans, excommunicatus non eſt.
Et huius rei dubium purgat per
iuramentum, & ſi iurare non vult, habetur pro
excommunicato. h.d. ſecūda pars ibi, vel ſi hoc
dubium. tertia ibi, ab illo autem. Not. primo,
2 quòd clericus comam† nutriens, non perdit ꝓ-
pterea priuilegium canonis. Si quis ſuadēte, ſi
percutiens ſciat, vel credat ipſum eſſe clericum,
de quo dicam in nono princ. artic. Et arbitror,
quòd tunc dicatur comam nutrire, quando de-
ponit tonſuram, ita quòd per tonſuræ depoſi-
tionem coma remaneat in terra, & non cogno-
ſcitur per hoc ſignum, an ſit clericus. Secun-
3 do not. ꝙ de aliquo† præſumitur, quòd ſit talis,
qualis eſt eius habitus exterior. vnde Eccleſiaſt.
120. habitus hominis annuntiat de illo. Ad qđ
vide, quæ latius dixi in clem. 1. de elect. & in. c.
in nonnullis. ſupra de iudæ. in ſexto notab.
4 Tertio not. quòd vbi eſt dubium, in his, † quæ
dependunt à conſcientia, talis dubitatio tolli-
tur per proprium iuramentum illius, de cuius
conſcientia dubitatur. Ad quod glo. 2. allegat
nonnulla concordantia. Tu etiam vide alias au
thoritates, quas allegaui in. c. ſignificaſti. 1. de
homici. & aliquid in. c. de his. ſupra de accuſa.
5 Quarto not. quòd vbi† factum in ſe eſt illicitū,
etiam in facto alieno præſumitur ſcientia, nam
prę́ſumitur hic, quòd percutiens cognouerit
clericum, quem percuſſerit; regulariter tamen
in facto alieno, probabilis eſt ignorantia, vt in
6 .l. verius. ff. de probat. Vltimo not. quòd præ-
ſumptio eſt contra illum, qui non vult iurare, vi-
delicet quòd ſit in culpa, poſtquàm non vult
ſe purgare per proprium ſacramentum. Ad qđ
vide glo. fin. hic in princ. vnde dicit tex. ꝙ ma-
nifeſtæ eſt turpitudinis, & confeſſionis, nolle
nec iurare, nec iuramentum referre, vt in. l. ma-
nifeſtę ff. de iureiuran. Glo. 1. in princi. ſentit
contrarium, & deinde format tres quęſtiones,
& ſoluit. In fi. glo. dic de materia iſtius glo. &
de quæſtionibus hic poſitis, vt latius dicam in
nono princip. artic. in. c. parochianos. ĩ. eod.
Glo. fin. colligit duo notabilia ex tex. & contra
ſecundum ſentit contrarium, & ſoluit. In eadē
ibi, pro conuicto habetur, dic de hoc, vt latè di-
xi in. c. fina. ſ. de purga. cano. in decimoquinto
princ. artic. In fi. glo. dic de hoc, vt latè dicam
in nono princ. artic. in. c. parochianos. ĩ. eod.
7 Poſtremo quęrit hic. D. m. quid ſi † aliquis
percutit laicum, qui communi opinione habe-
tur pro clerico, & quando abſolutionem, ſeu
certificationem celebrauit, vtrum incidat in ir-
regularitatē. de quo dic, vt hic per eum, dicam
in prędicto nono princ. artic.

## Cap. V. Non Dubium.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus eſt, qui clericum, vel religioſum percutit. Et à Papa eſt abſoluendus, niſi in mortis articulo.*
2 *Clericorum appellatione an veniant canonici.*
*Vel dictio, de ſui natura denotat diuerſitatem. ibidem.*
3 *Monachorum appellatione, veniunt etiam conuerſi.*
4 *Dubium non eſſe illud dicitur, quod colligitur ex extenſione, & coniectura.*

1 NON DVBIVM. Percutiens † cle-
ricum, vel religioſum, aut conuer-
ſum excommunicatus eſt, nec ab-
ſoluitur ab aliquo, niſi à Papa, niſi
2 in mortis articulo. h.d. Not. primo, ꝙ† appel
latione clericorum non veniunt canonici. Nā
dictio vel, quæ de ſui natura denotat diuerſi-
tatem, ponitur hic, inter verbum clericos, & in-
ter verbum canonicos. Aduerte tamen, quia
cōtrarium poteſt colligi ex iſto tex. iuncto. d. c.
ſi quis ſuadente. vbi dicebatur de percutiente
clericos. & hic idem dicitur de canonicis. & iſta
eſt veritas, ꝙ appellatione clericorum veniunt
etiam canonici, vt probatur in. c. 2. ſ. de conſti.
Ad quod vide quod dixi in. c. ad abolendam. ſ.
3 de hęret. Secundo not. ꝙ† appellatione mona-
chorum veniunt etiam conuerſi alicuius reli-
gionis. Nam in. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. fie-
bat ſolum mentio de monachis, & non de con-
uerſis; & tamen hic idem dicitur de conuerſis.
Vltimo not. ex prædictis, & ex prin. tex. ꝙ illud
4 dicitur non eſſe† dubium, & ſic conſtare, quòd
colligitur ex extenſione, vel coniectura. Nam
& euidenter, & manifeſtè dicitur conſtare illud,
ꝙ colligitur ex coniecturis, vt in. l. licet impera
tor. & ibi not. ff. de lega. 1. & in. c. 1. ſ. de cle. nō
reſi. & in. c. cum dilecti. ſ. de dona. Glo. 1. for-
mat quæſt. arguit, & ſoluit, recitando opin. In
fi. glo. dic, vt latius dicam in nono princ. artic.
in. c. parochianos. ĩ. eod. Glo. 2. in princ. eſt
declaratiua. deinde ſentit contrarium, & ſol-
uit, dicam latius de materia in dicto nono prin
cipali articulo.

## Capitulum. VI. Mulieres.

### SVMMARIVM.

1 *Mulieres incidentes in canonem, ſi quis ſuadente abſoluuntur ab Epiſcopo. Et quòd procedat in omnibus mulieribus, nu. 5.*



2 *Mandans clericum percuti excommunicatus eſt.*
3 *Fœmina eſt tàm capax excommunicationis, quàm maſculus.*
*Si quis verbum, eſt cōmune, comprehendens ex propria ſignificatione, tàm maſculum, quàm fœminam. ibidem.*
4 *Maſculinum an, & quando, concipiat femininum. remiſſiuè. Et ibi, an, & quando fœmininū concipiat maſculinum, & neutrum. Et quid de neutro. Et quid de genere incerto. ibidem remiſſiuè.*
5 *Alius dictio, de ſui natura facit poſitionē eiuſdem qualitatis cum præcedenti, & nu. ſeq. Et ibi remiſſiuè, an ſemper id faciat.*
7 *Vxor an dicatur ſub mariti, vel patris poteſtate. remiſſiuè.*
*Et an dicatur de domo, ſeu familia patris, vel mariti. ibidem remiſſiuè.*
8 *Abſoluendi poteſtas ab excommunicatione conceſſa à ſummo Pontifice inferioribus, intelligitur eſſe conceſſa Epiſcopo, & non inferioribus prælatis. remiſſiuè.*
9 *Perſonæ delicatæ, & non volentes ſine incommodo, & periculo ire ad ſedem Apoſt. poſſunt abſolui à proprio Epiſcopo.*
10 *Conſtitutio pœnalis loqueus in faciente per ſe, cōprehendit etiam mandantem. Quod tamen intellige, vt ibi remiſſiuè.*
11 *Mandans fieri delictum, dicitur verè delictum committere.*
12 *Excommunicari quis poſſit.*
*Et quare exigatur quòd ſit creatura, ſeu perſona, nu. 13. Et quòd ſit vera, & non ficta, nu. 14. Et quod rationabilis, nu. 20. Item mortalis, nu. 23. Item baptizata, nu. 26. Item ſubdita, nu. 28. Et deniq; doli capax, nu. 41.*
15 *Vniuerſitas, cōmunitas, ſocietas, collegium, ſeu capitulum, & ſimilia corpora, quare nō poſſint excommunicari. Et ſi ſit lata ſententia excommunicationis, eſt nulla, nu. 18.*
*Et poſito, quòd teneret, an poſtea incorporati in eis, eſſent excōicati, nu. 19.*
16 *Actus agentium operantur in patiente diſpoſito.*
17 *Regula, ſi non valet quod agitur, vt agitur, debet valere, vt valere poteſt, quādo non procedat.*
21 *Baptizari nō poſſunt animalia irrationabilia, etiā ſi naſcantur ex homine.*
22 *Animalia bruta quandoq; excōicata fuiſſe, & excōmunicationem maximum in eis ſortitam fuiſſe effectum.*
24 *Crimina extiguuntur morte.*
25 *Mortui quomodo ab eccleſia ligari, et ſolui poſſit.*
27 *Iudæi, & cæteri infideles indirectè excommunicari poſſunt.*
29 *Excommunicatio fertur, aut per viam ſtatuti; aut per viam ſententiæ generalis; aut ſpecialis, remiſſiuè.*
30 *Exempti, an poſſit excōicari ab ordinario.*
31 *Exemptus non poteſt ſe aliquo modo ſubmittere iuriſdictioni ordinarij ſine licentia Papæ, vel illius cui ſubeſt. remiſſiuè.*
32 *Exemptus de nouo, & excommunicatus ab ordinario hoc ignorante, an ligetur.*
33 *Priuilegium imprimit fines ſuos, data certitudine priuilegij ipſi priuilegiato, licet ille, in cuius præiudicium confertur, hoc ignoret.*
*Ignorantia Prælati non facit quominus priuilegium tueatur priuilegiatum. ibidem.*
34 *Priuilegiatus, vt non poſſit excommunicari ſub ordinario, ſi ab eo citetur, & non comparens excommunicetur, an talis excommunicatio teneat.*
*Et quid ſi ſit reſtituta prædicto ordinario excommunicandi poteſtas ipſum priuilegiatum, & poſtea ipſe ordinarius ferat ſententiam excommunicationis in eum abſentem, & ignorantē reuocationem priuilegij, nu. 35.*
36 *Indulgentia poteſt reuocari ab eo, cui conceſſa eſt, licet ille hoc ignoret.*
37 *Contrariorum idem debet eſſe iudicium.*
38 *Excommunicari poſſunt abſentes, & ignorantes.*
*Quod tamen intellige, vt ibi.*
39 *Excommunicari vt valeat à non ſuo iudice, an nō ſubditus poſſit ſe obligare. Et ibi quid in clerico, & quid in laico. remiſſiuè.*
40 *Excōicari an poſſit, quis non præcedente monitione. remiſſiuè.*
42 *Excommunicationis ſententia non pōt ferri abſq; delicto, vel graui contumacia. remiſſiuè.*
43 *Infantes, furioſi, & ſimiles perſonæ, nec delinquere, nec mortaliter peccare poſſunt. remiſſiuè.*
44 *Cap. 1. ſupra hoc tit. de ſen. excom. intellectus.*
45 *Excōicatio lata in impuberem propter contumaciam, an valeat.*

MVLIERES. Mulieres incidentes
1 in † canonem, ſi quis ſuadente.
abſoluuntur ab Epiſcopo. Et idem
in perſonis quę nō ſunt ſui iuris.
In perſonis verò delicatis arbitrandum eſt per
Ro. Pon. qualiter ſint abſoluendæ, & corri-
2 gendę. † Et mandans clericum percuti, excom-
municatus eſt, ſicut percutiens, & regualriter
ab Apoſt. ſede abſoluendus. h. d. Tres ſunt
partes. Secunda, ibi, de ijs. Tertia, ibi, illi ve-
rò. Nota primo ex tex. dum dicit mulieres,
3 quòd nedum † maſculus eſt capax excommu-
nicationis; ſed etiam fœmina. Nam. c. ſi quis
ſuadente. loquitur per verbum ſiquis, ꝙ eſt ver
bum commune, comprehendens ex propria ſi-
gnificatione, tàm maſculum, quàm fœninam,
vt in. l. 1. ff. de verb. ſigni. Et hinc ſumpta occa-
ſione, Henri. Bohic tractat hic, an, & quan-
4 do maſculinum † concipiat fœmininū, de qua
materia vide per gl. in. c. generali. de elec. lib. 6.
in cle. 1. de deci. & in cle. 1. de conſangui. &
affini. & per Archid. 17. q. 4. c. ſi quis ſuadente.
& per Bal. & Docto. in. l. quicunq; . C. de ſer.
fugi. ego latiſſimè quaſi per. 16. columnas tra-
didi in cle. 1. de elect. Vbi etiam vide, an, & qñ
fœmininum cōcipiat maſculinum, & neutrum,
& quid

& quid de neutro, & quid de genere incerto.
Secundo not. ex dictione aliȩ argu. ꝙ cūm di-
5 ctio alius † de ſui natura faciat poſitionē eiuſ-
dem qualitatis cum præce. vt in .c. penul. 49.
diſt. ꝙ ad hoc, vt mulieres nō teneantur ire pro
abſolutione ad ſedem Apoſto. requiritur, quòd
ſint non ſui iuris. Contrarium tamen hic te-
Com. op. nent Hoſti. Ioan. Andr. & cōmuniter * Doct.
volentes, ꝙ tex. habeat locum in mulieribus
quȩ ſui ſunt iuris; eo ꝙ periculoſum eſt illis iti-
nerare, & virorū cætibus ſe immiſcere. Nam
licet ipſȩ ſemper deferant ſecum buletinum, ta-
men ipſum buletinum eſt periculoſum. Et ra
tio eſt, maximè laudabilis conſuetudo quæ
hoc habet, quam Papa ſcit, & tollerat. Siue er-
go ſint virgines, ſiue nuptæ, & ſiue ſub patria
poteſtate, ſiue ſui iuris, abſolui poſſunt à pro-
prio Epiſcopo. Et iſta videtur mihi clara con-
6 cluſio. Non obſt. quòd dictio † alius debeat
facere poſitionem eiuſdem qualitatis, quia fa-
teor, & dico, quòd hic etiam facit poſitionem
eiuſdem qualitatis, videlicet, qualitatis perſo-
næ; nam mulier eſt perſona. Et de materia, an
dictio alius, ſemper faciat poſitionem eiuſdem
qualitatis, dic vt latius dixi in .c. 1. de reſcrip.
7 Vtrum autem vxor † dicatur ſub mariti, vel pa
tris poteſtate, dicit hic .D. m. ꝙ quò ad red-
dendum debitum, & quò ad operas, eſt ſub ma
riti poteſtate, ſed quò ad reliqua, dicitur eſſe
ſub poteſtate patris. De quo articulo, quia non
eſt materia noſtra, vide per glo. & Doct. & ma
ximè Cyn. in .l. ſi vxorem. C. de condi. inſer. &
in. l. ſicut. ff. de ope. lib. 33. q. vlti. c. hæc imago.
& .c. quod Deo. Spe. in titu. de procura. §. ra-
tione ſui. ver. 24. Et an vxor dicatur de do-
mo, vel familia patris, vel mariti, vide glo. in
.l. origine. C. de mu. & ori. lib. 10. Ego latiſſimè
dixi in quodam conſi, quod incipit, generoſus
miles dominus Nellus. Tertio not. quòd quā-
8 do ex aliqua cauſa inferioribus † à ſummo Pon
tifice conceditur abſoluēdi poteſtas ab excom-
municatiōe, in quā quis incidit propter violen
tam manuum iniectionē in clericum, talis ab-
ſolutio intelligitur eſſe conceſſa Epiſcopo, &
non inferioribus prælatis, de quo dic, vt dicam
in vigeſimo tertio articu. prin. in. c. officij. j̃. eo.
9 Quarto not. ꝙ † perſonæ delicatæ, aut aliæ ſi-
miles non valentes ſine incommodo, & peri-
culo ire ad ſedem Apo. poſſunt abſolui à pro-
prio Epiſcopo, de quo latius dicetur in dicto
trigeſimo quarto articulo. Quinto not. quòd
10 licet † conſtitutio pȩnalis loquatur in faciente
per ſe, & ſic per verba cōcepta in perſonā, put
loquitur. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. tamen cō-
prehendit etiam mandantem, & illum, cuius
authoritate illud fiat, vt hic in fin. iuncto .d. c. ſi
quis. quòd qualiter intelligatur dicam in vn-
decimo principali articulo. in .c. parochianos.
infra eod. Vltimo not. tex. ſingularē, qui for-
11 tè non eſt alibi. ꝙ mandans † fieri delictum, di-
citur verè delictum committere, de quo per
Bart. in .l. non ſolum. §. ſi mandato. & .§. pro-
culus. ff. de iniur. & per Bar. in .l. non ideò .C.
de accu. fortè aliquid dicam infra poſt ſeptimū
principalem articulum. vel dicam in prædicto
nono principali articu. in. c. parochianos. Glo.
1. ſentit contrarium, & ſol. In fin. glo. dic de
materia iſtius glo. vt dicā in vigeſimo tertio ar-
ticulo. in .c. officij. j̃. eod. Glo. 2. ſentit duas
quæſt. & ſoluit, & declarat literam. In fin glo.
dic de hoc, vt dicam in vigeſimo tertio princi-
pali articulo. in. c. officij. j̃. eo. Glo. ſi. in prin.
fortificat tex. Deinde format quatuor quȩſtio-
nes, & ſoluit. et in fin. etiam ſentit ſolutio-
nem alterius quæſtionis. de quibus omnibus,
& alijs quibuſdam latius dicam in nono princi-
pali articulo. in. c. parochianos. j̃. eod. Poſtre-
mo iuxta promiſſum ordinem in rubr. deſcen-
do ad ſeptimum principalem articulum, in quo
12 venit examinandum, quis † poſſit excommu-
nicari; & an quis poſſet ſe obligare, vt valeat
excommunicari. Circa quem articulum, ego
do tibi iſtam regulam, ſeu theoricā, ꝙ ad hoc,
vt quis poſſit excommunicari, requiruntur iſtæ
qualitates, videlicet, ꝙ ſit creatura, ſeu perſona
vera, rationabilis, mortalis, baptizata, ſubdita,
doli capax. quibus qualitatibus cōcurrentibꝰ,
quilibet poteſt excommunicari, ſiue ſit maſcu-
lus, ſiue fœmina. tex. eſt in .c. de monialibus.
infra eo. Item ſiue ſit liber, ſiue ſeruus, & ſiue
paterfami. ſiue filiusfa. vt hic. Item ſiue priua-
tus, ſiue officialis ſit, vel publicum gerat offi-
cium, vt in .c. ſi verò. 1. ſupra eo. & in .c. no-
uerit. j̃. eod. Item ſiue ſit prælatus eccleſiaſti-
cus, ſecularis, ſiue regularis, vt infra eo. c. vniuer
ſitatis. quibus ita breuiter collectis, vt habea-
mus clariorem notitiam de prædictis qualitati-
bus, & requiſitis. Quæro primo, quare dixi, ꝙ
13 exigitur, † ꝙ ſit creatura, ſeu perſona. Sol. pa-
tet, quia non creatura, & non perſona non po-
teſt excommunicari, vt de ſe patet. Secundo
14 quæro, quare dixi, quòd requiritur, ꝙ † ſit ve-
ra. Sol. dic, quòd excommunicatio ſolum li-
gat veram perſonam, vt ſupra de offi. dele .c. P.
& .G. & .s̃. de iureiur. c. ſicut. 3. & .s̃. de reli.
do. c. cum dilectus. & quia perſona nō vera, ſed
ficta, non poteſt excōicari. Ex quo infertur, ꝙ
15 cōmunitas, † ſocietas, vniuerſitas, collegium,
ſeu capitulum, & ſimilia corpora, quȩ non ſunt
vera, ſed ficta, non poſſunt excōicari, vt eſt tex.
in. c. romana. §. fin. eod. tit. lib. 6. Aduerte ta-
men, quia tex. ibi aſſignat aliam rationem, vi-
delicet, ne fortè contingat innoxios huiuſmo-
di ſententijs irretiri. ꝙ eſſet abſurdum. Ego ar-
bitror, ꝙ ratio ſit multiplex, primo, quia iſta nō
eſt vera, ſed ficta, vt dixi. nam vt dicit Io. mo.
in .d. c. romana. §. fin. & poſt eum Io. An. iſta
corpora ficta non dicuntur vnum ſimpliciter,
ſicut domus, & grex; quia decem oues faciunt
gregem. ff. de abige. in .l. oues. & ob hoc nul-
lum prædictorum corporum eſt vera perſona,
quæ eſt rei rationabilis indiuidua ſubſtātia. vn-
de collegium, vniuerſitas &c. dicuntur perſo-
na nō vera, ſed repræſentata, vt. ff. de fideiuſſor.
in. l. mortuo. Excommunicatio autem ligat ſo
lum verā perſonam, vt ſupra dixi. Item bapti-
zatam,



zatam, vt ſtatim dicam in .5. q. & principaliter
animā, vt in. c. 1. eo. ti. lib. 6. Sed vniuerſitas ca-
ret anima, & baptiſmo, ergo &c. Et ſic patet,
ꝙ talis perſona ficta nō eſt capax impreſſionis
excōicationis; quia in eam nil ageret excōica-
16 tio. Et † actiuorum, ſm Philoſophum opera-
tur in patiente diſpoſito actus. Ad ꝙ facit. l. pa-
ter ſeuerinam. §. conditionum. ff. de condi. &
demon. & .c. ei cui. de præben. lib. 6. & .l. ſi ſer-
uo. ff. de lega. 1. Et ſi tu diceres, quāuis vniuer
ſitas non ſit capax tanquam corpus, & perſona
ficta, tamen videtur, ꝙ debeat valere, ex quo
ſinguli capaces ſunt, vnde operabitur in ſin-
gulos de vniuerſitate, aut collegio, ex quo vni-
uerſitas non eſt capax per ſe .c. Romana. eod. ti.
lib. 6. Facit, quia ſi videmus, ꝙ ſi literȩ impe-
trentur contra capitulum, vt cogatur ad rece-
ptionem alicuius, ſinguli de capitulo tenentur.
Facit. s̃. de præben. c. pro illorum. Nam capitu
lum nihil facere poteſt, niſi per membra ſua. Et
idem ſi mandatur Delegato, vt compellat ali-
quam vniuerſitatem ad ſolutionem debiti, vel
permutationem, vel quid ſimile. Nam ad hoc
compellentur ſinguli de vniuerſitate. Et ſic vi-
detur, ꝙ ſit ſatis, quòd in collegio, vel in vni-
uerſitate, ſint perſonæ fideles, vt poſſit vniuer-
17 ſitas excommunicare. Item facit, † quia ſi nō
valet quod agitur, vt agitur, debet valere, vt
valere poteſt. Sed ad hoc reſpōdetur, quòd il-
lud eſt verum, niſi ſequeretur incōueniens, pro
vt hic contingeret. Nam ſi hoc verum eſſet,
ſequeretur, ꝙ innocentes poſſent puniri ſine
aliqua eorum culpa. Pone enim, quòd aliqui de
vniuerſitate ſint infantes, vel furioſi, vel men-
tecapti, qui non ſunt capaces excōicationis,
vt dicam ſtatim in .7. q. vel ſint poſtea nati, aut
abſentes, vel aliter non culpabiles; certè incon-
ueniens eſſet, ꝙ iſti inciderent in tantum peri-
culum ſine eorū culpa. Propterea licet vniuer-
ſitas, vel collegium ſit contumax, aut commi-
ſerit delictum excōicatione dignum, tamē pœ-
na corporali, aut ſpirituali non debent puniri
nō culpabiles, vt latius dixi in. c. dilecti. 2. s̃. de
ſimo. & ibi vide, quæ latè tractaui ad materiam
collegiorum, & vniuerſitatum, & aliorum cor-
porum fictorum, coniunctis his quæ dixi in. c.
dilectus. s̃. de exceſ. præla. Nec obſtat prædi-
ctis .c. reſponſo. j̃ eod. quia ciues, & ſinguli
homines vniuerſitatis, & maiores, vel præſiden
tes ipſi vniuerſitati, & iurati, ſeu conſules, per
quos regitur vniuerſitas, bene poſſunt excom-
municari, vt ibi, & in .c. aduerſus. s̃. de immu-
eccle. non aūt ipſa vniuerſitas, vel collegiū &c.
Et ex prædictis cauſis, & rationibus tex. in. d. c.
Romana. §. fin. eod. tit. lib. 6. penitus prohibuit
ſententiam excommunicationis ferri in vniuer
18 ſitatem. Et ideò † ſententia excōicationis lata
contra vniuerſitatem eſt nulla, vt ibi tenet glo.
& ſequitur Ioan Mo. & Archid. & Ioan. An.
ibi, propter verbum penitus, ibi poſitū. Facit
etiam quod not. Ioan. Andr. in. c. 1. de poſtu.
præla. lib. 6. in ver. penitus. Sed poſito quòd
19 ſententia † teneret, vtrū poſtea nati, & poſtea
venientes, ſeu poſtea incorporati eſſent excō-
municati, vide glo. 24. q. 3. in. c. ſi hæres. & ꝙ
traditur in. c. ſi ſententia. eod. tit. lib. 6. Et ad-
de quæ dicam. j̃. in. c. nulli. in. 7. principali arti-
culo. q. 3. Tertio quæro, quare dixi, quòd exi-
20 gitur, ꝙ ſit † rationalis. Sol. dic, quia poſito,
ꝙ eſt perſona vera, ſi tamen non eſſet rationalis
non poſſet excommunicari, vt probatur in .c.
1. eod. tit. lib. 6. Facit ſupra de rebus eccle. non
alie. c. ſi quis præsbiterorum. Et ideò animalia
bruta, irrationabilia non poſſunt excommuni-
21 cari; nam & talia † non poſſunt baptizari, quan-
uis etiam naſcantur ex homine, vt colligitur et
notatur, per Hoſti. in ſum. in tit. de bapt. §. quȩ
ſit. ver. quid ſi mulier. Vnde cum inter alia re-
quiratur, vt ſtatim dicā in .5. q. quòd ſit perſo-
na baptizata, ſequit̃, ꝙ talia bruta non poſſunt
excōicari; maximè quia, vt infra ſubijciam in. 7.
quæſt. requirit̃, ꝙ talis perſona ſit doli capax;
ſed bruta carent intellectu, ergo &c. Audiui
tamen à quibuſdam prædicatoribus, prælatos,
22 animalia † bruta excommunicaſſe, & excōmu-
nicationem maximū ſortitam fuiſſe effectum.
Quod potius factū eueniſſe arbitror ad oſten-
dendum diuinum miraculum, & diuinam ſen-
tentiam, & ipſius excōmunicationis admiran-
dum effectū, & potentiam, prout dicam infra
in decimo nono principali articulo. in. c. ſacris.
infra eod. quàm ꝙ illud aliqua ratione iuridica,
& legitima factum fuerit. Quarto quæro, qua-
23 re dixi, ꝙ exigitur, quòd ſit † perſona morta-
lis. Sol. dic, quia poſito, quòd eſſet vera, & ra-
tionabilis, ſi tamen non eſſet mortalis, non ſuf-
ficeret. Ex quo ſequitur, quòd mortuus nō po-
teſt excommunicari, qualis enim quiſquis hinc
egreditur, talis in iudicio diuino apparebit,
vel præſentabitur. 25. diſt. qualis. Vnde ſi eſſet
damnatus, amplius non eſt redemptio, nec
operatur amplius excōicatio. Et ſi eſt ſalua-
tus, non poteſt per ſententiam Papæ amplius
damnari, cū ſit relictꝰ diuino iudicio. Ad idem
.c. tempus. 13. q. 2. Secundo probatur, quia in
poteſtate clauium data Petro, dicit̃, quæcunq;
ligaueris ſuper terram &c. 24. q. 1. c. quicunq;.
Sed mortuus nō eſt ſupra terrā, ergo &c. Ter-
tio probatur, quia vt ſtatim dicam in ſexta .q.
ad hoc, vt quis poſſit excōmunicari, exigitur, ꝙ
ſit ſubditus excommunicanti, ſed mortuus
amodo non eſt ſubditus viuenti, ſed ſolum reli-
ctus diuino iudicio. 23. diſt. quorundā. Vnde
cum ſit vocatus ad maius tribunal, meritò non
poteſt excōmunicari ab hoc. Quarto probat̃,
24 quia † crimina extinguuntur morte. 23. diſt. c.
quorūdam. C. ſi reus vel act. mor. fue. l. 1. & .2.
& hanc opi. tenet Guil. de monte Lau. in cle. 2.
de pœni. & remiſ. In contrarium tamen facit
tex. in .c. à nobis. 2. infra eod. vbi tex. dicit, ꝙ
25 in † certis caſibus à canonibus denotatis ligaſſe
legit̃ eccleſiā mortuos, & ſoluiſſe. & hoc habet̃
.22. q. 2. in. c. ſanè. in ſum. Sol. iſta eſt veritas,
quòd aut nos loquimur, quò ad veritatem, &
quò ad eccleſiam triumphantem, & mortuus
non pōt ligari, vel abſolui. Aut nos loquimur
quò ad

quò ad nos, & quò ad noſtrã opinionem, vt ha-
beam⁹ illum pro ligato, vel abſoluto, quẽ poſt
mortẽ eccleſia ligauit, vel abſoluit, hoc eſt liga-
tũ, vel abſolutum declarauit, & hoc fieri põt ẽt
poſt mortem. & ita procedat contrarium. In
quibus autem caſibus poſſit fieri hæc declara-
tio, traditur in .d.c.à nobis. & .c.ſanè.aliquid
fortè dicam in .24. & .25. articulis. in .c. ſuper
eo. & .c. venerabilis. j̃.eod. Quinto quæro,
26 quare dixi, ꝙ requirit, ꝙ ſit † perſona baptiza-
ta. Sol. dic, quòd licet reliquę qualitates adeſ-
ſent, tamen ſi hæc deficeret, non poſſet excom
municari. & ideò hæc qualitas exigitur, vt pro-
batur. 11.q.3.c.omnis chriſtianus. Et ex hoc
27 infertur, ꝙ † Iudæi, & cæteri infideles non poſ
ſunt excõmunicari, quia cum ipſi ſint extra ec
cleſiam, nõ poſſunt extra eccleſiã poni. vt in.c.
ad diſſoluendũ .s̃.de deſpon. impub. Quod eſt
verũ directè, & ꝓpriè. Licet indirectè, benè poſ
ſint excõmunicari, ſubtrahẽdo eis cõionem, &
conuerſationem Chriſtianorum, vt in .c. & ſi
Iudæos.in fin.& ibi dixi, in.c.poſtulaſti.& in.c.
cum ſit. & in.c.ad liberãdam.in parte decile.s̃.
de iudę. Smile.s̃.de vſur.c.poſt miſerabilem.
Et vide ꝙ traditur, per .D. Anto. in .c. fin. de
cler. exco.mi.& per .D. m. in.c.nouit. de iudi.
in notabil. Et aduerte, quia ſatis eſt, quòd
ſit baptizata, quamuis ſit fortè extra eccleſiam
poſita, vt puta, quia iam ſit excommunicatus,
vt latius dicam infra in vndecimo principali ar-
ticulo. in .c. quantæ .infra eod. Sexto quæro,
28 quare dixi, quod exigitur, quòd ſit † perſona
ſubdita. Sol. dic, quòd poſito, quòd aliquæ
qualitates adeſſent, tamen ſi non eſſet ſubditus,
non poſſet quis excommunicari. vnde exigitur
hæc qualitas, vt probatur in.c.à nobis.1.j̃.eo.
Aduerte tamen, quia in hoc videtur diſtinguen
29 dum, vtrum excõicatio † feratur per viam ſta-
tuti, aut per viam ſententiæ generalis, an per viã
ſpecialis, de qua materia dicam in .d. c. à no-
bis. eo ꝙ prædicta materia eſt generalis, & vti-
lis, non ſolum, quò ad terminos noſtros, & ma
ximè excõicationis, ſed etiam quò ad plurimos
alios terminos, & diuerſas materias. ibi ergo
videbimus quid de non ſubditis, & delinquen-
tibus infra territorium, & quid de ſubditis de-
linquentibus extra territorium. Sed circa præ
30 dicta quæritur, vtrũ † exemptus poſſit excom-
municari ab ordinario. Sol. dic quòd non. Et
quòd ſententia videtur eſſe ipſo iure nulla ex
31 defectu poteſtatis; nam † exemptus non po-
teſt aliquo modo ſubmittere ſe iuriſdictioni or
dinarij ſine licentia Papæ, vel illius cui ſubeſt,
vt in .c. ſignificaſti.s̃. de fo. compe. & ibi latius
dixi in quinto principali articulo. q.7. Et hoc
expreſſè colligitur ex tex. iuncta glo.in.c.penul.
ſuꝑ de offi.ordi. Nec ob tex. ille, dum dicit, re-
laxes, quia poteſt dupliciter reſponderi, vt ibi
dixi in vltimo notabili. Item quæro circa præ-
32 dicta, pone aliquis fuit de nouo † exemptus, or-
dinarius hoc ipſum ignorans excommunicauit,
quæritur vtrum ligetur. Sol. eſt tex. quòd nõ
in.c. 1. de conceſ. præben. lib.6. in ver. ex parte
verò. & ibi hoc notant Doct. Et ratio eſt,
33 quia † priuilegiũ imprimit fines ſuos data cer-
titudine priuilegij ipſi priuilegiato. Licet ille in
cui⁹ præiudicium cõfertur, hoc ignoret, vt not.
in.d.c. 1. ver. adiciebatur. Facit .l. qui abſenti.
ff. de acquiren. poſſ. Et ſic ignorantia Prælati
non facit quominus priuilegium tueatur priui
legiatum, vt ſuꝑ de reli. do. c. cum dilectus, ſe-
34 cũdum Inno. Et ex prædictis infertur † quòd
ſi priuilegiatus, vt non poſſit ſub ordinario ex-
communicari, ab eodem ordinario citetur, &
ex eo, quia non comparet, excõmunicetur, ꝙ
talis excõicatio non tenet, ſecũdum Abbatem,
per tex. in .d.c. 1. ver. ex parte verò. quaſi hoc
operetur vis verborũ priuilegij, & intentio con
cedentis, vt dicitur, vt in .d. c. 1. cui intentioni
ſtandum eſt, cum cõſtet de ea, vt in.c. in his .j̃.
tit. 1. Nec obſtat quod not. in.l. ſi quis ex alie-
na. ff. de iudi. & in .c. ſi duobus.s̃. de appel. quia
loquitur in alijs caſibus, videlicet cum nõ ſunt
priuilegiati. Et hoc etiam ſequitur Ioan. An.
in.d.c. 1. qui remittit ad not. per ſe in regu. ſcien-
ti. de re. iur. lib. 6. Sed quæro, pone nunc per
35 contrarium, ꝙ † prædicto ordinario ſit reſtitu
ta excommunicandi poteſtas illum priuilegia-
tum ignorantem reuocationem priuilegij, vtrũ
excommunicatio teneat. Sol. Inno. tenet,
quòd ſic; ex quo promulgans excommuni-
cationem, eſt certificatus de reſtitutione.
36 Et eſt ratio, quia indulgentia † poteſt reuo-
cari ab eo cui conceſſa eſt, licet ille hoc igno-
ret; nec amodo poteſt illa vti, ex quo facta
fuit reuocatio, & ex quo apparet de intentione
reuocantis, vt. ff. de ma. vin. in .l. ſi pater, fi-
lio. ſecundum Ioan. Andr. in.d.c. 1. de conceſ.
præben. lib. 6. Sed dicit ibi Ioan. de Imo. ꝙ
credit illum abſentem non ligari ex contemptu,
ex quo ignorat. Facit de cle. excõ. mi .c. apo-
ſtolicæ, & .l. ſi quis in graui. §. ſi quis ignorans.
ff. ad ſilla. & .c. ſi verò aliquis. j̃. eod. cum ſimil.
Sed dicit Lappus Abbas, vt refert .D. m. in d.
.c. 1. ꝙ Inno. videtur ſibi contrarius, nam vt ſu
pra dixi, vult ꝙ requiratur ſcientia priuilegia-
ti, ad hoc, vt priuilegium imprimat vires ſuas,
ergo & hic videtur requiri ſcientia ipſius priui
legiati in eo auferendo. Sed poteſt dici, quòd
immò non contradicit. Nam ſicut in auferen
da poteſtate excommunicandi, ex priuilegio
alteri conceſſo ſufficit, quòd priuilegium ve-
niat tantum in notitia eius, qui priuilegiatur,
ita ſufficere debet, quòd reſtitutio poteſtatis
excommunicandi perueniat tantum ad illum,
qui nunc reſtituitur, & qui per priuilegium al-
teri cõceſſum erat prohibitus, vt nõ poſſet illũ
37 excõmmunicare, vt † contrariorum idem ſit
iudicium. 32. diſt. c. hoſpitiolũ. cũ ſimi. & pro
38 prædicta opi. facit quia † abſens, & ignorans
poteſt excõicari, vt not. glo. 2. in.c.penul.s̃. de
cle. exco. mi. quod tamen intellige præceden-
de debita monitione aliàs excommunicatio eſ-
ſet nulla, vt dicã in decimo principali articulo.
in.c. perpendimus .j̃. eod. quod intellige non
de monitione vt fiat certus de reuocatione pri-
uilegij



uilegij; ſed de ea monitione, quæ eſt neceſſaria
ad excõicationẽ, de quo dicã in dicto. 10. prin-
cipali articulo. Aduerte tñ, quia iſta excõica-
tio non operat̃, quantũ ſi iſte fuiſſet ſciens, vt
dicam in . 19. prin. articu. in.c. ſacris. j̃. eo. & in
vigeſimoquarto articulo. in.c. ſuper eo. j̃. eo.
39 Sed circa prædicta quęritur vtrum non † ſub-
ditus poſſet ſe obligare, vt poſſet excõicari à
nõ ſuo iudice. Et quid in clerico. Et quid in lai-
co. Sol. vide ad hoc, ꝙ latè dixi in .c. P. & .G.s̃.
de offi. dele. Et adde, ꝙ dixi ſuꝑ eo. tit. c. 1. in
.5. prin. arti. in. 6. q. Et an quis poſſet ſe obliga
40 re, vt † non præcedente monitione poſſet ex-
cõicari, dicã in . 10. prin. artic. in.c. perpẽdim⁹.
.j̃. eo. Septimo q̃ro, quare dixi, ꝙ requiritur
41 ꝙ ſit doli † capax. Sol. dic, ꝙ licet omnes aliæ
qualitates adeſſent, vt quia eſſet perſona vera,
rationalis, mortalis, baptizata, & ſubdita, ſi ta-
men non eſſet doli capax, nõ poſſet excõicari.
Et ſic infertur, ꝙ infans, furioſus, mẽtecaptus,
ſimiles non poſſunt excõicari. Nec mirũ, quia
42 excõicatio non poteſt ferri abſq; delicto, vel
graui contumacia, vt dicam in .8. prin. articu.
43 in.c. nulli. j̃. eod. Sed iſti non poſſunt † delin-
quere, nec mortaliter peccare, vt in .c. 1. & .2.
.s̃. de delic. pue. & ibi dixi, & in cle. 1. de homi.
Ad ꝙ etiã vide, ꝙ latè dixi in materia irregu-
laritatis. in.c. ad audientiam. s̃. de homi. in .5.
44 prin. artic. in nouẽ primis quæſt. Et ſic tex. † in
.c. 1. s̃. eod. dum loquit̃ in impubere, debet in
telligi de impubere doli capace, vt ibi dixi, &
probatur in.c. cum illorum. in fin. j̃. eo. vtrum
45 autem † valeat excõicatio lata in impuberem
propter contumaciã, dica in octauo principa-
li articulo in.c. nulli. j̃. eod. q. 8.

## Capitulum. VII. Porrò.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus, eſt non ſolum qui publicè percutit clericũ; ſed etiam qui occultè. Et abſolutio in vtroq; caſu eſt Papę reſeruata. nu. 5.*

2 *Lex regulariter ligat etiam occultè delinquẽtem.*

3 *Eccleſia non iudicat de occultis, ſed illa relinquit iudicio diuino. declerando, vt ibi.*

4 *Occultum non dicitur amplius, quod probatũ eſt.*

6 *Abſoluere ab excommunicatione, quãdo non poſſit ſacerdos, ẽt in foro pœnitentiali. remiſſiuè.*

7 *Excommunicatus non debet abſolui etiam in foro pœnitentiali, niſi ſatisfaciat læſo.*

8 *Abſoluere excommunicatum in caſibus Apoſto. ſedi reſeruatis, vt poſſit inferior, non ſufficit generale mandatum, ſed exigitur ſpeciale.*

9 *Chriſtiani omnes poſſunt appellari fratres; Et quare, ibidem.*

PORRÒ. Excõmunicatus per inie-
ctionem manus in clericum licet
occultus, abſoluitur per ſolum Pa
pã .h.d. Nota primo ꝙ inijciens
1 violentas † manus in clericum eſt excommu-
nicatus, non ſolum ſi palam, & publicè hoc fa-
ciat; ſed etiam ſi occultè, & probatur hic, iuncto
2 .c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Regulariter † enim
lex ligat delinquentem, ẽt occultè, vt hic iuncto
.d.c. ſiquis. & probatur in cle. 1. de hære. Et
3 quamuis † eccleſia non iudicet de occultis, ſed
illa relinquat diuino iudicio. 32. diſtin. c. eru-
beſcant. 2. q. 5. c. cõſuluiſti. 6. q. 1. c. ſi omnia. s̃.
de ſimo .c. ex tuę. & .c. ſicut tuis, & ſeq. & in
.d. cle. 1. iſtud nõ eſt ex eo, ꝙ taliter occultè pec
cans non incidat in legem, & in ipſius legis pœ-
nam. Sed eſt ex eo, quia licet nõ deficiat pro-
batio, vt in ſimili dicit tex. in.l. duo ſunt titij. ff.
de teſta. tutel. tamen donec delictum eſt occul-
tũ, non põt per eccleſiam puniri. Et ita poteſt
ſaluari illud vulgatum. Peccato celato è mezzo
4 perdonato. Et eo ipſo † ꝙ eſſet probatum, non
eſſet amplius occultũ, vt tradit Io. An. hic in.c.
ſi electio. de elec. lib. 6. Et vide ꝙ not. Bar. in
.l. barbari⁹. in prin. ff. de offi. ꝓto. Secũdo not.
5 ꝙ vbi † excõicatus non occultus, non põt abſol
ui niſi per ſedem Apo. ẽt occultus non põt ab
inferiore abſolui. Ex quo ſequitur iunctis his
6 quæ dixi in ꝓce. not. ꝙ † ẽt in foro pœnitentia-
li non poteſt ſacerdos abſoluere ab excõicatio-
ne. de quo dicam latius in. 23. artic. in.c. officij.
7 infra eo. Tertio not. ꝙ ẽt in foro † pœnitẽtiali
excommunicatus non debet abſolui, niſi ſatisfa
ciat læſo, de quo latius dicam in. 25. articu. in
.c. venerabilis. j̃. eo. Vltimo not. quòd ad hoc,
8 vt inferior poſſit abſoluere excommunicatũ in
caſibus Apoſto. ſedi reſeruatis, non ſufficit ge-
nerale mandatum, ſed exigitur ſpeciale, de quo
latius dicam in .d. 23. artic. Glo. 1. ſentit cõtra-
rium, & ſoluit tripliciter. In fi. glo. dic, vel põſt
9 intelligi de fraternitate; quia † oẽs Chriſtiani
pñt appellari fratres; quia effecti ſunt filij Dei
pe regenerationẽ factã in Baptiſmo. 11. q. 3. c.
ad menſam. & habet̃ in Euan. Math. 23. c. vos
oẽs fratres eſtis. Et vide latiſſimè per Archid.
in .d. c. ad menſam. In glo. fin. in fin. dic vt in
regu. peccatum. de reg. iu. lib. 6.

## Capitulum .VIII. Nulli.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegiati tenentur vitare excommunicatum, & nu. ſequen.*

*Et ipſi etiam, vt excommunicati vitari debent, ſi clericos offenderint. ibidem. & nu. 3.*

4 *Excommunicatio, ex quibus cauſis ſit ferenda. Et quomodo quis in illam incidat.*

5 *Contumacia eſt ſola cauſa immediata, ꝓpter quã quis excommunicari poteſt. Et quare, nu. 8.*

6 *Excommunicandus pro ſolo crimine quis non eſt, ſi vult ſe corrigere.*

7 *Crimina ex quibus contumacia deſcendere poteſt, ſunt cauſæ mediatæ, vt excõicatio ferri poſſit.*

8 *Admonitio, vt quis emendetur, ſemper debet præcedere pœnam.*

9 *Excommunicationem ferri pro contumacia, & offenſa, quomodo intelligendum ſit.*

10 *Excõmunicatio fertur, aut ex ſimplici contumacia; aut ex delicto admixto cum contumacia.*

11 Excommunicari pro qua contumacia, quis valeat.
12 Contumacia quanto ex minori cauſa inſurgit, tan tò maior eſt, & vindicta dignior. & ſub nu. 14. remiſſiuè.
13 Contumacia eſt peccatum mortale, & maximũ.
Contumax dicitur infidelis. ibidem.
14 Excommunicatio, quòd non debeat infligi pro leui cauſa, quomodo intelligatur.
15 Citatio qualiter fieri debeat, ad hoc, vt cõtumax poſſit excommunicari.
16 Cõtumax ver⁹, et manifeſt⁹ quis dicatur. remiſſi.
17 Excõicari qñ quis poſſit ex vnica tantũ citatione.
18 Si citetur capitulum ſub pœna excõmunicationis, & citatio apprehendat perſonaliter ipſos de capitulo, an ex quo vniuerſitas nõ poteſt excommunicari, ipſi ſaltem de capitulo, vt ſingulares excommunicari poſſint.
19 Aliud eſt gerere vicem capituli, aliud vicem ſingularum perſonarum.
20 Collegiorum materia remiſſiuè.
21 Comparens ad mandatum iudicis, & poſtea ab eo licentiatus iniuſtè, an poſſit excommunicari.
22 Iudicis culpa non debet præiudicare parti p̃ſenti.
23 In culpa nõ videt̃ eſſe, qui recedit de licẽtia iudicis.
24 Excommunicatio, an teneat ſi non contumax excommunicetur, vt contumax.
25 Excommunicatio licet ſit iniuſta, tamen excommunicatus indiget abſolutione.
26 Excommunicari an poſſit contumax in cauſis, in quibus poteſt procedi lite non conteſtata.
27 Cõfeſſioni coniugũ ĩ cauſa matrimoniali nõ ſtatur.
28 Mitius agitur cum lege, quàm cum miniſtro legis.
29 Contumax in reſpondendo poſitionibus, an poſſit, excõicari, ſi poſitio habetur pro confeſſata.
30 Excommunicatio lata in impuberem, propter contumaciam, an valeat.
31 Pupillus non habet poteſtatem agendi, & defendendi; & quare.
32 Minor an poſſit excommunicari ex contumacia tutoris, vel curatoris.
33 Minor ob contumaciam curatoris patitur miſſionem in poſſeſſionẽ bonorũ; Et ẽt venditionẽ.
34 Perẽptoriũ cõtra pupillum indefenſum eſt nullũ.
35 Minor non poteſt eſſe cõtumax in iudicio. Nec habere ratam alterius contumaciam. ibidem.
36 Mora nulla, vbi nulla eſt petitio.
37 Dominus an poſſit excommunicari propter contumaciam procuratoris.
38 Excommunicationis ſententia, non debet ferri monitione non præcedente. remiſſiuè.
39 Procuratoris delictum, non debet nocere domino, non interueniente culpa ipſius domini.
40 Appellans fruſtratoriè, an poſſit excommunicari à Iudice à quo.
Appellans fruſtatoriè haaetur pro verò contumace. ibidem.
Appellatio friuola non debet defendere appellantem. ibidem.
41 Excommunicari an quis poſſit tàm ratione publici, quàm priuati intereſſe.
42 Excõicari an poſſit qui uocat⁹ ad ſynodũ nõ vadit.
43 Accuſationem cœptam non proſequens, an poſſit excommunicari. Et quid in actione ciuili, nu. 46. Et ibi quid in diffamante aliquẽ criminaliter, vel ciuiliter quo caſu ad petitionẽ diffamati ipſe compellitur accuſare, uel actionem intentare.
44 Accuſare quod nemo cogatur, quomodo intelligendum ſit.
45 Accuſatus quando teneatur ſe purgare accuſatore non proſequente accuſationem.
47 Iuſſus ſoluere debitum infra certum terminum, et non ſoluens, an poſſit excommunicari.
48 Recuſans facere, quod pertinet ad præcipiẽtis officium, an poſſit excommunicari.
49 Prælatus ſi præcipiat clerico ſuo, vt vadat Romã pro negotijs eccleſiæ; Et clericus obedire nollens, dicat ꝙ alij adſunt magis idonei, an ob hoc iuſtè excuſetur, ita quòd non poſſit excommunicari. Et quid ſi excuſetur propter curã rei familiaris. ſub nu. ſeq.
50 Ordo in legationibus non ſeruatur.
51 Vtilitas communis eſt præferenda priuatæ.
Vtilitas plurimorum, eſt vtilitati vnius preferenda. ibidem.
52 Prælatus preponens propriam vtilitatem vtilitati eccleſiæ, obligatur Deo, & Eccleſiæ.
Clericus non debet occaſione propriorum negotiorum Eccleſiæ negotia relinquere niſi licentiam impetrauerit. ibidem.
53 Negotia propria pro alienis, non debet quis relinquere. Quod declara, vt nu. 55.
54 Caritas ordinata incipit à ſe ipſo. Et quando non. ſub nu. ſequen.
56 Vtilitas publica an, & quando preferatur priuatæ; Et vna publica alteri publicæ; Et communis priuatæ. remiſſiuè.
57 Epiſcopis, qñ, & in quibus ſit obediendũ, et qñ nõ.
58 Epiſcop⁹ ſi præcipiat clerico duræ ceruicis, ſeu incapacis ingenij, vt ſub pœna excõmunicatiotionis accomodet libros ſuos alteri clerico boni ingenij, an ille clericus teneatur obedire.
272 *Prælatus non excedens debitum modum in puniendo clericum, non poteſt dici temerarius, aut iniurioſus, cum id faciat iuſta ex cauſa.*

274 *Rector vniuerſitatis ſtudij, an poſſit mandare Poteſtati, vt capiat clericum ſcolarem.*

275 *Epiſcopus an poſſit concedere licentiã generalem iudici laico capiendi clericos delinquẽtes, vel de nocte euntes, vel repertos cum armis, & ponendi eos in carceribus, ad ipſius Epiſcopi petitionem.*

*Quid in ſpeciali licentia nu. 276.*

277 *Iudici laico prohibetur omnino aliqualis cognitio circa crimen laici.*

278 *Clericus ſi reperiatur in fragrãti crimine cum armis, vel de nocte contra conſtitutionem Epiſcopi, poteſt capi à iudice laico habente generalem licentiam ab Epiſcopo.*

279 *Prælatus ex legitima cauſa poteſt capere, & capi facere, & verberari laicos, dummodo nõ excedat debitum modum.*

280 *Clericus, qui vult dare fideiuſſores, vel cautionẽ, de parendo mandatis iudicis, nõ debet capi, vel ſi captus eſt, debet relaxari.*

*Secus ſi exceſſus eſt enormis, vel alia rationabilis cauſa ſuadeat eum detinendum, nu. 281.*

282 *Prælatus, vel alius de mandato ipſius, vel ſine mandato, ſi inferat violentiam clerico parato corrigi, & obedire volenti, an ſit ipſo iure excommunicatus.*

*Quid*



*Quid in excedente modũ in verberãdo. nu. 283.*

*Quid in immoderatè torqueri faciente, nu. 285.*

284 *Caſtigatio debet eſſe moderta.*

286. *Caſtigatio, & verberatio tria requirit.*

287 *Capiens clericum, aut carcerans, vt perſona priuata, ſiue talis ſit clericus, ſiue ſit laicus eſt excommunicatus.*

*Siue carcer ſit publicus, ſiue priuatus, nu. 288.*

*Siue ligatis manibus, ſiue non, nu. 289.*

*Siue incarceretur, ſiue cuſtodibus appoſitis detineretur, nu. 290.*

*Siue incarceratio fiat ſine manuum iniectione, ſiue quia vibrat enſem, & minatur mortẽ niſi carcerem intret, nu. 291.*

*Siue ſponte carcerem ingrediatur, & poſtmodũ ibi includatur, nu. 292.*

*Idem in iudice laico, dummodo id non faciat de mandato Prælati, nu. 293.*

294 *Laicus carcerãs clericum ex aliqua iuſta cauſa, an cadat in canonem.*

*Cauſæ iuſtæ carcerationis clerici quę ſint. ibidem. & nu. ſeq.*

296 *Adulterum, qui poteſt interficere, & contumelijs eum afficere poterit.*

297 *Ceſſante cauſa ceſſare debet effectus.*

298 *Clericus delinquens capi poteſt à laico, dummodo eum ducat ad iudicem eccleſiaſticum quàm primum poteſt, non retinendo illum vltra viginti horas.*

*Quid ſi tam breui tempore eum, non poteſt ducere ad ſuum iudicem nu. 300.*

*Quid autem in iudice laico, nu. 302.*

299 *Carcer priuatus qualis dicatur.*

301 *Clericum an quis capere poſſit vt eius delictum patefaciat, ſine metu excommunicationis.*

303 *Iudex eccleſiaſticus eſt deciſor, vtrum captus ſit clericus, vel non.*

304 *Clericus captus à iudice laico, ſi dubitatur, an ſit clericus, non eſt reddendus iudici eccleſiaſtico ante cognitionem.*

*Quod maximè procedit, ſi priuſquam caperetur gerebat ſe pro laico, licet depræhenſionis tempore eſſet in habitu clericali. nu. 305.*

*Quo caſu reſtitui non debet eccleſiaſtico iudici, niſi facta prius fide clericatus, nu. 306.*

357 *Laicus habens clericum ſibi ſeruientem ſuſpectum de furto, poteſt eum capere, & modico tempore retinere, ducendo illum ad iudicem eccleſiaſticum abſq; pœna excommunicationis.*

308 *Laicus detrudens clericum in carcerem, non ad iniuriam, ſed ne occidatur, an incidat in canonem.*

*Quid ſi zelo Dei, ne iret ad faciendum homicidium, vel ad fornicandum, nu. 309.*

*Quid in inimicis clerici, qui claudũt illum in clauſtro, vel fortè in domo alicuius mulieris, non vt illum cuſtodiant, ſed vt verecũdiam illi inferant nu. 310.*

311 *Clericus aufugiens cum debito, vel re laici licitè poteſt ab eo capi.*

312 *Clericus qui ratione beneficij, ꝙ habet in eccleſia, vel quia in ea eſt ſenior, & ex deuotionis zelo percutit pueros, vel adoleſcentes clericos in minoribus ordinibus conſtitutos correctionis cauſa leuiter, an ſit excommunicatus.*

*Quid ſi percutiat conſtitutos in ſuperioribus ordinibus, vt in ſubdiaconatu, nu. 314.*

*Quid de habente officium ſine dignitate, vt cantores, nu. 313.*

*Cui aliquid permittitur, & omnia ſine quibus id peruenire non poteſt permiſſa cenſentur. ibid.*

315 *Meliora eccleſiæ membra, non ſunt verberibus ſubijcienda.*

316 *Clerici in maioribus ordinibus conſtituti admonitionibus puniri debent, et ſi non ſe correxerint poſſunt ſuſpendi.*

317 *Magiſter qui magiſterij obtemptu clericos ſcolares correctionis cauſa leuiter percutit, non incidit in canonem, ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

*Idem ſi verberaret clericos in ſuperioribus ordinibus conſtitutos, nu. 318.*

*Quod tamen intellige dummodo correctionis cauſa, & non irato animo, id faciat nu. 319.*

*Et ſi leuis, & modica ſit caſtigatio, debitum modum non excedens, nu. 320.*

*Quod ſecus ſi irato animo, & excedendo modũ, nu. 321.*

322 *Caſtigatio leuis permittitur magiſtro.*

323 *Humilis debet eſſe doctrina magiſtri.*

324 *Exceſſus in corrigendo, & nimia ſeueritas culpæ aſcribitur.*

325 *Exceſſus leuis, nõ facit magiſtrũ percutientẽ clericũ incidere in can. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

*Secus ſi grauis. nu. 326.*

327 *Temeritas, & craſſa ignorantia ſufficit, vt quis incidat in can. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.*

318 *Patresfamilias verberantes, et caſtigantes filios, aut consanguineos clericos, aut alios clericos de familia ſua, vt ab inſolentijs remoueãtur, non ſunt excommunicati, & nu. 335.*

*Quod intellige de conſtitutis in minoribus ordinibus. num. 329.*

*Quid in conſtitutis in maioribus ordinibus, nu. 331. & 333.*

330 *Laicus moderatè percutiens clericũ ſibi ſeruientẽ correctionis cauſa non eſt excommunicatus.*

332 *Ordo ſacer liberat à patria poteſtate, & nu. 333.*

334 *Manus patris in caſtigando filium, etiã clericum non poteſt dici iniurioſa.*

336 *Percutiens clericum de mandato prælati non incidit in canonem.*

*Quod tamen intellige, vt ibi, nu. 337.*

338 *Sacerdos eijciens de eccleſia clericum turbantem diuina officia non eſt excommunicatus.*

*Quod procedit in quolibet ſacerdote, etiam, ſi nullm habeat officium, nu. 339.*

340 *Perturbans diuina officia magnum delictum committit, & ideò lege ciuili vltimo ſupplicio punitur.*

341 *Ieſus ingreſſus templum eiecit ementes, & vendentes.*

342 *Sacerdos modum excedens in expellendo clericum, an incidat in canonem.*

*Quid ſi exceſſus eſſet cum aliquali animi indignatione, nu. 343.*

344 *Percutiens clericum turpiter inuentũ cum vxore,*

*re,*

re, matre, ſorore, vel filia, an incidat in canonem.
Quid ſi ex interuallo, nu. 346. & nu. 368.
Quid ſi cum muliere linea conſanguinitatis ſibi non contingente nu. 347.
Quid in filia, & alia aſcendenti nu. 351.
Quid in nepte ſiue ex filio, ſiue ex filia nu. 353. & .354.
Quid in matre, filiabus, & ſororibus naturalib⁹, & non legitimis, nu. 356. & de adoptiuis. ibidem.
Quid in ſpurijs, nu. 357. Quid de vxore putatiua, nu. 359.
An ſupradicta procedant in qualibet percuſſione. et ſic in mutilatione, et occiſione nu. 360.
Quid de iure ciuili, nu. 361.
Quid de iure canonico, nu. 362.
345 Dolor iuſtus difficile comprimi poteſt, & nu. 363.
348 Culpens dicitur, qui alienæ rei ſe immiſcet.
350 Diſpoſitio correctiua in vno ex æquiperatis, an extendatur ad aliud.
352 Patris, vel matris appellatione in materia odioſa, an veniant aſcendentes.
355 Lex exorbitans clericis odioſa, eſt reſtringenda.
358 Spurij an ſint de agnatione, vel cognatione parentum.
364 Laicus vtlicitè poſſit percutere clericum inuentũ turpiter agere cũ matre, ſorore, filia, & ſimilibus perſonis, an exigatur, quòd reperiatur in ipſo actu venereo, ſeu in ipſo coitu.
Quid ſi in amplexibus, aut ſimilibus, nu. 366.
Quid ſi aliquibus ſignis conſtet clericum perfeciſſe opus, nu. 366.
Quid ſi ſigna non eſſent probabilia nu. 367.
369 Percutiens clericum inuẽtum ſolum, cũ ſola ſedere, & couſabulari, an incideret in canonem.
Quid ſi ter monitus à viro illius mulieris, ne cum vxore ſua conuerſaretur, nu. 370.
Si verò alibi inuenerit conuocatis tribus teſtibus tradat eum iudici, qui ſine alia inquiſitione debet eum punire, nu. 371.
372 Verbum capere ſimpliciter quid ſignificet.
373 Clericus amplexans mulierem, præſumitur id potius facere cauſa eam benedicendi, quàm libidinis explendæ
374 Maritus, vel alia ſimilis perſona procurans, vt clericus ab vxore, vel filia ad turpem coitum vocaretur, vt turpiter inuẽtum percuteret, an incidat in can. ſi quis ſuadẽte. 17.q.4.
375 Mulier percutiens clericum, eam impetentẽ pro libidine explenda, non eſt excommunicata.
Quod intellige, ſi modo clericus, ei vim corporaliter inferat, & ipſa cum moderamine inculpatæ tutelæ, & zelo caſtitatis, & iuſta indignatione mota ipſum percuſſerit, nu. 376.
An neceſſaria ſit abſolutio, & quid agendum ſit ad cautelam, nu. 377.
Quid ſi verbis tantum eam impeteret, nu. 380.
378 Charitas ordinata incipit à ſemetipſo.
379 Deus non poſſet ſuſcitare virginem poſt ruinam.
381 Percutiens clericum volentem, an ſit excommunicatus.
Quid ſi clericum uolentem percuteret in ſatisfactionem præcedentis iniuriæ, nu. 384.
Quid ſi nõ eſt violentia reſpectu percuſſi clerici, an ſit reſpectu toti⁹ ordinis clericalis, nu. 388.
383 Violentia, & iniuria non ſit volenti.
390 Clericus delinquendo non dicitur perdere priuilegium clericale ex ſua renunciatione, ſed ex diſpoſitione iuris.
391 Clericus an poſſit prorogare iuriſdictionem non ſui iudicis, ſine conſenſu proprij iudicis.
Et an poſſit indirectè per contumaciã, nu. 362. vel per viam delicti, nu. 393.
396 Papa ſi tolleret priuilegium. c. ſi quis ſuadẽte. 17. q. 4. clericis, uniuerſalis ſtatus eccleſiæ decoloraretur.
400 Percutiens laicum, qui pro clerico ſe gerebat, portando habitum, & tonſuram, an ſit excommunicatus.
In dubio debet reputare ſe excõicatum, nu. 401.
Licet in rei veritate non ſit excõicatus, nu. 402.

PERVENIT. Legitur varijs modis,
& ſic ſecundum varias lec. vario
modo poteſt ſummari. vno mo-
1 do poteſt ſummari † ſic Epiſco-
pus poteſt abſoluere percutientem clericum
leuiter ſi hoc ſibi ſpecialiter committatur. h. d.
Vel ſic, ſecundum alium intellectum; pro le-
ui iniuria perſonali clerico illata, de iure con-
muni abſoluit Epiſcopus. Vel ſecundum
Hoſti. pro leuiſſima iniuria abſoluit Epiſcopus.
Et eſt pars. c. peruenit. ſupra de teſti. cog. Glo.
quærit de intellectu literæ, & ponit duas opi.
In fin. glo. dic Inno. hic tenet primam opini.
mouetur, per tex. in fin. dum dicit duximus
committẽdum, quaſi ſentiat, quòd hæc fuit ſpe
cialis commiſſio. Et pro hac opi. facit tex. in
2 .c. ſi verò .2. ȷ̃. eod. vbi † in caſu ſpeciali ab-
ſoluit Epiſcopus, quando iniuria non eſt enor-
mis ad idem. etiam facit .c. quoniam .s̃. de vi.
3 & hone. cle. vbi † ex priuilegio ſpeciali † cleri-
ci cõmuniter * viuentes abſoluunt ab Epiſco- Cõm. op.
4 po, ſi iniuria, non eſt enormis. Si ergo † eſt ſpe-
ciale in illis caſibus, ergo in contrarium eſt ius Cõm. op.
commune. Doctoꝝ tamẽ communiter * tenent
ſecundam opi. glo. ꝙ hæc decretalis ius com-
mune contineat quò ad omnes. Nam ſi ſpe-
cialẽ contineret indulgẽtiam hæc decretalis eſ-
ſet omnino ſuperflua; cum non appareat cum
quo loquatur, & cuius ſit priuilegium. Item
facit, quia olim in antiqua compilatione habe-
batur ſub iſta deciſ. & .ȷ̃. & iſte debebat abſol-
uere mulieres, ſenes; & poſtea ſubijciebatur ꝙ
ſequitur hic in tex. de his abſoluendis &c. qua-
5 re ſicut † Epiſcopus iure cõmuni mulieres, ſe-
nes, & alios ſimiles abſoluere poteſt, vt in. c. ea
noſcitur. s̃. eo. Ita & iſtos pro leui iniuria ex-
cõmunicatos. Et iſte intellectus eſt benignior,
ſecundum Docto. & .D. m. Et ideò tenendus,
6 Pro quo facit etiam, † quia vbi duo poſſunt eli
gi intellectus, illum proſequi debemus, qui con
tinet aliquam dubitationẽ, & vtilius prouidet,
vt in. l. quòd labeo. ff. de carbo edic. Facit. c. cũ
7 in iure. s̃. de offi. deleg. Maximè † cum conſue-
tudo



tudo hunc intellectum approbauerit, vnde mi-
nimè eſt mutanda, &c. vt in. l. minimè. & in. l.
ſi de interpretatione. ff. de legib. & in. c. cum di-
lectus. s̃. de conſue. Non obſtant allegata in
contrarium pro prima opinione. Nam ad tex.
dum dicit duximus committẽdum, poteſt reſ-
ponderi. ſ. de iure cõi. Ad ſecundũ argumentũ
põt rñderi ſecundum Ioan. An. ꝙ aut in iniu-
ria eſt leuis, & pro ipſa abſolui Epiſcopus de iu
8 re communi. Sed † inferior ab Epiſcopo non
poteſt abſoluere; quia hæc decretalis dirigitur,
dumtaxat Epiſcopo, ꝙ patet ex tex. dum dicit
fraternitatis tuæ, iuncto. c. quam graui. s̃. de cri.
fal. Et aduerte, quia procedit hoc etiam in
laico abſoluendo pro leui iniuria illata in cleri-
cum, quem etiam Epiſcopus poteſt abſoluere;
quia tex. noſter loquitur indiſtinctè, & hoc te-
9 nent Doc. hic, & ſequitur .D. m. Aut † iniu-
ria eſt mediocris, & ab illa non poteſt abſolue-
re Epiſcopus, niſi priuilegiatos, & ita procedat
.c. ſi verò. & .c. quoniam. in contrarium alle-
10 gata. & alia ſimilia iura. Quandoq; enim † in-
iuria eſt grauis, ſeu enormis, & regulariter Epiſ-
copus non abſoluit niſi in caſu neceſſitatis, vel
ex ſpeciali commiſſione. Et ad hoc vide quæ
latè dicam in vigeſimotertio articulo. in. c. offi-
11 cij. ȷ̃. eod. vbi etiam fortè tangam, quando † in-
iuria dicatur leuis, mediocris, vel enormis.
Ad ꝙ vide, ꝙ traditur in. c. cum illlorum. ȷ̃. eo.
Poſtremo iuxta præmiſſum ordinem in rubri.
ſupereſt, vt deſcendamus ad examinationẽ no-
ni principalis articuli, in quo ſpecialiter tractan
dum eſt; quis, & qñ ex violenta manuum inie-
ctione in clericum, incidat in excõmunicatio-
nem. Et quia totus iſte articulus fundatur prin
cipaliter ſuper canone, ſi quis ſuadẽte. 17. q. 4.
vbi tex. dicit ſi quis ſuadente diabolo in cleri-
cum, vel monachum, manus iniecerit violen-
tas, anathematis vinculo ſubiaceat, ideò hunc
articulũ principaliter diuido in quatuor mem-
bra. Primum erit reſpectu perſonæ agentis.
Secundum, reſpectu perſonæ patientis. Ter-
tium reſpectu formæ, & modi percutiendi.
Quartum & vltimum, reſpectu cauſæ, & finis
percutiendi. Quò ad primũ proſequar infra-
ſcripta dubia. Primo, quid de laicis. Secun-
do, quid de clericis. Tertio, quid de officiali,
ſeu publica perſona. Quarto, de minore. Quin
to, quid de ſeruo. Sexto, quid de paupere.
Septimo, quid de Iudæo. Octauo, quid de mã
dante. Nono, quid in mandante pœnitente,
ante percuſſionem. Decimo, quid de man-
dante moriente ante iniectionem. Vndecimo,
quid de alijs cauſam, vel occaſionem, auxilium,
vel fauorem præſtantibus. Duodecimo, quid
de iſtis qui præſtant conſilium. Decimotertio,
quid de ijs qui ratam habent percuſſionem in
clericum factam. Decimoquarto, quid de ijs
qui poſſunt prohibere, & non prohibẽt. Quò
ad primum, ſume in primis hanc regulam ge-
12 neralẽ; quòd omnes qui poſſunt excõicari, de
quibus dixi in ſeptimo articulo. in. c. mulieres.
ſup̃ eod. incidunt in canonem, ſi quis ſuadente,
inijciendo manus violentas in clericum, &c.
Et ſic primo infertur, ꝙ in dictum canonem,
& ſic in excommunicationem ex violenta ma-
13 nuum iniectione in clericum, incidat, † tàm
maſculus, quam fœmina. Primo, per tex. in
14 .c. ſi quis. nam † verbum ſi quis, ibi poſitum,
de ſuo proprio ſignificatu comprehendit, tàm
maſculum, quàm fœminam. vt in. l. 1. ff. de ver.
ſign. & ita tenent glo. & Archid. in. d. c. ſi quis.
Ad quod vide, ꝙ latè dixi in cle. 1. de elect. in
illo articulo, an maſculinũ concipiat fœmininũ.
Et quòd mulier incidat in dictum canonem
percutiendo clericum, probatur in. c. mulie-
res. s̃. eo. & in. c. de monialibus. ȷ̃. eo. Secun-
15 do principaliter infertur, ꝙ non ſolum † lai-
cus, ſed etiàm clericus ex violenta manuum in-
iectione in clericum, &c. incidit in dictum
canonem, vt probatur in. d. c. 1. s̃. eod. Et non
16 ſolum † clericus ſecularis, ſed etiam regularis,
vt in. c. 2. s̃. eo. & probatur in. c. cum pro cauſa.
17 infra. eod. Et ſic patet, ꝙ † priuilegiatus non
vtitur priuilegio ſuo, contra priuilegiatum, vt
18 ibi dicam. Item hoc procedit, non ſolum † in
clericis non exemptis, ſed etiam in exemptis,
& priuilegiatis, etiam regularibus. vt in. c. nul-
li. s̃. eod. Sed circa prædicta dubitatur, vtrum
19 Papa † poſſet concedere priuilegium exemptio-
nis huiuſmodi, videlicet, ꝙ percutiens clericũ
non ſit excommunicatus. Abba. in. c. nulli. s̃.
20 eod. tenuit, ꝙ † non poſſit ſine generali conci-
lio. Hoſti. ibi, tenet contrarium, dicit tamen,
quòd nunquam vidit priuilegiũ in contrarium,
nec credit, ꝙ emanauerit, licet emanare potue-
21 rit; quia † qui poteſt canonem condere, & in
totum tollere, fortius poteſt in parte. Subdit
tamen, quòd tale priuilegium præſumeret pri-
ma facie ſuſpectum, & remittit ad nota. de æta.
& quali. c. eam te. & ſupra de confir. vti. c. ad no
ſtram. & .c. porrecta. Et ſic etiam reſidet. Ioan.
Andr. Sed .D. m. in. d. c. nulli. plus placet pri-
22 mum dictum; quia † ſi tolleret ſine cauſa, decol-
laretur vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, ꝙ Papa face-
re non poteſt, neq; eſt ſuſtinendus, quod id fa-
ciat. Secus vbi eſſet cauſa argu. c. non debet. s̃.
de conſan. & affini. Et hæc diſtinctio mihi pla-
cet. Pro qua faciunt not. 25. q. 1. c. quæ ad per-
petuam. & .c. ſunt quidam, & quòd not. 1. q. 7.
in. c. & ſi illa. & ꝙ tradit .D. m. in. c. omnis. de
pœni. & remiſ. & ꝙ not. in. c. literas. s̃. de reſti.
24 ſpo. Tertio principaliter infertur, ꝙ nõ † ſolũ
priuata perſona violẽtas manus inijciens in cle
ricũ incidat in canonem, ſed ẽt publica. Hoc
probatur in. c. 3. ſupra eod. vbi tex. dicit, quòd
nulli laico ſupra clericum datur auctoritas, vt
poſſit in talem manus violentas inijcere. Et
probatur in. c. ſi iudex. eo. titu. lib. 6. Sed vtrũ
excuſetur officialis, qui faceret de mandato Prę
lati eccleſiaſtici, dicam infra in quarto principa
li membro huius articuli. Quarto infertur, ꝙ
25 non † ſolum maior, ſed etiam minor incidit in
dictum canonem, dummodo ſit doli capax; per
ea quæ dixi in ſeptimo articulo. in. c. mulieres.
ſupra eod. in vltima. quæſt. Quinto principa-
liter

26 liter infertur, ꝙ † non ſolum liber, ſed etiam
ſeruus incidit in dictum canonem. vt in .c.mu-
lieres.ſ̃.eod. & in.c.relatum.ĩ.eo. Sexto infer
27 tur, ꝙ † non ſolum diues, ſed etiam pauper in-
cidit; vt probatur in.c.ea noſcit.ſ̃. eod. Septi-
28 mo principaliter dubitatur, vtrum † Iudæus,
vel infidelis percutiens clericum, incidat in ca-
nonem. Sol. Archid.in.d.c.ſi quis.17.q.4. ar-
29 guit ꝙ ſic; ex eo, quòd † tex. ille loquitur indi-
ſtinctè; ergo indiſtinctè intelligi debet, vt in .c.
relatum. 2.ſ̃. de teſta. 19. diſt. ſi romanorum.
30 cũ ſimil. In contrariũ arguit, † quia Iudæi con-
ſtitutionibus eccleſiaſticis non arctantur. ſupra
de diuor.c.gaudemus. & legitur,& not.15.q.1.
.§.1. Facit.2.q.1.c.multi.in fi.& ꝙ not.3.q.4.
.c.fin.&.17.q.4.c. conſtituit. Et hæc opi. mihi
placet plus, per ea quæ dixi ſupra in ſeptimo
articulo in.c.mulieres.in.5.q. Et ad hanc ma-
teriam adde quę etiam dixi in dicto ſeptimo ar
ticulo. Octauo circa hoc membrum dubita-
tur, vtrum incidat in dictum canonem, non ſo-
lum qui per ſe ipſum percutit clericum, ſed ēt
31 ille † qui mãdat percuti. Sol. tex. eſt, quòd ſic,
in .d.c.mulieres. in fin.ſ̃. eo. Nec mirũ; quia
32 is † videtur facere, qui per alium facit. vt in .l.
ita autem .§. geſſiſſe.ff.de admi. tut. 16. q. 6.c.
conſuetudo.in fin.& infra eod.tit.c.vt famæ. &
in regu. qui facit per alium. de re. iur. lib. 6.
cum concor. Sed contra hoc fortiter obſtat,
33 nam prædictũ.c.ſi quis. † continet pœnam; &
loquitur in patiente, ergo ſtrictè, & propriè
debet intelligi, vt in .c.in pœnis. & .c. odia. de
re. iur. lib.6. Sed ille qui per alium facit, im-
propriè dicitur facere; Quod patet; quia regu
la qui per alium, dicit, ꝙ per ſe facere videtur;
34 & ſic loquitur per verbum † videtur, quod de-
notat fictionem, & non veritatem. vt in .l. mi-
nus.ff.de re.iur. ergo &c. Sol. tex. in.c.mulie-
res.in fin. ſ̃. eod. dicit, ꝙ in terminis noſtris is
videtur verum delictum cõmittere, cuius man-
dato, vel auctoritate delictum committitur. &
ideò etiam mandator tenetur, & incidit in ca-
nonem. Sed contta hoc fortiter obſtat.c.vt fa
mæ.infra eo.vbi tex.loquitur in materia noſtra,
& tamen non dicit, ꝙ verè faciat; ſed quòd vi-
detur facere.& ſic loquitur per verbũ fictionis.
Quare ad iſtius .q. declarationẽ, debes ſcire,
35 quòd hic articulus, † vtrum is qui per alium fa-
36 cit, verè, vel fictè videatur facere, & ſic, † vtrũ
includatur in ſtatuto pœnali, vel correctiuo,
apud Docto. magna eſt dubitatio, de qua per
Bart. in.l. hæc verba .ff. de adul. & in .l. aut qui
aliter .ff.quod vi, aut clam. & .l. non ſolum. &
.l.ſed ſi vnus.ff.de iniur. & per Bart. in .l. non
ideò minus .C. de accu. & per Bal. & Docto.in
.l. ſi quis id quod. ff. de iur. om. iudi. & per
.D. m. in .d. c. mulieres. de quo latius dicam
in .d.c.vt famæ.ĩ. eod. Sed quantum ad pro-
poſitum noſtrum attinet, inter alia in mate-
ria prædicta datur hæc doctrina; quòd quando
verba ſunt ſcripta in perſonam, puta, ſi quis fe-
cerit &c. prout eſt in caſu noſtro; & mandata-
rius non eſt inſtrumentũ ꝙ mandanti neceſſa-
rio operetur; ſed ſua voluntate id facit, cũ non
teneretur, nec deberet obedire; tunc datur do
ctrina, ꝙ qui per alium facit, non dicitur verè
facere; per dictum.c.vt famæ. Ex quo videba-
tur inferendum, quòd in terminis noſtris non
videretur includi mandans in canone, ſi quis
ſuadente. Quod eſt contra .d.c. mulieres. tàm
in dicto, quàm in ratione; cum ibi tex. dicat, ꝙ
verè dicitur facere &c. Sed ad illum tex.reſpõ-
detur ſecundum Bar. in .d.l. ſed ſi vnus. quòd
37 tex. ille loquitur † in peccato, in quo magis
ponderatur animus, quam factum. Quaſi velit
dicere, ꝙ quò ad pctm̃, is verè dicitur facere
cuius mandato aliquid fit. Sed aduerte, quia
contra hoc fortiter obſtat, quia tex in .d.c.mu-
lieres. & materia noſtra non loquitur in pecca-
38 to, ſed in pœna peccati. Nam † excõmunicatio
pœna eſt, & magna; adeò ꝙ, quaſi nulla apud
canones maior reperitur .24.q.3.c.corripian-
tur. Sed dicit .D.m. ꝙ verè facere dicitur, quò
ad peccatum, & pęnam peccati; cum ſumus in
diſpoſitione iuris communis. quamuis re ipſa
verè non faciat. Mihi multum placet ratio Bar.
39 Nec obſtat argumentum .D.m. quia licet † ex-
communicatio ſit pœna, eſt tamen medicina-
lis animæ, vt in.c.1.eo.tit. lib.6. Et ideò meri-
tò verè dicitur facere.ſ. quantum ad omnem ef
fectum animæ. Reliqua verò dic, vt dicam in
.d.c.vt famæ. Nono queritur circa prædicta,
40 quid ſi aliquis mandauerit, vt clericus percute-
retur; ſed ante manuum iniectionẽ pœnituit;
non tamen certificauit mandatarium, vtrum ſi
ille mandatum exequatur, mandans incidat in
canonem, non obſtante pœnitentia. Sol. glo.
fin.in .c.mulieres.ſ̃. eod. tenet, quòd ſic. Niſi
mandas certificauerit mandatarium de reuoca-
tione, argu.ff.manda.in.l.ſi mandaſſem.& .ff.ad
mace. in .l.ſi filius. & .ff.ꝙ iuſſu. in .l. 1. primo
Reſpon.& .ſ̃. de procura. c. mandato. & .c. ex
inſinuatione. Sed Inno. ibi, tenet contrarium;
41 quia canon, ſi quis ſuadente. requirit dolum.
Et ideò cum iſte mandans non fuerit in dolo,
ſed ſolum in culpa, non certificando manda-
tarium de reuocatione, meritò de culpa ſolum
puniri poterit. Pro qua opinione facit.l. ſi quis
mihi. in fin. ff. de acqui. hære. vbi ſi pater qui
iuſſerat filium adire hæreditatem, pœniteat an-
tequam filius adeat, non valet aditio. Ad quod
etiam vide plures caſus quos ponit Ioan. Andr.
in .c.cum laici.ſ̃. de iur. patro. ſuper glo. 1. in
42 quibus † pœnitentia liberat à pœna. Hoſti. ſe-
quitur hanc opi. ſi modo ita tardè pœnituerit,
ꝙ non potuerit certificare mandatariũ. Aliàs
ſecus. vt colligitur ex prin. & fin. glo. Hoſti.
Bartho. verò Brixien. in ſua venereali. q. 89.
quæ incipit, Aliquis mãdauit. dicit, quòd talis
quò ad Deum non tenetur. Sed quò ad eccle-
ſiam eſt excommunicatus. Et hanc tenet glo.
in .c. cum quis. eod. titu. lib. 6. Et pro prę-
dicta opi. facit quod dixi in .c. ad audientiam.
ſupra de homici. articu.7.q.78. Sed aduerte,
quia contra prædictam deciſionem facit quod
in ſimili notat Ioan. Andr. in .d. c. ad audien-
tiam.



tiam in .6.q. Et Spe. in titu. de lega. §. inſta.
43 ver. idem quo, vbi voluit, † quòd ſi alicui man
daui hominem interfici, vel mutilari, & pœni-
tui ante executionem, & fecerim pacem, & pa-
rentelam cum inimico, quòd ſi ille poſtea in-
terficiat, mãdans efficiť irregularis. de quo la-
tè dixi in .d.c.ad audientiam. arti. 7.q. 73. Sed
arbitror reſponderi poſſe, quòd illud, quod ibi
dixi, debet intelligi, niſi aliquo modo directè,
vel indirectè mãdatarius certificatus eſt de pœ
nitentia, & ſic de contraria voluntate mandan-
tis. Et adde p̃dicta ad ea quæ ibi dixi. Sed po
44 ne circa prędicta, quod † aliquis mandat ex tri-
bus clericis deambulantibus vnum capi, vel
percuti; & quòd alij duò non lædantur; vnde
mandatario id exequi volente, ille affugit; res
tamen ipſius, & alij duo fuerunt capti. vtrum
mãdator ſit excommunicatus. Sol. Ioan. de
Deo lib. 3. q. 17. tenet, quòd non; quia illi
duo fuerunt capti contra voluntatem ſuam.
Facit.c.ſicut tuis. ſupra de ſimo.& ſupra de ho-
45 mi.c.petrus. putat tamen, quòd ex eo † quòd
cauſam damni dederit, de damno teneatur, ꝙ
illi paſſi ſunt argu. c. fin. ſupra de iniur. & .23.
.q. 8. in c. pręterea. Et ſequitur Ioan. Andr.
in .c.cum quis.in prin.eo.ti. lib.6. Decimo du
46 bitatur, † quid ſi mandator moriatur ante in-
iectionem manuum, vtrũ ſecuta iniectione ſit
excommunicatus. Sol. glo. fin. in .d. c. mu-
47 lieres. tenet quòd non; quia † mandatum mor
te extinguitur. vt in .l.inter cauſas.§.1.ff.man.
ſupra de offi. dele.c.relatum. & .c. licet. & quia
48 eccleſia † non ligat ſub terra. argu.c.à nobis.ĩ.
eod. Et idem tenet Inno. & Hoſti. Sed Tan.
& Goff. tenent contrarium; cum intelligatur
in eadem voluntate deceſſiſſe. argu. c. maiores
de bapt. Vnde ſi antea non pęnituit, excommu
nicatus eſt; cum cõſtet eum deceſſiſſe in tali pec
cato. & ſequitur Ioan. Andr. D. Anto. diſtin-
guit, quòd aut mandatarius erat certificatus de
morte mandatoris, & tunc ſit vera prima opi.
Sed .D. m. in .d. c. mulieres. diſtinguit, quòd
aut mandator in extremis recepit pœnitentiã,
& tunc licet fuerit in culpa, in non reuocando
mandatum expreſſè, non tamen incidit in ex-
communicationem; cum in veritate manda-
tum fuerit morte reuocatum. Aut iſte non
egit pœnitentiam, & tunc etiam de rigore non
eſſet excommunicatus; quia mandatum reuo-
catur morte. Sed quando deceſſit in peccato,
tenetur de delicto alterius, ſicut teneret prin-
cipalis, in non reuocando mandatum. vt .l. ſi
mandaſſem .ff.mandati. Et ſi diceretur, quid
operatur excommunicatio; cum ipſe iam ſit
49 mortuus poteſt reſpõderi, quòd † operari poſ-
ſit, quia non traderetur eccleſiaſticæ ſepultu-
ræ, vt dicam in decimonono princi. articulo,
in .c. ſacris. infra eod. Et hæc opinio multum
mihi placet, & eam fueram imaginatus, ante-
quam viderẽ .D. m. Et aduerte, quia circa hãc
materiam conferunt plura ex ijs, quæ dixi in .d.
.c. ad audientiam. à .q. 68. vſq; ad quæſt. 78.
50 Vndecimo dubitari poteſt, † quid de ijs qui
cauſam, vel occaſionem, auxilium, opem, vel
fauorem præſtant violentę manuum iniectioni
in clericum, vtrum ſint excommunicati; puta,
ſubminiſtrando arma, aſſociando, vel ſimilia
faciendo. & certè tales ſunt excommunicati.
Ita tenet glo. fin. in .d. c. mulieres. per .c. ſicut
dignum. ſupra de homici. & .c. ſi .ſ̃. de iniur.
& .ff. vi. bo. rap. in .l. 4. §. ſicut ſeruum. Et
quia ad hanc materiam poſſunt adaptari plu-
res quæſt. quas poſui in .d. c. ad audientiam.
in ſeptimo principali articulo. ſupra de homi.
à .q.42. vſq; ad .q. 68. ideò ibi plenius videas.
51 Duodecimo dubitari poſſet † de ijs qui conſi
lium præſtant, perſuadent, ſuggerunt, inſtigant,
vel monent, vt clericus percutiatur, vtrum inci-
dant in canonem? & arbitror, quod ſic, per ea
quæ dixi in dicto .c. ad audientiam, de homici.
in ſeptimo articulo. q. 78. Et ibi vide, vtrum
ſufficiat pœnitere ante executionem, & etiam
ad declarationẽ vide aliàs plures quæſt. à.q.67.
vſq; ad 95. q. Decimotertio, dubitari poſſet,
52 vtrum ille † qui ex poſt facto ratam habet vio-
lentam manuum iniectionem, incidat in ca-
nonem? glo. in .d.c. mulieres. recitat opinio-
nes, & finaliter concludit quòd non. cum per-
cutiens non percuſſerit cauſa, vel nomine
iſtius. Et ſic glo. videtur ſentire, quòd ſecus
eſſet, ſi iſte haberet ratam percuſſionem ſuo no
mine factam; vt puta, quia ſolum fuit motus
tanquam amicus, vel conſanguineus iſtius ra-
tum habentis, eo quòd ſciebat illum inimi-
cum ſuum. Et eandem opi. clarius tenet glo.
.17.q.7.in. c. ſi quis. & hæc opinio approbata
eſt per .c. cum quis. eod. titu. lib. 6. vbi dici-
tur quòd quando quis ratam habet violentiam
nomine ſuo factam, eſt excommunicatus;
quia; ratihabitio retrotrahitur &c. Secus ſi
non nomine ſuo illata fuit; quanuis ratum ha-
bendo peccet. Et dicit ibi Ioan. Andr. quòd
53 potius † venialiter peccet, quam mortaliter.
Sed an eo caſu, quo ſuo nomine factum eſt,
54 & ratum habet, † dicatur excommunicatus à
tempore quo ratum habet, dic vt dicam in de-
cimonono principali articulo. in .c. ſacris. in-
55 fra eod. Sed pone circa prædicta, † quòd ali-
quis amicus meus, vt mihi rem gratam face-
ret, percuſſit clericum, & ſic nomine meo.
Sed ego ipſum non receptaui, imo expuli, nec
per aliqua ſigna exteriora apparere poteſt,
quòd ego ratam habuerim percuſſionem, in ve
ritate tamen, & in corde ratum habui, vtrum
ſim excommunicatus? Sol. dicit Hoſt. in .d.c.
mulieres. ſ̃. eod. ꝙ quò ad Deum, ego ſum li-
56 gat⁹.ſed non quò † ad eccleſiam militantẽ, quæ
non iudicat de occultis. vt in .c. à nobis. 2. ſup
eod. Et hanc opininẽ tenet glo. in .d. c. cum
quis. eod. tit. lib. 6. & mihi placet. Et vide
ad hanc. q. quòd dixi in .c. ad audientiam. de
homicid. in ſeptimo principali articulo. à. q.
.100. vſq; ad fin. illius articuli. Decimoquar-
to, dubitari poſſet, quid de eo qui non manda-
uit, aut opem, aut cõſilium præſtitit, nec ratum
57 habuit; † ſed cum potuiſſet prohibere violen-

tam manuum iniectionem in clericum, illam
non prohibuit; vnde ſua negligentia, deſi-
dia, ſeu in curia clericus percuſſus eſt, an talis
excommunicatus. Glo. fin. in.d.c. mulieres.
tenet quòd ſic. per .c. quantæ. infra eod. Et
idem tenet glo. 17.q.4. in .c. omnes eccleſiæ.
Et hoc intelligũt quidam ſimpliciter, dummo-
do eſſet talis qui quocunq; modo potuiſſet
prohibere, & non prohibuit. Alij verò intel-
ligunt, ſi ratione officij poterat prohibere, &
non prohibuit. Quidam verò intelligunt, ꝙ
procedit, ſi modo doloſè permittit percuti,
cum poſſet prohibere. de quibus intellectibus
dicam latius in .d. c. quantæ. Et vide etiam ad
hanc materiam quæ dixi in .d. c. ad audien-
tiam. de homici. in ſeptimo principali articu-
lo à.q.95.vſq; ad.100. Et adde etiam ad intel-
lectum huius.q. quæ dicam in .d. c. quantæ.
Et ex his eſt expeditum primum membrum
iſtius Noni articuli; videlicet de cauſa effi-
cienti, ſeu de perſona percutiente. Circa ſe-
cundum membrum principale reſpectu perſo-
næ patientis, & percuſſi, ſimiliter plura oriun-
tur dubia, an, & quando ex percuſſione quis
incidat in canonem, ſi quis ſuadente. Et in
primis illud clarum eſt, quòd tex. in.d.c.ſi quis.
58 .17.q.4. exigit, quòd percuſſus † ſit clericus,
vel Monachus, dum dicit, quòd percutiens
clericum, vel Monachum incidit in canonem.
59 Quod procedit, non ſolum † ſi clericus ſit in ſa-
cris, & maioribus ordinibus, ſed etiam ſi ſit
conſtitutus in minoribus. vt .c. 1. de cler.con-
iuga. lib.6. Quinimò glo. ibi vult, quòd etiam
60 Pſalmiſta † gaudeat priuilegio illius canonis;
quia & ipſe clericus dicitur .21. diſtin. c. cle-
ros.23.diſtin.c. pſalmiſta. Et vtrobique com-
Cōm.op. munis* opinio eſt, quòd Pſalmiſtatus ſit or-
do. & tenet glo. & Docto. in .c. cum contin-
gat. ſupra de æta. & qualita. Sed circa prædi-
cta, quia canon prædictus, ſi quis. ſolum dicit
de Clericis, & Monachis. Primo dubitatur,
61 vtrum † habeat locum in canonicis regulari-
bus. Et eſt tex. quòd ſic in .c. non dubium.
62 ſupra eod. Secundo dubitatur † quid de Con-
uerſis eccleſiarum regularium. Et idem etiam
dicendum eſt. vt . d. c. non dubium. & .c. pa-
rochianos. & .c. ex tenore. & .c. veniens.
ſupra eod. & .c. de monialibus. infra eod.
63 Tertio dubitatur, † vtrum habeat locum in
Nouitijs. Et dicendum eſt ſic, per tex. in.c. re-
ligioſo .§. fin. eod. titu.lib. 6. Quanuis Inno.
& Abba. voluerint contrarium in .c. ſtatui-
mus. eod. titu. lib. 6. argu.l. ſtatuliberum. ff.
de ſtatulibe. Sed opinio eorum reprobatur.
Nec obſtat, quòd cras poterit laicari, quia vt
dicit Io. Andr. idem ratione prædicta dicen-
dum eſſet in clerico ſeculari in minoribus con-
ſtituto. quod eſt falſum; cum etiam coniugatus
gaudeat priuilegio. Et ad id quod dicitur de
.l. ſtatuliberum, vide quæ dixit Ioan. Andr.
64 quòd cum cenſeamus † Nouitium religioſum,
65 propter quod † conueniri debet in foro ec-
cleſiaſtico, vt ipſe Ioan. tenet in.c. beneficium.
66 de regu. iur. lib. 6. licet ſit † religioſus com-
mutabiliter, tamen gaudere debet beneficio
dicti canonis. Nec obſtat prædictis, ſi dice-
67 retur, quòd cum canon, ſi quis ſuadente. † ſit
pœnalis, & loquatur ſolum de clericis, & mona
chis, non debet extendi ad alios, de quibus ſu-
pra dictum eſt, argu. regu. in pœnis. de regu.
68 iur. lib. 6. cum ſua materia. † Maximè in con-
uerſis, qui propriè non veniunt appellatione
monachorum; quia poteſt reſponderi, quòd
69 illud eſt † ex extenſione, ſeu interpretatione iu-
ris, & non hominis. Et ratio huius interpre-
70 tationis, ſeu extenſionis poteſt eſſe, quia † ta-
lis conſtitutio ex parte ipſorũ percuſſorum eſt
fauorabilis, & in ipſorum fauorem edita; licet
ex parte percutientium ſit odioſa. Et ideò ex
parte percuſſorum extenditur, vt ſingulariter
not. Bal. in .l. 2. C. de in ius vocan. Faciunt
not. per glo. & Docto. in .l. qui exceptionem.
.ff. de condi. inde. & quod not. glo. in ver.
alios in .c. ſciant cuncti. de elec. lib. 6. & Cyn.
in .l. quicunq;. C. de ſer. fugi. & Bald. in .l.
quidam .C. de ijs qui ad liber. perue. non poſ.
71 Præterea † excommunicatio eſt medicina; &
de facili obtinetur abſolutio. vt in.c. 1. eod. tit.
lib. 6. Et ideò non mirum, ſi dicta conſtitu-
tio .c. ſi quis ſuadente. extenditur ad Canoni-
cos, Conuerſos, & Nouitios. Quarto du-
72 bitatur, † quid de Monialibus. Et ex rationi-
bus ſupra dictis arbitror, quòd canon ſi quis
73 ſuadente, extendatur ad eas. Et quia † appel-
latione Monachorum in materia fauorabili ve-
niunt Moniales, vt dixi in cle. 1. de elec. Et
74 quia, † moniales ex toto dicuntur translatæ in
Deum; & priuilegiũ illud canonis, ſi quis ſua-
75 dente. eſt priuilegium † eccleſiaſticarum perſo-
narum quæ in totum translatæ ſunt in Deum.
76 Facit .17.q.4.c. quiſquis. Vnde † priuilegium
illud competit etiam perſonis nõ inſignitis ca-
77 ractere clericali; cum † moniales non habeant
ordinẽ, vt dixi in .c. noua. s̃. de pœni. & remiſ.
cõpetit enim illud priuilegium, ẽt quibuſcunq;
in totum translatis in Deum. Et ideò compe-
78 tit † etiam mulieribus conuerſis alicuius reli-
gionis. vt infra eo. c. de monialibus. Eſt ta-
men neceſſarium, vt dixi, quòd ſe in totũ con-
79 uertant. Aliàs † autem, ſi aliquis, vel aliqua in
propria domo ſumeret aliquem habitum reli-
gioſorum, non tamen faceret profeſſionem,
nec in totum ſe trãſferret, inijciens manus vio-
lentas in talem, non eſſet excommunicatus;
80 quia † talis non iudicatur Monialis, nec Profeſ
ſa, nec in totum in Deum translata; cũ non re-
nuntiauerit proprijs. ita tenet Spe. eod. tit. ver.
quid ſi verbo. in fin. ſui operis. Et adde, ꝙ ſta-
tim dicam in ſeq.q. Quinto dubitatur, quid de
conuerſis eccleſiarum, ſecularium. Sol. glo. in
81 .c. non dubium. s̃. eod. tenet, † ꝙ etiam tales
gaudeant priuilegio canonis, ſi quis ſuadente.
per tex. 12.q. 1. in.c. duo ſunt. vbi ẽt hanc opi.
tenet glo. & etiã idem tenet Guil. de mon. Lau.
& Zenze. in cle. 1. in fin. de deci. Sed Io. An.
& Vincen. in .c. dilecta. s̃. de ma. & obe. tenent
contra-



82 contrarium; dicentes, quòd tales † conuer-
ſi poſſunt contrahere matrimonium, & non
ſunt clerici; & ideò non gaudent priuilegio ca-
nonis. Et idem voluit Vincen. in .c. vt priui-
83 legia. ſupra de priuile. † dicens, quòd licet ta-
les largo modo dicantur eccleſiaſticæ perſonę,
vt .d.c. duo ſunt. & .27.q. 1.c. vt lex. tamen non
gaudent priuilegio illius canonis. Et dicit
84 Abb. in .d. c. dilecta. quòd idem voluit Vin-
85 cen. de præceptoribus pauperum. Et de † his
qui ſe vouent religioni manendo in ſeculo, aſ-
ſumendo habitum religionis. Sed dicit Ioan.
Andr. in .d. c. non dubium. ſupra eod. quòd
non habebat glo. illam Vincen. Et Hoſti. ibi
diſtinguit, quòd aut conuerſus remanet in do-
mo propria tanquam laicus viuens, & tunc non
gaudet priuilegio canonis; licet habitum aſſum
ſperit per .d.c. vt lex. Facit.c.3.ver. de confra-
tribus. & .c. quidem. ſupra de priuile. Et idẽ
dicit Tancre. in .c. parrochianos. ſupra eod. de
86 ijs, † qui retinent proprium; quia tales non
dicuntur propriè, & plenè conuerſi, licet in
inſtrumento conuerſionis, & donationis di-
catur, quòd facit ſe conuerſum. Pro quo
dicto facit quod ſupra dixi, ſecundum Spec.
87 Aut eſt † conuerſus qui tradit ſe, & ſua, &
eſt tonſuratus, & habitum mutat, audit ho-
ras, & honeſtè viuit, ſicut debet clericus, & ta-
lis intelligitur ex toto trãſlatus. Et ideò gau-
det priuilegio canonis; licet non ſit conuerſus
regularis eccleſiæ. Et ita procedat prima opi.
glo. & iura per eam allegata. & hanc opi. ſequi-
tur etiam Ioan. And. D. Anto. & .D. m. in.d.
.c. dubium. & Hoſti. in ſum. in titu. de priui-
legijs. §. qualiter. & Zaba. in cle. 1. in fi. de deci.
88 Sexto dubitatur de eo † qui nullum habet or-
dinem, & tamen coronam portat, ſeu tonſu-
ram, & animi diſtinatione eſt clericus, an gau-
deat priuilerio canonis. Sol. Lauren. in .d. c.
ſi quis ſuadente. tenet quòd ſic. Sed Bart. Hiſ-
panus tenet contrarium. Dicit Archid. in .d.
89 .c. ſi quis. † quòd ille qui portat tonſuram vt
clericus, propter hoc videtur eſſe in quaſi poſ-
ſeſſione clericatus, & præſumitur clericus, &
de ipſo tanquam clerico iudicandum eſt, do-
nec in oppoſitum conſtet de veritate, vt .ff. de
iniur. in .l. item apud labeonem. §. ſi quis vir-
ginem, & infra eod. in .c. in audientia. §. 1.
Facit .2. q. 1. ſi peccauerit. & .l. penul. C. de
aquædu. lib. 11. & .C. de præpoſ. ſac. cubit.
.l. 1. lib. 12. Et adde quod de habitu dixi in
.c. nouit ille. ſupra de iudi. ſuper glo. 1. & quod
dixi in cle. 1. de elec. Et hinc eſt ſecundum
Archid. quòd ſub iudice talibus deputato liti-
gabitur. Facit quod not. Archid. 54. diſt. c.
frequens. & Goffre. ſuper libel. iuris canonici
in titu. de regu. ver. quid dicemus. Et hoc
eſt hodie expeditum per .c. ſi iudex laicus.
in ver. idem cenſemus. eod. titu. lib. 6. vbi tex.
90 dicit, quòd † deferens habitum clericalem de-
bet in dubio reputari clericus, donec conſtet de
contrario; vt in quo ſtatu reperitur, in eo iudi-
cetur pro præſenti; licet poſſet inquiri de alio
ſtatu, vt ibi in fin. & in .d. §. ſi quis virginem.
91 Quomodo † autem poſſit conſtare de contra-
rio; videlicet, quòd non ſit clericus, cum ſit
mera negatiua; Dicit ibi Ioan. Andr. in no-
uellis quòd poterit conſtare per poſitionem
confeſſatam. vt in .c. 1. de confeſ. lib. 6.
Item per affirmatiuã in contrarium; puta, ſi di-
ceretur priuatus priuilegio clericali in certis ca-
ſibus de quibus ſtatim infra ſubijciam. Tamen
92 ſubdit Ioan. Andr. quòd † quando eſſet peni-
tus illiteratus, vrgens præſumptio eſſet contra
93 eum, quòd non eſſet clericus; cum † etiam
prima conſura non debeat ſibi conferri. vt in.c.
nullus. de tempo. ordina. lib. 6. 34. diſtin. c.
94 p̃cipimus. † Quanuis ſi talis ordinetur, recipe-
ret caracterem. vt .d.c. 1. & .c. cum in cunctis.
ſupra de elec. Et prædicta notabis; quia nota-
bilia ſunt, etiam quò ad alia. Concludo igitur,
95 quòd † in dubio iſte incidit in canonem quò
ad eccleſiam militantem, donec ſit reperta ve-
ritas in contrarium. Sed quò ad Deum, talis
non eſt excommunicatus. Colligitur ergo ex
96 prædictis regu. & concluſio, † quòd percu-
tiens clericum, etiam in minoribus conſtitu-
tutum, vel Monachum, etiam Nouitium, vel
Conuerſum, vel Monialem, aut conuer-
ſam, tàm regularis, quàm ſecularis eccleſiæ,
dummodo detur plena translatio in Deum, in-
cidit in excommunicationem ipſo iure, per iu-
ra ſuperius allegata. Hæc tamen regula fallit in
97 multis caſibus. Primo † fallit in clerico, qui
98 duas accepit vxores; vel etiam † accepit vnam
corruptam, quanuis non credat illam corru-
ptam, ſed virginem, ſecundum Ioan. Andr.
per tex. 32. diſtin. nemo. Nam cum talis ſit
99 effectus bigamus, amittit omne priuilegiũ cle-
100 ricale; adeò quòd † nec tonſuram deferre po-
teſt. vt in .c. 1. de biga. lib.6. Et ſic ſequitur,
quòd talis amittit priuilegium canonis, ſi quis
ſuadente. vt .c. 1. de cle. coniuga. lib.6. Quod
101 tamen † procedit, quando matrimonium
contrahitur de iure. Secus ſi contraheretur
non de iure, ſed de facto; quia tunc non amit-
102 tit priuilegium clericale. Vnde ſi † ſubdia-
conus contraxit matrimonium cum vidua,
vel corrupta, licet patiatur pœnam bigamiæ,
tamen retinet priuilegium clericale, argu. c.
à nobis. de biga. Et hoc not. Goffr. in ſum.
in titu. de biga. §. item notabis. & Archid.
.84. diſtin. quiſquis. & Ioan. Andr. in reg. de
lictum. de re. iur. lib. 6. in mercuria. vbi dicit,
103 quòd † percutiens Monachum bigamum in-
cidit in canonem. Requiritur ergo, quòd
contrahatur bigamia de iure per matrimo-
104 nium validum. Secus ſi † clericus contrahat
cum vnica, & virgine, vt .c. 1. de cle. con-
iuga. lib. 6. Nam talis retinet priuilegium quò
ad canonem, ſi quis ſuadente. etiam quò ad
forum contentioſum, vt ibi. Et adde quod
ſtatim dicam in ſequen. fallentia. Secundo
fallit, ſi clericus, etiam ſi contrahat matrimo-
nium cum vnica, & virgine, † omittat de-
ferre tonſuram, & veſtes clericales, vt eſt tex.

 à con-

à contrario in .d. c. vni. de cle. coniuga.
106 lib .6. Et ideò tex. ibi dicit veſtes, † quia
etiam ſi extrinſeca eſſet clericalis, & intrinſe-
ca laicalis, non gauderet priuilegio. Niſi for-
107 tè † extrinſeca eſſet ita longa, quòd intrin-
ſeca laicalis non appareret, vt ibi traditur. Fa-
cit cle. 2. de vi. & hone. cleri. vbi tex. loqui-
tur de vno clerico, & loquitur etiam per ver-
bum veſtes. Et ſic patet quòd attēditur veſtis
quæ nocet, ſi apparens eſt, & non illa quæ pro-
deſt. Facit .l. 1. in fin. cum .l. ſequen. ff. ad ſil.
Et vide quæ dixi ad hoc de qualitate, quæ pro-
deſt, & quæ nocet. in .c. qualiter .2. ſupra de
accuſa. in ſeptimo principali articulo. q. 12. &
.13. Oportet ergo tonſuram, & veſtes, nec
108 ſufficit alterum deferre. Nam ſi neutrū, aut
alterum tantum deferat talis clericus coniuga-
tus, perdit priuilegium canonis. Non † ta-
109 men perpetuo, ſed ad tempus videtur priua-
tus, quandiu in illo ſtatu permanebit. Sed reaſ-
ſumpto habitu, & tonſura, reaſſumit priuile-
gium canonis. ita not. Archid. & ſequit̄ Ioan.
Andr. & .D. Domin. in. d. c. 1. & in .c. ioannes.
ſupra de cle. coniuga. Facit quod not. Inno.
in .c. ex literis. ſupra de vi. & hone. cleri. Ad-
110 uerte tamen, † quòd non ſufficit, quòd ipſi de-
ferant tonſuram, & veſtes, ſed etiam exigitur,
quòd abſtineant à negociationibus, & armis;
ſecundum Ioan. Mo. & Ioan. Andr. in .d. c. 1.
per tex. 32. diſt. c. ſi quis. Facit quod not.
Inno. in .c. fin. de cle. coniuga. Tertio fallit
111 in clericis, etiam non coniugatis, † quādo cle-
ricus dimittit tōſuram, & habitum clericalem;
& ſic apoſtatat. Nā hoc caſu, ſi præcedat trina
monitio, vt habitum reaſſumat, vel tonſuram,
& ipſe non reaſſumit, amittit priuilegium ca-
nonis. Sed non præcedente trina monitione,
non amittit. vt hæc probantur in .c. ad audien-
tiam. infra eod. & not. in .c. cum non ab ho-
mine. ſupra eod. & .c. perpendimus. infra eod.
Et ibi hoc tenet Tan. Vincen. & Philip. Et ea-
dem diſtinctio habenda eſt ſecundum Docto.
112 in † clerico, qui dimiſſo habitu, & tonſura
aſſumit arma, tamen non ſe immiſcet cædibus.
113 & enormitatibus; † ex ſolum enim habitus
dimiſſione, & armorum aſſumptione, clericus
ipſo iure non amittit priuilegium canonis, vt
notāt Docto. in dictis iuribus glo. & .D. Anto.
in .d. c. perpendimus. & .c. in audientiam. &
.D. m. in .c. 1. ſ̃. de apoſta. vbi etiam ſentiunt
114 Doct. Quarto fallit, † ſi clericus viueret om-
nino, vt laicus, & tertio monitus per Prælatū
ſuū, nō vult recipiſcere, ita not. D. m. in. d. c.
ad audientiam. Et quanuis ille tex. loquatur in
clerico deferente arma militaria, tamen idem
eſt in clerico inhoneſtè viuente, & ſe non corri-
gente poſt trinam monitionem. Facit quod
ſtatim dicam in duabus ſequen. fallentijs.
115 Quinto fallit † in clericis qui ſe faciunt iocula-
tores, gulliardos, & buffones. Nam ſi per an-
num talem artem ignominioſam exercuerint,
116 ipſo iure, vel † ſi breuiori tempore tertio mo-
niti non reſcipuerint, omnino carent priuile-
gio clericali; & ſic amittunt priuilegium ca-
nonis. iſte eſt tex. in .c. 1. de vi. & hone. cleri.
lib. 6. Et declarāt Docto. ibi. Quod procedit
117 ſecundum Ioan. Mo. ibi, † in clericis non con-
ſtitutis in ſacris. Secus in clericis conſtitutis in
ſacris; quia tales propter talem artem ignomi-
nioſam non amittunt priuilegium canonis, ſe-
cundum eum. Sed Archid. Ioan. Andr. & .D.
.m. & Lapus Abba. tenent, quòd idem ſit in
clericis conſtitutis in ſacris. Et hæc opin. plus
mihi placet, per rationes quas ibi videre pote-
118 ris. Et per prædicta idem dicendum eſt † de
monachis, qui in habitu monachali dictam
artem exercent .§. fin. in authen. de ſanc.
119 epiſco. ſiue † ipſam exercent dimiſſo habitu;
quia ſunt excommunicati. vt in .c. 2. ne cleri.
vel mona. lib. 6. Et hoc tenent Ioan. Andr.
Lappus. Abb. & .D. Domin. in. d. c. 1. de vi. &
hone. cleri. lib. 6. Et adde ad prædicta, quæ
tradit .D. Pe. de Ancha. in repe. c. ea quæ. de
regu. iur. lib. 6. q. 12. Sed circa prædicta du-
bitatur, quia ſæpius dictum eſt, quòd requiri-
120 tur trina monitio, † an monitio debeat eſſe
diſtincta, & facta in tribus diuerſis tempori-
bus, aut ſufficiat vna, quæ contineat tria tem-
pora. Sol. glo. in cle. 1. de vi. & hone. cle. te-
net, quòd requiratur diſtincta; non autem ſuf-
ficiat vna peremptoria cum tribus terminis.
Alij tenent contrariam ſententiā. de quo dicam
in decimo principali articulo. Sexto fallit, ſe-
121 cundum aliquos in † clerico qui aſſumeret mi
litiam ſecularem; quia militia clericalis, & ſe-
cularis videntur contrariæ. Facit ſupra de cle.
coniuga. c. diuerſis. & .c. fin. & ſupra de vot. c.
ex multa. 50. diſt. qui in aliquo .C. de epi. &
cleri. l. repetita. & ſupra de apoſta. c. qui-
dam. Nam illicitum videtur à clericali deſcen
dere ad laicalem .93. diſt. c. legimus. ſupra de
transla. epi. c. 1. ff. de mu. & ho. in .l. vt grada-
122 tim. Sed † communis * opi. eſt contrarium. Cōm. op.
ſi modo talis non exercet ſæua. 32. diſtin. ſe-
riatim. & .c. ſi quis verò. & hoc tenet Inno.
in .c. 1. ſupra de apoſta. & ſequitur ibi Hoſti. &
Archid. 27. q. 4. in c. ſi quis. & ſequitur Hoſti.
in ſum. in tit. de apoſta. Fortè tñ poſſet vtraq;
opi. ſaluari, vt prima procedat dum dimitteret
habitum, & tonſurā. Et maximè ſi tertio mo
nitus illum non reaſſumeret. Vel etiam ſi cum
militia ſeculari aſſumeret vxorem, quamuis vni
cam, & virginem, per ea quæ dixi in ſecunda,
& tertia fallentia. Secunda opi procedat, quā-
do propter militiam ſecularem non dimitteret
habitum; & tonſuram, & non efficeretur con-
123 iugatus. Septimo fallit in clerico † qui dimiſ-
ſo habitu, & tonſura, & aſſumptis armis ſe im-
miſcet ſæuis, & enormitatibus; tales enim ſi-
ne aliqua monitione amittunt priuilegium ca-
nonis. vt in .c. cum non ab homine. ſupra eod.
& in .c. perpendimus. infra eod. Et vtrobiq;
not. D. m. & Hoſtien. in. d. c. cum non ab ho-
mine. & in .c. non dubium. ſupra eod. tenet
.D. m. in .c. 1. ſupra de apoſta, & tenent
etiam Guil. & Azo. Goffred. Tancre.
& Hoſt.



& Hoſti. in .c. ex parte .2. ſ̃. de priuile. & .d .c.
cum non ab homine. & Archid. 17. q. 4. in .c. ſi
quis. Ad quod etiā vide. D. Pe. de Ancha. in
repetitione. d. c. ea quæ. de re. iur. lib. 6. q. 12.
124 Et prędicta ꝓcedunt, † niſi immiſceret ſe uiſſe
& enormitatibus defendendo, vt dicā in quar
125 to membro principali. Octauo fallit, † in cle-
rico depoſito, & degradato, & tradito curiæ
ſeculari. ſ̃. de iudi. c. cum non ab homine. 17.
.q. 4. in .c. ſi quis deinceps. Et adde, quòd di-
126 cam in ſeq. fallentia. Nono fallit, † in degra-
dato actualiter, quanuis non tradito curiæ ſe-
culari. Nam etiam per talem degradationem,
abſq; alia traditione, clericus exuitur omni
priuilegio clericali. vt in .c. 2. de pœn. lib. 6.
Quanuis olim Hugo. Ioan. Ber. & quidam alij
tenuerint contrariam ſententiam. quorū opi.
refert glo. fin. in .d. c. 2. & tenet etiam Hoſti.
in .c. ad abolendam ſupra de hære. & in ſum.
huius tit. §. quis poſſit. ver. 19. Sed prælle-
gata glo. fin. in .d. c. 2. dicit, quod ibi reproba-
tur dicta opi. Et ſequit̄ opi. Alan. & Bartho.
Buen. Et pro prædicta opi. facit. 54. diſt. c. 2.
127 vbi tex. dicit, poſtquam † de gradu deciderit,
eius conditionis ſit, cuius fuerat ante gradum.
Ad idem. 54. diſt. c. & antiquis. ibi, exuti re-
128 ligioſo priuilegio &c. Præterea, † ille non pōt
dici retinere priuilegium canonis; quem iudex
ſecularis licitè punit. Et hanc etiam opin. te-
net Ioan. Andr. & etiam Zen. in .d. c. 2. Sed
Ioan. de Luna. dicit, ꝗ quidam tenent, quòd
129 talis † non perdat priuilegium clericale per ſo-
lam degradationem; niſi tradatur Curiæ ſecu-
lari. per. c. nouimus. ȷ̃. titu. proxi. Et hoc vi-
detur verius, ſecundum eum; quia non videtur
130 bona conſequentia, eſt † exutus priuilegio cle-
131 ricali, ergo eſt de foro ſeculari; quia † poſt de-
gradationem adhuc manet dominium clerici
penes eccleſiam, quod non amittit, ſine tra-
132 ditione. † ſicut dicimus de dominio aliarum
rerum, in .l. traditionibus .C. de pac. Sed Io.
de Fantu. in .d. c. 2. dicit, quod non credit ne-
ceſſariam traditionem, per illum tex. in fin. vbi
etiam hanc opin. ſequitur .D. Dominic. quia
133 traditio † realis clerici poſt degradationem nō
debet fieri. Sed fit potius quædam verbalis
declaratio, qualiter iſte exutus eſt priuilegio
clericali. vt. d. c. nouimus. & ideò poteſt ſtatim
134 iudex † laicus eum punire, abſq; alia traditio-
ne. vt not. Ioan. Andr in .c. cum non ab ho-
135 mine. ſupra de iudi. Nam cum † Epiſco-
pus dicat in degradatione, exuimus te omni
priuilegio clericali, apparet ſatis apertè, illum
136 ſubeſſe iuriſdictioni ſeculari; cum † priuatio
priuilegij clericalis vniuerſaliter facta, includat
priuilegium fori, & canonis. vt not. glo. in .c.
.1. de biga. lib. 6. Et ſic non obſtat ratio
137 Ioan. de Luna. † quia per talem denunciatio-
nem eccleſia perdit dominium clerici. Et ſic
remanet vacans, & habetur pro derelicto, & à
nemine poſſeſſus. Et ideò conceditur occu-
panti, vt in cæteris rebus. Et hæc opi. plus
mihi placet. Poſſet tamen vtraq; opi. con-
cordari, ſecundum quòd ſentit glo. in .d. c. 2.
138 quòd † aut clericus eſt actualiter depoſitus;
& non gaudeat priuilegio canonis, & habet
locum prædicta opi. glo. quæ eſt * communis. Cōm. op.
Aut etiam verbaliter tantum depoſitus, & non
degradatus; & tunc habeat locum opi. Ioan. de
139 Luna & † ita debet intelligi quòd tenet glo. in
.c. vt famæ. infra eod. & ſecundum prædictam
140 diſtinctionem † poſſunt cōcordari opiniones,
de quibus in. c. ad abolendam. ſupra de hære.
in ver. prærogatiua. Et ſaluari, quod not. glo.
& Innocen. in .c. excommunicamus. de hære.
& glo. 11. q. 1. in .c. clericum .1. pro qua
141 etiam diſtinctione facit, quòd etiam † in reſti-
tutione talium, eſt differentia inter actualiter,
& verbaliter depoſitū .2. q. 6. c. ideò. Et hanc
etiam diſtinctionem videtur approbare Henri.
Bohic. in .c. contingit. 1. infra eod. Et ſen-
tiunt Ioan. Andr. & .D. Anto. ibi. & ſequitur
142 ibi .D. m. dicens, quòd ſi † clericus verbali-
ter depoſitus, eſt incorrigibilis, perdit omne
priuilegium clericale. quod intelligo, ſi tertio
fuerit monitus in caſibus, in quibus tertia mo-
nitio facit, vt clericus amittat priuilegium ca-
nonis: de quibus ſupra dixi. Et ad idem vide
.D. m. in .c. at ſi clerici. in fin. prin. ſupra de
143 iudi. Decimo fallit † in clerico incorrigi-
bili accedente ſaltem depoſitione verbali, per
ea quæ dixi in præceden. fallentia. Vndeci-
144 mo fallit † in clerico excommunicato, ſecun-
dū quoſdā .c. ſi quis deinceps. 17. q. 4. Pro qua
opi. glo. in .c. contingit. 1. infra eod. allegat
plures rationes. Sed glo. in .d. c. ſi quis dein-
ceps. & Archid. tenent cōtrariam ſententiam.
quam ſequitur Inno. & Ioan. Andr. in. c. ſi ve-
re. infra eod. Et probatur. 23. q. 5. in .c. ex-
communicato. Tenet Ioan. Andr. in regu.
delictum de re. iur. lib. 6. in mercu. Et Vin-
cen. & Goffre. in .c. pen. ſupra de immu. eccl.
Et ſentiunt etiam glo. Goff. & Vincen. in. d. c.
contingit. Et probatur apertè, per .c. de mo-
145 nialibus infra eod. vbi ſi † clericus percuſſus à
clerico, illum repercutit ad vindictā, incidit in
canonem. & tamen canon eſt, quòd primo
percutiens erat excommunicatus. Et per hanc
rationem tenent ibi iſtam opinionem Ioan.
Andr .D. Anto. & .D. m. Et hanc etiam te-
net Archid. in .c. 1. de reſcrip. in .6. Et etiam
Henric. Boich in. c. ſi verè. infra eod. per ratio-
nem prædictam. pro qua etiam allegat .c. ſi ve-
rò. ſupra eod. & .c. cum illorum. infra eod. &
tenet etiam Specu. eod. titu. verſ. ſed quæ-
ro vtrum verberans. & Hoſtien. in ſum. huius
titu. ver. quid de excommunicato. Nec obſt.
.c. in audientiam & .c. contingit. ȷ̃. eo. vbi per
trinam monitionem perditur priuilegium. &
quod dixi ſupra tertia, quarta, & quinta fallen-
tijs. & ſit fortius debet fieri per excommuni-
146 cationem; maximè cum † excōicatio non fe-
ratur ſine monitione hominis, vt in .c. ſacro. ȷ̃.
eo. & dicā in decimo principali articulo; quia
reſpondeo, ꝗ hic fit monitio ad finē, & pœnā
excōicationis, & ideò ſi non paret, meritò

147 illam incurrit. Vnde ſatis eſt, quòd † excom-
municatio operetur effectus ſuos; videlicet,
priuationis communionis fidelium, & ſacra-
mentorum. Sed in contrarijs ſupra allegatis
monitio fit ad alium finem, ſeu pœnam. &
ſequitur Ioan. Andr. & .D. Anto. in.d.c. con-
tingit. Hoſti. tñ ibi, dicit, ꝙ hoc eſt verum,
qñ excõmunicatꝰ eſt corrigibilis. Aliàs ſecus,
& ſic põt procedere prima opi. Et hanc diſtin
ctionem ſentit glo.24.q.5.c. excõicatorũ. Vel
poteſt diſtingui ſm Hoſti. ꝙ aut excõicatus nõ
mãſit in excõicatione per annum, & habet locũ
ſecunda opi. Aut ſtetit in excõicationem per
annum, & habet locum prima opi. quia debet
perdere priuilegium,arg.eorum quæ legunt̃,&
notantur in .c.fin.s̃.de pœnis. & in.c. excõica-
mus. 1.s̃.de hære. Quod tñ intellige,ſm ea quę
148 ibi dixi. Duodecimo fallit † in clerico hæreti-
co; quia ẽt talis perdit priuilegium canonis,ſm
Inno.& Io. An. in.c.ſi verè.j̃.eo. & cõiter tenẽt
doc.in.c.cõtingit.1.j̃.eo.& tenuit Guil.deMõ.
Lau.incle.ne Romani.de elec. Ad ꝙ vide,ꝙ tra
dit Io. An. in.d.mercu.delictũ. de re.iur. lib. 6.
149 Decimotertio fallit † in percutiente, aut inter-
ficiente clericum antipapam,ſm aliquos ita re-
peri in quibuſdam apoſtilis .23.q.5.c.excõica-
torum. in quibus plus dicitur, ꝙ nedum, ꝙ ta-
lis non debeat incidere in canonem,imò dicitur
mereri, arg.c.omniũ.23.q.5.ꝙ ego arbitror ve
rum, data ipſius incorrigibilitate; quia tunc in-
cidit in hæreſim. Et propter magnum cõtem-
ptum, grauius pc̃tm̃ dicitur,quã hæreſis,& gra-
uiori pœna debet puniri,ſecundũ ea quę dixi in
rubri.s̃.de ſchiſma. Decimoquarto, fallit, vt
150 arbitror in quolibet † clerico ſchiſmatico, data
ipſius incorrigibilitate, per ea quæ ſtatim dixi
in proxima fallentia. Sed circa p̃dicta q̃ro,vtrũ
151 clericus,† qui in ſeipſum violentas manus inij-
cit, ſit excõicatus. Sol. Archid. in .d. c. ſi quis
tenet, ꝙ ſic. per tex. 23.q.5.c. ſi non licet. Et
Et clarius tenet Archid.in.d.c.ſi non licet. arg.
illius tex.& .ff. de re mili.in.l.omne.§.qui ſe vul
152 nerauerit. Et quia † nemo eſt dñs membrorũ
153 ſuorum.in.l.liber homo.ff.ad.l. aquil. Et † quia
etiam ſibi ipſi quis põt iniuriam facere. 25.q.2.
154 .c.ꝙ verò. in fin. Item quia, tale † priuilegiũ
eſt priuilegium eccleſiæ, & non perſonæ. vt in
.c.contingit. 1.j̃.eo.& ibi,etiam tenet hoc Io.
An. per iura p̃allegata, & per .c. 1.de vi.& hon.
cle.lib.6. vbi idem tenet Ioan. An. & poſt eum
.D. Dominicus. Nam ſicut vbi clericus turpe
agens in corpus ſuum, incurrit pœnam, de qua
ibi, ita & hic. Et idem tenet Hen. in .d.c.con-
tingit. allegando etiam ad hoc.l.raptores.C.de
epiſco. & cleri. & .l.1. C.de rap. vir. Nec ex-
cuſatur, quòd ſponte recipiat hanc iniuriam.
per ea quæ dicam in ſequen.mẽbro. Vltimo,
circa prædictum ſecundum membrum, poteſt
155 dubitari, † an clericus poſſit renuntiare priui-
legio canonis. Circa quod .D. m. in .c.perpen
dimus. j̃. eod. tenet quòd non. Quod quali-
ter intelligatur, dicam in ſequen. membro. Et
ex his, eſt expeditum ſecundum mẽbrum prin-
156 cipale. Quid autem † de percutiente laicum,
vtrum aliquo caſu incidat in excommunicatio-
nem, dicam .j̃. in fin. huius .9. articu. Circa
tertium membrum principale, de forma,& mo
do percutiendi proſequar infraſcriptas q.q.
Primo, quomodo exigitur manus violenta pro
ipſius forma, & modo. Secundo, vtrum pro
qualibet violenta manu quis incidat in canonẽ.
Tertio,an exigatur factum perfectum,& ex ſo-
lutione facio quatuor illationes. Quarto, quid
de ſpuente in clericum, vel ipſum balneante,
aut deturpante. Quinto quid de ſcinden-
te, & lacerante veſtes clerici, vel quid ſimile fa-
ciente. Sexto, quid de capiente, aut clauden-
te clericum. Septimo de percutiente clericum,
qui metu percuſſionis ſe præcipitauit. Octa-
uo, quid expellente clericum de eccleſia.
Nono, quid de expellente clericum de eccleſiæ
poſſeſſione; aut auferente, vel occupante rem
clerici. Circa primã quæſt. quæ forma, & mo
dus percutiendi requiratur, ad hoc, vt percu-
tiens clericum incidat in canonem. Breuiter
157 dic, † quòd exigitur manus violenta. per tex.
expreſſum in.d.c.ſi quis ſuadente .17. q.4. vbi
158 dum tex.dicit, violentas manus. ergo † in cle-
ricum, vel monachum, vel alios de quo dixi in
præceden. mẽbro manus violentas inijciendo,
eſt ipſo iure excommunicatus, vt ibi. Secun-
159 do quæro, vtrum † pro qualibet violenta ma-
nu percutiens clericum, ſit excommunicatus.
Sol. dic, quod ſic. ſiue ſit grauis, ſiue medio-
cris, ſiue leuis iniurioſa percuſſio. Quantum
enim ad incurrendam excommunicationem,
non eſt differentia inter grauem, & leuem. Li-
160 cet † ſit differentia, quantum ad difficultatem
161 abſolutionis. Tertio quæro, vtrum † requira-
tur factum perfectum. Sol. dic, quòd ſic. pro-
batur expreſſè per tex. in .d. c. ſi quis. vbi tex.
162 dicit † iniecerit, & ſic denotar eſſe perfectam,
vt in .l. 1. §. hæc verba. ff. quòd quis iuris. de
pœni.diſt. 1.c.hęc aũt verba. Et ita tenet Ioan.
Andr. D. m. & Docto. in.c. 1. s̃. eod. Ex qua
ſolutione infero ad deciſionem quatuor quæ-
163 ſtionum. Primo, quòd ſi quis ſolum † eleua-
uit manum, vel vibrauit enſem, vel telum, vt
percuteret clericum,ſed non percuſſit,quòd ta-
lis non eſt excommunicatus. Ita tenet Ioan.
Andre. D. Anto. & .D. m. in .c. 1. ſupra eod.
& Gof. in ſum. eod. titu. §. quæritur pone. &
Hoſtien. in ſum. eod. titu. §. qualiter. Ioan.
Andr. in.c.fœlicis. de pœnis. lib. 6. & in regu.
in pœnis. de regu. iur. lib. 6. in mercu.& Ar-
chid. poſt Hug. in .c. ſicut .17. q. 4. ſecundo
164 infertur, quòd ſi † aliquis inſequeretur cleri-
cum, vt eum percuteret, non tamen percuſſit,
non eſt excommunicatus. Et hoc etiam tenuit
Hugo. & poſt eum Archid. in .d. c. fœlicis in
165 ver. inſecutionem. Hoc tamen fallit in † illo,
qui Cardinalem eſt hoſtiliter inſecutus. Nam
licet ipſum non tetigerit, eſt tamen ipſo iure
excõicatus. Et eſt ſpeciale in Cardinali ratione
dignitatis ſuæ. per tex. in. d. c. fœlicis. & hoc
tenet ibi Ioan. Andr. Archid. Cardinalis. &
.D. Do-



166 .D. Dominic. Tertio infertur, quòd † ſi vo-
lui percutere clericum, & percuſſi equũ ipſius,
quòd non incido in canonem. Item tenet Io.
And.in.c.in audientia.j̃.eod. Quarto infertur
167 quòd ſi aliquis mandauit percuti clericum, nõ
incidit in canonem,ſi mandatarius non eſt exe-
cutus mandatum. Ita tenet Io. And.d.Anto.&
D.m.in.c.1.s̃.eo. Quarto not. quæro, quid ſi
168 non iniecit quis manus violentas,† ſed ſpuit in
faciem ipſius clerici.Sol.Inno.Io.And.& doct.
in.c.nuper.j̃.eod.tenent quòd talis ſit excom-
municatus.& idem Hoſtiẽ. in ſum. huius tit.§.
qualiter. ver. quid ſi aliquis ſpuit. per tex. in
d.c.nuper.&.c.contingit.2.j̃.eod.quia hæc in-
169 iuria non eſt minima; ex quo deturpatur † fa-
cies hominis formata ad ſimilitudinem Dei.
33.q.5.c.hæc imago. Et ita dicit de facto eue-
niſſe Viennæ; & ſe aſſidente iudicatum fuiſſe.
& idem tenet.D.m. in.c. 1.s̃.eod. Et etiam idẽ
170 volunt doct. ſi † in caput, vel corpus clerici vi-
nu, aquam, oleum, aut alius liquor, maximè
ſi fętidus,vt vrina,vel ſimilis fuſus fuit, ſecundũ
Hoſtiẽ. in.d.ver.quid ſi aliquis ſpuit. Et tenet
Hen.Boh.in.d.c.nuper. Quinto quæro, quid
171 de † illo qui ſcindit veſtem clerici,vel fregit cin-
gulum equi,aut extraxit frenum ad hoc, vt cle-
ricus ſuper equo incedens cadat, vel occidit
equum,ſuper quo clericus incedebat. Sol.In-
nocen.Io.And. &.D.m.in.d.c.nuper.s̃.eo.te-
net quòd talis ſit excõmunicatus. & etiam te-
nẽt Hoſtien.in.d.c.qualiter. ver.item ſi ſcindit.
172 Facit quod habetur. 1.Regũ.c.24. de † Dauid,
qui præſcidit oram clamidis Sauli. & quod ha-
173 betur. 2.Reg.c.6. de † Oza. qui apponens ma-
num ad arcam percuſſus eſt à Deo. Item facit,
174 quia † quę adhærent religioſis, debẽt eodem
priuilegio gaudere. 17.q.4.c.ſi quis cõtumax.
&.ff.de rei vend.in.l.quæ religioſis. Facit etiam
175 ad prædicta,quia in caſibus prædictis etiã † di-
citur iniuria inferri in perſonam,vt in.l.lex cor-
176 nelia.ff.de iniur. † Quod ſufficit ad hoc,vt quis
incidat in canonem, vt.d.c.contingit. j̃.eod.
Et hanc etiam ſententiam tenet Guil.de monte
Lau.& Zaba.in cle. 1.de pœn. Et Ray. & Frater
Io.& Aſten.in ſum.& Hen. in.c.nuper. & Guil.
de Cu.in.l.ſi qua per calumniam.C.de epiſc. &
cler. Quidam tamen voluerunt,quòd talis non
177 ſit excommunicatus;quia † nulla eſt violentia;
ſed tantum iniuria,quia non dicitur manu fieri,
niſi pulſetur, vel verberetur, vt.ff.de iniur.in.l.
Cõm.op. 178 lex cornelia. Sed † communis* opinio,vt dixi,
eſt in contrarium. Prædicta tamen contraria
opin.poſſet ſaluari,ſi lauaret veſtes, quas cleri-
cus non teneret,ſed eſſet iuxta eum. Sexto q̃-
179 ro,quid ſi † propter metum perſequentis cle-
ricus ſe de ponte in aquam præcipitauit, vel in
aliud ſimile periculum. Sol.Innocen.Io.And.
d.Ant.& doct.in.d.c.nuper. tenent, quòd talis
ſit excommunicatus. & idẽ tenet ibi Hen.Boh.
Septimo quæro, quid ſi aliquis non percuſſerit
180 clericum,ſed † eum cępit,vel clauſit, vel contra
voluntatem ſuam eum in aliquo loco ſtare coe-
git. Sol. dic., quòd talis eſt excommunicatus,
181 † dummodo id fecerit ad iniuriam, & non ex
182 † aliqua legitima cauſa, vt probatur in.c.nuper.
j̃.eod.& latius apparebit ex his, quæ dicam.j̃.
in quarto membro principali. Octauo quæ-
183 ro, quid † de expellente clericum de eccleſia.
Sol. dic, quòd incidit etiam talis in canonem,
niſi hoc faciat ex aliqua iuſta cauſa. arg.c.præce
den.dicam.j̃.in quarto membro. Nono quę-
184 ro, quid de illo, qui expulit clericum de poſſeſ-
ſione ſua,ſeu aufert,ſeu occupat res clerici,vtrũ
ſit excommunicatus. Sol.dic,quòd non, ſi in-
iuria non tranſit in perſonam. Licet enim eij-
ciendo de poſſeſſione, videatur inferri quaſi
perſonalis iniuria, vt in.l.itaque fullo.ff.de fur.
185 tamen talis † non incidit in canonem, qui per
metum compulit clericum, vt ſibi aliquid da-
ret,vel vt exiret de domo, vel fundo,quem poſ-
ſidet,quamuis illum poſtea occupet. Nam ad
186 hoc,vt quis incidat in canonem,oportet quòd
inijciat manus in perſonam, vel in res, quæ sũt
circa perſonam, vt ſupra dictum eſt. Subdunt
187 etiam præfati docto.quòd ſi quis † furto aufer-
ret corrigiam, qua cinctus eſt clericus, vel ve-
ſtem, qua eſt indutus, ꝙ non incidit in cano-
nem,quia non dicitur fieri iniuria, vel violentia
perſonæ, quæ non ſentit. & hoc etiam ſequi-
tur Hen.Bohic.in.d.c.nuper. Et aduerte, quia
188 quæ † dixi de expulſione, ablatione,vel occupa
tione,maximè procedunt, quando Papæ autho
ritate liceret auferre,expellere,vel occupare;po
189 teſt figurari exemplum † in clerico, qui poteſt
expelli propter non ſolutum canonem, vt in.c.
potuit. ſupra de loca.& in.l.2.C.de iure emphy.
vel in ablatione rerum, quas quis ſubtraxiſſet,
& ſecum aſportaret. Facit quod dicam in ſeq.
quarto membro in tertia illatione. Nam etiam
in prædictis caſibus, licet res adhæreret perſo-
næ, non tamen incideret quis in canonem ex-
190 pellendo,recuperando,† vel vim vi repellendo,
ſecundum Inno.Hoſt. & Io. And.in.d.c.nuper.
c.olim cauſam. de reſti.ſpol. dicam in prædicta
tertia illatione. Not.tamen, quòd in caſibus,
191 in quibus † iniuria eſſet illata clerico citra ma-
nuum iniectionem,licet inferens non ſit excom
municatus ipſo iure, tamen venit excommuni-
candus,donec ſatisfaciat.arg.tex.in.c.fina.s̃.de
pœn.Et per prædicta habes expeditum tertium
membrum principale. Circa quartum mem-
brum principale huius articuli, in quo venit
examinandum,quãdo quis incidat, vel non in-
cidat in canonem reſpectu cauſæ, vel finis per-
cutiendi. Ponam primo vnam regulam,deinde
faciam duodecim illationes. Quarum prima
erit, quid ſi per iocum percuſſi. Secunda, quid
de fortuito caſu. Tertia, quid ſi defendendo.
Quarta,quid de percutiente ignoranter. Quin-
ta, quid de magiſtro percutiente ratione diſci-
plinæ, & de prælato ratione prælaturæ. Sexta,
quid de capiente,vel carcerante. Septima,quid
de percutiẽte bono zelo. Octaua,quid de per-
cutiente correctionis cauſa obtentu magiſterij.
Nona,quid de patrefamilias percutiente cor-
rectionis cauſa. Decima, quid de percutiente
man-

mandato prælati. Vndecima,quid de eijciente
clericum de eccleſia, quia turbat diuina officia,
vel alia rõnabili de cauſa. Duodecima,quid de
percutiente clericum turpiter inuentum cum
vxore,matre,ſorore,vel filia. In primis igitur
circa hoc membrum, ſume hanc regulam, &
192 theoricam,quòd†exigitur violentia,& animus
iniuriandi, quòd patet ex tex.d.c.ſi quis. dum
dicit,ſuadente diabolo. Et tenent docto.ibi,&
in.c.1.&.3.s̃.eod. vbi etiam idem tenet.D.m.
193 & ſic†ſatis eſt quòd ſit iniuria,licet non ſit vio-
lentia,vt in.c.nuper.j̃.eod. Facit quod dixi in
præcedenti membro,in quarta,quinta, & octa-
194 ua quæſt. † Sufficit tamen ſecundum Inno. &
Io.And.&.D.m.in.d.c.1.ſupra eod. quandoq;
ipſum factum ſine iniuria, vt in.c.vniuerſitatis.
195 &.c.contingit.j̃.eod. † Regulariter tamen,vt
dixi,requiritur,quòd quis cauſa,& animo iniu-
riandi violentas manus iniecerit. ex qua regula
infero ad deciſionem plurium quæſtionum.
196 Primo enim infertur, quòd†ſi per iocum quis
percuteret clericum,non eſt excommunicatus.
197 vt in.c.1.s̃.eod. † Quod eſt verum, quando
198 i eſſet leuitas iocoſa. † Secus ſi eſſet leuitas non
ocoſa,ſed violenta,ſecundum Io.And.ibi. Vel
dic clarius,quòd ſi iocosè,leuiter, & temperatè
ſe percutiunt, non ſunt excommunicati, vt di-
199 cto.c.1.quoniã † clericis licet ludere,iocari,vel
ſolatiari,dummodo leuiter,& tẽperatè, vt not.
in.c.lator.s̃.de homici. Ad quod vide quod la-
tè dixi in materia ludi, in.c.inter dilectos. in
prin.& in quarto artic.ſupra de exceſſ.prælat.
200 Sed†quia frequenter,iocosè, & leuiter luden-
tes,prouocantur ad iram,& rixam; ideò debẽt
clerici abſtinere ſecundum bea.Thom. & Abb.
& Io.And.in.d.c.1. Secus ſi enormiter,& vio-
lenter luderent;quia ludus noxius in culpa eſt,
vt ad leg.aquil.in.l.nam luſus.& in.c.1.ſupra de
201 præſumpt. Secundo infertur,quòd†ſi aliquis
caſu fortuito percuteret clericum, non incide-
ret in canonem, vt eſt tex. expreſſus in.c.3.s̃.
202 eod. † quia caſus fortuiti præuideri non poſ-
ſunt,vt in.c.Ioannes.&.c.fin.s̃.de homi. Vnde
203 nulla†temeritas, vel violentia poteſt notari in
204 tali,vt ibi dicit glo. † Secus ſi culpa præceſſiſſet
caſum. Ad quod vide quod latè dixi ſupra de
homici.in.c.in audientia.in quinto princ.artic.
q.12.& 13.& in ſeptimo princ.artic.q.12.& in
c.ſi quis domum.s̃.de iniur. in primo caſu pri-
205 mi prin.artic. Tertio infertur,quòd†ſi aliquis
non offendendo, ſeu defendendo percuſſit cle-
206 ricum,non eſt excommunicatus;quia†non di-
citur facere ad iniuriam, vt in.c.1.& in.c.ex te-
207 nore.s̃.eod. †Quod procedit indubitanter,qñ
quis faceret pro defenſione ſui ipſius, & cum
208 moderamine inculpatæ tutelæ. † Secus ſi po-
tius ad vindictam,quàm ad defenſionem;puta,
ex interuallo,vel quia clericus percuſſerat laicũ,
& certum erat, quòd non intendebat amplius
percutere; aut ſi moderamen inculpatæ tutelæ
excederet,incideret in canonem,per ea quæ no
209 tantur in dictis iuribus. Ad†iniuriam ergo re-
pellendam,defendendo ſe,quia clericus proba-
biliter dubitaret percuti, aut repercuti à cleri-
co, percutiens ipſum non incidit in canonem.
Facit.l.ſcientiam.§.qui cum aliter. &.l.ſed & ſi
quicunque.ff.ad leg.aquil. &.l.1.C.quando lic.
ſi. iudi. vindi. 23.q.3.c.non inferenda.in cle.1.
de homici.Tenet Archid.in.d.c.ſi quis. Innoc.
Hoſt. & Io. And. in.d.c.3.s̃.eod.Bal.in.l.1.C.
210 vnde vi.col.15. Et ibi latè tradit, quando†vi-
deatur facere cum moderamine inculpatæ tu-
telæ.de quo etiam latè per.D.m.in.c.olim cau-
211 ſam.de reſtit.ſpo. † Et hoc procedit, quando
212 poteſt apparere de defenſione. †Sed ſi nõ poſ-
ſet apparere quis fuerit aggreſſor, & quis ag-
greſſus;& tamen conſtaret vtrunq; percuſſum,
ſi ambo ſunt clerici, vterque eſt excommunica-
213 tus. † Si alter eſt laicus,ipſe eſt excommunica-
tus; quia clarum eſt vtrunque violentas manus
inieciſſe,ſed non eſt clarum,quis eorum fecerit
ad ſui defenſionem, ſecundum Io.And.in.c.1.
ſupra eod. Ad quod vide quod latè dixi in.d.c.
ad audiẽtiam. ſupra de homic.in ſeptimo prin.
artic.q.21.& quod notabiliter dixi in.c.1.s̃.
de iniur. Et quod dictum eſt de defenſione ſui
214 ipſius,† habet etiam locum in defenſione filio-
rum,parentum,viri,vxoris,& aliorum propin-
quorum. Ita tenet Io.And.D.m.&.d.Anto.in
d.c.3. ſupra eod. Facit.l.iſti quidem.ff.quod
met.cau. & not.in.d.c.1. &.d.c.non inferenda.
Facit.c.quantæ.j̃.eod.&.c.olim cauſam.de re-
215 ſtit.ſpol.†Pro defenſione autem extraneorum
vtrum ſit licitum percutere clericum, ita quòd
percutiens non incidat in excommunicationẽ,
216 ſunt opin. Sed†communior,* & verior videtur Cõm.op.
opin. quòd etiam hoc caſu non ſit excommuni
catus. Quod etiam placet.D.m.in.d.c.3.quia
217 non poteſt hic notari diabolica perſuaſio; † cũ
teneamur propulſare iniuriam proximo infe-
rendam, vt in.c.dilecto.eo.tit.lib.6. &.23.q.3.
218 c.fortitudo.&.d.c.non inferenda.†Vtrum au-
tem pro defenſione rerum licitum ſit,dic ꝙ ſic,
pro defenſione rerum ſuarum,ita quòd non in-
currit excommunicationem,vt optimè proba-
tur in.d.c.olim. Debet abſtinere tamen,& pręcauere, ne propter hoc interficiat. de quo dic,
vt dixi in.c.2.& in.c.ſuſcepimus. ſupra de ho-
219 mici. † Pro defenſione autem rerum alterius,
Inno. & Io. And. in.d.c.3. ponunt contrarias
opiniones. Sed magis videtur inclinare,vt nõ
220 incidat in excommunicationem; quia † debet
quis ſubuenire proximo, & diligere eum ſicut
ſeipſum.de pœnit.diſt.2.c.charitas.§.item. Et
ideò non poteſt notari diabolica ſuaſio. Quæ
opinio videtur probari in.d.c.olim.nam ibi Epi
ſcopus iuit ad repellendum violentiam illatam
rebus,nec fuit ſolus,& nihilominus euitatur ibi
excommunicatio. Et ad prædictam materiam
vide omnino pro ipſius clariori declaratione,
quæ latè dixi in.c.ad audientiam. ſupra de ho-
mici. in ſeptimo prin. artic.à.q.22.vſq; ad.25.
221 Quarto infertur, quòd excuſatur † ille à pœna
excommunicationis, qui percuteret clericum
ignoranter;vt puta,quia depoſuerat tonſuram,
& habitum,vt eſt tex.in.d.c.3.ſupra eod. Nam
quali-



222 qualitercunque†detur probabilis ignorantia,
excuſatur à pœna excommunicationis, vt ibi.
223 Secus†ſi ignorantia non eſſet probabilis; quia
tunc non excuſaretur, vt ſupra de cler. excom.
c.apoſtolicæ. & ſupra de eo qui cogno.conſan.
224 vxo.ſuæ.c.1. Ex quo infertur,quòd†ſi aliquis
percuteret clericum de nocte, & ignoraret eũ
225 clericum,non incidit in canonem. Nam†ad in-
currẽdam excommunicationem requiritur do-
lus, vt dixi. Et ſic quòd percutiens ſciat illum
clericum,vt in.c.ſi verò.2.s̃ eod. Ita tenet Io.
And. & poſt eum.d. Ant. in.c.cum non ab ho-
mine.s̃.eod. Et Hoſt.in ſum.huius tit. §.quali-
226 ter.ver.quid ſi.dicit,quòd†excuſatur,ſi certum
eſt,quòd ignorauit eum clericum. Vel etiam ſi
227 ſumus in dubio,&†ipſe velit iurare,ꝙ ignora-
uerit eum clericũ,vt.d.c.4. & ibi hoc not.D.m.
228 Quod dicit Hoſt.†intelligendum, quò ad ec-
229 cleſiam militantem,ſecundum quam † proba-
tione deficiente relinquitur conſcientiæ ſuæ.
31.q.2.c.ſi verum. & ſupra de iureiuran.c.mu-
lieri.& in.c.ſignificaſti.ſupra de homici.vbi vi-
de alias cõcordantias. & quod dixi in.c.de his.
230 ſupra de accuſa. † Si tamen veritas ſe haberet
in contrarium, & ipſe hoc fateatur in pœniten-
tia,debet ſibi iniungi, vt pro abſolutione acce-
dat ad ſedem apoſtolicam, vt ibi competenter
ſatisfaciat læſo, vt probatur in.c.porrò.s̃.eod.
231 Item † eſt ei imponenda pœnitentia de periu-
rio. 6.q.1.c.quicunque. ſecundum Hoſt. Sed
232 circa prædicta dubitatur, † quid ſi percutiens
vidit tonſuram,non tamen credebat eum cleri-
cum.Sol.glo.1.in.d.c.4.ſupra eod.dicit, quòd
talis incidit in canonem,dummodo iſte ſit cle-
ricus,per tex.ff.de iniur.in.l.eum qui.§.ſi iniu-
ria. & ſequitur Hoſt. in ſum.in.§.qualiter. ver.
233 quid ſi percutiens. Et ratio eſt, † quia iſte eſt
in credulitate non probabili. Et ideò Tan.Gof.
& Io. And.in.d.c.4.limitant,quòd opinio glo.
234 procedat, niſi † talis haberet probabilem cau-
ſam credendi illum non eſſe clericum. Puta ꝓ-
235 pter†conſuetudinem quorundam locorum,in
quibus æſtiuo tempore etiam laici portant ton
236 ſuram. Sed quid†ſi laicus neget illum eſſe cle-
ricum, vtrum percuſſus teneatur probare ſe ri-
tè ordinatum. Sol.Hoſt.in.d.ver.quid ſi percu
237 tiẽs.dicit,quòd ſufficit probare, quòd gerebat
ſe pro clerico,& ſic erat in quaſi poſſeſſione cle-
ricatus. Facit in argumentum.l.ſi filius. ff. ad
Macedo. Vltimo etiam quæritur circa hoc,
238 quid†ſi in veritate non erat clericus, licet ton-
ſuram deferret, & eum percuſſit credens non
eſſe clericum, vtrum incidat in canonem. Sol.
glo.1.in.d.c.4.dicit,quòd talis tenetur, donec
certus efficiatur. arg.11.q.3.c.quoniam mul-
tos.ſecundum vnam lect. Debet ergo in dubio
reputare ſe excommunicatum, & abſtinere vt
excõmunicatus, donec ſciuerit veritatem. arg.
c.inquiſitioni.j̃.eod. &.c.per tuas.s̃.de ſimon.
Sed in veritate nõ eſt excommunicatus, niſi ſi-
cut de laico dicetur in fi.huius artic. Facit.l.in-
ter omnes.§.pen.ff.de fur. & ſequitur Hoſt. in
d.§.qualiter.ver.quid ſi in veritate. &.D.m.in
d.c.4. vide glo.2.in.c.in audientia.j̃. eod. Et
ad prædicta vide notabilem quæſtionem Fede.
conſi.13. vbi latius hanc materiam extendit,
239 quærens de eo,qui†percuſſit laicum, qui com
muniter habebatur pro clerico, & ante abſolu-
tionem,ſeu certificationem celebrauit, vtrum
incidat in irregularitatem. Et concludit quòd
non; quia in veritate nõ eſt excommunicatus,
quia.c.ſi quis ſuadente. requirit veritatem, &
240 non præſumptionem.†Sicut enim ſimplex di-
miſſio habitus clericalis, non facit quem per-
dere priuilegium clericale, vt dixi in ſecundo
membro princ. huius artic. in tertia fallen. ita
241 nec † ſimpliciter aſſumptiò habitus clericalis
non conuenientis perſonæ, facit illum acqui-
rere priuilegium clericale. Facit.c.ex parte.3.
in fi.de priuileg.& ſequitur.D.m.in.d.c.4. Sed
242 pone etiam circa prædicta, † quòd quis credit
percutere.P. clericum, & in perſonam errans
percutit.M. laicum, an incidat in canonem.
Sol. Alanus dicit,quòd talis incidit in canonẽ.
Tanc.contrarium.de quibus opin.& fundamẽ-
tis earum,vide per glo.1.in.d.c.4. Sed glo. ibi
finaliter concludit,quòd opin.Tanc.eſt verior,
ſed opin.Ala. eſt tutior. Et hanc opin. Alani
tenet Hoſt. in ſum. huius titu. §. qualiter. ver.
penult.videtur. Mouetur, quia conſtat,quòd
talis in clericum manus violentas iniecit,& dia-
bolo ſuadente, qui eum induxit ad faciendum
iniuriam laico; ergo verba ſupradicti cano. ſi
quis ſuadente. ligant eum. Facit etiam quod
243 dicit.l.eum qui.§.ſi.ff.de iniur.†quæ vult,ꝙ ſi
credo.P. patremfamilia, qui tamen eſt filiuſ-
fami.quòd nihilominus competit actio iniuria-
rum.Sed Io.And. tenet opin. Tancre.in.d.c.4.
244 & eam ſequitur ibi.D.m. quia † ſi error in ſola
qualitate ſufficit in.d.c.4.& ſupra dixi in princ.
fortius debet ſufficere in qualitate, & in perſo-
na. Non obſtat quòd licet quis iniuriatus fuerit
vni,credens iniuriari alteri,teneatur actione in-
iuriarum. vt in.l.eũ qui.§.ſi iniuria. ff.de iniur.
quia verum eſt illum habuiſſe animum iniuriã-
di. quod ſufficit ad actionem iniuriarum con-
245 cedendam.Sed†ad incurrendam excommuni-
cationem requiritur animus percutiendi cleri-
cum,vt dictum eſt, ſed iſte animus facti defi-
cit in terminis noſtris, cum talis intẽderet per-
cutere laicum, igitur &c. Ego arbitror poſſe
dici, quòd opin. Alani habeat locum,quando
percutiens probabiliter ignorabat eum.M.ta-
men nõ probabiliter ignorabat clericum eum.
246 Quinto notabiliter infertur,†quòd ſi magiſter
ratione diſciplinæ, vel prælatus ratione præla-
turæ percutit clericum, non eſt excommunica-
tus,vt in.c.1.&.c.ex tenore. ſupra eo. &.c.vni-
247 uerſitatis.j̃.eod.&.5.q.5.c.illi qui. †Quod eſt
verum,ſi per ſe percutiat, vt dictis iuribus. Eo
248 tamẽ ſaluo, quòd†Epiſcopus neminem debet
ſuis manibus percutere.86.diſtin.c.non liceat.
249 &.C.de epiſ.& cle.in auth.ſed neque. † Quod
eſt verum,dummodo habeat clericum,per quẽ
percutere poſſit. Aliàs poſſet percutere per ſe
ipſum, ſi alium miniſtrum clericum non habe-
ret,vt

ret,vt not.Lau.& Ioan.in.d.c.nõ liceat. & glo.
& Io.And.in.d.c.vniuerſitatis . & Archid. 45.
250 diſt.in ſum. Aduerte tamen, quia † licet non
debeat per ſe percutere clericum, ſi tamen per-
cuteret,fortè propter hoc non eſſet excommu-
nicatus,cum iſtud in honorem pontificalis of-
ficij videatur inductum. Vt in ſimili dicitur in
.c.fin.s̃.de iura.calum.& in.c.fi.de re iud.lib.6.
& hoc tenet Hen.in.d.c.vniuerſitatis.Quæ opi.
mihi placet;quia ſi ſeruat modum debitæ diſci-
plinæ,ipſe non facit ſuadente diabolo, quanuis
non ſeruet debitum honorem pontificalis di-
gnitatis. Et hæc procedunt in Epiſcopis, &
251 ſuperioribus. Si verò eſſet†inferior prælatus,
vel magiſter,vtrum poſſit verberare per alium.
Dic quòd ſic, dũmodo verberet per clericum
ſæcularem,regularem, ſeu monachum, vt.d.c.
vniuerſitatis.&.c.cum epiſcopus. de offi.ordi.
lib.6. Et multò fortius per ſeipſum poteſt ver-
252 berare,vt traditur in dictis iuribus. † Sed per
laicum non poteſt corrigere, quo minus inci-
dat in canonem, vt.d.c.vniuerſitatis. Vtrum
253 autem † liceat quem corrigere per laicum cõ-
uerſum.Dicendum eſt,ꝙ neque honeſtum,ne-
254 que tutum eſt hoc facere. † Nam.c.vniuerſita-
tatis. ſolum concedit,quòd hoc faciat per cleri-
cum,vel monachum. & hoc tenent ibi Vincen.
Io.And.&.d.Anto. & tenet Archid. 45.diſt.in
ſum. Et prædicta faciunt ad deciſ.queſt.vtrum
255 clericus†poſſit torqueri per laicum ad manda-
tum prælati. In qua quæſt.glo.5.q.6.c.preſbi-
teri.videtur ſentire quòd non, dum dicit,quòd
clericus debet torqueri coram Epiſcopo, non
256 laico. Sed†poſſet intelligi non à laico.ſ.diſpo-
nente,& authorizante,ſed à laico miniſtrãte,&
obtemperante mãdato iudicis eccleſiaſtici, vi-
detur fieri poſſe.Sicut in ſimili ſtatim dicam de
257 captura clerici, quam † licet laicus non poſſit
per ſe facere,poteſt tamen illam facere de man-
dato iudicis eccleſiaſtici, vt in.c.vt famæ.j̃.eo.
Sed hoc nõ obſtat ſm.D.m.in.d.c.vniuerſita-
tis. vbi dicit hãc queſtionẽ non reperiſſe tactã.
258 tenet tamen contrariam ſententiam; quia†tor
tura,& cruciatus infertur ad eruendam verita-
259 tem,vt.l.1.ff.de quæſtio. Vnde nõ†poteſt fie-
ri per laicum,etiam ad mandatum iudicis eccle
ſiaſtici,vt.d.c.vniuerſitatis. Quod dicit proce-
dere, maximè per opin. quæ notatur in.c.cum
in contemplatione.j̃.de reg. iur. &.d.c.illi qui.
260 5.q.5.vbi traditur,quòd clericus non debet ita
ſeuerè verberari,vt laicus. Quare ſi nõ licet ver
berare clericum per laicum, vbi conſtat de deli-
cto præcedenti; ita vbi verbera inferantur in pę
nam commiſſi,fortius hoc non debet licere,vbi
261 dubitatur de delicto, & ex quibuſdam † indi-
262 cijs infertur tortura, per quæ†indicia,ẽt inno-
centibus tortura infertur.Non obſtat quod di-
xi de captura, quia in ea alia eſt ratio, quàm in
263 verberatione; nam†captura explicari ſine ma-
264 ximo dedecore ordinis poteſt.Quod†nõ con-
tingit in verberibus, & tortura. maximè cum
265 laici†frequenter contra clericos inſurgant, ar-
dentes in ipſorum odium.2.q.7.c.laicos. Pro
quo facit quod not.glo.in.c.ſi clericos.eod.tit.
266 lib.6. Dicit tamen.D.m.quòd † communiter
obſeruatur contrarium,& male. Et aduerte,ꝙ
hanc eandem opin.tenuerunt.d.Ant. &.d.Pet.
de Ancha.in.c.vt famę.j̃.eod. Et pro ea refert
d. Anto.ſe conſuluiſſe.Dicit tamen,quòd de fa-
cto fuit ſeruatum contrarium, & in tortura, &
in alijs;quia non obſtante conſilio ſuo, ille cle-
ricus fuit per gulam ſuſpenſus in altis furcis in
platea Bononiæ. Sed de iure prædicta opin.ve
ra mihi videtur. quam ſequitur etiam.D.m.in
d.c.vt famæ. quanuis de facto ſeruetur contra-
rium,vt dictum eſt. Et fortè talis obſeruantia
267 ortum habuit; quia†laici sũt magis apti,& ex-
perti ad torquẽdũ,quã clerici. Et quia de diffi-
cili vellet clericus aſſumere officium torquendi
268 in perſona propria. Et aduerte,quia † in præ-
lato non diſtinguitur, an clerici, qui corrigun-
tur ſint in minoribus, vel ſuperioribus ordini-
bus conſtituti,per tex.in.c.cum voluntate.ver.
& ij qui.iuncta glo.in ver.ſimilia. circa mediũ.
269 j̃.eo. Et ſicut†prælatus poteſt verberare non
270 excedendo debitum modum, vt dixi, ita†po-
teſt capere,& carcerare,& mancipare, tàm per
ſe,quàm per alios,etiam laicos.vt.d.c.vt famæ.
j̃.eod.& in.c.cum ipſius.ſupra de off.ord.& in
271 d.c.ſi clericos.eod.tit.lib.6. Quæ†incarcera-
tio poteſt fieri etiam ſi clericus adhuc non appa
reat incorrigibilis,vt d.c.ſi clericos.iuncta gl.1.
272 & glo.in ver.mandari. Et ratio eſt,quia†ſi præ-
latus non excedit debitum modum, non poteſt
denotari temeritas,aut iniuria;cum id faciat ex
iuſta cauſa,vt.d.c.ſi clericos. Ad hoc tamen vt
273 poſſit†capere clericum per laicum,duo exigun
tur. Primum,quòd clericus ſit ſubiectus præla-
to mandãti. Secundo,quòd ad ipſum prælatũ
ſpectet corrigere clericum criminoſum,vt.d.c.
vt famæ. Et ita notant Io.And.d.Ant.&.D.m.
& ſic ſentiunt,quòd non ſufficit,quòd prælatus
habeat iuriſdictionem in ciuilibus. Ex quo in-
274 fertur, quòd cum † ad rectorem vniuerſitatis
ſtudij non ſpectet corrigere clericum crimino-
ſum,non poteſt mandare poteſtati vt capiat cle
ricum ſcolarem. ita dicit.D.m.in.d.c.vt famæ.
275 Sed quæro iuxta prædicta, vtrum † Epiſcopus
poſſit dare generalem licentiam iudici laico,ca-
piendo clericos delinquentes,vel euntes de no-
cte,aut repertos cum armis, & ponendi eos in
carceribus ad petitionem Epiſcopi. Sol.Pet.de
Ancha.in.c.ea quæ.de reg.iur.lib.6.q.21.dicit,
276 quòd credit, quòd quanuis hoc † liceat ſibi in
ſpecie,vt dictum eſt,non tamen in genere. Et
ratio differentiæ eſt, quia in ſpeciali mandato
iudex laicus nullam habet cognitionem de cri-
mine,propter quod clericus capiatur, ſed merã
facti executionem. Sed in generali non poteſt
negari, quòd ſibi non videatur commiſſa ali-
277 qualis†cognitio circa id, propter quod capere
poteſt,quod eſt omnino prohibitum,vt in.c.2.
s̃.de iudi. Facit quod not. in.c.2.s̃.de re iudi.
278 Et hoc clarum eſt,† niſi reperiaẽ in flagrãti cri-
mine cum armis, vel de nocte contra conſtitu-
tionem Epiſcopi. Vbi enim delictum ſine alia
exami-



examinatione apparet ex facti euidentia, fortè
valet dicta generalis licentia capiendi tales, &
detrudendi in carceres ad mandatum Epiſcopi;
Aliàs ſecus. quæ opin. videtur mihi ſatis iuſta.
279 Sit ergo cõcluſio,quòd ex†legitima cauſa prę-
latus poteſt capere,& capi facere, non exceden
do debitum modum. Et idem in verberationẽ.
Secus ſi debitus modus excederetur,ſiue loqua
280 mur in captura;vt puta,quia†clericus vult dare
fideiuſſores,vel cautionem de parendo manda-
tis iudicis. quo caſu non debet capi, vel captus
281 debet relaxari, ſi modo†exceſſus non eſt enor-
mis;vel alia rationabilis cauſa ſuadeat eum de-
tinendum,vt.d.c.ſi clericos.in fi. Vel poteſt fi-
gurari exemplum, quando captus quiete per-
mittebat ſe duci ad carceres, & capientes calci-
bus,& pugnis,vel alio modo percuterent eum,
vt.d.c.vt famæ. in fi.j̃.eod. & ibi not. glo. Io.
And.d.Ant. &.D.m.Et ibi dicit Hoſt.per illud
282 cap.&.c.vniuerſitatis.j̃.eod.quòd ſiue†præla-
tus,ſiue alius de mandato prælati,vel etiam ſi-
ne mandato violentiam inferat clerico parato
corrigi,& volenti obedire prælato, excommu-
nicatus eſt ipſo facto. Quare dicit,quòd ſuper
hoc debet vnuſquiſque examinare conſcientiã
ſuam.Et idem not.Archid.45.diſt.in ſum.& in
c.cum epiſcopus.de off.ord.lib.6.& glo.in ver.
283 decedat.in.d.c.ſi clericos. Et†idem ſi excede-
284 ret modum in verberando, † quia debet caſti-
gatio eſſe moderata, vt.d.c.cum voluntate.j̃.
eod.vt not.glo.in ver.moderatè.& Hoſtien. &
docto.in.c.vniuerſitatis.j̃.eod. &.D.m.ibi,di-
285 cens, quòd idem putat dicendum † in prælato
faciente quem torqueri; quia non debet modũ
excedere. Et adde quod dicã.j̃.in octaua prin.
286 illatione.†Et not.quòd in caſtigatione,ſeu ver-
beratione tria principaliter ſunt conſideranda.
Primo,perſona verberantis. Secundo,perſona
verberãda. Tertio,cauſa verberãdi,ſeu offenſa.
Circa primum,tria conſideranda ſunt. Primo,
dignitas verberantis. Secundo,animus verbe-
randi.Tertio,poteſtas coercendi. Circa ſecun
dum principale,etiam tria conſideranda ſunt,vi
delicet,ætas ipſius, temporis qualitas, & loci,
gradus religionis,& honoris. Similiter etiam
circa tertium in cauſa verberandi, ſeu offenſa,
tria ſunt conſideranda, videlicet, qualitas ex-
ceſſus, facilitas emendandi, & pertinacia re-
ſiſtendi. Et hæc ſingulariter traduntur per
Archid.45.diſt. in ſum. Vide etiam quod dixi
ſupra de cler. percuſ.c.1. Sexto principaliter
287 infertur,quòd†quælibet perſona priuata, ſiue
talis ſit clericus, ſiue ſit laicus, eſt excommuni-
catus capiendo clericum, aut carcerando, ſiue
288 detrudatur†in carcere publico,ſiue in priuato,
289 vt in.c.nuper.j̃.eod. Quod procedit,ſiue†cle-
ricus ligatis manibus, ſiue non ligatis incarce-
290 retur. Vel†etiam ſi non incarceretur,ſed cuſto-
dibus appoſitis detineretur,vt non poſſit liberè
abire,ſecundum Hoſt.& doct. per not.ff.quib.
ex cau. ma. in.l.ſuccurritur. & in.l.2.ff.de lib.
ho. exhib. Et tenet Henric. in.c.nuper.j̃.eod.
291 etiam ſi talis†incarceratio fiat ſine manus inie-
ctione; vt quia vibrat enſem, vel minatur mor-
tem,niſi carcerem intret,vt.d.c.nuper. ſecundũ
292 dum Hoſt.ibi.Vel fortè ſpontè ingreditur car-
cerem,& poſtmodum ibi includitur; quibus ca
ſibus includens, vel capiens, excommunicatus
eſt; quia ex quo non poteſt liberè abire quo
vult,violentia dicitur inferri perſonæ. vnde in
effectu manus iniecta eſt in eum; & ideò inci-
dit in canonem. Quod procedit etiam ſi fiat à
293 iudice†laico; dummodo non faciat de manda-
to prælati eccleſiaſtici, vt dixi in illatione præ-
ceden. Quanuis autẽ regulariter in prædictis
caſibus talis capiens ſit excommunicatus,tamẽ
294 ſi ex†aliqua iuſta cauſa fieret carceratio, quia
non denotaretur diabolica perſuaſio, non inci-
295 deret in canonem. Cauſæ † autem iuſtæ poſ-
ſunt eſſe plures, Pro quarum declaratione in
primis ſume iſtam theoricam, quòd in omni-
bus caſibus, in quibus quis poteſt impune per-
cutere, ſeu verberare clericum, fortius poteſt
detrudere in carcerem. Ita not.Io.An.& poſt
eum.d.Ant. &.D.m.in.c.cum non ab homine.
s̃.de iudi. Facit.l.nec in ea.ff.de adult. vbi tex.
296 dicit, quòd † qui poteſt adulterum occidere,
multò fortius poterit contumelia afficere. Et
tenet Pet. de Ancha. in repeti.d.c.ea quæ. de
reg.iur.lib.6.q.11. Ex quo ſequitur, quòd cũ
pro defenſione ſui ipſius, aut aliorum, de quo
latè dictum fuit in tertia illatione, licitum ſit
percutere,multo fortius licitum eſt capere. Et
hoc tenent Inno.in.c.vt famæ.j̃.eod. & Bal. in
297 repet.l.1.C.vnde vi.col.15.Dummodo†ceſſan
te cauſa defenſionis, permittat illum liberè abi-
re;quia aliàs ſi tunc non dimitteret, cenſeretur
facere ad vindictam, & ideò incideret in cano-
nem. & hoc tenet in.d.c.nuper. & mihi placet.
298 Item & ſecundò†iuſtè capit ipſum delinquen-
tem clericum;dum tamen ducat ad iudicem ec-
299 cleſiaſticum quàmprimum poteſt, non retinen
do vltra viginti horas, ne aliàs videatur facere
carcerem priuatum, vt ſentit glo. in.d.c.cum
non ab homine.de iudi.& ſequũtur doct.arg.l.
300 capite quinto.ff.de adult. Et†ſi non poſſet in
tàm breui tempore ducere, tempus arbitra-
rium eſt; vt tenet ibi.D.m.poſt Io. And. arg.l.
ait prætor.§.ſi debitorem.ff.de his quę in frau.
301 cred. Aduerte tamen circa hoc, quia†vtrum
quis poſſet capere ad finem,vt eius delictum pa
tefiat ſine metu excommunicationis,variæ fue-
runt opiniones. de quibus latè vide per.D.m.
in.d.c.cum non ab homine. & quod ibi etiam
dixi. Nam poſtquàm ibi ſemel poſui,nolo am-
plius repetere. Sed in veritate deberet inde re-
moueri,& hic poni, quia melius hic cadit. Et
ideò tu ſcholaris poteris hoc domi facere. Pa-
tet igitur ex prædictis,quòd iuſta cauſa eſt, per
quam priuatæ perſonæ licet clericum capere, ſi
302 reperiatur in crimine. Multò etiam fortius†li-
cet iudici,etiam laico ipſum capere clericum ꝑ
cauſa prædicta;cum diſtinctione tñ,quòd ſi cla-
rum ſit talem eſſe clericum, vel publica vox, &
fama ſit,quòd ille habeatur pro clerico,vel ince
dat in habitu,& tonſura clericali,quòd quanuis
licitum

licitum ſit iudici laico capere, vt in.c.ſi iudex
laicus.eod.tit.lib.6. tamen ſtatim debet illum
303 ducere ad iudicem eccleſiaſticum,vt ibi. † Sed
ſi dubium eſt, vtrum captus ſit clericus, vel non
huiuſmodi dubitationis deciſor eſt iudex eccle
ſiaſticus,vt.d.c.ſi iudex. primo, & ſecũdo rñſo.
304 Sed † ante cognitionem non eſt reddendus iu-
305 dici eccleſiaſtico; † maximè ſi priuſquàm cape-
retur,gerebat ſe pro laico, quamuis deprehen-
306 ſionis tẽpore fuerit in habitu clericali; † nam
hoc caſu non eſt reſtituendus iudici eccleſiaſti-
co,donec fidem fecerit de clericatu,vt.d.c.ſi iu
dex. quod declara vt ibi latius traditur. Item
& tertio eſt licita cauſa capiendi, ſecundum Io.
307 And.&.d.Anto.in.c.vt famæ.j̃.eod.† quando
quis haberet clericum ſibi ſeruientem ſuſpectũ
de furto, põt.n. eum capere,& modico tempo
re retinere, ducendo.ſ.ad iudicem eccleſiaſticũ.
Facit.l.reſpiciendum.§.furta.ff.de pœn. Item
308 & quarto eſt iuſta cauſa, † quando clericus à
laico detruderetur in carcerem, non ad iniuriã,
ſed ad finem, vt non occidatur ab inimicis ſuis
illum quærentibus.arg.45.diſt.c.cum beatus.&
ff.de lib.ho.exhib. in.l.3.§.ſi quis eum. &.§.ſi
quis volentem.&.ff.de neg.geſt.in.l.ſoluendo.
ſecundum Hoſt.Io.And. &.d.Anto.in.d.c.nu-
309 per. Itẽ & quinto eſt iuſta cauſa, † ſi zelo Dei
detrudet clericum; vt puta, ne iret ad homici-
dium faciendum, vel ad fornicandum, vel quid
ſimile faciendum,ad quod ire intendebat.Nam
licitum eſt claudere in camera, vel incarcerare,
& tenere, donec blanditijs, & perſuaſionibus
deprauatus animus ceſſet,ſecundũ,Hen.in.d.c.
nuper.j̃.eod.arg.eorum,quæ ſtatim dixi ſecun
dum Hoſt.& Io.And. Et hæc tenet glo. ſuper
Ray.in ſum.& frater Io.& Aſten.in ſum. & pla
cet mihi iſta opinio; cum hic non ſit diabolica
perſuaſio,ſed actus meritorius, & perſuaſiuus.
Et aduerte circa prædicta, quia dicunt Inno. &
310 Io.And.in.d.c.nuper. † Quod ſi inimici alicu-
ius clerici illum in clauſtro,& domo,vel fortè in
domo mulieris claudunt,non vt illum ibi cuſto
diant,ſed vt verecundiam illi inferant, quòd nõ
diceretur detinere illum in cuſtodia, vel carce-
re; cum ad id non intendant, nec dicerentur
violentiam in perſonam eius facere, aut in re-
bus,quæ in corpore tenet, vel quæ ſibi inhærẽt.
& ſequitur.d.Anto.ibi, & ſic ſentiunt,quòd ta-
les non ſint excommunicati.quod apud me eſt
valde dubium. Sed fortè poſſit ſaluari,quando
ipſum in domo inuentum ſolum ex parte exte-
riori,nulla alia facta captura ipſius obſiderent,
ne exiret.Secus ſi ad dictum finem cępiſſent, &
in domum recluſiſſent. arg. eorum quæ ſupra
dicta ſunt. Item & ſexto eſt legitima cauſa, per
quam licitum ſit laico capere clericum, quando
311 clericus † cum debito, vel re ipſius laici affuge-
ret. hoc tenet Collecta. & Zaba. in.c.cum non
ab homine.ſupra de iudi. Innocẽ.& Io.And.in
.c.3.s̃.eod.Bernar.in cle.1.de offi.ord.& ſequi
tur.D.m.in.d.c.cum non ab homine. quamuis
Hoſt.teneat contrarium. Sed hæc opin.videtur
verior per ea quæ ſupra dicta ſũt. Facit.c.olim
cauſam.s̃.de reſtitu.ſpol. & quod dixi ſupra in
tertia principali illatione hui⁹ artic. Septimo
312 infertur, quòd † ſi quis ratione beneficij,quod
habet in eccleſia, vel quia ſenior eſt in eccleſia
ex zelo deuotionis pueros,vel adoleſcentes cle
ricos in minoribus ordinibus conſtitutos cor-
rectionis cauſa leuiter percutit, non eſt excom
municatus,quia ceſſat diabolica perſuaſio, tex.
eſt in.c.cum voluntate.j̃.eod. & intelligit Io.
313 And.de † officio etiam ſine dignitate, & in can
toribus,qui regunt chorum,ſecundum Goff.&
Io.And. Nec mirum, quia ex quo permiſſum
eſt officium,omnia videntur permiſſa,ſine qui-
bus &c.vt in.c.1.s̃.de off.delega. Et ideò dixi
314 in minoribus ordinibus; quia † ſecus ſi eſſent
conſtituti in ſuperioribus, hoc eſt in ſacris, vt
in ſubdiaconatu,& alijs ſuperiorib⁹ glo.& doc.
315 in.d.c.cum voluntate. † quia meliora membra
non ſunt verberibus ſubijcienda, exceptis gra-
uioribus culpis.45.diſtin.c.cum beatus. Vnde
316 puniri debent † alij admonitionibus,& ſi ſe nõ
correxerint,poſſunt ſuſpendi. ſupra de celebr.
miſſ.c.dolentes. ſecundum glo. Ioan. Andr. &
317 d.Anto. Octauo infertur,quòd ille † qui ma-
giſterij obtentu ſcholares clericos correctio-
nis cauſa leuiter percutit, non incidit in cano-
318 nem.& eſt tex.in.d.c.cum voluntate. † Quod
procedit etiam ſi verberaret clericos in ſupe-
rioribus ordinibus conſtitutos, vt not.glo.pe.
circa mediũ. in.d.c.cum voluntate. & ſequitur
d. Anto. Ad idem facit.c.1.&.c.ex tenore.s̃.
319 eod. † Quod procedit dummodo correctio-
320 nis cauſa,& non irato animo id faceret,& † dũ-
modo modica, & leuis eſſet caſtigatio,nõ exce-
321 dens debitum modum. † Secus ſi irato animo,
vel modum excederet. Facit.c.olim cauſam.s̃.
de reſtitu.ſpolia.& not.D.m.in.c.vniuerſitatis.
322 j̃.eod.† Leuis enim caſtigatio permittitur ma-
323 giſtro,vt in.l.5.in fi.ff.ad leg.aquil. † & humi-
lis debet eſſe doctrina magiſtri in.c.humilis.s̃.
324 de ma.& obed. † Exceſſus verò, & nimia ſæ-
uitia aſcribitur culpæ. vt in.l.præceptoris.ff.ad
325 leg.aquil. Aduerte tamen, quia † ſi exceſſus
eſſet leuis, nõ videretur quòd deberet incidere
in canonem,eo quòd ceſſat animus doloſus, &
quia iſte aliqualis exceſſus trahitur ad princi-
329 pium licitum.† Secus ſi eſſet grauis. Nam licet
327 ceſſaret dolus ex propoſito,tamẽ adeſt † teme-
ritas,& craſſa ignorantia,quæ ſufficit ad hoc,vt
quis incidat in canonem, vt in.c.in tua. & in.c.
vniuerſitatis.j̃.eod. & ſupra ſæpius dictum eſt.
& hanc diſtinctionem ſentit Io.An.in.d.c.vni-
uerſitatis.j̃.eod.poſt prin.per illum tex. Et ad-
de hæc ad ea,quæ dixi in quinta illatione huius
328 membri. Nono infertur,quòd † patresfami-
lias, qui in filios, aut conſanguineos clericos,
aut in alios clericos de familia ſua,vt ab inſolen
tijs remoueantur,& ſcientia, & bonis moribus
inſtruantur verberant,& caſtigant,non ſunt ex-
communicati,vt.d.c.cum volũtate. in fi.reſpõ.
329 j̃.eod. Quod † intelligendum eſt de clericis
conſtitutis in minoribus ordinibus, prout ibi
330 repetit tex. Et idem dicendum eſt de † eo,qui
mode-



moderatè percuteret clericum ſibi ſeruientem
correctiõis cauſa, vt not. glo. 17.q.4.c.ſi quis.
& Ioan. Andr.in.c.veniens.s̃.eod. & D. Anto.
331 .D. m. in.c.ex tenore.s̃. eod. Secus † ergo ſi
eſſent in maioribus ordinibus cõſtituti, & aſ-
ſignat glo. rationem in.d.c.cũ voluntate, quia
332 ſacer † ordo liberat à patria poteſtate, de quo
ibi dicam. Sed aduerte quia Ioan. An. ibi ſu-
per glo. fin. dicit ꝙ Bartho. Brixi. q. 87. quæ
333 incipit,quæritur vtrum pater, dicit † quòd pa-
ter percutiens clericum etiam ſuperioris ordi-
nis non eſt excommunicatus ſecundum Dama
ſum,& Tancre; quia licet non ſit in patris pote
334 ſtate, tamen † manus illa non eſt iniurioſa, &
ita etiã refert .D. Anto. quę opi.eſt ſatis æqua,
quæ tamen non procedit ſine dubitatione,
per.d. c.cum voluntate. in fin. & per ea,quæ di
335 xi in ſeptima illatione; ſed in † clericis in mi-
noribus ordinibus conſtitutis, nõ eſt dubium,
quòd non incidit in canonem ſi ſeruat debitum
modum, vt etiam notat Ioan. Andr. in .c.reli-
gioſo. eod. tit. lib.6, in nouella. Decimo in-
336 fertur; † ꝙ ille qui mãdato prælati percutit cle-
ricum non incidit in canonem, vt in .c.ex teno-
337 re. in fi.s̃. eo. Quod † intellige dummodo man-
datarius ſit clericus,& mandatum ſit iuſtum, &
legitimum, aliàs ſecus; ad quod vide ꝙ dixi.s̃.
in quinta illatione huius membri, & ꝙ dixi. s̃.
in primo membro huius articuli. Vndecimo
338 fallit † in ſacerdote, qui eicit clericũ de eccle
ſia, quia turbabat diuinum officium, qui nõ eſt
excommunicatus, quia iſte ex rationabili cau-
ſa, & ſic non ſuadente Diabolo facit, vt eſt tex.
in.c.præce. Sed pro iſtius illationis clariori in-
telligentia diſtingue latius ſecundum Hen. ibi.
quod aut talis inijciens non excedit modum in
tali iniectione, & non incidit in canonem, quã-
uis aliqua animi indignatione moueatur, quod
intelligunt quidam quãdo ſacerdos haberet of-
ficium, vel magiſterium in eccleſia, Inno. verò,
339 & Hoſti. intelligunt, quòd idem etiam ſit, † ſi
iſte nullum haberet officium, aut ſuperiorẽ in
eum quem expellit, vt ſit ſpeciale contra tur-
bantes diuina officia per tex. in.d.c.præce.& te
net Io.An.& Aſtenſis volentes ꝙ ex tali,& leui
340 caſtigatione non incidat in canonẽ, † nec mirũ:
conſiderato delicto ipſius perturbantis, quod
eſt magnum vt patet,quia ſolum lege eſt pœna
capitalis.C.de his qui ad eccle. confugi.in.l.de-
nunciamus.& in authen.de ſanc. Epiſ.§.ſi quis
cum ſacra. Et not. Inno.& Io. An.in.c.dilecti.
in ver. primo.s̃. de appel. Et ad prædicta facit,
ꝙ habetur Math. 21. & Marci.cap.11. & reci-
tatur.12.diſt.§.ſalamon. & .1.q.3.c.ſaluator.
341 &.c.ex multis. vbi dicitur, ꝙ † ingreſſus eſt Ie-
ſus templum Dei, eijciens omnes vendentes,
& ementes, & menſales nummulariorum, &
cathedras vendentium columbas euertit, & di-
cit, domus mea, domus orationis vocabitur,
vos autem feciſtis illam ſpeluncã latronũ, &c.
342 Si † verò in expulſione ſacerdos modum ex-
cederet, incideret in canonem.11.q.3.c.illa
præpoſitorum, & .c.cum apud. & .c. ſummò-
pere. Tenet Hoſti. in.c. præce. & Ioan. And.
343 qui ſentit, † ꝙ licet exceſſus eſſet aliqualis ex
indignatione animi nõ incideret in canonem,
poſtquam bono zelo, moueretur, facit quod
dixi ſupra in octaua illatione. Duodecimo in-
344 fertur † quòd ille, qui percutit clericum turpi-
ter inuentum cum vxore, matre,ſorore, vel fi-
lia propria non incidit in canonem, vt eſt tex.
in.c.3. ſupra eod. Et ratio eſt quia iſte non
345 facit ſuadente Diabolo, ſed potius ex † iu-
ſto dolore, quem compeſcere non poteſt, vt di-
cit ibi glo. pen. & probatur in .l. gracchus .C.
346 de adul. † quòd procedit ſi incontinenti hoc
faciat, ſecus ſi ex interuallo, vt in .l. ait lex. §.
347 quòd ait .ff. de adult. ſecus † ergo, ſi reperiret
clericum turpiter agentem cum alia muliere,
quæ proxima conſanguinitatis linea non con-
tingeret inuenientem, nam tunc percutiens,
aut capiens clericum incidit in canonem, vt .d.
348 .c.3.in fi. quia tunc ſua nihil intereſt, & † culpa
eſt ſe immiſcere rei ad ſe nõ pertinẽti, vt in re-
gula nõ eſt ſine culpa. de regu. iur.lib.6.& in.l.
culpa caret. ff. de re. iur. ſecundum Hoſtien. &
Ioan. Andr. in .d.c.3 de vxore extẽdit ibi glo.
pen. ad ſponſam, per.l. ſi vxor. §.1.ff.de adult.
349 in contrarium tamen facit, quia cum tex. † ille
videatur clericis odioſus, reſtringendus eſt, fa-
ciunt quæ ſtatim dicam de matre, & filia; Sed
forte poſſet reſpõdere, ſi quis vellet tenere opi.
glo. quòd illud eſt ratione ęquiparationis, quã
350 in corruptione facit tex. in.d.l.ſi vxor.§.1.† &
regula eſt, quòd diſpoſitio etiam correctiua in
vno ex ęquiparatis extendatur ad aliud, vt in.l.
ſi quis ſeruo. C. de furt. & traditur in materia
extenſionis; Item facit quòd dicitur de mate-
ria in .d.c.3.quidã, quos etiam ſequitur Inno.
351 extendunt † ad filiam, & alias aſcendentes.
Sed contrariam ſententiam tenet glo. pen. ibi,
& ſequitur .D. Anto. & .D. m. cum materia ſit
352 exorbitans, & clericis odioſa, ideò † patris ap-
pellatione, & ſic etiam matris non veniunt aliæ
aſcendentes, vt eſt tex. in ſimili. in.l.patri.ff.de
adul. Item quòd dicit tex. in .c. 3. de filia ex-
tendunt etiam quidam, quos ſequitur Inno.
353 ad † neptẽ; ſed glo. pen. ibi tenet contrariam
ſententiam, quam etiam ibi ſequitur Inno. &
etiam ſequitur Hoſti. in ſum. huius tit. §. quis
poſſet excommunicare ver. 11. & Ray. frater
Ioan. & Aſtenſis in ſum. huius tit. Pro opi. ta-
men Inno. Facit in ſimili. tex. in authen. vt li-
ceat matri, & auiæ .§. penul.in fin. Sed Ioan.
354 Andr. in.c. 3. † dicit, quòd prædicta prima
opi. procedere poſſet in nepte ex filio. Secun-
da in nepte ex filia, pro qua diſtinctione facit.l.
liberos in fin.ff. de ſena. D. Anto. & .D.m. &
Henri. in .d. c. 3. indiſtinctè tenent ſecundam
opin. quæ opin. plus mihi placet, † quia vt di-
xi materia eſt exorbitans, & clericis odioſa;
facit quòd traditur in .l. liberorum. ff. de verb.
ſign. & quod not. in .c. in quibuſdam. ſupra de
pœnis. & quod not. glo. in clemen. 1. de bap.
& quod tradit Bald.in.l.fin. C.de lib.præ. cum
ſimilibus; Sed q̃ritur nunc circa prædicta vtrũ
VV prædi-

356 prædicta illatio & tex. d.c. 3. † habeat locum
in matre, filiabus,& ſororibus, & naturalibus
nō legitimis. Sol. Io. An. quē ſequuntur .D.
Anto. & .D.m. ibi. & frater Io. in ſum. tenet,
ꝙ ſic, ſed in adoptiuis tenet contrariū per not.
in.l.4.§.fi.cum.l.ſequenti.ff.de in ius vocan.&
hoc ſatis placet,ſed maius dubium eſt nō tactū
357 per Doc. † quid de ſpurijs; dubium facit, quia
358 quærēdo iura volunt † ꝙ non cōtineantur ſub
agnatione, vel cognatione, quæ iura videntur
eſſe in contrarium, ad quod vide, quæ tradunt
in.l. hac parte. §. 1.ff. vnde cognati.& in .l.nō fa
cile.ff.de gradib. & ꝙ not.in.l.hos accuſare. §.
omnibus.ff.de accuſa.&per Bal.in.c.de cætero.
ſ̃. de teſti. Item dubitatur circa prædicta,vtrū
ꝙ ſupra dictum eſt de vxore, habeat locum nō
359 ſolum in vera vxore, † ſed ēt in putatiua; quā-
uis ēt ratione impedimenti perpetui nō poſſet
eſſe vxor hoc tenent Vincen. Goff. & Io. An.
& ēt Henr.in.d.c.3.pro quibus facit.c.plerūq;
in fin.ſ̃.de dona. inter vi.& vxo. & ꝙ not. in .l.
fin.ff. de condi. ſi. cau. Sed quia ſupra dixi ꝙ
licitum eſt percutere clericū in caſibus prædi-
360 ctis, quæritur vtrū † hoc habeat locū in quali-
bet pcuſſione, ita ꝙ liceat mutilare, & interfice
re. Sol. Hoſti. Abb. & Io. An.in .d.c.3. ſentiūt
361 ꝙ non, quāuis enim ſm † leges turpiter agere
inuentum cum vxore, vel filia licitum ſit occi-
362 dere, tñ † ſm canones non licet, ſed ſolum li-
citum eſt percutere,aut capere. Sed glo. ſuper
Ray. & frater Io.in ſum. volunt ꝙ ēt mutilans,
vel occidens non incidat in canonē, eo ꝙ tam
363 iuſtum, † & immenſum dolorem comprime-
re non poſſunt, vt .d..l.gracchus. maximè cum
in .d.c.3.ſ̃.eod.non diſtinguatur inter atrocē,
vel leuē iniuriam. Mihi videtur, ꝙ vtraq; opi.
ſit ſatis defenſabilis,prima tñ eſt ęquior,& pro
ea facit,quia tex.in .d.c.3.dicit ſolum ꝙ licitum
eſt inijcere manus violentas,&quia ibi in prin.
diſtinguitur ēt inter grauē, & leuem iniuriam;
vel forte poſſet dici, & melius, ꝙ prima opi. ha
beat locum in illis, quibus non licet ſecundum
leges occidere. Secunda verò opinio habeat lo
cum in illis quibus eſt licitum occidere. Vlte-
rius dubitatur qualiter intelligendum ſit ꝙ di-
364 xi † ꝙ clericū inuentū turpiter agere pōt quis
percutere,vtrum exigatur,ad hoc vt citra metū
excōicationis poſſet quis percutere clericum,
ꝙ reperiat in ipſo actu venereo,ſeu in ipſo coi-
365 tu. Sol. glo. fr. Ray. vult, † ꝙ poſſet quis per-
cutere non ſolum ſi reperit clericū in ipſo coi-
tu, ſed etiam ſi reperit in amplexu, & deoſcu-
latione, vel quando ſe præpararet ad opus car-
nis, fortè quia iam ſibi extraxerat bracas; Item
366 ſi conſtet † per aliqua ſigna,ꝙ clericus iam cō-
pleuerat factum, nam his caſibus cum percu-
tiēs ſit de perſonis prænominatis quibus licitū
eſt percutere vt dictum eſt, non eſt excommu-
367 nicatus; ſi † vero ſigna non eſſent probabilia,
vel proxima ad actum venereum percutiens in-
368 cideret in canonem; vel † etiam ſi percuteret
ex interuallo per ea quæ dixi .ſ̃. per .l. ait lex.
369 §.quòd ait lex.ff.de adult. Siquis † ergo inue-
niret clericum ſolum cum ſola ſedere, & confa-
bulari, & eum percuteret incideret in canonem
argu. tex.in .d.c.3.a cōtrario ſecundum Hoſti.
& Ioan. Andr. quod tamen fallit, ſecundum
370 eos, † vbi maritus ter monuiſſet clericum ne
cum vxore ſua conuerſaretur, vel confabulare-
tur; Nam ſi poſtea clericum ſic monitum re-
periat in domo, vel coquina, vel in ſuburba
nis turpiter conuerſantem, ſedentem, vel fabu-
lantem cum vxore, ſm leges licitū eſt talem in-
371 ter ficere; & ſi † alibi inuenerit tribus teſti-
bus conuocatis licitum ſit ei tradere Iudici,
qui ſine aliqua inquiſitione debet eum punire,
vt in auth. ſi quis ei.C. de adult. & in corpore,
vnde ſumitur, videlicet in auth. vt liceat matri
& aui.§.his quoq;; licitum etiā erit verberare,
372 & capere quando licitum eſt percutere; † aliàs
ſimpliciter capere quando licitum eſt ſecūdum
leges capere ſecundum Hoſti. & Ioan. qui qui-
dem caſus eſt valde notabilis; ſed dubius iudi-
cio meo, cum iura canonica nihil videantur ad
hoc diſponere,& leges præallegatæ non loquā-
tur de clericis, niſi diceres, quòd ex quo tex.in
.c.3.ſ̃.eod. dicit turpiter inuentum habeat lo-
cum etiam in caſu prædicto propter trinam mo
nitionem præcedentem, & propter vrgentem
ſuſpitionem ortam ratione cōuerſationis con-
tra prohibitionem, & mediante dictarum legū
diſpoſitione. Vide tamen contra predicta glo.
ſingularem .11.q.3.in.c.abſit, quæ dicit quòd
373 ſi quis viderit † clericum amplexātem mulierē
debet potius præſumere, quòd benedicendi
cauſa faciat, quā explendæ libidinis cauſa. Item
aduerte pro complemento huius illationis, ꝙ
in caſibus in quibus dixi licitum eſſe percutere
clericum turpiter inuentum cum vxore, limi-
tandum eſt ſecundum Guil. de mon. Lau. &
Bart. & Ioan. vt refert Henri. in .d.c. 3.ſ̃. eod.
374 niſi † maritus, vel ſimilis perſona procuraſſet,
quòd clericus clamaretur ab vxore, vel filia &c.
ad turpem coitum; & taliter vocatum cum
vxore turpiter inuentum verberaret. Nam
hoc caſu eſſet excommunicatus, quia ſua-
dente Diabolo manus iniecit in clericum,
quod dictum mihi placet. Decimotertio
375 infertur, quod † mulier percutiens cleri-
cum eam impetentem pro explenda libidine
376 non eſt excommunicata, ſi modo † clericus
vim inferat corporalem, ſeu eam apprehen-
dat, & ipſa cum moderamine inculpatæ tu-
telæ,& zelo caſtitatis, & iuſta indignatione mo
ta ipſum percuſſerit, ita tenent frater Ioan.
& Aſtenſis in ſumma, quod refert, & ſequitur
377 Hen.in.c.3.ſ̃.eo. per illum tex. dicentes, † ꝙ
ſecurius eſt, ꝙ talis mulier faciat ſe abſolui ab
Ep̃o ad cautelam. Sed mihi videtur, ꝙ non ſit
neceſſaria aliqua abſolutio, quia ſi licet patri
pro defenſiōe pudicitiæ filiæ, vel ſimilibus per-
ſonis clericum percutere, multo fortius debet
ipſi filię, ſorori, vel matri &c.arg. authē. multo
378 magis. Et quia † omnis ordinata charitas &c.
Item quia, ſi licet pro defenſione rerū percutere
clericum, vt dixi.ſ̃.in tertia illatione principa-
li



li huius quarti membri, quarum tamen rerum
amiſſarum multipliciter datur recuperatio,
quanto magis debet hoc licitum eſſe pro de-
379 fendenda pudicitia; cum † Deus non poſſet
ſuſcitare virginem poſt ruinam. 32. q. 5. in.c. ſi
380 paulus. Sed † ſi ſolis verbis clericus impete-
ret mulierem, & ipſa eum percuteret, incide-
ret in canonem; quia non ſeruaret debitum
moderamen inculpatæ tutele, iuxta illud vul-
gare, pro verbis verba reporta. & iuxta ea
quæ dixi in.c. 1. ſupra de iniur. Sed quęro nunc
381 vtrum ille † qui percutit clericum volentem
ſit excommunicatus. Et videtur dicendum ꝙ
382 non, quia † .c. ſi quis. 17. q. 4. requirit vio-
383 lentiam; ſed † volenti, & conſentienti non
infertur violentia, vt in regu. ſcienti. de regu.
iur. lib. 6. ergo &c. Solutio, veritas eſt in
384 contrarium, quòd † imò talis eſt excommu-
nicatus, etiam ſi volens, & conſentiens per-
cuteretur in ſatisfactionē præcedentis iniuriæ
illatæ per ipſum clericum; & eſt tex. notabi.
385 in.c.contingit. 1.ĩ.eo. Nam ibi dicit tex. † ꝙ
licet violenta manus non ſit, tñ eſt iniurioſa, cū
canon ſi quis ſuadente. non ſolum emanauerit
386 in fauorem clerici ordinati, ſed in fauorem to-
387 tius ordinis clericalis ꝓmulgat⁹ fuerit. & † ideò
non poteſt illi renuntiari, vt dicit glo. in. d. c.
contingit. per not. in .c. ſi diligenti. & .c. ſignifi-
caſti. ſ̃. de fo. compe. & ita tenent omnes doc.
ibi, & in.c.cum deſideres. ſ̃. eo. vbi hoc ēt tenet
388 D.m. Vnde † licet non ſit violentia reſpectu il-
lius clerici volentis, eſt tñ violentia reſpectu to-
tius ordinis clericalis iniuriati, vt dicit glo. in
dicta reg. ſcienti. de regu. iur. lib. 6. & ſequi-
tur. D.m.in .c. tua nos. ĩ. eod. Facit. l. 1. §. vſq;
adeo .ff. de iniur, & tenet etiam D.m.in.c. per-
389 pendimus. ĩ. eod. Et ſic patet ex prædictis, † ꝙ
per viam directam non poteſt clericus ſola vo-
luntate renuntiare priuilegio canonis; ſed per
viam indirectam poſſet renuntiare delinquen-
do, apoſtatando, cædibus, & enormitatibus ſe
ſe immiſcendo, bigamiā contrahendo, & cæte-
ra huiuſmodi, de quibus dictū fuit, ita dicit glo.
in .c. perpendimus. ĩ. eod. & ſequuntur Doct.
390 nā in prædictis caſibus † non perdit priuilegiū
ex renuntiatione clerici, ſed ex diſpoſitione
iuris propter delictū. Facit ꝙ in ſimili dicimus
391 de † clerico, qui expreſſè non poteſt proroga-
re iuriſdictionem non ſui iudicis, ſine conſen-
ſu proprij iudicis, vt in .c. ſignificaſti. ſ̃. de fo.
392 compe. & † tamen indirectè poteſt per viam
contumaciæ, ſecūdum ea, quæ latè dixi in.c.di-
393 lecti. ſ̃. de fo. compe. Vel † etiam per viam deli-
cti, ſecundum ea, quę latè dixi in.c. poſtulaſti ſ̃.
de fo. compe. Et prædicta etiā faciunt ad de-
394 ciſionem. q. † vtrum Papa poſſit tollere priui-
Nu.op. 395 legium canonis ſi quis ſuadente. † Et * cōmu-
396 nis concluſio eſt, ꝙ non; eo ꝙ decolloraretur
vniuerſalis ſtatus eccleſiæ; quod Papa facere nō
397 poteſt, vel non eſt ſuſtinendus vt faciat, † niſi
ſubeſſet iuſta cauſa, ita tenet Io. An. poſt Ab-
398 batem, & ſequitur .D.m. & D. Anto.in.c.nul-
li. ſ̃. eod. & † debet tunc hoc facere de conſen-
ſu, & conſilio cardinalium, cum ſit arduum, ſe-
cundum Zaba. poſt Io. mo. in.c. perpēdimus.
infra eod. Ad quod vide ꝙ tradit. D. m. in. c.
cum ad monaſterium. de ſta. mo. Poſtremo
399 quæro, † vtrum aliquo caſu percutiens laicum
ſit excōmunicatus. Sol. dic, ꝙ ſic. Primo in ca-
ſu.c. ſciant cuncti. de elec. lib. 6. & ibi not. glo.
in ver. conſanguineos. Secūdo, in caſu.c.qm̃.
de immu. eccle. lib. 6. & ibi not. glo. in ver.
propinquos. Tertio, in caſu.c.quicunq;. eod.
tit lib. 6. & ibi glo. in ver. ſuorum. Quarto, in
400 eo qui erat laicus, & ſe gerebat pro clerico por
401 tando habitum, & tonſurā; Nam † percutiens
eum in dubio debet ſe reputare excōmunica-
tum, donec appareat veritas in contrarium. In
402 veritate tamen talis non eſt excommunicatus
vt dixi in quarta principali illatione, ver. vlte-
rius etiam. Ex ex prædictis habens notabiliter
expeditum nonum principalem articulum.

## Cap. XVIII. Significauit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Clericus, qui ſcienter, & ſponte participat in diui-
nis excommunicato a Papa, eſt excomunica-
tus maiori excōicatione, & per Papam ab-
ſoluendus eſt.*
2 *Communiter approbatur intellectus Hoſtienſis.*
3 *Participans excommunicato, an incurrat eandem
excommunicationem, an minorem.*
4 *Intellectus tex. c. ſignificauit. de ſent. excom.*
5 *Excommunicatio maior, & minor inducunt pri-
uationem ſacramentorum.*
6 *Relatiuum quis qui, non ſemper facit relationem
in quantitate, ſeu ſubſtantia, ſed aliqua qua-
litate.*
7 *Excommunicatio hodie, vt poſſit ferri in partici-
pantes cū excōicato, canonica monitio debet
præcedere.*
8 *Participans excommunicato in crimine, incurrit
eandem excommunicationem.*
9 *Celebrans diuina poſt ſuſpenſionem, incurrit excō-
municationem.*
10 *Communicās ſcienter excommunicato ab inferio-
re à Papa, an incidat in eandem excommu-
nicationē.*
11 *Excōmunicatio Papæ, & inferioris in quo diffe-
rant.*
12 *Communicans in diuinis cum excōicato, ſiue ex-
cōicatio emanauerit a Papa, ſiue ab inferio-
re, eadem excommunicatione eſt ligatus.*
*Et hanc ſpecialitatem inducit excōmunicatio in
diuinis. ibidem.*
13 *Participans cum excōicato, vt incurrat eandem
excommunicationem maiorem, quinq; ſunt
neceſſaria.*
14 *Modus, & practica articulandi, & concludendi
in probatione incurſus maioris excommuni-
cationis ex participatione.*
15 *Quod ſcienter fit, ſponte fieri dicitur.*
16 *Verbum dubitamus, quid ſignificat.*

1 SIGNIFICAVIT. Clericus, qui
ſcienter, & ſponte participat in
diuinis excõmunicato a Papa, ex-
communicatus eſt excoĩcatione
maiori, & per Papam abſoluendus.h.d. ſecun-
2 dum intellectum Hoſti. qui † coĩter approba-
tur, nam & alijs quinq; modis legitur ſecũdum
quos poſſet aliter, & aliter ſummari, ſed omit-
to, & omittã, ẽt notabilia, quæ apparebunt.ĩ.
eo.ex glo. & ex varijs intellectibus quos.ĩ. po-
nã. Glo. põt recitari per quæſtionẽ quærẽdo
de intellectu literæ,poſſet ẽt recitari per cõtra-
3 rium,ꝙ† participans excõicato nõ incurrat eã-
dem excoĩcationẽ, prout hic dicit tex. ſed mi-
norẽ,vt in.c.cum deſideres.ſ.eo.glo.ponit tres
intellectus; In eadem glo.ibi quò ad priuatio-
nem ſacramentorum, hinc ſumitur vna lec. ad
tex. videlicet ꝙ quamuis participet quis in di-
uinis excoĩcato a Papa, non tñ incidit in excõ-
municationẽ maiorem, ſed minorem; vnde ꝙ
dicit tex. ꝙ eadem exõicationis ſententia te-
4 netur,† intelligitur de eadem in genere quò ad
5 quid† puta reſpectu priuationis ſacramentorũ,
quam priuationẽ inducunt maior,& minor ex-
cõicatio, nõ aũt in ſpecie, & in totali ſubſtan-
6 tia; & ſecundum iſtum intellectum, † nota ꝙ
pro nomen quis, qui non ſemper facit relatio-
nem in quantitate, ſeu ſubſtantia, ſed in ali-
qua qualitate, facit,ꝙ not. Io. An.in.c.eos. eo.
ti.lib.6.in ver.eandẽ:in¦nouella. Sed contra hãc
primã lecturã, obſtat primo, quia ſm eam tex.
quaſi de nihilo ſeruiret; ſecũdo,quia tex. hic re
ſeruat abſolutionẽ Papæ, ꝙ nõ faceret ſi loque-
retũ de excõicatione minori,vt in.c.nuper.ĩ.eo.
Et ideò fortè glo. tranſiuit ad ſecũdam lectu-
ram ibi, vel fortè; videlicet, ꝙ tex. loquitur in
excommunicatis cum participibus ſuis; Nam
tunc participantes inuoluuntur eadem excõica
tione, & abſoluendi difficultate, quæ lectura eſt
vera in ſe ſm iſta tempora, tamen diuinat. Itẽ
7 hodie talis excõicatio non poteſt ferri in parti-
cipantes niſi canonica monitione præmiſſa, vt
in.c.ſtatuimus eod.tit.lib.6. de quo latius dicã
in.10.prin.arti.in.c.perpẽdimus. infra eod. Et
ideò glo fortè tranſiuit ad tertiã lec. in ver. vel
8 iſti,videlicet ꝙ hic loquitur† de participãtibus
in crimine, pro quo, quis fuit excõicatus; puta
9 quia diuina celebrat poſt ſuſpenſionem,quo ca-
ſu participans incurrit eandem ſententiam ex-
cõicationis,vt in.c.ſi cõcubinę.ĩ.eo.&hęc lec.
fuit Tanc.quã glo.finaliter approbat,& eſt vera
in ſe,& eã ſequitur Io. An.in fin.glo. licet ſuper
tex.dicat,ꝙ ſibi placet lec. Hoſti. hæc tamẽ lec.
continet diuinationẽ; Extra glo. datur quarta
10 lect. † videlicet, ꝙ loquatur in cõicante ſcien-
ter excõicato ab inferiore a Papa; Et hanc lec.
ſenſit glo.fin.in.c.a nobis.ſ.de excep. & tenet
Spe.in tit.de legato.§.nunc oſtendendum. ver.
28. vnde iſta excõicatio eſt eadẽ quò ad vtrũq;
effectũ.ſ.maioris excõicationis, & abſolutio-
11 nis; Sed in hoc † differt quia vna eſt hominis,
alia iuris. Quinta.lec. fuit Io.11.q.3.c. ſi quis
Eps in cõſilio,qui dicit hanc decretalẽ ſpeciali-
12 ter loqui in eo † qui cõicat in diuinis cum ex-
communicato, non diſtinguendo inter excõica
tionẽ prolatam à Papa, vel alijs inferioribus;
Vnde hanc ſpecialitatẽ inducit excõicatio in di-
uinis. Sexta & vltima,lec.fuit Hoſti.qui voluit,
13 ꝙ ad hoc, vt iſta decretalis locũ habeat, & † ꝙ
participans incurrat maiorẽ, & ſic eandem ex-
cõicationem, quinq; ſint neceſſaria. Primo, ꝙ
participans ſit clericus. Secundo, ꝙ participet
in diuinis. Tertio, ꝙ participet cũ excõicato a
Papa. Quarto,ꝙ participatio fiat ſpõte. Quin-
to, ꝙ fiat ſcienter, ſicut hæc omnia colliguntur
ex tex. Et hanc ſequitur Io. An. ſuper tex. & ſe
quitur Archid. in.d.c.ſi quis Epiſcopus. vnde
prædictis quinq; interuenientibus, hæc decre-
talis inducit nouam excõicationis ſpeciem, ra-
tione participationis. Et ex hac lec. iuncto tex.
14 nota primo † modũ, & practicã articulandi in
caſu noſtro ad concludendum maiorẽ excõica-
tionem ratione participatiõis. Eſt enim neceſ-
ſarium ponere, & articulari, & etiã ꝓbare præ-
15 dicta quinq; Secundo not. etiam † id quod fit
ſcienter, dicitur fieri ſponte; Sed contra hanc
lec. fortè obſtat, quia tex. noſter videtur indu-
cere nouam excõicationis ſpeciem, nec Papa
videtur hic condere ius nouũ, quod patet, quia
loquitur per verbum præteriti temporis dum
dicit participauerunt, & dum dicit receperũt.
Sed poteſt reſponderi ſm Io. An. ꝙ verba illa
ꝑteriti tẽporis ponantur pro futuro,vt in ſimi-
li dicit̃ in.l.ſæpe.ff.de ver.ſig. Sed cõtra ipſum
16 intellectũ fortius obſtat † verbum non dubita-
mus poſitum in tex. quod non ſapit conſtitu-
tionem noui iuris editoriam, ſed potius de-
claratoriam; vnde propter hoc dicit Io. An. in
glo.ꝙ adhærẽdum eſt vltimę opinioni glo. Sed
D. An. & D.m.plus placet intellectus Hoſti.&
ẽt mihi. Et ad argumenta formata in contrariũ
põt reſponderi,ꝙ iſta non eſt noua deciſio, ſed
olim erat deciſum per antiquam conſtitutionẽ,
& ideò Papa reſpondet per ſupradicta verba nõ
dubitamus, & hanc lec. ſequitur Io. An. ſuper
tex. & ſupra dixi.

## Cap. XIX. Tua Nos.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum, vel incendiarius poſt publicationẽ à ſolo Papa abſoluitur.*

2 *Inijciens manus temerarias, nedum violentas in clericum incidit in excommunicationem. remiſſiuè.*

3 *Papa ſolus abſoluit excõmunicatum propter temerariã manus iniectionem in clericum, & incendiarium. remiſſiuè.*

4 *Legatus de latere an poſſit abſoluere incẽdiarium poſt publicationem. remiſſiuè.*

5 *Publicatio, & declaratio, producit effectũ ſuum in caſu.c.tua nos de ſent. excom.*

6 *Qui declarat nihil de nouo dicitur agere.*

7 *Percutiens clericum volentem, licet violenter non agat, agit tamen temerariè, & incidit in excommunicationem.*

8 *Incendiarij ſunt puniendi pœna ignis, vel capitali.*

*Quod procedit, quo ad pœnam temporalem, & forum ſeculare. nu. 9*

*Secus quo ad ſpirituale, quia ſunt excommunicati, vel excommunicandi. nu. 10.*

11 *Incendiarius locorum eccleſiaſticorum, & ſimilium eſt excommunicatus ipſo facto, ſed ante publicationem poteſt abſolui ab Epiſcopo.*

*Poſt publicationẽ a ſolo Papa abſoluitur. nu. 12.*

13 *Incendiarius aliorum locorum, an ſit excommunicatus, vel excommunicandus.*

*Quid poſt publicationem, & quid in mortis articulo. num. 14.*

1 TVA NOS. † Excommunicatus
pro iniectione manuum in cleri-
cũm, vel incendiarius, poſt publi-
cationem a ſolo Papa abſoluitur
.h.d. Primo ponitur deciſa cõſultatio. Secun-
2 do reſponſio ibi fraternitati. Nota primo, † ꝙ
non ſolum incidit in excõicationem ille, qui
immittit manus violentas in clericum, ſed etiã
ille, qui inijcit temerarias, de quo dic vt latius
dixi in nono principali articulo, in tertio mem
bro principali. in.c.peruenit.ſ.eod. Secundo
3 not. † duos caſus, in quibus ſolus Papa abſol-
uit, de quibus dicam in vigeſimo tertio articu-
4 lo. in.c.officij.ĩ. eod. vbi dicam, an † legatus
de latere poſſit abſoluere incẽdiarium poſt pu-
5 blicationem. Tertio not. † caſum, in quo pu-
blicatio, ſeu declaratio producit effectum, licet
6 communiter dicamus, quòd ille,† qui declarat
rat nihil dicitur de nouo agere, vt in.l. hæredes
palam.§. ſed ſi notam. de teſta. dixi latius in.c.
fin.ſ.de conſti. Glo.1. eſt declaratiua, in fin.
dic vt dixi, in.c. peruenit. in nono principali
articulo, in tertio, & quarto membro, & ma-
7 ximè in penul. q. Nam † percutiens clericum
volentem, non agit violenter, ſed quia agit te-
merariè; ideò incidit in excommunicatio-
8 nem. Glo.2. ſentit contrarium, quòd † incen-
diarij ſunt puniendi pœna ignis, vel capitali;
9 glo. fatetur contrarium, † pœnæ temporalis,
10 & fori ſecularis. Sed † reſpectu fori ſpiritualis
ſunt excommunicati, vel excommunicandi, vt
ſtatim dicam in fin. glo. de hac materia incen-
dij, dic vt latè dixi in.c.ſi quis domũ.ſ.de iniur.
Glo. fin. primo colligit ex tex. deinde oppo-
nit, & ſoluit ponendo varios intellectus, & in
fin. ſoluit contrariũ. In eadem glo. in fin. dic
11 vera conclu. glo. eſt, aut loquimur in † incen
diario eccleſiarum, aut ſimilium locorum, & eſt
excommunicatus ipſo facto, ſed ante publica-
tionem poteſt abſolui ab Epiſcopo, & ita loqui
12 tur contrarium poſitum in fin. glo. † ſed poſt
publicationem abſoluitur a ſolo Papa; & ita lo
13 quitur tex. noſter; aut quæritur de † incendia-
rio aliorum locorum, & talis non eſt excommu
nicatus, ſed excommunicandus; & ita loquitur
14 ſecundum contrarium, ſed † poſt publicationẽ
abſolutio reſeruet̃ Papæ, niſi in mortis articu-
lo de qua materia dic, vt latius dicam in vigeſi-
mo tertio articulo. in.c. officij.ĩ. eod.

## Cap. XX. Ad Eminentiam.

*SVMMARIVM.*

1 *Legati de latere poßunt abſoluere excommunicatos pro iniectione manuum in clericos.*

2 *Manus violentas inijciens in clericos, vel alias religioſas perſonas incidit in canonem.*

3 *Legati Cardinales, dicũtur legati de latere Papę.*

4 *Geſta per legatum iure legationis valent, quando expediuntur tempore legationis durante.*

5 *Legationis tempore finito, finitur legati poteſtas.*

6 *Legati de latere etiam ſine ſpeciali mãdato abſoluunt incidentes in canonem, propter violentam manuum iniectionem in clericos.*

*Quod an procedat in omnibus legatis. remiſſiuè. num. 7.*

8 *Mandatum expreßum habere dicitur, qui habet mandatum ſpeciale.*

1 AD EMINENTIAM † Legati de la-
tere, abſoluere poſſunt excõmu-
nicatos pro iniectione manuum
in clericos.h.d. cõmunis diuiſio,
2 ſecunda ibi ſuper quæſtio. Not. primo, † ꝙ
non ſolum incidit in canonem, qui violentas
manus inijcit in clericos, ſed etiam inijciens in
perſonas religioſas, de quo latius dixi in nono
principali articulo. in.c. peruenit.ſ. eod. in ſe-
cundo membro principali. Secũdo not. quòd
3 Legati † Cardinales dicuntur Legati de latere,
quia ſumuntur à latere Papæ; circa quod, vide
quòd latius dixi.ſ. de offi. lega. in rubri. Ter-
4 tio not. quòd † geſta per legatum iure legatio-
nis, valent quando expediuntur durante tem-
5 pore legationis, nec mirum, quia † finito le-
gationis tempore, finitur legati poteſtas.
Facit c.de cauſis.ſ.de offi. deleg. Quarto not.
6 quòd † legati de latere, etiam ſine ſpeciali man
dato, abſoluunt incidentes in canonem propter
violentam manuum iniectionem in clericos, de
quo latius dicam in vigeſimo tertio articulo. in
7 c. officij.ĩ.eod. vbi etiam dicam,† an hac pro-
cepat in omnibus legatis, & qualiter, licet doc.
8 hic dicant. Vltimo not. ꝙ † ille dicitur ha-
bere expreſſum mandatum, qui habet ſpeciale
mandatũ. Glo.fin.in prin.quærit de intellectu
literæ, deinde format duas alias quæſtiones,
de quibus omnibus, dic vt late dicã in .d. prin.
articu.in.c. officij.infra eod. Marianus

## Cap. .XXI. A Nobis.

*SVMMARIVM.*

1 *Generalis excommunicatio non ligat niſi ſubditos proferentis.*

2 *Prælatus inferior non poteſt condere ſtatutũ contra canonem, poteſt tamẽ eum per ſuum ſtatutum adiuuare adijciendo nouam pœnam.*

3 *Excommunicatio intelligitur prolata ipſo iure per hæc verba excommunicatus ſit.*

4 *Sententia quantumcunq; generalis, & per gñalia verba ꝑmulgata nõ extendit ad nõ ſubditos.*

5 *Statutum generaliter loquens reſtringitur ad habiles, non autem ad non ſubditos porrigitur.*

6 *Statutum laicorum puniens declinantem iuriſdictionem poteſtatis non extẽditur ad clericos.*

7 *Statutum prohibens alienationem immobilium in non ſubditos, non comprehendit clericos.*

8 *Excommunicatus, vel interdictus nominatim, quis dicatur. remiſſiuè.*

9 *Excommunicati propter furtum commiſſum, an ante publicationem ſint vitandi.*

10 *Statutum, & ſententia generalis, an afficiat non ſubditos delinquentes in loco ſtatuentis, data ipſius ſtatuti ſcientia.*

*Et quòd ſic tenent communiter legiſtæ, nu. 13. & ibi diſtinguit.*

11 *Archiepiſcopus non poteſt deputare officiales in diœceſi ſui ſuffraganei, propter appellationes ad eum deuoluendas.*

12 *Proconſul non poteſt cauſam delegare antequam prouintiam ingrediatur, cũ nondum habeat iuriſdictionem in actu, licet habeat in habitu.*

14 *Lex ſemper loquitur.*

15 *Statutum Epiſcopi, quòd quicunq; luſerit ad azardum ſit excommunicatus, an comprehendat Archiepiſcopũ, qui luſit in diœceſi Epiſcopi.*

*Et quæ ſit communior, nu. 16.*

*Quid in ludente cum Archiepiſcopo, vel alio ſuperiore, nu. 19. An liget ipſum ſtatuentem num. 68.*

17 *Opinio, quæ eſt tutior, ac ſecurior pro anima tenenda eſt.*

18 *Archiepiſcopus delinquens in diœceſi epiſcopi habentis duos epiſcopatus, & vnius reſpectu erat ſuffraganeus ipſi Archiepiſcopi, reſpectu verò alterius in quo archiepiſcopus deliquit non erat ſuus ſuffraganeus, an ligetur ſtatutis loci delicti. remiſſiuè.*

20 *Legatus, vel alius ſuperior mandans alicui prælato, quòd excommunicet omnes non ſoluentes procurationem, an debeat excommunicare ſemetipſum non ſoluentem.*

21 *Epiſcopus, vel alius prælatus ſtatuens quòd propter honeſtatem melius conſeruandam, vt nulla mulier ſuæ iurisdictionis vtatur ornamentis fucati coloris, ſiue auri, ſiue argenti, vel gemmarum vltra certam menſuram, & contrafaciens ſit excommunicata; vtrum quælibet mulier, quæ contrafecit incurrat pœnam excommunicationis.*

22 *Mulier vtens ornatu fucato, an, & quando, incidat in peccatum mortale, vel veniale, & nullum. remiſſiuè.*

23 *Fucatio de ſui natura mala eſt, & ideò poteſt eam Epiſcopus prohibere. remiſſiuè.*

24 *Vxor vtens fucato ornatu ex voluntate, ſeu præcepto viri non excuſatur, & an tali præcepto obedire teneatur.*

25 *Trãsgrediens præceptum ſuperioris incidit in peccatum mortale.*

26 *Nuptæ quomodo, & quando debeant ornari iuxta ſtatutorum edicta.*

27 *Statutum Archiepiſcopi excõmunicans quẽcunq; Archiepiſcopum, qui fecerit portare ante ſe crucem in prouincia condentis ſtatutum, an valeat.*

28 *Statutum Epiſcopi, vel alterius ſuperioris puniens peregrinos delinquẽtes in loco ſuæ iuriſdictionis, an validum ſit.*

29 *Epiſcopus ſi ſua generali ſententia diceret, quòd quicunq; furtum fecerit ſit excommunicatus, an comprehendat non ſubditos furtum facientes in ſua diœceſi.*

*Quid in ſtatuto ibidem.*

30 *Statutum an liget non ſubditos delinquentes in loco ſtatuti, qui tamen ſtatutum ignorabant.*

31 *Credens furari æs, ſi aurum furetur, tenetur pro auro furato, licet illud aurum ignoraret.*

32 *Delinquens in plus, quam animum habuerit, an puniatur vltra menſuram intentionis. & nu. 41.*

33 *Verberans clericum, animo tamen verberandi laicum, an debeat puniri pœna, qua puniuntur verberantes clericos, an laicos.*

34 *Animus, & voluntas diſtinguunt maleficia, & pœnam minuunt.*

35 *Maritus lenæ, an poſſit accuſare eum de adulterio, qui captus amore virginis cuiuſdam dũ eſſet vxor ſua, furtim in locũ amaſiæ ſe demiſit.*

*Quid Ouidio, & nonnullis alijs in ſimili acciderit. ibidem.*

36 *Cognoſcens carnaliter ſolutam, quam credebat nuptam, an de adulterio teneatur. remiſſiuè.*

37 *Coitus, qui fit ſine colore matrimonij, quòd ſit punibilis, & qualiter.*

38 *Sententia excommunicationis non ligat niſi ratione contemptus.*

39 *Dolus in delictis requiritur.*

40 *Agens ſcienter rẽ prohibitã dicitur doloſè agere, et an teneatur vltra eius intentionẽ, et nu. 41.*

41 *Furtum non committitur ſine dolo. remiſſiuè.*

42 *Eſſentia rei in quo conſiſtat.*

43 *Volontas, & propoſitum dicuntur, formæ vitiorum, & virtutum.*

44 *Morales actus iudicantur ex fine intentionis.*

45 *Scientia quando eſt de forma, an & quando puniatur. remiſſiuè.*

46 *Rotę decis. 410. in nouis intellectus.*

47 *Statutum puniens factum non damnatum a iure communi non ligat ignorantem.*

48 *Et eſt communis opinio.*

49 *Statutum, quis præſumatur ſcire, vel ignorare eſt in iudicis arbitrio.*

*Quæ coniecturæ inducant ad ſcientiam. ibidem, & num. ſequen.*

50 *Quid in dubio, an ſtandum ſit iuramento dicentis ſe ignoraſſe.*

51 *Sal vendere, vel extra comitatum portare frumentum, vel deferre mercimonia, & ſimilia non ſoluta gabella, an ſint de iure communi probibita.*

52 *Subditus delinquens extra territorium ſtatuentis, an incidat in pœnam ſtatuti.*





53 *Statutum generaliter diſponens, quòd quicunque fecerit furtum ſit excommunicatus, nec exprimit de diœceſi mea, ligat ſubditum delinquentem extra diœceſim.*

*Secus ſi ſe reſtrĩgat ad diœceſim, vt ibidẽ nu. 54.*

55 *Executio actualis eſt probibita in alieno territorio, & num. 66.*

56 *Executio ſtatuti, quod afficit perſonam ſubditam eſt probibita in territorio alterius. & nu. 66.*

57 *Statutum puniens delictum a iure communi reprobatum certa pœna, an ligat ſubditum vbicunque delinquentem.*

58 *Delictum nõ dicitur, quod in loco, quo fit, permiſſum eſt.*

59 *Statutum præciſè comprehendens ſubditum delinquentem extra territorium, an liget ſubditũ.*

60 *Statutum, quod quicunq; furtum commiſerit vbicunq; ſit excommunicatus, an comprehendat ſubditum extra territorium furtum committentem, & nu. 65.*

61 *Delinquẽs extra territorium ſtatuentis nunquam afficitur pœna ſtatuti.*

62 *Statutum, quòd quicunq; non ſoluerit ſuo creditori ſit excommunicatus, an liget non ſoluentem non ſubdito.*

63 *Statutum volens, quòd qui non reſiderit in ſuo beneficio ſit excommunicatus, an cõprehendat ſubditum extra territorium exiſtentem.*

64 *Maſſarius, vel ſindicus non denuncians delictum iudici, ſi ab alio debet accuſari, debet poni locus in libello, vbi delictũ denuntiare debebat.*

67 *Epiſcopus excommunicat, & abſoluit ſuum ſubditum, extra territorium, quãdo talis actus nõ requirit cauſæ cognitionem.*

70 *Declarans nihil dicitur de nouo facere.*

71 *Statutum, & ſententia, an duret vltra tempus ſtatuentis, vel ſentetiam proferentis.*

72 *Statutum eſt lex, & durat perpetuò, niſi expreſſè reuocetur.*

73 *Statutum factum ſede vacante per capitulum, an duret creato Epiſcopo.*

*Quid in ſententia ibidem.*

74 *Excommunicatus per Epiſcopum, remanet excõmunicatus in tempus ſucceſſorum.*

75 *Licentia non reſidendi, expirat per mortem concedentis.*

76 *Licentia de capiendo aliquem, vel intrando in poſſeſſionem, an duret poſt tempus concedentis.*

77 *Præceptũ factum alicui ſub iſtis verbis, præcipio tibi ne tale quid facias ſub pœna excommunicationis, an liget contrafacientem ſtatim. remiſſiuè.*

1 ANobis. † Generalis excommunicatio non ligat, niſi ſubditos proferentis. h. d. Primo ponitur conſultatio. Secondo reſpõſio, ibi ad
2 quod dicimus. Not. Primo, † quòd licet inferior Prælatus non poſſit ſtatutum condere cõtra canones, per not. in. c. cum inferior .§. de ma. & obe. & in cle. ne romani. de elec. tamen canonem, & vniuerſalem legem ſuperioris poteſt per ſtatutum ſuum adiuuare adijciendo nouam pœnam vt hic, & idem probatur in .c. 2. de conſti. lib. 6. Tradit Ioan. And. in. c. fin. §. de offi. Archid. de quo dic, vt plenius dixi in dicta cle. ne romani. Secundo not. † quòd per hæc verba excommunicatus ſit, intelligitur prolata excoĩcatio ipſo iure, facit quod not. glo. in. c. quicunq; de hære. lib. 6. licet cõtrariũ ſentiat glo. in. c. 2. de fo. compe. vide ꝙ dixi in .c. ſi diligenti de fo. compe. & quòd dicam in. c. perpendimus. ȷ. eod. in decimo principali articulo. Tertio not. quòd † ſententia quantumcunq; generalis, & per generalia verba promulgata reſtringitur ſolũ ad limites poteſtatis ipſius pronunciantis, & ſic non extenditur ad non ſubditos, ꝙ eſt notandum ad intellectum
5 ſtatutorũ † generaliter loquentium, vt non extendatur ad non ſubditos. vnde † ſtatutum laicorum puniens declinantem iuriſdictionẽ poteſtatis, non extenditur ad clericos; ad quod vide ꝙ late dixi in .c. ſi diligenti. de fo. compe.
7 Et ſimiliter † ſtatutum prohibens alienationem immobilium in non ſubditos, non comprehendit clericos, propter generale priuilegium, ꝙ habent in acquirẽdo, de quo in. c. fin. de immu. eccle. lib. 6. per Ioan. And. Et de materia, & poteſtate comprehenſiua iſtorum ſtatutorum latius infra dicam. Glo. 1. eſt declaratiua; In fi.
8 glo. dic † quis dicatur nominatim excommunicatus, vel interdictus tradit plenè Inno. & poſt eum doct. in .c. in lateranenſi .§. de præben.
9 Et an tales † committentes furtum debeant vitari ante publicationem, dicam aliquid in .c. perpendimus. ȷ. eod. in decimo principali arti. Glo. 2. põt recitari per duo contraria, & vnam queſtionem. In fin. glo. dic hæc glo. continet materiam vtilem, & quotidianã, quam Inno. & Ioan. Andr. & doct. hic latè proſequuntur; Sed in veritate melius conueniret tit. de conſti. Sed quia coĩter tangitur hic, & neceſſaria eſt ipſius ſentẽtiæ excommunicationis examinatio, idcirco ad iſtius materiæ noſtræ declarationem ſub cõpendio proſequar quinq; principales quæſtiones. Prima erit vtrum ſtatutum, ſeu ſententia generalis afficiat nõ ſubditos delinquentes in loco ſtatuentis, data ipſius ſtatuti ſcientia. Secunda erit vtrum ligentur ignorantes. Tertia vtrũ ligentur ſubditi delinquẽtes extra territorium. Quarta vtrum ligetur ipſemet ſtatuens. Quinta vtrum ſententia, ſeu ſtatutum vltra tempus ſtatuentis, vel ſententiam proferentis duret. Quo ad primum vi-
10 detur dicendum, quòd † non ſubditus non ligetur, & ita videtur concludere tex. noſter; pro quo facit ratio, quia tempore quo fit ſtatutum ſtatuens non habet iuriſdictionem in actu, & in non ſubditos, ergo cum ſtatutum aſſumat vires tempore promulgationis, non eſt potens ad comprehendendum nõ ſubditos, cum antequam veniat caſus iuriſdictionem tribuens, nõ poſſit iſte iuriſdictionem exercere. argu. not. in .c. 1. de offi ordinario. lib. 6. vbi patet, quod
11 Archiepiſcopus † non poteſt deputare officiales in diœceſi ſui ſuffraganei propter apellãtio-

nes ad eum interponendas, quia antequam ap-
pellatum ſit, non habet iuriſdictionem in actu.
Facit etiam.l.obſeruare.infi. ff.de offi.procon.
12 ibi † proconſul. non poteſt cauſam delegare,
antequã ingrediatur prouinciã, quia nondum
habet iuriſdictionem in actu, licet habeat in ha
bitu;facit etiã.l.vſufructus.ff. de ſtip. ſer. Glo.
tamen hic in principio concludit contrarium,
quòd non ſubditi ligantur ex quo delinquunt
13 in loco ſtatuentis, † Et idem communiter te-
nent legiſtę in.l.1.C.de ſum.tri.Facit.c.quæ ad
perpetuam.25.q.1.Inno.hic,& poteſt eum Io.
An.varie loquuntur. Sed D. m. diſtinguit poſt
ipſum,quod aut quærimus de ſtatuto,aut quę-
rimus de ſententia; primo caſu ſubdiſtinguit,
quod aut ſtatutum eſt aptum comprehendere
non ſubditos vt in exemplo tex. ſi quis furtum
fecerit, & tunc etiam non ſubditi tempore ſta-
tuti delinquentes poſtea in territorio ſtatuẽtis
14 ligantur, quia † lex ſemper loquitur vt in.l.
Ariani.C.de hęreti.& ideo incontinenti, quòd
non ſubditus delinquit in tali territorio, effi-
citur de foro ipſius ſtatuentis, vt in iuribus
allegatis hic in principio glo. Ad quòd vi-
de, quę plene dixi in.c. poſtulaſti.s̃. de fo.
compe. maxime in primo principali articulo,
& tenet hoc etiã Archid. viij. diſt.c.qui cõtra
mores in penultima glo. Sed tu aduerte, quia
circa prædicta dubitatur vtrum hæc concluſio
procedat in non ſubditos, qui ſunt ſuperiores
15 ipſius ſtatuentis; † exemplum ſtatuit Epiſco-
pus,quòd quicunque luſerit ad zardum ſit ex-
communicatus, Archiepiſcopus enim luſit in
diœceſi Epiſcopi, vtrum ſit excommunicatus.
Io.An. in regula cui licet. de reg.iuris lib.vj.in
mercur.tenet quòd non,& refert hic lauren.te-
nuiſſe.9. q.iij.in. c.2. & tenuit etiam Bertran-
dus, & ſequit̃ Hoſti.in ſumma huius ti.§.quis
valeat excommunicari. verſiculo quid ergo.
vbi dicit, certo certius teneas, quòd ſententia
non ligat; referunt etiam Io. An. & Hoſtien.
contrariam opinionem multi tenuerunt,quam
etiam ſecutus fuit Bartho.Brix.& Archid. etiã
in dicto.c.2. de conſti.lib.vj.& rationes & iura
ipſorũ omitto, quia videre poteris per Io. An.
in dicta regula cui licet. Et eandem ſententiam
ſequutus fuit Pau. de Dyaſucijs diſputando in
hac ciuitate Senenſi. Sed primam ſententiam
tenet etiam Io. An. in.c.cum inferior.s̃.de ma.
& obe.& Io. Cal. in.c.1.s̃.de rap. poſt Io. An.
& etiam ſequitur Gaſpar de Caldarinis in repe
titione.c.noſtro.s̃. de pęni. etremiſ. & iij.q.6.
in.c.1. D.Pe.de Ancha. in repi.c.1.s̃. de cõſti.
in 12.princi.q. refert aliquas ex prædictis opi-
nionibus,ſed aliter nõ decidit; Henricus Bohic
in.c.cum inferior.s̃.de ma.& obe. dicit, quòd
16 † prima opinio eſt communior, & eſt verior in
foro iudiciali,ſed in foro pęnitẽtiali plus placet
17 ſibi ſecũda † opinio, quia eſt tutior,& ſecurior
pro anima, facit.c.Iuuenis.s̃.de ſponſa.& quòd
nota.in.c.ad audientiam.s̃.de homici. quæ di-
ſtinctio eſt ſatis iuſta, & ad hanc materiam
multum bene conueniret quęſtio,quam poſui
in.c.1.s̃. de rap.vbi etiam aliquid tetigi de pręce-
18 ced.q. Et † q̃ſtio eſt vtilis, quid ſi Archiepiſco
pus delinquat in dięceſi Epiſcopi habẽtis duos
Epiſcopatꝰ, & reſpectu vnius erat ſuffraganeus
ipſius Archiepiſcopi delinquentis; ſed reſpe-
ctu alterius, in quo Archiepiſcopus delinquit
non erat ſuffraganeus ſuus, vide ibi contrarias
opi. Item circa prædicta oritur dubitatio.
Vtrum ſtante prædicto ſtatuto, quòd ludens
ad zardum ſit excõmunicatus, & poſito, quòd
tali ſtatuto nõ ligetur Archiepiſcopus,ſeu alius
19 ſuperior ſtatuentis vt dictũ eſt; vtrum † ludens
cum Archiepiſcopo, vel ſuperiore incidat in
excommunicationem; quam etiam.q. late tra-
ctat Io. An. in dicta mercur. cui licet, & facit
multa argumenta pro vtraque parte, & tandem
decidit,quod ſit excommunicatus,per tex.32.
q.5.in.c.propoſito.vbi eſt factum vnicum inſe-
perabile,& tamen vnus peccat,alter nõ peccat;
ad idem.34.q.2.c. in lectum; Et vide plura
exempla,quę ponit Io. An. in dicta mercuriali;
& prædictam ſententiam tenet etiam Pe. de
Ancha.in dicta repeti.c.1.s̃.de conſti.in.12.q.
principali, & ibi Pe. de Ancha. recitat aliam.q.
20 ſimilem. Quid ſi † legatus, vel alius ſuperior
mandauit alicui prælato quòd deberet excom-
municare omnes non ſoluentes procuratio-
nem, vtrũ deberet excõmunicare ſemetipſum
non ſoluentem; Sed melius adaptatur hęc.q.ad
quartũ articulum principalem huius materiæ.
21 Item circa prædicta quæro pone quòd † Epi-
ſcopus,vel alius ſuperior prælatus ſtatuit ꝓpter
honeſtatem melius conſeruandam, quod nulla
mulier in loco ſuæ iuriſdictionis vtatur orna-
mentis fucati coloris,ſiue auri,argenti,vel gem-
marum vltra certam quantitatem, ſeu longis ve
ſtibus vltra certam menſuram,& contrafaciens
ſit excommunicatus; vtrum quælibet ſcienter
contrafaciens in loco iuriſdictionis ſit excom-
municata. Et procedit quæſtio magis gene-
ralis etiam de ſubditis;hanc.q.diſputauit quidã
Frater Vbertus & eam recitat Io. An. in mer-
curiali, ea quę. de reg. iuris lib.6.Et arguit pro
vtraque parte, & ibi videri poteſt; Et pro ſolu-
tione ad euidentiã præmittit diſtinguendum
eſſe inter ornatum fucati coloris, & veſtium;
22 † an, & quando vti tali ornatu ſit peccatum
mortale, vel veniale,vel nullum; Et finaliter cõ-
cludit, quòd quæcunque mulier vtitur fucatis
coloribus ſtatim ad fingẽdam pulchritudinẽ,
quam non habet incidit in pęnam excommu-
23 nicationis,quia cum † fucatio de ſui natura ſit
mala, merito poteſt prohiberi per Epiſcopum,
24 † nec excuſatur vxor ex voluntate, ſeu præce-
pto viri, quia tali præcepto non debet obedire
arg.11.q.3.c.nõ ſemper iuncto.c. fucare de cõ
ſecra.diſt.5. Sed reſpectu aliorum ornamento-
rum, iocalium,veſtimentorum, & ſimilium cõ-
cludit,quod quælibet mulier non nupta tenetur
præciſe obedire ſtatuto. viij. q.1.ſciendum.9.
q.3.c.ad quod ergo.& .c.qui reſiſtit.& 23.q.1.
quidculpatur, quia licet talibus poſſet eſſe or-
natus ſine peccato mortali in quantum tamen
† tranſi-



25 † tranſgreditur præceptum ſuperioris, inci-
dit.in mortale 14.q.1.c.quod debetur.§.pręce-
26 cipitur. † Sed in mulieribus nuptis diſtinguit,
quod aut vir expreſſe conſentit, vel tacite non
præcipiendo contrarium, & debet mulier ſer-
uare ſtatutum aliàs incidit in excommunica-
tionem, aut vir expreſſe præcepit contrarium,
& tunc non incidit in excommunicationẽ,eo ꝙ
ſtatutum tale non potuit obligare vxorem con-
tra voluntatem viri, quominus potius debeat
obedire viro,cuius obedientiæ principaliter,&
immediate eſt aſtricta,& ibi late probat̃ per eũ;
facit 33.q.5.c. manifeſtũ. c. hęc imago.c. no-
luit.c.quod Deo pari. Si vero ſtatutũ cõprehen
27 deret nõ ſubditos,vt quia dicit † ſtatutũ Archie
piſcopi,quicũque Archiepiſcoporũ fecerit ante
ſe Crucẽ ferre in prouincia mea ſit excommuni-
catus, & tunc ſecundũ Inno. ſtatutũ non valet,
quia Archiepiſcopus non habet aliquem Ar-
chiepiſcopum in ſubditum; & ideo hoc ſtatu-
tum non poteſt comprehendere niſi ſubdi-
tum; Sed Hoſti. tenet contrariam ſententiam
mouetur primo, per tex. in.c.ex tuarum.s̃.de
auth. & vſu pal. Itẽ quia ex opinione Inno. ſe-
28 queretur, quòd quis non poſſet facere † ſtatu-
tum contra peregrinos delinquentes in loco
iuriſdictionis ſuæ, quod eſt falſum. dicit hic D.
m. quod articulus eſt dubius, tamen videtur
magis inclinare in ſententiam Hoſti. quia cum
ſtatutum habeat tractum ad futurum, refertur
ad tempus habile, & dicat iuriſdictionem in
territorio ſuo,merito debet valere;Et hæc pro-
cedunt in ſtatuto; ſed ſi loquimur in ſententia
generali, dicendum eſt quòd extendatur ſolùm
ad ſubditos ſententiãtis reſpectu cõmittendi;
29 Et ideo, ſi † Epiſcopus ſua generali ſententia
diceret, quòd quicunque furtum fecerit ſit ex-
communicatus,non ſubditus furtum faciens in
diœceſi ſententiantis, non erit propterea excõ-
municatus,licet ſecus ſit in ſtatuto,& poteſt eſſe
ratio differentiæ inter ſtatutum, & ſententiam;
quia ſententia aſſumit vires incontinenti cum
fertur, & ideo ſubditos duntaxat comprehen-
dit: arg. dictę.l.vſufructus. Secus eſt in ſtatuto,
cum ſtatutum habeat actum ſucceſſiuũ, & vin-
culum ſumat tempore delicti; Ex ſententia igi-
tur generali non ligatur non ſubditus, delin-
quens poſtea in loco ſententiantis, & hoc ſin-
gularit̃ probat iſte tex. ſecundũ Inno. hic infi.
ꝙ dictum Doct.dicunt eſſe nõbiliſſimum;& ſic
habes expeditũ primũ articulũ. Circa ſecundũ
30 vtrum † non ſubditi delinquentes in loco ſta-
tuti data ignorantia ſtatuti teneantur pœna ſta-
tuti. glo. notabiliter hic in ſecunda parte di-
ſtinguit, quod aut ſtatutum punit factum a iure
communi reprobatum, & tunc ligantur igno-
rantes; & ſic ſentit, quòd aliàs ſecus. Sol. Io.
An. hic & in.c.2.de conſti. lib.6. per illum tex.
tenet, quòd ignorantes non ligentur quamuis
ſtatutum puniat factum aliàs damnatum, & di-
cit, quòd ignorantes non ligantur; Nam licet
quis ſciat factum mandatum, tamen ignorat
nouam pœnam ſtatuti. Bar. vero in.l.1.C.de
ſum.tri. & Do.An.hic tenet primam opiniõnẽ
glo. noſtræ; & ad illud.c.2.reſpondent, quòd
loquitur in ſententia excommunicationis, quæ
ligat ratione contemptus, & ita etiam ibi intel-
ligit. D. Pe. de Ancha. Sed contemptus ceſ-
ſat, vbi datur ignorantia; igitur, &c. ſecus ergo
in alijs, pro qua ſententia facit.l. vulgaris.§.ſi
31 quis ęs.ff.de fur.vbi licet quis † credat furari ęs
ſi abſtrahit aurum tenetur pro auro abſtracto,
licet ignoraret illud aurum, dicit D. m. hic, ꝙ
opi. hæc videtur verior de iuris rigore, cum in
facto generaliter damnato non poſſit allegari iu
ſta ignorantia; Et hæc opi.etiam placet Io. An.
in dicto.c.2.dicit tamen. D. m. quod opi. Io.
An. eſt ęquior,& ſic reſidet; mihi videtur quod
ſit valde dubia, vnde pro ipſius declaratione di-
ſtingue duo membra,prout etiam faciunt Doc.
Primum quando ſtatutum prohibet factũ aliàs
damnatum; Secundum quando ſtatutum pro-
hibet, & punit factum aliàs non damnatum;
Circa primum vidiſti duas principales opi.qua-
rum prima fuit glo.D.An.& Pe. & Io. de Imo.
& etiam Bar. quòd ignorantia ſtatuti non ex-
cuſat, & hanc opi. ſequitur D. An. in dicto.c.
2. de conſti.lib.6. mouetur, quia quando quis
32 † delinquit in pluſquam habeat animum, non
debet puniri niſi ad menſuram intentionis, al-
legat dictum Bar. in.l.diuus.ff.de ſicca. & quod
33 not. in.c. ſi vero.2.s̃. eo. vbi ſi † habeo animũ
verberandi laicum, & verbero clericum igno-
ranter non debeo puniri pœna qua puniuntur
verberantes clericos, ſed laicos; licet plus pec-
cauerim in facto, quam habuero animum; Nec
obſtat quòd dederim operam rei illicitæ, &
damnatæ,& ſic debeo puniri de caſu ſecuto iux
ta nota.in.c.ſicut dignum.s̃.de homici. quia il-
lud verum in delictis quæ puniuntur ex culpa,
ſecus ſi ex dolo, vel latiſſima, vel craſſa ignoran
tia. Vnde concludit D. An. quod nulla ſpecia-
litas eſt in ſententia excommunicationis, licet
aliqui teneant contrarium, & non bene, ſecun-
dum eum; Et hanc opi. ſequitur etiã D. Domi.
in dicto.c.2.mouetur per illum tex. in principio
qui loquitur indiſtincte. Item quia ſtatuta cõ-
muniter imponunt pœnam ſubditis propter
contemptum, vt dicto.c.2.quia cum ignorans
non contemnat non debet puniri illo ſtatuto,
vnde quatenus animus cõtemnit puniatur,cum
34 † animus, & voluntas diſtinguant maleficia, &
pœnam minuant vt in.c. cum voluntate. j̃. eo.
& ſic ſatis videtur eſſe, quòd puniatur pœna.l.
damnantis illum actum, quem fecit, & contra
quam habuit animum delinquendi,& non con-
tra ſtatutum; Et hanc etiam opi. ſentit Specu.
& expreſſius ibi tenet Io. An. in addi. in ti. de
conſti. ver. quid ſi extraneus, & ver. ſeq. Pro
qua etiam allego ad ipſius fortificationem.l.
vulgaris.§.ſi is qui viginti,&.§. idẽ Vulpianus.
ff.de fur. & quòd nota. in.l.item apud labeonẽ.
§.ſi quis virgines.ff. de iniuri &.l. ſi ignorans.
ff.loca.Item pro prædicta opi.facit quod tradit
Pileus in quæſtionibus ſuis.q.23.quæ incipit.
Titius amore; & eam refert Io. An. in regula
cum

cum quis in ius.de reg. iur. lib. 6. in mercurial.
35 vbi ponit prædictam.q.Pilei,de eo qui † captus
amore virginis, vel ſolutę deceptus à Lęna,quæ
maritum habebat, quæ illius loco ſe ſuppoſuit,
& ab illo cognita fuit,vtrum teneatur de adulte-
rio. Et ita cõtingit Ouidio, vt ipſe narrat in lib.
de vetula. Et etiã in ſimili contingit Præpoſito
peſſulano vt narrat Io. Bocacius. Et in hoc ſtu-
dio duabus vicibus cõtigit cuidam maximo,&
memorioſiſſimo Doctori. Et arguit ꝓ vtraque
parte, & videre poteris argumenta per Io. An.
Sed finaliter cõcludit Titium cum in adulterio
non peccauerit ab accuſatiõe adulterij abſoluẽ-
dum, per.l. eum. qui duas in fi.C. de adulter.
Sed quòd eſt puniendus, ac ſi virginem, vel vi-
duam cognouiſſet,per .l.eum qui.§. at cum ali-
quis.ff.de iniur. Et hanc etiam deciſ. ſentit glo.
in.l.vxor. C.de repud.& .34. q. 2.c.in lectũ. &
glo.15.q.1.c. illud.prout ibi in fi. glo. habetur
litera negatiua. Et etiam eam deciſionẽ Pilei.te-
nuerunt Pe.& Cy. in .l. quoniam multa facino-
ra. C.ad.l.Iuli.de vi. publi. Moti quia ſimplex
fornicatio, quam ille propoſuit committere,
non eſt ordinata ad adulterium,& ideo tantum
ipſe de fornicatione tenetur. Et pro prædicta
opi. etiam adde aliam.q. quam in ſimili etiam
per contrarium ponit Io. An. in dicta mercu-
36 riali cum quis in ius.de eo qui † cognouit ſolu-
tam, & credebat cognoſcere nuptã; de qua for
te dicam in.c.cum voluntate.ĩ.eo. Sed D. Pe.
de Ancha. in repe.c.1.ſ̃.de conſti. in fi. 12.q.
principalis,tenet primã opi. ꝙ puniatur pœna
ſtatuti, quamuis ſtatutum probabiliter ignora-
uerit. Et hæc opi.plus mihi placet. licet.q.ſit
ſatis dubia; moueor, quia cum delinquens non
ignorauerit factum, videtur cõſenſiſſe in omni
genere pęnæ, arg.l.1.§.beſtias.ff.de poſtu.& .l.
fi.ff.de cri.expil.hęredi.Facit etiam.ff.de iniu.l.
eum qui.§.ſi iniuria.& quod not.c.1.de homi.
lib.6.& in dicta.l. quoniã multa.& in auth. ho-
die.C.de repu.per quos tex. volunt quidam,
quòd ſi ille, qui credidit cognoſcere ſolutam,
cognouit coniugatam, tenetur de adulterio;
quamuis animus ſuus nõ eſſet committere ad-
ulterium; quod tenet glo. in dicto. c.illud.15.
q.1.prout ibi habetur litera affirmatiua. Item
facit quod tradit Bar.in.l.ſi adulterium.§.idem
37 pollioni.ff.de adul.vbi dicit,quòd ille qui † ſine
colore matrimonij cognoſcit aliquam, quam
credit ſolutam, & extraneam, puniretur de in-
ceſtu, ſi eſt conſanguinea, & de adulterio, ſi eſt
nupta. Non obſtant rationes allegatę pro con-
traria opi. Et primo ad dictũ Bar. in .l.diuus.
ꝙ allegat D. Anto.dico,quòd Bar. ibi potius
concludit pro opi. iſta,in eo,quòd dicit de deli-
cto commiſſo circa perſonã, quòd licet in plus
fuerit euentus, quàm intentio, tamen punitur
de euentu; quoniam intentio fuit ordinata ad
euentum. Non obſtat. c. ſi vero.2.ſ̃.eo. quia
38 loquitur in † ſententia excommunicationis,
quæ non ligat niſi ratione contemptus,vt dixi.
ſ̃. in ratione Bar. ad.c.2. Non obſtat reſponſio
D. Anto. in eo quod dicit, de eo qui dabat
39 operam rei illicitæ, quia licet loquatur † in de-
lictis, in quibus requiritur dolus tamen is qui,
40 † agit ſcienter rem prohibitam dicitur doloſè
agere; & tenetur vltra quam eſſet inten-
tio ſua. Quod etiam clarius oſtenditur, nam
41 † furtum non committitur ſine dolo, vt dixi.ſ̃.
in rubri. de fur. & tamen ſatis eſt habuiſſe ani-
mum doloſum ad furandum,propter quem te-
netur quis de euentu; licet plus furatus fuerit,
quàm eſſet eius intentio, vt in dicto. §. ſi quis
ęs. Nec obſtat .d.c.1. in princi. de conſti. quia
licet tex. loquatur ſimpliciter, tamen ex ipſo
principio, & verbo ſtatuti, colligitur, quód
principium debet intelligi in pœna excommu-
nicationis, in qua requiritur contemptus,vt di-
xi. Vel poteſt reſponderi, quòd illud principiũ
intelligatur de ſtatutis non prohibentibus rem
aliàs prohibitam de iure communi, vt dicam
ſtatim in ſecundo principali membro. Nec ob-
ſtat verbũ ſtatuto, quia dico, quòd tranſit ad
alium caſum. Nec obſtat ratio. D. Domi. ꝙ
ſtatuta puniant contemptum, quia fateor, ſed
dico, quòd ille contemnit, qui facit rem prohi-
bitam de iure; & error circa quantitatem pęnæ,
non facit ceſſare contemptum, & animum do-
loſum. Facit, quod not. glo. & poſt eam Bar. in
dicta.l. vulgaris.§.ſi quis &.§. idem vulp. quia
ibi animus agentis mutat ſpeciem delicti. Non
obſtat.§.ſi quis virginem.ibi quia nullũ intẽde
batur cõmitti delictum;ex quo veriſimiliter ille
credebat virgines eſſe meretrices, ideo eas ap-
pellare non eſt punibile. Non obſtat deciſio
Pilei, & aliorum, quia poſſumus reſpondere,ꝙ
illa deciſio non ſit bona; quia cum coitus, ſeu
męchia ſit communis ad fornicationẽ, adulte-
rium, ſtuprum, inceſtum, & ſimilia, ſecundum
ea quæ late dixi in rubri.ſ̃. de adult. merito te-
netur quis in plus ratione euentus, quàm ha-
buerit animum; cum animus delinquentis ſit
ordinatus ad euentum, vt voluit Bar. in .d. .l.
diuus & .ſ̃. dixi; facit dicta .l. fi. de cri. expil.
hęre.& .c.ſi.de homi.lib.6. Vel poſſum[9] reſpõ
dere, quòd aut loquimur in caſibus in quibus
ad rem, ſeu ſubſtantiam delicti requiritur ani-
mus ſpecificus ad illud delictum, ita quòd de-
tractio volũtatis a tali delicto faciat ceſſare ſub-
ſtantiam illius delicti, & tunc procedat opinio
Pilei; quia cum aliquid deficit de eſſentia, non
poteſt dici de eſſentia. 1.q.1.c.detrahe. & in.c.
debitum.ſ̃.de bap. Sed in.q.Pilei deficit aliquid
42 quod eſt de eſſentia, nam † eſſentia rei conſiſtit
in materia cõpetenti, & ſub debita forma. vnde
in illa queſtione materia eſt mulier, forma
43 poteſt dici † propoſitum, & voluntas, quæ
poſſunt dici formæ virtutum, & vitiorum.
45. diſt. c. duæ ſunt .86. diſt. c. non ſatis. nam
44 † morales actus iudicantur ex fine intentionis
ſecundum Philoſophum, vt dixi in rubrica de
delict. pue. Quare in caſu prædictó cum prædi-
ctus intenderet fornicari, & non adulterari, me-
ritò non tenetur de adulterio. Facit.d .l. vulga-
ris.§.ſi is qui.§. idẽ vulpianus. Sed in termi-
nis noſtris, licet ex forma ſtatuti ſit alterata pę
na delicti,



na delicti,tamen delinquens intendit hoc deli-
ctum,quamuis ipſius voluntas poſſet alterare
delictum; & ideo ſi ex forma ſtatuti alterantis
45 pœnã, † ſcientia ipſius ſtatuti requireretur pro
forma haberet locum opi. Io. An. quòd igno
rans non ligaretur pœna ſtatuti vt ſingulariter
voluit Bal. in.c. ſi capitanei quib. mod. feud.
ãmittatur in vſibus feudorũ, de quo dixi in.c.
licet.ſ̃.de pęnis, in eo ꝙ ibi dixi de cauſa conſi-
46 derãda; Et vide ad prædicta † D. de Rota deci-
ſione 410. in nouis deciſ. quam deciſ. intelligo
ſecundum.ſ̃. dicta; Et predicta etiam notabis
ad intellectum eorum, quæ traduntur in.c.cum
voluntate in principio.ĩ.eo. Secundo caſu prin-
47 cipali qñ ſtatutum punit factum non damna-
tum aliàs a iure communi, glo.hic tenet, quòd
Cõm. op. 48 ignorans nõ ligaretur, & † iſta eſt * communis
opi. omnium Doc. per iura allegata in glo. ad
quòd poſſunt allegari omnia iura quæ allegaui
in.c.licet.ſup̃ de pęnis in prima excuſatione ra-
49 tione cauſæ,& ignorantiæ; † vtrũ autem quis
præſumatur ſcire, vel ignorare ſtatutum bo-
nus Iudex arbitrabitur ex mora, quam traxit in
50 illo loco ſi fuit modica, vel magna & † in du-
bijs ſtabitur iuramẽto ſuo per not.in .c.ſi vero.
2.ſup̃ eo. ſecundum Hoſti. & Io. An. hic & ſe-
quuntur Doc. Item arbitrabitur ſcientiam ſi
erat de loco vicino, & de partibus circunſtan-
tibus; in quibus communiter, tale quid erat re-
probatum, vt ſunt quædam quaſi per totam
51 Italiam reprobata, quæ † tamen de iure com-
muni non ſunt prohibita, prout eſt vendere ſal.
vel extra comitatum portare frumentum,
vel deferre mercimonia,&c. non ſoluta gabella,
ſecundum D. Anto. hic, & ſentiunt Io. An. &
moderniores in.c.2.ſup̃ de conſti. & Io. An. in
addi. ſpe. in ti. de conſtitutionibus, & Bar. in.
l.1.C.de ſum. tri.& Bal. in.l. data opera.C.qui
accu. non poſ. Circa tertium articulum an
52 † ſubditus delinquens extra territorium ſtatuẽ
tis incidat in pœnam ſtatuti Inno. & Abb. hic
53 volunt, quòd aut † ſtatutum generaliter diſpo-
nit quòd quicunque furtum fecerit ſit excom-
municatus, non dicendo in diœceſi mea, & hòc
caſu ligatur ſubditus delinquens extra diœce-
54 ſim, aut † ſtatutum reſtringit ſe ad dięceſim, di-
cendo quicunque furtum fecerit in diœceſi, &
tunc ſecus. Sed Hoſti. tenet contrarium etiam
primo caſu per tex. noſtrum in fi. facit dictum.
c.2.de conſti.lib.6.Cy. diſputauit in hoc ſtudio
Senenſi hanc.q. & incipit rector ciuitatis Sena-
rum, & poſt multa, concludit quòd puniri poſ-
ſit ſtatuto proprij domicilij; & ad.c.2.de con-
ſti.lib.6.reſpondet, quòd loquitur quando pę-
na imponitur ipſo iure, vnde ſequitur ſicut
55 actualis executio prohibita eſt in alieno territo
rio vt in .c. romana .§. contrahentes de fo.
56 compe. lib.6. ita † executio ſtatuti, quòd affi-
cit perſonam ſubditam Bal. in.l.1.C. de ſum.
57 tri. diſtinguit, quòd aut † ſtatutum imponit
pęnam pro delicto reprobato a iure communi,
& tunc tali pęna ligatur ſubditus vbicunque de
58 linquat, aliàs ſecus; quia † illud non eſt delictũ,
poſtquam ſit in loco vbi permiſſum eſt Bar. in
59 dicta.l.1.diſtinguit, quod aut ſtatutum præciſè
comprehendit ſubditum delinquentem extra
territorium, & tunc ligabitur ſubditus; Exem-
60 plum ſi dicit † ſtatutum, quòd quicunq; furtũ
commiſerit vbicunque, ſit excommunicatus,
aut ſtatutum generaliter, & ſimpliciter loqui-
tur, & extenditur ſolum ad delinquentem .ĩ.
territorium; & ita intelligit iſtum tex. Quidam
moderniores legiſtę in.l.fi.ff.de iuriſd.om.iudi.
tenent contrarium, & hoc etiam plus placet D.
61 m. hic. qui concludit ꝙ † delinquens extra ter-
ritorium nunquã afficitur pœna ſtatuti per ra-
tionem.l.fi.& .c.2.de conſti. D. An. hic, & in
dicto.c.2.& Io.de Lu. ibi, reprobant etiã præ-
dictam opi. Bar. moti ex eo, quòd ex prædicta
opi. ſequeretur, quòd ſubditus Epiſcopi extra
territorium non ligaretur ſtatuto potius ex de
fectu voluntatis ſtatuẽtis, quam poteſtatis, cu-
ius contrarium vult tex. dicti.c.2. vnde diſtin-
guit, & ibi D. An. quod aut ſtatutum agit orig-
nare cauſam ſententia, ſeu facto originato a li-
mitibus alterius, & tunc non ligatur tale factũ
extra eius territorium, ſiue hoc exprimatur in
ſtatuto, ſiue non vt hic; & idem dicit in facto
negatiuo faciendo in limitibus alterius territo-
rij, vt puta ſi intendebat excommunicare non
ſoluentem creditori alterius territorij, ꝙ intel-
62 ligo quãdo ſub iſta forma loquentur † quicun-
que non ſoluerit creditori ſuo, &c. ſit excom-
municatus, aut agit originare ſententiam ex fa-
cto commiſſo in limitibus alterius territorrij,
cuius contrarium factum affirmatiuũ erat ex-
pediẽdũ in limitibus proprij territorij, & tunc
ligatur arg.c.ex tuæ.ſ̃.de cle. non reſ. Exem-
63 plum † quicunque non reſiderit in beneficio
ſuo ſit excõmunicatus, nam hoc caſu ſubditus
exiſtens extra territoriũ nõ reſidens incidit in
pœnam ſtatuti; quia cum factum negatiuum
non habeat terminos naturales.ſ̃.de elec.c. bo
næ reputatur factum, vbi contrarium factum
erat fiendũ vt in.l.deſertorem.§. qui ſtationis.
ff.de re.mili. Et facit quod not. Bal. in.l.libel-
lorum.ff.de accu. cuius dictum refert Io. de
64 Fantu..2.q.8.c.libellorum; vbi dicit † quòd ſi
debet accuſari maſſarius, vel ſindicus qui non
denuntiauit delictum iudici, debet poni locus
in libello vbi debebat denuntiare; & ex hoc di-
cit.D. An. aperiri intellectum dict. c. 2.in.§.
1. & ſatis placet mihi hoc ſecundũ membrum;
pro quo facit regula ea quæ de re. iur. lib.6.&
quod not. in.c.1.de vſu. lib.6. & quòd not.
glo. mag.in cle.1. vt litis pend. quamuis frede.
videtur ſentire contrarium conſilio 104. vbi
vide per eum; Sed quo ad primum dictum. D.
65 An. forte poſſet iudicio meo limitari † quòd
procedit niſi hæc duo cõcurrerẽt, primo quòd
illud factum eſſet a iure communi reprobatum,
& pœna eſſet ſpiritualis afficiens animam, &
gerens ſecum executionem, qualis eſt ſententia
excommunicationis; Exemplum quicunque
furtum fecerit ſit excommunicatus; quamuis
Cy. in opi. ipſius videatur ſentire contrarium,
& etiam

& etiam Paulus in.c.2.de re. iudi. qui dicit, ꝙ
ex quo talis ſententia trahit ſecum executio-
66 nem, ſequitur, quòd ſicut † executio non po-
teſt fieri extra territorium, vt dicto .§. con-
trahentes, ita nec poſſit per viam ſtatuti, aut ſen
tentię talis executio fieri extra territorium; ſed
hoc arg. non videtur valere, nam executio ſen-
tentiæ prohibetur fieri in alterius territorio,
vel ex defectu poteſtatis, quæ hic non adeſt
cum ſit ſubditus ſententiantis, vt dicunt præla-
ti; vel ꝓpter turbationē iuriſdictionis alienę,
quæ ceſſat in ſentētia excommunicationis, quæ
trahit ſecum executionem, & ligat animam, &
ſic nulla inſurgit alienæ iuriſdictionis turbatio,
quare cum iſte ſit ſubditus & delinquat, eo ꝙ
facit rem prohibitam, & in executionē pœnæ
non detur turbatio alienæ iuriſdictionis, meri-
tò videtur, quòd talis ſubditus ligatur tali pœ-
67 na, pro quo etiam facit, quia Epiſcopus excom
municat, & abſoluit ſuum ſubditum etiam quā
do eſt extra territorium, quando talis actus nō
requiririt cauſę cognitionem vt in .c. nouit.ſ.
de offi de leg. cogitabis tamen. Circa quartum
68 principalem articulum videlicet, vtrū † ſtatu-
to prędicto quicunque luſerit, vel furtum fece-
rit ſit excommunicatus, ligetur ipſemet ſta-
tuens: Archid. in .d .c.2.de conſt. lib. 6. tenet
quòd ſic; & Cy. poſt Pe. in auth. quibuſcunque.
C. de ſacroſan. eccle. quia quis ſtatuendo gerit
perſonam publicam, & delinquendo priuatam,
& ſequit̄ hic Hoſti. facit .l. ſi conſul. ff. de adul.
Sed Io. Cal. in.c.1.ſ. de rap. tenet contrarium;
ſed latius quam ipſe aſſumit, & examinat Io.
An. in mercur. in reg. cui licet. de re.iur.lib.6.
vbi videre poteris. Sed tandem concludit cum
opi. Cal. quam etiam ſequitur Gaſpar de Cal. in
repetitione.c.penul.ſ. de pęni. & remiſ. & 3.q.
6.in.c.1.& etiam tenet.D. m. in dicto.c.1.ſ.de
rap. quia ſicut non poteſt quis ligare ſe ipſum
per ſententiam, ita nec per legē; & hęc opi. ſatis
placet, quamuis dignum ſit ipſum velle viuere
legibus vt in .l. digna vox. C. de legi. Sed circa
prędicta adaptatur notabilis.q. quam ponit Pe.
de Ancha. in repiti.c.1.ſ. de conſti. ſub. 12.q.
69 principali, prout † legatus, vel alius ſuperior
mandat alicui prælato quòd excommunicet
omnes beneficatos, qui non ſoluerunt procu-
rationem ſuam, vt ipſe mandatarius debeat ſe
ipſum excommunicare quia nō ſoluit. Et hanc
q. diſputauit Io. Cal. & incipit quod mandauit
delegatus; & ideò debiliter arguit pro vtraque
parte, ſed pro ſolutione præmittit, quòd in
mandato non fuit iniūctum, ꝙ primo moneret
non ſoluentes, quaſi monitio præceſſerit, alias
mandatum non fuiſſet iuſtum, vt patebit ex his,
quæ dicam in. 10. prin. arti. in.c. perpendimus;
vel deciſo eſſet clara, quia non poſſet de facto
ſuo cognoſcere. Item pręmittit, quod non fuit
mandatus nudus actus denuntiationis, vel de-
clarationis, quem poſſet ipſe de ſe ipſo facere;
70 cum declarans nihil dicatur facere; vnde debet
intelligi ſecundum eum quòd actus excommu-
nicationis fuit commiſſus nō conſiſtens in nu-
da declaratione verbali; & poſt multa conclu-
dit in.q. prædicta, quòd quamuis ex vniuerſi-
tate, & in virtute verborum contineatur, quòd
ipſe debeat ſe ipſum excommunicare, tamen ex
mente nō cōtinetur; & ſequitur Pe. de Ancha.
vide tamen latius per eos in locis præalleg.
71 Circa quintum, & vltimū artic. vtrum † ſtatu-
tum ſeu ſententia duret vltra tempus ſtatuentis,
vel ſententiam proferentis; dicit diſtinguendū
72 eſſe inter ſtatutum, & ſententiam; nam † ſtatu-
tum cum ſit quędam lex durat perpetuo, niſi
expreſſe reuocaretur vt in.c. fi.ſ. de offi. dele. Et
73 ideò dicit Frede. conſ. 16. † quòd ſtatutum
factum ſede vacante per capitulum durat etiam
creato Epiſcopo, niſi per ipſum Epiſcopū ex-
preſſe reuocetur. Sed in ſententia diſtinguit,
quòd aut iniecit vinculum tempore proferen-
tis, aut non. Primo caſu durat vltra tēpus pro-
ferentis, quando vinculum eſt momentaneum,
exemplum in excommunicatione, & publica-
tione bonorum probatur in.c. 1. de ma. & obe.
74 lib.6. & ideò excommunicatus per Epiſcopum
remanet excommunicatus in tempus ſucceſſo-
rum, ad hoc.c. paſtoralis. §.1. de offi. ord. Si
verò vinculum eſt ſucceſſiuum, diſtingue, ꝙ
aut ſententia fuit lata cum cauſæ cognitione, &
durat effectus ſententiæ vt.l.1.C. de poſtu. Aut
ſine cauſæ cognitione, & non durat vltra tem-
pus proferentis vt.l.fi.ff. de pęn. ꝙ not. glo. in.
75 c. penul. de cle. nō reſi. vbi dicitur † quòd licen
tia non reſidendi, expirat per mortem conce-
dentis. Et prædicta procedunt quo ad effectū
productum ex ſententia, ſecus quo ad effectū
producendi in futurum, quia non durat. Et ita
procedit glo. noſtra. Secundo vero caſu quan-
do ſententia adhuc non iniecit vinculum, non
76 durat. Et ex prædictis deciditur vtrum † licen-
tia de capiendo aliquem, vel intrando in poſ-
ſeſionem duret poſt tempus illius, de quo per
Bal. in.d.l.1.C. de poſtu. in fi. & per Bar. & Io.
de Imo. in.l. fundi. ff. de acqui. poſ. Poſtremo
quia in.c.1.ſ. de eo qui fur. or. re. remiſi hic di-
77 cturum, † an ſub iſtis verbis præcipio ſub pęna
excommunicationis ne tale quid facias, vtrum
contraueniens ſtatim incidat in excommuni-
cationem; hic omittam & dicam in. 10. prin.
art. in.c. perpendimus. ſ. eo.

## Cap. XXII. Conqueſti.

### SVMMARIVM.

1 *Excommunicati ſunt, qui cum effractione eccleſias ſpoliāt, & per Papam duntaxat poſt denuntionem ſunt abſoluendi.*

2 *Delinquentium ſequaces pari pęna puniuntur cū delinquentibus.*

3 *Verbū ſequaces, quid importet in ſtatutis, et couētionibus, quæ fiunt inter dominos, comitantes, adhœrentes, & ſequaces. remiſſiuè.*

4 *Sacrilegium eſt graue delictum.*

5 *Grauia delicta non debent diſſimulatione præteriri.*





6 *Secus in leuibus, quia quandoq; prudens eſt conſilium ea diſſimulare.*

7 *Sacrilegus dicitur, qui lædit eccleſiam, & ab ea puniri poteſt.*

8 *Eccleſiam damnificans non ſolum tenetur ad reſarciendum damnum, ſed etiam ad ſatisfactionē eccleſiæ pro iniuria.*

9 *Clericus agit pro iniuria, & damno dato eccleſiæ.*

10 *Violenti effractores, & ſpoliatores eccleſiarū ſunt ipſo iure excommunicati.*

11 *Sacrilegus quandoq; eſt ipſo iure excōicatus.*

12 *Spoliatores eccleſiarum poſt denunciationem, & publicationem non poſſunt abſolui niſi a ſede Apoſtolica.*

*Secus ante publicationē, & denunciationē, quia tunc Epiſcopus abſoluere poteſt. remiſſiuè. num. 14.*

13 *Excommunicatus a canone, quandoq; non abſoluitur niſi a Papa.*

15 *Spoliatores eccleſiarum ſimpliciter, ſine effractione, & violentia non ſunt excommunicati.*

16 *Incendiarij eccleſiarum ipſo iure incurrunt excommunicationem.*

*Quod procedit tàm in eccleſia conſecrata, quam in non conſecrata. nu. 17.*

*Quid in incendiarijs, & effractoribus aliorum piorum, & religioſorum locorum. nu. 22.*

*Quid in incendiarijs cimiterij, & aliorum, quæ ſunt in ſpatio eccleſiæ, ſic priuilegiatæ. nu. 24.*

*Quid in incendiarijs domorum, & aliarum rerū. nu. 25.*

*Quæ tamen declara, vt infra nu. 27.*

*Quid in incendiarijs propriarum rerum. nu. 29. vbi an peccāt, & quid ſi dolo malo.*

18 *Eccleſia non conſecrata gaudet eodem priuilegio, quo conſecrata.*

19 *Clemens quartus denuntiauit effractores capellæ ſancti Clemen. Trecen. in qua diuina, licet nōdum conſecrata, celebrabantur officia excōmunicatos.*

20 *Violator eccleſiæ conſecratæ grauius peccat, quā non conſecratæ.*

21 *Qualitas perſonæ, in quam delinquitur, facit, vt iniuria grauius extimetur.*

23 *Pia, & religioſa loca gaudent eodem priuilegio, quo aliæ eccleſiæ, tàm in præſcriptione, reſtitutione in integrum, quam etiam in alienatione.*

26 *Conſuetudo ꝙ incendiarius, vel raptor rerum alienarum ſit excōicatus ipſo iure ſeruanda eſt.*

28 *Pœnam non meretur, quod fit lege permittente.*

1 CONQVESTI † Qui cū effractio-
ne ſpoliant eccleſias, ſunt excom
municati, & poſt denunciationem
per Papam duntaxat ſunt abſoluē
di .h.d. Primo, ponitur querela. Secundo, dat
iudices, ſecunda ibi, quoniam igitur. Not. pri
2 ꝙ † ſequaces delinquentium, pari pœna puniū-
tur cum ipſis delinquentibus. Et not. de hoc
3 ver. † ſequaces; ad ſtatuta, & conuentiones
quæ fiunt inter dominos, & communicantes,
& eorum adhærentes, & ſequaces de quo vide
per Bart. conſ. 78. quòd incipit in dubio reuo-
catur. Secundo not. ibi, qm̄ igitur talia grauia
4 ꝙ † ſacrilegium eſt graue delictū, & tene men-
ti hunc tex. vt ſcias allegare, quādo eris Epiſco
5 pus ad excuſationem; Non enim † grauia de-
6 licta debent diſſimulatione præteriri, ſed † le-
uia quandoq; prudens eſt cōſilium diſſimulare.
7 Tertio not. ꝙ † ledens eccleſiam dicitur ſacrile
legus, & ab eccleſia puniri pōt, quāuis ſit lai-
cus; de quo latius in .c. cum ſit generale .ſ. de
8 fo. compe. Quarto not. ꝙ † damnificans eccle
ſiam non ſolum tenetur ad emendandum dam-
num, ſed etiā tenetur ad ſatisfaciendum eccle-
9 ſiæ de iniuria. Quinto not. ꝙ † clericus agit
pro iniuria, & damno dato eccleſiæ. Ad quod
vide, ꝙ latius dixi in.c. olim.ſ. de iniurijs. & in
10 in.c.2.ſ. de pœnis. Sexto not. quòd † violen-
ti effractores, & ſpoliatores eccleſiarum ſunt
11 ipſo iure excōicati; & ſic habes caſum, in † quo
ſacrilegus eſt ipſo iure excōicatus. Vltimo not.
12 ꝙ † tales ſpoliatores poſt denuntiationem, &
publicationem non poſſunt abſolui niſi a ſede
13 Apoſtolica; & ſic habes caſum, in quo † excōi-
catus a canone, non abſoluitur niſi a Papa, de
quo hic in glo. fi. Et iſtud eſt propter aggraua
14 tionē denunciationis, † ſed ante denunciationē,
& publicationem poſſunt abſolui per Ep̄m; de
quibus omnibus dicam in vigeſimo tertio arti-
culo. in.c. ſacris. ſ. eod. Glo. 1. arguit, limitat,
& diſtinguit; & ponit opi. multorū, quam de-
terminat in fin. glo. dic, pro intellectu iſtius
glo. & iurium in ea allegatorū, latius diſtinguē-
dum eſt; ꝙ aut loquimur de ſpoliatoribus, ſeu
effractoribus eccleſiarum, aut de incendiarijs;
25 Primo caſu dic, ꝙ † ſpoliatores ſimpliciter, nō
non ſunt excōicati niſi ſpolient cum effractura,
& violētia, vt dixi in octauo articulo. in.c. nulli.
ſup̄ eod. Secundo caſu ſubdiſtingue, ꝙ aut lo-
16 quimur de † incēdiarijs eccleſiarum, & iſti ſunt
excommunicati ipſo iure, ſecundum glo. Inno.
& Hoſt. hic & per glo. & Hoſti. in.c. tua nos.ſ.
eo. & in .c. in literis. ſup̄ de rapto. Et idē not.
glo. 11.q.3.in.c. canonica. &. 12.q.2.c. cū deuo
17 tiſſimā. Quod ꝓcedit nō ſolum in † eccleſijs cō
ſecratis, ſed ēt in nō cōſecratis, vt not. Hoſti. &
Io. An. in.c. fin. ſup̄ de conſe. eccle. vel alta. & ſic
18 quatū ad hoc, † eodē priuilegio gaudet eccleſia
non conſecrata, quo gaudet eccleſia conſecra-
ta; Et hoc ſumitur ex not. in.c. penul. de immu.
19 eccle. per quem tex. † Clemens Papa Quartus
denunciauit excommunicatos effractores ca-
pellæ ſancti Clementis Trecen. in qua iam ce-
lebrabantur diuina officia quamuis non eſſet
20 conſecrata, † grauius tamen peccat violator
21 eccleſiæ conſecratæ, facit quia ex qualitate per-
ſonæ in quam delinquitur, delictum, ſeu in-
iuria grauior extimatur, vt in .c. cum illo-
rum. infra eod. & inſti. de iniur. §. atrox. dixi
in.c. licet. ſupra eod. Item ꝓcedunt prædicta
ſecundum Goffre. Ray. & Hoſti. & fratrem
22 Ioan. & Aſten. in ſum. de rap. etiam in † in-
cendiarijs, & effractoribus aliorū piorū, & reli-

gioſorum locorum; pro quibus allego, not. in
.c. accedentibus.ſ. de priuilegijs. & ꝙ not. Io.
Andr. in .c. 2. ſupra de reſti. in integ. lib. 6. &
in .c. nulli. de reb. eccle. non alienan. & ꝙ ibi
not. D.m. in quibus traditur, ꝙ tàm in præſcri
23 ptione,† quàm in reſtitutione in integrum, &
quàm in alienatione eodem priuilegio gaudent
pia, & religioſa loca, quo gaudent eccleſiæ; Fa-
cit etiam ꝙ not. Spec. in ti. de ſta.mo.§. 1.ver.
36. & Bal. in authen. hoc ius porrectum.C. de
ſacroſan. eccle. & in.l.omnia.C.de epiſ. & cle-
Item procedunt prædicta non ſolum in incen-
24 diarijs eccleſiarum, ſed etiam † in incendiarijs
Cimiterij, & aliorum, quæ ſunt in ſpacio eccle-
ſiæ ſic priuilegiatæ. argu.tex. 17.q.4.c.ſicut an-
tiquitus. Secundo verò caſu cum loquimur de
25 incendiarijs † aliorum domorum, ſeu rerum;
dicẽdum eſt, ꝙ tales non ſunt excõicati ipſo fa-
cto, ſed ſunt excõicandi, & ita ſentit hic glo. &
tenent Inno. Hoſti. Ioan. Andr. & Doc. hic &
& in .c.tua.ſ.eod.& Alanus.23.q.fin.c.ſi quis
membrorum. & .c.peſſimã. & tenet glo.ibi.&
in.c. conqueſtus.ſ.de fo.compe.& etiã Hoſti.
ibi; & Archid. 11.q.3.c.ſi inimicus. Et Goff.
& Hoſti. in ſum.in tit. de rapto. & incen.§.fin.
& glo. 17.q.4.c.omnis.& glo. Zabarel.& Ioan.
Andr. in.c.quicunq;. eo.ti. lib.6.Ray.Fr. Io. &
Aſten.in ſumma de rap. Voluit tñ.Hoſti.in ſum
26 ma de rap.§.fi. in fin. ꝙ ſi † conſuetudo habe-
ret ꝙ in talibus, tales intelligerentur excõicati
ipſo iure, ꝙ conſuetudo eſſet ſeruanda; Et ad-
27 uerte, quia quæ dixi de † incẽdiarijs vendicãt ſi-
bi locum in his, qui non habent ius incendij.
Secus ſi haberẽt ius incendij, puta propter iu-
ſtum bellum, vel ſi aliqua neceſſitate compellen
te illud agerent, ꝙ tunc non deberent puniri;
28 cum lege permitente fieret, facit .23.q.4.c. qui
peccat. coniũctis his, quæ dixi in.c. ſi quis pro-
pter neceſſitatem.ſ.de fur. Item prædicta pro-
29 cedunt in incendiarijs alienarum rerum† Sed ſi
quis domũ propriam, vel ſegetem incenderet,
licet peccaret abutendo re ſua, tamẽ non tene-
rẽt pœna incendiarij, niſi dolo malo id faceret,
vt etiam aliena bona incenderet, ſecũdum Ray.
Goff. & Aſten. in ſum. in tit. de rap. et incẽdi.
Facit.l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſol. ma. Et
vide ad materiam, quæ dixi in.c. ſi quis domũ.
ſupra de iniur. Glo. fin. poteſt recitari per .q.
& per cõtrarium. In fin. glo.dic vt latius dicam
in vigeſimo articulo in .c. officij. infra eodem.
Marianus.

## Cap. XXIII. Perpendimus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Percutiens clericum, qui habitu clericali dimiſſo ſæuis, & enormitatibus ſe immiſcuit, pro abſolutione ab excõicatione, quam incurrit; nõ eſt mittendus ad ſedem Apoſtolicam.*

2 *Literæ alicuius demonſtrant eius intentionem; ſicut ex verbis præſumitur de mente.*

3 *Quis dicitur loqui per epiſtolam. remiſſiuè.*

4 *Literis Epiſcoporum, vbi non agitur de præiuditio alicuius, ſtatur. remiſſiuè.*

5 *Fingens ſe alium, quàm ſit, incidit in crimen falſi.*

6 *Seditio, & guerra differũt.*

7 *Copula &, de ſui natura cadit inter diuerſa.*

8 *Seditio quomodo fiat.*

9 *Seditio dicitur quaſi ſeorſum itio, vel proprie dicitur ciuium diſiunctio.*

10 *Seditioſi ſecundum canones prohibẽtur ordinari.*

11 *Seditioſus Romæ ſecundum leges incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

*Idem etiã hodie ſi fieret in loco vbi eſſet Papa, vel Imperator, & in ipſorũ excidium nu. 12.*

*Quid in alijs locis? & quòd puniatur pœna mortis, vel ſecundum qualitatem, & dignitatẽ perſonæ aut furca ſuſpenduntur, aut beſtijs traduntur, aut in inſulam deportãtur.nu.13.*

14 *Guerra, an idem ſit quòd bellum, & vnde originem traxerit.*

15 *Clericus faciens ſeditionem in populo, aut guerrã dicitur ſe immiſcere enormitatibus, & ſæuis, & ideò perdit priuilegium canonis.*

*Quid in priuilegio fori. nu. 31. & nu. 35.*

16 *Homicida non tenetur ire ad ſedem apoſtolicam pro abſolutione.*

*Sacerdos ſimplex abſoluit homicidam. ibidem.*

*Homicidium non eſt de reſeruatis Epõ. ibidem.*

17 *Pœnitentia an ſit arbitraria, & cui magis confidendum ſit.*

18 *Sacerdos in imponenda pœnitentia debet conſiderare qualitatem perſonæ.*

19 *Clericus dimittens habitũ, & tonſurã, & aſſumptis armis immiſcet ſe enormitatibus, & cædibus, ſi percutiatur, vel interficiatur percutiens vel interficiens non incidit in canonem. & nu. 44.*

*An tñ talis percutiens, vel interficiens teneatur agere pœnitentiam. nu. 24.*

*Quod procedit etiam in ſciente eũ clericũ.nu.26.*

20 *Qui per alium facit, per ſe facere videtur.*

21 *Intellectus cap. perpendimus. de ſent.excom.examinatur latè vſq; ad nu. 48.*

22 *Incidentes in canonem .c.ſi quis ſuadente.17.q.4. in pluribus caſibus non tenent ire ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione, ſed poſſunt abſolui ab inferioribus. remiſſiuè.*

23 *Excommunicatio non tollitur, per pœnitentiam, quantacunq; ſit, niſi forma abſolutionis obſeruetur.*

25 *Sacerdos, qui immiſcet ſe ſæuis, & enormitatibus, non perdit ex hoc priuilegium fori, ita vt poſſit ſuſpendi, niſi fuiſſet degradatus, aut depoſitus, & incorrigibilis, & tertio monitus in contumacia perſeueraſſet.*

27 *Percutiens clericum ignoranter abſque dubio non incidit in canonem.*

*Quod amplia etiam in clerico, qui non aſſumpſit arma, nec ſæuis, & enormitatibus ſe immiſcuit. nu. 28.*

*Quid in mandante ignorante tempore mandati. nu. 40.*

29 *Pœnitentia non eſt imponenda ei, qui non peccauit.*

*Clericus*



30 *Clericus effectus de foro ſeculari ꝓpter ſeditionẽ, guerram, & crimen læſę maieſtatis licitè ſuſpendi poteſt.*

32 *Clericus captus in maleficio dimiſſo habitu, & tonſura remittẽdus eſt ad iudicem eccleſiaſticum ſi probat, vel notorium ſit, quòd ſit clericus.*

33 *Lex generaliter loquens gñaliter intelligenda eſt.*

34 *Depoſitus pro ſuo delicto non perdit priuilegium fori, licet deprehẽdatur in alio maleficio, niſi ſit incorrigibilis.*

36 *Clerici goliardi, & bufones exercentes illam artem ignominioſam per annum, perdunt omne priuilegium clericale.*

37 *Lex continens pœnam, & odium clericorum, non extenditur ad alios caſus in fauorem clericorum, & ordinis introductos.*

38 *Pœna maior quandoq; imponitur pro minori delicto ob delicti frequentiam.*

39 *Clericus quantũcunq; facinoroſus debet corã iudice eccleſiaſtico conueniri, & puniri.*

41 *Clericꝰ ut priuilegio fori gaudeat, quę requirãtur.*

42 *Verbum cẽſemus, & verbum volumus ſignificãt noui iuris promulgationem.*

43 *Intellectus, qui conuenit titulo, ſub quo poſita eſt lex, amplectendus eſt.*

45 *Priuilegium fori clericis conceſſum difficilius ammittitur, quam canonis.*

47 *Priuilegium canonis clericis cõceſſum emanauit à iure poſitiuo.*

48 *Iuramentũ præſtitũ laico à clerico ſine Epi auctoritate, an valeat, & quid ſi iudici ſeculari.*

49 *Sentẽtia excõicationis qualiter feratur a canone, vel ſtatuto, & an eam incurrat ipſo facto delinquens contra canonem, vel ſtatutum.*

*Quæ ſit differentia inter latam à ſtatuto, vel ab homine. nu. 57. vbi. 11. ponit differentias.*

50 *Damnũ, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet.*

51 *Canonis ſcripti auctoritas, & in iure redacti conſtituit contrafacientem in excommunicationem. remiſſiuè.*

52 *Statutũ ab homine promulgatum, vt puta quicunq; furtũ fecerit, vel aliquid ſimile ſit excommunicatus, facit incidere furtum facientem in pœnam excommunicationis.*

*Et an tales ſint excommunicati, perinde, ac ſi ab homine eſſent excommunicati. nu. 53.*

*Et an vitari debeant antequam ſint conuincti, ac denuntiati. nu. 54.*

*Quid quãdo dubium eſt an ſint excommuncati, & quis certo ſit illos excommunicatos, an debeat illos vitare, & quomodo. nu. 55.*

*Quid ſi emanauerit ab Archiepiſcopo in prouinciali conſiſtorio, an liget ſubditos totius prouinciæ. nu. 59.*

56 *Sententia excommunicationis, quibus verbis formetur, quando aliquis pro aliquo facinore cõtra decretum, ſeu conſtitutionem perpetuo excommunicatur.*

58 *Sententia excommunicationis non fertur ab homine pro futuris culpis, ſecus per ſtatutũ, & an requirat monitionem. nu. 127.*

60 *Sententia excommunicationis lata ab Archiepiſcopo, ut puta quicunq; fecerit furtũ ſit excõicatus, cõprehendit ſolũ ſubditos ſuæ diœceſis.*

61 *Epiſcopus poteſt abſoluere excommunicatum per ſtatutum Archiepiſcopalem, non reſeruans abſolutionem Archiepiſcopo.*

*Quid in ſtatuto Archiepiſcopi a Papa confirmato. nu. 62.*

*Quid in ſententia. nu. 63.*

64 *Sententia excõicationis ſtatuti durat etiam poſt mortem ſtatuentis, quid autem in ſententia ab homine lata. ibidem.*

65 *Sententiam excommunicationis præcedere debet culpa, mora, vel offẽſa, quid in ſtatutos. ibidẽ.*

66 *Statutum de ſui natura prouidet futuris, non autẽ præteritis.*

67 *Monitio ſpecialis debet præcedere ſententiã excommunicationis ab homine latam.*

68 *Sententia excommunicationis hominis non debet ferri niſi in ſcriptis.*

69 *Statutũ an requirat ſcripturam ad ſui validitatẽ.*

70 *Excommunicatio per ſtatutum ligat ſuperiorem in loco ſtatuti delinquentem.*

*Quid in ſucceſſore. ibidem.*

*Quid in ipſo ſtatuente; & an idem ſit in ſententia hominis. ibidem.*

71 *Sententia ſtatuti excommunicantis non ligat ignorantes, vel delinquentes extra territorium remiſſiuè.*

72 *Sententia excommunicationis ab homine lata ligat vbicunq;.*

73 *Statutum continens ſententiã excõmunicationis nõ exigit cauſę cognitionẽ, maximè cõtentioſam.*

*An poſſit ferri die feriata. ibidem.*

*Et an extra territorium. ibidem.*

*Quid autem in ſententia hominis. nu. 74.*

*Quid ſi ſuper notorio. ibidem.*

75 *Sententia excõmunicationis generalis, quæ fertur ab homine, quid operetur. remiſſiuè.*

76 *Sententia ſpecialis excommunicationis an requirat ordinem.*

77 *Anathematis in criminibus enormibus, & contra tyranos contemnentes claues eccleſiæ, quæ ſit forma, & per quos feratur, et quæ requirantur, nu. 78. in fi. & quid in ipſa ſententia. nu. 79. & quid poſt ſententiam. nu. 80.*

78 *Excommunicatio ſimplex quæ non feratur in tanta ſolemnitate, vt ſit anathema, quam formã requirat; & tria, ꝓcedere debent videlicet iuſta cauſa, iuſtus motus iudicis, & monitio.*

79 *Sentẽtia excõmunicationis ſimplicis duo requirit, quòd feratur in ſcriptis, & quòd cauſa inſeratur. Et quæ poſt ſententiã requirãtur. nu. 80.*

80 *Anathema eſt medicinalis.*

81 *Excommunicator quę debeat conſiderare in prolatione ſententię excommunicationis maxime reſpectu perſonæ excommuninandæ. Et idem in anathemate. nu. 84.*

82 *Excommunicatio lata in non capacem eſt nulla.*

83 *Sententia excommunicationis eſt medicinalis, & nu. 97. & nu. 117. & 184.*

*Quòd tamen intellige. vt. ibidem.*

84 *Excõmunicatio iniuſta non nocet quo ad Deum, licet noceat quo ad Eccleſiam militantẽ, & nu. 185.*



85 Excom-

85 Excommunicatio qualiter debeat eſſe iuſta ex animo, & idem de anathemate. nu. 86.
87 Excommunicatio requirit cãm iuſtam, rationabilem, manifeſtam, publicam, & probabilem.
88 Prælatus ex cauſa ſibi ſoli nota non debet ferre ſententiam excommunicationis.
89 Sententia eſt iniuſta ex cauſa quãdo aliqua prætenditur cauſa, quæ vera non eſt, vel ſi vera, nõ eſt ſufficiens, & idem in anathemate. ibid.
90 Sententia excommunicationis quomodo dicatur iniuſta ex ordine. remiſſiuè.
91 Monitio an requiratur in proferẽda ſententia excommunicationis, & quòd ſic. Fallit tñ vndecimi modis, de quibus infra nu. 114. vſq; ad nu. 132. & quòd teneat nu. 173. & vide etiam nu. 236.
Quid in alijs præteritis notorij. nu. 99.
92 Iudex non poteſt ferre ſententiã excommunicationis, non præcedente monitione, & præſentibus teſtibus idoneis, quibus probari poſſit, quòd facta fuerit monitio.
93 Citatio præcedere debet in ſententijs.
94 Citatio, & monitio in quo differant.
95 Excommunicatio non poteſt ferri niſi præcedente contumacia. & nu. 135. & 158. & an cauſa contumaciæ ſit exprimenda in ſentẽtia nu. 160.
96 Contumacia non committitur ni præcedat monitio, & nu. 117. & nu. 135.
98 Excommunicatio non fertur niſi propter contemptum. & nu. 117. & nu. 135.
100 Monitio ante ſententiam excommuncationis, an ſufficit ſi fiat coram vno, & an coram pluribus fieri debeat.
101 Intellectus. c. in omni. de teſtib.
102 Monitio in ſñia excõicationis an requirat ſcripturã, & an ſufficiat, ꝙ corã idoneis teſtibus fiat.
103 Sentẽtia excõicationis hodie ferẽda eſt in ſcriptis. remiſſiuè.
104 Monitio quotuplex, requiratur, & an trina, vel vnica pro omnibus latè.
* Quæ communiter teneatur. nu. 106.
Quid ſi vnica fiat, an debeat habere dies expreſſos. nu. 109.
Quid cõmuniter ſeruent executores & quid cõmuniter ſeruetur, & practicetur. nu. 110.
Quot dies pro quolibet termino requirãtur. ibid. & quòd ſit arbitrarium. nu. 111.
105 Canonica monitio, quæ dicatur.
107 Iudices in excommunicando debent ter monere, cum aliquo dierum interuallo, & quæ communiter teneatur. nu. 106.
108 Monitionis forma qualis eſſe debeat. nu. 112.
111 Pluralis locutio duobus eſt contenta.
113 Excõicatio nec in genere, nec in ſpecie ferri debet non p̃cedente monitiõe, et idẽ in anathemate.
114 Monitio ſi trina requiratur ſufficit una pro omnibus vbi facti neceſſitas aliud ſuadet, vt puta ſi partes ſunt paratæ ad rixam, & arma neo curarent monitiones.
115 Monitus ſemel ſi eſt apertè contumax, poteſt excõicari abſq; ſecunda, & tertia monitione.
116 Excõicatio in facto notorio põt ferri cõtra abſẽtẽ ſine monitiõe, et an ſaltẽ vna requiratur. ibid.
118 Sententia excõicationis põt pro manifeſta offenſa in præſentẽ proferri nulla monitione p̃miſſa.
119 Iudex poteſt excõicare delinquentẽ, ſine alia monitione, vbicunq; ius fulminat excommunicationem propter delictum.
120 Abbas excõicans monachũ ſuũ, non præmiſſa monitione eo quia exiuerat clauſtrũ ſine licentia excuſatur, ſi ſtatutũ erat in monaſterio, ꝙ ob hãc cauſã fulminabat excõicatiõem ipſo facto.
121 Monitio an requirat̃ ĩ denũciatione excõicationis.
122 Excõicatio ſi proferatur a ſuperiore pro ſui iuris defenſione an requirat monitionem.
123 Iudex p̃cedens vt pars defendendo iura ſua, põt ſine cauſæ cognitione, et monitione excõicare.
124 Ep̃s ſi non admittatur ad viſitationẽ ſibi de iure debitã, põt abſq; alia monitione excõicare.
125 Coniecturis non eſt opus in claris, ſed in incertis.
126 Epiſcopus exequẽs officium ſuum circa viſitationem, aut alium ſimilem actum ſi impediatur poteſt ſine alia monitione excõicare rebelles.
127 Excõicatio lata pro futuris culpis nõ requirit monitionẽ, eo quia tẽpus ipſum monet. et nu. 116
128 Prelatus vocans ad ſe monachũ ſuum, & mãdans ei, ꝙ ſub pœna excõicationis diceret ſibi veritatẽ, quã ex tunc in eum tulit niſi ſuis pareret mandatis, quanuis nulla monitio præceſſerit non incurrit pœnam. c. ſacro. de. ſen. excom.
129 Excõicatio, quæ fertur in eum, qui non paret rei iudicatæ non requirit monitionem.
130 Sententia excõicationis, quæ fertur in debitorem conſentientem, non eget monitione.
131 Monitio vnica ſufficit qñ monẽdꝰ ẽ nimis terribilis.
132 Monitio trina, vel vnica ſi requiratur in ſñia excõicationis, an ſi talis monitio omittatur ſententia ſit nulla.
133 Citatio an requiratur in ſententia excommunicationis, & diſtingue vt ibi.
134 Monitio an ſit neceſſaria in notorijs.
136 Melius eſt in tempore occurrere, quam poſt illatũ vulnus remedium quærere.
137 Pœnæ infliguntur criminoſis quantumcunq; velint ſe corrigere.
138 Citandus non eſt is cui nulla competit defenſio.
139 Excõicatus ex iuris diſpoſitione, ſi hoc non eſt notorium, non debet Iudex denuntiare, ſeu declarare illum excommunicatum eo nõ citato.
140 Sententia excõicationis, an ſit ferrẽda in ſcriptis, & quòd teneat ſine ſcriptura. nu. 174.
Quid ĩ ſñia excõicationis ſpeciali, et gñali. nu. 141
An requirat ſcripturam publicam, & authenticam, an verò priuata ſufficiat. nu. 143.
142 Opinio, q̃ ultimo loco recitat̃, cẽſetur approbari.
141 Iudex proferẽdo ſententiam excommunicationis, an ſit neceſſarium, ꝙ dicat in ſcriptis excõico.
Au poſſit p̃ferre ſentẽtiã per notariũ. nu. 145.
Quid ſi talis ſolemnitas omittatur, an ſentẽtia ſit nulla. nu. 146.
Et an ſolemnitatem non curans incidat in pœnã. remiſſiuè. nu. 148. & ibidem quid in anathemate.
An cauſam inſerere debeat. nu. 152. 154. et. 163.
Et an ſpecialis requiratur expreſſio. nu. 165.
Litera



147 Litera exemplata, vel originalis in qua cõtinetur excõicatio ſubditi an fidem faciat. remiſſiuè.
149 Excommunicatio an poſſit ferri per epiſtolam.
* Communis opinio ꝙ ſic. nu. 151.
150 Sentẽtia nõ valet niſi Iudex eam ore proprio ferat, quæ ſit cõmunis opinio. nu. 151.
153 Medicus corporalis cauſam mali prius inquirere debet, quam medicinam adhibeat, & idem de medico ſpirituali. ibidem.
154 Iudex in ſententia diffinitiua an neceſſario debeat cauſam exprimere latè; & ꝙ teneat cauſa nõ expreſſa. nu. 175.
155 Excommunicatio, an ſuſpendatur per appellationem. remiſſiuè, & nu. 164.
156 Sñia diffinitiua, an per appellationẽ ſuſpẽdatur.
157 Non omnium, quæ a maioribus noſtris dicta ſunt, ratio reddi poteſt.
159 Cauſa quãdo vnica conſiderari poteſt, non eſt neceſſe illam exprimere, vt in rei vẽdicatione cuius cauſa eſt dominium.
161 Excommunicatio plus participat de natura interlocutoriæ, quàm diffinitiuæ, quantũ ad poteſtatem reuocandi.
162 Appellatio ab interlocutoria nõ poteſt iuſtificari niſi cauſa expreſſa in appellatione.
166 Sententia excõicationis, an poſſit ferri die feriata, diſtinguendo.
167 Ep̃s an poſſit excõicare ſine cõſenſu capituli remiſ.
168 Excõicatores, an aſtringantur ad formam ſeruandam, de qua in. c. 1. de ſen. excom. in. 6.
An adeò dicatur ſubſtantialis, quod eius omiſſio reddat ſententiam nullam. nu. 169.
170 Electio in totum vitiatur, ſi aliquid omittatur de his, quæ ſunt de forma ſubſtãtiali ſcrutinij, de qua in. c. quia propter. de elect.
171 Sñia excõicationis licet debeat eſſe iuſta, & habere cauſam, & ordinem; tamen iniuſta tenet, & ſine cauſa, & non ſeruato ordine ligat.
Quid ſi cauſa nõ fuerit vera, vel mala iudicis intentione lata, vel ſine Zelo iuſtitiæ, vel cõtra delegãtis intentionẽ, qñ delegatus fuiſſet, an teneat ſñia. nu. 172. ꝙ intellige. vt nu. 180.
Quid ĩ alijs ſñijs, et q̃ ſit ratio differẽtiẽ. nu. 182.
176 Excommunicatio ex falſa cauſa tenet, & hoc ſequuntur communiter Doctores.
Quid ſi in ea error intollerabilis exprimatur. nu. 189. & exemplifica, vt ibi.
Quid ſi exprimatur ſed nõ intollerabilis. nu. 190
Quid ſi non contineat errorem expreſſum, tamen notorium eſt eam iniuſtam. nu. 191. vbi quid in alijs ſententijs.
177 Omnis diſpoſitio ex falſa cauſa vitiatur, quando diſpoſitio eſt adæquata effectui, ita quod diſponens ceſſante cauſa non erat diſpoſiturus.
178 Cauſa falſa ſi cõditionaliter diſpoſitiõi adijciatur, & ſic habeatur pro finali vitiat diſpoſitionẽ.
179 Excõicatio ex falſa cauſa lata, quam ſi excõicans ſciuiſſet, non excommunicaſſet, non tenet.
181 Sententia paſtoris ex falſa cauſa expreſſa ligat, quando aderat alia iuſta cauſa non expreſſa.
183 Excommunicatio ſumit effectum, & ſubſtantiam a poteſtate clauium.
184 Excõicatio eſt medicina aĩæ. s̃. nu. 83. 97. et. 117.
185 Eccleſia militans frequenter fallitur.
186 Deus nunquam fallitur, nec fallit.
187 Eccleſia non debet habere maculam, nec rugam, nec aliquid huiuſmodi.
188 Sententia excommunicationis iniuſta, ligat etiam quò ad Deum ex contemptu.
192 Sententia excõicationis continens in ſe peccatum eſt nulla. remiſſiuè.
Quid ſi ſolus excommunicans hoc ſciret quid facere debeat. remiſſiuè. nu. 195.
193 Sñia excõicationis contra ius, an valeat.
194 Sententia excõicationis continens errorem facti an valeat, & diſtinguit latè.
196 Excõicatio ex cauſa impertinenti, an ſit nulla.
197 Iudex an teneatur dare exemplum ſententiæ excommunicationis excõicato, qñ, & qualiter. Et an totale. nu. 198.
199 Menſis qui datur excõicato ad accipiendam copiã ſententiæ excõicationis, quo tẽpore incipiat.
200 Exemplum excommunicationis debet peti congruo loco, & tempore.
An ſcriptura publica ſit neceſſaria in tali requiſitione, & an ſufficiant teſtes. nu. 202.
201 Excõicatus non ſeruans debitam formã in petendo exẽplum excõicationis illud nõ obtinet.
203 Sententia excommunicationis an poſſit ferri in diem, vel ſub conditione.
Quid pro intereſſe priuati, cum debitor non vult ſatisfacere creditori. nu. 204.
205 Iudex ſi dicat excõico, vel abſoluo; vel excõico, & abſoluo, an ex tali ſententia quis ligetur.
* Quæ ſit communis opinio. nu. 206.
207 Vltimum verbum attendendum eſt.
208 Ferrandus Cordiben. ſumis laudibus extollitur.
209 Verba hæc habeo te pro excõicato, vel ſcias, vel noueris, vel reputes, vel cognoſcas te excõicatum, an importent ſententiam excõicationis.
Quid in foro iudiciali, et quid in pñiali. nu. 213.
Quid ſi dicatur ſi non ſatisfeceris, te excommunico, vel te excõicatũ cognoſcas nu. 215. in fi.
Quid ſi creditor p̃rogauerit terminũ, infra quẽ debitor iuſſus debebat ſatisfacere. nu. 217.
Quid ſi talis non adimpleuit mandatum iudicis propter iuſtum impedimentum. nu. 218.
Quid de iuſte impedito antequam conſtet de impedimento. nu. 219.
210 Denunciatio non ligat.
211 Voluntas iudicis ſpiritualis omnino pro lege ſeruãda eſt, & ſi ſit iniuſta.
212 Verba deſeruiunt intentioni, non econtra.
214 In dubio in foro pñiali tutior via eſt eligenda.
215 Iudex præcipiens alicui ſub pœna excõicationis, quid ſic faciat, an ipſo facto ſit excõicatus.
220 Iudex an poſſit excommunicare ſub his verbis ex nunc, prout ex tunc, vel ex tunc, prout ex nunc excommunico.
Et quid importent dicta verba. nu. 221.
222 Iudex ſi dicat excõmunico vnũ ex vobis duobus, ſeu pluribus, qui furtum fecerit, an nullus, vterq́, vel neuter ſit excommunicatus.
223 Sententia incerta non valet.
224 Deus non curat verba, ſi conſtat de mente.
225 Poteſtas, & voluntas requiritur ad explicatio-

*nem cuiuslibet actus.*

226 *Excommunicatus ſi dubius eſt de inualiditate, vel validitate excōmunicationis, an debeat ſe reputare excommunicatum.*

*Quid de abſolutionis dubietate.nu.227.remiſſi.*

228 *Forma ſententiæ excōmunicationis qualis eſſe debeat in cauſa criminali, quãdo quis eſt contumax ante litem conteſtatam.*

*Quæ verò ſit forma ſenteniæ poſt quam cōparuit. nu.229.*

230 *Excōicatio contra vſurarios, tàm clericos, quàm laicos, vt recte ferri poſſit quid requiratur.*

231 *Excōicatio contra clericum concubinariũ, vel ſimili delicto aſperſum qualiter feratur.*

232 *Excōicari, an quis poſſit vna cum fautoribus, & participibus ſuis, et ibi quid olim, quid hodie.*

233 *Communicãs alicui in crimine damnato, propter quod quis excōicatur, ſtante excommunicatione iudicis cũ participibus, eo caſu quis incurrit duas excommunicationes iuris, ſcilicet, & hominis.*

234 *Iudex an poſſit ferre ſentẽtiam excōmunicationis in aliquem vna cum participantibus ei in locutione, & quod non hodie.*

*Quod intellige ſi proferrens ſit inferior à Papa. ibidem.*

*Et an prius ſint monendi tales participantes. nu.235.&.240.*

*Et an talis excōicatio cum participibus, ſi nō in genere ſaltẽ, in ſpecie ferri poſſit. nu.239.*

*Quæ ſit forma ſententiæ excōicationis, qñ Prælatus vult nominatim participantes excommunicare. nu.243.*

236 *Excommunicatio ferri non debet niſi competenti præmiſſa monitione.*

237 *Intellectus.c.ſtatuimus de ſen.excom.in 6.*

238 *Conſtitutio interpretans licet ſit generalis limitatur, & reſtringitur ad caſum conſtitutionis interpretatæ.*

240 *Canonica monitio quæ dicatur. remiſſiuè.*

241 *Monitio generalis an ſufficiat, quando excommunicantur ſingulares, et nominatæ perſonæ, an ſpecialis verò requiratur.*

*Quid quando generaliter. nu.242.*

244 *Iudex debet expectare lapſum termini, antequã excommunicet.*

245 *Excommunicatio cum participibus, an poſſit generaliter ferri contra collegium, abſq; ſpecifica nominatione illorum de collegio, vel vniuerſitate.*

246 *Prælatus ignorans nomina hominũ alicuius collegij, an poſſit compellere rectorem ad ea ſpecificanda.*

247 *Forma excommunicationis ſpecialis contra inſequentem Cardinalem, quæ ſit.*

248 *Locus vicinus quis dicatur.*

249 *Libellus, & ſententia qualiter formetur in aggrauatione excommunicationis.*

*Quæ ſit forma Curiæ. nu.251.*

250 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

252 *Aggrauatio, & regrauatio propter creſcentem contumaciam excommunicati poteſt fieri ſecundum iudicis arbitrium.*

253 *Excommunicatio multiplicata quid operetur.*

254 *Forma regrauationis excommunicationis ratione participantium, quæ ſit.*

255 *Denunciationis, & publicationis, excommunicationis quæ ſit forma.*

*De quo fiat nu.256.*

257 *Denuntiatio præſupponit excommunicationem.*

*An poſſit fieri tàm pro excōicatione maiori, quàm pro minori, ꝙ declara. vt ibi. nu.258.*

*Ad quem finem fiat. nu.259. & nu.271.*

*An denuntiandus citari debeat ante denuntiationem. nu.261.*

*Quid in exceſſu non notorio, & quid in notorio. num.263.*

*Cauſa an ſit exprimẽda in denũciatione. nu.264.*

*An poſſit fieri die feriata ĩ honorẽ Dei. nu.265.*

*An ſit neceſſaria cauſæ cognitio, nu.266.*

*An impediatur per appelletionẽ ab excommunicatione nu.269.*

*Quomodo proximè dicta de denuntiatione ſint intelligenda. nu.270.*

260 *Excommunicatio ſi eſt manifeſta non eſt neceßaria denuntiatio, vel publicatio.*

262 *Excōicatus, vt denuntiari, vel publicari poſſit, debet eße conuictus vel confeßus. nu.258.*

267 *Forma excōicationis, quando quis committit alteri vt denuntiet quem excommunicatum, ad hoc vt vitetur, quæ ſit.*

268 *Forma excommunicationis Auditorum. D. Papæ, quando aliquem excōmunicant, quæ ſit.*

271 *Denunciatio dicitur etiam degradatio.*

272 *Denunciatio, quæ fit ad finem correctionis requirit præcedentem monitionem.*

*Et dicitur denunciatio euangelica. nu.273. vbi remiſſiuè.*

PERPENDIMVS. Hæc decretalis
ſolemniter repetita fuit à Zabarel-
lo, & legitur duobus modis; ſe-
cundum vnum intellectum .h.d.
1 Percutiens † clericum qui habitu clericali di-
miſſo ſæuis, & enormitatibus ſe immiſcuit pro
abſolutione ab excōicatione quam incurrit nō
eſt ad ſedem Apoſtolicã mittendus. h. d. & ſe-
cundum iſtum intellectum talis eſt excōicatus,
ſed abſolui poteſt ab inferiore. Secũdo legitur,
ꝙ iſti interficientes non fuerunt excōicati, & ſe
cundum hunc intellectum, ita ſumatur percu-
tiens, ſeu interficiens clericum qui dimiſſo ha-
bitu ſæuis, & enormitatibus ſe immiſcuit non
eſt excommunicatus .h.d. Primo ponitur fa-
cta deciſa narratio. Secundo ipſius reſponſio,
& moderatio; ſecunda ibi fraternitati. Not.
2 Primo, ꝙ ex † literis alicuius perpenditur de
eius intẽtione, ſicut ex verbis exterioribus prę-
ſumitur de mente, vt in .l. labeo.ff.de ſupellec.
3 lega. Nam & per epiſtolam quis dicitur loqui,
vide ꝙ dixi in. c. ego .M. ſ̃. de iureiuran. & ꝙ
dicam in.c. ſacris. j̃. eod. in decimo principali
4 articulo. Secundo not. ꝙ † vbi non agitur de
præiudicio alicuius ſtatur literis Epiſcoporũ,
de qua materia dic, vt traditur per Doct. in .c.
poſt ceſſionẽ .ſ̃. de proba. & ego latiſſimè dixi
in cle.



in cle.1.ſ̃.de proba. Tertio not. ibi falſo no-
5 minare, ꝙ † fingẽs ſe alium quam ſit, incidit in
falſum, vt.ff.de fal.in.l. falſi nominis. Quarto
6 not. quod aliud eſt † ſeditio, & aliud eſt guer-
7 ra; nam inter iſta duo ponĩt † copula, de cuius
natura eſt copulare diuerſa vt traditur in rubri.
de conſec. eccle. vel alta. & in rubri. de iur. &
8 fac.igno.ff. & dicĩt fieri † ſeditio per concita-
tionem plebis vt not. glo. in rubri.C. de ſediti.
9 & † dicitur ſeditio quaſi ſeorſum itio, quia in
diuerſum cadunt & alios trahunt vt dicit glo.in
dicta rubri. & Archid. & poſt eum Io. An. in.
c.2.de immu. eccle.lib.6. in verbo ſeditionem.
Et dicitur proprie ciuium diſiunctio ſecundum
10 Yſodo. 18.lib. ethimolo. Et † ſecundum cano
nes ſeditioſi prohibẽtur ordinari.46. diſt.c.ſe-
ditionarios immò iam ꝓmotti ſunt deiciendi.
11 11.q.1.c. conſpirationum. Sed † ſecundum le-
ges ſi ſit ſeditio romę eſt crimẽ leſę maieſtatis.
12 Et † idem ẽt intelligerẽ hodie, ſi fieret in loco
vbi eſſet Papa, vel Imperator, & in ipſorum pe-
13 riculũ, ſeu excidium ſeditio fieret; ſed in † alijs
locis ſeditioſus punitur pœna mortis. C. de ſe-
ditio.l.1.& 2. & pro qualitate perſonæ, vel di-
gnitate ſeditioſi, aut furca ſuſpenduntur, vt hic
factum fuit, aut beſtijs traduntur, aut in inſulã
deportantur, vt.ff.de pœn. in .l. ſi quis. §.2.
14 Guerra † enim idem importat, ꝙ bellum; &
eſt vocabulum nouum, ab antiquis oratori-
bus minime vſitatum; & vt arbitror, originem
15 habuit a vulgari noſtro. Quinto not. ꝙ † cle-
ricus faciens ſeditionem in populo, aut guerrã
dicitur immiſcere ſe enormitatibus, & ſæuis, &
ideò perdit priuilegium canonis ad idem .c. cũ
nō ab homine.ſ̃. eod. dixi in.c.peruenit.ſ̃.eo.
in.11. prin. arti.in ſecũdo mẽbro in ſeptima fal
16 lẽtia. Sexto not. ꝙ † pro abſolutione ab homici
dio quis nō tenẽt ire ad ſedem apoſtolicã quin
imo etiam ſimplex ſacerdos poteſt abſoluere,
cum iſte caſus nō reperiatur reſeruatus Epiſco-
po, probatur in .c. deus qui.ſ̃. de pœni. & re-
17 miſ. & ibi dixi. Vltimo not. ꝙ † pœnitentia
eſt arbitraria, & illam debet imponere, qui ha-
bet notitiam perſonæ. Vnde debet quis po-
tius confiteri proprio ſacerdoti, ſi eſt perſona
diſcreta, & perita, quam iſtis fratribus; cũ pro-
prius ſacerdos melius notitiam habet ſuorum
18 ſubditorum, † & ipſe in imponenda pœniten-
tia debet conſiderare qualitatem perſonæ cui
imponenda eſt pœnitentia, vt hic, & de iſtis la-
tius dixi in.c. omnis .ſ̃. de pœni. & remiſ. Sed
antequam deſcendam ad glo. oppo. cōtra tex.
nam litera videtur ſibi contraria, nec videtur
propria ratione reſpōdere ad conſultationem,
nam in conſultatione narratur quòd iſte ſacer-
dos mandato comitis fuit patibulo ſuſpenſus,
& Papa reſpondet, quòd interfectores ipſius,
non tenẽtur ire ad ſedem apoſtolicam pro ab-
ſolutione, & ſic nihil reſpondet de comite.
Item in reſpōſione Papa aſſerit illum fuiſſe oc-
ciſum in inferendo iniuriam, & in narratione
dicitur quòd expirauit patibulo, & ſic reſponſio
non congruit narrationi. Sol. huius timore
contrarij litera vario modo intelligitur, nam ſe
cundum Inno. indeciſa hic poſita cōtinebatur,
quòd quidam dicebant hunc ſacerdotẽ in bel-
lo fuiſſe interfectum, & huic narrationi Papa
reſpondet præſupponendo eum ſit occiſum, &
reſpondet, quòd interfectores non tenentur
ire ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione, &
ſecundum hunc intellectum contrarium, & ſe-
cundum iſtam lecturam non poſſet procedere
primum ſummarium, quia tunc clarum eſt, ꝙ
19 iſti non incident in canonem; poſtquam dictus
ſacerdos dimiſſo habitu, & tōſura, armis aſſum
ptis ſe immiſcebat cędibus, & enormitatibus,
per ea, quæ dixi in .c. peruenit. ſ̃. eod. in no-
no principali articulo in ſeptima fallentia, ſe-
cundi membri principalis maximè cum iniu-
riam inferret, vt ibi dixi in tertia fallentia. Se-
cundo modo legitur, ꝙ Papa reſpōdeat ad cō-
ſultationem narratã expreſſe in litera, & reſpon
deat, tàm de comite, quam de alijs; Nam &
propriè comes poteſt dici interfector ſaltẽ in-
20 terpretatiue, † quia is vere dicitur facere, cuius
mandato &c. vt in .c. mulieres.ſ̃. eod. dixi in
.d.c.peruenit in primo mẽbro principali ver.8.
dubitatur, Et ideò vt tex. cōprehenderet, tàm
comitem mandantem, quàm obſequentes mã-
dato, loquitur in plurali per verbum interfecto
res; Et ſecundum hunc intellectum, intelligen
do quòd iſtud mãdatum emanauerit a comite,
& a iudice iuncto ſecundo ſummario tex. pro-
bat ꝙ iſte ſacerdos non ſolum perdidit priuile-
gium fori. Et propter hoc inſurgunt hic aliquę
difficultates, & in rei veritate iudicio meo, iſte
tex. multum confuſe, & intricate loquitur qua-
re pro ipſius clariori declaratione. Præmitto;
21 quoniam † principalis difficultas, ſeu dubietas
tex. noſtri a qua aliæ dependent cōſiſtit, vt pri-
mo videamus an tex. præſupponat, ꝙ iſti inter-
fectores inciderent in aliquam ſententiam ca-
nonis; quamuis reſpondeatur, quòd nō ſit ne-
ceſſarium adire ſedem apoſtolicam pro abſolu-
tione; Nam Papa reſpondet ſimpliciter, quòd
iſti ſint excōicati; ſed quod non tenentur ire
ad ſedem Apoſtolicam pro abſolutione. Et
verba videntur aliqualite inuere, quòd iſti inci-
derint in canonem; Sed tamen non tenentur
ire &c. Neq; enim ex hoc ꝙ dicit non tenentur
adire ſedem Apoſtolicam &c. ſequitur ꝙ non
22 inciderint in canonẽm, † cum in plurimis caſi-
bus incidentes in canonem non teneantur adi-
re ſedem Apoſtolicã pro abſolutione, ſed poſ-
ſunt abſolui ab inferioribus, vt latè dicam in vi-
geſimo tertio printipali articulo, in .c. officij.
infra eod. Et quidam intellexerunt, ſecundum
quos procedit primum ſummarium; Sed mihi
plus placet contraria opinio, quòd iſti inter-
fectores non inciderint in canonem, neq; indi-
geant aliqua abſolutione ab excommunicatio-
ne; quod primo probatur ex fine tex. noſtri vbi
23 mandatur imponi ſola pœnitentia; Sed † per
pœnitentiam quantacunq; ſit non tollitur ex-
communicatio niſi forma abſolutionis obſer-
uetur, vt in.c.cum deſideres.ſ̃.eod. quare cum
tex.

tex. dicit nec cõpellendus eſt adire ſedem Apo
ſtolicam intelligitur, & ſupponitur, ꝙ tales nõ
ſunt excommunicati. Item hoc probatur per
tex. qui loquitur in ſimilibus terminis. in. c. 3.
ver. nec ille compellendus. s̃. eo. Nec ſequitur
24 interficiẽs † clericũ, qui dimiſſo habitu, & ton
ſura ſe immiſcuit cædibus, & enormitatibus nõ
incidit in canonem, ergo nec tenetur agere pœ
nitentiam, vt eſt tex. apertus in .c. cum non ab
homine. in. fin. s̃. eod. vbi tex. dicit, canone la-
tæ ſententiæ minime cognoſcentur, & ſtatim
ſubditur; Iniungatur tamen eis pñia compe-
tens. Item pro hoc intellectu faciunt ea, quę
dicam ſtatim circa ſolutionẽ contrarij formãdi
cõtra iſtum intellectũ; Hoc igitur ꝑſuppoſito,
& declarato; opponit cõtra iſtum intellectũ; &
videtur, ꝙ tex. non poſſit procedere. Nã licet
25 iſte † ſacerdos ſe immiſceret cædibus, & enor-
mitatibus, non tamen propter hoc ſolutus erat
priuilegio fori, ita vt poſſet patibulo ſuſpendi
niſi fuiſſet degradatus, aut depoſitus, & incor-
rigibilis, aut tertio monitus perſeueraſſet in cõ
tumacia, vt hæc probantur in. c. cum nõ ab ho-
mine. s̃. eod. & in. c. contingit. 2. ȷ̃. eod. & in. c.
nouimus. ȷ̃. titu. 1. Solutio, poteſt reſponderi
multipliciter. Primo, quòd caſus fuit narratus.
Inno. dupliciter, vno modo prout continetur.
in litera, prout cõtinebatur in deciſa; quòd iſte
ſacerdos fuerat interfect⁹ in prælio, ſeu pugna;
& huic intellectui, bene conuenit tex. dum di-
cit, & non propulſando, ſed inferendo iniuriã
fuit occiſus; & ſecundum hunc intellectũ om-
26 nes difficultates ceſſant. Nam ex quo † ſacer-
dos dimiſſo habitu, & tonſura armis aſſumptis
ſe immiſcuit ſæuis, & enormitatibus abſq; alia
monitione perdit priuilegium canonis, adeò
quòd ipſum interficiens ſcienter non incidit in
canonem; ſed ſolum tenetur agere pœnitentiã.
27 De † percutiente enim clericum ignoranter nõ
28 eſt dubium, quòd nõ incidit in canonẽ; † etiam
ſi nõ aſſumpſerit arma, nec ſe immiſceirit ſęuis,
& enormitatibus, vt dixi in nono principali arti
culo. in .c. peruenit. s̃. eod. in quarta fallentia,
quarti membri principalis. Aduerte tamen, ꝙ
mirum eſt, quòd Papa reſponderit ad talem ra-
tionem cõprehenſam ſub deciſa, & ommiſerit
reſpondere ad eam narrationem, quæ expreſſe,
habetur in litera, quòd mandato comitis, &c.
Et ideò, poſſe: ſecũdo modo tolli contrarium
intelligendo, ꝙ reſponſio conueniat expreſſè
narrationi, quòd alterũ de prædictis tribus hic
præceſſit, videlicet vel actualis degradatio, aut
depoſitio, & incorrigibilitas; aut & tertio tri-
na monitio, cum perſeuerantia. Sed huic
lecturæ obſtat primo ꝙ diuinationem conti-
29 net. Secundo, quia tunc non videtur † im-
ponẽda pœnitẽtia, cum iſti in nullo peccaſſent,
30 quia ſi erat † effectus de foro ſeculari licitè po-
tuit ſuſpendi propter ſeditionem, & guerram,
& crimen læſæ maieſtatis, vt dixi in quarto no-
tabili. Et tamen in fin. mandatur, ꝙ impona-
tur pœnitentia competens. Vnde tertio mo-
do ſolui poteſt ſecundum Hoſti. ꝙ tex. iſte lo-
31 quatur in clerico, † qui ex prauitate, & iniqui-
tate dimiſit habitum, & tonſuram, & ſe immiſ-
cuit aggreſſuris prælijs, & enormitatibus.
Nam propter hoc perdit omnia priuilegia cle-
ricalia non ſolum canonis, ſed etiam fori; Sed
tunc contra iſtum intellectum obſtat, ꝙ ſtatim
dixi, quia non deberet ei imponi pœnitentia.
Secundo fortiter obſtat. c. ſi iudex laicus. eo. ti.
32 lib. 6. vbi tex. vult ꝙ † clericus captus in malefi
cio dimiſſo habitu, & tonſura debeat remitti
ad iudicẽ eccleſiaſticũ ſi probat, vel notorium
33 ſit quòd ſit clericus. Et pondera quòd † tex.
dicti .c. ſi Iudex. in principio loquitur gene-
raliter de quolibet malefactore. Item contra
pręd ictam opi. obſtat. c. cum nõ ab homine. s̃.
34 de iudi. vbi † depoſitus ꝓ ſuo delicto non per-
dit priuilegium fori, licet deprehendatur in alio
maleficio, niſi ſecuta incorrigibilitate vt ibi di-
citur; & in. c. ex parte. de priui. Quarto modo
poteſt ſolui ſecundum Io. An. quòd quamuis
35 † clericus qui dimiſſo habitu & tonſura aſſum-
ptis armis ſe immiſcet cędibus, & enormitatib⁹
perdat priuilegium canonis, non tamen perdit
priuilegiũ fori, niſi fuiſſet inueteratus in huiuſ-
modi agreſſuris, & enormitatibus; quia tunc
etiam perdit priuilegium fori; & ita procedat
opi. Hoſti. ſecũdum eum; mouetur argu. c. vni
36 ci. de vi. & hone. cle. lib. 6. vbi † clerici goliar-
di, & bufones exercẽtes illam artem ignomi-
nioſam per annum, perdunt omne priuilegium
clericale, quaſi velit Ioan. Andr. ꝙ multo for-
tius debent perdere priuilegium, quandiu ſe
exercuerũt in huiuſmodi enormitatibus, & de-
lictis, quæ grauioribus pœnis ſunt vindicanda.
Sed dicit .D. m. hic, quòd cum ille tex. c. vnici
37 contineat † pœnam, & odium clericorum, nõ
eſt fienda extenſio ad alios caſus ad fauorem cle
ricorum, & ordinis clericalis; maximè cũ im-
38 ponatur quandoq; † maior pœna pro minori
delicto, eo quòd homines ſunt promptiores ad
conuincendum illud delictum, & ideò talis pœ
na, non debet trahi ad conſequentiam, vt ple-
nè tradit Io. Andr. in reg. odia. de re. iur. lib. 6.
in mercu. Et maximè vbi pœna imponit ipſo
facto, vt in .d. c. vni facit .l. aut facta in fin. ff.
.ff. de pœnis. & .33. q. 2. c. admouere & .c. la-
torem. Quinimo dicit .D. m. ꝙ illud .c. vnicũ
potius facit in contrarium, nam cum ſint certi
caſus, in quibus clericus ipſo facto perdit priui-
legium fori, nec iſte reperiatur inter illos, ergo
39 ſtare debemus reg. vt † clericus quantũcunq;
facinoroſus debeat corã eccleſiaſtico iudice cõ-
ueniri, & puniri. argu. c. nouit & dicti. c. cum
nõ ab homine. s̃. de iudi. & .c. nouimus. ȷ̃. ti. 1.
40 Quinto poteſt ſolui, quòd iſte comes † igno-
rauit ipſum ſacerdotem ante mandatum de eo
ſuſpendendo. Sed poſt mandatum apparuit, ꝙ
erat ſacerdos; Et hęc ſolutio eſt vera, nam talis
non incidit in canonem propter ignorantiam
41 vt. s̃. dixi; Et quia ad priuilegium fori neceſſariũ
eſt quod clericus, vel ſit in habitu clericali, vel
excipiat de clericatu; vt. d. c. ſi Iudex. Sed
videtur obſtare ſuus tex. noſtri, quia nulla ſal-
tem



tem interfectoribus, & iuſte exequentibus vi-
deretur imponenda penitentia; niſi diceres, ꝙ
imponitur, quia comes, & iſti excutores nimis
ex abrupto, & præcipitanter proceſſerũt, pro-
pter quòd eis eſt imponenda pęnitentia. Sexto
poſſet ſolui, & arbitror quòd iſte tex. procedat
ſecundum iſta tempora, ante diſpoſitionem. d.
c. ſi Iudex. & ſiñ hęc tẽpora, clericus, dimiſſo
habitu aſſumptis armis ſe immiſcens cędibus,
& enormitatibus amitteret priuilegium fori,
quamuis ſecus ſit hodie per .d. c. ſi Iudex. Et
pro hoc facit, quia tex. d. c. ſi Iudex loquitur
42 per † verbũ cenſemus, & per verbum volumus,
quæ ſignificãt noui iuris editionem, vt not. glo.
in cle. 1. de probatio. & in cle. 1. de conceſ.
præben. & in cle. 1. de offi. or. & in cle. 1. de re.
permu. & in cle. 1. de. fo. compe. Sed tunc ob-
ſtat. d. c. cum non ab homine. s̃. de iud.. Sed po
teſt reſponderi, quòd loquitur quando clericus
non dimiſſit habitum, & tonſuram; & ma-
xime hoc dicendum eſt in caſu noſtro, in quo
propter ſeditionẽ in populo forte erat pericu-
lum in mora. Septimo poteſt ſolui contrarium
& intelligi tex. noſter, quòd iſte tex. ſolum in-
telligatur loqui non de priuilegio fori, ſed de
priuilegio canonis, quia cum clericus amiſerit
tale priuilegium eo quòd dimiſerat habitum, &
tonſuram, & armis aſſumptis ſe immiſcebat
cędibus, & enormitatibus, merito tales interfe-
ctores non ſunt excommunicati; nec quæritur
hic de facto comitis vtrum potuerit iudicare
clericum, vel non; ſed quæritur de interfecto-
ribus, & de ipſis reſpondetur. Et etiam ſi de
comite quæreretur, & reſponderetur, non ta-
men quærebatur ad finem, vtrum benefecerit,
vel inciderit in excommunicationem; & re-
ſpondetur ſecundum ſummarium, quòd non
incidit in canonem, quia cum iſte perdide-
rit priuilegium canonis, vt in. c. cum non ab ho
mine. s̃. eo. merito illum interficiens non inci-
dit in canonem. Et iſte intellectus eſt, qui pla-
cet. D. m. quia conuenit titulo noſtro reſpon. &
quæſtio. Nam ſi quęreretur de priuilegio fori,
conuenit potius titulo de fo. compe. vel tit. de
43 iudicijs; & ideò iſte † intellectus amplectendus
eſt, qui conuenit titulo noſtro, iuxta not. per
glo. in. c. 3. s̃. de confir. vti. vel inuti. Et vide
aliàs remiſſiones, quas dedi. in. c. in cauſis. s̃. de
teſta. nec obſtat, quòd ſecundum hunc intelle-
ctum non deberet imponi pęnitentia, quia po-
teſt reſponderi dupliciter; primo vt dicit glo. fi.
in fi. quòd hic imponitur ad cautelam. ſecũdo
quia vt. s̃. dixi non ſequitur non incidit in ca-
nonem, ergo non eſt imponenda pœnitentia
& eſt tex. in. c. cum non ab homine in fi. s̃. eo.
Octauo, & vltimo arbitror poſſe ſolui, & intel-
ligi tex. noſter quòd iſte comes non mandauit
vt iudex, ſeu in forma iudicij ſed quaſi vt priua-
tus; & ideo nõ eſt excommunicatus, quemad-
44 modum non † eſſet excommunicatus ſi inter-
feciſſet proprijs manibus, eo quòd ſacerdos
ipſo dimiſſo habitu, & tonſura aſſumpſiſſet ar-
ma cędibus, & enormitatibus ſe immiſcendo;
Et ideò nõ quęritur hic de priuilegio fori, poſt-
quã hoc non mandauit Iudex, neque enim per
45 prædictos exceſſus amittitur priuilegium fori,
quia illud difficilius amittitur, quam priuilegiũ
46 canonis; & ratio eſt, quia † priuilegiũ fori ema
nauit à iure diuino, & à Deo iuxta illud noli
tangere Chriſtos meos, & probatur 96. diſt. in.
c. ſi Imperator. Notant Inno. & Hoſti. in. c. 2.
47 s̃. de ma. & obe. † Sed priuilegiũ canonis ema-
nauit à iure poſitiuo; facit etiam, quia odioſius
reputatur à iure, ꝙ clericus iudicaretur à laico,
quàm ab eo tanquam priuatus percuteretur; vt
de ſe ſatis patet; facit in ſimili, quòd dicimus de
48 † iuramento præſtito laico à clerico ſine Epi-
ſcopi auctoritate quòd valet, & tamen non va-
let pręſtitũ iudici ſeculari: vt s̃. de iura. calum.
c. 1. verum quia iſte comes non debebat ex ab-
rupto mandare iſtum ſuſpendi, nec ipſi manda-
tarij ita de facili mandatum adimplere; ideò
mandatur in fi. quòd eis imponatur competens
pœnitentia. Ex ſic habes ex prædictis clare,
& notabiliter expeditũ intellectum huius glo.
Glo. penul. opponit, & ſoluit; in fi. glo. dic de
hoc, vt latius dixi in. ix. prin. arti. in. c. peruenit.
s̃. eo. Glo. fi. in prin. format. q. deinde oppo-
nit, & ſoluit; In fi. glo. dic de hoc vt dictũ fuit.
s̃. in intellectu decretal. Poſtremò quia. s̃. in
rub. ego dixi me exanimaturum decimũ prin.
articulum, videlicet. Qualiter ſententia excom-
municationis ferri poſſit, & debeat; & an exi-
gat formam, & ordinem iudiciarium. Circa
quem artic. pro clariori intelligentia proſequar
tria membra principalia; primum erit de ſen-
tentia excommunicationis, quæ fertur à cano-
ne, vel ſtatuto; & hic ſubijciam differẽtias, quæ
ſint vtrum ſententia, vel feratur per viam ſtatu-
ti, vel ab homine. Secundum membrum verſa-
bitur circa ſententiam generalem, quæ fertur
ab homine. Tertium erit de ſententia excom-
municationis ferenda. Circa quòd tertium mẽ-
brum proſequar. ȷ̃. ſcriptas. qq. Prima erit ge-
neralis, vtrum ordo iudiciarius ſit in excõmuni-
catione ſeruãdus. Secũda, de forma anathema-
tis. Tertia, quę ſpecialius requirantur in ſenten-
tia excommunicationis ſimpliciter, quæ non
dicitur anathema. Quarta, quę debeat excom-
municator conſiderare, maxime quo ad perſo-
nam excommunicandi. Quinta, qualiter ſen-
tentia debeat eſſe iuſta ex animo. Sexta, quali-
ter debeat eſſe iuſta ex cauſa. Septima, qualiter
debeat eſſe ex ordine. Octaua, an requiratur
monitio, & quotuplex, qualis, & qualiter. No-
na, an requiratur citatio, & hic aliquid ſubiun-
getur de abſentibus, & ignorantibus. Decima,
an requiratur, quòd feratur in ſcriptis. Vnde-
cima, vtrum ferri poſſit per Eiſcopalem, & quã-
do tunc producat effectum. Decimoſecundo
an requiratur, quòd cauſa inſeratur in ſententia
ipſius. Decimotertio, an poſſet ferri die feria-
ta. Decimoquarto, vtrum Epiſcopus poſſit illã
ferre ſine cõſenſu capituli. Decimo quinto, qui
excommunicatores aſtringantur ad prædictas
formas ſeruandas. Decimoſexto, vtrum forma,
& ordo

& ordo in excommunicatione ſit ſubſtantialis,
ita quòd ipſis omiſſis redeat effectum nullum.
Decimoſeptimo, vtrũ Iudex teneatur dare ex-
communicato exemplum ſententię, & quando
& qualiter. Decimoctauo, an poſſit ferri in
diem, vel ſub cõditione. Decimonono, quid
ſi Iudex dicit excommunico, vel abſoluo. Vi-
geſimo, an per hæc verba habeo te pro excom-
municato, vel ſcias, aut noueris te excommuni-
catum, vel habeas, vel geras te pro excommu-
nicato, vel per ſimilia poſſit ferri excommuni-
catio. Vigeſimo primo, quid ſi Iudex præcipit
ſub pœna excommunicationis, quòd quis ſic
faciat, an ſit excommunicatus ipſo facto. Et
quid iuris ſi iuſſit ſolui ſub pęna excõmunica-
tionis. j. certum terminum, & ſit facta termini
prorogatio. Vigeſimoſecundo, quid ſi dictum
ſit in ſententia, ex nunc, prout ex tunc, an valeat
excommunicatio, & quid importent dicta ver-
ba. Vigeſimotertio, exiſtente dubietate vali-
ditatis ſententiæ quid agendum eſt. Vigeſimo-
quarto, quid ſi Iudex dicit excõmunico vnum
ex vobis duobus, qui furtum fecerit, ſeu fecit;
an valeat ſententia, & an vterque, vel nullus ſit
excommunicatus. Vigeſimoquinto, qualis ſit
forma ſententiæ ferendæ quando quis in cauſa
criminali eſt contumax ante lit. conte. & quid
ſi eſt contumax poſtquam comparuit, vel poſt
litem conte. tàm in ciuili quàm in criminali.
Vigeſimoſexto, qualiter procedatur ad ſenten-
tentiam excõicationis cõtra vſurarios, clericos,
vel laicos. Vigeſimoſeptimo, quando plures
ſunt cõcubinarij, vel ſimpliciter in delicto, irre-
titi, quam formam ſeruare debet. Vigeſimo-
octauo, vtrum quis poſſit excommunicari vna
cum fautoribus ſuis, & qualiter. Vigeſimono-
no, de ſpeciali forma excommunicationis per-
cutientis, & inſequentis Cardinalem. Trige-
ſimo, quia quandoque poſt latam ſententiam
excõmunicationis ſit aggrauatio ipſius, ideò
videbimus qualiter ſuper hoc cõcipiatur libel-
lus, & de ipſius aggrauationis forma. Trigeſi-
moprimo, de forma regrauationis ratione par-
ticiapatium. Trigeſimoſecundo, tractabimus
de forma denuntiationis, ſeu publicationis ex-
communicationis, & ibi examinabimus con-
decentes. qq. ad hoc. Circa primum membrũ
49 † qualiter feratur ſentẽtia excõicationis à cano
ne, vel ſtatuto breuiter dic, quòd non attendi-
tur alia forma, niſi ꝙ quis eo ipſo illam incur-
rit, quãdo incidit in factum damnatum per ca-
nonem, vel ſtatutum; propter quod factum im-
ponitur excommunicationis pœna; vnde talis
50 ſolum † de ſe ipſo delinquente, non de canone
delictum prohibente cõqueri debet, vt in regu
51 la damnum. de reg. iur. lib. 6. Et † hoc aliquan-
do contingit auctoritate canonis ſcripti, & in
iure redacti ſecundũ eos caſus, de quibus late
dicã in. 18. prin. arti. in. c. cõtingit. 1. j. eo. Quã
52 doq; † auctoritate ſtatuti ab homine ꝓmulga-
ti videlicet quicunque furtum, vel tale quid fe-
cerit ſit excommunicatus. Circa quòd multæ
poſſent oriri dubitationes, de quibus late dixi

53 in. c. à nobis. ſ. eo. Item dubitari poteſt † vtrũ
tales ſint excommunicati perinde, ac ſi eſſent
excommunicati ab homine. Circa quod glo.
1. in. c. à nobis. ſ. eo. tenet quòd ſic, quod eſt
verum quantum ad hoc vt ſint excommunica-
tione ligati, vt ibi; facit quod not. in. c. vt anima
rum. de cõſti. lib. 6. &. l. nominatim &. l. ſi quis
54 ita. ff. de condi. & demo. Sed † non quantum
ad hoc quòd vitari non debeãt donec ſint con-
uicti, vel denunciati vt. ſ. de cle. excõmunic.
c. ꝓpoſuit. Notat Hoſti. in. d. c. à nobis. Quod
55 tamen intelligendum eſt † quando dubium eſt
an ſint excommunicati; ſed in eo, qui certus eſt,
non eſt dubium quod debet illum vitare, ſed
occultè; de quo latius dic, vt dicam in. 19. prin.
56 arti. in. c. ſacris. j. eo. † Quibus autem verbis
formetur ſententia excommunicationis cum
quis pro aliquo facinore contra decretum, ſeu
conſtitutionẽ perpetrato excõicatur; vide tex.
qui ponit formã. 23. diſt. c. in nomine Dñi. ver
ſus ſi. ver. ꝙ ſi quis contra hoc noſtrum decre-
57 tũ. Et eſt aduertẽdũ ꝙ † multiplex eſt differẽtia
vtrũ sẽtenia feratur per viã ſtatuti, an ab ho-
mine; prima eſt illa, quã ſtatim dixi, quia ſi per
viam ſtatuti non eſt necceſſarium ſtatim vitare,
58 ſecus ſi ab homine; Secunda, † quia pro futuris
culpis non fertur ſententia excõicationis ab ho-
mine, ſed per viam ſtatuti fieri poteſt, vt dixi
in. c. nulli. ſup̃ eo. in octauo prin. artic. q. 20.
59 Tertia, quia † canon, ſeu ſtatutum excommu-
nicans, ꝙ facit Archiepiſcopus in prouinciali
conſtituto ligat ſubditos totius prouintiæ. Sed
60 † ſententia lata ab Archiepiſcopo, puta quicũ-
que furtum fecerit ſit excõicatus, comprehen-
dit ſolum ſubditos ſuæ diœceſis; notat glo. in
verbo ſententiæ in. c. romana. eo. titu. lib. 6. di-
61 xi in. c. a nobis. ſup̃ eo. Quarta, quia † Epiſco-
pus abſoluere poteſt excõmunicatum per ſta-
tutum Archiepiſcopalem non reſeruans abſo-
lutionem Archiepiſcopo, vt not. Io. An. in. c.
62 graue. ſ. de præben. Item † abſoluit excom-
municatum per ſtatutum Archiepiſcopi con-
63 firmatum à Papa; & tamen † nõ poteſt abſol-
uere à ſententia per Papam confirmata vt not.
Io. An. in. c. ex frequentibus. ſup̃ de inſti. in glo.
64 fi. Quinta, quo ad perdurationem quia † ſen-
tentia ſtatuti durat etiam poſt mortem ſtatuen-
tis, ſed ſententia hominis qua quis excommu-
nicat quicunque furtum fecerit non durat poſt
mortem, vt colligitur ex glo. mag. in. fi. in. d. c. à
nobis. & ibi dixi in quinto membro prin. Sexta
differentia eſt trimembris, quæ colligitur ex. c.
65 romana. eo. ti. lib. 6. quia † ſententiam excom-
municationis debet pręcedere culpa, mora, vel
66 offenſa; quòd non procedit † in ſtatuto, cum
de ſui natura ſit prouidere futuris, & non præ-
teritis, vide. quòd dixi in. d. c. nulli. in octauo
67 artic. in. 20. q. Septima, quia † ſententiam ho-
minis præcedere debet ſpiritualis monito, vt
dicam. j. octaua. q. aliàs proferens incurrit pœ-
nam, vt latius dicã in. 14. prin. artic. in. c. ſacro.
j. eo. quòd non procedit in ſtatuto per rationẽ
proxime dictam in præcedenti. Octaua, quia
† ſenten-



68 ſentẽtia † hominis non debet ferri, niſi in ſcri-
69 ptis, vt dicam infra in decima quæſt. Sed † ſta-
tutum etiam ſine ſcriptura editum poteſt vale-
re, ſecundum vnam opinionem, de quo per Io.
And. in mercur. in reg. nemo poteſt. de reg. iur.
lib. 6. & per legiſtas in. l. humanum. ff. de legib.
dixi poſt. D. m. ſ. de conſti. in rub. Nona, quia
70 excommunicatio † per ſtatutum ligat ſuperio-
rem delinquentem in loco ſtatuti, & etiam ſuc-
ceſſorem, & ipſum ſtatuentem, quòd nullo mo
do poteſt facere ſententia hominis. de quo ta-
men dic, vt latius dixi in. c. à nobis. Decima
eſt, ſecũdum Lapp. & Abb. in. d. c. romana. eo.
71 tit. lib. 6. † quia ſententia ſtatuti non ligat igno-
rantes, vel delinquentes extra territorium, vt
72 dixi in. d. c. à nobis. † Sententia verò hominis
ligat vbicunque ſit, vt not. Ioã. And. in mercur.
in. d. reg. nemo poteſt. & dicam. j. in nona
73 quæſt. Vltima differentia eſt, quia † ſtatutum
non exigit cauſę cognitionem, maxime conten
tioſam, & ideò ferri poteſt etiam die feriata, &
74 extra territorium ſtatuentis. † Sententia verò
hominis requirit cauſæ cognitionem, quæ non
debet ferri die feriata, vel ab exiſtente extra ter-
ritorium, niſi feratur ſuper notorio, vt patebit
ex infra dicendis. Circa ſecundum membrum
75 principale † de ſententia excommunicationis
generali, quæ fertur ab homine ſub hac forma,
quicunque furtum, vel tale delictum fecerit, ſit
excõmmunicatus, dic vt plenè dixi in. d. c. à no-
bis. ſupra eod. Circa tertium principale mem
brum de ſpeciali ſententia excommunicatio-
nis ferenda ab homine, proſequendo ordinem
præmiſſarum quæſtionum. Quæro primo,
76 vtrum † in tali ſententia requiratur ordo. Sol.
glo. 2. in. c. ſacro. j. eod. dicit quòd ſic, & ſequi
tur. d. Anto. & Doct. arg. illius tex. 2. q. 1. c. ne-
mo. 24. q. 3. c. de illicita. & idem tenet glo. 11.
q. 3. in ſumma. & de ordine ſuo apparebit ex. j.
77 dicendis. Quæro ſecundo † de forma anathe-
matis in enormibus criminibus, & contra tyran
nos claues eccleſiæ contemnentes, quandoque
fertur ſententia excommunicationis per Epi-
ſcopum cum magna ſolemnitate, & tũc dicitur
anathema. Debent. n. duodecim ſacerdotes cir-
cunſtare Epiſcopum, & candelas ardentes in ma
nibus habere, quas in concluſione ſententiæ in
fine anathematis, ſeu excommunicationis ꝓij-
cere debent in terram, & pedibus conculcare,
& demum mittit̃ epiſtola per parrochias conti-
nentes excommunicatorum nomina, & excom
municationis cauſam. 11. q. 3. in. c. debent. &
vt dicit ibi glo. dictæ candelæ nõ debent poſtea
ſumi ad aliquem vſum, ſicut in ſimili dicitur de
ſale infatuato. 2. q. 7. in. c. non omnes epiſcopi.
In pleriſque tamen locis non conculcantur pe-
dibus, ſed extinguunt̃ in aqua, & inter extinguẽ
dum hæc verba proferuntur. Sic eius opera bo-
na ſint extincta Deo, donec ſufficienti ſatisfa-
ctione præmiſſa ad ſinum Sanctæ matris Eccle-
ſiæ reuertetur, ſicut nos has extinguimus can-
delas, vt dicit Spec. in tit. de ſenten. ſub rubricel
la de forma ſenten. excom. Et hanc quæſt. po-

ſui in princ. propter eius maiorem ſolemnita-
tem, quanuis forma hæc fuiſſet ponenda poſt
examinationem eorum, quæ ſpecialiter requi-
runtur. Tamen ad iſtius quæſt. declarationem
adde ea quæ in fine plurium ſequentium quæ-
ſtionum dicam. Quæro tertio, quæ requirun-
78 tur † de forma excommunicationis ſimpliciter,
quæ non fertur in tanta ſolemnitate, ita quòd
non eſt anathema. Sol. Fran. Verzellen. in. c. 1.
eod. tit. lib. 6. quem ſequitur hic Io. And. in no
uel. dicit, quòd tres ſolemnitates pręcedere de-
bent excommunicationem, videlicet iuſta cau-
ſa, iuſtus motus iudicis, & monitio, de quibus
in. c. ſacro. j. eo. & iſta requiruntur etiam in ana
79 themate. In † ſententia verò requiruntur duę,
ſcilicet, ꝙ ſententia feratur in ſcriptis, & quòd
cauſa in ipſis ſcriptis inſeratur, vt. d. c. 1. eo. tit.
lib. 6. & iſtæ duæ non vidẽtur neceſſariæ in ana-
themate, quanuis vtile, & cautum eſſet iudicio
meo ſeruare etiam in anathemate, immò fortè
80 neceſſarium, cum & † ipſa ſit medicinalis. arg.
d. c. 1. quod loquitur generaliter. Poſt ſenten-
tiam requiruntur aliæ duæ; Vna, quòd exem-
plum ſententiæ detur pœnitenti infra menſem.
Alia, quòd relaxetur ſententia, ſi abſolutio di-
gne petatur. Et iſtæ duæ ſatis etiam conueniunt
anathemati, in qua etiam ſeruant̃, quod dixi de
epiſtola mittenda per parrochias. Et de prædi-
ctis ſpecialius infra dicemus, & videbimus.
81 Quæro quarto, quæ in † prolatione ſententiæ
excommunicationis per ipſum excommunica-
torem ſint conſiderãda, maxime reſpectu per-
ſonæ excommunicandæ. Sol. dic quòd debet
conſiderare, quòd ſit talis, qui ſit capax excom-
municationis, per ea quæ dixi in ſeptimo prin.
82 artic. in. c. mulieres. ſupra eod. adeò quòd † ſi nõ
eſſet capax, excommunicatio eſſet nulla. Item
83 conſiderare debet, quòd † ſententia excommu-
nicationis eſt medicinalis, vt. d. c. 1. eo. tit. lib. 6.
Quod intellige ſecundum Hoſtien. & Archid.
actiue, & paſſiue, & ſic medicinalis in proferen-
te, & in eo in quem profertur. Nam debet pro-
ferens ad medelam animæ, & non ad mortem
impetere. 11. q. 3. c. audi. & debet eſſe peritus,
& ſolicitus, & traditiones ſeruare canonicæ di-
ſciplinæ. ſ. de æta. & quali. c. ad aures. Item re-
ſpectu patientis eſt medicina actiue, eo quia ve
recundia cõfuſus cum ab hominibus vitari de-
beat, facilius reuertetur, vt. d. c. audi. & in. c. pia.
de excep. lib. 6. Et adde quod dicam in decimo
nono artic. princ. in. c. ſacris. j. eod. debet ergo
attendere quod eſt corrigentis, vt. d. c. 1. hoc
eſt, cuius eſt corrigere. 47. diſt. c. neceſſe. in fi. &
proſequi debet quod fuit credentis, hoc eſt, at-
tendere quæ Dei ſunt, non quæ ſunt mundi.
11. q. 3. c. ipſe ligandi. &. c. ſeq. &. c. plerunque.
aliàs potius ligatur quàm liget. 11. q. 3. in. c. il-
84 lud planè. † nec nocet excommunicatio iniuſta
quò ad deum, licet nocet quò ad eccleſiam mi-
litantem, vt infra dicam in. 15. quæſtio. Et hæc
etiam debent conſiderari multo fortius in ana-
85 themate. Quæro quinto, † qualiter excommu
nicatio debet eſſe iuſta ex animo. Solu. dicit
glo.

glo. 11. q. 3. in ſumma, quia bono zelo non ex
inimicitia ferenda eſt, & not. etiam glo. in. c. 1.
eod. tit. lib. 6. Circa quod aduerte, quòd non
ſufficit moueri ex rationabili cauſa, ſi non mo-
uetur ad correctionem ex zelo iuſtitiæ, ſed po-
tius ex aĩ indignatione, aut ex inuidia, vel ex
odij fomite. 11. q. 3. c. illa. &. c. ira. &. d. c. 1. &
ideò tutum conſilium eſt, quòd offenſus nõ per
ſe, ſed per alium, qui charitatiuè moueatur ſen-
tẽtiam promulget, vel ſi per ſe hoc facere vult,
ad minus non faciat hoc, quando eſt turbatus,
vel iratus. Ad quod vide notabiles authorita-
tes, quas poſui in. c. 3. ſupra de accuſa. Et ita di-
cit Hoſt. in ſum. eod. tit. §. hi ſunt effectus. ver,
86 ex animo. & iſta † obſeruantia etiam debet ha-
beri iudicio meo in anathemate. Sexto quæ-
87 ro, qualiter debet eſſe iuſta ex cã. Sol. dic, † quia
cauſa debet eſſe iuſta, & rationabilis, vt. c. ſacro.
j̃. eod. & debet eſſe manifeſta, ſeu publica, & ꝓ-
88 babilis. Nam † ex cauſa ſoli prælato nota, non
debet ferri excommunicatio. 6. q. 2. c. ſi tãtum.
&. c. placuit. Not. D. m. & Doct. in. d. c. ſacro,
quod intelligo ſecundum moderationem tex.
c. 2. ſupra de off. ordi. & eorũ quæ ibi dixi poſt
89 Doct. vel † quia nulla prætenditur, vel quia & ſi
prętenderetur non eſſet vera, vel ſi eſſet vera, nõ
tamen eſſet ſufficiens, ſententia eſſet iniuſta ex
cauſa in. d. c. 1. eod. tit. lib. 6. infra eod. c. ſacris.
Notat glo. 11. q. 3. in ſum. & in. d. c. 1. & Hoſti.
in. d. §. hi ſunt effectus. ver. ex cauſa. Et hæc mul
to fortius requiruntur in anathemate. Septi-
90 mo quæro, qualiter dicatur † ſententia excom-
municationis iniuſta ex ordine. Sol. dic quòd
non ſit debitus ordo ſeruatus, qui eſt ſeruan-
dus in ea, ſecundum quod ſupra dixi, & infra
etiam apparebit. & not. etiam glo. 11. q. 3. in
91 ſumma. Quæritur octauo, an † requiratur mo-
nitio. Sol. dic quòd ſic, & iſta debet præcedere
ipſam ſententiam excommunicationis, vnde
92 non † poteſt iudex non præcedente monitione,
& præſentibus teſtibus idoneis, quibus valeat
probari, quòd facta ſit ipſa monitio proferre
ſententiam excommunicationis, vt in. c. ſacro.
93 in princ. j̃. eod. Sicut enim † in alijs ſententijs
requiritur, quòd præcedat citatio, vt in. c. con-
ſuluit. de off. deleg. in. l. de vnoquoque. ff. de re
iudi. Ita & in ſententia excommunicationis
94 exigitur monitio. † Et hæc eſt differentia inter
citationem, & monitionem; quia citatio fit, vt
citatus compareat ad ſententiam audiendam.
Sed monitio fit, vt quis ſe corrigat, vt dicit. D.
m. in. d. ſacro. Et ideò quare exigatur moni-
tio, deſcendit ex his quæ dixi in octauo princ.
95 artic. in. c. nulli. ſupra eo. circa prin. Nam † ex-
communicatio non poteſt ferri, niſi præceden-
96 te contumacia: contumacia verò non commit-
97 titur ſine monitione; & ideò dicitur, quòd † ex-
98 communicatio eſt medicinalis, vt. d. c. 1. † quia
non fertur niſi propter cõtemptum, vt in dicto
c. 1. de conſtitut. lib. 6. Sed non monitus non
99 dicitur contemnere. Exigitur ergo † monitio in
omnibus præteritis, etiam notorijs. 24. q. 3. in
100 c. de illicita. &. c. ecce. Et aduerte, † quia non
ſufficit quòd fiat coram vna perſona, eo quòd
tex. in. d. c. ſacro. loquitur in plurali, dicens, &
perſonis præſentibus idoneis. Nec obſtat. c. in
101 omni. ſupra de teſti. † quia ibi loquitur in euan
gelica denuntiatione, in qua non quæritur de
commodo monentis, ſed duntaxat de vtilitate
ipſius moniti, ſecundum ea quæ dixi in. c. no-
uit. ſupra de iudi. Hic verò agimus de monitio-
ne iudiciali ad finem excommunicationis pro-
ferentis, in qua ipſe monens, non debet poſſe
teſtari, cum in hoc verſetur eius commodum
ad euitationem pœnæ. d. c. ſacro. ſecundum Io.
102 And. &. d. Anto. ibi, & † ſatis eſt, quòd fiat corã
teſtibus idoneis, nec exigitur ſcriptura, quan-
103 uis † hodie ſententia excommunicationis ſit
ferenda in ſcriptis, vt dicam in ſeq. quæſtione.
104 Sed circa prædicta dubitatur, † quotuplex re-
quiratur monitio. Sol. Spec. in tit. de ſenten. §.
vt autem. ſub rubricella de ſen. excom. dicit, ꝙ
credit cum Guihelmo Nazone vnam ſufficere,
105 cum deſcriptione teſtium, eo † quòd talis dici-
tur canonica monitio. arg. c. reprehenſibilis. s̃.
de appella. alleg. tamen in contrarium. c. conſti-
tutionem. eod. tit. lib. 6. per quem tex. Io. An.
106 & † communiter* Doct. tenẽt contrarium, vo- Cõm. op.
lentes, quòd requiratur tertia monitio, quia
107 tex. ille expreſsè dicit, quòd † iudices in excom
municando debent vti tribus monitionibus, cũ
aliquo dierum interuallo, qđ glo. ibi exemplifi
108 cat dupliciter. Vno modo ſub hac † forma mo-
nemus te pro prima monitione infra talem ter
minũ, qua finita fiat monitio pro ſecunda, & ea
finita fiat monitio ꝓ tertia. Secũda forma eſt,
vt fiãt tres monitiones in vna, exẽplum, mone-
mus te vſque ad talem diem pro primo, ſecun-
do, & tertio termino, & peremptorio. & idem
tenet Archid, & Galias in. d. c. conſtitutionem.
Sed Io. Mo. dicit, quòd hoc non conſonat literę
109 illius tex. Et dicit, quòd ſi fiat † vna ſola moni-
tio, habere debet dies expreſſos, ſicut faciunt,
& ſeruant executores communiter*, videlicet, Cõm. op.
damus duos dies pro prima, duos pro ſecun-
da, duos pro tertia, & peremptorio termino, &
110 ſequitur Io. And. ibi, † & ita communiter* ſer- Com. op.
uatur, & practicatur. Et aduerte, quia ex eo ꝙ
tex. d. c. conſtitutionem. loquitur per verbum
dierum. Dicunt quidam, quòd pro quolibet ter
112 mino ad minus requirũtur † duo dies. arg. reg.
pluralis locutio. de reg. iur. lib. 6. Sed Guil. di-
cit hoc eſſe arbitrarium, & idẽ etiam ſentit Ab.
in. d. ſacro. dum dicit, quòd ſufficit vna dies. ar-
gum. tex. ff. de pub. iudi. in. l. inter accuſatorem.
vbi tex. dicit per triduum per dies ſingulos ter
citatus, & ita tranſit Ioã. And. in. d. c. conſtitu-
tionem. Sed dicit ibi. D. m. quòd credit, quòd
ſit tutius, quòd quælibet dilatio habeat ſaltem
duos dies, quia tex. vult, quòd etiam in vna mo
nitione ſeruentur competentia interualla ali-
quorum dierum, & ſic plurium, vel dixiſſet com
petentia interualla alicuius diei, & iſtud eſt tu-
tius obſeruare ante factum, ſed poſt factum in
practica ſeruanda eſſet opin. Abb. & Io. And.
Et hanc practicam de trina monitione ponit
Ber-



Bertrandus, & ſequitur Ioã. de Imo. in cle. 2. de
iudi. non ſolum in ſententia excommunicatio-
nis ferenda cõtra ſpecialem perſonam, ſed etiã
112 in genere; Exemplum. † Nos. N. Eṗs Seneñ.
monemus primo, ſecũdo, & tertio termino, &
peremptorie omnes parrochianos talis parro-
chiæ, vt ſoluant decimas &c. Alioquin nunc,
prout ex tunc, & tunc prout ex nunc ſñiam ex-
communicationis in his ſcriptis ꝓferimus con
tra inobedientes. Et hoc idem volunt Doct. in
113 c. 2. ſuṗ de off. ordi. vbi volunt, ꝙ † nec in gñe,
nec in ſpecie debet ferri excommunicatio, niſi
p̃cedente monitione. Et idem voluerunt Lapp.
& Abb. &. D. m. in. c. 1. de off. dele. lib. 6. Et p̃di
cta etiam arbitror obſeruanda in proferenda
anathemate. Et ad prædicta adde quę dicam in
28. q. huius artic. vbi videbis etiam quędam de
generali, & ſpeciali mãdato. Sed aduerte, quia
quod ſupra dixi, ꝙ requiratur monitio eſt regu
lare; quod fallit in plurimis caſibus. Primo fal
114 lit, † vbi facti neceſſitas aliud ſuaderet, quia ſuf
ficeret vna, vt quia partes ſunt paratę ad rixam,
& ad arma, nec curarent monitiones; hoc ꝓba-
tur in. c. conſtitutionem. in fi. iuncta glo. eo. tit.
lib. 6. Facit. l. æquiſſimum. ff. de vſufr. interdum
enim nec locus, nec tṗs patitur deliberandi con
ſilium. ff. de exercito. l. 1. 1. rñſo. Et idem dicen
dum vbicunque alia ſimilis eſſet neceſſitas, vt. d.
115 c. conſtitutionem. in fi. Secundo fallit, qñ † ex
vnica monitione apparet de aperta contumacia
alicuius, nam tunc põt excommunicari abſque
ſecunda, vel tertia monitione, tradunt Lap. Ab.
& D. m. in. c. 1. de off. deleg. lib. 6. Facit. c. vene-
rabilibus. §. ſecus. eod. tit. lib. 6. & adde ad hoc
quod latè dixi in cle. 1. de do. & contu. Tertio
116 fallit ſm Lap. in. d. c. 1. in facto notorio, in quo
põt ferri excommunicatio contra abſentẽ ſine
monitione, quod intelligit verum. d. Domi. ibi,
quo ad trinam monitionem, vnde vult, ꝙ ſaltẽ
vnica monitio ſit neceſſaria, per tex. iuncta glo.
in. c. cũ ſit romana. ſupra de appella. & ſequitur
ibi D. m. & mihi ſatis placet, quia vt dixi ſupra
117 in prin. † excommunicatio eſt medicina, & fer
tur propter contemptum, ſed non monitus nõ
contemnit, ergo &c. Et quantumcunque factũ
ſit notorium, nihilominus poterit ipſe ſatisface
re, & corrigere ſe: & adde qđ dicam in. 5. fallẽ.
118 Quarto fallit, † ſi contra p̃ſentem ꝓ manifeſta
offenſa fertur excommunicatio, quia tũc nulla
requiritur monitio, vt not. Inno. in. c. dilecto.
eo. tit. lib. 6. Et Lap. alleg. 73. Facit quod dicam
in. 7. fallen. Et hæc eſt differentia inter hanc, &
p̃cedentem fallen. quia p̃cedens non loquitur,
qñ ferreretur contra p̃ſentem. Quinto fal-
119 lit, † vbicunque ius fulminat excõmunicationẽ
ꝓpter delictum, nam tunc iudex põt delinquẽ-
tem excommunicare ſine alia monitione, tex.
eſt apertus in. c. reprehenſibilis. s̃. de appell. ſm
lectu. Abb. ſm quam ille tex. non eſt alibi, ſm
D. m. Et propter hoc dicit ſe excuſaſſe quendã
120 abbatẽ, † qui excommunicauerat monachum
ſuum non præmiſſa monitione, eo ꝙ exiuerat
clauſtrum ſine licentia, & repertum fuit ſtatutũ
in monaſterio, ꝙ ob hanc cauſam fulminabat
excommunicationem ipſo facto, quare iudex
nil noui videtur feciſſe, pro quo dicto allego no
ta. per glo. in ver. cenſemus. in cle. 1. de conceſſ.
p̃ben. Adde quæ dicam. j̃. in. 11. artic. in. c. cũ
121 ꝓ cauſa. j̃. eo. Sexto fallit, in † denuntiatione
excommunicationis ſm. D. m. in. c. peruenit. &
in. d. c. reprehenſibilis. de appella. de quo latius
122 dicam. j̃. q. 22. Septimo fallit, † quando pro-
fertur à ſuperiore ꝓ defenſione iuris ſui, quia
tunc non eſt neceſſaria monitio, vt not. Io. And.
& D. m. in. c. dilecto. eo. ti. lib. 6. tenet Lap. Ab.
alleg. 73. mouentur per not. per Inno. in. c. ve-
nerabili. de cenſi. vbi Inno. & poſt eum Io. An.
123 dicit, ꝙ quando † iudex procedit vt pars deſen
dendo iura ſua, poteſt ſine cauſæ cognitione, &
monitione excommunicare, per. c. ſi ſacerdos.
s̃. de off. ord. &. c. romana. §. caueãt. eo. ti. lib. 6.
5. q. 1. c. quidam. vnde dicebat Hoſt. in. d. c. ve-
124 nerabili, ꝙ ſi † Eṗs non admittitur ad viſitatio-
nem, q̃ ſibi de iure debetur, põt excommunica
re abſq; alia monitione, cũ per hoc ꝓbẽt ipſius
125 contumacia manifeſta, nam † in incertis, non
certis locus eſt coniecturis. Facit quod dixi in
126 2. & 4. fallen. vnde Eṗs † exequens officiũ ſuum
circa viſitationem, aut ſimilem actum, ſi impe-
diatur, poteſt ſine alia monitione excom muni-
care rebelles. ſupra de prę̨ſcrip. c. cum ex officij.
ſupra de cenſi. c. cum nuper. & ſequitur Io. An.
127 in. d. c. venerabilis. Octauo fallit, qñ † excom
municatio fertur pro futuris culpis, nam tunc
non eſt neceſſaria monitio, eo ꝙ tṗs ipſum mo-
net. 5. q. 1. c. quidam. ſm Inno. Io. And. & do.
Domi. in. c. ſacro. j̃. eod. dixi ſupra in ſecunda
differentia, in primo membro, tenet Lapp. abb.
128 alleg. 73. Ex quo infert Lapp. ibi, ꝙ † ſi præla-
tus regulariter vocauit ad ſe monachum ſuum,
& ipſo monacho in p̃ſentia ſua conſtituto man
dauit ſub pœna excommunicationis, ꝙ ſibi di-
ceret veritatem, quam extunc in eum tulit, niſi
ſuis pareret mandatis, ꝙ quanuis alia monitio
non p̃ceſſerit, tñ prælatus non incurrit pœnã, de
qua in. c. ſacro. j̃. eod. & ibi latius dicam in. 14.
prin. artic. Nono fallit, ſm Inn. in. d. c. ſacro.
129 j̃. eo. & Lap. alleg. 73. in eo, qui † fuit excõica-
tus, quia non parebat rei iudicatæ. Facit quod
130 ſtatim dixi. Decimo fallit, ſi in debitorẽ con
ſentientem feratur ſententia excõicationis, niſi
in termino ſatisfaciat, quia tunc excõicatus erit
nulla monitione p̃miſſa, quia tunc dies interpel
lat pro homine, vt in. c. potuit. in fi. ſupra de lo-
ca. tenet Lapp. in. d. alleg. 73. facit quod dixi in
131 nona fallen. Vndecimo fallit, ſi forte † monen
dus eſt nimis terribilis monẽti, quia tunc forte
dici poſſet, ꝙ ſufficiat vnica monitio. argumẽ.
eorum quę not. Io. And. in. c non minus. ſupra
de immu. eccle. dixi in cle. 1. de do. & contu. Et
adde etiam qđ dixi in. c. veniens. ſuṗ de accu. in
5. not. Poſtremo pro complemento iſtius. q.
132 quæritur, † vtrũ in caſibus, in quibus requiritur
trina, vel vnica monitio; ſententia excommuni
cationis ſit nulla, ſi talis monitio omittatur.
Sol. communis* concluſio eſt Doct. in. d. c. ſa- Cõm. op.
 cro.

cro.ꝙ nihilominus excommunicatio teneat, &
tenent glo.& Doct. in.c.reprehenſibilis. ſupra
de appel.& D.m.in.c.ab excommunicato.ſ.de
reſcrip.& hoc verum,niſi in caſu ſpeciali.c.con
ſtitutionem.eo.ti.lib.6.[de quo dicam.ỹ.q.28.
huius artic. vbi declarabo glo.d.c.ſacro.q̃ videt̃
133 ſibi inuicẽ contrariari. Quæritur nono,†vtrũ
requiratur citatio ad ſententiã excommunica-
tionis.Sol.glo.fi. in.c.cum romana.ſ.de appel.
ſentit ꝙ citatio iudicialis, & peremptoria non
requiratur,ſed ſufficiat monitio ad ſententiam,
quæ non placet.d.Ant.qui vult,ꝙ exigatur cita
tio ad ſnĩam audiendã.Sed tu diſtingue ex men
te.D.m.ꝙ aut loquimur in non notorijs, aut in
notorijs. Primo caſu ſatis eſt ipſum p̃monitũ
eſſe trina monitione. Nam ex quo apparet de
contumacia ipſius,põt iudex ſine alia citatione
ad ſentẽtiã excommunicationis ꝓcedere,'vt in
d.c.1.ſ.de iudi.11.q.3.c.certum. not.glo.in.c.
qm̃ contra.in verbo petitiones.ſ.de probatio.
Secũdo caſu credit.D.m.canonicam monitio-
nem ſemper præmittendam non ad ipſum actũ
ſententiæ,ſed vt ſe corrigat; vnde concludit,ꝙ
134 monitio†eſt neceſſaria etiam in notorijs;Nam
135 †excommunicatio non eſt ferẽda, niſi propter
contumaciam, vel cõtemptum,vt ſæpius dictũ.
eſt;vnde cum non poſſet dici cõtumax in ſatiſ-
faciendo,nec contemnens,qui nõ eſt monitus,
meritò requiritur monitio; quia forte excom-
municandus vult ſatisfacere ante excommuni-
cationem. Item quia ſi poſt excommunicatio-
nem ſatisfaceret,oporteret ſententiam tollere,
136 vnde†melius eſt ante tempus occurrere &c. vt
not.in.c.quemadmodum.ſ.de iureiurã.& in.l.
fin.C. qui. ex cau. in integ.reſtit.non eſt neceſ.
Requiritur ergo monitio,ſed nõ trina, vt ſupra
dixi. Quanuis in alijs ſententijs non cenſuræ in
notorijs non eſt neceſſaria aliqua citatio, quia
137 pœnæ † infliguntur criminoſis, quantumcun-
que velint ſe corrigere, vt.l.penult.ff.vi bono.
138 rapt. †Nam fruſtra citaretur ille cui nulla com-
139 petit defenſio. Aduerte tamen, ꝙ ſi † aliquis
incidiſſet in excommunicationem ex iuris di-
ſpoſitione, nec hoc aliter eſſet notorium, non
debet iudex denuntiare, ſeu declarare illum ex-
communicatum,ſeu incidiſſe in excommunica
tionẽ,niſi prius eo citato, vt traditur in.c.per-
uenit.1.ſupra de appel.dicam.ỹ.q.32. iſtius ar-
140 tic. Decimo quæro,†vtrum exigatur, ꝙ ſnĩa
excommunicationis feratur in ſcriptis.Sol.tex.
facit ꝙ ſic in.c.1.ſupra de treu.& pac.&.2.q.1.
legum.& eſt hodie tex. apertus ꝙ ſic in.c.1.eo.
tit.lib.6. Et ratio potuit eſſe, vt copia tradere-
tur excommunicato,quam poſſit ſuperiori præ
ſentare,& grauamen ſuum releuari facere, & ne
vagari poſſit cum eo in incerto; hanc rationem
aſſignat I.app. alleg.73. Sed circa hoc quæro,
141 vtrum†hoc habeat locum non ſolum in ſenten
tia excommunicationis ſpeciali, ſed etiã in ge-
nerali,quæ fertur contra incertam perſonam.
Sol.Hoſt.tenuit ꝙ ſic in.d.c.1.eo.tit. lib.6. Et
ita dicit tenuiſſe Inno. ſed dicit Io. And. quòd
Inno.fuit loquutus alternatiue,& ſic nullã opi.

142 elegit,niſi † diceres, ꝙ ex eo,quia iſta fuit opi-
nio vltima recitata, videatur fuiſſe Inno.vt not.
Io.And.in.c.1.de pen.lib.6.Io.Mo. & Archid.
tenent contrarium, pro quibus facit quod not.
glo.in ver.excommunicato.in.d c.1. Et quia cũ
tex.ille ſit pœnalis,videtur ꝙ potius reſtringen
dus ad excommunicationem ſpecialem.Sed gl.
ibi dicit,ꝙ tutius eſt tenere primam opin. quia
d.c.1.loquitur generaliter. Item quia ſatis dice
tur expreſſa,quando poſtea apparebit perſona.
excommunicata in generalitate contenta. Itẽ
143 quæritur,†vtrum requiratur ſcriptura publica,
vel authentica,an ſufficiat eſſe priuata. Sol.Inn.
& poſt eum Io. An.& do.Domi. tenent, ꝙ ſuffi
ciat etiam priuata. Facit quod in ſimili not.glo.
in ver.in ſcriptis.in.c.1.de appel.lib.6. & quod
dicam de excommunicatione per epiſtolam.ỹ.
in.11.q.huius artic. Expeditius tamẽ, & melius
eſt,ꝙ ſcriptura ſit publica, vel authentica, per
not.in.c.2.ſupra de fi.inſtru. Rurſus etiam du
144 bitatur,†an ſit neceſſarium,ꝙ iudex ꝓferendo
dicat in ſcriptis excommunico. Sol.dic ꝙ non,
conſilium tñ eſt,ꝙ ita dicat ſm Spec. in titu.de
ſenten.§.vt autem.ſub.rub.de ſen.excom. ver.
145 & nota. Item quæritur,†an iudex poſſit iſtam
ſnĩam excommunicationis in ſcriptis proferre
per notarium. Sol.Io.An.in.d.c.1.eo.tit.lib.6.
dicit ꝙ non, ſed debet ferre illam per ſeipſum
per tex.ibi,dum dicit proferrat, alij dicunt, ꝙ
ſufficit, quòd præſente iudice notarius legat, &
iudex dicat, et nos talis in ſcriptis excommuni-
camus,ſecũdum Pet.de Saxo; Archid.dicit hoc
vltimum procedere in Epiſcopo per.c.fi. de re
iudi.lib.6. Sed in inferioribus prælatis tenet pri
mam opinionẽ,& plus placet do. Domi. & mi-
146 hi per iſtum tex. Inſuper etiam†quæritur, quid
ſi non ſeruaretur hæc ſolemnitas, vtrum ſenten
tia excommunicationis ſit nulla. Sol.dic quòd
non,vt latius dicam infra in.16.quæſtio. huius
artic.licet ſecus ſit in alijs ſententijs,vt in.c.fin.
de re iudi.lib.6. & in.l.2.C.de ſen.ex peri.reci.
147 Vtrum autem † litera exemplata, vel origina-
lis litera,in qua continebatur excommunicatio
148 ſubditi fidem faciat,dicam infra. Et†vtrum nõ
ſeruans hanc ſolemnitatem, incidat in pœnam,
dicam infra in decimoquarto artic. in.c.ſacro.
Et arbitror quod prædicta ſolemnitas non ſit
neceſſaria in anathemate,quia cõſtitutio.d.c.1.
eod.titu.lib.6.eſt pœnalis,& quia tex.11.quæ-
ſtio.3.in.c.debent. nihil dicit de ſcriptura, vti-
le tamen eſſet conſilium,quòd ferreretur in ſcri
149 ptis. Quæro vndecimo, vtrum per epiſtolam
quis poſſit excommunicare;exemplum:ſcribit
iudex.N.abſenti ſub hac, vel ſimili forma, niſi
ſatisfeceris ſententiæ infra menſem, ſcis, vel
cognoſcas te excommunicatum. Sol.Aegidius
in.c.præterea.2. ſupra de appella. tenet quòd
150 non,†ſicut nec valent alię ſententiæ,niſi iudex
ore proprio proferat, vt dicto.c.fin. de re iudi.
lib.6. & in dicta.l.2. C. de ſenten. ex peri. re-
cip. Et hanc opinionem etiam tenet Goffre.
pro qua facit dictum.c.1. eod.titu. lib.6. dum
tex.dicit in ſcriptis proferat;vnde ponderandũ
eſt ver-



Com. op. 151 eſt verbum proferat. †Communis* tñ conclu-
ſio eſt in contrarium,quæ probatur.Primo per
tex.3.q.4.c.nullus. vbi probatur, ꝙ iudex põt
excommunicare per literas ſuas abſq; eo quod
proprio ore ſententiam proferat. Facit.c.quan
ta.iuncta glo.2.q.5. Non obſtat.d.c.1. quia
rñdetur,ꝙ ſatis dicitur in ſcriptis proferre, ex-
communicando in literis, ſeu epiſtola, & illam
mittendo ad aduerſarium.argu.c.appellatio.de
appell.lib.6. & ſequitur.D.m.in.d.c.præterea.
Non obſtat.d.c.fi. quia loquitur in diffinitiua,
de quo dic vt dicam in.2.artic.princ.in.c.à no-
bis.ỹ.eo.& mihi placet dicta opin.quia abſens,
& ignorans poſſet excommunicari, vt not.glo.
in.c.penul.de cle.excom. mini. Iſtud tñ argu-
mentum non videtur de neceſſitate conclude-
re,quin ante abſens excommunicatus per epi-
ſtolam ligetur, dic,ꝙ antequàm recipiat literas
non ligatur,vt not.glo.in.c.pen. de cle.excom.
mini.Et vide quod dicam in.19.princ. artic. in
152 c.ſacris.ỹ.eod. Quæro duodecimo,†an cauſa
ſit inſerenda in ſententia excommunicationis.
Sol.tex.eſt hodie,ꝙ ſic,in.c.1.eo.tit.lib.6.Nam
153 ſm Hoſt.ſicut † corporalis medicus prius cãm
infirmitatis inquirit,aliàs poſſet ei impropera-
ri illud Galeni.Si cauſam ignoras,quomodo cu
ras?non eſt tui muneris,ſed fortunæ.. Sic ſpri-
tualis medicus debet cauſam perquirere. Facit
c.fi.ſ.de tranſact.ſ.de ſponſ.c.ex literis. de de-
ſpon.impub.c.2. in.l.fi.C.de edi.di. Adria. tol.
154 & in.l.cum ij.§.nihil.ff.de tranſact. &†quãuis
in ſententia diffinitiua non ſit neceſſarium ex-
primere causã,vt ſupra de re iudi.c.ſicut. & ibi
dixi,tñ ſecus eſt in ſententia excommunicatio-
nis. Et aduerte,quia Hoſt.& Doct.multum la-
borant in ratione differentiæ, vt dicit Io. And.
155 in nouel.in.d.c.1.dicens, ꝙ cum†excommuni
catio non ſuſpendatur per appellationem ſequẽ
tem, de quo dicam in.13.artic. in.c.ſacro. Sed
156 diffinitiua†ſuſpendatur,ideò in prima æquum
fuit cauſam exprimi, & imputet ſibi ſi non ap-
pellauit à diffinitiua. Vel ſecundo dici poteſt,
157 ꝙ iſtud eſt de arbitrarijs, † quia non omnium,
quæ à maioribus dicta ſunt, ratio reddi põt,vt
vt in.l.non omnium.ff.de legi. Hoſti.verò dice
bat multum mirandum, ꝙ hoc ſit. Nam cum
158 †excommunicatio ab homine feratur ſolum ex
vnica cauſa,ſcilicet propter contumaciã,vt dixi
in octauo princ.artic.in.c.nulli.ſupra eod. & in
alijs ſententijs diffinitiuis poſſunt variæ occur-
rere cauſæ,vt in.c.cum cauſa.ſ.de re iudi. vide-
batur potius concludendum, ꝙ ipſius eſſet ex-
159 primenda cauſa, Sicut in ſimili dicimus,ꝙ†qñ
vnica eſt cauſa,vt in rei vendicatione,cuius cau
ſa eſt dominium,non eſt neceſſe illam exprime-
re,vt.ff.de except.rei iudi.l.ſi mater.§.eandem.
&.l.& an eadem.§.actiones.quia poſtquàm eſt
vnica,dicitur certa,vt in.l.certum.ff.ſi cer. peta.
Secus ſi plures poſſunt eſſe cauſæ, vt in actione
160 perſonali.Sed põt rñderi,ꝙ † licet contumacia
ſit cã vnica excommunicationis ab hoĩe,ꝓferen
dæ,tñ ipſius contumaciæ cauſæ poſſunt eſſe di-
uerſæ;habet.n.ſe contumacia ad ſpũalem curã,

ſicut infirmitas ad carnalem; vnde ſicut in carna
li cura nõ ſufficit medicum ſcire illũ infirmum,
niſi ſciat infirmitatis cauſam; ſic nec in ſpũali
nõ ſufficit ſcire contumaciam, niſi ſciat ſpeciẽ,
ſeu formam contumaciæ. Itẽ põt reddi rõ,quia
161 †excõmunicatio plꝰ participat de natura inter
locutoriæ quantũ ad ptãtem reuocandi,& ideò
ſicut iudice interloquente non reddit̃ ſnĩa nul-
la per appellationem cauſa non exp̃ſſa. Ita & iu
dex nõ repellit ſubditum per excommunicatio
nem,niſi cum exp̃ſſione cauſæ. Io.Mo.dicit,ꝙ
162 ſicut†appellatio ab interlocutoria nõ põt iuſti
ficari niſi cã exp̃ſſa in appellatione, vt in cle.ap-
163 pellãti.de appel. ita &†cã in excõmunicatione
videtur exprimenda. Facit qđ tradit Io. An.in
c.cum venerabilibus in fi.eo.ti.lib.6.Ego arbi-
tror ꝙ poſſet ſubiungi hæc rõ, videlicet,ꝙ ſtatu
tum fuit,vt cã exprimeretur ad hoc, vt excõica
tus melius poſſet in appellando grauamen ſuum
reuocari facere; ita ꝙ nõ poſſet vagari cũ ipſius
iactura. arg.eorum q̃ dixi.ſ.in.2.q.huius artic.
in prin. & hoc,vt poſtquã grauabatur appellãs,
164 eo ꝙ†per appellationem non ſuſpenditur ex-
communicatus,releuaret̃ in hoc, vt cã eſſet ſibi
nota,quam de facili poſſet ꝓſequi;facit reg.ſm
naturam.ff. de reg.iur.& reg.is qui ſentit.de re.
165 iur.lib.6. Et ex p̃dictis infero,†ꝙ non ſufficit
iudici dicere,ꝙ excommunicat ꝓpter cõtuma-
ciam,niſi dicat cãm contumaciæ, ſeu ſpeciẽ. Nã
tũc dicitur cã ſpecialiter noĩata,qñ in indiuiduo
noĩatur.Facit in ſimili.c.pia.§.ſi quis igitur. de
except.lib.6. Eſt igitur ſpecialiter,& indiuiduo
exprimenda,& hoc tenet Hoſt.Io.An.&.D.m.
in.d.c.1.eo.tit.lib.6. Et adde ad p̃dicta q̃ dixi
ſupra in.6.q.in qua apparet,ꝙ nullus eſt excõi-
cãdus ſine cã. Et adde qđ dicã.ỹ.in.16.q.huiꝰ
166 artic. Quæro decimotertio,†vtrum ſententia
excommunicationis poſſet ferri die feriata.Sol.
breuiter dic ꝙ ſic, ſi fertur ſine cauſæ cognitio-
ne;& ꝓpter notoriũ.Secus ſi cum cãæ cognitio-
ne,de quo vide per Hoſt.in ſum.in tit.de fer.§.
pen.& per Spe.in tit.de fer.§.ſequitur. ver.po
ſito.& per Lap.in.c.2.de conſti.lib.6.per Fed.
167 cõſi.10. Quæro decimoquarto,†vtrũ poſſet
ep̃s excommunicare ſine cõſenſu capituli. Sol.
dic vt latè dixi in.c.1.ſupra de exceſſ. prælato.
168 Quæro decimoquinto, qui†excõmunicatores
aſtringantur ad formã ſeruandam, de qua in.d.
c.1.eo.ti.lib.6. videlicet, ꝙ in ſcriptis, & ꝙ cã
inſeratur,& de exẽplo tradendo parti,ſm ꝙ ſta
tim dicam in.17.q. Sol.dic,ꝙ ad hoc aſtringit̃
quilibet iudex qui habet ptãtem excõicandi.
Ad qđ vide quod dicã in.14.prin.artic.in.c.ſa
169 cro.ỹ.eo. Quæro decimoſexto, vtrũ†forma,
& ordo,de quibus dictũ eſt ſupra, videlicet, ꝙ
p̃cedat cã,p̃cedat monitio, feratur medicinali-
ter,ex bono zelo,& in ſcriptis, & ꝙ cã ſpeciali-
ter exprimatur,dicatur ſubſtantialis, ita quòd
omiſſio reddat excõicationem nullam, ſicut in
ſimili dicit̃ in.c.quia ꝓpter.ſ.de elect.cũ ſimi.
170 vbi†ſi aliquid omittitur de his,q̃ ſunt de forma
ſubſtantiali ſcrutinij tota vitiatur electio. Sol.
dicit Zaba.hic,ꝙ in excõicatione nõ requiritur

talis forma, & ideò prędictis non ſeruatis ligat,
vt petatur abſolutio, vt not. glo. in verbo cām.
171 in.c.1.eod.titu.lib.6. quanuis enim† ſententia
excommunicationis debeat eſſe iuſta, & habe-
re cauſam, & ordinem; tamen iniuſta tenet, &
ſine cauſa, & non ſeruato ordine ligat, vt not.
glo.in.c.per tuas.j̃.eod. &.11.q.3. in ſumma.
Quinimo dicit.D.m.in.c.ab excommunicato.
172 s̃.de reſcrip.in lect.& in repeti.ꝙ licet† in ſen-
tentia excommunicationis non ſit ſeruatus or-
do, vel cauſa non fuerit vera, vel mala intentio-
ne iudicis lata fuerit, aut ſine zelo iuſtitiæ, etiam
ſi lata ſit contra intentionem delegantis, quan-
do delegatus fuiſſet, tamen ſententia tenet per
tex.11.q.3.c.1.&.c.epiſcopus.§.ſi ergo. &.2.
173 q.1.c.nemo. 24.q.3.c.de illicita. † ſiue ſit lata
non præmiſſa monitione, de quo dictum fuit
in octaua quæſt.tamen tenet, vt not.D.m.in.c.
reprehenſibilis.s̃.de appel.allegat Inno. in.c.il-
lud.de cler.excom.mini.& in.c.prudentiam.de
174 off.delega.† ſiue ſine ſcriptis, vt dixi in decima
q̃ſtio.tenet glo. Io. And. &.D.m.in.c.1.eo.tit.
175 lib.6.& Bal.in.l.2.C.de ſen.ex.peri.reci. † ſiue
non expreſſa cauſa, de quo in duodecima.q.te-
net glo.in.d.c.1. & Io.An. in.c.cum deſideres.
s̃.eod.& vide glo.in.c.ex parte.s̃.de off.ordi. q̃
176 dicit, ꝙ† excommunicatio ex falſa cauſa tenet,
de quo dicam in decimoquinto artic. in.c.vene
rabilis.j̃ eod. Sed tu aduerte, quia Zaba. hic
Com. op. dicit, ꝙ licet communiter* Doct. hoc ſequūtur,
177 tamen ſibi non placet, quia † omnis diſpoſitio
ex falſa cauſa vitiatur, quādo diſpoſitio adequa-
ta eſt effectui, ita quòd diſponens ceſſante cau-
ſa non erit diſpoſiturus. C.de fal.ca.adie.leg.in
.l.1.vbi caſus notab. &.s̃.de conſan. & affini. c.
quia circa. maxime ſm intellectum, quem ibi
178 ponit Zaba. & maxime cum† cauſa apponatur
conditionaliter, & ſic habeatur pro finali, adeò
quòd ſi ſit falſa vitiatur. ff.de condi. & demon.
179 in.l.demonſtratio. & ideò † excommunicatio
lata ex falſa cauſa, quam ſi excommunicans ſci-
uiſſet non veram non excommunicaſſet, nō te-
net; Zaba.in.d.c.ab excommunicato. ſed mihi
nō placet, per ea, quæ prius dixi, & q̃ infra dicā.
180 Cōclude ergo, ꝙ † ſiue ſit lata ex falſa cauſa, vel
ex non legitima, etiam mala intentione, vel ex
inuidia, dummodo ptās fuerit in excommuni-
catore, & diſpoſitio in patiēte, & habilitas ma-
teriæ ſententia excommunicationis tenet, licet
forma, & ordo non fuit ſeruatus. Aduerte tñ,
quia Gratianus ponit aliam notabilem limita-
tionem. 11.q.3.c.nō ſolum.§.cum ergo.2.vo-
181 lens, ꝙ † ſententia paſtoralis ex falſa cauſa ex-
preſſa liget, quando aderat alia iuſta cauſa non
expreſſa, & ita procedit.c.1.11.q.3. cum vbi
nulla cauſa eſſet, propter quam debuiſſet excō-
municari, tunc ſententia iniuſta non ligat ſm
Gratia. Sed hunc intellectum ad limitationem
reprobat glo.in.d.§.cum ergo.& etiam Archi.
ibi, & in.§.cum ergo.&.D.m.in.d.c.ab excom-
municato. ꝓ qua reprobatione eſt tex. in.d.§.
cum ergo. vbi enumerātur modi iniuſtæ excōi-
cationis, inter quos eſt, qñ quis ſine culpa ex-
communicatur, & tñ dicitur ibi, ꝙ tenet excōi-
catio. Not.tñ, ꝙ quantum ad id, ꝙ dictum eſt,
182 ꝙ† ſnĩa iniuſta ex zelo, vel ex cauſa tenet, non
eſt idem in alijs ſnĩjs, immò eſt aliqua ſpeciali-
tas quātum ad ordinem omiſſum, quia aliæ ſen
tentiæ ſunt nullæ, & ſnĩa excommunicationis
tenet. Et ratio ſpecialitatis eſt, vt cenſura eccle-
ſiaſtica habeatur in maiori reuerētia.23.q.5.c.
excommunicatorum. &.11.q.3.c.nemo con-
temnat. & ne quis ligetur ex cōtemptu, vt in.c.
per tuas.j̃.eod. Sed potius præſtat per meritū
obedientiæ, vt d.§.cum ergo.Item quia excom
183 municatio ſumit effectum, & ſubſtantiā à ptā-
te clauium, & ſic defectus ordinis non pōt eſſe
ſubſtantialis, ſed potius eſt de iuſtitia.Item facit
184 quia† excōicatio eſt animæ medicina, vt in.c.1.
eo.tit.lib.6.quare ſi iniuſta eſt, & ipſe obſeruet,
non ligat quò ad deum, immò ex patientia me-
retur, & iudex punitur, vt dicam in.14.princi.
artic.in.c.ſacro.j̃.eo. Aduerte tamen, ꝙ præ-
185 dicta ſnĩa† iniuſta ligat ſolum quò ad eccleſiam
militantē, q̃ frequenter fallitur.24.q.3.c.ſi quis
non recto.35.q.9.in.c.ſententiam.s̃.de frigi.in
c.fraternitatis.de re iudi.c.lator.cum ſimi. Sed
non ligat quo ad deum, & eccleſiam triumphan
tem, quia niſi quis peccet, nō poteſt priuari gra
tia dei.11.q.3.c.temerarium.de reſti.ſpo.c.lite
186 ras. Deus enim† nunquam fallitur, nec fallit.j̃.
eo.c.à nobis.24.q.3.c.deus.de conſe. diſt.2.c.
187 panem. Sed contra p̄dicta oppo. nam† eccle-
ſia non debet habere maculam, nec rugam, nec
aliquid huiuſmodi.21.diſt.c.quanuis. de peni.
diſt.1.c.eccleſia. nec ab ea procedere debet ali-
quid iniuſtū, cū teneatur alios in iuſtitia confir
mare, vt in.c.licet.s̃.de ſup.neg.præl, ergo non
debuit ſtatuere excōicationem iniuſtam ligare,
& ſic dare prælatis poteſtatem malignādi, & in
ſubditos ſeuiendi. Sol.dicit Hoſt.in ſum.eo.tit.
§.quis ſit effectus.ver.quantumcunque.ꝙ hæc
non fuit intētio eccleſiæ, immò tales punit acri
ter, vt dicam in.14.prin.artic.in.c.ſacro.j̃.eod.
Sed fuit intentio, vt clauis eccleſiæ magis time-
retur, & in maiori reuerētia haberetur, & ꝑpter
alias rationes, de quibus.s̃.dixi. Et hæc proce-
188 dunt, niſi quis cōtemnat. Nam† etiam quo ad
deum ex contemptu ſententia excommunica-
tionis iniuſta obligat, vt in.c.per tuas. infra eo.
ſecundum Hoſt.ibi, &.D.m.in.d.c.ab excom-
municato.dicā in.21.artic. in.c.per tuas.j̃.eo.
Item qd'.s̃.dixi, ꝙ ſnĩa excōicationis lata etiam
189 ex falſa cauſa ligat, eſt verum, † niſi error intolle
rabilis exprimatur in ſnĩa excōicationis, vt pu-
ta, excōicatur aliquis, quia non occidit, vel quia
non fornicatur, aut aliud ſimile malum, vel faci
nus non perpetrat, vel etiam quia facit aliquod
bonum, vt puta elemoſinam, vel quid ſimile, vt
d.c.per tuas.infra eo.vbi vide per gl. in ver. er-
ror.alia plura exempla.& de hoc eſt tex.in.c.ve
nerabilibus.§.pen.eo.tit.lib.6.& vide qd' not.
glo.in.c.præſenti.de offic.ordi.lib.6.& D.m.in
190 d.c.ab excommunicato. † Secus ergo ſi expri-
meretur error, ſed non eſſet intollerabilis, vt di-
cit Io.And.in.d.c.per tuas.in fi. & Docto.ibi.
Sed



191 Sed dubitari poteſt, † quid ſi excommunicatio
non contineat in ſe errorem expreſſum, tamen
notorium eſt eam eſſe iniuſtam, vtrum notoria
iniuſtitia reddat eam nullam, ſicut reddit alias
ſententias, vt not.Inno.in.c.fraternitatis.ſupra
de frigi.& glo.in cle.2. de re iudi. & eſt bonus
tex.in.c.inter cæteras.s̃.de re iudica. & ibi dixi
poſt.D.m. Et in hac dubitatione glo.& Doct.
variè loquuntur in.d.c.per tuas. Sed diſtingue
192 poſt Io.And.&.D.m.ꝙ aut† ſententia excom-
municationis continet in ſe peccatū, & eſt nul-
la, vt ſupra dixi; aut continet in ſe alium errorē,
193 & ſubdiſtingue, quòd † aut contra ius, de quo
quæritur, & hoc caſu tenent quidam, quòd ſen
tentia valeat. Sed dicit.D.m. quòd fortè dici
poſſet contrarium, ex quo fundatur ſuper cauſa
falſa in cauſa expreſſa. Facit.c.per tuas.s̃.qui fi.
ſint leg.& iſto modo ſaluatur opin.Zaba. quam
194 ſupra recitaui. Aut† ſententia continet expreſ-
ſum errorem facti, & ſubdiſtingue, quòd aut cū
notorietate iniuſtitiæ concurrit impoſſibili-
tas, vt puta, excommunicatur infans, vel caſtra-
tus, quia ſtuprauit virginem, vel excommuni-
catur quis, quia digito cœlum non tetigit, &
tunc ſententia eſt nulla. Facit.c.romana.§.in
vniuerſitatem.eod.tit.lib.6. Aut cum notoria
iniuſtitia non concurrit impoſſibilitas, & ſub-
diſtingue, quòd aut error eſt expreſſus in ſen-
tentia, & eſt nulla, ſecundum.D.m.argumē.l.1.
ff.quæ ſenten.ſine appella.reſcin. & quod not.
Inno.in.c.cum Bertoldus.ſupra de re iudi. Aut
non eſt expreſſus in ſententia, ſed aliunde con-
ſtat, vt puta, excommunico Titium, quia ſpo-
liauit Sempronium, & notoriè conſtat, quòd
iſte non ſpoliauit, ſed alius; & tunc glo. & Ioā.
And.in.d.c.per tuas.videntur dubitare. Sed ta-
men.D.m. concludit, quòd valeat per tex. in
d.c.venerabilibus. qui requirit errorem paten-
tem expreſſum, & ibi idem tenet Archid.quod
placet.D.m.quantum ad hoc, vt excommunica
tio habeatur in maiori reuerentia. Sed de iuris
ſubtilitate credit.D.m.ſententiam nullam, quia
ceſſat præſumptio iuſtitiæ, quæ facit tenere ſen
tentiam iniuſtam.Facit quod not.in.d.§.in vni
uerſitatem. Item fortius debet ſententia ex-
communicationis nulla etiam ex notoria iniu-
ſtitia timeri propter ipſius grande periculum,
quàm alia ſententia. Sed iſta ratio mihi non
placet, propter ea, quæ ſupra dixi de iniuſtitia
cauſę: vnde etiam de iuris rigore arbitror ve-
riorem ſententiam Archid. propter rationes,
quas ſupra aſſignaui, & quia de facili releuatur
quis à tali ſententia medicinali parendo manda
195 tis eccleſiæ. Aduerte tamen, † ꝙ ſi notorium
eſſet illi, cui pręcipitur, quòd induceretur ad
peccandum per illud præceptum, ſed alij hoc
ignorarent, quid agere debeat in hac ambigui-
tate, dicam.j̃.in.21.articulo.in.c.per tuas. Item
aduerte, quia dubitari poteſt circa p̄dicta, vtrū
196 † ſentētia excommunicationis ex cauſa imperti
nenti ſit nulla. Exemplum, excōmunico Titiū,
quia fonsbrādus eſt ita frigidus, vel ꝑpter quid
ſimile.d.Ant.in.c.ſacro.j̃.eo. recitat opi. & fi-
naliter concludit, ꝙ non valeat, ſicut nec valet ſi
in ſe contineret manifeſtum peccatum, vt dictū
eſt, & mihi placet, quia manifeſtus eſt error ex-
preſſus in ſnĩa, & manifeſtè, & notoriè de iure.
197 Quæro decimoſeptimo, vtrum† iudex teneat
dare exemplum ſnĩæ excommunicationis, &
quando, & qualiter. Sol.tex.in.c.1.eo.tit.lib.6.
dicit, ꝙ tenetur tradere.j̃.menſem, ſi ſuper hoc
198 fuerit requiſitus, & dicit ibi glo.ꝙ † debet eſſe
totale, aliàs non eſſet exemplum, ſed pars. Et
dicunt ibi Hoſt.Io.And.&.D.m.ꝙ debet con-
tinere excommunicationem de verbo ad ver-
bum, & annum, & diem.arg.s̃.de reſcrip.c.eam
199 te.&.2.q.8.c.libellorum. Et intelligitur† men-
ſis à die ſnĩæ, non à die requiſitionis, vt dicit
glo.in.d.c.1.argu.2.q.6.§.diffinitiua.§.iudici-
bus.&.C.de appel.in.l.iudicibus.Sed Hoſt.quē
ſequitur Archid. dicit, ꝙ incipit currere à die
requiſitionis. Sed Ioan.And.tenet, ꝙ licet hæc
opin.videatur habere ęquitatem, tamen prima
opin.videtur eligenda, quia à contrario ſeque-
retur, ꝙ iudex requiſitus poſt plures annos ar-
ctaretur ad pœnam.c.1. ꝙ eſſet nimis durum,
cum interdum non habeatur plena cura talium
ſcripturarum, & ſępe pereant. Dicit tamen, ꝙ
pro Hoſt.facit litera antiqua, q̃ erat in tex. illo,
quę dicebat poſt diem ſnĩę. Sed poteſt rñderi,
ꝙ ideò ita dicebat, quia ante diem ſnĩę non po-
terat tradi quod non erat in rerū natura. Prę-
terea pars illa fuit ſublata de illo tex. & ideò pl⁹
placet prima opi. quam etiā ſequitur Io.An. &
D.Domi.licet Zenze.tenuerit ſecundam opi.&
200 debet† peti exēplum congruo loco, & tēpore,
ſm glo.ibi.& ideò ſm Inno.& Io.An.nō debet
peti dum iudex equitat, vel officium dicit, aut
intēdit ire ad cubitum.Facit.c.vt ſupra. &.c.ab
201 eo.s̃.de appel.lib.6. Et ſic† excommunicatus
debitam formam non ſeruans, non pōt exem-
202 plum habere; ſuper† requiſitione aūt per eum
facta, debet facere fieri publicum inſtrm̄, vel li-
teras teſtimoniales confici, authentico ſigillo
ſigillatas, vt dicit tex. in.d.c.1. Quod quidam
intelligunt non fore neceſſarium, niſi quo ad fa
ciliorem probationem diligētiæ ſuę, nam ſuffi-
cerēt teſtes.glo.tamen in.d.c.1. ſentit ꝙ immò
ſcriptura ſit neceſſaria pro ſolemnitate, ſicut in
multis alijs caſibus, de quibus per glo.in.c.1.de
cenſi.lib.6.& ſequitur Hoſt.Io.And.Archid.&
Io.Mo.& do.Domi. & adde qd' dicā.j̃.in.14.
prin.artic.in.c.ſacro.j̃.eod. Quæro decimo-
203 octauo, vtrum † ſnĩa excōicationis poſſet ferri
in diem, vel ſub conditione.Sol.dic ꝙ ſicut pōt
ferri purè, ita & in diē, & ſub conditione, vt no.
Io.An.in c.nouerint.j̃.eo. & probatur in.c.p̄-
terea.2.s̃.de appel.vbi not. ꝙ non ſolū ꝓ cōtu
macia pōt ferri excōicatio in diē, vel ſub condi-
204 tione, † ſed etiā ꝓ intereſſe priuati, vt quia debi
tor nō vult ſatisfacere creditori, & ſic vr̃ ꝙ poſ-
ſet ferri ſub ſpe futurę contumacię; & adde qd'
dicam.j̃.q.21.huius artic. Quęro decimono
205 no, † quid ſi iudex dicat, excōico, vel abſoluo,
vel excōico, & abſoluo. Sol.Io.11.q.3.§.cum
ergo ſubditi. dicit, ꝙ ſi talis non erat antea ex-

communicatus,non dicitur excommunicatus,
ſed dicetur abſolutus. Sed Bartho.Brixien.ibi
addit ad illam glo. quòd talis prælatus præſumi
tur fatuus,& perinde habetur, ac ſi non tuliſſet
ſententiam.Sed primam opinionem tenet Pet.
Mouetur,quia abſolutio fuit vltima. Et idem
ſentit Io.de Fan. qui dicit,quòd iſte eodem mo
mento eſt excommunicatus, & abſolutus; nec
eſt hoc abſurdum, argum.ff.de noua. in.l.ſi ſti-
chum.§.1. &.ff.de accept. in.l.quod in diem.
Com. op. 206 † Communis* concluſio eſt,quòd indiſtinctè
207 ille ſit abſolutus, quia † vltimo verbo ſtandum
eſt. argum.ff.de hære.inſtit.l.ſi ita ſcriptum. &
.l.ſtichum.de manum.teſtam. & ita etiam not.
glo.16.q.1.c.prædicator. per tex.de pœniten.
diſt.2.c.ſi enim.& ſequitur Archid.in.d.c.præ-
dicator.&.2.quæſt.3.§.præuaricator. vide qđ
dixi in.c.qualiter.1.de accuſa.in ſecundo mem
bro principali,in ſeptima fallen. Et adde quod
dicam.j̃.q.24,huius articuli. Et hæc ſufficiāt
208 pro lectione hodierna,† quoniam heſterna die
12.Kalen.Auguſti huius anni.1446.ſtudio va-
care non potui, propter egregiam, notabiliſſi-
mam,& admirandā diſputationem, quam Fer-
randus Cordibeñ. vir potius diuinus, quàm
humanus,à primis literis vſque ad theologiam
incluſiue per integram diem fecit, qui cum ſit
ætatis annorum viginti,vix quiſpiam arbitrare-
tur illum potuiſſe per curſum legere libros,
quos memoriæ tenet. Etenim tàm veteris,quā
noui teſtamenti, atque ipſius articulos omnes
tex.memoriæ commendauit, aureos commen
tarios ſententiarum beati Thomæ,Scoti,atque
innumeros alios Codices ſibi ſuperuacuos fe-
cit,nec minus perſpicaciſſimo,acutiſſimo, atq;
verſabili ingenio, quàm æterna memoria po-
let; accedit ad eius diuinas laudes admiranda,
atque incredibilis humanitas,& vita,& morum
penitus irreprehenſibilis; omitto quod in lite-
ris Hebraicis,Caldeis, & Arabicis doctiſſimus
euaſerit, & etiam Græcarum literarum aliqua-
lem fuerit adeptus notitiam,hic cum ſua huma
nitate cum menſibus fere viginti, omnia fere
vltramontana ſtudia diſputando viſitauit, pro
ſua humanitate dignatus eſt hoc noſtrum Se-
nenſe Gymnaſium ſui præſentia beatificare,
qua omnipotens Deus pro remuneratione tan
ti beneficij, non ſolum multiplicatos, quàm
feliciſſimos pro ſua ineffabili clementia,& bo-
nitate concedere dignetur. Amen.
209 Quæro vigeſimo, vtrum iſta † verba habeo te
pro excommunicato, vel ſcias, vel noueris, vel
reputes, vel cognoſcas te excommunicatum,
vel per ſimilia verba poſſit quis ſententiam ex-
communicationis promulgare, & an valeat.
Solu.Goff.in ſum.eod. titu.§. quæritur an hæc
verba. dicit quòd non; quia talia verba magis
habet vim denuntiandi,quàm ligandi. Sed de-
210 nuntiatio † non ligat, vt ſupra de appella.c.pa-
ſtoralis.in fi. Contrarium tenet Hoſtiē.in ſum.
eod.titu.§.qualiter.poſt princi. vbi dicit,quòd
non facit vim,an iudex dicat excommunico te,
vel proferat aliqua ex dictis verbis, vel ſimilia;
dum tamen voluntatem ſuam exprimat de prę
ſenti.ſ̃.de teſt.cog.c.2.& ibi hoc notaui: ſupra
de appella.c.præterea.2. ſicut in ſimili dicitur
in.c.penult. ſupra de ſponſa. & in.c.1. ſupra de
211 ſponſ.duo. Nam † voluntas iudicis ſpiritualis
omnino pro lege ſeruanda eſt. 11.quæſt.3.c.au
di.etiam ſi ſit iniuſta. 11.quæſt.3.c.1. Et præ-
dictam opinionem tenet Iac.de Are.in.l.in te-
ſtamento.ff.de manum.teſtam. per not.in.l.ex
hac ſcriptura.ff.de dona.& in.l.ſi donatio.C.de
donat.& ſequitur Hen.Boh.in.c.ſi quem.j̃.eo.
qui allegat ad hoc Aſten.in ſum.& glo.per Ray.
dicens,quòd ſi proferens per hæc verba inten-
dit excommunicare, tenet excommunicato;
212 quia † verba deſeruiunt intentioni,non ecōtra,
vt.j̃.tit.1.c.intelligentia.&.c.in his. quia in ta-
libus,quanuis verba exigantur; non tamen eſt
præſcripta certa forma verborum,ſicut in ſacra
mento baptiſmi,& euchariſtiæ. Subdit tamen,
ꝙ ſi de hmōi excōmunicatione per talia verba
213 prolata agatur in foro † iudiciali, nō reputabit
excōicatus, niſi aliàs probetur excommunica-
tus,vel niſi alias conſtiterit de intētione, & aīo
excōicātis, vel quia ſemper ſolicitus ſit ita dice
214 re, qñ excōicat,vel alio modo, ſed in † foro pę
nitentiali in dubio tutior via eſt eligenda, & ſic
quòd talis reputet ſe excommunicatum. Facit
quod dicam infra quæſtio.24.huius artic. Co-
gitabis,quia ſatis eſt vtraq; opin. probabilis.
215 Quæro vigeſimoprimo, † quid ſi iudex præci-
pit ſub pœna excommunicationis quòd ſic fa-
ciat,an talis,ſit ipſo facto excommunicatus; po
ne iuſſit ſolui,vel quid ſimile fieri infra certum
tempus. Sol.clarum eſt quòd ſic,ſi præceptum
eſt iuſtum,vt not.in.c.præterea.2. ſupra de ap-
pella.nec ſit differentia, an dicatur ſi non ſatisfe
ceris te excommunico, vel te excommunicatū
cognoſcas,vt tradunt communiter* Docto. & Com. op.
D.m.in.d.c.præterea.Facit quod dixi in præce-
216 denti quæſtione.&.q.18. & hoc caſu † non eſt
neceſſaria alia monitio, ſecundum Lapp.alleg.
lxxiij.per.d.c.præterea.&.c.quod ad conſulta-
tionem. ſupra de re iudi. Vide quod dixi ſu-
pra eod.articulo.q.8. fallen.10. Sed circa hoc
217 quæritur, † quid ſi creditor prorogat terminū
illum,infra quem debitor iuſſus debebat ſatiſ-
facere. Inno. ſol. circa hoc in. d.c.præterea.po
nit varias opin. Quidam enim voluerunt,quòd
talis nòn ſit excommunicatus, alij contrarium.
Primam opinionem tenet.d. Ant.poſt factum.
ſecundam ante factum. D.m.ſimpliciter tenet
primam. Ego verò latius ibi diſtinxi duo mem
bra. Primum, vtrum talis incidat in excommu
nicationem.Secundum poſito quòd nō,vtrum
ſaltem incidat, ſi non ſatisfaciat in termino ꝓ-
rogato. Circa primum tandem tenui primam
opinionem, quam tenet Barto.in.l.1.§.& poſt
operis.ff.de no.ope.nun. Circa ſecundum di-
ſtinxi, quòd aut authoritate iudicis fuit facta
prorogatio,& non incidat; aliàs ſecus. de quo
vide quod latè dixi in dicto.c.præterea. Item
218 quid † ſi talis non adimpleuit mandatum iudi-
cis propter iuſtum impedimentum. Sol.glo.fi.
in.c.



in.c.2. de teſti. cogen. tenet, ꝙ talis nō ſit ex-
communicatus, quia intelligitur, niſi iuſtè fue-
219 rit impeditus. Quid † autem ſi ſit excom-
municatus niſi tale quid fecerit nullo obſtante
impedimento, vtrum erit excommunicatus ſi
iuſte fuerit impeditus; Sol. prædicta glo.tenet
quòd non, quò ad Deum,ſed quo ad eccleſiam
tenet quòd ſic, donec conſtet de impedimēto,
quo caſu abſoluetur ſine aliqua difficultate,aut
grauamine; alij verò aliter dicunt. Sed tu dic,
vt latius dixi in.d.c.2. Quæro vigeſimoſecun-
220 do,quid ſi † Iudex dicto modo excommunicā-
do, vel aliquis dicat ex nunc prout ex tunc, &
ex tunc prout ex nunc excommunico. Sol. ſa-
tis clara patet deciſio ex præcedentibus, quòd
ſententia poteſt taliter ferri, & non ſatisfaciens
præcepto eſt excommunicatus, vt not. in.d.c.
præterea, & Bal. in.c.1.de mil. vaſ. qui contu.
eſt. in vſibus feudo. Et volunt Ioan. Mon. Io.
Andr. D. m. & Doc. quòd non eſt differentia
an dicat ex nunc pro vt ex tunc, ſeu dicat excō-
221 munico te ex tunc. Nam † ſententia horum
verborum hæc eſt, excommunico te ex tunc,
id eſt nunc diſcerno, quòd ſi in termino non
ſic feceris, ſis tunc excōmunicatus; Facit ꝙ ēt
not. glo. in verbo ex tūc, in cle. vt ij qui.de ęta.
& quali. & per Archid.in.d.c.dudū.de præben.
lib.6. Prædicta tamen limita ſecundum ea, quę
dicam.j̃.q.28. prope finem. Vigeſimotertio
222 quæro, quid ſi † iudex dicit excōmunico vnum
de vobis, duobus, ſeu pluribus qui furtum fe-
cerit, an nullus,vel vterq; aut neuter ſit excom-
municatus. Sol. glo. penul.in.c.2.de offi.ord.
Primo arguit, ꝙ nullus ſit excommunicatus,
deinde arguit, ꝙ vterq; ſit excommunicatus;
Sed concludendo dicit, verum eſt quòd neuter
223 eſt excōicatus, quia † ſententia eſt incerta &
ideò non valet, vt.l. penul. & fin.C. de ſenten.
quæ ſi. cer. quanti. profer. & idem Goff.Con-
ſuluit tamen, ꝙ vterq; faciat ſe abſolui ad cau-
telam; Hoſti. tenet ꝙ vterq; ſit excommunica
224 catus, quia † Deus non curat de verbis, ſi con-
ſtet de mente, vt in.c.in ijs.de ver.ſigni.& hanc
opi. etiam tenet glo.11.q.3.§. cum igitur ſub-
diti. Sed Io. de Fan.ibi, quē ſequitur Archid.
tenet opi. glo. Ber. & Goff. Et eam etiam te-
net .D. m.in.d.c.2. per.c.graue.11. q. 3. Item
225 mouetur, † quia cum ad explicationem alicu-
ius actus requiratur poteſtas, & voluntas, vt in
.c.cum ſuper abbatia.ſ̃.de offi. deleg. Sed cum
iſte excōicans non habuerit animum excom-
municandi, niſi vnum, ergo non debet vterq;
eſſe excommunicatus; Item nec alter ex quo
neſcitur de quo ſenſerit;Et mihi placet hęc opi.
Facit.6.q. 2.c.ſi tantū. &.c.placuit. Hæc tamē
iudicio meo procedunt quò ad forum iudicia-
lem,ſed quò ad Deū dicerē, ꝙ ſi neuter furtū fe
cerit, nullus eſt excōicatus; ſi alter ille eſt excōi
catus; facit ꝙ dixi .ſ̃.q. 20. & ꝙ dicā in.q.ſeq.
226 Quæro vigeſimoquarto, vtrum † exiſtente du-
bietate validitatis, vel inualiditatis excōmuni-
cationis,debet ſe quis reputare excommunica-
tum, vel non; Sol. Hoſti. in ſum. eod.tit. §.
qualiter. poſt prin. ibi tu teneas, concludit, ꝙ
potius debet reputare ſe excommunicatum, &
ſequitur Henri. in .c.penul.j̃.eod. Et per con-
227 trarium † exiſtente dubietate abſolutionis,de-
bet reputare potius abſolutionem non valere,
de quo dicam in vigeſimo quinto articulo. in.c.
venerabilis.j̃. eod. & aliquid in vigeſimo pri-
mo arti. in.c. per tuas.j̃.eod. Vigeſimo quin-
228 to quæro, † qualis ſit forma ſententię excom-
municationis quando in cauſa criminali quis
eſt contumax ante litem conteſtatam; Sol.
Spe. in tit.de ſen.excom.§.vt autem. ſub rubri-
cella de ſen.excom.in prin.ponit hanc formam,
Cum .P. clericus de tali loco in noſtra præſen-
tia cōſtitutus .A.G. ſuper varijs criminibus,vi-
delicet ſimonia, conſpiratione, adulterio, &c.
accuſaret, ipſe nedum cum aduerſario voluit
in iudicio experiri; verum etiam contumaci-
ter, contra noſtrum præceptum à noſtra diſce-
dens pœnitētia, noſtris ſæpe vocatis literis, &
nūtijs parere cōtemnit; Cuius rei cauſa,ipſum
contumacem reputamus,& ob hoc, in his ſcri-
ptis auctoritate omnipotentis Dei, & beatorū
Apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra excom-
municationis vinculo innodamus,tradentes eū
quāuis abſentem Sathanæ in interitum carnis,
vt ſpiritus eius ſaluus fiat in die iudicij; & præ-
dicta probantur in .c. 1. eo. tit. lib.6.& in.c.1.
.ſ̃.de iudi.iunctis not.2.q.1.c.de manifeſta.11.
.q.3.c. audi. 23.q.4.c.qui peccat in prin.& .ſ̃.
de appel.c. cum ſit romanas; & fuit hæc forma
Aegidij originaliter, quam etiam notabis ad
aliàs multas ſentētias in materia noſtra; Cæte-
rum ſi poſtquam quis in iudicio comparet, &
fortè non vult parere iudici, non tenetur quis
tantam ſolemnitatem ſeruare, nam poſtquam
ter monitus eſt, ꝙ reſpondeat, vel ſimile quid
faciat iudex poteſt in ſcriptis eum excōicare,
229 & dicere ſub hac forma; † Et quia legitime mo
nitus noluiſti reſpondere, ſeu parere tua contu-
macia exigente, te in ſcriptis excommunico;
vt dicit Spe. in præallegato loco, ver.cæterum.
quod tamen intellige, & declara ſecundum ea,
quæ dixi ſupra in octauo arcticulo. in. c. nulli.
230 ſuꝑ eod. q.6. Quæro vigeſimoſexto, † quali-
ter procedatur ad excommunicationem cōtra
vſurarios; Sol. dic vt colligitur ex tex. & not.
per Doct. in.c.2.ſ̃. de vita & hone. cle. quia ſi
proceditur contra clericum non immediate de-
bet excommunicari, vel deponi, ſed prius re-
moueri, & ſuſpendi; deinde excommunicari,
deinde deponi; Nam & contra laicum non im-
mediate fertur excommunicatio, ſed prius in-
cipiendum eſt à pœnis concilij generalis, de
quibus .ſ̃. de vſur.c.quia in omnibus, & ibi di-
231 xi in rub. Quæro vigeſimoſeptimo, † quando
plures clerici ſunt concubinarij, vel ſimilis deli-
cti irretiti, qualiter Iudex procedere, & excom
municare debeat. Sol. dic, ꝙ iudex debet om
nes monere, vt illas dimittant, ſed ſi perſiſtunt
in contumacia, fortè non ſtatim debet excom-
municare, ſed ſuſpendere, & deinde eos excō-
municare; non tamen omnes ſed incipiendo
à prin-

à principalioribus, & alij eorum exemplo ti-
meant, facit. c. latrones .s̃. de cle. ex. mi. Te-
net Abb. & Io. Andr. in.c.3 .s̃.de vi.& ho. cle.
232 Quæro vigeſimo octauo, † vtrum quis poſſit
excommunicari vnà cum fautoribus, & partici
pibus ſuis; Sol. olim indubitanter poterat, vt
in.c.ſacris.j̃.eo. Sed hodie diſtinguendum, eſt
quòd aut excommunicatur quis vnà cum parti-
cipantibus in crimine damnato, aut cum parti-
cipantibus in locutione, & ſimilibus actibus;
Primo caſu poteſt ferri vt in.c. ſtatuimus. eod.
tit. lib. 6. & poteſt intelligi in crimine damnato
hoc eſt excõmunicato, vel ex crimine damna-
to, hoc eſt, propter quod quis excommunica-
tur; Vnde hoc caſu poteſt ferri generalis ex-
communicatio in aliquem, & in participante ſi-
bi in tali crimine, ſecundum Hoſti.& Io.Mo.&
probatur in.c.ſi concubinæ.infra eod. Et dicit
Hoſti. in .d.c.ſtatuimus,& poſt eum Io. Andr.
233 quòd † cõmunicans in crimine damnato pro-
pter quod alius excommunicatur, hoc caſu
propter talem ſententiam iudicis incidet in
duas excommunicationis ſententias, ſcilicet
iuris, & hominis; Secundo verò caſu, quan-
234 do † Iudex vellet ferre excommunicationem
in aliquem vnà cum participantibus ſibi in lo-
cutione &c. dic quòd hodie non poteſt ferri.
Si modo proferens ſit inferior à Papa, vt in.d.c.
235 ſtatuimus. Sed opus eſt, ꝙ † prius admoneat
participantes, quam excommunicentur, aliàs
excommunicatio eſt nulla, vt.d.c. ſtatuimus; Et
ratio deſcendit ex his quæ dixi ſupra in .8.q. hu
236 ius articuli † quia nulla excommunicatio debet
ferri, niſi competenti monitione præmiſſa; Itẽ
fuit hoc prohibitum, quia prælati erant nimis
proni ad tales ſententias proferendas, quia erat
nimis periculoſum, & ideò prohibitum fuit.
237 Aduerte tamen, quia Abb. & Io. Andr. † limi-
tant illud.c.ſtatuimus, vt procedat quando quis
vellet taliter excommunicare participantes ex-
communicato a ſe; mouentur, quòd tex. ille di-
cit ab eo; Secus ergo ſi vellet excommunicare
participantes excommunicato ab alio, vt puta
à Papa, Archiepiſcopo, vel ab alio; quia tunc
talis ſententia tenet, licet fortè ſit iniuſta, & ſe-
quitur .D. m. in.c. quod in dubijs .j̃. eod. Nec
obſtat quòd .c. ſtatutum & .c. conſtitutionem
eod. tit. lib.6. loquuntur generaliter, non di-
centes de excommunicatione ab eodem præla
238 to, quia reſpondetur, quia cum illę † conſtitu-
tiones ſint interpretatiuæ limitantur, & reſtrin
guntur ad cauſam conſtitutionis interpretatæ,
vt in authen. de filijs ante inſti. do. nat. circa fi
nem colla. 3. ſecundum Io. An. in.d.c. ſtatui-
239 mus, & .c. ſtatutum; Et not. quod † prædicta
excommunicatio contra taliter participantes in
cõmunione &c. non poteſt ferri non ſolum in
genere, vt puta excommunico omnes partici-
pantes cum .P. ſed nec etiam in ſpecie, dicendo
excommunico .B. quia participat cum .P. ſe-
cundum Inno. & Ioan. Andr. Ad hoc enim,
vt poſſit ferri excõmunicatio in tales partici-
pantes requiritur canonica monitio, vt dictis
240 iuribus. Et tunc † ſolum dicitur canonica ſi mo
do alijs rite ſeruatis ferratur, de quibus dixi ſu-
pra in octaua .q. & nominatim exprimat eos,
qui monentur ne participent; Et quanuis qui-
241 dam vt Hoſti. voluerint quòd † tunc ſolum nõ
ſufficiat monitio generalis, quando ſingulares,
& nominatæ perſonæ excommunicantur, quia
tunc requiritur ſpecialis monitio, tñ ſecus eſt
242 ſecundum eos, † quando generaliter excom-
municantur, quia tunc ſufficeret generalis mo-
nitio; tamen hanc opi. reprobat glo. in.d.c. cõ
ſtitutionem, & ibi vide; dicit tamen Gargias
hanc opi. iuri conſonam, licet alia ſit ſecurior;
volebat enim, quòd ad generalem excommuni
cationem ita conueniret generalis monitio, ſi-
cut ad ſpecialem conueniret ſpecialis; ſubdebat
tamen quòd ſi poſt factã generalem monitio-
nẽ diceretur aliquis communicaſſe, non denun
ciabitur excommunicatus, niſi hoc oſtenſo, &
probato, arg.c.ſi conſtiterit .s̃. de accu. de quo
dicam.j̃.q.32. Allegabat etiam, quòd in ſimi
li dicimus de vniuerſali petitione. Nam adiu-
dicata hæreditate, non propterea fit excommu
nicatio in ſingularibus rebus, niſi ꝓbentur hæ-
reditariæ, vt.ff.de pet. hæredi. in .l. Item viden
dum.§.fin. &.l.ſeq. & quod not.s̃.de reſti.ſpo.
.c.cum ad ſedem in glo.2. Sed *cõmuniter hæc Cõm.
opinio reprobatur vt dixi, ſubdit tamẽ Io. An.
243 in d.c. Conſtitutionem, ꝙ † quando prælatus
vult plures participantes nominatim excõmu-
nicare, poteſt dicere ſub hac forma; Cum ex-
communicauerim .P. qui tamen longo tempo-
re expectatus ſe non emendat ſed propinatam
ſibi medicinam contemnit in animæ ſuæ pericu
lum, & ſcandalum plurimorum, vel quia eo ꝙ
non vitatur, fortius indureſcit, ex quo ſibi, &
alijs periculũ noſcitur imminere, ideò monem⁹
.A. B. C. & .D. ne cum ipſo de cætero partici-
pationem, vel communionem aliquam habere
præſumant, ſed infrà tot dies, quos, vel quorũ
decem pro primo &c. vt dixi.s̃.q. 8. in totum
ab ipſius participio abſtineãt; Et ſubdit Ioan.
Andr. ꝙ hoc caſu non debet dicere alioquin ex
nunc ipſi, vel quilibet eorũ, qui cõtrafecerit ſit
excommunicatus, eo ꝙ talis excommunicatio
nõ debeat ferri ſimul cum monitione; Sed de-
244 bet † Iudex expectare lapſum termini, vt pro-
batur per tex. in.c.conſtitutum. & .c. conſtitu-
tionem.eod.tit.lib. 6. in quibus, ſemper repe-
titur quòd non permiſſa canonica monitione;
non poſſet quis excõmunicare participantes
in communione, & ſic tenet Ioan. Andr. in.d.
.c.conſtitutionem. & in. c. ſtatuimus. Et ad-
de hoc, ad limitationem eorum, quæ dixi.s̃.in
.q. 22. Item aduerte quia voluerunt quidam,
245 quod † excommunicatio prædicta vna cũ par-
ticipibus ſuis poſſet ſaltem ferri, quò ad illos
de collegio, ſi generaliter moneãtur; Sed glo.
in .d.c. conſtitutionem. reprobat prædictam
opi. dicẽs quòd immò debet fieri ſpecifica no-
minatio ipſorum de collegio, vel vniuerſita-
246 te; Et ſi † prælatus non poteſt ſcire nomina,
compellet rectorem vniuerſitatis ad ſpecifican-
dum



dum illorum nomina argu.ff. de condi. ob. tur.
ca. in .l.4.§. fin. facit quòd in ſimili not. glo.
in .c. ſi capio. de conceſ. præben. lib.6. Et ad-
de quæ dicã ſtatim.q.31. Et adde etiam præ-
dicta in quantum dicit de generali, & ſpeciali
monitione, & quòd aliàs ſententia eſt nulla,
ad ea, & pro limitatione eorum, quæ di-
xi ſupra in .8. q. huius articuli. Quæro vige-
247 ſimonono, de † ſpeciali forma excommu-
nicationis percutientis, vel inſequentis Car-
dinalem; Sol. dic quòd inſecutores, ſocij, man-
dantes, ratum habentes, conſilium, vel auxiliũ
dantes, ſcienter receptantes, vel defenſantes vl-
tra pœnam excommunicationis, quam ipſo fa-
cto incurrunt, ſecundum ea, quæ dixi ſupra ar-
ticulo nono, in ſecundo membro principali, in
ſecunda illatione, in fin. qui debent, quamdiu
in ſua contumacia perdurauerint ſingulis die-
bus dominicis, & feſtiuis pulſatis campanis, &
candelis accẽſis per omnes illius loci eccleſias,
in quo tantum facinus fuerit attentatum, ne-
ceſſario ciuitatum, & diœceſanum vicinarum
excõmunicati publicè nuntiari; vt eſt tex.in. c.
248 felicis. §. p̃ſenti. de pœnis. lib. 6. Et † quod
dicitur de locis vicinis, intelligitur, vel arbitrio
Iudicis, vel infra duas dietas ſecundum glo. 1.
Et hoc vltimum tenent ibi. Io. Mo. & Io. An.
pro primo autem dicto facit ꝙ not. Bal. in .l. ſi
vicinis. C. de nup. Quæro trigeſimo, quia
quãdoq; poſt latam ſñiam excõicationis, quia
excõicatus perdurat in ſua contumacia, pro-
pter ꝙ qñq; aggrauatur, & quandoq; regraua-
tur, vt creſcente contumacia, creſcat & pœna;
249 Ideò quæro de † forma libelli, & ſententia ag-
grauationis; Sol. Spe. in tit. de ſenten. excom.
ver. verum quia, dicit ꝙ propter talem contu-
maciam contra tales procedi poteſt ad ſuſpen-
ſionem, ad perpetuam priuationem officij, &
beneficij, vt .s̃. de eta. & quali. c. cum bonæ.
Item ad depoſitionem, vt in .c. veritatis .s̃. de
do. & contu. Et adde alia iura, quæ allegabo
infra articulo vigeſimoprimo, in .c. per tuas .j̃.
eod. huius autem ſententiæ aggrauationis for-
mam, quoniam ex ea poteris etiam cognoſce-
250 re quæ forma debeat eſſe libelli, cum † ſenten-
tia debeat eſſe conformis libello. Specu. in .d.
loco dicit talem eſſe; videlicet nos. N. miſera-
tione diuina Epiſcopus Senen. talem ſua exigẽ
te contumacia olim excommunicationis vincu
lo duximus innodandum, ipſe verò cõtemptis
eccleſiæ clauibus velut filius inobediẽtię adhuc
in graue animæ ſuæ præiudicium, & ſcandalum
fidelium pertinaciter in ſua contumacia perſe-
ueret, & excommunicationis ſententiam qua
ligatus eſt, animo ſuſtineat indurato; ideò ne
de ſua contumacia valeat gloriari, & ne facti ſui
peruerſitas tranſeat præſumptoribus in exem-
plum, ſed potius pœna ipſius ſit aliorũ metus,
noſtram ſententiam aggrauantes iuxta meritũ
culpæ ipſius illum ab officio, & beneficio duxi-
mus ſuſpendendum. Aduerte tamen, quia
251 audiui, quòd † curia ſeruat aliam formã ag-
grauationis, & regrauationis; eo ꝙ primo ex-
cõmunicat, deinde denuntiat, ſeu declarat; &
per nouum præceptũ aggrauat, non tñ ſuſpen
dendo, aut priuando; & deinde regrauat, &
per regrauationem poteſt capi; Interrogaui ta-
men quoſdam curiales de hac forma qui varia
dixerunt; Sed quicquid ſeruet curia, aut di-
252 cat Spe. Arbitror † ꝙ aggrauatio, ſeu regraua-
tio propter creſcentem cõtumaciam poteſt fie-
ri ſecundum arbitrium iudicis, quia poteſt cõ-
tra contumaces vti varijs remedijs, vnde pote-
rit pro aggrauatione pignora capere, multare,
in poſſeſſionẽ mittere clauſuram domus præ-
cipere; carceri mancipare, & alijs remedijs
vti, de quibus vide per gloſ. fin.in.c.2.de cõfeſ.
lib.6. & per glo. in .l.ſi quis inter. de excu. tu.
& per Bal. in .l. conſentaneum. C. quomo. &
quan. Iudex; & per Doc. in .l.vni.ff.ſi quis ius
di. non ob. Item poterit altero prædictorum
remediorum vti pro aggrauatione, & altero
pro regrauatione. Item etiã pro aggrauatio-
ne, & regrauatione poterit vti ſuſpẽſione, pri-
uatione, & depoſitione, vt ſupra dixi; & adde
etiam quòd dicam ſtatim in ſequen.q. Et poſ-
ſet etiam fieri, vt arbitror aggrauatio, & regra-
uatio per ſecundam & tertiam excommunica-
253 tionem; & † quid operetur multiplicata excõ
municatio videbim⁹ .j̃. in decimoquinto arti.
254 in.c.venerabilis. Trigeſimoprimo quæro, † de
forma regrauationis ratione participantium;
Sol. dic, ꝙ olim quando excẽmunicatus perſi-
ſtebat in cõtumacia, & fortè aggrauatus etiam
non curabat, fiebat regrauatio iſto modo vide-
licet, quòd excommunicabantur omnes parti-
cipantes, vel communicantes cum eo; Sed an
hodie ꝓcedat hoc qualiter, & dic, vt dixi ſupra
.q. 28. Trigeſimo ſecundo, & vltimo loco tra-
255 ctandum eſt circa hunc decimũ artic. de † for-
ma denunciationis, & publicationis excommu
nicationis. Circa quam multa oriuntur dubia.
256 Primo † de quo fiat talis deunciatio. Sol. dic
quòd de excommunicato, & non ſolum de eo
qui fuit excommunicatus ab homine; ſed etiã
de eo qui incidit in canonem, vt not. D. m. in
257 .c. parrochianos .s̃. eod. Nam † denũciatio
excommunicati præſupponit excommunica-
258 tionem, & † non ſolum fit de excommunicato
excommunicatione maiori, ſed poteſt etiam
fieri de excommunicato excõmunicatione mi-
nori; ſed non priuſquã de ea quis fuerit cõfeſ-
ſus, aut conuinctus, vt ſtatim dicam; & hoc te
net Ioan. Andr. & .D. Domi. in .c. ſtatuimus.
259 eod. tit. lib. 6. Dubitatur ſecundo, † ad quem
finẽ fiat hæc denunciatio, ſeu publicatio. Sol.
dic vt magis innoteſcat, & ſic vt magis euitetur,
vel etiam non admittatur ad ſacramenta, vel ſi-
milia incõſiderate; not. D. m. in.c. parrochia-
nos.s̃.eod. & .D. Anto.in.c. cum non ab homi
ne. s̃. eod. vbi infert, quòd dato hoc fine, vi-
260 delicet quòd † excommunicatio ſit manifeſta,
non eſt neceſſe fieri denunciationem, vel publi
cationem; quia adepto fine, ceſſant ea, quæ
ſunt ad finẽ, vt dixi in .c. euidentia.s̃. de accu.
Item infertur, quòd quantum ad eum, qui eſt
certus

certus de excommunicatione non eſt neceſſa-
ria denunciatio; ad quod vide quod dicam in
decimonono princi. artic. in .c. ſacris.ꝫ.eod.
261 Tertio dubitatur, † an denunciandus ſit citā-
dus ante denunciationem. Sol. dic quòd ſic
262 quia vt ſupra dixi ante quam † denunciari, aut
publicari poſſit, debet eſſe conuictus, aut con-
feſſus; quia vt dicit Ioan. Andr. in.c.ſtatuim⁹.
eod. tit. lib. 6. etiam in ſententia iuris conſtare
debet de crimine, vt not. in.c. 1. in fin. de homi.
lib. 6. & hoc etiam tenet. D. m. poſt Doc. in.c.
peruenit. 1.ꝫ.de appel. allegat ad hoc .c. cū ſe-
cundum. de hære. lib 6. & hoc tenet glo. in ter
minis noſtris, in ver. cōſtiterit. in .c. ſacro. ꝫ. eo.
& glo. in verbo quam citò commode. in cle. 1.
& glo. in verbo conſtiterit. in cle. 2. de pœni.
& Fede. conſ. 116. & eſt bonus tex. in .l. eius
qui delatorem, & quòd not. ibi Bar. ff. de iure
263 fiſci. Et hoc pcedit ſi † exceſſus non eſt noto-
rius, ſed ſi exceſſus eſſet notorius, tunc non eſt
neceſſe, quòd talis ſolemnitas adhibeatur,
ſed poteſt eum denūciare, & vitari facere abſq;
citatione, vt eſt tex. in .d.c. peruenit. 1. & ibi
not. D.m. Et ad prædicta vide omnino quæ
dixi in .c. auditis .ꝫ. de procura. vbi allegaui in
ſimili quædam iura in contrarium, & ſolue,
264 vt ibi dixi. Quarto dubitatur, † vtrum in ta-
li denunciatione debeat exprimi cauſa. Sol.
Doc. ſentiunt, quòd ſic in .c. 1. eod. titu. lib. 6.
dicit tamen Ioan. de Fantu. ibi, quòd licet non
exprimatur, Iudex non propterea incurrit pœ-
nā illius. c. & dicit ibi .D. Domi. ꝙ credit quòd
bene dicat, quia tex. ibi dicit de excommuni-
catione; ſed denuncians, vel declarans non di-
cetur excommunicare .ꝫ. de appella. c. paſtora-
lis. & .c. vt noſtrum. Ego non memini legiſſe,
quòd in denunciatione, aut declaratione quis
teneatur exprimere cauſam. Quinto dubita-
265 tur † an talis denunciatio poſſet fieri die feria-
ta in honorem Dei; Sol. tex. videtur eſſe, ꝙ ſic
in.c. felicis. §. præſenti. de pœn. lib. 6. & ita ſim
pliciter quidam ibi colligunt. Sed tu aduerte,
quia ego arbitror præcedere data notorietate,
vel facta diligenti examinatione prius, an ſit
266 fienda, vel nō; ſed his ceſſantibus cū ad ipſam
denunciationem faciendam cauſæ cognitio ſit
neceſſaria ſecundum ea, quæ ſtatim dixi in
tertio dubio; non poſſet fieri die feriata; facit
quòd dixi ſupra in octaua .q. huius articuli.
267 Sexto circa prædicta quæritur de † forma ſer-
uanda, quādo quis committit alteri, vt denun
ciet aliquem excommunicatum ad hoc, vt vi-
tetur; Sol. Specu. in titū. de ſen. excom. ver.
porrò. dicit, ꝙ ſcribet ſub hac forma, videlicet
.B. delegatus, vel ordinarius tali rectori, vel præ
lato ſalutem in dño. Cum nos .P. parrochia-
num noſtrum, eius contumacia exigente; pro
eo ꝙ corā nobis tali die de iure noluit reſpon-
dere excōmunicationis vinculo duximus inno-
dādum, dilectionem veſtram monemus, & hor-
tamur; & nihilominus vobis authoritate, qua
fungimur in hac parte præcipiendo manda-
mus, quatenus ſingulis diebus Dominicis, &
feſtiuis in eccleſia veſtra publice, coram popu-
lo, pulſatis campanis, candelis accenſis, & ex
tinctis excommunicatum dennutiare curetis;
ipſumq; velut excommunicatum faciatis in ec-
cleſia, & extra vſq; ad condignam ſatisfactionē
ab omnibus arctius euitari, donec in obedien-
tiæ ſuę culpam cognoſcat, & de ea ſatisfaciat vt
tenetur; facit .11. q. 3. c. curæ. & .c. debetur.
& conſuluit Spe. actori, quòd ſi ſcribēs tales li-
teras, ſeu excommunicans ſit delegatus, quòd
portet ſecum traſumptum literæ Apoſtolicæ,
per manum publicam, vel ipſam literam bulla-
tam, quas præſentet rectori qui debet denun-
ciare, vt per eam fidē faciat de iuriſdictione ex-
communicatoris; Alioquin Rector nō tenetur
credere literis ſi non vult; & hæc probantur in
.c. cum contingat. ꝫ. de reſcrip. & .c. cum in iu-
re. de offi. delega. 97. diſt in .c. nobiliſſimus. C.
de man. prin. in .l. vnica. Item aduerte ſecun-
268 dum Spe. ꝙ † auditores domini Papæ quan-
doq;, quos excommunicant faciunt in audien
tia per ſuas literas denuntiari excōmunicatos,
quarum forma talis eſt, videlicet; Cum con-
temptus contumacibus obeſſe debeat, ne de
ſua valeant cōtumacia gloriari, mandat talis au
ditor quòd .P. quem (ſua contumacia exigen-
te) canonica monitione præmiſſa, in ſcriptis
excommunicauit in audientia publice nuncie-
tur datum, &c. argu. c. 1. ꝫ. de poſtu. & .2. q. 5.
269 .c. quanto. Septimo dubitatur, vtrum † ap-
pellatio interpoſita ab excommunicatione, im
pediat denunciationem. Sol. dic vt dicam in
decimotertio princ. articulo in .c. ſacro. ꝫ. eod.
Poſtremo aduerte circa prædicta, quia ea, quæ
270 dixi † de denunciatione habent locum in de-
271 nuntiatione, quæ fit per iudicem, † quæ di-
citur etiam degradatio, & fit ad finem, vt quis
272 vitetur, vt ſupra dixi. Sed ſi loqueremur † de
denunciatione quæ fit ad finem correctionis,
requiritur ꝙ præcedat monitio, vt not. in .c. in
273 præſentia. ꝫ. eod. vt ibi videbimus. Et de mate-
teria talis denunciationis Euangelicæ dic, vt la
tiſſime dixi in .c. nouit. ꝫ. de iudi. Et ex his Deo
duce latè, & ordinatè eſt expeditus decimus
principalis articulus.

## Cap. XXIIII. Vniuerſitatis.

### SVMMARIVM.

1 *Abbas, qui facit verberari monachū per alium, & ipſe, & verberans ſunt excōmunicati, & non abſoluuntur niſi à Papa.*
2 *Obligatus ad ſeruitium alicuius nō tenetur ei obedire in illicitis, & an excuſetur obtemperans tali mandato.*
3 *Principi aliquid iniuſtè pcipienti, & contra Deū obedire non tenemur.*
4 *Papæ non eſt obtemperādum ſi malum, vel ſcandalum inde proueniret.*
5 *Appellatione clerici non venit monachus.*
6 *Appellatione monachi non venit conuerſus.*
7 *Clericus, vel religioſus licitè verberat clericum, vel religioſum cauſa diſciplinæ. remiſſiuè.*
8 *Prælatus inferior Epiſcopo non poteſt etiam diſciplinæ cauſa ſubiectum ſuum per alium verberare, niſi vrgente neceſſitate.*
9 *An neceßitate inſtante poſſit verberare per laicū, vel per clericum, vel monachum.*
*An autē per conuerſum, ibidem. remiſſiuè.*
*An poſſit torquere per Iudicem laicum. remiſſiuè. nu. 10.*
11 *Mandas, & madatarius in caſu illicito pari pœna puniuntur.*
12 *Mandans percuti clericum per laicum, vel per clericum in caſu illicito incidit in canonem, ac ſi ipſe in facto percuteret. remiſſiuè.*
13 *Monachi incidētes in canonem poßunt abſolui ab abbate, vel Epiſcopo. remiſſiuè.*
14 *Appellatione monachorum videtur contineri Abbas.*
15 *Epiſcopus non abſoluit Abbatem incidentem in canonem. remiſſiuè.*
16 *Executor ſententiæ an teneatur illam exequi etiā ſi ſciat iniuſtam. Quid in extraiudiciali. nu. 17.*
18 *Executor ſententiæ, an poſſit aſſumere cognitionē. remiſſiuè.*
19 *Declaratur glo. pen. in .c. vniuerſitatis. de ſenten. excom.*
20 *Correctio non ſimpliciter permittitur prælato, ſed ſub certo modo, & forma; hoc eſt vt moderate corrigat, nec per laicum.*
21 *Sententia quanuis ſit iuſta quò ad veritatem, ſi tamen non quò ad ordinem, non tenet.*
22 *Statutum epiſcopi excommunicans an liget ipſum Epiſcopum. remiſſiuè.*



1 VNIVERSITATIS † Abbas qui
facit verberari monachum per
alium, & ipſe, & verberās ſunt ex-
communicati, & non abſoluuntur
niſi a Papa. Vel ſic, & generalius, Iudex eccle-
ſiaſticus faciens percuti clericum per laicum,
etiam cauſa diſciplinæ excommunicatus eſt, &
ipſe, & verberans, pro abſolutione tenetur ire
ad Papam .h.d. Primo, ponitur conſultatio. Se-
2 cundo reſponſio, ibi nobis. Nota primo, † ꝙ
obligatus ad ſeruitium alicuius, non tenetur ſi-
bi obtemperare in his, quæ ſunt illicita. Et ſi
obtemperaret mandato non excuſatur, etiam ſi
ſit ſeruus, facit ꝙ not. in .l. ad ea. ff. de reg. iu.
3 Nam etiam † principi aliquid iniuſte pręcipien
ti, & contra Deum, non eſt obtemperandum;
4 nec † etiam Papæ ſi malum, vel ſcandalum inde
ſit futurum, dicam in .c. inquiſitioni. ꝫ. eod.
Tradit Bart. in .l. non ſolum. §. ſi mandato. ff.
de iniur. Secundo not. ibi in clericum, vel mo-
5 nachū, ꝙ † appellatione clerici non venit mona
6 chus, nec † appellatione monachi venit cōuer-
ſus, vt in .c. ex tenore. ꝫ. eod. Tertio not. ꝙ
7 clericus, † ſeu religioſus licitè verberat cleri-
cum, vel religioſum cauſa diſciplinæ, de quo dic
vt latè dixi in nono principali articu. in .c. perue
nit. ꝫ. eod. in .5. principali illatione. quarti mē-
bri principalis. Quarto not. ibi neceſſitas vr-
8 get, regulā ꝙ † prælatus inferior Epō non pōt
ēt cauſa diſciplinæ ſubiectum ſuum per alium
verberare, niſi adſit vrgens neceſſitas, qua inſtā
9 te non poteſt etiam per laicū verberare, ſed per
clericum, vel monachum; & an poſſit per con-
10 uerſum tāgit hic Vincen. Item † an poſſet tor-
quere per iudicem laicum tangit hic .D. m. Sed
tu dic, vt latius dixi in dicta quinta illatione in
11 .d. c. peruenit. Quinto not. ꝙ † mandans, &
mandatarius in caſu illicito pari pœna puniun-
12 tur. Sexto not. ꝙ † non ſolum facto, ſed etiā
voce quis incidit in canonē, videlicet mādando
clericum percuti per laicum, aut per clericum
in caſu non licito, de quo dic, vt latius dixi in .c.
peruenit. ꝫ. eod. in nono princ. articu. in primo
membro principali .q. 9. Septimo not. quòd
13 licet † monachi incidentes in canonem poſſunt
abſolui ab abbate, vel Epiſcopo, vt not. in .c.
14 .2. ꝫ. eo. Et † appellatione monachorum vi-
detur contineri Abbas, vt in .c. fin. ꝫ. de ſimo.
15 tamen † Epiſcopus non abſoluit abbatem inci-
dentem in canonem, de quo dic, vt latius dicā
in vigeſimo tertio articulo in .c. officij. ꝫ. eod.
Glo. 1. quærit de intellectu literæ, deinde ſen-
16 tit contrarium, ꝙ † executor non debeat conſi
derare an ſententia ſit iuſta, vel non, & ſoluit.
In fin. glo. dic, quaſi ſentiat glo. ꝙ executor ad
ſententiam tenetur illam exequi etiam ſi ſciat
iniuſtam, quia imputet ſibi, qui non appellauit.
17 Secus in † executore extraiudiciali, quia nō de-
bet obedire ſi mādatum eſt iniuſtum; & de ma
18 teria an † executor ſententiæ poſſet aſſume-
re cognitionem, dic vt traditur per Inno. in .c.
veniens. ꝫ. de teſti. & in .c. cum ſuper. de re iudi.
& in .c. quia. G. de iudi. & per Ardchid. 2. q. 1.
.c. ſicut. per Fede. conſ. 151. per Bar. in .l. 2. & in
.l. a diuo. ff. de re iudi. & in extrauagan. ad re-
primendum, in verbo executionem, per Cyn.
& doc. in .l. & ſi non cognitio .C. ſi contra
ius, vel vti. pub. & vide quod latiſſimè dixi in .c.
de cætero. de re. iudi. Glo. 2. opponit, & ſol-
uit. in fi. dic vt dixi in .d. c. peruenit in .9. prin.
artic. in quarto membro principali. in octaua
illatione. Glo. pen. primo poteſt recitari per
.q. deinde opponit, & non ſoluit. in fine. glo.
19 dic pro ſolutione contrariorū, † ꝙ quandoq;
aliquid fit attento ſolo effectu, ita ꝙ modus
perueniendi ad effectum non eſt de ſubſtantia,
vt quia habito fine, omnis modus eſt prohibi-
tus, & ita procedat contrarium; quia tunc non
curamus de modo, dummodo habeamus effe-
ctum. Quandoq; modus eſt de ſubſtantia, ita
quòd non ſolum habetur effectus ad effectum,
& tunc non ſufficit ſeruare ſolum effectum, ſed
debemus videre an debitus modus ſit ſeruat⁹;
20 Nam † correctio non ſimpliciter permittitur
prælato ſed ſub certo modo, & forma; videli-
cet vt moderate corrigat, & etiam non per lai-
cum; Simile videmus in ſententia, quòd
quanuis ſit iniuſta quò ad veritatē, non tamen
ſufficit ſi non eſt iuſta quo ad ordinem; Glo.
fin. in prin. poteſt recitari per .q. deinde oppo-
nit & ſoluit. In ea. glo. ibi conſentiret, dic vt
dixi

dixi in .c. peruenit.ſ̃.eod. in nono prin.articu. in penult. q. in fin. glo. dic vt latius dixi in .d. nono articu. in tertio membro. q. 7.& in.4. membro princi.in ſexta illatione. Vltimo licet in .c. 1.ſ̃. de ſimo. remiſſerim me hic dicturum
22 an † ſtatuto Epiſcopi excommunicantis ligetur ipſe Epiſcopus, tamen hic ommitto, quia dixi in .c. à nobis. ſup̃ eod. &c.

## Cap. XXV. In Audientia.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus vt laicus incedens, & tertio monitus non reſcipiſcens perdit priuilegium clericale.*
2 *Capiens clericum incidit in canonem, ac ſi illum percuteret. remiſſiuè.*
3 *Fruſtra eccleſiæ, vel legis auxilium implorat, qui in eas committit.*
4 *Arguere de legibus ad canones etiam in materia ſpirituali licitum eſt.*
5 *Iniuria illata alteri talis reputatur, qualis extrinſecè ſe demonſtrat.*
6 *Habitus exterior denotat qualitatem interiorem.*

IN AVDIENTIA. Clericus qui à Prælato ſuo tertio monitus arma militaria non deponit, perdit omnia priuilegia clericalia .h.d. vel ge-
1 neralius, & ſic, clericus; incedens, vt laicus, & tertio monitus non reſcipiſcens, perdit priuilegium clericale .h. d. & hanc materiam, & omnia notabilia eidem conuenientia declara, vt latius dixi in .c. peruenit. ſup̃ eod. in nono principali articulo. in ſecundo membro principali, à tertia fallentia, vſq; ad octauã, & quòd dixi in .c. perpendimus. ſupra eod. intellectus iſtius capituli diuiditur, quia primo ponitur cõſultatio; ſecundo reſponſio, ſecũda ibi ad hoc.
2 Nota primo, ꝙ † quis incidit in canonem nõ ſolum ex percuſſione clerici, ſed etiam ex ipſius captura, & offenſione, de quo dic vt latius dixi in .d. c. peruenit in nono articulo. in tertio
2 membro principali. q. 7. Secundo not. † illud vulgare, quòd fruſtra eccleſiæ, vel legis auxiliũ implorat &c. Ad quod vide iura hic allegata in
4 glo. 1. Tertio not. ꝙ etiam in † materia ſpirituali licitum eſt arguere de legibus ad canones, ad quod vide, ꝙ not. in .c. nouit.ſ̃. de iudi. & .c. authoritate. de conceſ. præben. lib. 6. vbi
5 omnino vide. Vltimo not. ꝙ † iniuria alteri illata reputatur talis qualis quis extrinſecè ſe
6 demonſtrat † habitus enim exterior eſt demonſtratiuus qualitatis interioris not. in .c. ſi vero .2.ſ̃. eo. Et vide quæ latiſſime dixi in cle. 1. de elect. in notabilibus, & qd' dixi in.c.in non nullis. ſ̃. de iudę. Glo. 2. format duas .qq. & ſoluit, in ea. glo. ibi ipſum ignorauit, dic vt dixi, in .c. peruenit.ſ̃. eod.in nono articulo, in quarto membro, in quarta illatione. In fin. glo. de hoc dic, vt dixi in dicta quarta illatione. ver. vlterius quæritur. Glo. fin. opponit dupliciter, & ſoluit, in fin. glo. dic de hac materia, vt colligitur ex his quæ dixi poſt ſumarium &c.

## Cap. XXVI. Quod De His.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericos, impeditus ire ad curiam, poteſt abſolui ab inferiore, ſed ceſſante impedimento tenetur curiam viſitare ſuſcepturus mandatum apoſtolicum.*
2 *Delegatus an poſſit abſoluere ceſſãte impedimento, & multa in materia. remiſſiuè.*
3 *Ceſſante cauſa ceſſat & effectus. remiſſiuè.*
4 *Limitata cauſa, limitatũ parit effectũ. remiſſiuè.*

QVOD DE HIS. Enummerat quędã impedimenta propter quę excõicati propter iniectionem manuum in clericos abſoluuntur ab Epiſcopo, ita tamen vt ceſſante impedimento
1 viſitent Papam .h. d. vel ſic † excommunicatus propter iniectionem manuum in clericos, impeditus ire ad curiam poteſt abſolui ab inferiore. Sed impedimento ceſſante tenetur curiam viſitare ſuſcepturus mandatum Apoſtolicum. .h. d. Et de hac materia, dic vt latius dicetur in vigeſimotertio principali artic. in .c. officij.
2 .j̃. eod. vbi tractabo an † delegatus poſſet abſoluere ceſſante impedimento, & qualiter intelligitur, dum dicitur ꝙ tenetur viſitare Ro. eccl. & ibi etiam multa dicam, & de impedimento mortis, & infirmitatis quanuis in .c. 1. ſ̃. de offi. ordi. remiſſerim me hic dicturum; Sed ibi dicam quanuis Doc. & .D. m. hic ponant; diuiditur, quia primo ponit regulam ſecundo excipit plures caſus, ibi niſi. Tertio ſubnectit quãdam determinationẽ ibi cæterum. Nota
3 primo quòd † ceſſante cauſa, & ceſſante impedimento ceſſat effectus cauſæ, & effectus impedimenti, de quo dic vt latè dixi in .c. cũ ceſſan-
4 te.ſ̃. de appell. Secundo not. ꝙ † limitata cauſa, limitatum parit effectum, de quo dic, vt dixi in .c. de cætero. ſupra eod.

## Cap. XXVII. Cum Pro Cauſa.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus ex pluribus cauſis, ſi in abſolutione omnes non expreſſit, non habetur pro abſoluto.*
2 *Excommunicatus à canone poteſt denuntiari excommunicatus. remiſſiuè.*
3 *Archiepiſcopus poteſt denuntiare excommunicatum ſubditum ſui ſuffraganei.*
4 *Archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem in ſubditos ſui ſuffraganei, quod limita quinq; modis, vt ibidem.*
5 *Clericus percutiens clericum eſt excommunicatus. remiſſiuè.*
6 *Priuilegiatus an vtatur priuilegio ſuo, contra pariter priuilegiatum.*

7 Priui-



7 *Priuilegiati duo ſi concurrunt in eadem cauſa, & reſpectu eiusdem regulæ, ceſſat eorum priuilegium, & iuris communis diſpoſitione vtuntur. remiſſiuè.*
8 *Eccleſia, cui ratione ſacrilegij in eam commiſſi facta eſt iniuria, poteſt agere pro ſatisfactione.*
*Quod intellige ratione loci. Secus ſi ratione perſonæ; quia tũc cedit lucro clerici. nu. 9. remiſ.*
10 *Violans clauſtrum eccleſiæ dicitur violare immunitatem ipſius.*
11 *Immunitas eccleſię extenditur ad circuitum ipſius ad .30. vel 40. paſſus.*
12 *Clauſtrum inhærens eccleſiæ gaudet immunitate ipſius eccleſiæ.*
13 *Violans immunitatem eccleſiæ eſt excommunicatus. remiſſiuè.*
14 *Excommunicari an poſſit quis pluries, remiſſiuè. nu. 18. & ſub nu. 32.*
* *Quæ ſit communis opinio. 24.*
*Quid operetur multiplicatio excõmunicationũ. nu. 15. & nu. 27. & nu. ſeq.*
*An remota vna excommunicatione, remaneat altera remiſſiuè. nu. 16.*
17 *Dictio tanquam, & ſimiles, ſũt expreſſiuę veritatis, & tunc impropriè. non propriè ſtat ſimilitudinariè.*
19 *Quæ foris ſunt, nihil ad nos pertinent.*
20 *Excommunicatus eſt extra eccleſiam, & nu. 33.*
21 *Mortuus non poteſt amplius interfici.*
22 *Excommunicatio eſt quaſi mors.*
23 *Infamis non poteſt amplius infamari, & nu. 35. Quod intellige, vt nu. 40.*
25 *Excommunicatus a iure pro certo delicto, poteſt excommunicari ab homine pro eodem delicto aliter non reiterato, nec contumacia aliter de nouo contracta.*
* *Et eſt communis ſententia. nu. 26.*
28 *Angelus bonus eſt minus potens in excõicato.*
29 *Diabolus vtitur excõmunicato ſicut ruſticus Aſino, & Iumento.*
30 *Angelus malus propter multiplicatã excommunicationem magis poteſt in excommunicato.*
31 *Peccatum quanuis occultum, etiam abſq; excommunicatione ſeparat peccantem à Deo.*
32 *Excommunicatus cur excommunicare non poteſt, cum tamen poſſit excommunicari.*
33 *Excommunicare eſt iuriſdictionis, cuius eſt incapax excommunicatus.*
34 *Bannitus ſemel, an poſſit iterum, & pluries banniri, diſtingue, vt nu. 38.*
36 *Contumax non debet reputari, qui tutè ad locum accedere non poteſt.*
37 *Delictum alicui prodeſſe non debet.*
38 *Bannitus ex cauſa, qua non priuatur ciuitate, & bonis æquiparatur Relegato.*
39 *Bannitus ex cauſa qua perduntur bona, & ciuitas, deportato æquiparatur.*

1 CVM PRO CAVSA. † Excõmunicatus ex pluribus cauſis, ſi in abſolutione omnes non expreſſit, non habetur pro abſoluto .h. d. Vel ſic, ligatus pluribus excommunicationibus licet ex eodem facto, obtinens abſolutionem expreſſa vna cauſa, ſeu vna excommunicatione, non habetur pro abſoluto quò ad alias h.d. Et de hac materia expreſſionis cauſæ, & excommunicationis, dic vt latius dicam in vigeſimo quinto articulo principali, in .c. venerabilis. infra eod. Primo narrat caſum, deinde dat iudices, ibi, diſtretioni. Et pro clariori intellectu literę dic, quòd cum .G. denunciaſſet .F. Archidiaconum peccare, eo quòd ſe ingerebat communioni hominum, cum eſſet excommunicatus, & ſuper hoc fortè etiam iudicis officium imploraret, cum cauſa delata eſſet ad ſedem apoſtolicam, Papa dedit auditorem, coram quo procurator ipſius .G. propoſuit prædicta contra dictum .F. Ad quæ idem reſpondebat, quòd fuerat abſolutus, & ſuper hoc literas oſtendebat. Cõtra quas replicabatur, quòd cum fuiſſet excommunicatus propter duas cauſas, & vnam ſolam in literis expreſſiſſet, abſolutio non tenebat. Vnde Papa ſuper hoc conſultus reſpondet, vt ſequitur.
2 Not. primo, quòd † excommunicatus à canone poteſt denuntiari excommunicatus. de quo dic, vt latius dixi in decimo principali articulo, in .c. perpendimus. ſupra eod. q. 32.
3 Secundo not. quòd † Archiepiſcopus poteſt denuntiare excommunicatum ſubditum Suffraganei ſui. quod probatur hic, quia iſte .F. erat ſubditus ſuffraganei ſui. Nec obſtat. c. pa-
4 ſtoralis. ſupra de offi ordi. vbi dicitur, † quòd Archiepiſcopus regulariter non habet iuriſdictionem in ſubditos ſuffraganeorum, quia poteſt multipliciter reſponderi ſecundum Hoſti. Primo, quòd delictum hic erat notorium. facit .c. ſollicitudinem. ſupra de appel. Secundo, ꝙ hoc fecit de ſpeciali mãdato Papæ, argu. c. conqueſti. ſupra eod. Tertio, quòd hic fuerit appellatum ad Archiepiſcopum. facit. c. ad reprimendum. ſupra de offi. ordi. Quarto, quòd hoc erat de ſpeciali conſuetudine. Quinto poteſt ſolui iudicio meo, quòd Archiepiſcopus hanc denuntiationem fecit ad literas ordinarij, ſecundum ea, quæ dixi in .d. c. perpendimus
5 .q. 32. Tertio not. quòd etiam † clericus percutiens clericum eſt excommunicatus, dixi in .c. peruenit. ſupra eod. in nono articulo, in pri
6 mo membro. q. 2. Et ſic patet, quòd † priuilegiatus non vtitur priuilegio contra priuilegiatum, cum iura communiter videantur. contrarium velle. Sed potes dicere, quòd in quantum clericus verberat alium clericum, non eſt
7 pariter priuilegiatus. Sed † quando in eadem cauſa, & reſpectu eiuſdem regulæ duo eſſent priuilegiati, tunc priuilegia ceſſant, & vtuntur iuris cõmunis diſpoſitione. De quo articulo dic, vt traditur in .c. 2. & fin. ſupra de ord. cog. & in .c. auditis. ſupra. de reſti. in inte. & in .c. ſuborta. ſupra de re iudi. & per Ioan. Andr. in reg. in iudicijs. de reg. iur. lib. 6. in mercu. per Bart. in authen. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle. & in .l. ſed & milites. ff. de excu-

ZZ tuto.

ſuto. & per glo. in. l. 2. C. ſi aduer. fiſ. & in .l.
quemadmodum .C. de agri. & cenſit lib. 11.
& in .l. ſi apud & in .l. verum. in fin. ff. de mi-
no. & per .D. m. datur in.c. in præſentia. ſupra
8 de proba. Quarto not. quòd † eccleſia cui
facta eſt iniuria ratione ſacrilegij commiſſi in
ea, poteſt agere ad ſatisfactionem iniuriæ, facit
.17.q.4.c. quiſquis. quod eſt verum, ſi ſacrile-
9 gium fuit commiſſum † ratione loci, vt ibi, &
eadem cauſa.&.q.c. ſacrilegium. Secus ſi ratio-
ne perſonæ, quia tunc cedit lucro clerici. Ad
quod vide, quæ dixi in. c. olim. ſ̃. de iniur.
10 & in.c.2.ſ̃. de pœn. Quinto not. quòd † vio-
lans clauſtrum alicuius eccleſiæ dicitur violare
11 immunitatem eccleſiæ, & ratio eſt, quia † im-
munitas ipſius extenditur etiam in circuitu
ipſius eccleſiæ ad.30. vel.40. paſſus vt in.c. ſi-
cut .17.q.4. Notant Bar. in.l. præſenti. §. ſane.
12 ff. de his qui ad ecc. confu. Et ideò † clauſtrum
inherens eccleſiæ gaudet immunitate eccleſiæ.
13 Sexto poteſt colligi hic argumentum, † quòd
violans immunitatem eccleſiæ eſt excommu-
nicatus, & hoc colligitur in quantum hic di-
citur, quòd Archiepiſcopus fecit iſtum de-
nunciari excommunicatum; In contrarium fa-
cit, quia Papa mandat inquiri vtrum iſte fue-
rit excommunicatus ob duplicem cauſam.
Sed dic de hoc vt dicam in decimo principali
articulo .ĩ. eod. in .c. cum cotingit. vbi hoc
tractabo, licet in.c. conqueſtus. ſ̃. de foro cõpe.
ſuper glo. fi. remiſſerim me hic dicturum. Se-
ptimo not. quòd duplex vinculum excommu-
nicationis poteſt cõcurrere in perſona eiuſdẽ,
14 & ſic † poteſt idem pluries excommunicari de
quo latius. ĩ. poſt expeditionẽ glo. in. 11. prin.
15 artic. Vltimo not. quòd † ad multiplicationem
vinculi excõmunicationis, ſequitur difficultas
16 abſolutionis, adeo, quod † per remotionem
vnius, non intelligitur alterum remotum, de
quo latius. ĩ. in arti. 25. & melius in arti. 26. in.
c. venerabilis ĩ. eo. Glo. 1. primo quærit de in-
tellectu literæ, deinde colligit argumentum
ex tex. quòd proſequitur, proſequendo & ad-
miſcendo intellectum literæ, & ponẽdo varias
opiniones, in fin. glo. dic de hac materia, vt di-
cam in octauo principali articulo, in .c. contin-
git. ĩ. eod. Glo. fin. poteſt expediri per con-
trarium, Itẽ poteſt recitari per quæſt. vt quæ-
rit de intellectu literæ, & ſoluit, & infert, & il-
lationem probat per duas .qq. Et ad ſecũdam
allegat duo ſimilia, deinde ad primam allegat
vnum ſimile, deinde opponit tripliciter; Et
pro ſolutione ponit ſex intellectus. In ea glo.
ibi expreſſiuum veritatis dic not. hanc glo. pro
ſignificato dictionis tanquam, & ſimilium;
17 Nam † quandoq; eſt expreſſiua veritatis, & hoc
ſecundum primum intellectum. Et idem in
Euangelio Ioannis ibi quaſi vnigeniti à patre. ſ̃.
de ſpon. c. ex parte. & per Doct. in.c. 1. in ſum-
ma trini. lib. 6. & in cle. 1. eo. titu. & per Bal.
in clemen. 1. de vſu. Sed tunc ſtat improprie
vt traditur in dictis iuribus, proprie enim ſtat
ſimilitudinarie, vt probatur hic in tex. iuncta
glo. ibi iſtud tanquam, eſt ſimilitudinarium; &
not. ſ̃. de biga. in .c. nuper. de clan. deſpon. in
.c. 2. de iur. patro .c. cum dilectus. ſupra de
homici. c. ſignificaſti. 2. de præben. c. cum in
eccleſia. lib. 6. & ſupra de elect. c. dudum. 1.
de fil. præſ. c. ad extirpandas. Et vide per glo.
& Doct. in .c. ſolitæ. ſupra de maio. & obed.
per gloſ. & Doct. in .l. 1. C. de hære. inſti. per
glo. & Bart. in.l. tutor petitus. ff. de excuſa. &
.ff. ſo. matri. in .l. ſi verò. & in.l. ſi pater. §. qui
duos .ff. de adop. per Bar. in .l. omnes populi.
de iuſti. & iure. per Bal. in.l. apud antiquos. C.
de fur. In fin. glo. dic de materia principali
huius glo. vt dicam in vigeſimoquinto articu-
lo, & latius in vigeſimoſexto, in.c. venerabilis.
infra eod. Poſtremo poſt glo. iuxta præmiſ-
ſum ordinem in rubri. venit hic examinandus,
vndecimus principalis articulus, pro cuius exa-
18 minatione, quæro † an quis poſſit pluries ex-
communicari; Et videtur primo, dicendum
19 quòd non, quia de his, † quæ foris ſunt nihil
ad nos pertinet .24. q. 1. c. 1. 2. & .3. ſupra
de iudi. c. cum non ab homine. Item quia ex-
20 communicatus † eſt extra eccleſiam .2. q. 4. c.
fin. ergo amplius non poteſt poni extra eam
.11. q. 3. c. omnis chriſtianus. facit .c. ad diſ-
ſoluendum. ſ̃. de deſpon. impub. Sicut qui
21 mortuus † eſt, non poteſt amplius interfici,
22 & excommunicatio eſt quaſi mors. Item facit
23 quia † infamis non poteſt amplius infamari, vt
.ff. de iniur. in .l. item apud. §. ait prætor. &
.C. ad .l. iul. de vi. in .l. ſeruos. & .C. vt intra
certum tempus. in .l. 2. facit etiam .l. qui bis
idem. ff. de verb. oblig. Et prædicta argumen-
ta, faciunt glo. & Doct. in .c. ita quorundam.
ſupra de iudæ. & .3. q. 4. c. engeltrudam.
In contrarium tamen, quòd excommunicatus
poſſit iterum excommunicari, facit præallega-
tum .c. ita quorundam. in fin. ibi, crebra in
eos excommunicatio proferatur. Facit etiam
.d. c. engeltrudam. & .11. q. 3. c. excellentiſſi- Com. op.
mus. & .12. q. 2. c. de viro. 87. diſtin. c. eos.
qui. Sol. Martinus tenuit primã opinionem
quòd excommunicatus non poſſit amplius ex-
communicari, & de denunciatione intelligit
iura, quæ videntur velle, quis ꝙ poſſet ſæpius
24 excommunicari. † Communis * tamen opi.
eſt in contrarium, quam tenet glo. in .d. c. ita
quorundam. & .d. c. engeltrudam. & Doct.
vtrobiq;, probatur hic in tex. noſtro, & in .c.
reprehenſibilis. ſupra de appella. vbi dicit .D.
m. poſt Docto. vnum mirabile verbum; vide-
25 licet, quòd excommunicatus a iure pro certo Com. op.
delicto, poteſt excommunicari ab homine pro
eodem delicto, aliter non reiterato, nec contu-
macia aliter de nouo contracta, per illum tex.
intelligendo, quòd dictio niſi ibi poſita ſtet
proprie; Et idem not. .D. m. in .c. graue. infra
26 eod. Et iſta † eſt * communis ſententia, quæ
tamen ad hunc effectum fertur vt excommuni-
catus excludatur, & excluſus teneatur à cano-
ne fidelium, donec fuerit abſolutus, vt in.c. no-
bis. & in .c. nuper. ĩ. eod. Et operatur hoc, vt
to,



27 ſi † plures ſint excommunicationes, plures ab-
ſolutiones ſint neceſſariæ, vt in glo. de quo la-
tius dicam in dicto vigeſimoſexto articulo, in
.c. venerabilis. infra eod. Item operatur hoc,
28 quo ad alium effectum, videlicet vt † An-
gelus bonus minus ſit potens in excõmunica-
29 to. Quia ſecundum ſanctos viros, † ſicut ru-
ſticus vtitur Aſino, & iumento, ita Diabolus
vtitur excommunicato; vt dicit .D. m. poſt
30 Doctores in .d. c. ita quorundam; Et † ideò
Angelus malus propter multiplicatam excom
municationem magis poteſt in excommunica-
to; Sed quò ad alios duos effectus, qui reſul-
tant ab excommunicatione, excommunicatio
ſecũda vel tertia nihil operantur; videlicet,
quò ad effectum, vt eccleſia declarat ipſum ſe-
31 pararatum à Deò, quia propter † peccatum
quanuis occultum, etiam abſq; excommunica
tione, quis immediate ſeparatur à Deo; Item
& ſecundo quãtum ad hoc vt ſeparetur à cõio-
ne fidelium, de quibus vide quæ latius dixi in
.d. c. ita quorundam. Sed circa prædicta du-
32 bitatur de ratione differentiæ, † quare excom-
municatus non poteſt excommunicare, vt dixi
in quinto articulo principali in .c. 1. ſ̃. eod. q. 5.
& tamen poteſt iterum, & tertio excommuni-
cari. Sol. dicit Ioan. Andr. in.c. præſenti. eod.
tit. lib. 6. in nouella poſt Ioan. Mo. & ſequitur
.D. Domi. quòd non eſt inconueniens, quòd
ligatus vno vinculo, ligetur alio, vt. d. c. ita quo
rundam, & ſtatim dicam de bannito; & ideò
quis poteſt pluries excommunicari, ſed excom
municatus alios excommunicare non poteſt,
33 quia † excommunicare eſt iuriſdictionis quam
excommunicatus non poteſt exercere, vt di-
cam ĩ. in decimonono arti. in .c. ſacris. & quia
cũ ſit extra eccleſiam, &c. vt dixi in. d. 5. q. Et
34 ex prædictis infertur ad deciſionẽ. q. † vtrum
ſemel bannitus poſſet iterum, & pluries banni-
ri. Circa quam Spe. in tit. de accu. §. ſequitur
ver. quid ſi bannitus, in tertia parte ſui ope-
35 peris; arguit primo, quòd non poſſit, † quia
infamis infamari non poteſt, vt ſupra dixi; Itẽ
quia propter bannum primum nõ poteſt ſecu-
re venire ad ciuitatem, quare cum ſecundum
36 imponatur propter contumaciam, & iſte † qui
tute non poteſt accedere non debeat reputari
contumax, vt in.c. accedens. ſ̃. vt lit. non cont.
& in cle. 1. de re iudi. ergo nõ poterit amplius
banniri. Item facit & tertio; quia cùm iſte ſit
ſemel ciuitate priuatus amplius ea priuari non
poteſt, vt in .l. decem. ff. de verb. obli. In con-
trarium allegat Spec. hunc vltimum cum ſimi-
libus; Item quia in ſordibus exiſtens conue-
niens eſt, vt magis ſordeſcat. 47. diſtin. c. quan-
37 tumlibet, neq; rationabile eſt, quod de † pœ-
na debeat cõmodum reportare, quod faceret
ſi non poſſet amplius banniri; facit quòd not.
in .l. ſiue hæreditaria ff. de nego. geſt. Et hanc
partem tenet Dy. in .l. 2. C. vt intra certũ tem-
pus .l. aut damna. §. deniq; & Albe. de Roſa. in
quæſtionibus ſtatutorum. parte quarta .q. 26.
Sed Guido de Suzari, & poſt eum Bollandius,
38 diſtinguere, † ꝙ aut quis bannitur ex cauſa,
qua non priuatur ciuitate, & bonis, & tunc
propter bona poteſt citari, & in contumacia
conſtitui, & in hoc æquiparatur relegato .ff. de
mino. in .l. Papinianus. C. de fideiuſ. in .l. 1. C.
39 de pub. iudi. in .l. tutoris. † Aut quis bannitur
propter cauſam, ex qua perduntur bona, &
ciuitas; & talis non poteſt conſtitui in contu-
macia, nec banniri; quia tunc æquiparatur de
portato, per .l. 1. ff. de bon. dam. & .l. 2. & .l.
tutelas. §. ſi libertate. ff. de capi. dimi. allegat
etiam ad prædicta .l. ſed & ſi quis. §. 1. ff. ſi quis
cau. & .l. ſi deceſſerit in fin ff. qui ſatiſda. cog.
Ioan. Andr. in additione Spec. ad p̃dicta ver.
quid ſi bannitus dicit, quòd ſi ſcitur vbi ſit ban-
nitus, debet requiri, & dari ſecuritas veniendi,
ſi modo ſint tales, qui poſſunt ſe cõmittere ſe-
curitati argu. .d. c. accedens, & ſi tunc non com
paruerit, poteſt tunc banniri; aliàs ſecus; Nec
obſtat, quòd talis abſit ex culpa ſua, quia illa
eſt ſufficienter punita per primum bannum, &
adnotationem bonorum, & fortè propter con-
fiſcationem, vnde non debet duplicari, vt in .c.
at ſi clerici in fin. ſ̃. de iudi. cũ concor. ibi poſi-
tis; Non obſtat, ꝙ potuit dimittere procura-
torem, vt .d. l. papinianus, quia hoc eſt falſum
in criminalibus, vt in .c. veniens. ſ̃. de accuſa.
ſecundum Io. Andr. & ſequitur hic .D. Anto.
Sed tu aduerte, quia nõ eſt indifferenter verum
quòd in cauſa criminali quis non poſſet procu
ratorem conſtituere, vt latiſſimè dixi in .d. c.
40 veniens. Non obſtat quòd † infamatus non
poſſit amplius infamari, quia etiam hoc nõ eſt
ſimpliciter verum, quia licet infamatus infamia
iuris; non poſſet amplius infamari eodem ge-
nere infamiæ, vt dictis iuribus; tamen infa-
matus infamia facti, poteſt infamari infamia
iuris, & alia ſpecie infamiæ facti; vt .ff. de rit.
nup. in .l. palam quæſtum. §. quæ in adulterio
& .l. fin. ff. de requi. re. ſecundum Ray. in .d. l.
.2. C. vt intra certum tempus; & ſequitur ibi
Bal; ſed tu aduerte, quia in hac quæſt. aliter
diſtinguendum eſt, diſtinguendo inter vnam
ſpeciem banni, & aliam; inter bannum quòd
prolatum eſt à iudice originis, vel domicilij, &
bannum proferendum ab alio iudice vbi nunc
degit, vel vbi commiſit delictum; de quibus
omnibus, & alijs ſimilibus vide quæ latè, &
ſingulariter tradit .D. Nellus de ſancto Gemi.
in tractatu bannitorũ in prima parte primi tẽ-
poris. q. 3. vbi melius, & ſingularius diſtinguit;
Sed illam omitto quia eſt ſatis longa; & non eſt
principalis materia noſtra. Et ſic ex prædi-
ctis habes expeditum vndecimũ principalem
articulum. &c.

## Cap. XXVIII. A Nobis.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus ex quo apparuerunt euidentia contritionis ſigna abſoluitur poſt mortem, ab*

*eo à quo viuens fuerat abſoluendus, ad ſatiſfaciendum pro eo compelluntur hæredes.*

2 *Elemoſina non eſt recipienda ab excommunicato, nec pro eo orandum eſt.*

3 *Veritas, & opinio inter ſe differunt.*

4 *Veritas nec fallere, nec falli poteſt.*

5 *Opinio poteſt ſe habere ad falſum, & ad verum, ideò fallere, & falli poteſt.*

6 *Opinio dicitur putatio, ſeu ſuſpitio, nec aliquid certi ſignificat.*

7 *Eccleſia quandoq́ errat ligãdo non ligandum, vel abſoluendo non abſoluendum.*

*Quod tamen intellige de eccleſia particulari, nõ de vniuerſali. nu. 8.*

*Et non in his, quæ pertinent ad fidem, & articulos fidei; ſecus in cæteris nu. 9.*

10 *Concilium vniuerſale, in quo præſentatur vniuerſalis eccleſia poteſt errare excommunicando aliquem, qui forte ex cauſa latenti non erat excommunicandus.*

11 *Papa, & alij ſuperiores ita demum ligant, & abſoluunt ſubditos, ſi id agunt claue non errante.*

12 *Contritio vera tollit non ſolum peccatum, ſed etiã tollit excommunicationis vinculum quò ad Deum.*

13 *Contritus de peccato eo ipſo eſt abſolutus quo ad Deum, etiam ante formalem abſolutionem præsbiteri.*

14 *Contritio ſola remittit peccatum, dummodo ſit in actu, vel fide, vel ſpe ſuſcipiende abſolutionis.*

15 *Pœnitentia, & ea quæ ſunt in animo probantur per ſigna exteriora.*

16 *Abſolutio ab excommunicatione præſtatur tàm mortuo, quàm viuo.*

17 *Eugenius. iiij. abſoluit inclitum Capitaneum Forte brachium poſt eius mortem.*

18 *Argumentum a contrario conſenſu non valet, quando aliud in iure reperitur expreßum, & ibi de materia.*

19 *Rigor manſuetudine & æquitate temperandus eſt.*

*Quid ſi rigor, & æquitas ſimul miſceri non poßunt quis ſit præferendus. remiſſiuè. num. 21.*

20 *Ex duobus contrarijs optimum fit temperamentum.*

22 *Aequitas, & rigor quid ſint, & quot eorum ſpecies. remiſſiuè.*

23 *Forma abſolutionis ab excommunicatione poſt mortem, quæ ſit.*

24 *Eccleſia exercet iuriſdictionẽ in laicos, compellendo hæredes abſoluendi poſt mortem, vt ſatisfaciant pro defuncto, ex quo ſigna cõtritionis euidentia apparuerunt.*

*Quod procedit etiam ſi defunctus non fuit contritus, ſecundum Hoſti. nu. 25.*

* *Cuius opinio communiter tenetur. nu. 27.*

26 *Res tranſit ad hæredem cum ſuo onere.*

28 *Eccleſia non ſe impedit de decedenti in peccato mortali.*

29 *Hæres licet nõ teneatur regulariter de delicto defuncti, niſi quatenus ad eũ peruenit; fallit tamen quando defunctus deceſſit contritus.*

30 *Nobilitas, & militiæ cingulum poteſt dari per Principem etiam alicui mortuo.*

31 *Doctorari non poteſt, quis poſt mortem.*

32 *Crimina extinguuntur morte.*

33 *Mortuus an poſſit excommunicari.*

34 *Papa ſolus iuſtificat aliquem poſt mortem.*

35 *Excommunicatio an ſit ſententia, & quòd ſic.*

*An ſit interlocutoria, uel diffinitiua. nu. 38. & 40.*

36 *Arguere à rubrica eſt licitum.*

37 *Leges debent eſſe collocatæ ſub congruis titulis.*

39 *Appellans ab excommunicatione tenetur exprimere cauſam.*

41 *Interlocutoria proprie dicitur illa, quæ profertur inter principium, & finem cauſæ.*

42 *Excommunicatio fertur quandoq́ue extra iudicium.*

43 *Excommunicatio eſt quædam cenſura eccleſiaſtica.*

44 *Sententia, vel ſtatutum an liget aliquẽ extra territorium. remiſſiuè.*

1 A Nobis. † Excommunicatus ex
quo apparuerunt euidentia ſigna
contritionis, abſoluitur poſt mor
tem ab eo, à quo viuens fuerat
abſoluendus; & ad ſatisfaciendum pro eo com
pelluntur hæredes. h.d. vel ſic; Excommuni-
cato decedenti in excommunicatione, quan-
tumcunq; contritus deceſſerit, non eſt commu
nicandum ante abſolutionem, nec pro eo oran
dum, licet ſit abſolutus quò ad Deum; ſed ſi
conſtat eccleſiæ de contritione præcedenti, ab-
ſoluitur etiam poſt mortẽ ab eo à quo viuens
fuerat abſoluendus; & eius hæredes compel-
luntur per eccleſiam ad ſatisfaciendum pro eo.
h.d. Diuiditur, quia primo ponitur bimẽbris
quæſtio. Secũdo ſolutio; ibi, nos igitur; quæ
ſecunda ſubdiuiditur in ſeptem partes. Primo,
diſtinguit duplex vinculum peccatoris. Secun-
do ex diſtinctione, infert ſolutionem quæſtio-
nis; ibi, vnde quãtumcunq;. Tertio prouiſio-
nem annectit; ibi poteſt tamen. Quarto, ſol-
uit duo obſtacula; ibi, nec obſtat. Quinto
ſubnectit quãdam determinationẽ; ibi, vt au-
tem. Sexto tractat de forma abſolutionis; ibi,
Abſolutionis. Septimo ponit de ſatisfactio-
ne, & compulſione hæredum; ibi, hæredes. &
in tex. ibi ſermo euangelicus; dic vt habetur
2 Ioan. cap. 9. Nota primo ꝙ † ab excõmuni-
cato non eſt recipienda elemoſina, nec pro eis
eſt orandum, de quo dic, vt latius dicam in
decimonono principali articulo, in .c. ſacris
3 infra eod. Secundo not. quòd † differentia eſt
4 inter veritatem, & opinionẽ. Veritas † enim,
nec fallere, nec falli poteſt; quia vt dicit Philo-
ſophus primo ethicorũ, vero omnia conſonãt.
& in omnem partem ſui veritas eadem eſt, ſe-
cundum Senecam, ad quem vide quòd nota-
biliter dixi in .c. cum inter. de re iudi. Opinio
5 verò, † poteſt ſe habere ad falſum, & ad ve-
6 rum, & ideò falli ac fallere poteſt; nam † opi-
nio dicitur putatio, ſeu ſuſpitio; nec aliquid
certi ſignificat, Ad quod vide, quæ latè dixi
in .c. qualiter. 2. s̃. de accu. in ſeptimo princi.
7 artic. q. 17. Tertio not. quòd † eccleſia quã-
doq́; errat ligando non ligandum, vel abſoluen
do non abſoluendum. Et ideò eſt, quia quan-
doq́; ducitur opinione, ſecundum quam iudi-
cat de occultis, quæ omnino manifeſta non
ſunt, & ideò meritò falli, ac fallere poteſt, & ſic
8 errare; quod † tamen intelligit Hoſti. de ec-
cleſia particulari, non autem de vniuerſali, quia
illa non poteſt errare ſecundum eum. 24. q. 1.
in. c. à recta. quod eſt verum ſecundum .D.m.
9 in † his, quæ pertinent ad fidem, ſeu articulos
fidei; propter id, quod habetur in Euangelio,
dum Chriſtus dixit, ego pro te rogaui Petre,
vt non deficiat fides tua; traditur in .c. maio-
res. s̃. de bapt. Sed in cæteris Hoſti. non bene
dicit, quia licet quàm fieri poteſt eccleſia de-
beat iuditium ſuum cõformare diuino iuditio,
vt in .c. vt noſtrum. s̃. vt eccle. bene. tamẽ quia
hoc indiſtinctè eſt impoſſibile, cum Deo om-
nia ſunt manifeſta, & eccleſia in multis ducatur
opinione; merito, vt dictum eſt poteſt errare;
10 Et ideò † concilium vniuerſale, in quo præſen
tatur vniuerſalis eccleſia poteſt errare, excom-
municando fortè prælatum, vel alium dominũ
qui ex cauſa latenti, fortè, nõ erat excommu-
nicandus; ſecundum .D. m. Et hoc plus mihi
11 placet. Quarto not. ꝙ. † Papa, & alij ſuperio
res ita demũ ligant, & abſoluunt ſubditos, ſi id
agunt claue non errante; Nam ſi errauit nihil
valet, not. glo. 24. q. 1. c. manet, & .c. quod-
12 cunq;. Quinto not. ꝙ † nõ ſolum quò ad tol-
lendum peccatum, ſed etiam quò ad tollendũ
vinculum excommunicationis quò ad Deum,
ſufficit vera contritio, de quo dicam in vigeſi-
moquinto articulo. in. c. venerabilis. infra eod.
13 Sexto not. argumentum † quòd eo ipſo quod
quis eſt de peccato cõtritus, eſt abſolutus quò
ad Deum, etiam, ante abſolutionẽ formalem
14 præsbiteri, & ſic facit, quòd † ſola contritio
remittit peccatum dummodo ſit in actu, vel fi-
de, ſeu ſpe ſuſcipiendæ abſolutionis. Septimo
15 not. quòd † pœnitentia, & ea quæ conſiſtunt in
animo probantur per ſigna exteriora; Et quæ
ſint iſta ſigna pœnitentiæ, dicam in vigeſimo-
quinto. articulo. in. c. venerabilis. j̃. eo. Octa-
16 uo not. quòd † non ſolum viuus, ſed etiam
mortuus poteſt abſolui ab excõmunicatione;
17 Et ita tempore huius Eugenij quarti, fuit pra-
cticatũ in perſona incliti capitanei domini de
Forte brachi de intentione, de quo dic, vt in
vigeſimoquarto articulo. in .c. ſuper eo. j̃. eo.
18 Nono not. ibi ſuper terram quòd † argu. à cõ-
trario ſenſu non valet, quando in iure aliud re-
peritur expreſſum; Nam licet ex eo, quod da-
ta fuit poteſtas Petro ligandi, & ſoluendi ſuper
terram, a contrario videatur inferri, quòd ſe-
cus ſit ſub terra; Et ſic quòd mortui, nec abſol-
ui, nec ligari poſſunt; tamen iſtud argumen-
tum non ſumitur; quia expreſſe reperitur po-
ſitum contrarium in certis caſibus, in quibus



legitur, ꝙ eccleſia ligauit, & ſoluit mortuos; Et
de hoc argu. à cõtrario ſenſu traditur per Cyn.
& Doc. in .l. conuenticula. C. de epi. & cle. in .l.
.2. C. de condi. inſert. & per Io. An. in .c. pu-
blicato. s̃. de elec. ego ordinatè, & latiſſimè dixi
legendo ius ciuile in .l. 1. §. huius rei. ff. de off.
eius cui man. eſt iuriſdic. dicam fortè in. c. cum
apoſtolica. s̃. de his quę fi. à præla. vbi ẽt tra-
19 ctant Doc. Decimo not. ꝙ † rigor eſt tempe-
randus, manſuetudine tamen, & æquitate idẽ
notaui in. c. inter. s̃. de purg. can. Nec mirum
20 quia † ex duobus contrarijs fit optimum tem-
21 peramentum; Sed ſi † rigor, & æquitas non
poſſunt ſimul miſceri quis ipſorum ſit alteri
præferendum, vide ꝙ latiſſimè dixi in. c. fin. s̃.
de tranſac. & in cle. 1. s̃. de iudi. in quibus ha-
22 bes, quid † ſit æquitas, & quid ſit rigor, & quot
ſint ſpecies, & de ea materia, ibi latè tradidi.
Et aduerte, quia Papa hic ſeruauit rigorem, in-
quantum vult, ꝙ mortuus abſoluatur ab illo,
à quo inuitus debebat abſolui, cum tamen in
mortis articulo potuiſſet abſolui a ꝓprio ſacer
dote, quaſi in hoc iam ceſſauerit periculum, ꝙ
fuerat in mortis articulo. Manſuetudinem au-
tem Papa hic ſeruauit, inquantum vult, ꝙ mor
tuus poſſit reconciliari eccleſiæ; Et adde quòd
dicam in glo. in ver. indulgendus. Vndecimo
23 not. ex ver. penul. † formam abſolutionis poſt
mortem, de quo dicam in .25. arti. in. c. vene-
rabilis. j̃. eo. Vltimo not. ex fi. tex. caſum, in
24 quo † eccleſia exercet iuriſdictionem in laicos,
compellendo ſcilicet hæredes abſoluendi poſt
mortem, vt ſatisfaciant pro defuncto, quatum-
cunq; defunctus hoc non mãdauerit expreſsè,
nam ex exterioribus ſignis contritionis, tacitè
videtur defunctus mãdaſſe debitam ſatisfactio-
nem, vt dicit hic glo. fin. Vnde cum iſte actus
reſpiciat fauorem animæ defuncti, & hære-
dis, & piam cauſam; meritò eccleſia vendicat
25 ſibi iuriſdictionem; Aduerte tamen, † quia
Hoſti. hic voluit, ꝙ hoc procedit, etiam ſi de-
26 functus non fuiſſet contritus, quia † res tranſit
ad hæredem cum onere ſuo argu. c. ex literis.
s̃. de pigno. quòd non placet hic .D. m. quan- Cõm. op.
27 uis † Doc. * communiter tranſeant cum Hoſti.
28 mouetur, quia † eccleſia non debet ſe intromit-
tere, ex quo deſperatur de defuncto, vnde non
verſatur amplius pia cauſa, patet ex quo ille de-
ceſſit cum peccato mortali, eccleſia amplius nõ
debet ſe de illo impedire. 13. q. 2. c. pro obeun-
tibus. 23. q. 5. c. placuit. Item quia, non eſt de
iure ciuili verum ſimpliciter quod dicit Hoſti.
quare in hac materia .D.m. hic diſtinguit, quòd
aut iſte deceſſit contritus, & tunc eccleſia ſe im-
pedit, quia eſt actus pius vt dixi, & defunctus
poteſt dici miſerabilis perſona, ideò vt ſatiſ-
faciat animæ ipſius eccleſia compellit hæredes
ad ſatisfactionem, & hoc caſu procedunt iura
canonica, quæ loquuntur de compulſione hæ-
redum, vt hic, & in .c. in literis. ſupra de rap.
Et vide quòd ibi dixi; & in .c. fin. ſupra de
ſepul. quòd procedit ſecundum quod ſentit
hic glo. fin. etiam ſi ex delicto defuncti nihil

peruenit ad hæredes; Nam ex quo defunctus
deceſſit contritus, & ſic voluit iſtud conſe-
quens, meritò videtur voluiſſe antecedens ne-
ceſſarium ad ipſum conſequens; ꝙ eſt ſatiſ-
factio argu. c. 1. cum ſimili .ſ̃. de offi. delega.
quod perpetuo ſingulariter notabis ad limita-
29 tionem eorũ, quæ ſemper dicuntur, ꝙ † regu-
lariter hæres non tenetur ex delicto defuncti, ni
ſi quatenus ad eum peruenit; quia iſtud proce-
dit ſi ſine contritione mortuus eſt, aliàs ſecus;
ꝙ eſt ſingulari nota dignum, & quotidie poteſt
contingere, & multi falluntur. Quidam tamen
indiſtinctè volunt, quòd hæres de iure canoni-
co ſimpliciter teneatur; ſed nõ placet .D. m. &
mihi in .d. c. fin. ſ̃. de ſepul. Sed quando deceſ-
ſit ſine contritione, tunc tenetur ſolum de eo,
ꝙ ad eum peruenit; Et de materia vide etiã per
Cyn. & Bal. & Doc. in .l. vni. C. ex delict. defun.
Et per hæc habes expeditam glo. fin. Glo. 4.
eſt declaratiua, & infert, & limitat; in eadem
ibi reuocatur, dic hoc eſt verum in ſententijs,
quæ non tranſeunt in rem iudicatã; In alijs ve-
ro ſecus, niſi ex aliqua cauſa ſpeciali. Ad quod
vide ꝙ notabiliter dixi, & latè in .c. 2. de cri. fal.
Glo. ſuper ver. relaxatur, poteſt recitari per. q.
In eadem glo. ibi ligat corpus, & etiam animã;
dic de hoc vt dicam in decimonono artic. in .c.
ſacris. ĩ. eod. Et not. benè hanc rationẽ, quam
30 ponit glo. per quam D. m. infert, ꝙ † quis po-
teſt nobilitari, & militari poſt mortem, quia
principaliter nobilitatur corpus, & non ani-
ma, & hoc etiam voluit Bar. in .l. 1. C. de digni.
31 lib. 10 Sed † poſt mortem nõ poteſt quis do-
ctorari; quia hæc dignitas potius attribuitur
virtuti animæ, quam corporis; cum approbe-
tur tanquam idoneus ad docendum alios, vt .l.
magiſtros. C. de profeſ. & medi. lib. x. Et ge-
neraliter conclude, quòd ea quæ principaliter
applicantur animæ, non cõceduntur poſt mor-
tem; Secus ſi applicãtur corpori. Glo. ſuper
verbo non potuerit, ſentit duas. qq. & ſoluit, in
fin. glo. dic de his duabus quæſtionibus, vt la-
tius dicam in vigeſimotertio articu. in .c. officij.
infra eod. Glo. ſuper verbo mortuos poteſt re
32 citari per contrarium, quòd † crimina mor-
te extinguuntur &c. quòd glo. ſoluit exempli-
ficando ad tex. & diſtinguendo pro ſolutione.
33 In eadem glo. ibi, c. ſane, & hic, dicit, † vtrum
mortuus poſſit excõmunicari, ꝙ ſic ſentit tex.
& glo. noſtra, dic vt dixi in ſeptimo principali
articulo, in .4. q. in .c. mulieres .ſ̃. eod. Glo.
ſuper ver. indulgemus. quærit de intellectu
literæ, & ſoluit. In fin. glo. dic. Hoſti. intelli-
git tex. noſtrum proprie, quòd ſit indulgen-
tia, quia caſus iſte ligandi, & ſoluendi poſt
mortem, tanquam arduus erat reſeruandus ſo-
34 lo Papæ, quia eſt, quodammodo † iuſtificare
aliquem poſt mortem, quòd ſpectat ad ſolum
Papam, vt in .c. 1. ſ̃. de reliq. & vene. ſan.
Glo. penul. in prin. poſſet recitari per contra-
rium, ad id quod tex. dicit quàm alia conſue-
ta, quia iuramentum eſt conſuetum, & tamen
non poteſt præſtari per defunctum; glo. ſol-
uit, & colligit argumentum, & remittit; dein-
de format duas quæſtiones, & ſoluit; In eadem
ibi, de ſubſtantia abſolutionis, dic; de hoc vt
dicam in vigeſimoquinto articulo, in .c. venera
bilis. In eadem glo. ſed nunquid hæredes, de
hoc dic, vt dicã in .d. vigeſimo quinto articulo,
in .c. venerabilis. infra eod. in eadem glo. ibi,
ſed nunquid exhumabitur, dic de hoc, vt di-
cam in dicto vigeſimoquinto articulo, et in
vigeſimo ſexto, in .d. c. venerabilis. Glo.
fin. colligit argu. ex tex. & fortificat remit-
tendo; In fin. glo. dic, de hoc, vt latè dixi
.ſ̃. in fi. notabili. Poſtremo iuxta præmiſſum
ordinem in rubrica, eſt hic examinandus duo-
decimus principalis articulus, videlicet † an
35 excõicatio ſententia ſit, & ſi eſt ſententia, an
ſit interlocutoria, vel diffinitiua. Quò ad pri-
mum Specu. in titu. de ſententia, in prin. dicit,
ꝙ impropriè dicitur ſententia, quia potius
punit, quam imponit finem cauſæ. 11. q. 3. c.
nemo. & ideò potius poteſt dici pœna, quam
diffinitio, ſeu ſententia. 24. q. 3. c. corripian-
tur. Tu dic verius ꝙ eſt ſententia, vt patet .ſ̃.
36 in rubr. & in rubri. 6. & cle. eod. titu. † à qua
37 rubri. licitum eſt arguere, cum † iura de-
beant eſſe ſub congruis titulis collocata; vt in
prohemio .C. & in .l. imperatores .ff. de in
diem adiec. probatur etiam in .c. ſacro. infra
eo. vbi ſæpius replicatur, quòd eſt ſententia, &
.18. diſtin. c. fin. & in alijs infinitis iuribus;
Et hoc tenuit Hug. & ſequitur Archid. 11. q. 3.
.c. 2. vnde concludit Zaba in .c. perpendimus.
ſupra eod. quòd eſt ſententia pœnalis, ſeu pœ-
38 næ afflictiua. Circa ſecundum, † an dicatur
potius interlocutoria, quam diffinitiua. Spe.
in titu. de ſenten. §. 2. dicit, quòd potius trahi-
tur ad naturam interlocutoriæ, quàm diffiniti-
uæ, & hoc etiam voluit Hoſti. & refert, & ſe-
quitur Ioan. Andr. in .c. 1. eod. titu. lib. 6. vbi
dicit, ꝙ quò ad reuocationẽ magis participat de
natura interlocutoriæ, cum Iudex poſſit eam
reuocare, & diffinitiuam nõ poſſit. Idem not.
.D. m. in .c. ſacro. ĩ. eod. vbi infert ex hoc, ꝙ
39 appellans † ab excommunicatione tenetur ex-
primere cauſam, ſicut ab interlocutoria, de quo
dicam in decimotertio principali articulo, in .c.
ſacro. ĩ. eod. & etiam in .d. c. ſacro. hoc tenet
.D. Anto. Tenet etiam .D. m. in .c. præterea.
.2. in fi. ſupra de appel. vbi allegat ad hoc not.
in .c. 2. de conſti. lib. 6. & in .c. per tuas. infra
eod. & in .c. venerabilibus eod. titu. lib. 6.
Sed .D. m. ſupra in rubri. prope princi. al-
40 tius loquitur, dicens † quòd ſententia excom-
municationis non põt propriè dici diffinitiua,
vel interlocutoria; diffinitiua non, quia non
diffinit cauſam, immò petenti abſolutionem
nũquam denegatur audientia, in .c. ex parte. 1.
infra titu. 1. Nec etiam dici poteſt propriè in-
41 terlocutoria, quia † interlocutoria propriè dici-
tur illa, quæ profertur inter principium; & finẽ
cauſæ; vt not. glo. in cle. 1. de ſequeſtra. poſ.
42 & fruc. Sed † excõmunicatio fertur quandoq;
extra iudiciũ, vt in .c. dilecto. eo. ti. lib. 6. Vnde
pro-



43 propriè † excommunicatio eſt quædam cẽſura
eccleſiaſtica, vt in .c. q̃renti. ĩ. titu. 1. ſed quo ad
reuocationem, & appellationem magis trahi-
tur ad naturam interlocutoriæ, quàm diffiniti-
uæ, vt dictum eſt per .c. per tuas. ĩ. eo. cum ſimi.
& ſatis placet. Pro quorum declaratione vide
omnino quæ notabiliter dixi ſupra de re iudi.
in rub. Vltimo licet in .c. qualiter. 2. ſ̃. de accu.
in .2. q. ſeptimi princ. articuli, quaſi in fine, remi
44 ſerim me hic dicturum, an † ſententia, vel ſtatu-
tum liget aliquem extra territorium, tamen hic
omitto. Vide quod dixi in .c. à nobis .ſ̃. eod. &
in iur. ibi alleg. & ſic eſt expeditus duodeci-
mus articulus principalis.

## Capitulum. XXIX. Nuper.

*SVMMARIVM.*

1 *Detinens clericum in cuſtodia, vel vinculis eſt excommunicatus, ſiue detentio ſit priuata, ſiue publica. nu. 4.*
2 *Communicans excommunicato ſcienter in crimine excommunicatus eſt, & nõ poteſt abſolui niſi ab excommunicatore, vel ipſius ſuperiore, & cum iuramento. num. 13. Quod intellige vt nu. 9. et quòd maiorem excommunicationem incurrat. nu. 11. & an ligetur ſentẽtia hominis, vel canonis. nu. 17. & ſeq. & pluribus.*
3 *Communicans excommunicato extra crimen, poteſt reconciliari per ſimplicem ſacerdotem ſine iuramẽto. & nu. 13. & incurrit minorem excommunicationem, vt nu. 11.*
5 *Ponere in vincula, vel in carcere, an differant.*
6 *Carceratus non dicitur lædi corporaliter.*
7 *Quod principaliter ſit attendi debet.*
8 *Verbum credimus prolatum à legiſlatore inducit iuris diſpoſitionem, remiſſiuè.*
10 *Participare excommunicato dicitur, qui comedit, loquitur, deoſculatur, ac orat cum excommunicato.*
12 *Excommunicatus à canone poteſt abſolui à quocunque, niſi cõditor reſeruet ſibi abſolutionẽ.*
14 *Sacerdos quilibet poteſt abſoluere ab excommunicatione, etiam ſuperiori reſeruata ſtante legitimo impedimento, remiſſiuè.*
15 *Perſuadens alicui delictum, ſi illud erat aliàs facturus, an teneatur, & quando.*
*Quid in contractibus. nu. 16.*
18 *Subditus quis propriè non efficitur ratione delicti, ſed de foro tantum; & quid in contractibus. ibidem.*
19 *Indulgentiæ licet fauorabiles, reſtringuntur ne vileſcat eccleſiaſtica iuriſdictio, & euertatur pœnitentialis ſatisfactio.*
20 *Delicta non debent remanere impunita.*
21 *Excõmunicationis plures effectus vide, remiſſiuè.*
22 *Subditus participans in crimine etiam extra territorium ligatur maiori excõicatione.*
23 *Excommunicatus cum participantibus ſibi, participantes extra territorium aliter, quàm in crimine non ligantur maiori excommunicatione.*
24 *Expreſſio illius, quod tacitè ineſt, quando operetur.*
25 *Verbum excommunicatio ſimpliciter prolatum, refertur ad excommunicationem maiorem.*

1 NVPER A NOBIS. † Detinens cle
ricum in cuſtodia, vel vinculis, ex-
2 communicatus eſt; & † commu-
nicans excommunicato ſcienter
in crimine, eſt excommunicatus. Et niſi difficul
tas impediat abſolui debet ab excommunica-
tore, vel ipſius ſuperiore, & cum iuramento.
3 Communicans † verò extra crimen, recõciliari
poteſt per ſimplicem ſacerdotem ſine iuramen
to. h. d. Primo ponitur bimẽbris conſultatio.
Secundo bimembris reſponſio. ſecunda ibi, in
ſecunda. quę ſubdiuiditur in quinq; particulas.
In prima ponitur bimembris diſtinctio. in ſe-
cunda primum membrum proſequitur, ibi, cũ
talis. in tertia proſequitur ſecundum membrũ,
ibi, in ſecundo. in quarta ponitur forma abſolu-
tionis, ibi, is autem. in quinta ponit limitatio-
nem ad ſolutionem primi membri diſtinct. ſe-
cundæ cõſultationis, ibi, verum. Not. primo,
4 ꝙ † ex ſola captura, & detentione clerici publi-
ca, vel priuata, etiam abſque alia percuſſione in-
cidit quis in canonẽ, de quo latè dixi in .c. per-
uenit. ſ̃. eod. in nono prin. artic. in quarto mem
bro, in octaua illatione. Secundo not. argu-
5 mentum, ꝙ † aliud videtur eſſe ponere in vincu-
la, & aliud in carcere. quod nota pro ſtatutis.
6 Tertio not. quòd † ex ſola captura, & poſitione
in vinculis, non dicitur quis inferre perſonalẽ
læſionem. Et ratio eſt, quia carceratio, vel vincu
latio non fit ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, vt .l.
7 aut damna. §. ſolent. ff. de pœn. quare cum † cõſi
deretur quod principaliter agitur, vt in .c. cum
voluntate. ĩ. eod. & hoc principaliter fiat ad cu
ſtodiam, ergo &c. quod not. ad ſtatuta facien-
tia mentionem de læſione perſonali. Quarto
8 not. ibi, credimus, quòd per † verbum credimus
prolatum à legiſlatore, inducitur iuris reſpon-
ſio, & diſpoſitio, dixi in .c. 1. ſupra de ſimonia.
9 Quinto not. ꝙ † quis dicitur communicare ex-
communicato in crimine, etiam ſi excommuni
cato præſtet in crimine auxilium, fauorem, ſiue
conſilium. Et ratio eſt, quia tales tenentur eadẽ
pœna, de quo in .c. 1. de off. delega. & in .l. is qui
opem. ff. de furt. & vide quæ latiſſimè dixi in .c.
ad audientiam. ſupra de homici. in ſeptimo prin
cipali artic. à quæſtione quinquageſima vſq; ad
10 centeſimam. Sexto not. ꝙ † quis dicitur parti-
cipare excommunicato non ſolum comedẽdo,
loquendo, aut deoſculando, ſed etiam ſecum
orando, de quo dic vt latius dicam in decimono
no prin. artic. in .c. ſacris. ĩ. eod. vbi ponam, quę
dicunt hic Docto. quantum ad hoc. Septimo
11 not. † quòd communicãs excommunicato ex-
tra crimen, ſolum incurrit minorem excommu
nicationem, ſed participans in crimine, incurrit
maiorem; de quo latius dicam in dicto decimo
12 nono artic. Octauo not. † quòd ab excom-
municatione lata à canone, poteſt inferior ab-
ſoluere,

ſoluere,donec conditor non reſeruet ſibi abſo-
lutionem, de quo dicã in vigeſimotertio artic.
13 in.c.officij.ſ.eod. Nono not.ꝙ † licet in abſo-
lutione ab excommunicatione maiori, exiga-
tur ſolemnitas iuramenti, tamen in abſolutio-
ne ab excõicatione minori, non exigitur talis
ſolemnitas,de quo latius dicã in vigeſimoquin
to artic. in.c.venerabilis.ſ.eod. vbi tractabo,
quæ doct.hic ponunt circa hoc. Vltimo not.
14 quòd † dato legitimo impediméto, poteſt quis
abſolui ab excommunicatione etiam ab infe-
riore, vbi aliàs non poterat abſolui,niſi à ſupe-
riore,de quo latius dicetur in dicto vigeſimoter
tio artic. Glo.2.opponit,quòd quis ſimplici-
ter non teneatur de conſilio,& ſoluit. In eadẽ
glo.ibi,vel deteriorem,dic hæc allegatio, vt di-
cit Io. And.& bene directe concludit contra ſo
15 lutionẽ glo. † Nam ſi perſuadeo tibi delictum,
quòd tu es aliàs facturus, Ego facio te de malo
deteriorem, & ſi non eras alias facturus,ego fa-
cio te de bono malum. Si ergo non refert an
aliquis fiat malus,vel deterior ex conſilio meo,
ergo dictum glo.non procedit, inquantum di-
cit ille non fuiſſet alias facturus. Sed quicquid
dicat glo. vera concluſio eſt,quòd vtroque caſu
quis tenetur,ſecundum Bart. per.l.1.§.incidit.
ff.ad Turpil.& ſequitur hic Io.And.d.Anto.&
D.m. Volentes tamen, quòd mitius puniatur
ille,qui conſulit aliàs facturo, quàm ſi conſule-
ret nõ facturo. Ad quod etiam vide glo.in ver.
conſiliarios. & quod ibi dixi in cle.vni. de fo.
16 compe. In fi.glo.dic, hoc † dictum procedit
ſolum in contractibus, in quibus quis ex conſi-
lio tenetur, quando eſt fraudulentum, & aliàs
non;quod tamen quidam limitant, ſi modo il-
le aliàs erat facturus.Sed ſi non erat facturus,vo
lunt quòd etiam in contractibus teneatur ex
conſilio non fraudulento, per.l.ſi remuneran-
di.§.ſi tibi.allegatam.in glo. Sed dicit.D.m.ꝙ
quanuis hæc opinio multum inualuerit, tamen
ſecundum eum, in veritate nõ procedit,per tex.
in reg.nullus ex conſilio.de regu.iur.lib.6. quæ
loquitur negatiuè, & excipit ſolum quando eſ-
ſet fraudulentum.Item conſilium non obligat,
ſeu neceſſitat; & ideò conſilium recipiens debet
illud examinare intra ſe diligenter, vtrum ei ſit
vtile,vel non. Non obſtat.c.ſi tibi. ſuper quo
fundatur opinio contraria,quia loquitur in mã
dato,non autem in conſilio, vt patet ex rub. il-
lius.§. ſi verò loquimur in delictis, non diſtin-
guitur an conſilium ſit fraudulentum, vel non;
quia vtroque caſu tenetur conſulens, vt tradi-
tur in dictis iuribus. Adde quod dixi in dicta
cle.1.item nec diſtinguitur, an eſſet aliàs factu-
rus,vel non,vt ſupra dixi; & vide omnino quæ
dixi in.d.c.ad audientiam. in ſeptimo prin.ar-
tic. à quæſtione quadrageſima vſq; ad centeſi-
mam. Glo.magna in prin.colligit argumentũ,
deinde infert,& probat per ſimile. Deinde in
ver.ſed quæri.poteſt recitari per quæſtionem,
& etiam poſſet recitari per contrarium, & ſol-
uit,ponendo duas opiniones.Deinde in ver.ſed
etiam mirum.ſentit aliud contrarium,quòd for

tificat pluribus remedijs, & ſoluit, ponendo
duas opin. In eadem glo.ibi, eadem ſententia
ligatur, & non ſententia canonis,dic,vult ergo
17 glo.in hac parte,ꝙ † communicans in crimine
cum excõmunicato,ligetur ſententia hominis,
& non canonis.Cuius contrarium ſentit glo.ſ.
de quo ſtatim dicam. In eadem glo. ibi, largè
appellatur ſubditus ratione delicti; nota bene
18 hanc glo.ex qua habes, quòd † ratione delicti
quis propriè non efficitur ſubditus, ſed ſolum
efficitur de foro. & idem not.glo. in cle.vnica.
de fo.compe. quod eſt ſingulare pro ſtatutis,&
alijs diſpoſitionibus odioſis facientibus men-
tionem de ſubditis,& ſequitur hic D.m.qui idẽ
dicit de his qui ſortiuntur forum ratione con-
tractus.ad qd' vide quæ dixi in.c.poſtulaſti. in
prin.primi artic. & in.c.dilecti.ſ.de fo.compe.
in ſecundo prin.artic. maxime in fi. In eadem
glo.ibi,ſed in ſententia excommunicationis;ſe-
cus eſt,quia ille &c. dic hæc glo. non reddit hic
bonam rationem diuerſitatis, quia tunc quæri
poſſet,quare ratione delicti ampliatur iuriſdi-
ctio cum ſit odioſa,eo quòd fiat ad pœnam, &
non ampliatur ratione indulgentiarum, q̃ ſunt
fauorabiles. Hoſt.hic aſſignat aliam rationem,
19 videlicet, quia licet † indulgentiæ ſint fauorabi-
les,tamen reſtringuntur ne vileſcat eccleſiaſtica
iuriſdictio, & eneruetur pœnitentialis ſatisfa-
ctio;& quia interdum fit indiſcretè, vt in.c.cũ
ex eo.ſ.de pœni.& remiſſ. dixi in.c.penul.eod.
tit.in quarto prin.artic.q.1. Communicans ve
ro excommunicato ſcienter in crimine delin-
20 quit, vt in.c.à nobis.2.ſ.eod.& ideò † delictum
ſuum non debet remanere impunitum, vt in.c.
vt famæ.ſ.eod. D.Ant. hic etiam recitat alias
rationes, videlicet,quia in maleficio proroga-
tur poteſtas iudicis, cum interſit ipſius malefi-
cia purgare,vt in.l.congruit.ff.de off.præſi. qd'
non ſic contigit in beneficio indulgentiæ.Item
quia excommunicatio fertur authoritate fori
contentioſi, in quo ex facto prorogatur pote-
ſtas. Sed indulgentia conceditur virtute fori pę
nitentialis,in quo non prorogatur iuriſdictio,
vt probatur in.c.1.de rapt. iuncto.c.omnis.ſ.
de pœniten.& remiſſ. Vel dic ſecundum veram
opin.quam ſentit hic Io.And. & clarius ponit
d.Anto.quia pœnitentia immediatè datur ho-
minis poteſtate, & ideò non extenditur ad nõ
ſubiectum: excõmunicatio verò incurritur ex
participatione cum excõmunicato ex canonis
diſpoſitione: Nam de minori nõ eſt dubium,vt
hic dicit tex.in ver.in ſecundo. Et idem dicen-
dum eſt de maiori ratione participationis in cri
mine,vt ſecundum veram eius materiam incur-
rat quis illam ex iuriſdictione, licet quò ad po-
teſtatem abſoluendi videatur potius ſententia
hominis,quàm canonis; quare cum authorita-
te canonis quis ligetur ex participatione in cri
mine,ſequitur,ꝙ vbiq; ligatur,cum omnes ſint
canonibus ſubiecti,vt in.c.1.ſ.de conſti. dicit
tamen.d.Ant. ꝙ glo.rectè intellecta habuit bo
num ſenſum,inquantum enim voluit, ꝙ parti-
cipans incurreret ſententiam hominis,ratio ſit,
quia



quia in maleficio ius diſponit, iuriſdictionem
prorogando,ſed in beneficio non reperitur ius
hoc diſponens,& ideò indulgentiam accipiens
in territorio alieno illa non gaudet, licet male-
faciens in alieno territorio ibi puniatur.Subdit
tamen.d.Anto.quòd hæc ratio non concludit,
niſi prout quis delinqueret in territorio excom
municantis. Et ideò dicit tenendam præceden
tem ſolutionem.D.m.hic,potius videtur tene-
re prædictam opin.glo.dicto modo intellectã,
dicit enim,quòd ratio differentię eſt,quia rõne
delicti ampliatur iuriſdictio iudicis territorij
authoritate iuris, vt delinquens ibi cogatur ſa-
tisfacere reipublicæ,quam offendit delinquen-
do, vt in.c.1.ſ.de rapt. Sed ratione indulgen-
tiarum nulla ſubeſt ratio ampliandi iuriſdictio
nem ſui iudicis, immò confunderentur iuriſ-
dictiones, & eneruaretur pœnitentialis ſatiſ-
factio,quod eſſe non debet,vt.d.c.cum ex eo.
Sed tu aduerte, quia hæc ratio.D.m.concludit
inquantum quis deliquiſſet participando in
crimine,in territorio excommunicantis. Sed
nos loquimur etiam de participatione extra
territorium excommunicantis, vt talis incidat
in excommunicationem,quod videtur eſſe mi-
rum,cum nec ratione ſubiectionis, nec ratione
delicti ſortiatur iſte forum in territorio excom
municantis;iudicio meo illa ſola rõ põt aſſigna-
21 ri, † quia cum ius plures effectus reſpectu ex-
communicationis inducat,quorum primus eſt,
quia excommunicatus ab vno iudice, vbique
excommunicatus eſt, vnde ſequitur alius effe-
ctus,quòd vbique prohibetur ſecum participa-
ri.Item diſponit ius,quòd participans in crimi
ne,participat maiorem; participans verò in re-
liquis,incurrat minorem excommunicationẽ;
de quibus effectibus dicam in decimonono,&
vigeſimo artic. quare ius cum omnes liget, &
vbique poteſtatem exerceat, meritò quilibet
etiam non ſubditus participando etiam extra
territorium,ligatur ſententia excommunicatio
nis.Sed indulgentia,quæ eſt pœnitentię remiſ-
ſio non poteſt fieri, niſi à proprio prælato, vt
d.c.omnis vtriuſque.ſ.de pœniten. & remiſ. &
ideò non ſubditus non gaudet indulgentia infe
rioris à Papa;ſed indulgentia canonis, & Papæ
quilibet gaudet, cum canonibus,& Papæ quili-
bet ſit ſubiectus,vt.d.c.1.de conſti.&.9.q.3.c.
per principalem.&.c.cuncta per mundum. dixi
in.c.penul.ſ.de pœn.& remiſſ. in quarto prin.
artic.q.1. Et ex his ſoluitur contrarium,quod
format hic glo.in ver.ſed mirum videtur. Nam
ſi participans cum excommunicato in crimine
incurrit maiorem excommunicationem ex iu-
ris diſpoſitione, & non ex ſententia hominis;
meritò ſequuntur ea, de quibus in dicto ver.
Aduerte tamen,quia glo.noſtra in prin.videtur
aliud ſenſiſſe; videlicet, quòd hoc caſu alienus
parrochianus ligetur ex ſententia hominis ra-
tione delicti.Sed malè dicit,quia ſi ratione deli-
cti ex ſententia hominis incideret in excommu
nicationem,ſequeretur, ꝙ non ſubiectus com-
municans excommunicato in delicto extra ter-
ritorium ſententiantis non ligaretur, quia rõne
delicti quis ſortiretur forum, ſi delinquit in fo-
ro ſententiantis,vt in.c.fin.ſ.de fo.compet.dixi
in.c.poſtulaſti.eo.tit. in primo artic. Sed con-
ſequens eſt falſum,quia vt ſupra dixi, iſte etiam
non ſubditus communicando in delicto extra
territorium ſententiantis,incidit in excommu-
nicationem, vt probatur etiam hic, ergo ante-
cedens eſt falſum, ꝙ iſte ligetur ſententia homi
nis,quia ſi talis participans in crimine ligaretur
ſententia hominis,ſequeretur, ꝙ communicãs
in crimine excommunicato à ſe non incurreret
excommunicationem maiorem, quia propria
ſententia quis non poteſt ſeipſum ligare, vt di-
xi in.c.à nobis.1.ſ.eod. Sed conſequens eſt
falſum,ꝙ etiam talis incurrit maiorem excom-
municationem,vt dicam in decimonono,& vi-
geſimo artic.ergo &c. Et ideò concludendum
eſt,ꝙ hæc ſententia ex participatione in crimi-
ne ſit canonis,& non hominis. quod tenet In-
no.& Hoſt.Hen.Bohic.& Io.And.hic,& etiam
in.c.ſeq.&.D.m.&.d.Anto.hic, quæ probãtur
ſecundum Io.And.& bene,expreſſe in tex. no-
ſtro,dum dicit in ver.in ſecundo. ꝙ ex partici-
pio hominis cum excommunicato per ſen-
tentiam,in reliquis præterquàm in crimine, in-
curritur minor excommunicatio ex iuris diſpo
ſitione.Et loquitur tex.per dictionem implica-
tiuam,dum formaliter dicit, ꝙ quanuis enim
tunc non iudicis &c. Et ſic innuit,quòd etiam
in præcedenti caſu,videlicet quando participa-
tur in crimine, incurritur maior excommunica
tio non iudicis,ſed ex iuris ſententia. Et ſic in-
nuit tex. ꝙ etiam in præcedenti caſu incurritur
maior excommunicatio ex iuris diſpoſitione;
pro quo etiam faciunt argumenta poſita hic in
glo.in ver.ſed non credo. vſque in fin. maxime
quia cum ſententia excommunicationis ſit la-
ta contra certam perſonam, non ligaret aliam
perſonam,de qua non fuit cogitatum;& maxi-
me extra territorium,quando hoc non proce-
deret ex iuris diſpoſitione,ſed ex ſententia ho-
minis. & ideò verior eſt prædicta opin. ꝙ etiã
propter participationem in crimine incurritur
ſnĩa iuris,& non hominis. Pro qua etiam facit
c.ſtatuimus.eod.tit.lib.6. Non obſtat quod ex
hoc ſequeretur,quòd ab ea poſſet abſoluere ꝓ-
prius Epiſcopus, cum contrarium hic dicatur,
quia iſtud eſt verum, niſi abſolutio ſpecialiter
fuiſſet reſeruata excommunicatori,vel ſuperio-
ri,prout hic factum fuit. Et ratio huius reſer-
uationis potuit eſſe,quia hæc excommunicatio
inducitur à canone propter hominis excommu
nicationem,& ideò facit ipſam ſortiri effectum
cauſantis, ſeu ſententiantis, quantum ad hoc.
Et ex prædictis infertur, quòd etiam ſubditus
22 participans in crimine † extra territorium ex-
communicãtis ligatur maiori,quia canon vbiq;
ligat, & probatur in.d.c.ſtatuimus.quòd non
eſſet ſi ſolum ligaretur ſententia hominis; &
propter prædicta forte dictum eſt, ꝙ nõ ſolum
ab excommunicatore, ſed etiam à ſuperiore po
teſt abſolui, quia hoc caſu ſuperior abſoluit, ſi
excom

excommunicans cõmunicaret in crimine ipſi excommunicato, vel forte dictum eſt de ſuperiore ad ſupplendum negligentiam, vel impedimentum excommunicantis, ſecundum Io. An. &.d. Anto. Et ſic ſecundum iſtam opi. tex. intelligitur de ſuperiore ipſius excommunicãtis. Sed tunc aduerte, quia forte poſſet attentari, ꝙ tex. in hoc alium habuit intellectum, videlicet vt intelligatur non ſolum de ſuperiore excõica to, ſed etiam de ſuperiore ratione delicti, quòd expreſſe videtur velle tex. dum formaliter dicit ſuperiore, meritò delicti, quaſi ſentiat, ꝙ excom municator poterit abſoluere, & etiam ſuperior ratione delicti, ſi participatur in crimine in alieno territorio, quàm ipſius participãtis, aut excommunicatoris, eo quòd ratione delicti ſortitur forum. Sed contra hoc videtur obſtare, quia forus ratione domicilij, & originis videtur eſſe præſtantior, per ea quæ dixi in.c.fi.ſ̃.de fo. compet. ergo proprius Epiſcopus qui non excõmunicatur, & in cuius territorio ſubditus nõ participat in crimine, ſed in alieno deberet poſſe abſoluere, quod hic negatur. Sed forte reſponderi poſſet, ꝙ immò potentior eſt forus criminis, quàm domicilij, ſeu originis reſpectu criminis. quod patet ex his, quæ dixi in materia remiſſionis, in.d.c. poſtulaſti. in tertio prin. artic. Et ideò legislator potius voluit excommunicatori, & ſuperiori delicti reſeruare abſolutionem, & ideò fortè generaliter non conceſſit abſolutionem cuilibet ſuperiori, quia talis excommunicatio reſpectu participationis in crimine habuit aliquã originem à ſententia lata ab homine. Cogitabis, quia nouiſſima ſunt. Poſſet etiam dici ſecundum.d. Ant. quòd communicans excommunicato in crimine, ligatur ſententia, qua mediante iuris diſpoſitione extenditur ad omnes participãtes in crimine ipſi excommunicato; Non obſtante quòd ſentẽtia hominis non debet operari in alieno territorio, quia hoc non debet operari homo, ſed iuris diſpoſitio, & ſic poteſt reſponderi ad aliud argumentum glo. dum dicit, quòd ſententia hominis non debet ligare illos, de quibus non eſt actum, quia non ligantur ab homine, ſed à iure. Non obſtat aliud argumentum glo. ꝙ ex pòſt facto non originatur obligatio, quia verum eſt, niſi ſit cauſa ex iuris poteſtate obligationis ꝓductiua. Non obſtat aliud argumentum glo. ꝙ excommunicatio non debet ferri ſine monitione, quia fateor in illa, quæ fertur immediate ex hominis poteſtate. Secus in iſta, in qua operatur iuris diſpoſitio, dixi in.c. perpendimus.ſ̃.eod. in decimo prin. artic. Non obſtat aliud argumentum glo. ꝙ ſecundum hoc, hæc ſententia erit generalis latæ ſententiæ, cum tamen non ſit generaliter lata, ſed contra vnum hominem, quia reſpõdetur ſimiliter, quòd hoc non procedit à ſententia hominis, ſed à poteſtate iuris ampliantis ſententiam latam ab homine, ad omnes participantes in crimine. Et ex
23 prædictis infert ſingulariter.d. Anto. ꝙ † ſi aliquis excommunicaret aliquẽm cum participantibus ſibi, quòd participantes extra territorium aliter quàm in crimine, vt puta, comedẽdo &c. non eſſent ligati maiori excommunicatione, quia de iure communi non eſt diſpoſitum, ꝙ participans aliter, quàm in crimine, ſit excommunicatus maiori; vnde tunc iuris diſpoſitio non operatur, ſed ſolum ſententia hominis, quę non poteſt ligare extra territorium proferẽtis, quod mihi placet. In eadem igitur glo. Io. dicit, quòd hæc opinio communiter reprobatur, quia communicans excommunicato cum participantibus qualitercunque, incidit in maiorẽ excommunicationẽ, vt in.c. ſignificauit.ſ̃.eod. & in.c. prox. ſed ſecundum hanc opin. Io. incurreret minorem per participationem, aliter quã in crimine, ergo &c. Sed tu aduerte, quòd Io. hoc non voluit, quòd incurreret minorem. Sed diſtinguit circa abſolutionem, vt participans in primo capite, videlicet in crimine non poſſet abſolui, niſi dicitur in tex. Sed participans in caſu ſecundo, videlicet aliter, quàm in crimine poſſet abſolui etiam à proprio prælato, vel ſimplici ſacerdote. Et pro opin. Io. poſſet etiam adduci, quòd regulariter participans cum excommunicato incurreret excommunicationem vel maiorem, vel minorem, ſecundum modum participandi, & ſic tacitè inſit, in, ſimpliciter prola-
24 ta; contra videtur, quòd † expreſſio iudicis exprimentis id, quòd tacitè inerat, non debeat operari, vt in.l.3.ff. de legib. cum ſimilib. & per conſequens intelligetur excommunicaſſe participantes, ſecundum ꝙ tacitè inerat, videlicet participantes in crimine maiori, vel extra crimen minori, & ſic ſtabit opin. Io. Sed his non obſtan. prædicta opin. mihi non placet, eo quia iudex ſic excommunicans omnes communicantes illaqueat maiori excommunicatione, vt d.c. contingit. & .c. ſeq. & probatur in.c. ſtatuimus. eod. tit. lib. 6. & in.c. penult. ĩ. eod. iunctis
25 his, quæ dixi ſupra in rub. vbi dicit, quòd † verbum excommunicatio ſimpliciter prolatum, refertur ad excommunicationem maiorem, ergo ſequitur, ꝙ exprimitur alio modo, quã inefſet, & per conſequens expreſſio operatur, vt probatur in.l. ſi ſic legatum. §. bonę. ff. de leg. 1. & in.l. ſi. expreſſum. ff. de cond. & demonſt. ex quo ſequitur, quòd opin. Io. nullo modo poteſt ſuſtentari, quia potius in primo caſu, quando participatur in crimine, debet concedi abſolutio proprio prælato, quàm in ſecũdo, quando participatur extra crimen; quia primo caſu inerat tacita illa excommunicatio maior ex iuris diſpoſitione, vt ſupra latius dixi. Sed in participatione extra crimen ex iuris diſpoſitione ſolum inerat excommunicatio minor, quæ per ſententiam hominis alteratur ad maiorem, & ſic nullo modo inferior ab excommunicatore, quãuis ſic proprius prælatus, abſoluet. Cogitabis quia nunc venit in mentem. Glo. ſuper verbo retinuit, fortificat tex. per ſimile, quod probat, deinde colligit argumentum ex tex. In eadem glo. in fi. de hoc latius in.c. at ſi clerici. §. de adulterijs.ſ̃. de iudi. Poſtremo aduer-



aduerte, quia ſecundum ordinem compilationis ſequitur.c. quòd in dubijs. ideò quia iuxta præmiſſum ordinem in rub. veniret examinandus, in.d.c. quod in dubijs. 16. princip. artic. & quia hucuſque examinauimus duodecimum artic. de quo diximus in.c. à nobis. 2. ſupra eo. vnde cum inter duodecimũ, & decimum ſextũ articulum ſint intermedij decimuſtertius, decimuſquartus, & decimuſquintus articulus, qui veniunt examinandi in.c. ſacro. ĩ. eo. Ideò ne confundamus ordinem ipſorum articulorum, aſſumo.c. ſacro. quo expedito, redibimus ad.c. quod in dubijs.

## Capitulum. XLVIII. Sacro.

### *SVMMARIVM.*

1 *Prælatus nõ debet excommunicare ſubditum, niſi monitione præmiſſa, & ex manifeſta, & rationabili cauſa, & ſi contrafaciat punitur. & nu. 9. remiſſiuè.*

2 *Subditus. qui falsò conqueritur ſe iniuſtè excõicatum punitur. & nu. 16. remiſſiuè.*

3 *Prælatus qui dicit ſe erraſſe excommunicando, & vult excommunicatum abſoluere, cuius aduerſarius appellat ne abſoluatur, an poſſit abſoluere.*

4 *Monitio præcedere debet in ſententia excommunicationis, ſicut in alijs ſententijs. Et an requirat ſcripturam. nu. 7.*

5 *Excommunicatio eſt ſententia.*

6 *Acta poſſunt probari per teſtes.*

7 *Sententia excommunicationis debet ferri in ſcriptis. & nu. 333. Secus in monitione. d. nu. 7. Et quare ſcriptura exigatur. nu. 329. Quid ſi per viam ſtatuti. nu. 333.*

8 *Sententia excommunicationis vt dicatur iuſta, tria requiruntur, monitio, cauſa rationabilis, & manifeſta: remiſſiuè.*

9 *Manifeſtum illud dicitur, quod eſt in iudicio probatum: remiſſiuè.*

10 *Iudex poteſt reuocare interlocutoriã iniuſtè latã.*

11 *Sententia excommunicationis accedit naturæ interlocutoriæ, remiſſiuè. & nu. 106. & 167. & 362.*

12 *Excõmunicatus iniuſtè quid agere debeat, & quo remedio ei ſuccurratur, remiſſiuè.*

13 *Abſolutio ab excommunicatione poteſt fieri per alium.*

14 *Excommunicatio non eſt leuis pœna, ſed grauiſſima, licet dicatur medicinalis.*

15 *Error probabilis excuſat à pena: remiſſiuè.*

17 *Abſolutus iurans parere mandatis eccleſiæ, non reincidit in excommunicationem ipſo iure, ſi non ſatisfaciat iuramento, niſi retrudatur in excommunicationem: remiſſiuè.*

18 *Iudex à quo poteſt abſoluere excommunicatum, nõ obſtãte appellatione legitimè interpoſita.*

19 *Sententia excommunicationis tenet omiſſo ordine, quod fallit vt ibi.*

20 *Excommunicatio tripliciter dicitur iniuſta: remiſſiuè.*

21 *Suſpenſus an poſſit excommunicare.*

22 *Interdictus ab ingreſſu eccleſiæ non perdit poteſtatem exercendi iuriſdictionalia. & nu. 257.*

23 *Excommunicatus minori licet priuatus ſit participatione ſacramentorum, retinet tamen ea quæ ſunt iuriſdictionis.*

24 *Suſpenſus licet non poſſit audire diuina, poteſt tamen introire, & tranſire per eccleſiam. & nu. 254.*

*Et quæ ſit pœna iſtius ſuſpenſi, ſi diuina officia celebraret: remiſſiuè. nu. 255. & 297.*

*Pęnam ſuſpenſionis an patiãtur Epiſcopi, & alij ſuperiores, qui abſque debita forma excommunicarent. nu. 256. & nu. 310. & 318.*

*An amittant iuriſdictionem. nu. 22. & nu. 257.*

*An liberetur ipſo iure poſt menſem abſque ſententia. nu. 258. & nu. 294. Quod tamen intellige, vt ibidem. nu. 295.*

*Et plures alios effectus ſuſpenſionis, vide remiſſiuè. nu. 303.*

25 *Excommunicatio quando notoriè eſt iniuſta, poteſt reuocari abſque iuramento de parendo, ſecus in dubio.*

26 *Excommunicatus propter morę periculum, poteſt ab eo abſolui, qui regulariter abſoluere nõ poteſt. & ibi de mora, & caſuum celeritatem exigentium: remiſſiuè.*

27 *Maxime hæc dictio ponitur pro tantum.*

*Et an electiuè, an verò copulatiuè. nu. 359. latè.*

28 *Excommunicato iniuſtè, & non ſub debita forma qualiter ſuccurratur.*

*Quæ debeat conſiderare ipſe excommunicatus. nu. 29.*

*Libellus qualiter formandus ſit. nu. 34.*

30 *Excommunicationem nullam dicens auditur, licet non petat abſolutionem purè, vel ad cautelam.*

31 *Exempla non reſtringunt regulam.*

32 *Vbi eadem eſt ratio, & ibi eadem iuris diſpoſitio vigere debet.*

33 *Excommunicatus ſi dicat ſententiam nullam, an interim dum pendet nullitatis quæſtio vitari debeat, & an prohibeatur ſe immiſcere diuinis, & an immiſcendo fiat irregularis.*

35 *Excommunicatus propter contumaciam ſi dicat ſe nunquam citatum, quãuis appareat in actis nuntium retuliſſe citationem, an poſſit probare hanc negatiuam coarctatam loco, & tempore.*

*Quod eo in caſu excommunicator poſſit cognoſcere, & abſoluere ad cautelam, recepta cautione de parendo mandatis ſuis, vel eccleſiæ. nu. 37.*

*Idem quando pars aduerſa ſe opponit, vt nõ concedatur abſolutio, allegando aliquam apparentem cauſam. nu. 38.*

*An tunc neceſſaria ſit citatio. nu. 39.*

*Quid ſi pars aduerſa appellaret. nu. 40.*

36 *Negatiua quomodo probetur: remiſſiuè. & num. 353. & ſeq.*

41 *Excommunicatus ſi nolit adire excommunicatorem, poteſt ſuperiorem adire, conquerendo de iniuſta excommunicatione, etiam circa vincu-*

*vinculum appellationis.*

42 *Superior quid facere debeat eo in caſu.*

43 *Excommunicator, cui excõmunicatus remittitur, poteſt per viã remiſſionis examinare, an excommunicatus ſit abſoluendus, vel non.*

44 *Excommunicator cognoſcens ſe iniuſtè excommunicaſſe, debet purè, ſi eſt manifeſta iniuſtitia abſoluere, vel ſi dubitat, recepta cautione.*

*Quod intellige, parte non contradicente; aliàs ſecus. nu. 45.*

*Et quis eo in caſu cognoſcat. nu. 46.*

47 *Excommunicator ſi non vult excommunicationẽ iniuſtam reuocare, opus eſt querela, vel appellatione ad ſuperiorem.*

48 *Excommunicatus quando per ſuperiorem remittitur ad excommunicatorem vt abſoluatur, non datis alijs iudicibus, an, & quando abſolui poſſit, & ibi diſtinguit.*

*Quid quando datis alijs iudicibus, vbi latiſſimè diſtinguit. nu. 49.*

50 *Appellatio ante excõmunicationẽ an fieri poſſit.*

*Quid operetur. nu. 51.*

*Quid in non expreſſe appellãte, qui tamen ſe ſuppoſuit protectioni ſuperioris. nu. 52.*

*An excommunicatio lata poſt appellationem, ſtatim ſit pronuntiãda nulla. nu. 53. & 188.*

*An neceſſe citanda ſit pars, ad cuius inſtantiam fuit lata. nu. 54. & 57.*

*Quid animaduertere habeat iudex ipſo citato comparente. nu. 58.*

*An ſit neceſſaria citatio, quando periculum eſt in mora. nu. 59.*

*Quid in iudice, qui ſententiã tulit ex officio, vel inquiſitione. nu. 55. & 57.*

*In dubio autem, an interim poſſit peti abſolutio ad cautelã, antequàm incipiat cognoſcere de cauſa. nu. 56.*

60 *Appellatio poſt excommunicationem fieri poteſt, & an producat effectum ſuſpenſiuum. nu. 62. vbi diſtinguit latè.*

61 *Defenſio nulli, etiam criminoſo, aut excommunicato denegatur.*

63 *Conditio de præterito, vel præſenti, non eſt propriè conditio, nec moratur obligationem.*

64 *Excommunicatio pura, & ſub conditione, in quo differant.*

65 *Excommunicatus purè ſtatim debet vitari, non obſtante ſequenti appellatione.*

*Quid in excommunicato ſub conditione, vel in diem de præterito, maximè ſi appellauit. nume. 66. & ibidẽ quid in excommunicato poſt interpoſitam appellationem non legitimam.*

67 *Appellatio non legitimè interpoſita ante excommunicationem, quid operetur.*

68 *Appellatio interpoſita ab excommunicatione purè lata, & diffinitiua, & poſt. x. diem non ſuſpendit excommunicationem, & quid operetur. ibidem.*

*Quid in appellatione interpoſita infra. x. dies. nu. 69. vbi varias recitat opiniones.*

70 *Appellans, ſi excommunicetur poſt ſentẽtiã ante appellationem emiſſam, tunc officio iudicis obtinebit reuocationem huiuſmodi excommunicationis, ſicut aliorum grauaminum attentatorum tempore dato ad appellandum à diffinitiua.*

*An ſit neceſſaria abſolutio, vide ibi nu. 71.*

*Quid quando dubitatur an ante ſententiã, vel poſt appellauerit, latiſſimè. nu. 75.*

72 *Appellatio non ſuſpendit excommunicationem puram, quæ ſit ratio, vide latiſſimè. nu. 104.*

*Quod intellige vt ibi. nu. 73.*

*Quæ ſit communis opinio. nu. 75. concord. tamen opiniones. ibidem.*

*Quid operetur talis appellatio, vide nu. 109.*

74 *Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent.*

76 *Excommunicatio lata hoc modo, excommunico te ſi hoc facies, an liget poſt factum, vel quando vult facere, latiſſimè.*

77 *Excommunicatio regulatur magis à mente proferentis, quàm à verborum prolatione.*

78 *Oppreſſus quilibet appellare poteſt.*

79 *Sententia excommunicationis non debet ferri, niſi monitione præmiſſa, & ex cauſa rationabili. remiſſiuè. & nu. 197. & 200.*

80 *Sententia continens expreſſum errorem, nõ valet.*

81 *Appellare, vel eligere nõ dicitur, quis ante actum perfectum.*

82 *Quilibet præſumitur gerere actum, vt valeat omni meliori modo, quo valere poteſt.*

83 *Excommunicatio eſt ſeparatio à gratia diuina.*

84 *Sententia excommunicationis an ſit nulla ex falſa cauſa, vel ex cauſa non expreſſa: remiſſiuè.*

85 *Excommunicatio lata his verbis, excommunico te ex nunc, ſi appellaueris, ſuſpenditur per appellationem. Quid in verbis ambiguis. ibidẽ.*

86 *In omnibus actibus ambiguis interpretãdis, prius ad intentionem recurrendum eſt.*

87 *Sententia excommunicationis eſt medicinalis, & ideò de facili poteſt quis ſibi prouidere aduerſus eam. ibidem.*

88 *Appellatio à denuntiatione, vel declaratione iudicis, qui pronuntiat, vel declarat aliquem excommunicationem incurriſſe, an, & quando ſuſpẽdat pronuntiatum, latè diſtinguendo.*

*Quid in iudice delegato nu. 101.*

89 *Appellans à ſententia excommunicationis, quę nõ tenet, quia continet errorem intollerabilem, vel eſt lata poſt appellationem legitimè interpoſitam, impedit denuntiationem.*

90 *Sententia excommunicationis valida, à qua nõ eſt appellatum directè, vel indirectè, debet denuntiari, & publicari.*

91 *Appellãs à ſententia excommunicationis directè, vel indirectè ante excommunicationem, impedit denuntiationem.*

*Idem in excommunicato ignorante ſe excommunicatum, qui poſt excommunicationem appellauit. nu. 95. & 99.*

*Secus in appellante poſt ſententiam, qui ſcit ſe excommunicatum. nu. 92.*

93 *Sententia excommunicationis purè lata, ſtatim trahit ſecum effectum. & num. 96. & 105. & 107.*

94 *Denuntiatio, ſeu publicatio non addit aliquod vinculum, ſed quod factum eſt publicat.*





96 *Excommunicatus, ignorans ſe excommunicatum, ligatus eſt etiam ante, quàm ſciat.*

*Quæ ſit differentia inter ſcientem, & ignorantẽ. nu. 97.*

98 *Sententia cenſuræ non debet viléſcere, nec deludi.*

99 *Excommunicatus ignorans poteſt ſe ingerere communioni hominum. & nu. 107.*

100 *Appellans ne fiat denuntiatio, vel declaratio excommunicationis, ſi excommunicatio eſt talis, quæ inferatur ipſo iure, aut factum eſt notorium, non impedit denuntiationem.*

102 *Iuriſdictio ſuſpenditur per delationem appellationis.*

103 *Appellatio recepta per ſuperiorem abdicat iuriſdictionem à delegato.*

108 *Abſolutio an ſuſpendatur per appellationem: remiſſiuè.*

110 *Excommunicatus non appellans infra decẽ dies, qui dantur ad appellandum, non poteſt amplius deducere cauſam ad ſuperiorem, ſed habebit neceſſe petere abſolutionem ab excommunicatore.*

111 *Excommunicator ſi nolit excommunicatum abſoluere oblata ſatiſdatione, an poſſit appellare ab hoc grauamine. & nu. 118.*

112 *Excommunicatus ſi non appellat infra decendiũ, ſententia tranſit in rem iudicatam, reſpectu illius cauſæ, pro qua fuit lata poſt contumaciam.*

*Secus tamen reſpectu vinculi. nu. 114.*

*Nec poteſt amplius negare contumaciam, & ſi vult abſolui, oportet vt prius ſatisfaciat. nume. 113.*

115 *Appellatio ab excommunicatione, debet interponi intra decem dies, à tempore ipſius excommunicationis computandos. & nu. 347. vbi quid quando agitur ad pœnam.*

*Et eſt communis opinio. nu. 116.*

*An autem poſt decem dies poſſit conquæri per viam ſimplicis querelæ, coram ſuperiore, & quid operetur. nu. 117.*

*Quid in ſententia excommunicationis ſub conditione lata, an, & quando ab ea debeat appellari. nu. 120. & pluribus ſequen. vbi latiſſimè hac de re, diſtinguit tamen nu. 148. vbi de forma appellationis.*

*Quid in alijs ſententijs conditionalibus, & quæ ſit inter vtramque differentia. num. 121. & nu. 131.*

118 *Excommunicatus comparens coram excommunicatore, & petens abſolutionem ab excommunicatione tanquàm iniuſta, quòd poteſt quandocunque facere, ſi denegetur abſolutio, poteſt appellare ab hoc grauamine.*

*Debet tamen appellare à denegatione appellationis, & nõ ab excommunicatione. nu. 119.*

122 *Conditionis euentus non trahitur retro in ſentẽtia excommunicationis ad diem prolationis. nu. 123. in fi. & nu. 136.*

*Quid in conditione poteſtatiua. nu. 134. & 156*

*Quid in reſcriptis vbi adeſt talis conditio poteſtatiua. nu. 135.*

*Quid in contractibus, & conditionibus caſualibus. num. 136. & 156.*

*Quid in cæteris actibus. nu. 139.*

123 *Verba generalia reſtringuntur ad limites iuris communis.*

124 *Excommunicatio accipit vires ex contumacia, & contemptu. & nu. 137.*

125 *Intellectus. c. præterea. 2. de appel.*

126 *Appellare licet à quocunque grauamine futuro, ante ipſum grauamen.*

127 *Abb. Pan. reprehenditur.*

128 *Intellectus. c. quod ad conſultationem. de ſenten. & re iudi.*

129 *Sententia excommunicationis lata hoc modo, ſoluas. c. infra viginti dies ſub pœna excommunicationis, ſuſpẽditur per appellationem poſt decem dies ſtatim interpoſitam; & quid operetur ſi appelletur infra decem dies. ibidem.*

130 *Intellectus. c. biduum. 2. q. 6.*

132 *Sententia conditionalis, qñ dicatur eſſe perfecta.*

133 *Tutor ſi datur ſub conditione, incipit ei currere tempus à die exiſtentis conditionis.*

138 *Sententia excommunicationis nõ poteſt ferri, niſi ſub conditione poteſtatiua.*

140 *Excommunicatio lata ſub conditione caſuali, vt puta, ſi nauis ex Aſia venerit excommunico te, aut ſub ſimili conditione eſt nulla.*

*Quid in ſententia ex cauſa omnino impertinenti lata: remiſſiuè. nu. 141.*

*Quid in alijs ſententijs, quæ feruntur ſub conditione caſuali. nu. 142.*

143 *Bartolus reprehenditur.*

144 *Excommunicatio lata hoc modo ſi non ſatisfeceris. B. infra viginti dies ex nunc, excommunico te, vel ſi dicat ex nunc, prout ex tunc, hoc caſu euentus conditionis trahit potius ad ſe prolationem, quàm econtra.*

*Verba illa ex nunc, important quòd ſi in termino non ſatisfeceris ſis excõicatus. nu. 145.*

*Et eſt communis opinio. nu. 146.*

147 *Dictio ex nunc, denotat diſponentis actum, non conditionis purificatæ effectum.*

149 *Iudex ſi excommunicat aliquem, niſi. c. vſque ad annum ſoluerit, & ille appellet, an per appellationem ſuſpendatur tàm abſolutio, quàm excommunicatio, an alterum tantum; & diſtingue vt ibi.*

150 *Acceſſorium corruit ſublato principali, & ſequitur naturam ſui principalis. nu. 324.*

151 *Appellatio poteſt valere in vno, & non in alio.*

152 *Epiſcopus ſi excommunicat. P. ſub conditione, & P. poſt excommunicationem, ante conditionis euentum deſinit eſſe de foro ipſius Epiſcopi excommunicatoris, an interim ante conditionis euentum debeat appellare, ad hoc vt adueniente conditione non ligetur.*

153 *Iudex poteſt ſtatuere in futurum, & ſententia ab eo lata ſub conditione tenet.*

154 *Sententia non ligat ſubditum extra territorium, nec eum qui deſijt eſſe ſubditus.*

155 *Appellatio præueniens conditionem ſuſpendit, & quæ ſit ratio.*

157 *Intellectus. c. aduerſus. de immu. eccle.*

158 *Iudex ratione præuentionis poteſt ferre ſententiã*

etiam contra illum, qui poſt prӕuentionē deſijt eſſe de iuriſdictione ſua.

159 Statuti proprium eſt ligare futura, & infra diœceſim commiſſa:

160 Appellatio legitima transfert iuriſdictionem male excommunicantis, in iudicem, ad quem eſt appellatum.

161 Epiſcopus ſi purè excōicat aliquem, deinde antequàm tranſeant decem dies ad appellandum, ſuſpendit excōicationem ad tempus, et excōicatus appellat infra decem dies, vtrum appellatio habeat effectum ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, ita ꝙ lapſo tempore ſuſpenſionis factӕ, excommunicatio dicatur traxiſſe ſecum executionem, vel non.

162 Interdictum ſi poſitum eſt, deinde ſuſpēſum ad tp̄s, et interim ab eo fuit appellatum, appellatio non ſuſpendit interdictum, & decurſo tempore ſuſpenſionis factӕ, remanet interdictum purū, ut prius, adeò ꝙ ibi celebrari nō poteſt.

163 Appellatio à ſententia excōmunicationis, an pluries fieri poſſit, an ſemel tantum.

164 Sententia excommunicationis non tranſit in rem iudicatam: remiſſiuè. & nu. 363.

165 Intellectus. c. Lotharius. 31. q. 2.

166 Appellās ab excommunicatione, an teneatur exprimere cauſam.

Quid in appellante ab interlocutoria. nu. 168.

169 Cauſӕ exp̄ſſio in appellatione ab interlocutoria ad quem finem fiat.

170 Iudex excommunicator poteſt, & debet iniuſtam ſententiam contrario imperio reuocare.

171 Excommunicatus dicens ſe iniuſtè excommunicatum, & petens ſententiam iniuſtam, & nullā pronuntiari, an ſit audiendus.

172 Nullum eſſe, & aliquod ſunt contraria.

173 Libellus incertus admittitur, vbi incertitudo prouenit ex facto aduerſarij.

Et quomodo concludendum ſit in tali petitione. nu. 174.

Quid in foro canonico, & cauſis ſp̄ualibus. 175.

176 Cumulatio cauſӕ nullitatis, & iniuſtitiӕ, an poſſit fieri in eodem libello: remiſſiuè.

177 Excommunicatus ſi ita dixerit, conqueror de tali Ep̄o meo, qui me poſt appellationem legitimā iniuſtè excōicauit, vnde peto mihi per vos, & veſtrum officiū prouideri, pronūtiādo dictam ſn̄iam nullam, vel me abſoluendum, prout vobis videbitur, & eundem Ep̄m excōicatorem mihi in expenſis, & intereſſe condemnari, & aliàs canonicè puniri; an talis petitio ſit admittenda.

178 Excōicato qualitercunque conſtet de grauamine, ſubueniendum eſt, & excōicator puniendus.

179 Iudex quantum poteſt, debet obuiare perniciosè ſubtilitati iuris, & prouidere laboribus, & expenſis partium.

180 Excommunicatus petēs ſn̄iam excommunicationis nullam pronuntiari, eo quòd lata ſit poſt appellationem, ſed de ipſa appellatione non poteſt conſtare, ſed conſtat ipſam nullam ex alia cauſa, an ſit audiendus.

Et quod de iuris rigore non ſit abſoluendus, ſed poſſit iterum aliam cauſam ꝓponere. nu. 181.

Secus ſi dixiſset ſententiam excommunicationis nullam in genere. nu. 182.

183 Laici, vel clerici, an poſſint illos, quos credunt, vel ſciunt pro certo iniuſtè excōmunicatos, iuuare contra excommunicatorem, cogendo eum relaxare ſententiam excommunicationis.

184 Defenſio non ſolum offenſo, ſed etiam proximis ſuis eſt licita.

Quod procedit in uiolentia corporali, non autem verbali. nu. 185.

186 Prӕlatus ſi iniuſtè aliquem excōicat, talē poſſunt eius proximi iuuare non armis, ſed alijs remedijs à iure conceſſis.

187 Abſolutio ab iniuſta excommunicatione, qua actione peti poſſit.

188 Excommunicatio ſicut non tenet poſt appellationem, ita nec poſt recuſationem, vel relationē. & nu. 189.

189 Appellatio, recuſatio, & relatio ӕquiparantur, & pendentia cuiuslibet ipſorum ſuſpendit iudicis iuriſdictionem.

Et nil innouādū eſt poſt aliquē p̄dictorū. nu. 190

Et an quod dictum eſt de recuſatione ſit ſimpliciter verum. remiſſiuè. nu. 192.

Et quid de relatione, remiſſiuè. nu. 193.

191 Sententia à non ſuo iudice lata, non ligat.

192 Proceſsus geſtus per iudicem recuſatum, an ſit ſemper nullus, & an diſtinguatur inter ius canonicum, uel ciuile, vel inter ordinarium, & delegatum. remiſſiuè.

194 Excōmunicatus appellans ab excommunicatore ad Papā, ſi deinde cauſam appellationis detulit ad ſuperiorem excōicatoris, intelligitur appellationi ſuӕ renuntiaſſe. remiſſiuè.

Quid ſi proteſtatur quod propter hoc non intelligit appellationi ſuӕ renuntiare. nu. 195.

196 Iudex, ſeu p̄latus, ex quibus cauſis rōne iniuſtӕ, vel nullӕ excōicationis obligetur ad pœnam.

197 Monitio debita, quӕ ſit in prolatione ſentētiӕ excōicationis, & vbi trina requiritur, ſi ter nō moneatur, incidit in pœnam excōicator, & vbi vna exigitur, ſufficit vna; & ſi nulla exigitur, non incidit in pœnam non monendo, remiſſiuè. & nu. 367.

Et tàm contra fœminam, quàm contra maſculum eſt neceſſaria monitio. nu. 198.

199 Aliquis, hӕc dictio, comprehendit tàm maſculū, quàm fœminam.

201 Excommunicator ſi contra aliquem ex iniuſta, & irrationabili cauſa procedit, & requiſitus humiliter ab excōmunicato non curauerit abſq; grauamine reuocare, tenetur ad intereſſe excommunicato, & vlterius punitur arbitrio ſuperioris. & nu. 271.

202 Excommunicatus ſi conſtat, quòd excōicatio eſt iniuſta, propter ipſius ſn̄iӕ reuocationē, nullas debet facere expenſas, nec iurare. et nu. 278.

203 Cā rōnabilis ſi ſubeſt in ꝓferenda ſn̄ia excōicationis nō ſufficit, niſi corā excōicatore ꝓbata ſit.

Quid ſi ſolummodo ſn̄ia ſit iuſta, & non prӕmonuit excommunicatos, an excuſetur. nu. 368.

204 Cauſӕ iuſtӕ, & rationabiles in ferenda excommunicationis ſententia, quӕ ſint. remiſſiuè.



205 Monitio prӕcedens excommunicationis ſententiā non excuſat excōmunicatorem, niſi precedat cauſa iuſta, & rationabilis.

206 Excōicatio qua quis fuit excōicatus, quia non parebat rei iudicatӕ, an reuocari poſſit ex diſpoſitione. c. ſacro. de ſen. excom. Et ibi quid, quò ad condemnationem intereſſe.

207 Iudex excommunicans iudiciario ordine non ſeruato, ſi excommunicatus etiam abſq; appellatione querelam deponat penes ſuperiorē, procedetur ad abſolutionem excōmunicati, et ad condemnationem excommunicatoris.

208 Iudex ſi participātes excōicatis ab eo in locutione, & alijs actibus, quibus ligatur participās excōicatis minori excōicatione, ante monitionem prӕſumat maiori excōicatione excōicare, incidit in pœnam. Et qua pœna tunc teneatur. ibidem. remiſſiuè. & nu. 307.

209 Iudex, vel prӕlatus obligatur ad penā, excōicando non ſeruata forma. c. 1. de ſen. excō. lib. 6.

210 Declaratur. c. 1. de ſen. excom. lib. 6. latiſſimè. Et ibi de qua excommunicatione loquatur. & nu. 289. & 297.

211 Sententia hominis poteſt eſſe iuſta, & iniuſta; Secus in ſn̄ia canonis, quӕ ſemper eſt iuſta.

212 Scriptura qualis in ſn̄ia excommunicationis requiratur. & nu. 372. An excuſetur, ſi in loco nō erāt neceſsaria ad ſcribendum, remiſſiuè. nume. 214. & nu. 372. Et quid ſi periculū erat in mora. nu. 327. & nu. 372.

213 Iudex an teneatur per ſe ſn̄iam excommunicationis, an verò ſufficiat per notarium proferre.

215 Prӕlatus regularis, qui non ſeruato ordine iudiciario aliquid prӕcipit monacho ſuo ſub pena excommunicationis, quam ex nunc, vel ipſo facto in eum tulit, niſi mandato ſuo obediret, & hoc facit ſine ſcriptis, an incidat in penam. c. ſacro. & c. 1. de ſent. excom. lib. 6. remiſſiuè. & nu. 322. & nu. 323. latiſſimè.

Communis opin. eſt, ꝙ d. c. 1. habeat locum etiā in prӕlatis regularibus. nu. 336.

216 Prouincialis alicuius ordinis religioſorum, qui p̄cipit fratribus ſuis ſub hac forma, prӕcipio vobis oībus prӕſentibus, & abſentibus in virtute ſanctӕ obedientiӕ, & ſub pena excōicationis ipſo facto, ne aliquis ueſtrum alicui extraneo reuelare debeat aliqua geſta, & hoc prӕceptum non fecit in ſcriptis, nec prӕmiſit aliā monitionem, impoſuit tamen ante dictā prolationem ſocio ſuo, qui ſolitus erat ſcribere acta, ꝙ in ſcriptis ea redigeret, vtrum talis, vel prӕlatus ſimul incurrat penam. c. ſacro. de ſenten. excō. & c. 1. eo. ti. in. 6. remiſſiuè. & nu. 371.

217 Excōicatio, an poſſit ferri in incertam perſonam, remiſſiuè. Et an eo in caſu habeat locum conſtitutio. c. 1. de ſen. excom. lib. 6. & nu. 332.

Quod intellige vt ibidem. & nu. 371.

218 Opin. vltima, quӕ recitatur à doctore, qū nullam expreſsè approbat, cenſetur approbari.

219 In penis beniguior pars amplectenda eſt.

220 Excōicator vt incidat in penam. c. 1. de ſent. excō. lib. 6. ſufficit, vt omittat vnum ſolum ex his, quӕ exigit dicta conſtitutio. & nu. 234.

Quid ſi aliquӕ ex requiſitis in dicta cōſtitutione non conuenirent excōicato, an excuſetur excommunicator. nu. 221. & nu. 237.

222 Exemplum excōicationis, an totale, ac integrum ipſi excommunicato tradi debeat.

223 Excommunicator requiſitus ab excommunicato, tenetur dare exemplum infra menſem. Quod intellige vt infra nu. 370.

Et intra quod tempus, & quādo currere incipiat tale tempus. nu. 223.

An illud requirens debeat ſtatim recedere, vel expectare. nu. 224.

Quid ſi iudex nunc offerat, & excommunicatus nolit recipere, cum prius illud ſibi denegaſset iudex. nu. 225.

Quid ſi excōicatus ſtatim petijt, & congruo tp̄e expectauit, & poſtea ſe abſentauit, nec reperitur, quid facere habeat iudex, vt euitet pœnam. c. 1. de ſen. excom. lib. 6. nu. 227.

226 Vltima mora ſemper nocet.

228 Requiſitio ab excōicato facta iuxta formā. c. 1. de ſent. excom. lib. 6. an poſſit probari per teſtes.

229 Dolus an requiratur in excommunicante non ſeruata forma. c. 1. de ſen. excom. lib. 6. vt in pœnam illius incidat.

Quod ſufficiat culpa non excuſabilis, & error nō probabilis. nu. 358.

230 Temere quomodo quis dicatur facere.

231 Violator non ſolum dicitur, qui vim infert; ſed etiam corruptor, contaminator, ſeu pollutor.

232 Excommunicatus nulliter, vt quia eam tulit poſt appellationem, vel ex alijs cauſis eam nullam reddentibus non ſeruata forma. c. 1. de ſentē. excom. lib. 6. an incidat in eiuſdem. c. penas. et nu. 296. & nu. 337. & 369.

Et quӕ ſit differentia inter nulliter excommunicatum, & nullo modo ligatum. ibidem.

233 Punitur quandoq; quis ex eo, quod de iure non ſortitur effectum.

235 Copulatiua requirit concurſum oīum copulatorū.

236 Alternatiua contenta eſt, quòd vna pars ſit uera.

238 Excōmunicās iniuſtè, & non ſub debita forma, ad quas penas obligetur.

239 Excōicator, qui non p̄miſit debitā monitionē, ēt ſi iuſta fuerit excōicatio, interdictus eſt ingreſſu eccleſiӕ per menſem.

An aūt pena interdicti ingreſsus eccleſiӕ requirat ſn̄iam, an verò ſit ipſo iure īterpoſita. 252.

Quid importet iſtud interdictum, & cuius ſit effectus. nu. 253.

Quӕ ſit alia pena, de qua in tex. noſtro, an pecuniaria, vel non. nu. 259.

An debeat carere cōmunione hominum arbitrio ſuperioris. nu. 261. & nu. 308.

Quod tn̄ intellige, qn̄ ſn̄ia ē iniuſta ex cā. ibidem.

Qđ teneatur excōicato ad īntereſſe. 262. et 308.

Qualiter aūt ſumatur illud intereſſe. 280. et 304

Quomodo probetur. nu. 281. & 304. Quod tn̄ intellige, vt ibidem. & latius. nu. 282.

Quid importet pena intereſſe. nu. 377.

An ӕſtimari debeat. nu. 283. vbi diſtinguit. Et quomodo in rebus ſpiritualibus. nu. 287.

Et an teneatur actione iniuriarum. num.63.& nu.308. Quod tñ intellige,vt nu.264.

Et an teneatur etiam pœna ſacrilegij.num.267. & nu.308. Et an in hac pœna requiratur dolus.nu.269.

Quid autem in omnibus alijs caſibus, in quibus canones prohibent pœnam excõicationis proferri ſine ſolemnitate.nu.309.

240 Menſis qualiter in materia excommunicationis accipiatur. Et ibi latiſſimè de materia menſis, qñ computatio dierum ſit arctanda, vel dilatanda.nu.243.& ſub nu.245.diſtinguit quæ opin.tenenda ſit,& ſit verior.nu.250.

241 Annus quot diebus conſtet.

242 Iudex æquitatem præ oculis habere debet.

243 Ius canonicum gaudet ſimplicitate,& leuitate.

244 Electio facta.xcj.xcij.uel.xciij.die eſt cõfirmãda, dummodo aliàs ſit canonica,et ibi de ratione. Quod intellige,ut nu.248.

245 Conſtitutio.c.ne pro defectu.de elect.quare introducta.

246 In incertis,non certis,locus eſt coniecturis.

247 Communis vſus loquendi,& maximè in ſtatutis, præualet etiam proprio ſignificatui.

248 Purgatio moræ infra breues dies admittitur in dilatione legali.

Purgatio moræ eſt materia difficillima, & vbi tractetur.nu.249.

251 In dubijs ſecurior pars eligenda eſt.

260 Iudex eccleſiaſticus an poſſit punire pœna pecuniaria:remiſſiuè.

265 Dolus exigitur in actione iniuriarum, nec ſufficit culpa.

266 Iniuria requirit animum iniuriandi.

268 Sacrilegium,eſt violare ſacrum.

270 Excommunicans iniuſtè quam pœnam incurrebat ante hanc decretalem.

272 Excommunicans iniuſtè, vt faciat excõicatorem incidere in pœnam.c.ſacro.de ſen.excom. exigitur vt requirat ipſum,vt ſñiam reuocet.

Ad quid autẽ fiat hæc requiſitio.nu.273. Quid ſi per imprudentiam omittat.ibidem.

Qualis eſſe debeat iſta requiſitio.nu.277.

An conſtare debeat de iniuſtitia excommunicationis excommunicatore præſente, vel citato, vel propter contumaciam abſente. num.279

Et quod debeat citari cum tractetur de ſuo præiudicio.nu.342.

274 Iniuſtè iudicans facit litem ſuam. Idem in excõicante iniuſtè per imprudentiam.nu.275.

Quid in eo,qui dolo iniuſtè iudicat.nu.276.

282 Iuramentum in litem quando deferatur.

284 Electio ſi fuerit caſſata propter iniuſtam excommunicationem, excõicator tenetur ad conferendum ſimile beneficium ipſi excõicato,ſi habet poteſtatẽ. Quid ſi non habeat, vide ibid.

Superior qui confirmauit talem electionem, cum excommunicatio eſſet nulla, quia lata poſt appellationem, tenetur ipſi excommunicato, ſi eſt ſoluendo.nu.285.

Si aũt non eſt ſoluendo,agitur contra excommunicatorem.ibidem.

Quid in eo,cui mandabatur conferri beneficium alicui, qui iudicauit propter cauſam prædictã illum indignum.nu.286.

288 Intellectus.c.ſacro. ibi, aliàs nihilominus pœnæ mulctandis &c.de ſen.excom.

290 Iudices qui ſint, qui teneantur ad pœnas.c.1.de ſen.excom.lib.6.remiſſiuè.& nu.311.

Et qualiter agatur ad illas pœnas, & de forma libelli.nu.338.

291 Excommunicator,qui non ſeruat formam.c.1.de ſen.excom.lib.6. an incurrat pęnam ſuſpenſionis ipſo facto.

292 Menſis de quo in.c.1.de ſen.excom.lib.6. quando currere incipiat,latiſſimè.

An ſit neceſſaria ſententia declaratoria.nu.293

298 Intellectus.c.ſi quis Epiſcopus damnatur.&.c.ſequen.11.q.3.

299 Contemptus in excommunicato miniſtrante exigitur,vt incurrat irregularitatem. Quid in ſuſpenſo.ibidem.

An probabilis ignorantia eos excuſet. nu.300.

Quid ſi craſſa,& ſupina. nu.301. Et quid operetur.ibidem.

Legati de latere,an poſſint tales diſpẽſare.302.

303 Superior quis ille ſit,de quo in tex.noſtro: remiſſ.

305 Probatio expenſarum qualiter fiat,remiſſiuè.

306 Animaduerſio condigna,quæ ſit,de qua in.c.1.de ſen.excom.lib.6.

312 Dictio,quiſquis,vel quicunque,neminẽ excipit.

313 Excõicator iniuſtus quicunq; ſit, ſiue ꝑlatus, ſiue iudex, ſiue ſacerdos curatus,incurrit pœnas.c.ſacro.de ſen. excõ. &.c.1.&.3. eo.tit. lib.6.

Quid in prælato ſæculari. nu.314.

Quid in Archidiacono. nu.315.

Quid in prælato regulari,vt Abbas.nu.316.& 318.latiſſimè.

Quid in Priore,nu.317. Et an omnes ſupradicti aliqua ex cauſa excuſentur.ibidem.

319 In dubio,quod certius teneri debet, & verbis legis deſeruit.

320 Veritatem decet religioſos maxime ſeruare.

321 Religioſus excõicans ſubditos non ꝓmiſſa monitione, an incurrat irregularitatem, ſi poſtea celebrat ignorans ſe ſuſpẽſum. Et an excuſetur ab apicibus iuris,& quomodo.

323 Excommunicatio,quæ nunquam ligauit, non poteſt producere aliquam pœnam.

325 Pœna impoſita eligenti, non habet locum,niſi electio fuerit perfecta, licet quantum in ſe ſit, iam elegerit.

326 Excõicator qui nõ procedit vt iudex, ſed vt pars, non ligatur pœnis tex.noſtri.& nu.365.

328 Prælati regulares non debent eſſe decertatores forenſium cauſarum.

330 A correctione non poteſt appellari.

334 Scriptura non eſt de eſſentia ſtatuti.

335 Sententia excommunicationis lata pro futuris culpis,an de iure teneat.

339 Actio criminalis,& ciuilis,an poſſint cumulari in eodem libello:remiſſiuè.

340 Punitus vna pœna,an poſſit alia puniri,remiſſiuè.

341 Excommunicatus iniuſtè petens excõicatorẽ pœna iuris propter crimen criminaliter puniri, an poſſit etiã agere ad æſtimationem iniuriæ.

343 Ex-



343 Excommunicator,an teneatur abſoluere ante omnia excommunicatum, ſi vult probare ipſum iuſtè excommunicaſſe,remiſſiuè.

344 Excommunicatus,coram quo iudice agere debeat contra excommunicatorem iniuſtè excommunicantem.

345 Superior quis dicatur.

346 Excommunicator iniuſtus,quando, & infra quod tempus debeat,vel poſſit peti,vt puniatur.

348 Excommunicatus poteſt agere quandocunque criminaliter,vel ciuiliter contra iniuſtum excõmunicatorem, dummodo non ſit præſcriptũ accuſationi,vel actioni; & quòd vtrique præſcribatur. ibidem.

Quid ſi excommunicator eſſet mortuus ante litẽ contra eum inchoatam.nu.350.

349 Iniuriarum actio præſcribitur anno.

351 Omnis actio pœnalis extinguitur morte.

352 Excommunicatus an teneatur probare ſententiã excommunicationis iniuſtam,et qualiter. An verò excommunicator,ꝙ iuſtè excõicauit.

354 Actori regulariter incumbit onus probandi.

355 Facta non præſumuntur,niſi probentur.

356 Excommunicator, quando, & quibus ex cauſis excuſetur ſi non iuſtè, vel non ſub debita forma excommunicauit,& duodecim ponit excuſationis cauſas.

357 Excõicator qui errauit ex cauſa probabili, qualiter excuſetur. Et quæ dicatur probabilis cã.

360 Ius in delictis non admittit purgationem moræ, quò ad pœnam inferrendam, ſecus quò ad impoſitam.

361 Excommunicatio vbi eſt impoſita à iure, non admittitur purgatio moræ.

364 Abbas,qui excommunicauit ſubditum ſuum, non præmiſſa monitione,eo quia ſine licentia exiuerat clauſtrum, ſtante conſtitutione in monaſterio, qđ exiens clauſtrum ſit excommunicatus,an incidat in pœnas canonicas.

366 Epiſcopus,qui erat in quaſi poſſeſſione viſitandi,ſi vult viſitare, & non admittatur, poteſt excommunicare ſine cauſæ cognitione, & abſq; monitione.

374 Excõicatus iniuſtè querelans contra iuſtam excõmunicationem,qua pœna ſit puniendus.

Et an habeat locum pœna,cum excommunicatus egerit vigore ſententiæ iniuſtæ, ſiue nullæ. nu.375.

376 Copulatiua,&,implicat.

378 Verba illa,uel aliàs ſecundum ſuperioris arbitriũ, quid importent.

379 Error probabilis quis dicatur, vt excõicatus iniuſtè querelans,excuſetur.

380 Excommunicatus impetrans reſcriptum ad iudices delegatos ſuper nullitate excommunicationis, qui tamen deficit in probatione nullitatis,conſtat tamen ꝙ iniuſtè ligatus eſt, an excuſetur.

Quid faciat Epiſcopus hoc in caſu contra excommunicatum.nu.381.

Quid ſi poſtea petat excommunicatus ſe abſolui tanquàm ab iniuſta excommunicatione, quid fieri debeat: remiſſiuè.nu.382.

383 Sententia an ſit neceſſaria, cum excommunicatus reducitur ad primam ſententiam, an verò reducatur ipſo iure propter non factam ſatisfactionem.

384 Verbum reducatur futuri temporis in diſpoſitione poſitum, requirit ſententiam, non autem importat pœnam ipſo iure.

1 SACRO. h.d.†Prælatus excommu-
nicare non debet ſubditũ,niſi mo-
nitione præmiſſa, & ex manifeſta,
& rõnabili cauſa;& contrafacienti
2 pœnam imponit. & †punit ſubditum,qui falsò
conquerit ſe iniuſtè excommunicatum. Dein-
3 de dicit,quid† iuris ſi prælatus dicit ſe erraſſe,&
ideò vult abſoluere excommunicatum, ſed ad-
uerſarius appellat, ne abſoluatur. h. d. Et tria
ſunt dicta principalia.ſecundum,ibi,verum.ter
tium ibi,ſi verò. Not primo, ibi,competenti
4 monitione,†quòd ſicut in alijs ſñijs requiritur
monitio,de quo dic vt plenè dixi in nono prin.
artic.in.c.perpendimus.§.eo.q.9. ita in ſenten
tia excommunicationis requiritur. Secundo
not ibi,excommunicationis ſñiam,tex.in mul-
5 tis locis ꝓbantẽ ꝙ † excommunicatio ſit ſñia.
de quo dixi in.2.artic.in.c.à nobis.§.eo. Ter-
tio not.ibi,perſonis præſentibus, argumentum
6 ꝙ†acta poſſunt ꝓbari per teſtes. dic vt dixi in
c.qm̃ contra.§.de proba. Quarto not.ꝙ licet
7 ſñia excõmunicationis debeat ferri in ſcriptis,
tamen monitio nõ requirit ſcripturam. de quo
ſcripſi, & dixi in dicto, 10.artic.q.9. Quinto
8 not.ꝙ ad hoc, vt†ſñia excommunicationis di-
catur iuſta, requiruntur tria.ſ.monitio, cauſa
rõnabilis,& manifeſta. Et de his,& de alijs,quę
requiruntur, traditur in glo.3. ſed ego latius
9 dixi in dicto.10.artic. Sexto not.ꝙ† illud di-
citur manifeſtum, ꝙ eſt in iudicio probatum.
de quo vide quod dicam in.c.cum olim.§.de
verb.ſig. Septimo not.pœnam iniuſtè excom
municantis, de qua latius dicam.§. poſt glo. in
10 14.princ.artic. Octauo not.† ꝙ iudex poteſt
reuocare interlocutoriam iniuſtè latam. Et ſic
11 excommunicatio†accedit ad naturã interlocu-
toriæ.de quo latè dixi in.c.à nobis.2.§.eod. in
12 2.artic. Nono not. quid † agere debeat ex-
communicatus, qũ eſt excõmunicatus iniuſtè,
& quo remedio ſibi ſuccurratur,de quo dicam
latius.§.in.13.prin.artic. Decimo not. quòd
13 quis†põt abſoluere ab excõicatione,nõ ſolum
per ſeipſum,ſed etiam per alium; & ſic hæc po-
teſtas abſoluẽdi eſt delegabilis. dicam de hoc
in.23.artic.prin.in.c.fi.§.eo. Vndecimo not.
quid agere debeat ſuperior aditus per viã q̃re-
læ.de hoc dic,vt dicã in,13.artic. Duodecimo
14 not. ꝙ†excommunicatio non eſt leuis pœna,
ſed grauiſſima. Et quãuis dicatur medicinalis,il
lud prouenit,qñ quis ſe intẽdit corrigere. De-
cimotertio not,tàm ex prima, quàm ex ſecun-
15 da parte,ꝙ†error ꝓbabilis excuſat à pœna. de
hoc dicam in.14.princ. artic. Decimoquarto
16 not.ex ver.verum. de† pœna conq̃rentis de in-
iuſta excommunicatione. de hoc dicã.§.in di-

ɗo.15.princ.artic. Decimoquinto not. quòd
17 abſolutus†iurans parere mandatis eccleſiæ, nõ
reincidit in excommunicationem ipſo iure, li-
cet non ſatisfaciat iuramento. Sed opus eſt re-
truſione in excõmunicationẽ; de quo in.c.eos.
eo.tit.lib.6.dicam latius in.23.artic.in.c.vene-
18 rabilis.j̃.eo. Vltimo not.ꝙ†iudex à quo,põt
abſoluere excommunicatum,non obſtante legi
tima appellatione per eum interpoſita, de hoc
dicam in.23.artic.in.c.officij.j̃.eo. In glo.1.
in fi.dic,vt latius dixi in.c.perpendimus.s̃.eod.
in.10.artic.q.8.ver.ſed circa prædicta. Glo.2.
in prin.fortificat literam,deinde tollit argumẽ-
19 tum,& proſequitur,†vtrum ſnĩa excommuni-
cationis lata omiſſo ordine teneat; ponit regu-
lam affirmatiuam,& excipit tres caſus. In eadẽ
glo.in duobus caſibus,dic,vnus eſt, quando eſt
lata poſt appellationem interpoſitam, de quo
dicam in.13.artic. Secundus,qñ eſt expreſſus
intollerabilis error, de quo dixi in.c.perpendi-
mus.in.10.prin.artic.q.16.ver.ſed debitori po
teſt. In fi.glo.dic,intellige hanc glo.ꝙ excom
municatio lata ſine monitorio ſolũ nõ tenet in
ſpeciali caſu illi⁹.c.ſtatuimus alias tenet,vt hic,
de quo dixi in.d.10.artic.q.8.in fi. &.q.28.
Glo.3.colligit argumentum,& tractat qualiter
20 excõicatio†triplici modo dicitur eſſe iniuſta,&
ꝓſequitur qñ continet errorem manifeſtum,&
an tunc teneat,recitando varias opin. Deinde
in ver.ſed illud videtur.opponit,& ſoluit. Et de
prima materia glo.dic vt latè dictum fuit in.10.
artic.in.c.perpendimus.s̃.eo. In fi.dic,aduer-
te,quia videt̃ nihilominus adhuc remanere cõ-
21 trarium,ꝙ†ſuſpẽſus non poſſit excõicare. Sed
potes dicere, vt ſentiunt Goff.& Io.And.ꝙ li-
cet vterq; incipiat priuari eodem tempore, tñ
naturaliter,& intellectualiter cõſiderando,ꝓce-
dit excõicatio, poſtquàm ſtatim facta ꝓlatio-
ne, incipit ſuſpenſio iniuſtè excommunicãtis:
nam prima operatur ſecundam. Sicut in ſimili
dicimus de infuſione gratiæ,quam præcedit re-
miſſio peccatorum, & tñ eodem tẽpore inſur-
gunt. Ad quod vide qđ not.22.q.1.c.cum re-
nuntiatur. Et idem etiam ſentit Philip. & mihi
placet;quia non eſt dubium,ꝙ prælatus añ ſen-
tentiam latã non eſt ſuſpenſus,ſed poſt. Et ideò
per prius datur effectus ſententiæ excommuni-
cationis,quàm ſuſpenſionis. Sed tu aduerte,
quia videtur mihi, ꝙ hæc quæſtio non poſſit
procedere,per ea quæ ſtatim dicuntur in glo.in
ver.interdictum. vbi concluditur, quòd iſte ſu-
ſpenſus retinet iuriſdictionalia: & ideò poteſt
abſoluere,vt hic in.tex. ergo quæſt.glo.non vi-
detur procedere; eo quòd ſatis eſt,quòd iſte ha
beat iuriſdictionalia. Cogitabis. Et adde prædi
cta ad ea,quæ dixi in.c.1.ſupra eod. in.5.princ.
artic.q.6. Glo.4. in prin.ſentit duas quæſtio-
nes,& ſoluit.deinde ſentit contrarium,ꝙ etiam
puniat̃ alia pœna,& ſoluit, faciendo contrariũ.
deinde in ver.hodie, ſentit aliud contrarium,&
ſoluit. In eadẽ glo.ibi,ipſo iure, dic de hoc vt
dicã in.9.prin.artic. In ea.glo.ibi,carebit in ſu
per.Et de his etiã dicam ſtatim in.14.artic.vbi
etiam tractabo de reliqua parte glo. In ea.glo.
ibi,in ſcriptis,& ibi, cauſam excõicationis. Dic
de his duobus,vt dixi in.c.perpendimus.s̃.eo.
in.10.prin.artic. Glo.ſuper verbo interdictũ,
quærit,& ſoluit. In fi.glo. not. bene ex glo. ꝙ
22 ille,†cui interdicitur ingreſſus eccleſiæ,nõ per-
dit poteſtatem exercendi iuriſdictionalia. Fa-
23 cit.c.fi.de cle.excom.mini. vbi†excommunica
tus minori, licet ſit priuatus participatione ſa-
cramentorum,tamen non perdit iuriſdictiona-
lia. Et ad idem facit.c.is cui.eod.tit. lib.6. Et
hanc opin. glo. ſequitur Inno. Subdit tamen,
ꝙ iſte abſoluet excommunicatum per ſe, ſed
per alium introducet in eccleſiam. Facit.c.ſuf-
fraganei.s̃.de elect.Quod intelligit Hoſtien.ex
delegatione ipſius abſoluentis. arg.c.fin. ſupra
de off.ordi. Nec obſtat, quòd illud quod quis
non poteſt per ſe, non debet poſſe per alium.
46.diſt.c.ſicut.Nam quod vna prohibetur &c.
& in reg.cum quid vna via.de reg.iu.lib.6.quia
reſpondetur ſecundum Hoſt.& Io.And. quòd
hoc non eſt abſurdum. & remittit pro hoc ad
not.in reg.poteſt quis per aliũ.de reg.iur.lib.6.
vbi habes alios plures caſus.Ego dicerem,quòd
diuerſa ratio hoc operatur; Nam cum ipſe ex-
communicator retineat iuriſdictionalia,hoc vi
gore poteſt delegare, Delegatus verò cum reti
neat eccleſiam,& ex delegatione acquiſiuerit iu
riſdictionem,meritò poteſt illud,quod non po
teſt Delegatus, qui non retinet ingreſſum ec-
cleſiæ. Aduerte tamen, quia quidam dicunt,
quòd etiam iſte ſuſpenſus poteſt illũ in eccleſiã
introducere, licet ibi officium dicere nõ poſſit;
per.c.reſponſo.ſupra eod. & per not.in.c.duo-
bus.infra eod. Pro qua opin. facit quod ſtatim
dicam in decimoquarto princ.artic. poſt Inno.
24 quia talis†ſuſpenſus,licet non poſſit audire di-
uina,poteſt tamen intrare,& tranſire per eccle-
ſiam.& ita reſidet.d.Anto. Et prædicta nota-
bis ad ea,quæ dixi in glo.fina. Glo. ſuper ver-
bo caueant, quærit, & ſoluit. In fi. dic vt dixi
ſupra in.c.perpendimus. in decimo articulo.
Glo.ſuper verbo,abſque grauamine, quærit de
intellectu literæ, & ſoluit. Et in fi. opponit,&
non ſoluit. In eadem glo. ibi,nec iurare, not.
25 quòd † quando excommunicatio eſt notoriè
iniuſta,fit reuocatio abſque iuramento. Secus
in caſu dubij. Et ita intelligitur tex. noſter in
ver.alioquin. Et ita ẽt ſoluit.c.venerabilis.alle-
gatum pro contrario in fi.glo. & ita etiam ibi
ſoluit glo.1. de quo dic, vt latius dicam ibi in
vigeſimoquinto artic. Glo. ſuper ver. pericu-
lum. poſſet eſſe ex minima loci diſtantia, ſecun
dum Innocen.in.c.relatum. &.c.nuper. ſupra
26 eod. In fi.glo.dic,&†propter periculum mo-
ræ poteſt abſoluere excommunicatum,qui re-
gulariter non poteſt abſoluere, ſecundum qđ
dicam in vigeſimotertio artic.in.c.officij. infra
eod. Et de hac materia moræ, & caſuum cele-
ritatem exigentium, vide latè per glo.& Doct.
in.c.fina. de electio.lib.ſexto. in ver. celeritate.
Glo. ſuper ver. conſtiterit, in princ. quærit, &
ſoluit. deinde ſentit contrarium, & ſoluit.

In ea-



In eadem glo. ibi, excommunicatore præſente,
dic de hoc, vt ſtatim tangam in decimoquar-
to articulo. In fin. glo. dic,aliquid tangam in
decimoquarto, & decimoquinto articulo in
.c.venerabilis. j̃.eod. Glo. ſuper ver. ad inte-
reſſe, format tres.qq.& ſoluit. In fin.glo.dic de
materia huius glo. vt dicam ſtatim in.14.artic.
Glo.ſuper ver.tãtam, eſt declaratiua. In ea glo.
ibi, nulla maior, dic facit.C. de apoſta. in.l. hi
qui. Glo. ſuper ver. ex cauſa probabili, quærit
de exemplis, & ſoluit. In fin. glo. dic, vt dicã
ſtatim in decimoquarto articulo. Glo. ſuper
ver. ſi laudabilis, quærit de intellectu literæ, &
ſoluit ponendo duas opi. In eadem ibi, niſi Iu-
dex ſit laudabilis. Dic, & ſecundum iſtam opi.
27 dictio†maximè, ponitur pro tantum. In eadẽ
glo. ibi.l.1. Dic,ad idem.c.cum illorũ. in fi.s̃.
eo. In eadem glo.ibi,ſtat operatiuè. Dic & hoc
modo ponitur proprie. & ideò plus placet vt
ſtatim dicam in.14. arti.prin. Glo. ſuper ver.
probabilis error,quærit,& ſoluit; deinde colli-
git arg. In eadem glo. ibi, appellantem; dic vel
etiam quærelantem. In eadem glo. ibi,quia for
te, dic vt dicam ſtatim in.15. principali artic.
In fi. glo. dic de hoc vt lati⁹ dixi.in.c.calumniã.
s̃. de pœn. in.5. principali art. Glo. ſuper ver.
ſatisfacerem, in princ. colligit argu. declaran-
do literam. deinde contra hoc opponit, &
ſoluit. In eadem glo. ibi,primo inquiri debet,
dic vt dicam in.25. prin. arti. in.c. venerabilis.
j̃.eo. In eadem glo.ibi,contra hoc videtur ꝙ
legit̃,dic de hoc vt dicam in dicto.25.arti. In
eadem glo. ibi,ſed nomine,dic de hoc vt dicam
in dicto.25.arti. In eadem glo.ibi,nec prodeſt,
nec eſt neceſſaria appellatio, dic quòd glo. non
bene dicit, quia imò appellatio poteſt pro-
deſſe in multis, vt ſtatim dicam in.13.prin.arti.
Glo. ſuper ver. non deferat,quærit de ratione,
& ſoluit. In fi. glo. dic vt ſtatim dicam in.13.
art. Glo. ſuper ver.dubitari,ĩfert ex tex.& aſſi
gnat rationem, & probat per ſimile, et de
materia ipſius dicam ſtatim in.13.arti. Et in fi.
glo. dic de hoc, vt dixi in. c. perpendimus. in
10. prin. arti. Glo. penul. infert ex tex. decla-
rans literam. Glo. fi. ſimiliter eſt declaratiua.
Poſtremo expeditis glo. quia iuxta præmiſſum
ordinem.s̃. in rubri. veniunt examinandi.13.
.14.&.15.arti. principales, ideò proſequendo
dictum ordinem, aſſumo, 13.arti.in quo venit
28 examinandum † quo remedio ſuccurratur ei,
qui iniuſtè, & non ſub debita forma excommu
nicatur. Circa quem arti. aduertendum eſt, ꝙ
iniuſtè, & non ſub debita forma excommuni-
cato duplex principaliter competit remedium,
vnum per viam querelæ. ſecundum per viam
appellationis. quæ duo remedia diſtinctè pro-
ſequar. Quò ad primum de querela,arbitror
29 dicendum, ꝙ † excommunicatus in primis de-
bet diligenter animaduertere, & maturè conſi-
derare, vtrum excõmunicatio ſit nulla,an verò
ſit valida, ſed iniuſta. Si excommunicatio eſt
nulla, quod poteſt contingere, vel quia fuit
prolata poſt appellationem interpoſitam, vel
quia continet manifeſtum errorem, vel vbi mo
nitio non præceſſit, in caſu tamen ſpeciali.c.
ſtatuimus. eod.titu.lib.6. de quibus tribus mo
dis dicitur hic in glo.2. in fin.quos declara, vt
latius dixi in.c. perpendimus.s̃. eod.in decimo
principali articulo. & maxime in.15.q. Et his
caſibus, quãdo cognoſcit ſententiam nullã, po
teſt adire illum excommunicatorem, & ab eo
petere,quòd declaret ipſam ſententiam excom
municationis nullam, vt probatur ex his quæ
not. Inno. in.c dilecto.s̃.de appel. & Bal. in.l.
aduerſus.C. ſi aduer. rem iudi. Bar. & Io. de
Imo. in.l.ſi expreſſim.de. appel.& probatur ex
tex. noſtro. Nam ſi per viam iniquitatis,& in-
iuſtitiæ poteſt excõmunicator adiri,vt hic,for-
tius debet poſſe adiri per viam nullitatis.Et hoc
caſu ſi excommunicator cognouerit illam ma-
nifeſtè nullã,poterit de facto reuocare declarã-
do eam nullã. Et ſi fortè pars in cuius fauorem
lata fuerit,contradiceret,& appellaret,vt impe-
diret reuocationem,hoc non obſtãte nihilomi-
nus poteſt excommunicator illam annullare.
Sed ſi de nullitate dubitaret, tunc abſoluet illũ
ad cautelam, recepta cõpetenti cautione. argu.
eorum, quæ dicuntur in tex. noſtro in vltima
parte in ver. ſi verò. Sed ſi excommunicator
nollet eum audire, arbitror, quòd hoc caſu ex-
communicatus poſſit adire ſuperiorem, vt de-
claret excõmunicationem nullam. argu.tex. no
ſtri in prima parte. qui ſuperior iudicio meo,
poterit ſeruare formã de qua hic in tex.in ver.
qui. vt ſi abſq; periculo moræ fieri põt, remit-
tat ad excõicatorem, vt infra cõpetentẽ termi-
num declaret ſententiam excommunicationis
nullam. Alioquin ipſe per ſe,vel alium annulla
bit excommunicationem, ſi de nullitate mani-
feſtè apparebit. Sed ſi nullitas eſſet dubia,po-
terit abſoluere ad cautelã. Faciunt not. in.c.ve
nerabilibus. §. fin.eod. titu.lib.6. Et vide quę
dicam in vigeſimo quinto articulo. in.c. vene-
rabilis. j̃. eod. Et adde quod ſtatim dicam in
forma libelli. Et periculum moræ declara,vt di-
cit glo. hic ſuper ver. periculum moræ, & vt
ibi dixi. Et de hac materia abſolutionis ad cau
telam, dic vt latius dicam in vigeſimoquinto
articu.in.c. venerabilis. j̃.eod. Et aduerte cir-
30 ca prædicta, quia † dicens excommunicationẽ
nullam auditur, licet non petat abſolutionem
pure, vel ad cautelam, vt eſt tex. in.c. per tuas.
.s̃.eod. Et hoc procedit, nõ ſolum in illis duo-
bus caſibus ibi expreſſis, videlicet, vel quando
poſt appellationem emanauit excõmunicatio,
vel quãdo in ſententia excommunicationis eſt
expreſſus intollerabilis error, ſed ẽt in omni-
bus alijs caſibus, in quibus ſententia excom-
municationis eſſet nulla, de quibus latius dixi
in.c.perpendimus.s̃. eod. in decimo principa-
li articulo.q.16.in fin. Nec obſtat tex.in.c. per
31 tuas. quia † illi duo caſus ibi expreſſi ponuntur
exempli gratia,ſecundum Vincen. in.c.ab ex-
communicato.s̃.de reſcrip. & ſequuntur doc.
Et ideò nõ reſtringunt regulam. Ad quod vi-
de multa iura, quæ allegaui in.c. fin. ſupra de

re.

32 re, iudi. † Vnde cum eadem ſit ratio in alijs ca-
ſibus, in quibus ſententia excommunicationis
eſſet nulla, meritò debet habere locũ iuris diſpo
ſitio. Facit ꝙ not. in .l. 1. C. de condi. indebi.
Et hoc tenet glo. & ſequuntur Doct. in .d. c. per
tuas. & clarius Ioan. Andr. in nouella, in .c.
ſolet. eod. titu. lib. 6. & ſequuntur Doct. Pro
quo facit tex. in .d. c. ſolet. in prin. qui loquitur
indiſtinctè. Item facit, quia iſte non fatetur ſe
ligatum, cum dicat ſentẽtiam nullam; ergo nõ
eget abſolutione aliqua. & hoc prius eſt diſcu-
tiendum, an ſit ligatus priuſquam abſoluatur.
Sed circa prædicta dubitari põt, an in his caſi-
33 bus, in quibus † excõicatus dicit ſententiã nul-
lam, debeat interim vitari, dum pẽdet queſtio
nullitatis. Circa quod tex. in .c. ad præſentiã.
ſupra de appel. videtur expreſsè velle, quòd ta-
lis non prohibeatur immiſcere ſe diuinis, & ꝙ
immiſcendo, non efficitur irregularis; quia ex
quo ſententia eſt nulla, non ligauit eum, vt ibi.
ſed ſi eſſet aliqua, bene efficeretur irregularis,
vt dicã in decimonono articulo, in .c. ſacris. ỹ.
eod. dixi in .d. c. ad præſentiam. vbi etiam di-
xi poſt Ioan. Ande. quòd talis qui dicit ſenten-
tẽtiam excõmunicationis nullam, quia prolata
eſt poſt interpoſitam appellationem, nõ tene-
tur ſe gerere pro excommunicato. & ideò etiã
antequam ſit abſolutus ad cautelam, poteſt ce-
lebrare. Et potes circa hoc breuiter conclu-
dere, quòd in actibus extraiudicialibus pẽden-
te iudicio non eſt vitandus. in iudicialibus ve-
rò, admittitur ad probandum articulum nulli-
tatis. Sed in cæteris, quæ vt actor in iudicio at-
tẽtauit, excepto ꝓbationis illius articulo, de-
bet euitari, vt eſt tex. in .c. ſolet. in fin. eod. tit.
lib. 6. Nec obſtat tex. in .c. licet. in fin. eo. tit.
lib. 6. vbi tex. dicit, quòd in iudicialibus, & ex-
traiudicialibus, ac in legitimis actibus debet vi-
tari, quouſq; docuerit de ſententiæ nullitate;
quia reſpondetur, quòd ille tex. loquitur in
eo qui dixit ſententiã nullam, ex eo quòd lata
fuit poſt appellationem legitimã; ſed appellans
neglexerit proſequi appellationẽ infra legiti-
ma tempora. Secus ſi infra legitima tempora
fuiſſet appellationem proſequutus. Et ita dicit
glo. fin. in fin. in .d. c. & ita tenet ibi Archid.
& Ioan. Andr. in nouella. Vel poteſt ſecundo
modo reſponderi, ꝙ tex. ibi, dum dicit quouſq;
docuerit, exponat̃ ideſt, quouſq; docere cepe-
rit; prius enim quam incipiat docere de nullita
te, debet vitari, vt .d. c. licet. Nam priuſquã litẽ
moueat nullitatis, repellitur, ſeu vitari debet, vt
dicit Inno. in .c. quia periculoſum. in fin. eo. tit.
lib. 6. Et ſic dicit eſſe intelligendum .c. per tuas.
ſupra eod. et ſequitur Io. Andr. & .D. Domi.
in .d. c. licet. Sed poſteaquam inceptum eſt co-
gnoſci, & ſic pendente lite, ſeruatur prędicta di-
ſtinctio, de qua in .d. c. ſolet. in fin. Et pro
prædicta expoſitione, vbi docuerit, hoc eſt do
cere ceperit, facit glo. 1. in .c. inſuper. ſ̃. qui ma
tri. accu. poſ. Et aduerte, quia etiam in caſibus
prædictis, in quibus excommunicatus aſſerit
excommunicationem nullam, poteſt tamen pe
tere abſolutionem ad cautelam, vt in .d. c. ſo-
let. Facit ꝙ ſtatim dicam, in articulo excommu
nicationis prolatæ poſt appellationem inter-
poſitam. & ꝙ ſtatim dicam in vigeſimoquinto
articulo in .c. venerabilis. ỹ. eod. Item quæro
qualiter in prædictis concipiatur libellus. Sol.
34 dic, ꝙ † ſi aliquis petit pronuntiari ſententiam
nullam ab ipſo, excommunicatus debet narra-
re cauſam nullitatis, & petere pronunciari ſen-
tentiam nullam. Si verò hoc petierit à ſupe-
riore debet ſic dicere. Coram vobis &c. pro-
pono contra Reuerendum patrem .N. Epiſco-
pum noſtrum, qui me poſt appellationem legi-
timè interpoſitam de facto excõmunicationis
vinculo innodauit. Vel poteſt narrari alia nulli-
tatis cauſa ex his, quæ dixi in articulo tertio. q.
. 16. in fin. in .c. perpendimus. ſ̃. eod. ſecun-
dum quod de facto contingit. & poſtea conclu
dere in libello, quare peto ſuper hoc veſtro offi-
cio mihi prouideri, & per vos pronuntiari di-
ctam ſententiam nullam, & me ad ipſius obſer-
uantiam non teneri, & dictum excommunica-
torẽ ad expenſas, & intereſſe condemnari. arg.
tex. noſtri. & .c. per tuas. ſ̃. eod. & .c. cum con-
tingit. ſ̃. de offi. deleg. Et hæc vltima verba nõ
ponuntur, quando ſententia poterat ab eodẽ
excommunicatore pronunciari nulla. Si verò
excommunicatus vellet interea petere abſolu-
tionẽ ad cautelam, facta narratione debet ſub-
iungere, quare petit ad omnem cautelam ſe ab-
ſolui à dicta excommunicatione. Et vide ad
prædicta, quod tradit Spe. eod. tit. ver. quid ſi
quis conuenitur, in fin. ſui operis. Et hæc pro-
cedunt, quando quis per viam querelæ vellet
dicere ſentẽtiam excommunicationis nullam.
Sed nunc ex ordine diſcutiendum eſt, quid ſi
ſententia excommunicationis eſſet valida, ſed
tamen diceretur iniuſta, vel iniqua. Et hoc ca-
ſu dic, ꝙ excommunicatus, qui vult dicere ſen
tentiam iniuſtam, vel iniquã, debet ſeruare for-
mam tex. noſtri. ad quam ſi fortè proceſſe-
rit, debet humiliter requirere ipſum excom-
municatorẽ, vt debeat talem ſententiam abſq;
grauamine reuocare. quo caſu conſulo ipſi ex-
communicatori, ꝙ animaduertat diligenter ad
cauſas grauaminis, & illis maturè examinatis,
ſi viderit illas nõ legitimas, nõ debet reuocare,
ſed illas reijcere. Sed ſi videret illas legitimas,
ipſemet debet abſq; grauamine excommunica-
tionem ipſam reuocare ſub aliqua tñ palliatio-
ne, aut quæſito colore, per quem quantum fie-
ri poteſt, ſeruet honorem ſuum, ne vileſcat eius
authoritas, vt in .c. qualiter. 1. ſ̃. de accu. vbi di-
xi. Et vt dixi, debet talem reuocationem facere
abſq; grauamine, adeò ꝙ nullas expẽſas debet
facere excõicatus propter hoc; etiam nec iu-
ratoriam cautionem præſtare, vt dicit hic glo.
in ver. abſq; grauamine. Sed ſi iudex de iuſtitia,
vel iniuſtitia excommunicationis dubitaret, vel
propter factum proprium ex probabili fortè
ignorantia, quæ poſſet, cadere in facto proprio,
vt puta, propter factum multipliciter intelligi-
bile, vel ſimilem cauſam, vel etiam propter fa-
ctum



ctum mixtũ ex facto ſuo, & alieno. Vt puta di-
35 cit † excommunicatus propter contumaciam,
ſe nunquam fuiſſe citatum quanuis appareat in
actis nuntium retuliſſe citationem, & refert ex-
communicatus ſe probaturum hanc negati-
uam coarctatam loco, & tempore. Ad quod
36 vide, ꝙ latè dixi de probatione negatiuæ, in .c.
ſuper his. ſ̃. de proba. Facit quòd not. glo. hic
in ver. ex cauſa probabili. Et hoc caſu arbitror,
37 quòd excommunicator poſſet cognoſcere, &
abſoluere ad cautelam, recepta competenti cau
tione de parendo mandatis, ſuis, ſeu eccleſiæ,
arg. tex. noſtri in fin. Et idem dicendum, qñ
38 pars † aduerſa ſe opponeret, vt non concedere-
tur abſolutio, allegando aliquam apparentem
cauſam. Nam & hoc caſu debet abſolui ad cau
telam, recepa dicta cautione, vt hic in fin. tex.
39 citatione tamen facta de aduerſarijs, ne fortè
vel in offenſa manifeſta cõcederetur abſolutio;
contra .c. ex parte. 1. infra titu. primo. Facit,
ꝙ ſtatim dicam, & quòd latius dicam in vigeſi-
moquinto articulo in .c. venerabilis. ỹ. eod.
40 Et hoc † procedit etiam ſi pars aduerſa appella-
ret. Sed tunc excõicator abſoluet recepta com
petenti cautione de parendo ei, ad quem appel
latũ extitit, vel delegato ab eo, vt hic dicit tex.
41 noſter. Si verò excommunicatus nollet adire
excommunicatorem, dico etiam, ꝙ poteſt ſu-
periorem adire, conquerẽdo de iniuſta excom
municatione, etiam citra vinculum appellatio-
nis, prout eſt teſt. hic. & in .c. venerabilis. eod.
42 tit. lib. 6. Et hoc † caſu debet ſeruare quod hic
dicit tex. in ver. quid ſi abſq; periculo. vt vide-
licet, ſi periculum ſit in mora, puta, propter
viarum diſcrimina, aut excommunicati infirmi
tatem, vel ſimilem cauſam, ſuperior ad quem
querela deducta eſt, abſoluet eum recepta com
petenti cautione de parendo mãdatis eccleſiæ.
Sed ſi periculum non eſt in mora, remittet ex-
communicatum ad excommunicatorem abſol-
uendum. ỹ. competentem terminum; qui ex-
communicator, ſi recuſauerit abſoluere, ipſe
ſuperior per ſe, vel alium abſoluet, recepta di-
43 cta cautione vt hic in tex. † Excommunicator
tamen, ad quem excommunicatus remittitur,
poterit examinare etiam per hanc remiſſionis
viam, an ipſe ſit abſoluendus, vel non. & po-
teſt agere ſecundum quod ſtatim dixi, qua-
do recta via, per viam querelæ aditur excom-
municator. Et ſic in prædictis duobus caſibus
habes, quòd excommunicator poteſt cogno-
ſcere de excõmunicatione ſua, & de facto ſuo.
& etiam in tertio caſu, quando à Iudice ad quẽ
appellatum eſt, remitteretur abſoluẽdus ad ex-
communicatorem, vt ſtatim dicam. Sed con-
tra hoc dictum fortiter opponit glo. noſtra hic,
in ver. ſatisfacere, de .c. ab excommunicato. ſ̃.
de reſcrip. vbi dicitur, quòd excommunicator
de hoc non cognoſcit, ſed alius cui cognitio
demandatur. Glo. ſoluit fatendo contrarium,
quòd iſta cognitio fiat coram arbitris ab excõ-
municatore, vel excommunicato electis. vel
apud ſinodũ. vel corã ſuperiore per querelam.
Et cũ hac glo. ſimpliciter trãſeunt hic * omnes Cõm. op.
Doc. Et male iudicio meo; quia hoc eſt expreſ-
ſè contra tex. noſtrũ. in ver. ſi verò. Quare pon
deratis verbis tex. noſtri. & .d. c. ab excommu
nicato. vt hæc iura, & alia plura concordemus,
diſtinguo tres caſus principales. Primus eſt,
quando excõmunicatus comparet coram ex-
communicatore. Secundus, quando per ſuum
ſuperiorem, ad quem querelatũ, vel appellatũ
eſt, excommunicatus remittitur abſoluendus
ad excommunicatorem, nullis alijs datis iudi-
cibus. Tertius, quando remittitur ad excom-
municatorem alijs datis iudicibus. Primo ca-
44 ſu tene, ꝙ ſupra dixi, quòd ſi † excommunica
tor cognoſcit ſe iniuſtè excommunicaſſe, de-
bet ſine difficultate abſoluere; vel purè, ſi eſt ma
nifeſtè iniuſta; vel recepta cautione, ſi dubitat,
vt hic. & hoc caſu poteſt poſtea cognoſcere de
45 iniuſtitia, ſi † pars non contradicat. Sed fortè
ſi pars cõtradiceret, quia non eſſet conueniens,
46 ꝙ ipſe cognoſceret de facto proprio, † tũc po-
terit cognoſci, vel coram arbitris, vel apud ſino
dum, vt dicit glo. ꝑdicta, per tex. 10. q. 1. c. ſi cle
47 ricis. Sed ſi ipſe † excommunicator nollet re-
uocare, ex neceſſitate opus eſſet querela, vel ap
pellatione ad ſuperiorem. & ſic hoc caſu non
loquitur .c. ab excommunicato. Secundo ca-
48 ſu, quando † per ſuperiorem remittitur ad ex-
communicatorem abſoluendum. ỹ. competen-
tẽ terminũ nullis alijs datis iudicibus, dicẽdum
eſt, quia, aut ipſe cognoſcit ſe erraſſe, nec im-
peditur, & res eſt clara. Aut ipſe dubitat, vel
alius contradicit non abſoluendum, ipſe tamen
paratus eſt reuocare recepta competẽti cautio-
ne de parendo mandatis ſuis, ſeu ſuperioris, &
poſtea cognoſcere de veritate, & pars conſentit,
& res eſt etiam clara. Aut pars non vult conſen
tire, quòd ipſe de hoc cognoſcat, & tunc arbi-
tror, quòd etiam poſſit abſoluere recepta com-
petenti cautione, quòd coram eo, ad quem ap-
pellatum, vel etiã querelatum eſt, vel delegato
ab eo parebit iuri, argu. tex. noſtri. Si verò
excommunicator nollet abſoluere ipſum ex-
communicatum remiſſum ad ſe, dic, ꝙ aut ipſe
ſuperior fuit aditus per viam querelæ, & ſerua
quod dicitur hic in tex. in ver. alioquin. Aut
aditus per viam appellationis, & tunc ſerua ꝙ
habetur in .c. ad reprimendam. ſ̃. de offi. ordi.
nam hoc caſu, recepta iuratoria cautione ſupe-
rior ad quem appellatum eſt, poterit ei abſolu-
49 tionis munus impartiri. Tertio verò caſu, † qñ
excommunicatus remittitur abſoluendus ab
excommunicatore alijs etiam datis iudicibus,
ſuccedit diſpoſitio .d. c. ab excommunicato.
videlicet, quòd ſi excommunicator cogno-
ſcet ſe excommunicaſſe contra ſtatuta concilij
noſtri, aut ſimilia, debet illum ſine difficultate
abſoluere, vt .d. c. ab excommunicato. in princ.
Si verò hoc caſu, excommunicator dubitaret
de excommunicatione, & non vellet abſolue-
re recepta cautione, nihil de hoc diſponit .d. c.
ab excommunicato. nec Doct. attingunt. Ego
arbitror, quòd poſſet, recepta cautione de pa-
rendo

rendo mādatis illorum Delegatorum,arg.tex.
noſtri. Et ipſi Delegati poſtea, non ipſe excō-
municator,cognoſcet de iniuſtitia excommuni
cationis, inquantum pars non conſentiret, ꝙ
excommunicator de ea cognoſceret;aliter ipſe
poſſet cognoſcere. Si verò excommunicator,
vel ſimpliciter nollet abſoluere, vel diceret, ꝙ
vellet prius cognoſcere de iuſtitia excommuni
cationis, tunc arbitror, quòd ſuccedat diſpoſi-
tio.d.c.ab excommunicato. in ſecūdo reſpon.
nam hoc caſu Delegati habent cognitionem,
qui debent ante omnia abſoluere ad cautelam;
&poſtea cognoſcere de iuſtitia,&iniuſtitia ex-
communicationis. Et ſi conſtiterit excommu-
nicationem iuſtam, punient querelantem, de
quo ſtatim dicā in decimoquinto articulo. Si
verò cognoſcent excōmunicationem iniuſtā,
& querelam, vel appellationem iuſtam,tunc pu
nient excommunicatorem, vt hic, & latius ſta-
tim dicā in decimoquarto articulo. Niſi cauſa
probabilis excuſet, tàm excōmunicatū, quàm
excommunicatorem, vt hic. Et eſt hoc gene-
rale, vt facta abſolutione ad cauelam, ſemper
cognoſcatur de iuſtitia,vel iniuſtitia appellatio-
nis,vel querelæ. Et aduerte, quia quando que-
rela, vel appellatio defertur ad ſuperiorem, fit
remiſſio ad ipſum excommunicatorem, niſi pe
riculum ſit in mora, vt dixi. Et fit hæc remiſſio
vt honori ipſius deferatur. Et quia ipſe eſt me-
lius informatus, vt hic, & clarius in.c.ab excō-
municato. & in.c.ad reprimendam.ſ̃. de offi.
ordi. Et vt ipſe potius corrigat errorē ſuum,
quàm ab alio corrigatur, vt dixi. Item fit re-
miſſio ad hoc,vt ſuperior certificetur vtrum,&
qualis ſit fienda abſolutio. Nam ſi reſcribit ſu-
periori oſtendendo cauſam manifeſtam, pro-
pter quam ille fuit excōmunicatus,nō abſolui-
tur,niſi ſatisfactione præmiſſa, vt in.c.ex parte.
.1.ȷ̃.titu.1. Si verò excommunicator, nec
abſoluere,nec reſcribere vult ſuperiori cauſam,
propter quam non vult abſoluere, debet ſupe-
rior vocatis his quorum intereſt, & quos tan-
git negotium, recepta competēti cautione ab-
ſoluere. Et ideò fit iſta citatio,ne fortè,ſi noto-
ria eſſet offenſa, abſolueretur ſine ſatisfactio-
ne,cōtra notata in.d.c.ex parte. ita dicit Hoſt.
& ſequuntur Doct. in.d.c. ad reprimendam.ſ̃.
de offi. or. Et adde hæc ad ea, quę dicam infra
in vigeſimoquinto articulo in.c.venerabilis.ȷ̃.
eod. Et ex prædictis habes, quid iuris, quādo
quis prouidet ſibi contra excommunicationē
per viam nullitatis, vel querelæ. Quare, nunc
ex ordine videndum eſt, de ordine, & remedio
appellationis. Circa quod diſtinguo quatuor
membra. Primum, quādo appellatur ante ex-
cōicationem. Secūdum, qn̄ appellatur poſt
excommunicationem. Tertium, quando eſt
dubium, an ante, vel poſt ſit appellatum.
Quartum, quādo appellatur à declaratione, vel
denuntiatione iudicis, qui declarat, vel pro-
nuntiat aliquem incurriſſe excommunicationē.
50 Circa primum, † quando appellatur ante ex-
communicationem, nam, & hoc remedium
competit, quia propter futurum grauamen
appellari poteſt,vt eſt in terminis noſtris,& eſt
51 expreſſum in.c.per tuas.ſ̃.eo.& hoc caſu,†ap-
pellatio operatur,vt excommunicatio lata poſt
interpoſitam appellationē, ex cauſa probabili
reddatur nulla,vt.d.c.per tuas. Et inſurgit præ-
dictus effectus,non ſolum per expreſſam appel
52 lationem, ſed etiam † ſi intendens appellare ſe
ſuppoſuit protectioni ſuperioris ante latā ex-
communicationem, quo caſu perinde eſt, ac
ſi antea appellaſſet, ex quo de mente conſtat,
vt in.c.ad audientiam.ſ̃.de appell.& in.c.in his.
infra. titu.1. & hoc tenet Hoſti. Zab.& Io. An.
in.c.1.de appell. lib.6.in.c.paſtoralis.§.vtrum.
53 ſupra de appel. Et aduerte, quia quanuis † ex-
communicatio ſit lata poſt appellationem in-
terpoſitam, non ſtatim pronuntiatur nulla, ſed
54 debet † prius cognoſci citata parte ad cuius in-
ſtantiā lata eſt,quòd veniat ad contradicēdum,
quare dicta ſententia non debeat pronuntiari
55 nulla. Et † debet etiam citari iudex, ſi illam tu-
lit ex officio,vel inquiſitione, argu.c.qua frōte
.ſ̃.de appel. Facit.11.q.3.c.cum excommu-
56 nicato. & quod ſtatim dicam. Et ſi† in dubita-
tationem deduceretur, poteſt interim peti ab-
ſolutio ad cautelam,etiam antequā incipiat co-
gnoſcere de veritate cauſæ, vt in.c.venerabili-
bus.§.ſed ſi ex cauſa. eod. tit. lib. 6. et ibi te-
net Ioan. Andr. & tenet etiam Io. Andr. D.m.
& Doct. in.d.c.per tuas.& per Doct.in.d.c.ſo-
57 lum. eod. tit.lib.6. † vbi quando talis abſolu-
tio fienda eſt, debet prius aduerſarius citari, ad
cuius inſtantiam fuit lata excommunicatio.vel
iudex, qui ex officio proceſſit, vt ſupra dixi.
58 ad quod facit.d.c.ſolet. Et ſi † citatus compa-
ret,aduertere debet iudex ad modum opponē-
di; quia aut opponit excommunicationem la-
tam pro manifeſta offenſa, & debet ſibi termi-
nus aſſignari ad hoc probandum;qua probatio-
ne facta, non deberet abſolui, vt in.c.ex parte.
.1.ȷ̃.tit. proxi. aut dicit appellationem, quæ
præceſſit fruſtratoriam; & hoc caſu, cū iam con
ſtet, ꝙ appellatio iam præceſſit interpoſita ex
legitima, ſed incerta cauſa, nec adhuc appareat
de veritate in contrarium, fiat abſolutio, præ-
ſtita competēti cautione &c. et poſtea inqui-
ret de veritate cauſæ. Facit.d.c. venerabilibus.
in fin. & ꝙ etiam ibi not. glo. pen. Aut exci-
piens dicit nullam appellationem præceſſiſſe;
vel ſi præceſſit, opponit, ꝙ non fuerit interpo-
ſita infra legitima tempora, & ante excōicatio-
nē, quo nundū probato, fiet abſolutio; & po-
ſtea inquiretur de veritate,vt.d.c.venerabilib⁹.
59 in fin. & ꝙ dixi † de citatione partis, ſemper
intellige, quando periculum non eſſet in mora,
quia tūc abſolutio ad cautelā poteſt etiam fie-
ri parte non vocata, ſecundum ea, quæ latius
dicam in decimoquinto artic. in.c.venerabilis.
infra eod. & ad ibi dicta hæc ſunt cōiungenda.
60 Circa ſecundum membrum, quando † præceſ-
ſit excommunicatio, ſed ſequitur appellatio,
breuiter dico, quòd etiam hoc remedium ap-
pellationis competit aduerſus excommunica-
tionem,



tionem, vt in.c.per tuas.ſ̃.eod. & in.c. venera-
bilibus. eod. tit. lib. 6. in.c. ab excommunica-
to. de reſcrip.in.c. ad reprimendam. de offi.or.
in.c.paſtoralis. de appel.cum infinitis ſimilib⁹.
Non obſtat, ꝙ imo non videatur poſſe appel-
lari, quia cum iſte excommunicatus ſit ſepara-
tus ab eccleſia, non debet poſſe appellare, quia
reſpondetur, ꝙ iſte appellando tenet locū rei,
61 & ſic ſapit defenſionem, † quæ nulli etiam cri-
minoſo, aut excommunicato denegatur; vt in
.c.cū inter.ſ̃.de excep. Nec obſt. quòd fruſtra
videatur concedi appellatio cum non proſit,nec
ſit neceſſaria, ex quo non ſuſpendit effectū ex-
communicationis,vt de hoc in glo.in ver.ſatiſ-
facere, & ſtatim ſubijciam, quia licet non ope-
retur hunc effectum, tamen operatur alios effe-
ctus; & etiam quandoq́; operatur effectū ſuſ-
penſiuū, ſecundum ꝙ infra ſubijciam. Et ideò
propter multos effectus, hæc appellatio eſt vti-
lis, & neceſſaria ad ipſos effectus; & ſic ex præ-
dictis patet, quòd allegatio, quæ ponitur in.c.
per tuas in prin.ſ̃. eod. eſt falſa; verum ſi circa
ipſam appellationē ſubſequentes effectus, mo-
riuntur dubia,idcirco,pro ipſorum declaratio-
ne. Primo, proſequar vtrum operetur effectū
ſuſpenſiuum, deinde ſubiungam alios effectus,
62 Circa † effectum ſuſpenſiuum, vtrum appella-
tio ſequens excommunicationem, illum pro-
ducat, diſtingue; ꝙ aut ſententia excommuni-
cationis, quæ præceſſit non fuit pura, ſed fuit
lata ſub conditione; aut in diem, aut fuit lata
purè, & ſimpliciter. Primo caſu, ſub diſtin-
gue, quòd aut his fuit excommunicatus con-
ditione de futuro, vel in diem futurum,& tunc
ante euentum conditionis, vel diei excommuni
catio non trahit ſecum executionem. ſed ſtat in
ſuſpenſo, & ſi ſit ſententia hominis, poteſt in-
terim appellari; vt in.c.præterea.2.ſ̃.de appel.
nec euentus conditionis, vel diei facit poſtea,vt
iſte fingatur retro fuiſſe excommunicatus, vt
latè dixi in.d.c.præterea. vbi poſui rationem,
quare, ſecus ſit in contractibus, & ſic iſto caſu,
appellatio cooperatur effectum ſuſpenſiuum,
ſicut in præced. membro, quando appellatum
eſt ante excommunicationem; aut quis eſt ex-
communicatus ſub conditione, vel in diem de
præterito, & hoc caſu, idem dicendum eſt, ꝙ
dicam ſtatim, de excommunicatione pura,quę
63 præceſſit appellationem; quia † conditio de
præterito, vel præſenti non eſt propria condi-
tio, vt.l. cum ad præſens.ff.ſi cer. pe. nec mo-
ratur obligationem, vt in.l. conditio.& in.l. ſi
ſtipulatus fuero.ff.de ver.obli.& inſti. de verb.
obli.§.conditiones. Vnde huiuſmodi præce-
dens excommunicatio per ſequentem appella
tionem non ſuſpenditur, ſicut nec pura; & hoc
tenet Hoſti. & Doct. in.c. paſtoralis.§.verum.
ſupra de appel. Aduerte tamen, quia vt dixi in
64 .d.§.verum. fortè poſſet attentari, quod † ali-
qua ſit differentia etiam inter hanc excommu-
65 nicationem, & puram; quia purè † excommu-
nicatus, debet ſtatim vitari non obſtante ſequē
66 ti appellatione, vt.d.c.§.verum.& infra dicam.
Sed excommunicatus ſub conditione, vel in
diem de præterito, maxime ſi appellauit, non
debet vitari, donec illa conditio ſit certa apud
nos, ſicut dicimus in excommunicato poſt in-
terpoſitam appellationem non legitimam, quo
67 caſu,licet† appellatio non legitima non operat̄
verum effectum, operatur tamen effectum, vt
interea, ratione dubij non habeatur pro excō-
municato, ad quod vide, ꝙ ſupra dixi, per not.
in.c. ſolet.& in.c.licet. eod. tit.lib.6. Aduer-
te tamen, ꝙ in contrarium facit,quod dicimus,
quòd dubietate exiſtēte, quis potius debet iu-
dicari excommunicatus, quàm non excommu
nicatus, vt dixi in decimo articulo.q.24. in.c.
perpendimus.ſ̃.eo. Cogitabis, quia nunc ve-
nit in mentem. Si verò ſententia fuit lata purè,
& appellatio poſtea interpoſita. Sub diſtin-
gue, quod aut nos loquimur de ſententia excō-
municationis lata ante ſententiam diffinitiuā,
68 aut † de lata poſt ſententiam diffinitiuā, & poſt
decem dies, qui dantur ad appellandum; & in
hoc non eſt dubium, quòd talis ſententia excō
municationis trahit ſecum executionem, nec
ſuſpenditur per ſequentem appellationem;
vt in.c. paſtoralis.§. verum. ſupra de appel.
vnde appellatio hoc caſu operatur ſolum ef-
fectum deuolutiuum; aut loquimur de ſenten-
69 tia† excommunicationis lata poſt diffinitiuam
ſententiam infra decē dies qui dantur ad appel-
landū, & hoc caſu variæ ſunt opiniones. Qui-
dam volunt, ſi appellatur infra decēdium à tem
pore ſententiæ latæ totum ſuſpendatur, videli-
cet tàm excommunicatio, quàm executio, per
.c.non ſolum in prin. de appel. lib.6. & hoc te-
nuit Inno. in.c.ſolet. de ſenten. ex. lib.6. in.6.
colu. verſi. ſi verò excommunicatus, vbi dicit,
70 quòd ſi † excommunicetur appellans poſt ſen-
tentiam, ante appellationem emiſſam, tunc
officio iudicis, obtinebit reuocationē huiuſmo
di excommunicationis, ſicut aliorum grauami
num attentatorū tēpore dato ad appellandum
à ſententia diffinitiua, & hanc eandem ſenten-
tiam tenet Archid in.d.c. non ſolum.de appel.
lib.6. ſuper verbo innouata. & in.c.is cui. eod.
tit. lib. 6. Ad quod vide, quò notaui in.c. pa-
ſtoralis in.§. verum in quarta opi. Cardinalis
Zabarel.ſ̃.de appel. ſic eſt iſta opi. ſequitur no-
tabilis limitatio ad tex.dicti.§.verum. Fatetur
71 tamen Archid. in.d.§.porro. ꝙ hoc caſu,†ne-
ceſſaria eſt abſolutio. Ex quibus verbis, Ar-
chid. videtur velle, vel corrigere,ꝙ dixerat,aut
fuit ſibi contrarius, aut vult inducere nouum
caſum, quòd ſententia excōmunicationis nul-
la indigeat abſolutione. Sed dicit Ioan. Andr.
ibi, ꝙ non bene capit dictum Archid. Idem
tamen Ioan. Andr. ibi in glo.in ver.appellatio-
nem tenet contrarium per illum tex. qui vult,
ꝙ neceſſaria ſit abſolutio, licet excommunica-
tio fuerit promulgata poſt ſententiam diffiniti-
uam; vnde concludit Ioan. Andr. ꝙ excommu
nicatio ſtatim valet. Et quāuis aliqui dicunt il-
lud eſſe immutatum, per.d.c. non ſolum, quòd
fuit poſteà editum, dicit tamen Io. Andr. ꝙ nō
credit

credit hoc eſſe verum, per rationem præallega-
tam; Et quia ſi præallegatus.§. porro. fuiſſet
correctus, per.d.c.non ſolum; litera ipſius fuiſ
ſet mutata, vel detracta; quaſi velit dicere, ꝙ
fuiſſet detractum illud verbum, quod importat
ſententiæ validitatem. Facit in ſimil.. c. quia
periculoſum, & .c.1.eod.tit.lib.6. Item mo-
uetur, quia inter decretales ſexti; quo ad proba
tionem non eſt dare prius, aut poſterius; vt
not. idem Io. Andr. in.c. vt officium. §.penul.
de hære. lib.6. Et hanc eandem ſententiam te-
net Innocen. in .d. c. venerabilibus.§. porrò.
72 vbi dicit, per appellationem non ſuſpenditur
excommunicatio, & tenet Spe. in.tit.de appel.
.§. de offi. ver. ſi verò. Sed primā opi. tenet
Ioan. Mo. in .d.§. porrò. & in.d.c.is cui.§. 1.
73 eod. titu. lib. 6. Quod † tamen intelligit,
quando appellatum eſt à diffinitiua; dicens, ꝙ
tunc ſuſpenditur totum, quicquid factum eſt in
præiudicium deliberationis, quę datur infra de-
cendium ad appellandum. Secus ſi fuiſſet ap-
pellatum ſolum ab excommunicatione, & non
ab eo, à quo ortum habet excommunicatio;
quia tunc per appellationem nihil ſuſpenditur,
quia tunc appellans dat liberum antecedens, à
quo ortum habet excommunicatio; & negat
conſequens ad illud, & ſic executionem iudica
ti; & ita loquitur ſecundum eum.c.conſtitutis.
ſupra de appel. vbi Decanus non appellauit à
confirmatione; ſed à cōfirmationis executio-
ne, propter quod appellatio fuit repulſa. Et
ſubdit Ioan.Mo. quòd dum erat vincecancel-
larius multas literas caſſauit, in quibus narra-
batur appellatum eſſe non à prouiſione; ſed à
prouiſionis executione.D.de Rota.deciſ.777.
quæ incipit. Item ſi cauſa omnes opi. & finali-
ter concludunt, quòd obtenta fuit opi. Ioan.
Andr. quò ad prolationem ſententiæ excom-
municationis, vt illa non poſſit per viam atten-
tati retractari, ſed prima opi. habet locum, quo
ad actus executiuos conſiſtentes in facto, con-
cernentes ipſam ſententiā excōmunicationis,
& ſimiles actus, qui veniunt retractandi per
viam attentati. Sed Collectan ibi, dicit ꝙ
iſte vacillabat, quò ad actum denunciationis,
per .c. paſtoralis.ſ̃. de appel. quia expreſſè ap-
paret, quòd poſt appellationem poteſt fieri exe
cutio ſn̄iæ excōicationis ante appellationem
latam, cuius excommunicationis executio eſt
ipſa denunciatio, quæ denunciatio fieri po-
teſt, quando ſententia excommunicationis
tenet; quare cum ſecundum præmiſſa ex-
communicatio teneat, ergo licitè fieri poteſt
denunciatio; niſi diceremus, quòd propter
inhibitionem, & litis pendentiam denunciatio
fieri non debeat, & facta poſt inhibitionem in
præiudicium pendentiæ litis in contemptum
iudicis, debeat reuocari. Sed ad hoc reſpon-
det, quòd eadem ratione dicedum eſſet, ꝙ ex-
communicatio lata poſt inhibitionem vel litis
pendentiam non teneret, & tamen concludit
74 quòd lata tenet; quare † multa fieri prohiben
tur, quæ tamen facta tenent de reg.c.ad apoſto
licam. Quod vltimum, credit verū .D. Domi.
in .d.§.porrò. mouetur, quia quando execu-
tio dependet ab actu non ſuſpenſo per appel-
lationem ſi eſt adimpleta, non poteſt retracta-
ri, niſi via ordinaria, & ſic per viam iuſtitiæ, vt
in .c. conſtitutis.ſ̃.de appel. Sed * communis Com. op.
opinio eſt, quòd excommunicatio non ſuſpen-
datur poſt appellationem interpoſitam, ergo
eius executio retractabitur per viam ordinariā,
& non per viam attentati, quæ eſt extraordina-
ria. Inno. in.c. non ſolum de appel. lib.6. Ap-
paret igitur ex præmiſſis, quòd quæſtio prædi-
cta non procedit ſine dubitatione propter opi-
niones prædictas. Ego tamen, vt dixi in.c.pa-
ſtoralis.§. verum.ſ̃.de appel. arbitror, has opi.
ad concordiam poſſe reduci; vt opi. Io. Andr.
& * communis, habeat locum ante factam re- Com. op.
uocationem, quia cum iſta excommunicatio
ſit pura debet ſecum trahere executionem. Eſt
tamen minoris potentiæ, quam ſi eſſet lata an-
te ſententiam diffinitiuam, vel poſt, & poſt de-
cem dies; quare ſi eſſet lata ante diffinitiuam,
& poſt decendium, & appellaretur poſtea, non
obtineretur reuocatio, niſi appellatione plenè
iuſtificata. Sed ſi lata eſt infra decendium, ſi
appellatū eſt, faciliter reuocatur per iudicem ad
quē, facta probatione præ dictorū, non iuſtifi-
cato qualiter appellatio ꝑceſſerit; & ita ꝓcedat
alia opi. Circa tertium membrum principale,
75 quando eſt dubium, quando excommunicatio
præceſſerit appellationem, vel econtra; poteſt
76 figurari exemplum, ſi † iudex dicat excommu-
nico te, ſi appellas, vel ſi appellaueris, an ſtatim
cū appellat ſit excōicatus, & ſic videatur excō-
municatio præceſſiſſe appellatum, & per con-
ſequens non ſuſpendatur; an verò econtra, ap-
pellatio videatur præceſſiſſe excommunicatio-
nem, & per conſequens excommunicatio ſuſ-
pendatur, & idem dicit .D. m. in.c. prætera.2.
.ſ̃.de appel.in fin.q.poteſt exemplificari in ſi-
milibus terminis, puta, ſi iudex prædixerit ex-
communico te, ſi elegeris, vel ſimile quid fe-
ceris; Imol. in .d.c.præterea multum inſtat, re
ferendo aliàs opiniones. Quidam dixerunt ēt
excommunicationem non ligare niſi poſt actū
conſumatū, quia hoc eſt de natura diſpoſitio-
nis conditionalis, vt.l.hęc conditio.ff.de condi.
& demon. Item quia aliter dicēdo, excommu
nicatio videtur lata ſine aliquo facto ꝑcedenti
excōmunicatione digno. Alij verò, vt Goff.
dixerunt, ponderandum eſſe formam, & con-
concepionem verborum, quibus iudex vtitur;
Nam ſi iudex dixit excōmunico te ſi appellas,
vel eligas; intelligitur excommunicatus ſtatim,
cum parat ſe ad appellandum, ſeu eligendum,
ita quod ſtatim cum incipit eligere, vel appella-
re incidit in excommunicationem. Et ideò vi-
detur præcedere appellationem. Si verò iudex
dixerit excommunico te, ſi eligeris vel appella-
ueris tunc non ligatur, niſi poſt actum perfe-
ctum; quia hæc verba ex ꝓprio ſignificato re-
quiruntur actum conſumatum, vt eſt tex. no-
tabilis, in.l.ſi quis ſtipulatus ſit.§.ſtichum.ff.de
verb.



ver. obli. pro quo allego tex. in.l.1.§. hæc au-
tem.ff. ꝙ quiſq; iure.de pœni. diſt.1.c.hæc an-
te verba. Item pro dicta opi. facit, ꝙ ſingula-
riter not.Bar.in.l.filiusfamil.§.diui.ff.de leg.1.
vbi dicit, ꝙ ſi teſtator dicat, relinquo ſeruū Ti-
tio, & ſi alienauerit relinquo ſibi libertatem, ꝙ
poſt factam alienationem, videtur relicta liber-
tas, & non ante. Secus, ſi dixiſſet ſi alienabis,
vel alienas; Inno. in.d.c.præterea videtur con-
77 cludere, ꝙ in his inſpicienda, & ſeruanda ſit
mens ipſius iudicis. Nam ſi intendebat excō-
municare ſtatim, eſt excommunicatus. Secus
ſi non intēdebat; in dubio verò, tenet quòd ſta
tim, ſit in ipſa prolatione verborum excommu
nicatus, cum fuerit contumax, & inobediens;
& Domini gladius, ſcilicet excommunicatio ſit
penetrabilior, quam factum hominis; quaſi ve-
lit, quòd vtraq; eodem tempore currat, ſed ex-
communicatio, tanquam penetrabilior præce-
dat. Hoſti. in ſumma. de re iudi. §. qualis de-
beat eſſe, & .§. pura. dicit, quòd ſi excommu-
nico te, ꝙ aut appellatio eſt iuſta, & ſententia
non tenet, aut eſt friuola, & ſententia tenet, &
hoc debet per ſuperiorem iudicem terminari,
vt. c. paſtoralis.§.verum. & .c. cum ſpeciali.§.
porrò. & .§.exceſſu.ſ̃.de appel. Finaliter tamē
dicit quòd in his caſibus, & ſimilibus videtur,
78 quòd ſententia non teneat. Cum enim † quili-
bet oppreſſus appellare poſſit.2.q.6.c.ad roma-
79 nam, & .c. omnis oppreſſus; nec debeat † ferri
ſententia excōmunicationis, niſi præmiſſa mo-
nitione, & cauſa rationabili, vt latè dixi in deci-
mo articulo, in .c. perpendimus. & probatur
hic in tex. noſtro; & nihil aliud ſit dicere ſi ap-
pellas, vel appellaueris; quam dicere, excom-
munico te, ſi vtaris remedio iuris cmomunis,
80 tibi competenti, & ſic talis † ſententia expreſ-
ſo errore vitiatur, per.c.per tuas eod. ti. & not.
in.c.quorundam. &.c.cum dilectus. de exceſ.
prælat. Ad ꝙ vide, quod dixi in decimo arti-
culo.10.q.in.d.c. perpendimus.ſ̃. eo. Et ean-
dē ſententiā videtur tenere.Hoſt.in.1.de appel.
lib.6. vbi etiam dicit, quòd talis ſententia non
tenet per dictum.c.per tuas. Et prædictā opi.
Hoſti. ſequitur Henri. Bohic in .c. paſtoralis.ſ̃.
de appel. Ioan. Andr. dicit hic, quòd ille, qui
parat ſe ad appellandum, vel eligendum non di-
citur appellare, vel eligere, & ideò appellatio vi-
detur ſuſpendere; Item, quia opus eſt, quòd
conditionalis diſpoſitio in totum purificetur,
vt in.l.2. ff. de condi. & demon. D. m. in .d. c.
paſtoralis.§.verum. dicit, quòd vltimum dictū
procedit attēta verborum ſignificatione. Nam
81 non dicitur † quis appellare, vel eligere niſi poſt
actum perfectum, vt in .l. ſi quis ſtipulatus. ff.
de verb.obli. vbi, quò ad pœnam incurrendam
requiritur, quòd actus ſit præfectus. Facit etiā
.c. cum in cunctis.ſ̃. de elect. iuncto .c. perpe-
tuo. eod. titu. lib. 6. Item facit quod not. Io.
Andr. in reg. in pœnis: de regu. iur. lib. 6. in
mercu. Subdit tamen .D. m. quòd propter
præſumptam mentem excommunicatoris; in
caſu noſtro, verior videtur opi. Inno. mouetur,
82 quia † quilibet præſumetur agere actum, vt
valeat, quantum meliori modo valere poteſt,
vt in.l.3.ff. de teſta.mili. Sed ſi præſumeremus
excommunicationem debere ſequi actum ap-
pellationis, excommunicatio non valeret; quia
per appellationem, quæ videretur præcedere,
ſuſpenditur iuriſdictio, vt dixi in primo mem-
bro, ergo in dubio præſumendum eſt, quòd
iudex voluerit ligare ante actum perfectum, ſci-
licet ſtatim cum incipit contrafacere. Sicut ēt
in ſimili, propter in obedientiam, quis ſtatim
83 recedit à gratia Dei. Nam et iſta † excommu-
nicatio, eſt ſeparatio à gratia diuina, & has ra-
tiones dicit eſſe ſtrictiſſimas. Sed tu aducrte,
quia articulus iudicio meo eſt dubius, & inter
alia, dubitatio pendet ex his, quæ dixi in.c.per-
pendimus.ſ̃. eod. in decimo principali articu-
84 lo.q.16. vbi diſputatur, an † ſententia excom-
municationis ſit nulla ex falſa cauſa, vel ex cau-
ſa non expreſſa. Nam, ſi eſſet nulla, non eſſet
locus dubitationi noſtræ, & de ſe patet; & pro-
cederet opi Hoſti. ſed poſito quòd non ſit nul-
la, quia non eſſet talis error, vel talis cauſa, vel
tale præceptum, quod reddat ſententiam nullā;
dico, quòd ſi iudex dixit ſi paraueris te ad ap-
pellandum, vel ſimilia verba clarum eſt, quòd
ſententia excommunicationis non ſuſpenditur
per appellationem, maximè, ſi dixiſſet ex nunc
excommunico te, ad quod vide, quòd dixi in
.d.c.perpendimus in decimo arti.q.22. Si verò
verba eſſent talia, per quæ appareret ex proprio
ſignificato verborum, appellationem præceſſiſ-
ſe; verbi gratia, poſtquam appellaueris excōi-
85 co te, vel † ex tunc excōico te, dicerē, ꝙ ex eo
ſuſpenditur, ſicut ſi appellatio præceſſiſſet, ſed
ſi verba eſſet ambigua, placet opi. Inno. & .D. m.
propter veriſimilem intentionē ipſius excōica-
86 toris. Nā regulare eſt, ꝙ in † omnibus actibus
dubijs interpretādis prius ad intentionē recur-
rēdū ſit, vt in.c.dilecto.ſ̃.ti.1. Ad qđ uide glo.
& plura iura, quæ allegat in.c. petitio.ſ̃.de ꝓcu
ra. Itē moueor, quia cū ſimus in dubio potius,
quis debet ſe iudicare ligatum, quā non ligatū;
ad ꝙ vide, quæ dixi in.c.perpendimus.ſ̃.eo. in
.10.arti.q.24.& in remiſſionibus, quas ibi dixi;
87 quia † ſn̄ia excōicationis eſt medicinalis, & de
facili, quis pōt ſe prouidere aduerſus eam, per
petitionē abſolutionis, ēt ad cautelam. Et quia
eſt medicinalis, ad qđ vide qđ dixi in.d.c.per-
pendimus.in .10.prin.arti.q.16. Et hoc maxi-
mè, tenendū eſſet ante factū, ſed poſt factū; for-
tè ſi talis interea eſſent mortuus, eſſet cōtra te-
nēdum; ſicut in ſimili dixi in materia regulari-
tatis, in c.ad audientiam in tertio princ. arti. &
maximè, hoc tenendum eſſet in appellatione, ſi
appellaretur à diffinitiua ante tranſitum decem
dierum, & talis excōicatio eſſet lata poſt ipſam
diffinitiuam, & hoc propter opi de quibus di-
xi in fin. præced. membri. Cogitabis, quia
nunc venerat in mētem; ad quæ vide ēt, quod
in ſimili dicitur de excommunicatione iudicis
propter opi. in .d.c.1. de conſtitu. & ibi per
.D. m. & per Bart. in diſputatione, quæ inci-

pit à iudicis & in .l. 1. §. diuus .ff. de var. &
extraordi. cog. & per Bal. in .l. 1. §. profi-
ciſci. ff. de offi. procon. & legitur in .l. 1. &
.2. C. de pœn. iud. qui. man. iudi. cum infini-
88 tis ſimilibus. Circa quartum membrum † quũ
appellatur à declaratione, vel denunciatione iu-
dicis, qui declarat, vel pronunciat aliquem ex-
communicationem incurriſſe; Breuiter diſtin-
89 gue; Quod † aut ſententia excõicationis non
tenet, quia continet intollerabilem errorẽ, vel
quia, lata eſt poſt appellationem legitimè inter-
poſitam; & hoc caſu impeditur fieri denuncia-
tio. Facit tex. noſter, & expreſſius .c. paſtoralis.
.§. verum. ver. in eo caſu. ſ. de appel. vbi etiam
poſui hanc diſtinctionem, ſed melius conuenit
90 hic, vt habeatur materia completa. Aut † ſen-
tentia excõicationis tenet, & ſubdiſtingue; ꝙ
aut non eſt appellatum ab ea directè, vel indire-
ctè, & tunc debet denuntiari, & publicari; vt
in .c. cum deſideres. ſ. eod. & .ſ. de for. compe.
91 .c. 2. Aut, eſt † appellatum ab ea directè, vel in
directè; & tunc ſub diſtingue ſecundum Inno.
in .c. præterea. 2. ſ. de appel. & per Cardinalem
in .c. is cui. de ſen. excom. lib. 6. ꝙ aut appella-
tũ eſt ante excommunicationem, vel poſt; pri-
mo caſu, impeditur denunciatio; vt in .c. per
tuas. ſ. eod. Facit ꝙ latius dixi in primo mem-
bro. Secundo caſu, ſubdiſtingue; ꝙ aut ſimpli-
citer appellatur, aut appellatur ne fiat denũtia-
tio, ſeu publicatio. Primo caſu, ſub diſtingue;
92 ꝙ, aut † excõicatus, ſit ſe excõicatum, & per ap-
pellationem ſequentẽ non impeditur denun-
93 ciatio, & ratio, eſt, quia ſi † ſententia excõica-
tionis pure fertur, ſtatim trahit ſecum effectũ,
94 nec † denunciatio, ſeu declaratio addit aliquod
vinculum, ſed, ꝙ factum eſt publicat; vt in .c. no
uit. ſ. de appel. 11. q. 3. c. curæ. & .c. debẽt. Facit
.ff. de teſta. in .l. hæredes palam. §. ſed & ſi not.
& ſequuntur Goff. & Archid. 11. q. 3. c. nemo
95 contemnat. Aut † excõmunicatus ignorat ſe
excõicatum, vt puta ſi erat abſens, quñ fuit ex-
cõicatus; ꝙ põt eſſe, vt traditur per Bart. Brix.
.2. q. 5. in .c. quanto, & in .c. pen. cum ſimilibus,
ſupra de cle. excom. min. Ad quod vide ꝙ di-
xi, in .d. c. perpẽdimus. ſ. eo. in .10. prin. arti. q.
.9. & .q. 11. & hoc caſu poſt appellationem,
non poteſt iudex denuntiare, vel declarare. Fa-
cit ꝙ not. in .c. pen. & fin. ſ. de cle, excom. mi.
96 Nam talis † ignorãs eſt ligatus etiam, ante quã
ſciat; quia ſententia excõicationis trahit ſecum
executionem, vt dictum eſt. Et hoc etiam ſen-
tit Bart. Brix. in .d. c. quanto. Facit etiam, ꝙ
not. in .d. c. pen. & in .c. dilectis. & in .c. cum ſit
romana. ſ. de appel. & hoc etiã ſequitur Hoſti.
97 Et † ratio differentiæ inter ſcientem, & ignorã-
tem ſit; quia, ſi ſciens poſſet appellare ad finẽ,
& effectum ne denuntiaretur; ſequeretur, ꝙ
98 quaſi quælibet † ſententia cenſuræ vileſceret, &
eſſet quaſi deluſoria, quod eſſe non debet; vt, ſ.
de conſue. c. cum inter, & in clem. cum ex eo.
eod. titu. quæ ratio ceſſat in ignorante; poteſt
eſſe ratio, quia ipſe nunc per hanc denunciatio-
nem magis grauaretur. Nam licet prius eſſet
99 ligatus, tamen † poterat ſine peccato ſe ingere-
re comunioni hominũ, vt ſtatim dicam; quod
non poſſet nunc, & ideò videtur, quòd appella-
tio ſuſpendat hanc denunciationem. Et ex hoc
idem dicerem; quòd qualitercunq; excommu-
nicatus grauaretur per denuciationem ſequen-
tem, quòd tunc per appellationem ſequẽtem,
impediretur denunciatio. argu. c. tua. ſ. eod. &
100 .d. c. paſtoralis. § verũ. ſ. de appel. ſi † verò ap-
pellatur ne fiat dennnciatio, vel declaratio ex-
communicationis; & ſit talis excõmunicatio,
quæ inferatur ipſo iure, vt in .c. ſi quis ſuadente.
.17. q. 4. & factum non eſt notorium, tunc ap-
pellatio non impedit denunciationem, per not.
in .c. peruenit. 1. & in .c. conſuluit de appel. Et
101 prædicta procedunt in ordinario, in † delega-
to verò dic, quòd ſi fuit appellatũ ante denun-
ciationem, & iudex à quo detulit appellationi,
102 non poteſt poſtea denunciare; quia per † dela-
tionẽ appellationis, ſuſpenſa eſt iuriſdictio ſua;
vt in .c. cum appellationibus. de appel. lib. 6.
Et ideò non poteſt denunciationem facere; aut
103 non detulit, & tũc aut † appellatio fuit recepta
per ſuperiorem, & iudex à quo non poteſt de-
nunciare, quia per hanc receptationem abdica-
tur iuriſdictio ab ipſo delegato; vt in .c. paſtora-
lis. §. præterea. ſ. de offi. deleg. Aut nõ fuit re-
cepta, & tũc, videtur quòd poſſit ipſum denun-
tiare in omnibus caſibus, in quibus poſſet ordi
narius; quia intereſt ipſius delegati, illum vita-
ri, & ſic vt eius recipiat iuriſdictionẽ, & vt ex-
cõmunicatus citius obediat, & per cõſequens,
vt mulcta per eum inditia, per excommunica-
tionem, ſuum conſequatur effectum; facit in ſi-
mili. c. ad aures. ſ. de appell. vbi delegatus præfi
git terminum appellanti ad proſequendũ appel
lationem, vt citius reaſſumat iuriſdictionem.
Et ex prædictis, habes quędam vltima circa iſtũ
decimum principalem articulum; in quo tracta
tur de remedio ipſi excommunicato competẽ-
ti; verum quia, circa prædicta, oriuntur plures
ſingulares, & ſpeciales dubitationes; ideò ad
ipſas deſcendam per quæſtiones. Primo igi-
104 tur, quæro quare appellatio interpoſita poſt
excommunicationem puram non extinguat,
ſeu ſuſpendat excommunicationem, ſicut ſuſ-
pendit aliàs ſententias, vt in iuribus, quæ po-
teris videre allegatis per me in rubri. de appel.
in .4. q. principali. Sol. quæſtio iſta eſt valde
dubia, & glo. & Doct. varias rendiderũt ratio-
nes, quas poteris videre per me, in .c. paſtoralis,
in .§. verum. ſupra de appel. vbi poſui .16. opi.
& tandem concluſi, quòd articulus videbatur
mihi ſatis dubius, & quòd nulla prædictarum
rationum erat per ſe concludens, quo minus
poſſet morderi, aut reprobari; ſed plures ſi-
mul iunctæ hoc inducebant, & inter aliàs, illa
105 principalior, quòd † hæc ſententia trahit ſe-
cum executionem. Et hanc vt principalem,
& fundamentalem conſiderat tex. in .d. §. ve-
rum. quia ſi non eſſet deciſio prædicti. §. ve-
rum non fuiſſet legitima, & hanc etiam ſequun-
tur Ioan. Andr. & .D. Domi. in .c. is cui. §.
ſanè



ſanè. eod. titu. lib. 6. Secunda verò iungitur,
quæ ex ea infertur, quia effectus eſt inſe-
106 parabilis à pronuntiatione. Tertio, † quia
ſapit naturam interlocutoriæ, quæ ita faciliter
non ſuſpenditur. Quarto, quia ligat animam,
& ſic in dubio, in ſeueriorem partẽ facienda eſt
interpretatio, vt ſupra dixi. §. quia ſi vult ha-
bet promptum remedium petendo abſolutio-
nem cũ ergo, omnes iſtæ rationes ſimul iunctę
conueniant, & non reperiantur in aliqua alia
ſententia, præterquam in ſententia excommu-
nicationis. Ideò, non mirum, ſi talis ſententia
non ſapit quandam enormulam naturam, vt vi-
delicet non ſuſpendatur per appellationem ſe-
quẽtem, de quibus rationibus latius, & de alijs
etiam plurimis, vide quòd latè dixi in .d. §.
107 verum. Et aduer, quia licet † ſententia excom-
municationis ſtatim trahit ſecum executionem
quando pura fuit, tñ ignorans eam latam non
punitur ſi ingerit ſe communioni homnium;
vt in .c. illud. ſ. de cle. excom. mi. dicam in .c.
ſacris. j. eo. in .19. prin. arti. Itẽ aduerte, quia
ſicut non ſnſpenditur excommunicatio per ap-
108 pellationem, ita † nec abſolutio, de quo dicam
in .c. venerabilis. j. eo. in .26. princ. arti. Secun
do quæro, viſum eſt, ꝙ in plurimis caſibus ap-
pellatio non ſuſpendit excõicationem, & ſic nõ
conſequitur iſtum effectum, vtrũ ſortiatur ali-
quem alium effectum. Sol. glo. hic in ver. ſatiſ-
facere, videtur ſentire quòd non. Sed tu dic, vt
dicit hic. D. m. ꝙ imò ẽt in prædictis caſibus
109 appellatio † multum prodeſt; quia deuoluit
cauſam ad ſuperiorem, quando ſuperior eſt tã-
lis, ꝙ nõ poteſt cognoſcere circa appellationẽ;
exemplum in Archiepiſcopo reſpectu ſubdito-
rum ſuorum ſuffraganeorum, vt probatur aper
te in terminis noſtris, in .c. venerabilibus. eo. ti.
110 lib. 6. Secũdo, ſi † excõicatus non appellat in-
fra decem dies, qui dantur ad appellãdum, non
poteſt amplius deducere cauſam ad illum ſupe-
riorem; ſed habebit neceſſariè petere abſolu-
111 tionẽ ab excõmunicatore. Sed ſi † excõicator
non velit abſoluere oblata ſatisfatione &c. po-
terit ex hoc nouo grauamine appellare ad ſupe-
riorem, vt not. in .c. ad reprimendam. ſ. de offi.
ordi. Tertio prodeſt in alio, quòd eſt magni
112 effectus, quia ſi † non appellatur, ſententia trã
ſit in rem iudicata reſpectu illius cauſæ, pro qua
113 fuit lata poſt contumaciam, & non † appellans
infra decendium, non poteſt amplius negare
contumaciã, ſed ſi vult abſolui, oportet ꝙ pri-
mo ſatisfaciat, vt not. in .d. c. venerabilibus, &
114 .d. c. ad reprimendam. licet † reſpectu vinculi,
nunquam tranſeat in rem iudicatam, quo mi-
nus volens petere abſolutionẽ ſit audiendus, cũ
ſit medicinalis. Idem tenet glo. in ver. ſuſpen-
datur. in .c. ad reprimendam. ſ. de offi. ordi.
Et vide ad hoc, quod latius dicam in .c. quod in
dubijs in ſexto articulo prin. & in .c. venerabi-
lis. j. eod. in vigeſimoquinto principali articu-
lo. Tertio quæro, intra quod tempus debet ap
pellari ab excommunicatione. Sol. clara vide-
115 tur inferri ex præcedentibus, quòd † appellari
debet infra decem dies à tempore ipſius excõ-
municationis computãdos. 3. q. 9. in .c. re vera.
Et hoc tenet glo. in .c. per tuas. ſ. eod. & Inno.
& Hoſti. ibi; & Spe. de appel. §. 2. Vnde poſt
decem dies non poterit appellare, vt not. glo.
in .d. c. ad reprimendam in ver. ſuſpendatur. ſ.
de offi. ordi. Vincen. & Ioan. tenuerunt quòd
poſſit appellari qualitercunq;, ſaltem ad hoc vt
metropolitanus poſſit eum abſoluere præſtita
cautione, quòd parebit mandatis excommuni-
116 catoris. Sed † primam opi.* cõmuniter Doc. Com. op.
tenent; & eam tenet Archid. 2. q. 6. in ſumma,
& .D. m. in .d. c. ad reprimendam. & Henri.
117 Bohic in .d. c. per tuas. vnde † poſt decem dies
non per viam appellationis, ſed per viam ſim-
plicis querelæ poteſt quandocunq; conqueri
corã metropolitano, vel altero ſuperiore, non
tamen ad finem, vt abſoluat ab eo. vt in .c. vene-
rabilis. §. ſecus. de appel. lib. 6. Sed ad finem;
vt conqueratur de ſuffraganeo, vel alio excom-
municatore, vt ei imponatur pœna .c. noſtri. vt
.d. c. venerabilibus. §. ſed ſi excommunicatus.
118 Aduerte tamen, quòd licet † poſt decem dies
excommunicatus non poſſet appellare ab ex-
communicatione, ſi tamen excommunicatus
compareret coram excommunicatore, & ab eo
peteret, vt abſolueretur ab excommunicatio-
ne tanquam iniuſta, quòd poteſt quandocun-
que facere; vt dicam in .c. venerabilis. infra eo.
in vigeſimoquinto articulo. poteſt tunc appel-
lari, eo quòd excommunicator de nouo graua-
ret denegando iuris auxilium; contra not. 28.
diſt. c. de his. & in reg. indultum. de regu. iur.
lib. 6. quod eſt bene notandum. Debes ta-
men eſſe cautus in caſu prædicto, vt non ap-
119 pelles ab excommunicatione, quia ſuccumbe-
res, ſed à denegatione abſolutionis; & ita di-
cunt Abb. & Ioan. Andr. ponẽtes iſtam caute-
lam; quòd adeatur excommunicator, qui ſi no-
luerit abſoluere appelletur ad ſuperiorem, ad
quem mediante dicto remedio transferretur
cognitio iuſtitiæ appellationis; & idem tenet
Henri. in .d. c. per tuas. qui dicit idem tenere
Aſtenſem in ſum. in titu. de ſenten. excom. &
mihi placet. Et ſecundum prædictam theori-
cam debet intelligi, quod not. hic glo. in ver.
ſatisfacere quaſi in fin. Et prædicta procedunt,
quando ſententia excommunicationis eſſet la-
120 ta purè, ſed ſi eſſet † lata ſub conditione, po-
teſt quandocunq; appellari ante conditionis
euentum, & ſic etiam poſt decem dies à tem-
pore prolationis, dummodo conditio adhuc
non extiterit; & hoc tenet glo. 2. c. præterea.
121 .2. ſupra de appel. licet, † ſecus ſit in alijs ſen-
tentijs conditionalibus, à quibus debet appel-
lari à die prolationis, vt ibi dicit glo. Ego de
hac quæſt. latè dixi in .c. præterea; & in verita-
te ſufficiat remiſſio ad ea, quæ ibi dixi; quæ ẽt
benè conueniebant huic tit. & ita in mẽte diſ-
poſueram. Sed tandem mutaui ſententiam, vt
hic habeatur plena notitia, & maximè propter
illos, qui non habent illa reportata; vnde dic,
ꝙ in hac. q. variæ fuerunt opiniones. glo. tenet

illud, quòd ſtatim dixi. Goff. verò tenuit, ꝙ
nulla ſit differentia inter hanc ſententiam ex-
communicationis conditionalem, & alias con-
ditionales, & indiſtinctè voluit, quòd à quali-
bet ſententia conditionali poſſet appellari ante
cõditionis euẽtum. non obſt. 2.q.6.c.biduum;
quia ibi tex. non arctat. ad appellandum infra
debita tempora à tempore prolationis; ſed di
cit, ꝙ eſt vtile. Tertia fuit opi. Bartho. Brixien.
Tancre. Egi. & Vincen. qui in hoc concordant
cum Goff. quòd nulla ſit dfferentia, ſed concor
dant in hoc, quia volunt, quòd à qualibet præ-
dictarum ſentẽtiarum debet appellari infra de-
cendium à tempore promulgationis ſententiæ;
Et mouentur per .c. quod ad conſultationem.
ſupra de re iudi. & .d.c. præterea. quod dicit ꝙ
medio tempore debet appellari. Sed medium
tempus viginti dierum, de quo ibi, eſt decem
dierum; ergo infra decem dies debet appellari.
Sed primã opi. ſequitur ibi Inno. Hoſti. & Io.
Andr. per illum tex. qui dicit, quòd in medio
tempore fuit appellatũ, & ſic clare probat ac-
cipiendo medium tempus, quòd eſt inter ex-
trema dierum conditionis; aſſumendo enim
viginti dies, & diuidendo per tria tempora,
quòdlibet tempus ſaltem habebit ſex dies, &
duas tertias partes diei; ergo ſi medio tempore
poteſt appellari, ſequitur quòd poteſt appellari
in ſex ſecundis diebus, cum duabus partibus
diei; & ſic vſq; ad decimamtertiam diem, & ter
tiam partem diei; Et hoc procedit in ſententia
excommunicationis conditionaliter lata, ſecus
in alijs ſententiis conditionalibus; & ratio diffe-
122 rentiæ eſt ſecundum Ioan. Andr. quia † ſen-
tentia excommunicationis adueniente condi-
tione, non trahitur retro ad diem prolatæ ſen-
tentiæ excommunicationis, aliàs ſequitur, ꝙ
talis excommunicatus deberet interim vitari, &
quòd communicans cum eo, adueniente demũ
conditione eſſet excommunicatus, quòd eſſet
abſurdum. Facit quòd dicã in .c. ſacris .ſ̃. eod.
in decimonono principali articulo. Vnde cum
in ſententia excommunicationis conſideretur
dies ipſius conditionis, meritò vſq; ad illud tẽ-
pus poteſt appellari. In alijs verò ſententijs,
euentus conditionis trahitur retro, tàm quò ad
effectum deuoluendi, quàm ad effectũ ſuſpen-
dendi. Item poteſt etiam aſſignari alia ratio,
quia cum excommuoicatio ſit magni præiudi-
tij, cautius fuit in illa agendum, vt in.c. vbi pe-
riculum de elec. lib.6. Et hanc etiam opi. tenet
Io. Mo. in.c. quicunq;. eo.tit. lib.6. & Archid.
in.d.c. biduum. Et aduerte quia Io. And. in.d.
.c. præterea videtur velle, ꝙ ſi appelletur poſt
decem dies, habeat appellatio effectum ſuſpen-
ſiuum ſolum, non autem deuolutiuum; & ſe-
quitur ibi .D. Anto. ſed nihil allegant, qđ dictũ
eſt valde mirabile, nec placet ibi Io. de Imo. &
mihi per illum tex. qui loquitur indiſtinctè. Itẽ
quia aliàs non poſſet bene videri, an appellatio
ſuſpendat ſententiam excõicationis, vel non.
Si per viam deuolutiuã iudex, ad quẽ non poſ-
ſet de iniquitate cognoſcere; oportet ergo vt
ſuperior, ad quem appellatũ eſt de hoc cognoſ-
cat, & ſic neceſſarium concludendum eſt, ꝙ ha-
beat effectum etiam deuolutiuũ .D. m. in .d.c.
præterea. ſequitur tertiam opi. Bart. Brix. mo-
uetur, quia quis ſtatim grauatur ex prolatione
ſñiæ ẽt conditionali, ergo ſtatim debet appella
re infra decendium. Secundo mouetur, quia
aut ex tali ſententia pars grauatur, aut non gra-
uatur. Si nõ grauatur, niſi ex conditionis euẽ-
tu, ergo ante conditionis euentum, non debet
poſſe appellare, vt in.c. vt debitus .ſ̃. de appel.
Sed contrarium, ꝙ poſſit antea appellare, patet
in .d.c. præterea. ergo &c. Aut interim ante cõ
ditionis euentum grauatur, & debet ſtatim ap
pellare infra decendium, vt in.c. qđ ad cõſulta-
tionem. ſ̃. de re iudi. Non obſt. verba tex. in.d.
.c. præterea. dum dicitur ibi, medio tempore;
quia illa verba ponuntur ibi, natratiuè, & non
123 expoſitiuè. Item quia † cũ ſint generalia de-
bent reſtringi ad limites iuris communis, vt in
.c. ex literis. ſ̃. de conſti. & in.c. cum dilectus. ſ̃.
de conſue. Vnde debent intelligi medio tẽpo
re, ſcilicet vſq; ad decendiũ. Non obſt.c. biduũ.
quia ſm̃ .D. m. potius facit pro hac opi. quia
ſic non eſſet opus appellare, niſi poſt cõditionis
euentum, ne fortè in vanum fatigaretur interim
litibus, & expenſis, Si fortè poſtea cõditio de-
ficeret, & propter hoc tex. ibi, dicit vtile, quia
poſſibile eſt, quod conditio non extabit, vel nõ
adimplebitur, & ideò, illud ꝙ tex. dicit vtile
exeunte conditione, videtur quodammodo
neceſſitatẽ importare, q̃ſtio eſt ſubtilis, & val-
de dubia iudicio meo. Et licet in .d.c. præte-
rea ego dixerim, ꝙ vtraq; opinio eſſet ſuſtenta-
bilis, tamen tutius eſſet tenere opinionem glo.
& Io. Andr. quia, vt dixi, in ſententia cenſuræ
conſideratur tempus aſtantis conditionis, nec
124 retrahitur, eo ꝙ † excommunicatio accipit vi-
res ex contumacia, & cõtemptu, propter quod
neceſſario conſiderari debet conditionis euen-
tus. Ex quo ibi nota ꝙ, vbicunq; actus eſt ta-
lis, qui naturam, ſeu effectum ſuum potius ac-
cipiat à conditionis euentu, quam à prolatione
tunc euẽtus cõditionis potius trahit ad ſe pro-
nuntiationẽ, quam econtra. Et ita ego tunc
legendo tranſiui. Sed nunc maiori, & diligen-
tiori adhibita inueſtigatione, videtur mihi ali-
ter dicendum, quòd licitum ſit appellare quan-
docunq;, non ſolum ante conditionis euẽtum
quanuis tranſiuerit decedium, ſed etiam poſt
conditionis euentum infra decem dies. Eſt tñ
differentia, vtrũ appellet ante, vel poſt. Nam ſi
appellat ante euentũ cõditionis, appellatio ſuſ-
pendit excõicationem, & ſic habet effectũ ſuſ-
125 penſiuũ, & deuolutiuũ; & hoc eſt † qđ voluit
tex. in.d.c. p̃terea, qui vult, ꝙ appellatio interpo
ſita medio tempore impediat ſñiam excõicatio
nis. Et voco medium tẽpus, illud, qđ eſt me-
dium inter prolationẽ ſñiæ, & euentũ cõditio-
nis; & ꝙ in ſñia excõicationis poſſit appellari
quandocunq; ante conditionis euentum, pro-
batur, quia ante euentum conditionis, iſte effe-
ctualiter non grauatur, ſed grauatur ex ipſo e-
uentu



uentu conditionis, iuncta prolatione. Et dato
conditionis euentu, grauamen non trahitur
retro, vt dictum eſt; vnde ſolum grauamen eſt
126 futurum per cõditionis euentum. Sed à † fu-
turo grauamine licitum eſt quandocunq; ante
grauamen appellare, vt probatur in cle. ſicut. de
appella. dixi in .c. cum ceſſante. & in.c. delicto.
ſupra de apella. ergo videtur neceſſario conclu-
dendum, quòd poſſit quandocunq; ante con-
ditionis euentum appellari infra decem dies;
Sed ſi appellatur poſt euentũ conditionis, licet
appelletur infra decem dies, cum ſententia iam
ſit purificata, & traxerit ſecum executionem, ap
pellatio talis, non habet effectum ſuſpẽſiuum,
ſed ſimpliciter deuolutiuum, vt dixi ſupra de
appellatione interpoſita poſt ſententiam excõ
127 municationis puram. Et ſic † non eſt verum,
quòd dicit .D. m. ꝙ ſi ſtatim grauatur, debet
ſtatim appellare, vt in.c. quod ad conſultationẽ.
ſupra de re iudi. quia reſpondeo, quòd iſtud
grauamen ante conditionis euentũ non eſt cer-
tum, ſed ſolum ex euentu conditionis infer-
tur ex incerta ſententia, & ſic eſt quodammo-
do futurum grauamen. Non obſt.c. quod ad
128 conſultationẽ. quia ibi † ſententia fuit pura .ſ.
quòd ſe purgaret infra viginti dies. Nam ſi ſen
129 tentia † eſt lata iſto modo, ſoluas centum infra
viginti dies ſub pœna excõmunicationis, dico,
quòd eſſet appellandum ſtatim poſt decẽ dies,
vt ibi, ꝙ hoc caſu ẽt arbitror. Et ſi appellaretur
infra decem dies à tali ſententia, huiuſmodi ap-
pellatio haberet etiam effectum ſuſpenſiuum,
& deuolutiuum, per ea, quæ ſupra dixi de ſen-
tentia lata in diem futurum. Nam cum iſte,
ante tranſitum viginti dierum nõ ſit excommu
nicatus, meritò appellatio ſuſpendit effectum
ſententiæ, & deuoluit cauſam ad ſuperiorem.
Non obſtat .l. 1. §. biduum .ff. quando appell.
ſit canonizata .2. q.6. C. biduum. quia poteſt
130 reſponderi, vt ſupra dixi, quòd tex. † ille dicit,
vtile eſſe ſtatim tempora ad appellandum com
putari debere; quaſi velit tex. quòd ſi nõ incipe
ret grauari propter hoc initium prolationis ſen
tentiæ conditionalis, nõ poſſet appellare, donec
ſtaret conditio. cum ergo dicit vtile eſt tempo-
ra ad appellandum computari debere, concludit
vt ſtatim poſſit appellare. Sed quia grauamen
non eſt perfectum, & habet temporis ſuſpen-
ſionem, & continuationem vſque ad conditio-
nis euentum, ad hoc vt dicatur perfectum, me-
rito poſſet appellare poſt conditionis euentum.
Quod ego arbitror procedere nõ ſolum in ſen-
tentia excommunicationis conditionali, Sed
131 etiam, in † qualibet alia ſententia conditionali,
propter rationes prædictas, nec reperitur tex.
qui contradicat. Præterea ſi aliud diceremus,
dic mihi, quæ vtilitas inſurgeret, quòd tempus
curreret à die prolationis ſentẽtiæ, certè nulla;
Pone enim, quòd conditio non extet, ſuper-
uacuò reperiet appellaſſe. Et ideò, vt ſit in cer-
to, quòd ſuperuacuò non appellet, poteſt expe
ctare euentum conditionis; & tamen eſt vtile,
quòd poſſit appellare; quia verſatur vtilitas, vt
quis habeat duo tempora, videlicet tẽpus præ-
ambulum euẽtus conditionis, & etiam ſequens
poſt conditionis euentum; Sicut à futuro gra-
uamine, de quo, eſt ſpes de præſenti, poteſt &
antea, & poſt appellari, vt .d. cle. ſicut. Præte-
rea & tertio, ſicut ſi grauamen haberet cauſam
ſucceſſiuam, poteſt ſemper appellari, donec ſit
perfectum, vt not. Spec. in titu. de appel. §. re-
ſtat. ver. & not. & ver. ſed quid dices, in fin. fa-
ciunt etiam not. in .l. 2. C. de ſer. & aqua. Ita
132 cum, † die extantis conditionis incipiat ſen-
tentia eſſe perfecta, vt not. in.c. licet. ſ̃. de voto.
& in .l. cedere diem. ff. de ver. ſign. inſti. de ver.
obli. §. ex conditionali. debet poſſe continuò
appellari vſque ad grauamen conſumatum. Et
ſicut, licet quis, eo quòd poſſit à futuro gra-
uamine, ante ipſum grauamẽ; appellare nõ pro-
pterea prohibetur propter grauamen illatũ ap-
pellare, vt not. in.d. cle. ſicut. de appel. Ita & in
terminis noſtris, poſt euentum conditionis, de-
bet poſſe appellare infra decem dies. Quarto
moueor per tex. in.l. penul. §. 1. ff. de execu. tut.
133 vbi dicitur, ꝙ † ſi datus eſt tutor ſub conditio-
ne incipit currere tempus à die exiſtentis con-
ditionis. Facit etiam quod not. in .l. non tan-
tum. §. ſi ſub conditione. ff. de bo. poſ. contra
tab. Et hoc indubitanter videtur dicẽdum in
134 conditione poteſtatiua, † in qua euentus con-
ditionis non trahitur retro, vt in .l. potior. §. 1.
.ff. qui po. in pi. ha. not. Bar. in .l. ſi is qui pro
emptore. ff. de vſucap. in materia fictionis trãſ-
latiuæ, & Ioan. Andr. in reg. cum ſint. de re. iur.
lib.6. in mercu. Facit etiam ꝙ not. in .l. quidã
cum filij. §. fin. ff. de ver. obli. & in.l. ſi verò nõ
remunerãdi. ff. manda. Et ex prædictis videtur
inferendũ, ꝙ cum in terminis.c. præterea. 2. ſ̃.
de appell. eſſet conditio poteſtatiua, quia ſen-
tentia fuerat lata ſub conditione, niſi ſoluerit in-
fra viginti dies, quòd etiam ſi illa ſententia non
fuiſſet ſententia excommunicationis, ſed alia,
quòd illa cõditio non habuiſſet retro tractum,
ſecundum ꝙ voluit Bar. in.d.l. ſi is qui pro em-
ptore. & in.l. ſi filius. ff. de verb. obli. Pro quo
135 facit.c. ſi pro te. de reſcrip. lib.6. vbi † etiam in
reſcriptis conditio poteſtatiua non trahitur
retro. Et ideò merito infra decem dies videtur
poſt cõditionis euentum, quòd poſſit appella-
ri. Ex ſic ex prædictis patet, quòd non obſt.d.
.l. potior. ſecundo reſpon. & .l. qui balneum. ff.
qui po. in pi. ha. propter quæ iura glo. & Doc.
mouentur ad dicẽdum, quòd appellari debeat
ſtatim à tempore prolationis ſententiæ. Et hoc
dicunt, quia illa iura probant, quòd euentus
136 conditionis trahitur retro; quia reſpõdeo, † ꝙ
loquuntur in contractibus, & in conditionibus
caſualibus, in quibus conditio retrotrahitur ad
tempus promiſſionis. Sed nos loquimur in
ſententia excommunicationis, in qua conditio-
euentus non trahitur retro ad tempus ſenten-
tiæ, eo quòd talis actus, potius accipit na-
turam ſuam ab exiſtentia conditionis, quàm
137 ab actu pronuntiationis; quoniam † excom-
municatio accipit vires ex contumacia, vt latè

dixi in .c.nulli.ſ. eod. in octauo principali arti-
138 culo in princ. Maximè quia huiusmodi † ſen-
tētia excommunicationis non poteſt ferri, niſi
ſub conditione poteſtatiua, quæ poteſt induce-
139 re contumaciam in non adimplendo; quæ † cō
ditio poteſtatiua etiam in cæteris actibus non
140 trahitur retro, vt dictum eſt; ſi enim † excōica
tio feratur ſub conditione caſuali, ſi nauis ex
Aſia venerit excommunico te, aut ſub ſimili
conditione, excommunicatio eſt nulla, vt dixi
141 de † cauſa omnino impertinenti, in .c.perpen-
142 dimus.ſ.eo. in decimo articulo.q.16. In † alijs
verò ſnījs, maius eſt dubium, quando ſub con-
ditione caſuali ferrentur, eo ꝙ Bar. in .d .l. ſi is
qui pro emptore. vult, quòd ſententia lata ſub
conditione caſuali, æquiperetur contractui ce-
lebrato ſub cōditione caſuali, & trahatur retro
ad tempus ſententiæ. Et ideò appellari debet à
143 prolatione infra decendium. Sed † hoc non
probatur iure. Nec.§.biduum.quem Bar.alle-
gat, probat intentionem ſuam; quia poteſt in-
telligi vt ſupra dixi. Et in contrarium facit.l.
penul.§.1.ff.de excu. tut. Itē facit ratione an-
te grauaminis veram certitudinem, per condi-
tionis euentum cogatur fruſtratoriè appellare.
Quod videtur abſurdum; ad quod facit .A.
not. glo. & volunt Doc.in.d.c.p̄terea. dicētes,
144 quòd ſi † iudex ſic dicat, ſi non ſatisfeceris .B.
infra viginti dies, ex nunc excōico te, vel ſi dicit
ex nunc, pro vt ex tunc, dicunt enim, ꝙ etiam
hoc caſu euentus cōditionis potius trahit ad ſe
pronuntiationem, quàm econtra; vt proba-
tur in cle.1.in glo. in ver. ex nunc, de conceſ.
145 præben. Eſt enim † ſenſus iſte dictorum ver-
borum, ex nunc decerno, quia ſi non ſatisfece-
ris in termino, quòd tunc ſis excommunicatus.
Cōm.op. 146 Quòd ſequuntur Inno. Hoſti. † & * cōmuni-
ter Doc. in .d.c.præterea. licet quidem teneant
Cōm.op. contrarium, & male. Et pro * communi opi.
facit quod not. Bal.in.l.arethuſa.ff. de ſta. ho.
147 vbi dicit, quòd in terminis prædictis † dictio
ex nunc, denotat diſponentis actum, non con-
ditionis purificatæ effectum, per.l. huiuſmodi.
.ff.de verb.obli. Et prædicta adde ad intelle-
ctum eorum, quæ dixi in .c.perpēdimus.ſ. eo.
in vndecimo articulo.q.22. Sed aduerte, quia
nunc venit in mentem poſſe diſtingui, ꝙ aut
148 quis ſimpliciter appellat à pronuntiatione; de-
bet appellare infra decem dies. Et bonum cōſi-
lium eſt, hoc ſemper obſeruare propter fugien-
das opi. Si verò infra decem dies adhuc nō ap-
pellauit, dicat pariter, quòd contra eum fuit la
ta talis ſententia excommunicationis ſub tali
conditione; & quia cum ex tali pronūtiatione
adueniente conditione grauari valeat, ideò ap-
pellat. Nam hoc caſu, quandocūq; ante cōdi-
tionis euentum ſub forma prædicta poterit ap-
pellare. non autem ſimpliciter appellet à pro-
nunciatione. Sed ſi conditio iam eſt impleta,
& ſit infra decem dies, narret qualiter talis ſen-
tentia ſub conditione contra eum lata fuit, &
qualiter euenit conditio, quare cum ex ipſa ſen-
tentia, & conditionis euentu, iniuſtè graua-
tus fuerit, ideò appellat. Et adde ad prædicta
quæ dicam in duabus ſequētibus queſtionibus.
Cogitabis diligenter, quia nouiſſima ſunt, &
hæc vltima de nouo in mentem venerunt, vt
dixi. Quarto quæro iuxta prædicta, quid ſi
149 iudex excommunicat aliquem ſub hac forma,
niſi centum ſolueris vſq; ad annum, & ille inte-
rim appellat, vtrum per appellationem, tàm ab-
ſolutio, quàm excommunicatio ſuſpendatur,
an alterutrum. Sol. dic vt dixi in .c. præterea.
2.ſ.de appel. ꝙ aut vnum tantū eſt mandatum,
vt in terminis prędictis, et hoc caſu appellatio
150 ſuſpēdit vtrunq;; quia † ſublato principali, vi-
delicet ſolutionis fiendæ, tollitur excōicatio,
quæ eſt acceſſoriū; vt in.d.c.tranlato.ſ.de con-
ſti. Aut mandata ſunt diuerſa, vt quia iudex
primo condemnat eum ad ſoluendum, & po-
ſtea adijcit, & niſi ſolueris vſq; ad annum ſis ex-
commuicatus, & ſubdiſtinguas, quòd aut iſte
appellat infra decem dies, & releuabitur ab
vtroq;, videlicet à cōdemnatione, & excom-
municatione. Quod tamen arbitror verum, ſi
appellat à dicta ſententia integra, vel appellat à
condemnatione. Secus ſi appellaret ſolum ab
excommunicatione, vt de ſe patet. Aut iſte ap-
pellat poſt decem dies, & tunc licet iſte releue-
tur quò ad ſentētiam excōmunicationis, nō ta-
men releuatur quò ad condemnationem, quæ
trāſiuit in rem iudicatam. Nam cum ſint diuer
151 ſa mandata, nihil prohibet † appellationem va-
lere in vno, & non in alio. Facit.c. raynutius.&
.c. raynaldus.ſ.de teſta. Et hoc tenent Inno.
Hoſti. Io. An. & Hen. in.d.c.præterea. Quin
152 to quæro, † Epiſcopus excōicat .P. ſub condi-
tione, iſte .P. poſt excōicationem ante condi-
tionis euentum deſinit eſſe de foro ipſius Ep̄i
excōicatoris, quæritur, an interim debeat ap-
pellare ante conditionis euētum, ad hoc vt ad-
ueniente conditione non ligetur. Sol. Bart.
Brixien. in.q. venereali, quæ incipit, eſto quòd
ſententia excōicationis. dicit eum excōicatum,
153 niſi appellet; cum † ſententia lata ſub cōditio-
ne teneat, & iudex poſſit ſtatuere in futurū, vt
in.c.à nobis.1.ſ.eod. &.c.1.de conſti. lib. 6.
Et in hoc videntur cōcordare Lauren. Vincen.
Tanc. Goff. & Philip. & etiam Bart. Inno. &
Hoſti. in .d. c. præterea. Contrarium tenet
Archid.20.q.3.c. quicunq;. & in .c. 2. ſecun-
do reſpon. de conſti. lib.6. & in. c. romana. §.
1. de ſenten. excom. lib. 6. Nam ſi in dictis
254 iuribus † ſententia non ligat ſubditum extra
territorium, multo minus ligabit eum, qui de-
ſijt eſſe ſubditus. Et pro hoc etiam facit .c. ſi
pro te. de reſcrip. lib. 6. & .d.c.præterea. 2. de
155 appella. Nam ſi † appellatio præueniens con-
ditionem ſuſpendit excommunicationem, vt
ibi, hoc ſolum videtur eſſe, quia iuriſdictio ex-
communicantis fuit ſuſpenſa per appllationem
intermediā, vnde, ſicut ibi appellatio facit, vt ap
pellans non ligetur, ſic, & multo fortius in ter-
minis noſtris, talis ſnīa non debet ligare, cū iu-
riſdictio ipſius iudicis in totum fuerit extincta
reſpectu ipſius. Et hoc etiam tenet Dama-
ſus



ſus ſecundum Archid. Sed dicit Ioan. And.in
d.c.præterea.& clarius in reg.cum ſint iura. de
regu.iur.lib.6.in mercur. quòd Damaſus non
multum loquitur clarè, & ſatis poteſt compre-
hendi ex verbis ſuis, quòd talis ligetur. Et ſub-
dit, quòd opin. Archid. poſſet eſſe vera duobus
concurrentibus.ſ.ſi excommunicatus deſijſſet
eſſe de foro excommunicantis, & cauſa excom
municationis ceſſaret. Exemplum, ſi fuiſſet ex-
communicatus, ſi infra menſem non faceret re-
ſidentiam in beneficio, vel ratione beneficij, vel
niſi reciperet ordines infra tempus, & ipſe trāſ-
latus eſt ad aliud beneficium primo dimiſſo, vel
matrimonium contraxit; Nam hoc caſu habe-
bit locum dicta opin. Vel etiam ſi concurrat
156 aliud, quòd † conditio ſit poteſtatiua, quæ non
trahitur retro, vt ſupra ſæpius dictum fuit, ma-
xime in ſecunda quæſtione. Sed ſecus eſſet in
caſuali, quæ non eſt in poteſtate, quia cum illa
trahatur retro, meritò ligaretur per.l.potior.
2.reſpon.&.§.1.ff.qui po.in pig.hab.Facit qd[r]
not.in.d.c.ſi pro te.& ideò in.c.aduerſus.ſupra
de immu.eccle.ſucceſſor infra menſem non ſa-
157 tisfaciēs illi ſtatuto, eſt excommunicatus, † niſi
infra illud tempus dimittat officium, vt ibi not.
Io.And.& Hoſt. Vnde prima opin. habet lo-
cum, quando conditio non penderet ex pote-
ſtate excommunicati, quia licet poſt ſententiam
deſierit eſſe ſubditus, ſatis eſt quòd tempore
ſententiæ, ad quam refertur tempus aduenien-
tis conditionis, erat ſuus iudex. Et pro hoc etiā
158 facit.c.penul.ſupra de fo.compe. Nam † ſi ra-
tione præuentionis, iudex poteſt ferre ſenten-
tiam etiam contra illum, qui poſt præuentionē
deſijt eſſe de iuriſdictione ſua, de quo ibi latè di-
xi, quanto magis debet ligare ſnīa lata priuſquā
deſierit eſſe ſuus ſubditus. E ſic poteſt ſolui.c.
romana.§.1.eo.tit.lib.6. Non obſtat.c.2.de
159 conſti. quia loquitur de † ſtatuto, cuius propriū
eſt ligare futura, & infra diœceſim commiſſa.
Sed ſi fertur ſententia, ligare debet, etiam ſi ex-
tra territorium poſtea exijt. Facit.c.1.ſupra de
rapt. Non obſtat.d.c.præterea. quia reſpon-
160 detur, ꝙ † per appellationem legitimam tranſ-
fertur iuriſdictio malè excommunicantis in iu-
dicem ad quem appellatum eſt. quod nòn eſt in
terminis noſtris. Nam iuriſdictio primi non
transfunditur in ſecundum, nec ad eum perti-
net corrigere, quod primus fecit. Nec eſt mirū,
quòd appellatio, quæ fundatur ſuper culpa, &
iniquitate proferentis plus operetur, quàm
ipſum deſinere eſſe de iuriſdictione ſententian-
tis. Nam propter hoc deſinere, nulla iudicis cul
pa, aut iniquitas notatur. Et ex prædicta quæ-
ſtione, & præcedentibus potes clarè colligere,
an, & quando tempus conditionis exiſtentis
trahatur ad tempus ſententiæ, vel econtra. Prę-
dicta tamen deciſio, quò ad id, quòd dictum eſt
de conditione non poteſtatiua, non procedit
ſine dubitatione, per ea, quæ dixi ſupra in.q.3.
161 Sexto quæro, quid † ſi Epiſcopus purè excom-
municat aliquem: deinde antequàm tranſeāt
decem dies ad appellandum, ſuſpendit excom-
municationem ad tempus; & deinde excom-
municatus appellat, & pone quòd appellet in-
fra decem dies, vtrum appellatio habeat effectū
ſuſpenſiuum, & deuolutiuum, ita quòd lapſo
tempore ſuſpenſionis factæ per Epiſcopum,
excommunicatio dicatur ſecum traxiſſe excom
municationem, vel non. Sol. hanc quæſtionem
non reperi tactam ab aliquo doctore, niſi in ſi-
milibus terminis per Bal. ipſe enim in.l.fin.C.ſi
162 à non compe.iudi.dicit, quòd ſi † interdictum
fuit ſuſpenſum ad tempus, & interim fuerit ap-
pellatum, quod appellatio non ſuſpendit inter-
dictum, ſed decurſo demum ſuſpenſionis tem-
pore factæ poſt interdictū, remanet interdictū
purum vt prius, adeò quòd ibi celebrari non
poteſt. Mouetur, quia talis dilatio confirmat
pronuntiationem, vt.C.de re iudi.in.l.ad ſolu-
tionem. Et hæc eſt veritas ſecundum Bal. quā-
uis quidam doct. vt ipſe dicit, dum quæſtio eſ-
ſet de facto Bononiæ, volentes per nephas ac-
quirere fauorem populi, conſuluerint contra-
rium. Et pro dicta deciſione allegat etiam.l.ſi
vnus.§.1.ff.de pact. Ego pro nunc aliter non
examino, propter plura impedimenta, quæ he
ſterno die ſuperuenerunt, propter quæ vix dare
potui lectionem de reſcriptis. ſed ipſam latius
deo duce examinabo in fi.in materia interdicti.
163 Septimo quęro, quoties poſſit † appellari à ſen
tentia excommunicationis, an ſemel tantum, an
ſecundo, tertio, & quarto. Sol. videtur dicen-
164 dum, ex quo † ſententia excommunicationis
non tranſit in rem iudicatam, vt in.d.c.quod in
dubijs.& dixi ſupra eod.in.16.prin.artic. me-
ritò inquam vr̄, ꝙ toties quis ſit admittendus
ad appellationem, quoties appellat. Facit.c. Lo-
tharius.31.q.2.& per illum tex. ita quidam te-
nuerunt. Sed hæc opin. mihi non placet. & cō-
trarium tenui poſt.D.m.in.c.ſua nobis. ſupra
de appell. quia licet ex eo, quòd tales ſententiæ
non tranſeunt in rem iudicatam, liceat ſemper
nouum iudicium inchoare, & abſolutionem im
petrare, non tamen licet tertio appellare. Et
hoc voluit glo. ſingularis in.c.fraternitatis. ſup̄
de frigidi. vbi idem tenent.d. Ant.&.D.m.in.c.
ad reprimendam. ſupra de off.ord. Et idem ego
tenui poſt.d. Anto.&.D.m.in.c.lator. ſupra de
re iudi.in ſecundo effectu principali. Facit etiā
quod dixi ſupra in tertia quæſt. huius artic. vbi
dixi, quòd ſicut in alijs nō poteſt appellari poſt
decem dies, ita nec in ſententia excommunica
tionis. Non obſtat.c.Lotharius. allegatum in
contrarium, quia dum tex. ibi dicit bis, & ter
165 appellauit, debet † intelligi.i.vocem appellatio-
nis emiſit, dicendo appello, vel dic, vt dixi in
166 d.c.ſua nobis. Octauo quæro, vtrum † appel-
lās ab excommunicatione teneatur exprimere
cauſam. Sol. Inno.in.c.per tuas. ſupra eod. tenet
quòd ſic. & idem Io. And. in.c.venerabilibus.
in fi.eod.titu.lib.6. & hoc etiam ſentit in.c.1.
eo.tit.lib.6.& ſequitur hic.D.m.& mihi placet.
167 Nam ex quo hic † ſententia potius trahitur ad
naturam interlocutoriæ, quàm ad diffinitiuæ, vt
dixi in.c.à nobis.1. ſupra in duodecimo artic.
princ.

prine, meritò in excommunicatione debet ex-
168 primi cauſa; Sicut† exprimi debet in appellatio
169 ne ab interlocutoria. Præterea, † cauſæ expſ-
ſio in appellatione ab interlocutoria fit ad finẽ,
vt iudex poſſit per ſeipſum corrigere errorem
ſuum, vt in.c.cum ceſſante. & in.c.vt debitus.ſ.
170 de appel. Sed iudex† excommunicator poteſt,
& debet iniuſtam excommunicationem con-
trario imperio reuocare, vt patet ex his quæ ſu
pra latè dicta ſunt, ergo &c. Nono quæro, qm̃
ſupra dixi in princ. huius artic. quòd excommu
nicatus poteſt ſibi prouidere per viam nullita-
171 tis, & iniquitatis, Quid ſi † excommunicatus
dixerit ſe iniuſtè excommunicatum, & ideò pe
tierit ſententiam iniuſtam, & nullam pronun-
tiari. Sol. dicit Io. And. in.c.cum contingat.ſ.
de off.deleg. quòd talis tãquàm ſibi contrarius
eſt repellendus; nam in quantum dicit ſenten-
tiam iniuſtam, aſſerit illam aliquam eſſe, ergo
male ſubiungit, quòd nulla pronuntietur; nam
172 eſſe† nullum, & aliquod, ſunt contraria; & ideò
talis videtur repellendus, vt dixi in.c.ſolicitu-
dinem. in fi. ſupra de appel. cum ſimi. Niſi for-
te ex cauſa admitteretur ad probandũ hęc duo.
Et poteſt eſſe cauſa, quia † excommunicator ſen
tentiam excommunicationis clam, ſeu priua-
tim tulit; nec vult, nec dat copiam excommuni-
cato. Vnde non poteſt apparere an poſt appel-
lationem, vel ante fuerit lata, vel vtrum habeat
aliam nullitatis cauſam, ex hac enim cauſa, &
173 ſimili† admittetur incertitudo petitionis, cum
proueniat ex facto aduerſarij. ff. quor. lega. l. 1.
§. quia autem nonnunquam. & ſupra de reſti. in
integ. c. conſtitutus. ſecundum Inno. Io. And.
& docto. in. d. c. cum contingat. Sed aduerte,
174 quia in caſu prædicto non debet† excõmunica
tus concludere copulatiuè, ſed alternatiuè, vt ſci
licet petat ſententiam nullam pronuntiari, vel ſi
forte in probatione defecerit, petat eam tan-
quam iniuſtam reuocari, vel ab ea tanquam in-
iuſta petat ſe abſolui, proteſtans quòd per alte
rum ex his, ex quo de facto certificatus fuerit
in proceſſu, intendit ſententiam pro ſe ferri, &
quòd de hoc certificabit iudicem ante ſenten-
tiam proferendam, vt. d. §. quia autem nonnun
quam. ſecundum Inno. in. d. c. cum contingat.
175 Sed dicit ibi Hoſti. quòd † non videtur in foro
canonico, & cauſis ſpiritualibus, hac legali ſub-
tilitate omnino vtendum, per. c. dilecti. ſupra de
iudi. Fatetur tamen, quòd quis petitionem
ſuam ſecundum hanc ſubtilitatem formare po
tuerit, debet ergo ſibi imputare, & de facili pote
rit cauere, ſecundum ea, quæ leguntur, & notan
tur in. c. examinata. ſupra de iudi. & ſi propo-
nat ſimpliciter cautè agere debet, & ita reſidet
Io. And. Sed tu vide ad prædictam materiam
generalem quæſtionem docto. qua quærunt,
176 vtrum † in eodem libello poſſit accumulari
cauſa nullitatis, & iniuſtitiæ, de qua per docto.
in. c. dilecto. ſupra de appel. & ibi vide remiſſio-
nes, quas dedi in fi. & vide etiam per Bal. in. l. 1.
C. de furt. & in repeti. l. tale pactum. §. qui pro-
uocauit. ff. de pact. de qua materia, deo duce, la-
tius dicam in. c. 1. vel. 2. de libel. obla. & ibi vi-
177 debitis. Decimo quæro, quid ſi† excommuni
catus ita dixerit, conqueror de tali Epiſcopo
meo, qui me poſt appellationem legitimam in-
iuſtè excõmunicauit, vnde peto mihi per hoc,
per vos, & veſtrũ officiũ prouideri, pronuntian
do dictam ſententiam nullam eſſe, vel me abſol
uendum; prout vobis videbitur faciendum; &
eundem Epiſcopum excommunicatorem, mi-
hi in expenſis, & intereſſe condemnari, & aliàs
canonicè puniri, an talis petitio ſit admittenda.
Solu. Io. And. in. d. c. cum contingat. ſupra de
off. deleg. dicit, quòd ſecundum ſimplicitatem
noſtri iuris talis petitio eſt admittenda. arg. c.
dilecti. ſupra de iudi. &. c. 1. ſupra de do. & con-
tuma. &. c. ad reprimendam. ſupra de off. ord. &
c. inter dilectos. ſupra de fi. inſtru. & noſtri tex.
&. c. per tuas. ſupra eod. &. c. 1. &. c. ſolet. eo. tit.
lib. 6. Si verò obijceretur de contrarietate, vel
incertitudine, poteſt replicari de ſimplicitate iu
ris canonici, & de veritate iuſtitiæ. Nec enim
refert, vtrum hoc modo, vel alio iudex grauet,
178 ſed† qualitercunque conſtet de grauamine, eſt
ſubueniendum excommunicato, & excommu
nicator puniendus. Hæc enim omnia pendent
ex iudicis officio, vt patet. 11. q. 3. c. ſi epiſco-
179 pus forte iracundus. & ſequen. Item quia† iu
dex quantum poteſt, obuiare debet pernicioſæ
ſubtilitati iuris, & maxime in talibus, & proui-
dere laboribus, & expenſis partium, vt in. c. fi-
nem. ſupra de do. & contu. & in. c. ſuper quæ-
ſtionum. §. porrò. in fi. ſupra de off. deleg. cum
ſimi. Præterea in dicta petitione non eſt incer
titudo, aut contrarietas, cũ totus effectus ipſius,
ad arbitrium iudicis redigatur, ex quo pendet
de iure, vt dictum eſt, & vt per ipſum iudicem
quantum fieri poteſt, materia litium reſtringa-
tur, vt in. c. nonnulli. §. cum autem. ſupra de re-
ſcript. & iniuſtè factum excommunicatoris,
debita pœna puniatur, vt hic, &. c. 1. §. ſi quis au
tem. eo. tit. lib. 6. Et bene generaliter concludi-
tur in fine petitionis, dicẽdo, aliàs canonicè pu-
niri; quia diuerſæ ſunt pœnæ iniuſti excommu
nicatoris, de quibus infra ſubijciam in ſequenti
artic. & ad ea, quæ ibi dicam, adde hãc. q. quæ
eſt communis ad hunc articulum, & ad illum.
Et ad prædicta vide Spec. eod. tit. propè princ.
qui ponit formam libelli concordantem cum
dicto libello, de quo ſupra in prin. iſtius quæſt.
Et adde quæ dixi ſupra eo artic. poſt princ. in
ver. item quæro qualiter ſuffraganeus, qui iniu
ſtè excommunicauit, poſſit conueniri pro iniu-
ſta excommunicatione coram Archiepiſcopo,
dicam ſtatim in decimoquarto prin. articulo.
180 Vndecimo quæro, quid ſi † excommunicatus
petierit ſententiam excommunicationis nullã
pronuntiari, pro eo, quòd lata ſit poſt appella-
tionem, ſed de ipſa appellatione non poteſt cõ-
ſtare, ſed conſtat ipſam eſſe nullam ex alia cauſa,
puta, quia ſit lata ab excommunicato, vel nõ ſuo
iudice, vel ex alijs cauſis, de quibus dixi ſupra
in. c. perpendimus. in. 10. artic. princ. Sol. Io.
And. in. c. cum contingat. ſupra de off. delega.
dicit,



181 dicit, quòd † de iuris rigore talis non deberet
abſolui, ex quo propoſitam cauſam non proba
182 uit, ſed iterum poteſt & aliam proponere. † Se-
cus autem, ſi excommunicationem dixiſſet nul
lam in genere, quia tũc ſufficit aliquam cauſam
probare, eo quòd videtur omne ius ſuum in iu
dicium deduxiſſe, vt. ff. de inſtito. in. l. habebat.
C. de iudi. in. l. licet. C. de an. excep. in. l. fin. Sed
tu vide pro pleniori declaratione iſtius quæſtio
nis, qđ latè traditur in. c. fi. ſ. de libel. obl. & ibi
183 dicam. Duodecimo quæro, vtrum † ſit licitũ
laicis, vel clericis, illos quos credunt, vel ſciunt
pro certo iniuſtè excommunicatos, iuuare con
tra excommunicatorem, cogendo eum relaxa-
re ſententiam excommunicationis, vel abſtine-
re à denuntiatione. Sol. Inno. in. c. dilecto. eod.
tit. lib. 6. dicit quòd non, quia nec liceret eis co
gere iudicem ſæcularem ad ſuam ſentẽtiam rela
184 xandam. Nec obſtat quod dicimus de† defen
ſione, quæ quandoq; non ſolum offenſo, ſed
etiam proximis ſuis eſt licita; quia illud proce-
185 dit vbi † infertur corporalis violentia, non ver-
186 balis. Et ſubdit Inno. quòd† ſi prælatus excom
municaret aliquem iniuſtè, ꝙ talem ſic excom-
municatum poterunt iuuare non armis, aut cõ-
fuſione, ſed alijs conceſſis remedijs, & ſi ſen-
tentia lata ſit ſub conditione, facere quod ap-
pellet, & poſtea ipſum iuuare patrocinio, aut
ſimilibus remedijs, & hoc etiam tenet Io. And.
187 in. d. c. dilecto. Decimotertio quæro, † qua
actione quis petat ſe abſolui ab iniuſta excom-
municatione. Sol. dic, vt dicam in. c. venerabili.
ĩ. eod. in. 25. princip. artic. Decimoquarto, &
188 vltimo quæro, vtrum ſicut† appellatio præce-
dens annullat ſententiam excommunicationis
poſtea latam, vt dixi ſupra in primo membro.
& circa remedia appellandi in hoc eodem artic.
ita etiam ſit in recuſatione, & relatione. Solu.
Hoſt. & Io. And. in. c. legitima. de appel. lib. 6.
189 dicunt, ꝙ hæc tria, appellatio, recuſatio, & rela-
tio æquiparantur: & ideò ſic intitulantur, quia
cuiuslibet ipſorum pendentia, ſuſpendit iuriſ-
dictionem iudicis; vnde ſicut non tenet excom
municatio lata poſt appellationem, ita nec poſt
recuſationem, vel relationem, quod eſt notatu
dignum, ſecundum Hen. Bohic. in. c. per tuas. ſ.
190 eod. Facit. c. cum ſpeciali. de appel. & quia† ſi-
cut poſt appellationem, ita poſt recuſationem
non eſt aliquid innouandum. 2. q. 6. c. appella-
re. ff. de arbit. l. non diſtinguemus. §. cum qui-
dam. ſ. de off. delega. c. ſuper quæſtionum. nec
etiam poſt relationem. ſ. de offic. leg. c. licet. &
ſupra de appel. c. intimaſti. Et in omnibus præ-
191 dictis eadem eſt ratio. ſ. quia † ſententia à non
ſuo iudice lata non ligat. ſ. eod. c. à nobis. &. ſ.
de iudi. c. at ſi clerici. allegat etiam not. Spec. in
tit. de recuſa. §. qualiter. ad fi. & poſt Io. And. in
c. cum ſpeciali. ſ. de appel. Et ſic reſidet præfa-
tus Hen. Boh. in. d. c. per tuas. Sed tu dic circa
192 † recuſationem, quòd prædicta opinio non eſt
ſimpliciter vera, ſed pendet ex illo dubio, vtrum
proceſſus geſtus per iudicem recuſatum, poſt
recuſationem ſit ſemper nullus, & an ſit diſtin-
guendum inter ius canonicum, & ciuile; vel in-
ter ordinariũ, vel delegatum, de quo dic vt ple-
niſſimè dixi in. c. cum ſpeciali. vbi poſui duode-
cim notabiles concluſiones, in materia ꝓ con-
cordia plurimorum iurium, quæ videntur con-
trariari, & maximè vide quod ibi dixi in duode
193 cima concluſione. Item ad ea, quæ dicta ſunt
de relatione, vide quod latè dixi in. c. intimaſti.
ſupra de appel. in octauo prin. artic. ſeu in octa-
ua princ. quæſtione. Et ex his, deo duce, habes
expeditum decimumtertium principalem arti-
194 culum. Et adde etiam ad pręedicta, ꝙ† ſi excom
municatus ab excommunicatore appellat ad
Papam, deinde cauſam appellationis detulit ad
ſuperiorem excommunicatoris, intelligitur ap-
pellationi ſuæ renuntiaſſe, vt in. c. ſolicitudinẽ.
ſupra de appella. & ibi vide etiam per me, vbi
195 etiam vide quid ſi† proteſtatur, ꝙ per hoc non
intelligit appellationi ſuæ renuntiare. Sequitur
poſt expeditum decimumtertium articulum
principalem, vt iuxta præmiſſum ordinem in
rub. videamus de decimoquarto princip. artic.
videlicet de pœna iniuſtè, & non ſub debita for
ma excommunicantis. Ad cuius articuli latio-
rem, & clariorẽ declarationẽ proſequar infra-
ſcriptas principales q̃ſtiones. Primo, ex qui-
bus cauſis iudex, ſeu prælatus ratione excom-
municationis iniuſtæ, vel nullæ obligetur ad pę
nam. Secundo, ad quas pœnas aſtringatur. Ter
tio, qui iudices ad dictas pœnas teneantur.
Quarto, qualiter ad prædictas pœnas agatur, &
de forma libelli. Quinto, coram quo iudice agi
debeat. Sexto, quando, & quanto tempore agi
poſſit ad dictas pœnas. Septimo, quomodo
probetur, ꝙ iudex iniuſtè, vel nulliter excom-
municauit. Octauo, quando, & in quibus caſi
bus iudex, vel prælatus iniuſtè, vel non ſub de-
bita forma excommunicando, excuſetur à di-
ctis pœnis. Et quamlibet quæſtionum principa
lium prædictarum, examinabo per alias q̃ſtio-
nes ſibi conuenientes. Primo igitur quæro,
196 ex † quibus cauſis iudex, ſeu prælatus ratione
excommunicationis iniuſtæ, vel nullæ oblige-
tur ad pœnam. Sol. dic, quòd ex plurimis, quas
per ordinem proſequar, ipſas examinando. Pri
ma cauſa eſt, quia non ſeruauit formam debitæ
monitionis in præſentia idonearum perſonarũ,
vt hic in tex. noſtro, in primo reſpon. quæ nam
197 autem ſit† debita monitio, dic vt dixi in. c. per-
pendimus. ſ. eod. in decimo princip. artic. q. 8.
Et hoc intelligo, ſecundum ea quæ ibi dixi, vt
ſcilicet in caſibus, in quibus requiritur trina
monitio, ſi non moneatur trina monitione, in-
cidit in pœnam; ſecus vbi vna duntaxat exige-
retur, quia ſufficit vna. Et ſi nulla monitio exi-
geretur, non incidit in pœnam non monendo.
Ad quod vide quod dixi in dicto decimo prin.
artic. q. 8. vbi poſui duodecim fallentias. Facit
quod dicit hic Io. And. in ver. monitionem. Et
198 hoc habet locum non ſolum ſi† cõtra maſculũ,
ſed etiam ſi contra fœminam, profertur excom
municatio ſine monitione, per tex. noſtrum in
199 princ. qui dicit † aliquem, & ſic comprehendit
vtrunq;

vtrunque ſexum,per tex. 17.q.4.in.c.quicun-
que.& in.l.1.ff.de verb.ſig. dixi latè in cle.1.de
electio.& tenet Io.And.in ver.aliquem. Et hoc
habet locum, non ſolum ſi excommunicatio
eſſet iniuſta, ſed etiam ſi eſſet iuſta, per tex.no-
ſtrum hic in ſecundo reſpon. in ver.quod ſi cō-
200 tra. Secunda cauſa eſt,quando† excommuni-
201 catio eſſet iniuſta,& irrationabilis. Nam ſi† ex
iniuſta, & irrationabili cauſa procedit contra
aliquem excommunicator, & requiſitus humi
liter ab excommunicato non curauerit abſque
grauamine reuocare &c. tenetur ad intereſſe
excommunicato,& vlterius punitur arbitrio ſu
perioris; tex. eſt in tertio reſpon.in ver. caueat
etiam. Et vt dicit glo.hic,in verbo abſque gra-
202 uamine,† excōmunicatus nullas debet ,ppter
hanc reuocationem expenſas facere,nec iurare,
ſi conſtat, quòd † excommunicatio eſt iniuſta,
vt ſupra de off.ordi.c.ad reprimendam. Item
203 aduerte, † quia non ſufficit, quòd rationabilis
cauſa ſubſit, niſi coram excommunicatore ſit
probata, vt hic dicit glo. in verbo rationabili,
204 per tex.2.q.1.c.nemo.&† quæ ſint iuſtæ,& ra-
tionabiles cauſæ, dixi latè in.c.nulli.s̃.eod.in
205 octauo prin.artic.Nec† excuſat præcedēs mo-
nitio,ſi iuſta,& rationabilis cauſa non præcedat
ſecundum Io.And.hic. Et adde hoc qđ dicam
j̃.in octaua prin.queſt. Et not.circa prędicta,
206 qđ circa id,quod dixi de† reuocatione,quòd
Inno.& Ioan.And.dicunt hic hanc decretalem
non habere locum in excommunicatione, qua
quis fuit excommunicatus, eo quia non pare-
bat rei iudicatæ. Nam cū excommunicatio ex
manifeſta ſit offenſa, de qua conſtat per ſenten
tiam,à qua non eſt appellatum.j̃.de verbo.ſig.
c.cum olim.&.c.ex parte. meritò non videtur
poſſe reuocari. Poſſet tamē habere locū ſecun
dum eos,quò ad cōdemnationem ad intereſſe.
Et adde quod dicam.j̃. in ſecunda quæſt. prin.
207 huius artic. Tertia cauſa eſt, quando † iudex
excommunicaret iudiciario ordine non ſerua-
to. Nam tunc etiam ſi excommunicatus abſq;
appellatione querelam deponat penes ſuperio
rem, procedetur ad abſolutionem excommu-
nicati, & ad condemnationem excommunica-
toris,ſecundum tenorem huius cap. ſecundum
Inno. hic, & Io. And. qui remittit ad not.in.c.
venerabilibus.eod.titu.lib.6. Quarta cauſa, ſi
208 iudex† participantes cum excommunicatis ab
eo in locutione,& alijs actibus, quibus ligatur
participans excommunicatis minori excom-
municatione ante monitionem præſumat ex-
communicare excommunicatione maiori,tex.
eſt in.c.ſtatuimus.eod.tit.lib.6. Et quia pœna
tunc teneatur,dicam in ſecunda princ. quæſtio.
209 Quinta cauſa, ſi † iudex, vel prælatus excom-
municando nō ſeruat formam.c.1.eo.ti. lib.6.
vbi ſic formaliter præcipitur. Quiſquis excom
municat, excommunicationem in ſcriptis pro-
ferat, & cauſam expreſsè conſcribat, propter
quam excommunicatio proferatur. Exemplū
verò huiuſmodi ſcripturæ teneatur excommu
nicator tradere infra menſem, ſi fuerit requiſi-
tus, ſuper qua requiſitione fieri debet publicū
inſtrumentum, vel confici debent literæ teſti-
moniales,authentico ſigillo ſigillatæ. Et ſubdi-
tur, quòd ſi quis iudicum, prædictæ conſtitu-
tionis extiterit violator,patiatur pœnas,de qui
bus ibi, & infra ſubijciam in ſeq.quæſt. Verum
quia circa prædictam conſtitutionem nonnulla
oriuntur dubia, ideò ad declarationem acceda-
210 mus. Ad primum† dubitatur,de qua excom-
municatione loquatur. Sol.dicunt Io.And.&
Io.Mo. & do.Domi. ꝙ procedit in iudiciali,&
in ea, quæ fertur ab homine, & ideò exponitur,
excommunicat, hoc eſt,excommunicare inten
211 dit; vnde ſolum habet locum in† ſententia ho-
minis,quæ poteſt eſſe iuſta, & iniuſta; ſecus in
ſententia canonis,quę ſemper eſt iuſta. Secun
212 do dubitatur, in eo quòd dicit in ſcriptis pro-
ferat,qualis ſcriptura requiritur, & dic ſecun-
dum Inno.quòd ſufficit,ſiue ſit publica,ſiue pri
uata.& ſequitur Io.And.& do.Domi. vide qđ
dixi in.c.perpendimus.s̃.eod. in decimo prin.
artic.q.10. Tertio dubitatur,in eo,quòd dicit
213 proferat, † an teneatur per ſeipſum ,pferre,an
ſufficiat proferre per notarium. Sol. aliqui di-
xerunt,ꝙ exigitur, quòd per ſeipſum proferat,
non per notarium. Alij verò dicunt, ꝙ ſuffi-
cit,quòd præſente iudice notarius legat. Tu
diſtingue vt dixi in dicto decimo princip.artic.
214 q.10.† Excuſatur tamen,ſi ibi non erant neceſ-
ſaria ad ſcribendum,de quo dicam.j̃.in octaua
quæſt.princip. vtrum autem,hoc procedant in
215 regulari† prælato,qui non ſeruato ordine iudi-
ciario aliquid præcipit monacho ſuo ſub pœ-
na excommunicationis,quam ex nunc,vel ipſo
facto in eum tulit,niſi mandato ſuo obediret,
& hoc facit ſine ſcriptis, dic vt dicā.j̃.eo.artic.
q.8. & ibi etiam videbimus, quid iuris de hac
216 quæſt. † prouincialis alicuius ordinis religio-
ſorum,volens aliquid imponere omnibus ſuis
fratribus,& quòd non deberent propalare ali-
qua geſta ex certa cauſa; præcepit ſub hac for-
ma; Præcipio omnibus vobis præſentibus, &
abſentibus in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub
pęna excommunicationis ipſo facto,ne aliquis
veſtrum alicui extraneo reuelare debeat aliqua
geſta, & hoc præceptum non fecit in ſcriptis,
nec præmiſit aliam monitionem, impoſuit ta-
men ante dictam prolationem ſuo ſocio, qui
ſolitus erat ſcribere acta,quæ per eum fiebant,
quòd in ſcriptis deberet acta prędicta redigere,
vtrum talis prouincialis, vel prælatus ſimul in-
currat pœnam.c.noſtri.&.d.c.1.eod.tit. lib.6.
de qua quæſtione videbimus ibi. Quarto du-
217 bitatur,an† prędicta conſtitutio.c.1. eod.titu.
lib.6.habeat locum, quando † excommunica-
tio fertur in incertam perſonam, quod fieri po-
teſt,vt dixi in.c.mulieres.ſupra eod.in ſeptimo
artic.princ.q.2.in fi. Sol.quidam,vt Io.Mo.&
Archid.dicunt ꝙ non, per tex.in.c.qui contra
certam.de elect.lib.6. Subdit Io.An.in.d.c.1.
in glo.in verbo cauſam, quòd tutius eſt tenere
contrarium.Tum quia conſtitutio.d.c.1.loqui
tur generaliter, tum quia ſententia ligat certam
perſo-



perſonam,licet non ſit expreſſa,quę tamen po-
ſtea exprimitur, per id quod habetur in.c.ro-
mana.§.caueant.eo.tit.lib.6. Et ita reſidet illa
glo.ſuper qua Io.And.in nouel. dicit, ꝙ Hoſti.
etiam ſequitur prędictam opin. & eam attri-
buit Inno. Sed ipſe Io.And.dicit,quòd Inno.
ſic alternatiuè locutus eſt, quòd neutram opin.
elegit,niſi dicamus, quòd in opinionibus con-
218 trarijs, † vltima opinio dicatur eſſe Innocen.
vt dicit idem Io.And.poſt Hoſt. in.c.1. de pœ.
lib.6. Sed pro prima opin. facit tex. in.d.c.1.
inquantum exigit,ꝙ exemplum detur excom-
municato;Nam ſi perſona eſt incerta, non po-
teſt ſibi dari exēplum.Item pro prædicta opin.
allego illum tex. inquantum vult, ꝙ ſuperior
condemnet talem excommunicatorem excom
municato ad intereſſe, quod minime fieri poſ-
ſet,ſi perſona eſſet incerta.Facit etiam pro præ-
219 dicta opin.quia † in pœnis benignior pars &c.
vt in reg.in pœnis.cum ſua materia. de reg.iur.
lib.6. Sed his non obſtantibus mihi plus pla-
220 cet prima opinio. Nam † ſufficit vnum ſolum
fuiſſe omiſſum ex his, quæ exigit dicta conſti-
tutio.d.c.1. ad hoc, vt excommunicator inci-
dat in pœnam illius conſtitutionis, vt infra ſu-
bijciam,ergo ſatis eſt,quòd conueniant aliquæ
qualitates in excommunicato, in quo alterum
ex prædictis requiſitis ſeruari potuerit, & non
221 fuerit ſeruatum.Nam ſi† perſona excommuni
canda eſt talis,in qua aliquæ ex prędictis quali-
tatibus non poſſunt ſeruari,non intelligitur Pa
pa per conſtitutionem ſuam voluiſſe ponere,
vel exigere rem impoſſibilem. Facit quod not.
glo. in ver. per hoc. Sed ſi excommunicator
omitteret aliqua requiſita, q̃ non conuenirent
excommunicato,excuſaretur propter impoſſi-
bilitatem,vt dicam.j̃.in octaua.q.principali.
222 Quinto dubitatur,qualiter † debeat eſſe exem-
plum, ꝙ excommunicator tenetur tradere ex-
communicato. Sol.dic,quòd integrum,& to-
tale; ad quod vide quæ latius dixi in.c.perpen-
dimus.s̃.eod.in decimo prin.artic.q.17.vbi vi
de quid iuris, & quid facere debeat excommu-
nicatus,ſi non poteſt habere,vel poteſt habere,
non tamen ſub debita forma. Et adde quod di-
cam in ſequenti dubitatione. Sexto dubita-
223 tur circa id quod dicitur in.d.c.1. quòd † ex-
communicator requiſitus ab excommunicatò,
tenetur tale exemplum dare infra menſem, qñ
incipiet currere mēſis;de quo dic vt dixi in deci
mo prin.artic.q.17.vbi dixi etiam,qualiter ex-
communicatus debet requirere congruo loco,
224 & tempore.Et adde ad ea,quæ ibi dixi,ꝙ † re-
quirens non debet ſtatim recedere,ſed expecta
re, per.c.cum in veteri.s̃.de elect. neque enim
ſemper debet venire cum ſacco paratus. Facit
225 .l.quod dicimus.ff.de ſolu. Et ſi † iudex offert
exemplum, & excommunicatus non vult reci-
pere,quanuis iudex prius denegaſſet, dic ſecun
226 dum Hoſtien. ꝙ infra menſem† ſemper vltima
mora nocet. ff.de per.& com.re.ven.l.illud. &
227 tenet Ioā. And. in.d.c.1. Quid autem† ſi ex-
communicatus ſtatim petijt, & congruo tem-
pore expectauit,poſtea verò ſe abſentauit, nec
reperitur,dicit Hoſti.& ſequitur Archid.ꝙ iu-
dex debet mittere ad domum illius, requirēdo
familiam,& cunctos ſuos. Item debet publica-
re in eccleſia,ꝙ per ipſum non ſtat, quo minus
tradat illud exemplum; & conſuluit etiam, ꝙ
vnum exemplum ponat ſuper altare, & aliud
mittat ad domum illius,tradendo illud familiæ
excommunicati, & ſi nullus vellet recipere,di-
mittatur ſuper banchum; Vel dic,ꝙ melius eſ-
ſet,ꝙ apertum affigeretur hoſtio, & de hoc fiat
inſtrumentum, ſicut dicitur de requiſitione in
d.c.1. Et per hunc modum euitabat pœnam,
de qua in.d.c.1. faciunt not.in.c.fi.s̃.de appell.
& in.c.fina.s̃.de do.& contu. & in.c.fi.s̃.de eo
qui mit.in poſſ.& in.c.paſtoralis.ad fi.s̃.de off.
ordi. Septimo dubitatur, in eo quod dicitur
in.d.c.1.ꝙ de requiſitione facta per excommu
nicatum, debeant confici literæ teſtimoniales,
228 authentico ſigillo ſubſignatæ,† vtrum ſufficiat
adhibere teſtes. Sol.glo.in.d.c.1.arguit ꝙ ſic,
per.l.in exercendis.C.de fi.inſtru. Sed decidit
in contrarium,dicens,ꝙ hoc eſt ſpeciale in caſu
prædicto,ꝙ ſcriptura requiratur,ſicut etiam eſt
ſpeciale in pluribus alijs caſibus, de quibus per
glo.& Doct.in.c.1.de cenſi.lib.6. Octauo du
229 bitatur,vtrum ad hoc,vt iudex† non ſeruās for
mam in excommunicando,de qua in.d.c.1.in-
cidat in pœnam illius.c.requiratur dolus. Sol.
glo.in ver.temerarius.in.d.c.1.arguit per illum
tex.ibi,dum dicit,ſi quis autem iudicum teme-
rarius violator &c. & ſic videtur requirere do-
tellectū poteſt de pluribus dubitari. Et primo
357 de exemplis, † quando dici poſſit ex cauſa pro-
babili erraſſe. Et glo. hic ſuper ver. ex cauſa
probabili, ponit duo exempla erroris probabi-
lis, primum, ſi credebat citationem perueniſſe
ad illum, quem commiſit citandum; vnde cre-
dens eum contumacem, cum non eſſet ipſum
excommunicauit; & forte fuit in errore ex ſimi
litudine nominis perſonæ, vel loci, vt ſupra de
reſcrip.c.ſi.ſecundum Io. And. hic, ſecundam
exemplum glo. eſt, ſi excommunicator crede-
bat cauſam excōicationis ſufficienter proba-
tam, & errabat in probationibus dubijs; arg.
.c. cum bertoldus .ſ. de re iudi. Ad quod vi-
de, quòd not. in.c.paſtoralis. ſupra de reſcrip.
in .1.glo. maximè in ver. tertij dicunt, & quod
ibi dixi poſt .D. m. facit etiam, quod ſtatim ſu-
bijciam in tertio ſequenti exemplo. Tertium
exemplum eſt ſecundum .D. Abbat. quem ſe-
quitur hic Io. Andr. propter varias opi. Doct.
vt puta in exceptione illa de nuntio miſſo, & de
priori reſcripro, de quo in.c.vt debitus de app.
nam ſi iudex talem exceptionem non admiſit,
& propter hoc pars appellauit, propter quod
iudex appellantem tanquam contumacem ex-
communicauit, propter probabile dubiū opi.
excuſatur excommunicator, facit quod tradit
Bal. in .l.1.§.proficiſci.ff. de offi.procō. & leg.
& quod traditur per Doct.in.c. 2.ſ. de conſti.
& quod dixi in .c. ſtatutum de elec. lib. 6.
Quartum exemplum eſt, ſecundum Vincen. &
Ioan. Andr. ſi fortè excommunicator non vi-
dit priuilegium, vt .c. cum olim.2.ſ. de priuile.
Quintum exemplum eſt, ſm decre. Odoardus.
ſupra de ſolut. & generaliter. vbicunq; propter
opi. pōt eſſe probabilis dubitatio. Et ad præ-
dicta de probabili errore, & cauſa vide plura;
quæ in ſimili dixi in.c.calumniam.ſ.de pœn. in
quinto principali articulo, in .17. fallentijs ibi
poſitis. Et ſic patet ex prædictis, & ex tex. quod
ad hoc, vt excommunicator puniatur nō exigi-
358 tur quod ſit in dolo, ſed † ſatis eſt quod ſit in
culpa nō excuſabili, & probabili errore; ad quod
vide quod dixi in .1.q.princ. huius quarti arti-
culi. ver. 8. dubitatur. Sed circa prædicta quæ-
ritur, ex eo, quòd tex. noſter dicit, quod excu-
ſatur ſi errauerit ex probabili cauſa, maximè ſi
359 laudabilis opinionis exiſtat, † qualiter accipia-
tur iſtud verrbum maximè, an electiuè, an verò
copulatiuè. Sol. glo. hic ſuper verbo laudabi-
lis, videtur primo velle, quod accipiatur electi-
uè, vt ſit ſenſus, ſi non eſt laudabilis opinionis
licet errauerit ex legitima cauſa non excuſatur.
Sed glo. deinde recedit ab hac opinione, & di-
cit quòd verbum maximè ſtat copulatiuè, & ſic
idem eſt ſi non ſit laudabilis opinionis, dummo-
do oſtendat ſe erraſſe ex legitima cauſa. Sed
quando eſſet laudabilis opinionis facilius præ-
ſumeretur pro errore ipſius. Et hæc opi. ma-
gis mihi placet. Et ſic ex prædictis, habes pri-
mum caſum, quando excuſatur iniuſtus excom
municator, videlicet propter probabilem erro
rem. Sed quia ſunt alij plures caſus, ideò illos
proſequamur. Secūdo igitur, excuſatur à pœ-
na.c. noſtri. ſi excommunicator non fuit requi
ſitus ab ipſo excommunicato, vt reuocaret gra-
uamē; Nam hoc caſu arbitror, quòd licet ex-
communicator incidat in pœnam ſuſpenſionis
per menſem, quia non monuit ſub debita for-
ma, eo quod talis pœna imponitur hic ipſo iu-
re, non tamen incidit in alias pœnas, quæ re-
ſpitiunt ipſum excommunicatorem, in quibus
excommunicator tenetur excommunicato ſe-
cundum ea, quæ dixi ſupra in .2.q. principali;
quia ad ipſas imponendas videtur tex. require-
re, quòd excommunicatus requiſierit humili-
ter excommunicatorem, vt reuocet iniuſtā ex-
communicationem; & hoc videtur tex. requi-
rere vt magis directa, & breuiori via conſulatur
excommucicatori, vt poſſit fugere pœnam, re-
nocando excommunicationem; vt dicā in ſeq.
excuſatione. Et pro hoc facit tex. noſter in ver.
caueat in fin. dum tex. vult, quòd excommu-
nicatus non poſſit querelam ad ſuperiorem
deferre, niſi prius requirat excōmunicatorem;
& hoc probatur etiam iuncto ver. cunq; aduer-
ſus, & videtur ſentire Ioan. And. hic in nouel.
ſuper ver. requiſitus, licet aliter non declaret.
Facit quòd infra ſubijciam in ver. nono excu-
ſatur. Tertio excuſatur, quando ipſe excom-
municator humiliter requiſitus ab excōicato
ſuper reuocatione excommunicationis ipſam
excōmunicationem abſq; grauamine reuoca-
uit, & hoc tenet hic Ioan. Andr. allegat.c. qua-
liter .1.ſ. de accu. & mihi placet per ea, quæ di-
xi in pæcedenti excuſatione. Hoc tamen in
tellecto de reliquis pœnis excepta pœna ſuſpen
ſionis, quia illam patitur ipſo facto, vt ſtatim di
xi; & ideò illam non euitat ſecundum Inno. &
Hoſti. & Henri. hic, & clarius tenet .D. Anto.
360 qui dicit, quòd ideò illam non euitat, quia † in
delictis, ſi ius admitit purgationem, illam con-
cedit, quò ad pœnam inferendam, non ad iam
361 impoſitam; & ſic, vbi † à iure facta eſt excom-
municatio, non admittitur purgatio moræ;
cōcordat .l. ſi inſulam.ff. de verb. obli.& quod
not. ibi per Bart. & moderniores. Nec mire-
ris, quod excommunicator poſſit reuocare hāc
ſententiam excōmunicationis, quia debet poſ-
362 ſe. Tum quia † eſt interlocutoria, vt in.c. à no-
bis. ſupra eod. in duodecimo principali articu-
363 lo. tum quia, † non tranſit in rem iudicatam,
vt dicam infra. Quarto excuſatur, quando ſi-
ne monitione, vel debita forma excommunica-
uit illum, qui ipſo facto erat excommunicatus
à iure



à iure; puta ſi excommunicauit illum, qui ſua-
dente diabolo violentas manus iniecit in cle-
ricum, & propter hoc dicit Ioan. Andr. in .c.
reprehenſibilis. ſup̄ de appel. ſe excuſaſſe quē-
364 dam † Abbatem, qui ſine monitione excom-
municauerat ſubditum pro eo, quòd ſine licen-
tia exiuerat clauſtrum, & fuerat poſtea reper-
tum, quod in dicto monaſterio erat regularis
cōſtitutio, quod exiens clauſtrum ſine licentia
365 Abbatis eſſet excōicatus. Quinto † excōicator
excuſatur ſi proceſſit non vt iudex, ſed vt pars
exequens, vel deferens vel defendens officium
ſuum, ſecundum, Ioan. Andr. poſt Hoſti. hic
in verbo præſumpſerit, allegat not. per eum in
.c. venerabilis. ſupra de cenſi. in ver. procura-
366 toribus, quaſi circa medium, exemplum, † ſi
Epiſcopus qui erat in quaſi poſſeſione viſitandi
vult viſitare, & non admittitur ad viſitationem,
propter quòd excommunicat non admitten-
tem. Nam ex eo, quòd non procedit, vt iudex;
ſed vt pars, ſpirituali monitione iura ſua defen-
dens, ſequitur quòd non incidit in pœnā; quia
etiam ſine cauſæ cognitione, & monitione pro-
cedit excommunicatio.ſ. de offi. ordi.c.ſi ſacer-
dos. & in .c. romana.§.caueant eo. tit. lib. 6.q.
.1.c.quinam. Subdit tamen Ioan. Andr. in .c.
venerabilis, quòd monitio ſemper videtur ne-
ceſſaria per tex. noſtrum; ſed dicit Hoſti. quòd
cauſa iuſta ſubeſt, ſi Epiſcopus non admittitur
ad viſitationē, quæ ſibi de iure debetur, nec eſt
neceſſaria monitio, ex quo viſitandus negat vi-
ſitationē, cum per hoc probetur eius contuma
cia manifeſta, ad quod vide, quod dixi in.c.per-
pendimus.ſ. eod. in decimo principali articulo
.q.8. in .4. & .7. fallentijs. Et ſic inferunt Hoſti.
& Ioan. Andr. quòd Epiſcopus exequens offi-
cium ſuum viſitandi nō admiſſus, ſi ſine alia mo-
nitione excōmunicat excuſatur. Et adde, quæ
latius dicuntur in .d.c. venerabilis. Et vide etiā
ad prædicta, quod dixi ſupra in .3.q. principali
huius articuli de Abbate, vel prælato religioſo
excommunicante. Sexto excuſatur, ſi excom-
municat per viam ſtatuti, non per viam ſenten-
tiæ iudicialis; qnia tunc non incidit in pœnam
non ſeruando formas prædictas. Ad quod vi-
de, quòd dixi ſupra in prima quæſt. huius arti-
culi, in quinta cauſa principali, ver. primo dubi
367 tatur. Septimo excuſatur, † ſi non præmonuit
excōmunicandum, in omnibus caſibus, in qui-
bus nō requiritur trina monitio, vel etiam ſi nō
præmonuit ſemel in his caſibus, in quibus etiā
non requiritur vnica monitio, de quibus omni-
bus dixi in .c. perpendimus .ſ. eod. in decimo
principali articulo.q.8. in .9. falleutijs ibi poſi-
368 ſitis, † ſed tamen ex eo ſolo, quòd ſententia
fuerit iuſta non excuſatur, ſi non præmonuit,
vt hic in prin. dixi ſupra in prima quæſt. princi-
pali huius articuli, ver. ſecunda cauſa. Octauo
369 excuſatnr ſecundum aliquos, ſi † excommuni-
catio per eū lata eſt nulla. Sed tu dic vt dixi ſu-
pra in prima.q.principali huius articuli, ver. 9.
dubitatur. Et vide quod etiam dixi in .3. q.
principali quaſi in fin. Nono excuſatur à pœ-
na.c. 1.eod. tit. lib. 6. in quantum ibi mandatur
excommunicatori, quòd ſub pœna ibi ſtatuta
teneatur dare exemplum excommunicato, nam
cum tex. ibi imponat prædictam pœnam ſi mo
do requiſitus infra mēſem illud non tradiderit,
370 dico, quòd † à dicta pœna excuſatur, ſi nō fuit
requiſitus, vt traderet; & ita tenet ibi glo. ſuper
verbo requiſitus; facit in ſimili .c. vt ſuper. &
.c. ab eo. de appel. lib. 6. & debet fieri requiſiti.
congruo loco, & debito tempore, & infra men-
ſem. Si enim poſt menſem requiratur, non ha
bet locum pœna illius, quātum ad id, quod di-
citur de traditione exempli; & ibi tradit glo. &
ſequuntur Doct. & bene. Et vide quæ dixi ſu-
pra in prima.q.prin. huius arti. ver. quinta cau.
ſa ibi ſexto dubitatur, & latius in .c. perpendi-
mus. in decimo principali articulo.q.17. Deci-
mo principali articulo.q.17. Decimo excuſa-
tur à pœna prædicta.c. 1. ſecundum aliquos, ſi
371 † excōmunicatio fuit lata in perſonam incertā:
quod qualiter intelligatur dic, vt dixi in prima
.q.principali, huius articuli ver. quinta cauſa, ibi
quarto dubitatur. Vndecimo excuſatur, à pœ-
372 na .d.c. 1. inquantū ille tex. ſtatuit, quòd † ex-
commnnicator in ſcriptis proferat ſententiam
excommunicationis, alias incidit in pœnam de
qua ibi, vt dixi ſupra in prima.q. ver. quinta cau
ſa, iuncto ver. ſecondo dubitatur, & ver. tertio
dubitatur; nam excuſatur, ſi nō profert in ſcri-
ptis, ex eo, quòd ibi non erant neceſſaria ad ſcri
bendum, & periculum ibi erat in mora, vt not.
glo. in ver. temerarius, in .d.c. 1. arg. c. indemni-
tatibus. in fin. de electe. lib. 6. & mihi placet.
Duodecimo excuſatur, ſecūdum aliquos à pœ-
373 na .d.c. 1. eod. tit. lib. 6. † Prælatus religioſus,
ſi non ſeruauit illam formā. Sed tu dic de hoc,
vt latius dixi ſupra in tertia quæſt.q. principalis
huius articuli. Et ex his Deo duce habes ſin-
gulariter expeditum hunc decimum principa-
lem articulum. Nūc in decimoquinto princi-
pali articulo, qui iuxta præmiſſum ordinē .ſ. in
Rubrica, venit hic excommunicandus, tractan-
dum eſt, † quæ ſit pena iniuſtè quærelantis cō-
tra iuſtam excommunicationem. Sol. tex. hic,
in ver. verum, dicit quòd ſi contra excommuni
cationis ſententiam nil rationabile fuerit à
conquerente probatum, excommunicatus ſa-
tisfacere compellitur per pœnam ad intereſſe,
vel aliàs ſecundum ſuperioris arbitrium; niſi
forſan, & ipſum probabilis error excuſet, inſu-
per etiam præſtita cautione compellitur ſatisfa-
cere ſuper eo, pro quo fuit iuſta excommunica
tione ligatus, aliàs autem vſq; ad ſatisfactionem
cōdignam in primam reducitur ſententiam in-
inuiolabiliter obſeruandam, vt hic dicit tex.
Sed circa prædicta poteſt de pluribus dubitari.
375 Primo vtrum, † pœna prædicta habeat locum
qualitercunq; excommunicatus agerit contra
excommunicatorem, ſiue egerit vigore ſenten-
tiæ iniuſtæ, ſiue nullę. Sol. ego arbitror, quòd
ſic, & hoc innuit tex. noſter; dum dicit, idem,
376 & ſuper iniuſta excommunicationis moleſtia,
nam † copulatiua &, quæ ponitur hic poſt ver-
bum

bum idem ; & ante verbum ſuper videtur po-
ni, pro quo etiam ſic implicat. Facit .c. 1.ſ.
de emp. & ven. & videtur implicare quòd idem
ſit, ſi ſuper nullitate infertur moleſtia. Et pro
hoc facit, quia eadē eſt ratio in vtroq; caſu. Itē,
ad hoc facit, quod not. in .c. cum contingat.ſ.
377 de offi. deleg. Secundo dubitatur, † quid im-
portet hæc pœna intereſſe. Sol arbitror, quòd
importet omnia damna, quæ ſubſtinuit excom
municator propter iniuſtam vocationem factā
de eo corā ſuperiore ad petitionem ipſius ex-
communicati. Facit quod dixi ſupra in prçced.
decimoquarto principali articulo. Tertio du-
378 bitatur, † quid importet illud dum dicitur, vel
alias ſecundum ſuperioris arbitrium. Sol. etiā
Doc. hoc non tāgunt. Ego arbitro, cum pœna
ſit poſita in arbrio iudicis, extraordinaria pœna
ipſius iudicis arbitrio ſit imponenda, ſecūdum
ea, quæ not. glo. in ver. arbitrium in .c. ſuper
his.ſ. de accuſa. & ibi dixi, & in glo. in .c. po-
ſtulaſti ; & in glo. fin. in.c. 3. ſ. de exceſ. præ-
la. & quod ibi dixi, poterit ergo, punire pœ-
na pecuniaria, vel ſimile, vt dixi ſupra in præce-
dēti decimoquarto principali articulo. q. 2. ver.
quarto dubitatur. Quarto dubitatur in eo qđ
ſupra dixi, quod probabilis error poteſt excu-
ſare excommunicatum iniuſte quærelantem,
379 quis ſit iſte probabilis error. Sol. glo. hic in
verbo probabilis exemplificat, puta ſi fortè cre
diderit nōn ſufficienter probatum id pro quo
excommunicabatur, & tamen erat ſufficienter
probatum, dubitatio ſua tamē erat ꝓbabilis.
Et idem dicendum de qualibet alia dubitatio-
ne, & errore probabili ; Facit quod dixi ſupra
in proximo præced. decimoquarto articulo in
.8. q. principali ver. primo dubitatur. Et vide
quod dixi in .c. calumniam.ſ. de pœnis. in quin
to principali articulo, in ſecundo membro prin
380 cipali. Quinto dubitatur, pone † excommuni
catus impetrat reſcriptū ad iudices delegatos ſu
per nullitate excōicationis, & deficit in proba-
tione nullitatis, conſtat tamen quòd iniuſte
ligatus eſt ; vtrum excuſetur. Sol. Ioan. And.
poſt Hoſti. in .d.c. cū contingat.ſ. de offi. dele.
381 dicit, quòd † Eṗs abſoluet hoc caſu, propter
defectū probationis ab inſtantia iudicij, & ex-
communicatus condemnabitur ei in expenſis
argu.c. ex literis .ſ. de proba. & ſupra de pœ-
nis.c. calumniam. & .C. de iudi. in.l. properan-
382 dum.§. & ſi quidem pars actoris. Quid † au-
tem ſi poſtea petat abſolui tanquam ab iniuſta
excommunicatione. dicam in .c. venerabili .ĩ.
eod. in vigeſimoquinto principali articulo.
Poſtremo ad id, quod tex. noſter dicit, & ſu-
383 pra dixi, quòd † excommunicatus inſuper com
pelletur ſatisfacere præſtita cautione ſuper eo,
ſuper quo fuit iuſtè excommunicatus, aliàs re-
ducatur in primam ſententiam, vſq; ad ſatisfa-
ctionem cōdignam inuiolabiliter obſeruandā.
vtrum ſit neceſſaria ſententia, per quam reduca-
tur in primam excommunicationem, an vero
reducatur ipſo iure propter non factam ſatisfa-
ctionem. Sol. dicerem, quod eſt neceſſaria
384 ſententia, quia tex. loquitur per † verbum fu-
turi temporis reducatur, & ſic per ſententiam,
non ipſo iure, iuxta ea, quæ notantur in .c. ſi di-
ligenti.ſ. de fo. compe. & in .l. in criminali. C.
de iuriſd. om. iudi. de quo latius dixi, in .c. iudæi
.2.ſ. de iudæ. Et adde quòd latius dicā de hac
.q. in.c. venerabili. ĩ. eo. in vigeſimoſexto prin-
cipali articulo. Et ex his Deo duce eſt expedi-
tus iſte decimusquintus articulus principalis,
& etiam decre. noſtra ſacro, quæ cum ſacra do-
te iuit ad nuptias.

## Cap. XXX. Quod In Dubijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Iuramentum excommunicati, de parēdo manda-*
*tis eccleſiæ, non habet vim abſolutionis.*
2 *Abſolutionis effectus quis ſit remiſſiuè.*
3 *Abſolutio excōmunicationis poteſt impartiri ex-*
*communicato etiam poſt fatalia.*
4 *Sententia excōicationis non tranſit in rem iudica-*
*tam remiſſiuè, & nu. 13. latiſſimè diſtinguit.*
*Quid in qualibet ſententia cenſurę, vt ſuſpenſio-*
*nis, vel interdicti. num. 16.*
5 *Fine adepto, omnia ceſſant, quæ tendunt ad finē.*
6 *Excommunicato non poßunt aliqui communica-*
*re, niſi ſint perſonæ priuilegiatæ.*
7 *Dictio niſi poſita poſt orationem negatiuam, inclu-*
*dit affirmationem.*
8 *Participans ſcienter excommunicato incurrit mi-*
*norem excommunicationē, quod fallit in ex-*
*communicato vna cum participibus ſuis.*
9 *Dictio præter ſtat exceptiuè.*
10 *Excommunicationis appellatione in dubio de ma-*
*iori intelligitur.*
11 *Excommunicatus poteſt iurare, quò ad ſuum in-*
*commodum.*
12 *Excommunicatio lata in participantes non pręmiſ*
*ſa canonica monitione an teneat.*
14 *Lex gñaliter loquens, generaliter eſt intelligēda.*
15 *Sententia in matrimonio an quandoq; tranſeat in*
*rem iudicatam.*
17 *Excommunicatus, ſi ex diuturnitate temporis ef-*
*ficiatur deterior, an poſſit iudex ex officio ſen-*
*tentiam excommunicationis relaxare, abſq;*
*eo quòd pars petat.*
18 *Nullus inuitus pōt perpetuo ſeparari à gratia Dei.*
19 *Deus nunquam claudit gremium redeunti.*
20 *Peccator eo ipſo, quòd pœnitet, recōciliatur Deo.*
21 *Eccleſia nunquam debet claudere gremium re-*
*deunti*
22 *Excommunicatus ſuper expenſis propter contu-*
*maciam, ſi non appellat infra decem dies ſen-*
*tentia tranſit in rem iudicatam.*
23 *Ius ſpirituale in vno caſu, arguit ius commune in*
*contrarium in cæteris.*

1 QVOD IN DVBIIS. † Per ſolam
iuramenti præſtationem de paren
do mandatis eccleſiæ, non dicitur
quis abſolui ab excōmunicatio-
ne. Et nullus debet excommunicato commu-
nicare



nicare, niſi ſit in hoc priuilegiatus, aliàs incur-
rit minorem, & propter hanc præſumptionem
excommunicandus maiori. Sed maiorem in-
currit, ſi talis ſit excommunicatus cum partici-
pibus ſuis, & pars iſtius habetur.ſ. de renun.c.
quod in dubijs ; & alia habetur ſupra de con-
ſec. eccle. vel alta. & alia. ſupra de pœn. Et
tres ſunt partes, ſicut tria continet dicta ſecun-
da, ibi nullus. Tertia, ibi, illi autem. Nota pri-
mo, primā partē ſummarij, quod per ſolā iura-
menti præſtationem &c. de quo dic, vt latius
dicam in.c. venerabili .ĩ. eo. in vigeſimoquin-
to articulo. Secundo not. vnum effectum ex-
communicationis, quia excommunicator ex-
communicari non debet, de quo latius dicetur
in.c. ſacris. in vigeſimo principali articulo. Ter-
2 tio not. vnum effectum † abſolutionis, quia re-
ſtituitur ſibi cōmunicatio. de quo in.c. venera-
bili. ĩ. eod. in vigeſimoſexto articulo. Quarto
3 not, quòd † abſolutio poteſt impartiri excōmu
nicato, abſq; abſolutione, & etiam poſtquam
tranſiuerunt fatalia conceſſa ad appellandum.
Nam hic, nulla fit mentio de tempore ; ſed in-
diſtinctè ſentit tex. quòd quocunq; modo po-
teſt fieri abſolutio, & ſic ſequitur, quòd talis
4 ſententia † non tranſit in rem iudicatā, de quo
dicam .ĩ. poſt glo. in decimoſexto artic. prin
5 cipali. Quinto not. ibi alioquin, quòd † omnia,
quæ ſunt ad finem, ceſſant adepto fine, facit ēt
.c. euidentia.ſ. de accuſ. Sexto not. quòd quæ-
6 dam ſunt † perſonæ priuilegiatæ, quibus licet
communicare cum excommunicato. de quibus
dicam in .d.c. ſacris. in vigeſimo principali arti-
7 culo. Septimo not. quòd † dictio niſi, poſita
poſt orationē negatiuam, includit affirmatio-
8 nem. Octauo not. quòd ex ſola † participa-
tione ſcienter facta cum excommunicato, in-
currit quis ſolum minorem. Fallit tamen hoc,
vt hic dicitur, niſi quis eſſet excommunicatus
vna cum participibus ſuis, de quo dicam, in .d.
.c. ſacris. in vigeſimo articulo, vbi dicam, quali-
ter poſſit fieri dictā excōmunicatio, & ſub qua
9 forma. Nono not. quòd † dictio præter ſtat ex-
ceptiuę &c. Vltimo not. ibi, excommunica-
10 tionis vinculo, quòd † appellatione excōicatio-
nis in dubio intelligimus de maiori, de quo la-
tius dixi in rubri. in tertio principali articulo.
Glo. 1. in principio allegat concordantia, dein-
de format quæſt. & ſoluit ; & in fin. opponit,
& non ſoluit. in ea glo. ibi, nec etiā per prælatū,
dic de hoc, vt dicam in .c. ſacris. ĩ. eod. in vige-
11 ſimo principali articulo. In fi. glo. dic, † quòd
excommunicatus ideò ſubijt hoc iuramentum,
quia cedit ad incommodum ſuum. Glo. & Io.
And. in c. cū inter.ſ. de excep. de quo dicā in-
fra in vigeſimoquinto articulo, in .c. venerabi-
li. Et aliquid fortè tangam in .c. ſacris. in de-
cimonono principali articulo. Glo. tertia po-
teſt recitari per contrarium de .c. præced. po-
teſt etiam recitari per quæſt. In fin. glo. dic de
hac materia, vt dicam in.c. ſacris. in vigeſimo ar
ticulo. Glo. ſuper ver. commoniti poteſt re-
12 citari per quæſt. † an teneat excommunicatio
lata, in participātes non pręmiſſa canonica mo-
nitione, & ſoluit. In fin. glo. dic de hoc, vt dixi
in.c. perpendimus.ſ. eod. in decimo principali
articulo. q. 8. in fin. & q. 28. Glo. ſuper ver.
innodandi eſt literalis ; In fin. dic, vt dicam in
in.d.c. ſacris. ĩ. eod. in vigeſimo articulo. Glo.
fin. poteſt recitari per duas .qq. & de ipſius ma
teria dic, vt latius dicam in .d. c. ſacris in vigeſi-
mo principali articulo. Poſtremo iuxta præmiſ
ſum ordinem in rubri. examinandus eſt hic de-
cimus ſextus principalis articulus, videlicet, an
13 ſententia † excommunicationis tranſeat in rem
iudicatam, qui tamen articulus melius conue-
niſſet .c. ſacro, ſed quia illud. c. fuit nimis one-
ratum, idcirco ſtatui dictum articulum hic exa-
minandum ; In quo articulo glo. in.d.c. ſacro.
in ver. ſatisfacere in fin. Primo arguit, quod
tranſeat in rem iudicatam, per tex. c. quod ad
conſultationem.ſ. de re iudi. deinde glo. præ-
dicta concludit, quòd non tranſit in rem iudi-
catam etiam per lapſum decem dierum. Nam
etiam poſt decē dies poteſt peti abſolutio, nec
eſt neceſſaria appellatio, ad hoc vt ſententia nō
tranſeat in rem iudicatam, & pro hac parte facit
tex. in.d.c. ſacro, vbi ſimpliciter concedit tem-
pus querelandi, & petēdi abſolutionem aduer-
ſus iniuſtam ſententiam ; ad idem tex. in .c. ab
excommunicato.ſ. de reſcrip. Nam & ibi in-
diſtinctè mandatur fieri abſolutio, non habita
aliqua conſideratione an lapſa ſint tempora ad
appellandum, vel non, vel an ſit appellatum, vel
14 non. Sed generaliter loquitur, & ſic videtur
generaliter intelligendus. Facit etiam .c. cum
contingat.ſ. de offi. deleg. vbi quādocunq; po-
teſt quis dicere ſentētiam excommunicationis
iniuſtam, & hanc opi. ſentit glo. ſuper ver. non
ſuſpendatur, in .c. ad reprimendam. ſupra de
offi. ordi. licet in fine videatur aliud ſentire, vt
ſtatim dicam. In contrarium tamen facit tex.
in .c. quòd ad conſultationem.ſ. de re iudi. vbi
tex. generaliter loquitur de omni ſentētia, quæ
tranſit in rem iudicatam. Præterea nullibi ex-
preſſe reperitur cautum, quod ſententia ex-
communicationis non trāſit in rem iudicatam,
immo glo. in .d.c. ad reprimendam. in fin. vide-
15 tur velle, quod tranſeat, quia † etiam in matri-
monio ſententia quandoq; tranſit in rem iudi-
catam, vt in.c. fraternitatis.ſ. de frigidi. Et idē
in beneficiali, in.c. cum dilecti .ſ. de elec. & in
.c. cum ſecundum. ſupra de præben. & in .c. 1.
de conceſ. præben. lib. 6. Ego in hoc articulo
ita diſtinguendum arbitror, quòd aut quæritur
vtrum ſententia excōmunicationis tranſeat in
rem iudicatam, quò ad effectum, vt poſt de-
cem dies non poſſit appellari, & dicendum eſt
quòd ſic, de quo tamen dic, vt latius dixi in.c.
ſacro. in decimotertio principali articulo, in ſe-
cundo membro principali, & poſt finita qua-
tuor membra, in tertia quæſt. principali. Aut
quærimus, vtrum tranſeat in rem iudicatam,
quò ad effectū, vt amplius per viam querelæ nō
poſſit iniuſtitiā ſentētiæ deducere ad ſuperio-
rem. Et hoc caſu ſubdiſtingue, quòd aut quæ-
rimus,

ſimus, vtrum poſſit deducere ad ſuperiorem,
qui nõ põt adiri niſi per viam appellationis, pu-
ta de Epiſcopo ad metropolitanum, & directè
non poteſt perduci, quia poſt tranſitum decen-
dij ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ita vt
directè ad ipſius cognitionem non poſſit de-
duci; vt in.c.venerabilibus. eod.tit.lib.6. Sed
per viam indirectam petendo ſe abſolui ab ex-
communicatore à ſententia excommunicatio-
nis tanquam iniuſta, & ex eo, quòd ille de-
negat abſolutionem appellando de nouo infra
decem dies ab iſto nouo grauamine, poteſt cau
ſa iniuſtitiæ ad talem ſuperiorem deduci; vt la-
tius dixi in dicto ſecundo membro principali,
in dicta ſecunda quæſt. principali. Aut quæri-
mus, vtrum poſſit deducere iniuſtitiam per viã
querelæ ad ſuperiorem, qui poteſt adiri citra
medium appellationis. Et quò ad hunc effe-
ctum ſubdiſtingue, quòd aut iſte deducit ſolum
quò ad effectum præiudicatiuum animæ ſuæ,
pro remedio, & medicina animæ ſuæ, & pro
publica vtilitate, vt quia petit abſolui à ſen-
tentia excommunicationis iniuſta. Et quò
ad hunc effectum, ſententia excommunicatio-
nis nunquam tranſit in rem iudicatam quantũ-
cunq; longiſſimum tempus fluxerit. Et idem
16 eſt in qualibet ſententia cenſuræ, vt ſuſpenſio-
nis, & interdicti; vt in .c. fin. ſupra de pœn. vi-
de quod dixi in.c.fin.ſupra de purg. can. in de-
17 cimo ſexto principali articulo. Quinimo † ſi
ex diuturno tempore excommunicatus effi-
ceretur deterior, iudex ex officio poſſet illam
ſentẽtiam excommunicationis relaxare, abſq;
eo quod pars peteret; vt not. Ioan. And. poſt
beatum Tho. in .c.1. eod.tit. lib. 6. de quo di-
cam in .c. venerabili.ÿ.eod.in vigeſimo quinto
articulo principali. Vnde hoc reſpectu ſenten-
tia non tranſit in rem iudicatam. Et ratio eſt,
quia talis principaliter dirigitur in animam
propter peccatum, & ſeparationem à gratia
18 Dei. Sed non † põt quis inuitus perpetuò ſe-
19 parari à gratia Dei, quia † Deus nunquam clau
dit gremium redeunti, quia in quacunq; hora
ingemuerit peccator &c. vt habetur.l.diſtin.c.
20 ponderet. Ideò eo ipſo, quod † peccator du-
citur pœnitentia, reconciliatur Deo; de pœni.
diſt. 1. in .c.dixi; & per conſequẽs debet recon
21 ciliari per eccleſiam, quia etiam † eccleſia nun-
quam debet claudere gremium redeunti, vt in
.c. ſuper eo. de hære. lib.6. & in epiſtola inter
claras.C.de ſum. trini. Aut quis vult deduce-
re quærelam iniuſtæ excommunicationis ad ſu
periorem, quò ad effectum præiudicatiuum al-
teri, reſpectu priuatæ alterius vtilitatis, ſeu præ-
iudicij; & non põt; quia hoc reſpectu ſenten-
tia tranſit in rem iudicatã, adeò quòd poſt de-
cem dies nõ poterit opponi de iniquitate, licet
poſſet, vt arbitror procedi per viam nullitatis.
22 Exemplum quando aliquis fuit † excommuni-
catus ſuper expenſis, quæ debẽtur propter cõ-
tumaciam. Nam tunc nõ appellando infra de-
cem dies videtur acquieuiſſe ſẽtẽtiæ, & ſenten
tia tranſit in rem iudicatam, quia hoc cõcernit
fauorem priuatum. Et hoc fuit ſingulare dictũ
Hoſti, in.c.conſanguiuei. de re. iudi. & Io. An.
poſt Archid. in.c.venerabilibus.in prin.eo.tit.
lib..6. in nouella in ver. q̃rimonia, & ſequit̃ ibi
.D.Domi. Et ideò ſuper cõtumacia.& expen-
ſis vlterius non audietur ſi tranſierunt fatalia, nã
32 ſi ſpeciale eſt, quòd in fauorem animæ, quò ad
ad abſolutionem non tranſeat in rem iudicatã,
ergo quò ad alios effectus, in quibus ceſſat ra-
tio prędicta talis ſentẽtia ſortitur naturam alia-
rum, argu.l. præcipimus. in fi.C.de appel. Fa-
cit.l.1.in fin.ff.de mu. Et hanc etiam opi. te-
net .D.m. in repeti.c.ab excommunicato. ſup̃
de reſcrip. & in .c. ad reprimendam. ſupra de
offi.ordi. & ſentit in.c. ſacro.ÿ. eod. Et ex his
Deo duce habes expeditum decimumſeptimũ
principalem articulum. Sequeretur nunc.c.in-
ter alias; ſed quia prædicto.c. multum conue-
nit materia vigeſimi principalis articuli, idcir-
cò legam ipſum.c.poſt .c. ſacris.ÿ.eod. & in eo
tractabo materiam ipſius vigeſimi principalis
articuli. Marianus de Senis.

## Cap. XXXI. Cum Illorum.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus propter violentã manuum in-
iectionem in clericum ſcienter recipiens ordi-
nes, ſi eſt clericus ſecularis deponendus eſt, ſi
regularis ab executione ordinum eſt ſuſpen-
ſus. Et quid in ignorante, ibidem.*
*Et talis non poteſt abſolui, niſi per ſedem apoſto-
licam, fallit tamen in certis caſibus. remiſſiuè.
num. 2.*
3 *Excommunicato, qui per negligentiam actum ſi-
bi prohibitum attentat, facilius parcitur, quã
excommunicato, qui contemnit. remiſſiuè.*
4 *Dubiorum conſiſtentium in iure pro declaratione,
recurrendum eſt ad ſedem apoſtolicam. remiſ.*
5 *Pœna tàm ſecularis, quàm regularis facientis ſe
promoueri ad ordines, quæ ſit. remiſſiuè.*
6 *Poteſtas diſpenſandi in excõmunicato dicitur ma-
ior quam poteſtas abſoluendi. remiſſiuè.*
7 *Ignorantia iuris, & facti quandoq; æquiparantur
in ordinandis.*
8 *Ignorantia in facto proprio, non eſt probabilis; et
Epiſcopus cum tali non diſpenſat. nu.9.*
*Quid in ignorante factum alterius. ibidem.*
10 *Cui probibitum eſt quod eſt minus, intelligitur
& probibitum quod eſt maius.*
11 *Excommunicatus recipit ordines, & eos confert.*
12 *Rigor, & æquitas quid inter ſe differãt. remiſſiuè.*
13 *Monachorum appellatione an comprebendantur
canonici regulares. Et an æquiparẽtur. remiſ.*
14 *Epiſcopus ſuplet indiſcretionem, impotentiam, &
inbabilitatem Abbatis circa monachorum
correctionem; Quid in Abbate negligente,
qui tamen eſt exemptus. ibidem.*
15 *Excommunicatio non impedit religionis ingreſ-
ſum, aut profeſſionem.*
16 *Prælatus babens poteſtatem diſpẽſandi ſubditum
delinquentem, non diſpenſat cũ illo, qui deli-
quit*



*quit antequam eſſet ſubditus, niſi boc ſpecificè
ſibi concedatur.*
17 *Exceſſus enormis, ſeu enormis verberatio, quæ
dicatur. remiſſiuè.*
18 *Ingreſſus religionis non tollit irregularitatẽ ex de-
licto ſurgentem. remiſſiuè.*
19 *Abbas quandoq; poteſt diſpenſare cum irregula-
ri, & qui poſſint generaliter cum irregula-
ribus diſpenſare. remiſſiuè.*
20 *Clericus regularis, & ſecularis, delinquẽtes ex iu-
ris ignorantia in quò differant.*
21 *Ignorantia quandoq; etiam præſumitur in facto
proprio. Quod tamẽ intellige, vt ibidem latè.*
22 *Ignorantia non præſumitur in pupillo, in facto ar-
duo, & notabili. Quod intellige. vt nu. 24.*
*Quid in facto ſcandaloſo. nu. 23.*
25 *Obliuio in facto proprio nõ inducitur propter an-
tiquitatem, quando factum fuit ab adulto, &
diſcreto.*
** Contrarium tenent communiter omnes, ibidem.*
26 *Obliuio cauſatur etiam in facto proprio per lap-
ſum decennij.*
27 *Nemo præſumitur immemor ſuæ ſalutis.*
28 *Priuilegium meretur ammittere, qui permiſſa
abutitur poteſtate.*
29 *Epiſcopus regulariter poteſt diſpenſare, niſi ſit ſpe
cialiter probibitus.*
30 *Satiſfactio, & pænitentia non eſt iniungenda illi,
cuius totum vitæ tempus in regulari obſer-
uantia fuit conſumptum.*
31 *Abſolutio non poteſt fieri, niſi per babentem po-
teſtatem.*
32 *Abbas an poſſit abſoluere monachum lædentem
vel mutilantem vnguem alicui. Et an talis
exceſſus dicatur enormis.*
33 *Vnguis an veniat mẽbri appellatione, quid in di-
gito, dente, labro, vel alio ſimili.*
34 *Iniuria, & exceſſus notorius dicitur enormis ra-
tione notorietatis.*
35 *Iniuria, & exceſſus notorius dicitur enormis ra-
tione notorietatis.*
36 *Percuſſus in platea, theatro, eccleſia, vel alio ſi-
mili loco, dicitur enormiter lædi, ſeu atrociter
iniuriari, ratione loci.*
36 *Effuſio de ſui natura denotat abundantiam*
37 *Statutum puniens effuſionem ſanguinis, an babeat
locum ſi parum ſanguinis, effundatur. remiſ-
ſiuè.*
38 *Statutum diſponens, quod qui extraxerit alicui
ſanguinem in palatio puniatur pœna manus
quomodo intelligi debeat.*
39 *Statuta pœnalia ſunt ciuiliter intelligenda.*
40 *Statutũ dictans, quod enormiter verberans cum
ſanguinis effuſione puniatur, non trabitur ad
eum, qui leuiter percuſſit in naſo, licet multũ
ſanguinis effluxerit.*
*Quid de percutiente leuiſſima punctura, in ve-
na. Et de remouente aliquid ſcabiei, ſcabioſo
multum ſanguineo ibidem.*
41 *Monachi bodie communiter ſunt clerici.*
42 *Abbas an poſſit diſpenſare cum monacbo irregu-
lari poſt ingreſſum.*
43 *Diſpenſare in quibus caſibus poſſit Abbas.*

1 CVm illorvm. † Excommuni-
catus propter manuum iniectio-
nem, ſcienter recipiens ordines; ſi
eſt clericus ſecularis, deponen-
dus eſt, ſi eſt regularis, ab executione ordinum
eſt ſuſpenſus; Si verò excommunicatus igno-
rans ius, vel factum recipit ordines, ſi eſt cle-
ricus ſecularis, ſolus Papa cum eo diſpenſat; Si
regularis, poteſt Abbas cum eo diſpenſare; ſi
ignorantia eſt probabilis, & factum non eſt gra
ue .h. d. Diuiditur, in prima parte ponitur
quæſtio. In ſecunda diſtinguens reſpõſio, ibi,
circa quos. Secunda principalis ſubdiuiditur,
quia primo diſtinguit inter ſcientem, & igno-
rantem. Secundo, vtrumq; membrum proſe-
quitur reſpectu clerici ſecularis. ibi, primos.
Tertio proſequitur vnum membrum reſpectu
regularium; ibi, quod ſi clauſtrales. Quarto,
inſtruit Abbates, ibi, præcipimus. Tertia etiã
ſubdiuiditur, quia primo præmittit ad quem
pertineat abſolutio monachorum, qui incide-
rant in canonem propter violentam iniectio-
nem manuum in clericum. Secundo reuerti-
tur ad propoſitam quæſtionem, de regularibus
excommunicatis, qui promouẽtur ad ordines,
2 ibi, ſi autẽ hos. Nota primo, quòd † excom-
municatus proter violentam manum in cleri-
cum, regulariter non poteſt abſolui, niſi per ſe-
dem Apoſtolicam. Fallit tamen regula in cer-
tis caſibus, de quibus hic per Doct. Ego verò
dicam in .c. officij.infra eod. in vigeſimotertio
principali articulo &c. Secundo not. ibi, negli
gentes, iunctis his, quæ dicũt hic Doct. Quòd
3 facilius agitur cum excommunicato, qui per
negligentiam attentat actum ſibi prohibitum,
quam cum excommunicato contemnente, de
quo dicam infra in c. ſacris.in decimonono arti
culo. & in .c. per tuas. infra eod. in vigeſimo
primo articulo. Tertio not. ibi, ad Apoſtoli-
4 cum, ꝙ † pro declaratione dubiorũ conſiſten-
tiũ in iure recurrendũ eſt ad ſedem Apoſtolicã,
de quo vide, ꝙ latius dixi in.c.cũ veniſſent.ſ̃.de
5 iudi. Quarto not. ex ſecunda parte, de † pœna
tàm ſecularis, quàm regularis facientis ſe ꝓmo
ueri ad ordines, de qua pœna latius dicã in.d.c.
ſacris in .19. artic. & in .d. c. per tuas. in .21.
arti. in quibus examinabo, quæ hic dicuntur
per Doc. quantũ ad hoc. Et circa poteſtatẽ ab-
ſoluendi, vel diſpenſandi dicam latè in.c.officij.
6 in .23. arti. Quinto not. ꝙ † poteſtas diſpẽſandi
in excõicato dicitur maior, quã poteſtas abſol-
7 uendi, dicã in .d.23.artic. Sexto not. ꝙ † igno
rantia iuris, & facti quandoq; æquiparantur in
8 ordinãdis; † in facto tñ proprio, ignorantia nõ
eſt probabilis, & ideò non excuſat, vt in .c. ab
excõicato.ſ̃.de reſcrip. & hic, quaſi in fi.tex.&
9 ibi dicam in alio notabili. Et † ideò cum tali nõ
diſpenſat Eṗs; ſed ſi ignoraret factum alterius;
puta ſniam excõicationis in ſe latam, tunc excu
ſaretur recipiendo ordines, nec efficeretur irre-
gularis, vt in .c.apoſtolicę.ſ̃.de cle. excõ. mini.
10 Septimo not. ꝙ † valet arg. à maiori, vt cui ꝓhi
bitum eſt ꝙ eſt minus intelligatur prohibitũ ꝙ

eſt maius; de quo hic in glo. in ver. minora.
11 Octauo not. quòd † excommunicatus promo
tus ad ordines, eos recipit; & ꝙ excõmunica-
tus confert ordines. de quo in glo. hic in ver.
ordinib9. Nono not. ibi, rigorẽ, vel æquitatẽ;
12 quòd † aliud eſt æquitas, aliud eſt rigor, de quo
hic in glo, in ver. vigorẽ. de qua materia dic,
vt latè, & ſingulariter dixi in.c.fin.ſ̃.de tranſac.
& in cle. 1. ſupra de iudi. Decimo not. ex ver.
13 quaſi clauſtrales, quòd † appellatione monacho
rum non cõprehenduntur canonici regulares,
licet quandoq́; æquiparentur. de quo dic, vt la-
tius dixi in rubr.ſ̃.de regula, Vndecimo not.
14 quòd † ad Epiſcopum pertinet ſupplere indiſ-
cretionẽ, impotentiam, & inhabilitatẽ Abba-
tis circa correctionem monachorum. Et an
hoc procedat quando Abbas, qui eſſet negli-
gens, eſſet exemptus, dic vt latè dixi in cle. 1. de
15 ſupl. negli. præla. Duodecimo not. quòd † ex-
cõmunicatio nõ impedit religionis ingreſſum,
aut profeſſionem. de quo dicam in .c. ſacris. j̃.
eod. in decimonono principali articulo. De-
cimotertio not. ibi, de ſeculo fugientes, iuncto
16 ver. nos tamen, quòd † habens poteſtatem
diſpenſandi cum ſubdito delinquente in certo
caſu, non intelligitur habere poteſtatem diſpen
ſandi cum eo, qui deliquit antequam eſſet ſub-
ditus; niſi ſpecificè hoc concedatur. quod eſt
ſingulare. Decimoquarto not. ibi, niſi exceſ-
17 ſus ipſorum, † quis dicatur exceſſus enormis,
ſeu enormis verberatio. Nam hic conſidera-
tur enormitas triplici reſpectu. Primo reſpectu
quantitatis facti; vt puta, propter mutilationẽ,
vel ſanguinis effuſionem. Secundo, reſpectu
qualitatis perſonæ, quia in Epiſcopum, Abbatẽ
vel ſuperiorẽ prælatum. Tertio reſpectu euen-
tus ratione ſcandali. Ad quod vide, quæ la-
tius dixi in .c.licet. ſ̃. de pœn. Decimoquinto
18 not. ex ver. ſi autem, quòd † ingreſſus religio-
nis non tollit irregularitatem ſurgẽtem ex deli-
cto. de quo dic vt latius dixi in.c. ad audientiã.
ſupra de homici. in decimo principali articulo.
in tertia quæſt. principali. Decimoſexto not.
19 quòd † Abbas quandoq́; poteſt diſpenſare
cum irregulari. Et qui generaliter poſſint cum
irregularibus diſpenſare, vide quod dixi in.d.c.
ad audientiam. in decimo principali articulo.
Decimoſeptimo not. quòd facilius diſpenſatur
20 cum † regulari delinquente ex iuris ignorantia,
quã cum clerico ſeculari; quia primo caſu quan-
doq́; diſpenſat ſolus Abbas, vt hic; in ſecundo
caſu ſolus Papa, vt dictum fuit ſupra. Decimo
21 octauo not. ꝙ † etiam in facto proprio quan-
doq́; præſumitur ignorantia; videlicet quan-
do factũ eſt antiquum. Quod eſt verum, niſi fa
ctũ ſit arduum, & notabile; Vel niſi faciens fue
rit adultus, & diſcretus, vt hic in tex. Et ſic vi-
22 detur, quòd † in facto arduo, & notabili, etiã
in pupillo, nõ præſumitur ignorantia. Et idem
23 dicit .D. m. † in facto ſcandaloſo, per not. in.c.
non eſt vobis.ſ̃.de ſpon. Quod ego arbitror li-
24 mitandum, † quando fuiſſet pupillus doli ca-
pax, aliàs ſecus. Et vide ad prædicta, quod tra-
dit Bar. in.l.non fatetur.ff.de confeſ. Et aduer-
te, quòd tex. videt̃ ſingulariter probare, quòd
25 in † facto proprio propter antiquitatem non
inducatur obliuio, quando fuit factum ab adul-
to, & diſcreto. Cuius cõtrarium videntur no-
tare * communiter omnes Doct. Glo. enim in Com. op.
26 .l. 1. C. de ſer. fug. dicit etiam, quòd † in facto
proprio per decennium cauſatur obliuio. Idem
not. glo. in .l. licet. C. de acqui. poſ. Sentit ẽt
Inno. & Doct. in .c.ſi diligenti.ſ̃. de præſcrip.
& ibi aliquid tetigi, & ſequitur .D. m. in. c. ab
excommunicato.ſ̃.de reſcrip. vt colligitur in.c.
propoſuit.ſ̃.de cle. excom. mi. Vnde tex. iſte
videtur prædictam theoricam deſtruere, dum
vult violenter prẹſumi in adulto, & diſcreto nõ
cauſari obliuionem. quod perpetuo notabis;
quia non ponderatur ad hoc iſte tex. Et iudi-
cio meo, non poteſt aliter reſponderi; niſi, ꝙ
verbũ, aut, ponatur pro, ut, vt ſit intellectus, ꝙ
in facto proprio notabili, aut graui, non cauſe-
tur obliuio ex tempore, ſi factum fuit ab adul-
to, & diſcreto. Vel dicamus, quòd tex. ꝓcedat
in excommunicato propter iniectionem violen
tam manuum. Nam ſi adultus, & diſcretus fuit,
27 non præſumitur in eo cauſari obliuio, † cum
nemo præſumatur immemor ſuæ ſalutis. Co-
gitabis, quia nunc venit in mentem. Decimo-
nono not. ꝙ obliuio, & ignorantia inter ſe dif-
ferunt, ſi ſtrictè, & propriè ſumantur; obliuio
enim refertur ad factum ſcitum nunc ignoratũ;
Ignorantia verò, refertur ad factum nunquam
ſcitum, ſecundum .D. Anto. & ſatis placet.
Sed ignorantia generaliter ſe habet ad vtrunq;,
vt patet ex toto tit. ff. & .C. de iur. & fac. igno.
Vigeſimo & vltimo not. finem tex. qui quoti-
28 die allegatur, † quòd priuilegium meretur am-
mittere &c. Glo. 1. colligit argumentum ex
tex. In fin. dic, vt latius dicam in. c. officij. j̃. in
vigeſimo articulo principali. Glo. ſuper ver.
ordinibus, quærit, & ſoluit, & infert duo. In fi.
glo. dic, vt latius dicã de hoc in.c. ſacris. j̃. eod.
in decimonono principali articulo. Glo. ſuper
ver. interdicta. quærit, & ſoluit. In ea glo. ibi,
29 ſi non eſſet eis interdicta; dic ſentit glo. † quòd
regulariter Epiſcopus poteſt diſpenſare, niſi
ſpecialiter ſit prohibitus, vt in.c. at ſi clerici. §.
de adulterijs.ſ̃.de iudi. Glo. ſuper ver. mino-
ra, quærit de intellectu literæ, & ſoluit; & in
fin. ſoluit argu. de materia dic, vt etiam tradi-
tur per legiſtas in authen. multo magis. C. de ſa
croſan. eccle. In glo. ſuper verbo rigorem, in
fin. dic, vt latè dixi in .d.c. fin. de tranſac. & in
in cle. 1. de iudi. Glo. ſuper verbo religionis fa-
uorẽ, opponit, ꝙ religioſis non ſit neceſſaria
abſolutio, indulgentia, ſeu diſpenſatio, & non
ſoluit. In fin. glo. dic, quòd imò talibus eſt ne-
ceſſaria diſpenſatio, & indulgentia, & inferior
non poſſet abſoluere, quia iſte eſt de caſibus
Papæ reſeruatis. Et quia Alexander prohibue-
rat, non ſolum loquendo de Abbatibus, ſed
etiam de Prælatis. Et ideò Abbas non poſſet
abſoluere, niſi ex ſpeciali indulgentia. Nec
obſtat argumentum glo. nam licet † ſatiſfactio,
& pœnitentia non ſit iniungenda, cum totum
vitæ tẽpus in regulari obſeruantia fuit conſum-
ptũ, vt dicit glo. tñ non ſufficit ſola pœnitentia,
niſi ꝓcedat abſolutio in forma ſolemni, vt dicã
in.c. venerabili. j̃. eod. in vigeſimoquinto princ.
31 artic. Et hæc † abſolutio non poteſt fieri, niſi
per habentem poteſtatem, vt ibi dicam. Glo.
ſuper ver. talibus, poteſt recitari per quæſt. &
per contrarium, dic vt in ea. Glo. ſuper verbo
membri, poteſt recitari per quatuor q̃ſtiones.
In eadem glo. ibi, inter membrum, & mẽbrum;
dic. glo. hic dicit, quia variæ ſunt Doct. ſenten-
tię, quid veniat appellatione mẽbri. Vnde dicit
32 hic Io. And. poſt Hoſti. quòd ſi † vnguis lædi-
tur, ſeu mutilatur, exceſſus non dicitur enor-
mis, & poterit Monachus abſolui per Abbatẽ.
33 Sed tu dic, † ꝙ venit appellatione membri. Et
vtrum veniat digitus, dens, aut labra, & certa
ſimilia membra, dic vt dixi in.c. ad audientiam.
ſupra de homi. in ſeptimo principali articulo. q.
.33. In eadem glo. ibi, exceſſus notorius eſt.
34 Nota ſingulariter hanc glo. quòd † exceſſus,
ſeu iniuria notoria, dicitur enormis ratione no-
35 torietatis. Nam † percuſſus in platea, theatro,
eccleſia, vel ſimili loco publico, dicitur enormi
ter lædi, ſeu atrociter iniuriari ratione loci. Fa-
cit quod not. inſti. de iniur. §. atrox. Ad quod
vide, quod dixi in.c. licet. ſup̃ de pœn. in ver. 4.
habenda eſt ratio loci. In fin. glo. de materia
iſtius glo. in quantum pertinet ad abſolutionẽ
excommunicationis, dic vt latius dicam in .c.
officij. j̃. eod. in vigeſimotertio principali arti-
culo. Glo. ſuper ver. ſanguinis effuſionẽ, quæ-
rit, & ſoluit. In fin. glo. dic, not. hanc glo. quæ
quotidie allegatur ad intellectum ſtatutorum
36 punientium ſanguinis effuſionem; nam † effu-
ſio de ſui natura denotat abundantiam; & ideò
37 talia † ſtatuta non vendicant ſibi locum ſi parũ
ſanguinis effuderit. Ad quod vide quod dixi in
.c. qualiter. 2. ſup̃ de accu. in vndecimo princi-
pali articulo. q. 57. Aduerte tamẽ, quia poſtea
reperi Bal. in.c. cum adeò. ſup̃. de reſcrip. vbi
38 dicit, quòd ſi † ſtatutum diſponit, quòd ſi quis
extraxerit alicui ſanguinem in palatio, puniatur
pœna manus, quod non intelligitur de illo, qui
parum ſanguinis extraxerit cum pugno. Et for
tè idem dicendum, ſi multum ſanguinis extra-
xiſſet cum leuiſſima percuſſione in naſo; quia
39 talia † ſtatuta pœnalia ſint ciuiliter intelligenda.
pro quo dicto facit hæc glo. Et hæc adde, ad
ea, quæ dixi in dicta .57. q. Et not. etiam ſin-
40 gulariter hanc glo. ſecundum .D. Anto. † pro
ſtatutis diſponentibus, quòd enormiter verbe-
rans cum ſanguinis effuſione puniatur in tan-
tum; quòd omnis verberatio cum ſanguinis
effuſione non dicitur enormis; puta, vt ſtatim
dixi, quando leuis percuſſio eſt facta in naſo,
vel leuiſſima punctura in vena, vel fortè à ſca-
bioſo multum ſanguineo aliquid ſcabiei re-
motum ſit, & inde multum ſanguinis fluxerit.
Glo. ſuper ver. in epiſcopum, colligit argu. &
adducit duo ſimilia. In fin. glo. dic, nota be-
ne hanc glo. Et ad id, quod dicit glo. de quan-
titate reſpectu delicti, vide quod dixi in.c. licet
ſupra de pœn. in prima conſideratione. Ad id
autem, quod dicit de bonitate perſonæ, quæ
conſideratur, tam ex parte inferentis, quàm re-
cipientis; vide quod dixi in .d. c. licet. ver. ſe-
cundo perſonæ principaliter habenda eſt con-
ſideratio. Glo. ſuper ver. per Abbatem, po-
teſt recitari per plures quæſtiones. In fin.
glo. dic, de his q̃ſtionibus. vt dicam in .c. offi-
cij. infra eod. in vigeſimo tertio principali ar-
ticulo. Glo. ſuper verbo paſſus, primo quæ-
rit de ratione, & ſoluit. deinde opponit, &
ſoluit. In eadem glo. ibi, ſic & ſi Abbas remit-
tit iniuriam, dic de hoc vt latè dixi in .c. olim.
ſupra de iniur. In fin. glo. dic de hoc, vt dicam
in .d.c. officij. in vigeſimo articulo. Glo. ſuper
verbo promoueri, opponit, quòd Abbas de-
beat poſſe abſoluere Monachum percutien-
tem clericum ſecularẽ, & ſoluit aſſignando tres
rationes. In fin. glo. dic, hæc ratio procedebat
olim, quando monachi non erant clerici, vt ha-
41 betur. 16. q. 1. c. generaliter. Sed † hodie com
muniter ſunt clerici. Et ideò ſeruatur quod
habetur in .c. religioſo. eod. titu. lib. 6. de quo
dicam in .d.c. officij. in dicto vigeſimotertio ar
ticulo. Glo. ſuper verbo contemptum, quæ-
rit, & ſoluit; dic, vt in ea. Glo. ſuper ver. iuris
peritiam, opponit, & ſoluit, & probat per ſi-
mile. dic, vt in ea. Glo. ſuper verbo diſpenſa-
re, quærit, & ſoluit. In fin. glo. dic, Io. Andr.
42 dicit, quòd † hoc procedit etiam in irregula-
ritate contracta poſt ingeſſum, quicquid di-
xerit Inno. in.c. 2. allegato in glo. Et idem te-
nuit Hoſti.; qui dicit, quòd iſte caſus non eſt
extendendus ad alios caſus. Quaſi velit dicere,
quòd licet Abbas diſpenſet hoc caſu cum mo-
nacho irregulari, non tamen poteſt diſpenſa-
re in alijs caſibus, niſi in quibus expreſsè à iu-
43 re conceditur. Et † qui ſint iſti caſus, vide per
Spe. in titu. de Legato. §. ſunt quoq;. ver. Ab-
bas. Glo. penul. quærit, & ſoluit. In fin. dic,
vt de hoc dixi in.c. peruenit. ſupra eod. in no-
no principali articulo. Glo. fin. ſentit contra-
rium, & nõ ſoluit. In fin. glo. dic ſecundum
Hoſti. quem ſequuntur Doct. quod contra-
rium loquitur in foro pœnitentiali. Sed tex.
noſter loquitur in foro contentioſo, vbi ſoli aſ-
ſertioni nõ creditur, ſed probanda eſt ſcientia,
vel ignorantia, ſaltem ex coniecturis; nam hic
loqutur in diſpenſatione, quæ fieri debet cau-
ſa cognita &c.

## Cap. XXXII. De Monialibus.

### *SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopus abſoluit moniales propter manuum vio lentam iniectionem excommunicatas.*
2 *Conuerſus gaudet priuilegio canonis, ſi quis ſuadente. 17. q. 4. remiſſiuè.*
3 *Excommunicatio qualiter probetur, latè.*
4 *Excommunicatus quòd quis præſumatur, ſufficit*

*probare excommunicatum.*
5 *Denuntiatio ſola excommunicationis, an probet excommunicationem.*
*An cõcludat neceßariò, vel præſumptiuè. nu. 7.*
*An transferat onus probandi in eum, qui negat excommunicationem. nu. 8.*
*In dubio autem an talis ſit vitandus nu. 9.*
6 *Ordinario denuntianti credendum eſt; niſi aliud appareat.*
10 *Excommunicatio an probetur per petitionem abſolutionis, vel exceptionem, ſeu replicationem.*
11 *Abſolutio ab excommunicatione, etiam à non excommunicato peti poteſt ad abundantem cautelam.*
*An ſit neceſſaria proteſtatio. nu. 12.*
13 *Opiniones vbi ſunt variæ, mitior prævalere debet.*
14 *Exceptionem priuationis opponens, an videatur ſupponere habitum. remiſſiuè. & poſt nu. 17.*
15 *Priuationem ponens, an videatur fateri habitum. remiſſiuè.*
16 *Excommunicatum, quis non poteſt ſua nuda voluntate, ſe facere.*
17 *Confeſſio ſola non facit quem furem, aut homicidam, licet ſibi præiudicet, vt ibi.*
18 *Bonarum mentium eſt vereri culpam, vbi etiam culpa non eſt.*
19 *Probatio debet neceßariò concludere.*
20 *In dubio an quis debeat ſe iudicare excommunicatum. Et quid in alijs, remiſſiuè.*
21 *Reorum ſemper eſt fugere.*
22 *Principali deſtructo, deſtruitur & acceſſorium.*

1 DE MONIALIBVS. † Eps abſoluit
Moniales ꝓpter iniectionem ma-
nuum excõicatas .h.d. Cõis diui
ſio. Secunda ibi, ſuper quo. Not.
2 primo, quòd † non ſolum clericus, aut mona-
chus, ſed etiam cõuerſus gaudet priuilegio ca-
nonis, ſi quis ſuadente, de quo dic, vt latius di-
xi in.c. peruenit.ſ̃, eod. in nono principali arti-
culo.q. 15. Glo. 1. in prin. ſentit contrarium,
& ſoluit. deinde poteſt recitari per quæſtiones.
In fin. glo. dic de hac materia, vt dicam in .c.
officij.ĩ.eod. in vigeſimotertio principali arti-
culo. Poſtremo, quia ſupra in rubrica dixi me
tractaturum hic decimum ſeptimum articu-
lum, ideò ad ipſius examinationem condeſcen
do. Et quanuis hic non multum conueniat,
tamen excuſationem afferat illud, quod dixi in
rubrica, maximè, quia hæc decretalis nullam
habebat dotem. Quæro igitur pro ipſius arti-
3 culi examinatione, † qualiter excommunicatio
probetur. Sol. glo. in verbo documẽtis. in.c.
pia. de excep. lib. 6. dicit, quòd poterit proba-
ri inſtrumentis, & teſtibus, argu. c. peruenit .ſ̃.
de teſti. & benè dicit. Vnde etiam per literas
authenticas probari poſſet, per .c. 1. & .2. ſ̃. de
fid. inſtru. Sed vtrum per literas exẽplatas ab
originali excõicatio poſſit probari; Hoſti. in.c.
1. eod. tit. lib. 6. tenet quòd ſic, per illum tex.
Allegat ẽt not. 11. q. 3. in.c. curæ. & .ſ̃. de treg.
& pa. c. 1. & de proba. c. poſt ceſſionem. & ſe-
quũtur ibi Doc. Quod ego arbitror verũ, dum-
modo exemplatio ſit facta in debita forma, ſe-
cundum ea, quæ latius dixi in .c. fin. ſuꝑ de fid.
inſtru. Sed circa prædicta, & hunc articulum,
4 quæro primo, vtrum † ſufficiat ad probandum
quòd quis ſit excommunicatus, probare quòd
ſemel fuerit excommunicatus. Sol. dic, quòd
ſic, ita ponit Specu. in tit. de ſenten. exco. ver.
quid ſi prior. per not. in. c. venerabilem .§. ſunt
etenim .ſ̃. de elec. & per not. in.c. cum deſide-
res.ſ̃. eod. & in.c. propoſuit.ſ̃. de cle. exco. mi.
Quod declara, & limita, vt latius dixi in .d. c.
propoſuit. Secundo q̃ro circa prædicta, vtrum
5 ex † probatione ſolius denuntiationis excom-
municationis probetur excommunicatio. Sol.
glo. in ver. nuntiari. in.c. licet. eod. titu. lib. 6. &
in.c. tua. de excep. lib. 6. ponit duas opiniones,
prima quòd non probetur; quia non ſequitur,
iſte eſt denunciatus excommunicatus, ergo eſt
excommunicatus. Secunda opi. eſt in contra-
rium; Et hanc tenuit Hoſti. in.c. prudentiam.ſ̃.
de offi. deleg. & Archid. & Ioan. And. in no-
uella in.d.c. pia. & .d.c. licet. & eam etiam ſequi
6 tur Io. de Imo. dicens, ꝙ † credendum eſt ſuo
ordinario denunciauti, niſi aliud appareat. 11.
.q. 3. c. curæ. Allegat etiã tex. in d.c. licet. Nec
obſtat quod ibi dixit glo. quòd in illo tex. nõ
ſolum conſtabat de denuntiatione, ſed etiam
de excommunicatione; Nam ſecundum Ioan.
de Imo. & .D. Domi. ibi, quanuis ibi conſta-
ret de ſententia, non tamen conſtabat omnino
quòd eſſet valida; & ſic neceſſariò non conclu-
debatur ibi, quòd ille de iure eſſet excommuni
catus, licet eſſet excõmunicatus de facto. Ego
7 dicerẽ, quòd † denunciatio non concludit ne-
8 ceſſariò, ſed præſumptiuè; & ideò † transfert
onus probandi in eum, qui negat excommuni-
9 cationem. Et † indubitanter ẽt dicerem, iſtum
in dubio vitandum, donec appareat quid certũ.
10 Facit quod dicã in ſeq. q. Tertio quæro, † vtrũ
per petitionem abſolutionis, vel exceptionem,
ſeu replicationem abſolutionis ab excommu-
icatione, pro betur excommunicatio. Sol. glo.
in .c. venerabilem. ſupra de elec. in ver. poſtu-
lauit, videtur velle quòd ſic. Et idem tenet ibi
Hoſtien. & in.c. 2. de ord. cog. Sed Innocen. &
etiam Cõpoſt. in dictis iuribus tenent contra-
11 rium. Nam ſæpe numero, † non excõicatus pe
tit abſolutionem ad abundatẽ cautelam, vt vi-
debimus, in .c. venerabili. ĩ. eo. in .25. princ.
artic. Et hoc idem tenuit Colla. in. d.c. venera-
bilem, & Archid. in. d.c. pia. de excep. lib. 6. Fa-
cit quod not. Io. An. in.c. exhibita.ſ̃. de homici.
Tenet ẽt Spe. in tit. de proba. §. videndũ. iuxta
fin. in ver. ſed nunquid. vbi ad tex. d.c. venera-
bilem. reſpondet, ꝙ ibi denotatur tẽpus, in quo
recognouit ſe excõicatum; non aũt denotatur
cauſa. quaſi dicat, ꝙ ille per nuntium recogno-
uit ſe excõicatum eo ipſo, ꝙ petijt abſolutio-
nẽ per nuntiũ. Sed Hoſti. vt dixi, tenet cõtra-
rium, dicens, ꝙ niſi exprimatur, ꝙ quis petat
abſolutionem ad cautelam, non eſt præſumen-
da



da cautela, vt .d.c. venerabilem. & .c. ſuper eo.
infra eod. Et ſic ſecundum eum, quem etiam
12 in hoc ſequitur Ioan. An. ſecurius eſt, † quòd
proteſtetur qualiter ad cautelam petit abſolu-
tionem. Alias videretur ſibi præiudicare ex ta-
cita poſitione habitus. Et idem videtur ſenti-
re .D. m. in .d.c. venerabilem. licet multũ bre-
uiter, & obſcurè loquatur. Sed idem .D. m. in
.c. 2. ſ̃. de ordi. cog. dicit, quòd ſibi plus placet
opi. Inno. vt quò ad præiudicium inferendum
ipſi excommunicato non probetur ex hoc
excommunicatio; ne, quod fortè zelo con
ſcientiæ fecit, retorqueatur in eius læſionem.
13 Et quia † data opinionum varietate, debet præ-
ualere mitior, per not. in. c. cum tu .ſ̃. de teſti. &
melius dixi in .c. noſtra. eod. titu. mouetur ẽt
per not. in. c. ad audientiam. de homici. & in.l.
ſi de interpretatione .ff. de pœn. & in reg. odia.
de reg. iur. lib. 6. Et ſubdit, quòd in forò animę
eſt ſibi credendum, per not. in.c. ſignificaſti .ſ̃.
de homici. Sed tu aduerte, quia hæc quæſtio
incidit in duas alias quæſtiones, quarũ vna eſt,
14 vtrum † per exceptionem priuationis, videatur
15 ſupponi habitus. Secunda, vtrum † per po-
ſitionem priuationis, videatur ponens fateri ha
bitum. De prima traditur in .d.c. 2, ſ̃. de ordi.
cog. & in reg. exceptionem. de regu. iur. lib. 6.
& per legiſtas in.l. quidam. C. de excep. & in .l.
non vtiq; .ff. eo. De ſecũda latè traditur per le-
giſtas in .l. decem .ff. de verb. obli. Sed omit-
tendo prædictas quæſtiones, quò ad id qđ atti-
net ad ipſarũ generalẽ materiam; & ſolum at-
tingendo quod pertinet ad propoſitũ noſtrũ,
debes ſcire, quòd Bart. in .d. l. decem. vide-
tur concludere, quòd quanuis aliquis dicat ſe
abſolutum ab excommunicatione, non tamen
16 probetur excõmunicatio; ex eo, quia † quis nõ
poteſt nuda ſua voluntate facere ſe excommu-
nicatũ. Quæ ratio non videtur bona, vt ibi di-
17 cit Ioan. de Imo. Nam † furem, aut homici-
dam non facit ſola confeſſio, & tamen ille qui fa
tetur furtum, aut homicidium, præiudicat ſibi,
dummodo ab aliquo ſit factum, ſaltem quò ad
præiudicium pecuniarium; vt in .l. inde nera-
tius. in fin. ff. ad .l. aquil. & in .l. qui ſeruum, ff.
de interro. actio. & in.l. qui ſtichũ. ff. de cõfeſ.
Ang. in .d.l. decem videtur diſtinguere, quòd
aut quis contra obiectam excommunicationẽ
opponit exceptionem, vel replicationem abſo-
lutionis, & talis nõ videt̃ fateri excõicationem,
ita quòd videatur probari intentio aduerſarij;
imò potius dicitur negare. Et ita poteſt intelligi
.l. non vtiq; ff. de confeſ. & quod not. d. reg. ex-
ceptionem obijciens. Nam talis qui excipit, &
dicit ſe abſolutum, negat in effectu intentio-
nem aduerſarij proponentis excommunicatio-
nem. Et ideò, niſi ille habitus aliter probe-
tur, nõ poterit aduerſarius obtinere. Aut quæ-
ritur, vtrum taliter excipiens de abſolutione vi-
deatur fateri excommunicationem, non ad fi-
nem fundamenti aduerſarij, ſed ad excluden-
dum eum ab alijs actibus, à quibus excluditur
excommunicatus; Et hoc caſu, quantum ad
hunc effectum videatur probata excommuni-
catio, argu. authen. ſi dicatur. C. de teſti. Et ra-
tio huius vltimi poteſt eſſe, quia poſſe talem
actum exercere, ſolum concernit habilitatem
perſonæ; ideò de ea prius quærendum eſt, argu.
.c. 1. ſ̃. de accu. & .l. ſi quæramus. ff. de teſta. Bal.
verò in .d.l. decem. videtur aliter ſentire; dicit
enim, quòd cum ille, qui ponit priuationem
videatur fateri habitum, ſine quo non poteſt eſ-
ſe priuatio, vt .d. l. decem. nam ſi fatetur ve-
ram priuationem, quam ponit, vt probatur
per .l. cum pretium .C. de lib. ca. ergo de ne-
ceſſitate videtur fateri habitum, ſine quo non
poteſt eſſe priuatio. Et ideò qui dicit ſe eſſe ab-
ſolutũ ab excommunicatione, videtur fateri ſe
excommunicatum; niſi probet contrarium.
Nam contra eum eſt præſumptio, quæ transfert
in eum onus probandi, per not. in .l. vis eius.
.C. de proba. Concludit ergo Bal. quòd po-
nens talem priuationem, ſeu abſolutionem, in-
telligitur ponere habitum, etiam quò ad omnẽ
effectum, & ad fundandum intẽtionem aduer-
ſarij; quanuis ſibi concedatur facultas proban-
di contrarium, & confeſſionem ſuam non eſſe
veram. & ita procedit ſecundum eum .l. cum de
indebito. ff. de proba. Ego arbitror poſſe diſtin
gui, quòd, aut quis petit abſolutionem ab ex-
communicatione, aut excepit de abſolutione.
Primo caſu, aut ſumus in foro pœnitentiali, &
creditur ſibi circa excommunicationem, argu.
not. in.c. ſignificaſti.ſ̃. de homic. Aut in foro cõ
tentioſo, & ſubdiſtingue, quòd aut quærimus,
vtrum de neceſſitate probet, vel præſupponat
habitum excommunicationis, & dicerẽ quòd
non, ſaltem de iure; quia poteſt eſſe, quòd talis
arbitraretur ſe excommunicatum, & non erat,
neq; vnquam fuerat excommunicatus, ſed for-
ſan mendaciter aſſerenti excommunicationẽ fi-
18 dem adhibuerat; † quia bonorum mẽtium eſt
vereri culpam, vbi etiam culpa non eſt, vt in .c.
conſilium. ſ̃. de obſer. ieiu. Vel fortè etiam po-
tuiſſet præcedere excõicatio de facto inualida,
& nulla. Nam etiam poſitio priuationis, & ab-
ſolutionis poteſt præſupponere ſolum habitũ
de facto, vt not. glo. in ver. caſſamus, in.c. vene-
rabili. ſ̃. de offi. deleg. Ad quod vide quod di-
xi in .c. penul .ſ̃. de purg. can. in .17. notabili.
Vnde concludo, quòd volens fundare intentio-
nem ſuam ſuper excommunicatione ex tali pe-
titione abſolutionis nihil ageret; quia talis pe-
titio neceſſariò non concludit habitum aliquẽ;
19 vel ſaltem habitum de iure validum. † proba-
tio autem debet neceſſariò concludere, vt in .c.
in præſentia. ſupra de proba. Sed quantum ad
præſumptionem, & opinionem aliorum, dice-
rem, quòd potius iſte eſt habendus pro ex-
communicato, & vitandus donec fuerit abſolu-
tus. Moueor, quia negari non poteſt, quòd
prædicta petitio non generet dubitationem.
20 Vnde non ſolum ipſe, † ſtante dubietate de-
bet potius iudicare ſe eſſe excommunicatum,
vt dixi in.c. perpendimus. ſ̃. eod. in nono prin-
cipali articulo. q. 24. Sed etiam alij, vt dicam

in.c.inter alia. in vigeſimo principali articulo.
Hoc tamẽ arbitror procedere, donec talis vi-
uit. Sed poſt mortem eius hoc non admitterẽ.
Nec ex hoc ſolo arbitrare, eidem denegandam
eccleſiaſticam ſepulturam, propter ea, quæ ſta-
tim dixi. Aut non petit ſe abſolui ab excom-
municatione, ſed contra exceptionẽ ſibi oppo-
ſitam replicat de abſolutione. Et hoc caſu di-
cerem, quòd per hoc non fundetur intẽtio ad-
uerſarij, vt videatur iſte neceſſariò præſuppone-
re habitum excommunicationis, per not. in .l.
non vtiq;.ff. de confeſ. & in dicta regu. exce-
ptionẽ obijciens. Niſi fateatur ſe fuiſſe excom-
municatum, & ſubiungeret ſe abſolutum; quia
ſi ſimpliciter fatetur excommunicationem, li-
cet excipiat de abſolutione, fundata eſt iam in-
tentio aduerſarij, & tenetur ipſe probare exce-
ptionem ſuam. Sed quando ſimpliciter excipit
de abſolutione, exceptio ſua tendit principali-
ter ad repellendum illum; & ſic videtur velle
præmittere negationem, quòd non ſit excom-
municatus, et inquantum fuerit excommu-
nicatus, eſt abſolutus. Nam hoc præſumen-
21 dum eſt, quia† reorũ ſemper eſt fugere, vt in .l.
inter ſtipulantem. §. 1.ff. de verb. obli. 4.q.4. c.
nullus. & ideò in dubio nunquam videtur con-
ſentire, aut confiteri. Præterea vt dixi, petitio,
ſeu poſitio abſolutionis non concludit neceſſa-
riò poſitionem excommunicationis, ſaltem va-
lidæ, vt ſtatim dixi. Quantũ verò ad alios actus,
videlicet, quò ad fugiendam ipſius communio-
nem, quamuis Ang. ſupra videatur velle, quòd
talis exceptio videatur ſufficiens, quò ad exclu-
dendum eum à talibus actibus, tamen mihi nõ
placet, poſito quòd alij ignorẽt aliàs ipſum fuiſ
ſe excommunicatum; quia, aut credimus ſibi,
& ipſe dicit ſe abſolutum, ergo non eſt vitãdus,
aut non credimus ſibi, & tunc deſtructa exce-
22 ptione propter incredulitatem, tanquã † prin-
cipali, videtur deſtrui acceſſorium; maximè cũ
illud neceſſariò non concludat, ſaltem validè
per exceptionem excõmunicationis. Et ex his
Deo duce habes expeditum decimum ſepti-
mum principalem articulum.

## Cap. XXXIII. Si verè.

*SVMMARIVM.*

1 *Communicans excommunicato neceſſitate vincu-
li præcedentis contractus, ex quo talis excom
nicatio obeſt ſolum excommunicato, non in-
cidit in excommunicationem.*

2 *Papa poteſt dare poteſtatem communicandi ex-
communicato.*

3 *Papa poteſt facere peccatum, non eſſe peccatum.
Quod tamen intellige, vt ibi.*

4 *Contrahens cum excommunicato ignoranter, vel
cum eo, qui poſtea excõmunicatur, debet ab
ſtinere quantum poteſt ab illius communione.*

5 *Excommunicatio ſuperueniens in familiarem cõ-
ductitium, non impedit quominus conductor
poſſit vti opera illius. remiſſiuè.*

6 *Licitum eſt peccare ſub ſpe veniæ, dummodo hoc
fiat auctoritate ſuperioris, à quo depẽdet ipſi
peccati remiſſio.*

7 *Excõmunicatus licitè poteſt contrahere, & obli-
gationem quærere.*

8 *Excommunicatus licet non poſſit agere, poteſt ta-
men contra eum agi.*

9 *Hereticus vt excommunicatus, eſt vitandus.*

10 *Hæreſis eſt vitium nimis contagioſum.*

11 *Malum non debet reportare quis ex bono opere,
nec commodum quis ex malo.*

12 *Iuſtitia debet vnicuiq; ſecundum merita, vel de-
merita diſtribuere.*

13 *Exiſtens in loco alicui ſubiecto, largo modo dicitur
de eius familia.*

14 *Familiæ, ſeu familiarium domeſticorum appella-
tione, quid veniat. remiſſiuè.*

15 *Contrahere ſcienter cum excommunicato quis non
poteſt, & ſi contrahit, non valet contractus.*

16 *Peccatum non eſt aliquo modo perpetrãdum pro-
pter bona temporalia.*

17 *Excommunicatus an poſſit teſtari. remiſſiuè.*

SI VERE. Conductor operæ perſo
nalis, poteſt non obſtante excõi-
catiõe locatoris, vti opera illius, ſi
mercedem iam ſolutam nõ poteſt
1 aliter repetere .h.d. Vel ſic, † communicans
excommunicato neceſſitate vinculi præceden-
tis contractus, ex quo talis excommunicatio
obeſt excommunicato, non incidit in excom-
municationem.h.d. Diuiditur; quia primo po-
nitur permiſſio apoſtolica. Secundo illam pro-
bat tribus rationibus. Secunda, ibi, cum enim
quæ ſubdiuiditur in tres, ſicut tres ponit ratio-
nes. Secunda, ibi, eſt autem. Tertia, ibi, præ-
terea. Et pro declaratione, debes præſuppone-
re, quòd quidam cruce ſignati aſſumpto cru-
cis ſigno, & firmato propoſito eundi cõtra in-
fideles, conduxerunt à Venetis, & Venetorũ
Duce nauigium, vt tranſueherentur vltra ma-
re, & ſoluerunt certam pecuniæ quantitatem;
Sed tandem certificati de excommunicatione
Venetorum, nolentes eis communicare ſolutã
mercedem repetebant, quam Veneti reddere
recuſabant; atq; hanc ob cauſam tales cruce ſi-
gnati conqueſti ſunt Papæ, poſtulantes ſu-
per hoc de ſalubri conſilio, & remedio prouide-
ri. Papa igitur reſpondet prout hic habetur.
Nota primo, quod dixi in ſummario, de qua
materia latè dicam in.c.inter alia. in.20. princi.
2 arti. Secundo not. ꝙ † Papa poteſt dare pote-
ſtatem cõmunicandi cum excõicato. Ex quo
3 infertur, ꝙ † Papa poteſt facere pctm̃ non eſſe
pctm̃. Quod eſt verum, qñ peccatum ſurgit ex
contẽptu ſuę poteſtatis, vel habentis poteſtatẽ
ab eo, ſm̃.D.Anto. Vel clarius dic, ꝙ procedit,
qñ eſſet pctm̃ de iure poſitiuo. Tertio not. ꝙ il-
4 le, qui † cõtraxit cum excõicato ignoranter, vel
cum eo qui poſtea excõicatur, debet in primis
eligere viam, per quam quantũ fieri poteſt, ab-
ſtineat à communione illius. Quarto not.
5 quòd † excommunicatio ſuperueniens in fami-
liarem conductitium, non impedit quominus
conductor poſſit vti opera illius. de quo dicam
in dicto vigeſimo articulo. Quinto not. quòd
6 licitum † eſt peccare ſub ſpe veniæ; dummodo
hoc fiat authoritate ſuperioris, à quo dependet
ipſius peccati remiſſio; quia tunc nõ peccat; ſed
eo quòd illud per ſe eſt ſimpliciter prohibitũ;
& attentatur ex neceſſitate, & permiſſione, de-
bet fieri ſub ſpe veniæ ad bonum exemplum
aliorum. Ad quod vide quod dixi in.c.illud.s̃.
de cle.excom.min. & dicam in glo. Sexto not.
7 quòd † excommunicatus licitè poteſt contra-
here, & obligationem quærere. de quo latius
hic per Docto. Ego dicam in.c.ſacris.j̃.eod. in
decimonono princ. artic. Septimo not. quòd
8 licet † ex parte excommunicati actionis ius ex-
tinguatur ad eius commodum, tamen ſecus eſt
in exercitio actionis ad eius incommodum:
de quo dicã in.d.c.ſacris. in decimonono prin.
9 artic. Octauo not. quòd † hæreticis non eſt li-
10 citum communicare, tum propter † hæreſim,
eo quòd eſt vitium nimis contagioſum; tum
etiam, quòd omnis hæreticus eſt excommuni-
catus, vt in.c.excommunicamus.s̃.de hæret. de
quo dicam in.c, contingit.j̃.eo. in decimooctá-
11 uo princ. artic. Nono not. quòd † ſicut ex bo-
no opere non debet quis malum reportare, ita
& per contrarium, ex malo opere quis non de-
bet commodum reportare; nam eſſet hoc con-
tra iuſtitiam, & eius partem, quæ in diſtribu-
12 tione conſiſtit, quæ † vnicuique ſecundum me-
rita, vel demerita debet diſtribuere, vt Inſtit. de
iuſti. & iur. in princ. & per Philoſophum in. 5.
13 Ethic. Vltimo not. quòd † exiſtens in loco ali-
cui ſubiecto, largo modo poteſt dici de familia
14 illius. Quid † autem veniat appellatione fami-
liæ, ſeu appellatione familiarium, & domeſtico-
rum, dic vt latè dixi in.c.in literis.s̃.de teſtib. in
ſecundo prin. artic. Glo. 1. opponit, & ſoluit.
In ea. glo. ibi, de cle.excom.in.c.illud. Dic, vide
ad declarationem huius quòd ibi dixi in ſexto
not. In eadem glo. ibi, Papa hoc permittit. Ad-
uerte, quia tex. noſter reſpectu iſtius permiſſio-
nis intelligitur dupliciter; vno modo ſecundũ
Inno. & Hoſt. vt ſit permiſſio iuris, dummodo
contractus fuerit initus ante excommunicatio-
nem, vel poſtea data ignorantia contrahentis.
Secundo modo, vt ſit propriè permiſſio per in-
dulgentiam; intelligendo quòd ſcienter fuerit
contractus celebratus cum excõmunicato. Ex
15 quo infertur, quòd † cum excommunicato à
ſciente non poteſt contrahi. Et ſi cõtrahit con-
tractus videtur non valere. de quo latè hic per
Hoſt. Io. And. d. Ant. & D.m. Ego dicam in.c.
ſacris.j̃.eo. in decimonono princ. artic. Glo. 2.
fortificat tex. per multa generalia, dic vt in ea.
Glo. 3. poteſt recitari per quæſtiones, de qui-
bus dic vt dixi in.c.cum inter.s̃.de except. & vt
hodie habetur de appellatione, & reſcripto ap-
pellatorio, vt in.c.1. de reſcrip. lib. 6. tangam in
c.ſacris.j̃.eod. in decimonono principali artic.
Glo. penul. colligit argumentum ex tex. & in fi.
opponit, & non ſoluit. In eadem glo. ibi, hoc
intellige, dic vt dicã in dicto decimonono prin.



artic. In fi. glõ. dic, contraria ꝓcedunt in eo, ꝙ
16 omnino eſt peccatum, † quod non debet quis
aliquo modo perpetrare propter bona tempo-
ralia. Sed in terminis noſtris hęc cõmunicatio
non eſt peccatum, propter neceſſitatem, & ſupe
rioris authoritatem, vt dixi in notab. Glo. fi.
eſt literalis, dic vt in ea. Poſtremo aduerte,
quia licet in.c.excommunicamus.s̃.de hæreti.
in decimotertio not. dixerim me hic dicturum,
17 vtrum † excommunicatus poſſit teſtari, tamen
hic omitto, quia dicam in.d.c.ſacris. in decimo-
nono prin. artic.

## Cap. XXXIIII. Vt Famæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Prælatus clericum ſuum incorrigibilem, poteſt, &
debet incarcerare.*

2 *Laici de prælatorum licentia poſſunt capere, &
ad iudicium ducere.*

3 *Pœna clericorum olim erat, vt pro commiſſis deli-
ctis in monaſterio detruderentur ad agendam
pœnitentiam.*

4 *Prælati debent diligenter intendere in corrigẽdis
exceſſibus ſubditorum.*

5 *Negligentia in prælato, eſt peccatum mortale:
remiſſiuè.*

6 *Publicæ vtilitatis intereſt, ne crimina remaneant
impunita.*

7 *Clericus pro grauibus delictis poteſt deponi, &
ſtricto carceri mancipari, ſi de eius fuga ti-
metur.*

*Secus vbi ceſſaret talis timor, quia tunc etiam pro
grauibus delictis non poteſt detrudi in car-
cerem. nu. 8.*

9 *Carcer nõ deputatur, niſi pro grauiſſimis delictis.*

10 *Clericus poteſt incarcerari in pœnam delicti, & ut
ibi de delicto pœnitentiam agat.*

11 *Clericus, etiam incorrigibilis, non efficitur propter
hoc de foro iudicis ſæcularis.*

12 *Iudex ſæcularis impunè capere poteſt clericos au-
thoritate prælati, & quæ requirantur.*

13 *Iudici laico, an, & quando liceat capere clericum,
remiſſiuè.*

14 *Iudex laicus, licet poſſit authoritate prælati cape-
re clericum, non tamen debet maiorem violen
tiam in clericum inferre, quàm ſit neceſſariũ;
aliàs incidit in canonem: remiſſiuè.*

15 *Qui per alium facit, non videtur verè facere, ſed
per quandam iuris fictionem. & nu. 18. latiſ-
ſimè. de materia. & nu. 83. et nu. 91. ver. pri
ma concluſio. vbi per decem concluſiones hãc
rem explicat.*

16 *Clericus, licet corrigibilis, poteſt impunè capi per
laicum, ſi hoc de mandato prælati faciat. Sed
non poteſt verberari, etiam de prælati man-
dato à laico: remiſſiuè.*

17 *Clericus, quamuis incorrigibilis, non poteſt diſtrin-
gi per ſæcularem propria authoritate, niſi ſit
traditus curiæ ſæculari: remiſſiuè.*

18 *Verbum videtur, denotat fictionem. & nu. 84.*

19 *Qui poteſt per ſe facere, poteſt etiam per alium,
tàm*

tàm in iudicio, quàm extra. Fallit tñ. xxvj. modis, vt infra ſub nu. 26. & ſeq.
20 Litigare poteſt quis per ſe, vel per alium.
21 Procuratorem conſtituere poteſt, omnis qui per ſe agere poteſt.
22 Emere, vel vendere, conducere, & locare poſſum per alium, ſicut per me poßum.
23 Matrimonium poteſt quis contrahere tàm per ſe, quàm per alium. Quod tamē intellige, vt ibi.
24 Subſcribere poteſt ſicut per ſe, ita & per alium.
25 Illud dicimur poſſe, quod de iure, aut honeſtè poſſumus.
26 Pœnitentiam ſuſcipere, & facere quis per ſe debet, & non per alium.
27 Venia ætatis debet impetrari per ſe, & non per alium.
28 Adoptio, & arrogatio per ſe, & non per alium fieri debet.
29 Emancipatio non per alium, ſed per ſe faciēda eſt.
30 Legitimatio an poſſit impetrari per alium.
31 Epiſcopus qui incipit conferre ſacramentum, an poſſit per alium perficere.
32 Abbas poteſt monachum verberare per ſe, non tñ per alium, maxime laicum.
33 Dominus nouum emphytheutam per ſe, non per alium in poſſeßionem inducere debet.
34 Adultus qui baptizatur, debet per ſe, & non per alium reſpondere.
35 Teſtis per ſe, & non per alium iurare tenetur.
36 Teſtimonium quis per ſe fere debet, non per aliū.
37 Veritas cum ab aliquo tanquàm legaliori, & melius informato exquiritur, debet ille per ſe, & non per alium reſpondere; maxime ſi videndū eſſet qua fronte, aut quo pallore &c.
38 Intellectus. c. 1. in fi. de iudi. lib. 6.
39 Iuramentum calumniæ, an poßit præſtari per alium.
40 Legatus de latere per ſe, & non per generalem procuratorem poteſt recipere reſignationem beneficiorum, & conferre.
41 Hæreticum tradēs eccleſiaſticæ ſepulturæ, tenetur illum proprijs manibus exhumare.
42 Deiectus poteſt violentum deijcere per ſe, non per procuratorem.
43 Proclamans ad libertatem, debet iudicium per ſe, & non per procuratorem agitare.
44 Interdictum de liberis exhibendis, debet per ſe, & non per alium intentari.
45 Actio popularis ante litem conteſtatam nō poteſt per alium, ſed per ſe moueri.
46 Hæreditas poteſt adiri per ſe, non autem per aliū.
47 Compaternitas an poſsit contrahi per alium.
Quid communiter ſeruetur. nu. 48.
49 Syndicus vniuerſitatis leuans aliquem de ſacro fonte vniuerſitatis nomine, an cum aliquo de vniuerſitate contrahatur compaternitas.
50 Criminalis cauſa à relegatione ſupra, an poſsit agitari per alium.
51 Induſtria perſonæ vbi exigitur, debet quis per ſe, & non per alium expedire.
52 Procurator quibus in caſibus conſtitui non poſsit: remiſsiuè.
53 Neceſsitas iuris, vel cauſa ſi ſuadeat, tenetur quis per ſe, non per alium reſpondere.
54 Quod non licet alicui ſuo nomine, non licet etiam alieno; & quomodo intelligatur, latè.
55 Fenerari, occidere, aut ſimilia perpetrare delicta, ſicut per me non poſſum, ita nec per alium.
56 Ordinatio de ſe licita eſt, tamen non poteſt exerceri per alienum Epiſcopum.
57 Libertus non poteſt vocare in ius patronum ſine venia, licet vocatio ſit de ſe licita. Per alium tamen ſine venia poteſt. infra nu. 76.
58 Epiſcopus alienus non poteſt per ſe peregrinum ordinare, nec per alium ex mandato ſuo; ſecus de mandato proprij Epiſcopi. nu. 81.
59 Epiſcopus clericum ſuum non per ſe, ſed per alium poteſt verberare.
60 Epiſcopus poteſt per alium litigare, non per ſe.
61 Perſona illuſtris, vel quilibet alius ſuperior non poteſt litigare per ſe.
62 Perſona religioſa non per ſe, ſed per alium debet eſſe in iudicio.
63 Prælatus habens iuriſdictionem temporalem, iudicat in cauſa ſanguinis per alium, & non poteſt per ſe iudicare.
64 Epiſcopus tuitionem, & curam pupillorum, viduarum, & peregrinorum, non per ſe ipſum, ſed per Archipræsbyterum, aut Archidiaconum gerere debet.
65 Prælatus qui propter iniuſtam excommunicationem eſt ſuſpenſus, iuxta formā. c. ſacro. infra eod. non poteſt excommunicatum à ſe abſolutum per ſe introducere in eccleſiam, ſed poteſt per alium à ſe delegatum.
66 Excommunicatus tanquam reus, nō per ſe, ſed per alium poteſt eße in iudicio: remiſsiuè.
Quid in leproſo. nu. 67.
Quid in omnibus alijs caſibus, in quibus quis ꝓpter impedimentum honeſtum, vel vitioſum compellitur conſtituere procuratorem. remiſſiuè. nu. 68.
69 Quis an poſsit tanquam alius, quod non poteſt tanquam ipſe. & nu. 82.
70 Sacerdos ſi non poteſt ordinare, & chriſmare tanquam ipſe, non poteſt etiam tanquam alius, niſi hoc faceret tanquam habens mandatum à Papa, & infra nu. 74.
71 Iurari, aut interficere, ſicut non licet mihi, tanquā mihi, pariformiter nec tanquam alij.
72 Delegatio facit vt quis cognoſcat de cauſa, de qua tanquam ipſe non poſſet cognoſcere, & punire, quos aliàs non poſſet.
73 Inferior poteſt iudicare ſuperiorem vt Delegatus, quem non poſſet iudicare vt ipſe.
75 Laicus ſpiritualia ſuo nomine tractare non poteſt, cum eadem poſsidere, vel habere non poſsit; & tamen tàm in agendo, quàm in defendendo poteſt eſſe procurator.
77 Filiusfamilias regulariter per ſe ſine conſenſu patris agere non poteſt, & tamen vt alterius procurator ſine conſenſu admittitur.
78 Minor vigintiquinque annis rem immobilem ſuo nomine alienare, aut obligare non poteſt; & tñ ſi maior. xvij. anno alterius gerat negotia, tanquam alius poteſt alienare, & obligare.



79 Voto ſolemni aſtrictus, vel aliam habens vxorem, non poteſt per ſe matrimonium contrahere; & tamen poteſt vti alterius procurator.
80 Seruitute ſi quis vti non poteſt, quia ſibi non debetur, poterit tamen vti nomine alieno.
85 Verbum perinde, non veritatem, ſed fictionem ſignificat.
86 Dictio perinde, eſt nota ſimilitudinis.
87 Nullum ſimile eſt idem.
88 Verbum putatur, non veritatem, ſed fictionem denotare videtur.
89 Qui per alium facit, tenetur ex mente, & ſic non comprehenditur ſub verbis edicti.
An talis teneatur directa actione. nu. 90.
91 Pater manumittens per filium, dicitur ipſe manumittere, non filius.
92 Animus ſolus non ſufficit ad incurrendam pœnam. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. ſed exigitur factū. remiſſiuè.
93 Statutum dictans, quòd qui furtum, homicidium, vel adulterium fecerit, puniatur aliqua pœna, an comprehendat mandantem.
94 Statutum ſi diceret, ſi quis vi deiecerit, ſoluat tantum; an liget vim fieri facientem.
95 Statutum diſponens, quòd propter homicidium quis puniatur in mille, comprehendit mandantem. Quod tamen intellige, vt nu. 99. & ſeq.
Secus ſi diceret, ſi quis fecerit homicidium &c. nu. 96.
97 Argumentum ab euitando abſurdo valet.
98 Delicta nō debēt remanere impunita. & nu. 100.
101 Statuta recipiunt interpretationem paſſiuam à iure communi.
102 Statutum ſi dicat, quòd cum homicida non poßit fieri pax, aut concordia, ad mitigationem pœnæ, non comprehendit mandantem.
Quod tamen intellige, vt nu. 103.
104 Intellectus. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.
105 Filius patri, & ſeruus domino in rebus licitis obedire neceſsitantur.
106 Intellectus verborum edicti, quod quiſq; iuris.
107 Statutum puniens aliqua pœna producentem aliquam exceptionem contra inſtrumentū guarentigiatum, puniet dominum, qui per procuratorem habentē ad hoc ſpeciale mandatum, opponeret talem exceptionem.
108 Aditio hæreditatis adeò ſubſtantiatur in perſona adeuntis, vt ſi filius, vel ſeruus ſit inſtitutus hæres, inſpicitur, & exigitur ſcientia, & voluntas ipſis adeuntis, non patris, vel domini iubentis.
109 Mandantis, & mandatarij, an idem ſit delictum numero, & ſpecie. & num. 113. & nu. 115. Quod intellige, vt nu. 111.
An autē poſsint eodem libello accuſari. nu. 110.
112 Capitaneus, & Poteſtas ſi adſint in vna ciuitate habentes in criminalibus eandem iuriſdictionem, & Capitaneus cognouit cōtra occiſores, Poteſtas modo vult procedere cōtra mādantem, an illum non comparentem poſsit bannire, ſtante ſtatuto, quòd alius iudex non poſsit ſe intromittere de eodem maleficio, de quo alter cognoſcere cœpit.
Quod intellige vt nu. 114.
116 Iudex qui vult inquirere contra delinquentem, debet apponere tempus commiſsi delicti per mandatarium, & locum in quo fuit commiſſum, non autem locum mandati.
117 Obligationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt delinquentium perſonæ.

1 VT Famae. † Prælatus clericum
ſuum incorrigibilem poteſt, &
debet incarcerare. Et laici † de præ-
2 latorum licentia poſſunt clericos
capere, & ad iudicium ducere. h. d. Duæ ſunt
partes, ſicut duo ponit dicta. ſecunda ibi, laici.
3 Not. primo, quòd † olim pœna clericorum erat,
vt pro commiſſis delictis in monaſterio detru-
derentur ad agendum pœnitentiam. Secundo
4 not. quòd † prælati debent diligenter intendere
in corrigendis exceſſibus ſubditorum. Negli-
5 gentia † enim in prælato, eſt peccatum morta-
le, dixi in. c. 3. ſ. de accuſa. & in. c. inter. ſupra de
6 purga. cano. Tertio not. ibi, & † publicæ vtili-
tatis, tex. vt iacet; Ad quod dixi in. c. 1. ſupra
de exceſſ. prælat. in vltimo nota. Quarto not.
7 quòd † pro grauibus delictis clericus poſſet de-
poni, & ſtricto carceri mancipari, quando vide-
licet, ſi detruderetur in monaſterio, timeretur
de ipſius fuga. Et ex hoc, & ex tex. not. quòd
8 vbi † ceſſaret talis timor, non debet clericus, etiā
pro grauibus delictis incarcerari; ſed ſolum de-
trudi in monaſterio ad agendam pœnitentiam,
9 vt in. c. tuæ. ſupra de pœn. Carcer † enim non
debet deputari niſi pro grauiſſimis delictis, vt
in. c. penul. de hæret. & in. c. nouimus. ſ. titu. ꝓ-
ximo, & ibi forte dicam. Quinto not. ibi, ſub
10 arcta cuſtodia, quòd † clericus poteſt incarce-
rari in pœnam delicti, & vt ibi de delicto pœni-
tentiam agat. Et adde ad hanc materiam quod
tradit Bal. in. l. credibile. C. de pœn. & quod di-
xi in. c. cum non ab homine. ſ. de iudi. & in. c.
veniens. ſ. de accuſa. in. 6. q. 1. quæſt. princip. &
in. c. ad audientiam. ſupra de homic. in ſeptimo
princ. artic. q. 58. Sexto not. quòd quanuis
11 clericus † ſit incorrigibilis, non tamen propter
hoc efficitur de foro iudicis ſæcularis, de quo
hic in glo. antepenul. & fi. Septimo not. ex ſe-
12 cunda parte, quòd † iudex ſæcularis impunè ca
pit clericos authoritate prælati. Et aduerte,
quia duo requiruntur ad hoc, primo, quòd cle-
ricus ſit illi prælato ſubiectus. Secundo, quòd
ad talem prelatum ſpectet criminoſum punire;
de quo dic vt latius dixi in. c. peruenit. ſ. eod. in
nono princ. artic. in quarto membro princ. in
quinta illatione. Et not. quòd quāuis in. c. cum
non ab homine. ſ. de iudi. remiſerim me hic di-
13 cturum. An, † & quando iudici laico licitum ſit
authoritate prælati capere clericū, tñ hic omit-
to, quia dixi latè in. d. quinta illatione. Octa-
14 uo not. ꝙ † quanuis iudici laico licitum ſit au-
thoritate prælati capere clericum, non tamen
debet maiorem violentiam in clericum inferre,
quàm ſit neceſſaria; aliàs incideret in canonem,
prout dixi in. d. c. peruenit. vbi tractaui plures
quæ-

quæſtiones,quas ad hunc effectum ponunt hic
Docto. Vltimo not.ex fine tex. ibi, facere vi-
15 deantur,quòd † ille qui per alium facit,non vi-
detur verè facere; ſed per quandam iuris fictio-
nem. Sed dic de hoc vt ſtatim dicam in gl.pen.
Glo.3.&.4.fortificant tex.allegando iura,& ra
tiones. Glo. ſuper verbo incorrigibiles,quæ-
rit,& ſoluit. In fi. dic vt traditur in iuribus in
glo.allegatis,& dicam in.c.nouimus.ꝭ.tit.,pxi.
Glo.ſuper verbo violenter,opponit, & ſoluit.
In ea.glo. ibi,intelligendũ eſt de incorrigibili;
16 dic melius,quòd quanuis † clericus ſit corrigi-
bilis,tamen pôt impunè capi per laicum;dum-
modo id faciat de mandato prælati. Sed non po
teſt verberari à laico de mandato prælati, & ita
procedit contrarium. de quo articulo dic vt la-
tius dixi in.c.peruenit.ſupra eod.in nono prin.
artic.in quarto prin.mẽbro,in quinta illatione.
Glo.ſuper verbo de mãdato,opponit,& ſoluit.
In ea.glo.ibi,incorrigibiles,& traditos,not.ſin-
17 gulariter ex glo.quòd quanuis clericus † ſit in-
corrigibilis, non tamen poteſt diſtringi per ſæ-
cularem propria authoritate,niſi ſit traditus cu
riȩ ſæculari.de quo dic vt latius dixi in.d.c.per-
uenit.in nono princip.artic. in vigeſimoquarto
membro princ.in nona fallen. Glo.penul.col
ligit notab. ex tex. In eadem glo. ibi.c.mulie-
res.dic, ille tex. videtur contrariari tex. noſtro.
nam in fi dicit, quòd verè dicitur facere, qui
18 per alium facit, & hic ponitur verbum † videan
tur,quòd denotat fictionem; & ſic qui per aliũ
facit, fictè,& nõ verè videtur facere.de quo ar-
ticulo remiſi me hic dicturum. verum vt ipſa
materia,& aliæ quȩdam ſimiles hic ſatis latè ex-
pediantur, proſequar quatuor quæſtiones prin
cipales. Prima eſt,vtrum quis poſſit per alium
facere,ꝙ per ſe facere poteſt. Secunda,vtrum
quis poſſit per alium facere, quod per ſe facere
non poteſt. Tertia,an quis poſſit tanquã alius
facere,quod facere non poteſt tanquam ipſe.
Quarta, vtrum quis per alium aliquid faciens,
dicatur verè,vel fictè facere. Quo ad primam
quæſtionem ſume regulam, quòd illud, quod
19 quis † poteſt per ſe facere,poteſt etiam per aliũ,
vt in reg.poteſt quis.de reg.iur.lib.6. Quæ re-
gula ſecundum glo.& Dy.ibi, procedit genera-
liter tàm in iudicio,quàm extra iudicium. Vn-
20 de † poteſt quis per ſe,vel per alium litigare.63.
diſt.c.tibi domino. & in.c.1. in princ. de iudi.
lib.6.ff.de iniur. in.l.ſed ſi vnius. §.idem iulia-
nus.&.§.idem ait.& Inſti per quas perſ.acqui.
21 poſ.§.1. Nam regulare eſt, ꝙ omnis ille,† qui
per ſe poteſt agere, poteſt etiam procuratorem
cõſtituere. Etiã ſi ſit religioſus,vel monialis,vt
paulò ante dixi in prima lectione, in.c.edoceri.
& in.c.cum dilecta.ſupra de reſcrip. Idem etiã
22 in actibus extraiudicialibꝰ,Vnde ſicut † poſſum
per me emere,vel vendere,conducere, & loca-
re, & ſic de ſingulis, ita poſſum & per alium.
23 Item † ſicut poſſum per me matrimonium con-
trahere,ita & per alium, vt in.c.fin. de procura.
lib.6. Intelligendo tamen reſpectu conſenſus,
non conſummationis matrimonij,cum in ipſo
exigatur proprium miniſterium, nec debeat
24 vxor fieri prægnans per procuratorem. Et † ſi-
cut pôt per ſe quis ſubſcribere,ita & per alium,
vt not.glo.in dicta reg.poteſt quis. Et aduerte,
25 quia † cum id dicamur poſſe, quod de iure, aut
honeſtè poſſumus. 27.q.2.in.c.Agathoſa. in
clem.ſæpe.de verbo.ſig. & in.l.nepos proculo.
ff.de verbo.ſig. ſequitur, quòd cum quis per ſe
non poſſit quod eſt inhoneſtum, & iniuſtum,
non poteſt per alium. de quo ſtatim dicam in
ſecunda prin.quæſtio. Prædicta tamen regula
26 fallit in plurimis caſibus. Primo fallit, in † pœ-
nitentia ſuſcipienda, quam quis per ſe, & non
per alium ſuſcipere,& facere debet.de pœniten.
diſt.1.c.quem pœnitet. Quod intellige,vt ibi
27 traditur. Secundo fallit, in † impetratione ve-
niæ ætatis, quam quis per ſe, & non per alium
facere debet, vt in.l.2.C.de his qui ven.æta.im
28 petra. Tertio fallit,in † adoptione, & arroga-
tione.ff.de adopt. in.l.poſt mortem. §.neque.
29 & ibi per Docto. Quarto,in † emancipatione,
ita concludit Bart.in.d.l.poſt mortem. licet ar-
guat pro,& contra.de quo etiam tradit in.l.gal-
lus.§.forſitan.ff.de libe. & poſtu. Quinto, in
30 † legitimatione ſecundum But. in.l.omnes. C.
de his qui ven.æta.impetr. & per Bart.& Bal.in
d.l.poſt mortem. Glo.tamen ſentit cõtrarium
in authẽ.quib.mo.nat. effi. ſui. §.ſi quis legiti-
me.de quo per Ioan.And.in.c.cauſam.2.ſupra
qui fil.ſint legi.& Bart.& Bal.qui ſunt contrarij
31 in.d.§.forſitan. Sexto fallit,in † Epiſcopo,qui
incipit conferre ſacramentum, qui non poteſt
per alium perficere.diſtinct.23.c.quorundam.
32 Septimo, † in Abbate qui per ſe,& nõ per aliũ,
maxime laicum, poteſt monachum verberare,
vt in.c.vniuerſitatis.ſ.eod. de quo tangit glo.
hic ſuper verbo etiam violenter. Octauo fallit
33 in † domino,qui nouum emphyteotam per ſe,
& non per alium debet in poſſeſſionem induce-
re,vt in.l.fi.§.penul.C.de iur.emphyt. Nono,
34 in † adulto qui baptizatur, qui debet per ſe, &
non per alium reſpondere. de conſe.diſt.4.c.cũ
pro paruulis. Decimo fallit in caſu.c.cupien-
35 tes.§.inſuper.de elec.lib.6. Vndecimo,in † te-
ſte,qui per ſe,& non per alium iurare debet, ſe-
cundum Bal. in rub.C.de iureiuran. & Ant.de
But.&.D.m.in.c.licet.ſupra de teſti. Io.And.
contra in.c.fin.de elect.lib.6. & ita dicit Ludo.
Pont.in ſuis ſingularibus ſing.8. deciſum fuiſſe
per Dominos de Rota. Idem tradit etiam ipſe
Ponta.in.l.1.§.ſi quis.ff.de verb.obliga. Vide
multa iura,quæ allegat Archid.& poſt eum Io.
And. in nouel. in.c.vt circa. de electio. lib.6.
36 Duodecimo fallit,iudicio meo, in † teſtimonio
ferendo. Et ratio deſcendit ex his,quæ dixi in
c.cum cauſam. ſupra de teſtib. Decimotertio
37 fallit, † in omni veritate exquirenda ab aliquo,
tanquam à legaliori, & melius informato, ma-
xime quando videndum eſſet qua fronte, aut
38 quo pallore &c. Ita † intelligo.c.1.in fi. de iudi.
lib.6. Decimoquarto, propter prædictam ra-
39 tionem fallit etiam in † iuramento calumniæ.de
quo tamẽ dic vt traditur in.c.in pertractandis.





40 ſupra de iura.calum. Decimoquinto,in † Le-
gato de latere,qui per ſe, & non per generalem
procuratorem poteſt recipere reſignationem
beneficiorum,& conferre,vt in.c.penul.§.pro-
hibemus.de off.lega.lib.6. Decimoſexto fallit
41 in caſu.c.2.de hæret. lib.6. vbi quis † proprijs
manibus debet exhumare hæreticum, quem
ſcienter tradidit eccleſiaſticæ ſepulturæ. & ſic
poſſum per me,quod non per alium, vt ibi not.
42 glo. Decimoſeptimo in † deiecto,qui violen-
tum poteſt deijcere per ſe, & non per procura-
torem,vt.ff.de vi & vi arma. in.l.cum fundum.
43 Decimooctauo,in † proclamante ad libertatẽ,
qui debet iudicium agitare per ſe, & non per
procuratorem, vt in.l.1.C.de aſſer.tol. Deci-
44 monono, in † interdicto de liberis exhibendis,
quia talis cauſa videtur quodammodo reſpice-
re cauſam ſtatus. & de his duabus dixi in.c.ve-
niens.ſupra de accuſa.in ſecundo princ.artic.in
nona.q.primæ principalis quæſtio. Vigeſimo
45 fallit,in † actione populari ante litis cõteſtatio-
nem. de quo in.l.licet.ff.de procura. Vigeſi-
46 moprimo,in † adeundo hæreditatem, quã quis
per ſe,& non per alium poteſt adire, vt in.l.per
procuratorem.ff.de acqui.hære. Vigeſimoſe-
47 cundo, in † contrahenda compaternitate, ſeu
leuando quem de ſacro fonte. quod quis per
48 ſe,& non per alium facere poteſt. licet † com-
Com. op. muniter* ſeruetur contrarium, vt not.Bal.in.l.
ſi quis alumnam.C.de ſec.nup. per illum tex.
Et vide Fede.de Señ.conſ.15.vbi tractat,quòd
49 ſi † Syndicus vniuerſitatis leuat aliquẽ de ſacro
fonte vniuerſitatis nomine, an cum aliquo de
vniuerſitate contrahatur compaternitas, & di-
cit quòd nõ,ſi rectè memini. Vigeſimotertio
50 fallit,in † omnibus cauſis criminalibus à relega-
tione ſupra,quas quis per ſe, & non per alium
agitare debet. de qua materia latiſſimè dixi in
d.c.veniens.ſupra de accu. vbi etiam vide alios
quoſdam caſus. Vigeſimoquarto, vbicunque
51 incumbit † certum miniſterium expediendum
exigens induſtriam perſonæ, quod quis per ſe,
&non per alium debet expedire, vt in c.fi.ſ.de
off.deleg.& in.c.is cui.de off.deleg.lib.6.in.l.1.
§.ne autem. C.de cad.toll.in.l.inter artifices.ff.
de ſolu.dixi paulò ante in prima lectione, in.c.
cum dilecta. ſupra de reſcript. in tertia glo. &
not. in.l.nemo eſt qui neſciat.ff.de duo. re. vbi
latè dixi anno præterito, legendo ius ciuile.
52 Vigeſimoquinto fallit generaliter in † omni-
bus caſibus, in quibus quis non poteſt pro-
curatorem conſtituere. de quibus aliquid te-
tigi in.d.c.veniens. & latè in tractatu de pro-
cura. §. quinto. Vigeſimoſexto, vbicunque
53 aliqua † iuris neceſſitas, vel cauſa id ſuaderet,
vel neceſſitaret. argumẽ.c.1.in fi.de iudi.lib.6.
Et ſic ex his ſit expedita prima quæſtio.
Circa ſecundam principalem quæſtionem bre-
54 uiter trado iſtam regulam, quòd illud, † quod
non licet alicui ſuo nomine, nõ licet etiam alie-
no. Facit.c.quod alicui.de reg.iur.lib.6. Et ad-
uerte,quia hȩc regula prima procedit ſimplici-
ter in omnibus maleficijs, & quæ generaliter
55 ſunt de genere prohibitorum. Vnde ſicut † per
me non poſſum fœnerari, occidere, aut cætera
delicta perpetrare,ita nec per alium. Facit di-
ſtin.46.c.ſicut non ſuo.ſ.de fal.c.ad falſariorũ.
de homici.c.ſicut dignum.& in.l.ſi quis id qđ.
in fi.ff.de iuriſd.om.iud. Et aduerte,quia ideò
dixi,ſi generaliter ſunt de genere prohibitorũ,
quia quædam ſunt,quæ in ſe non ſunt de gene-
re prohibitorum,quæ tamen applicata ad cer-
tam perſonam,quò ad illam illicita ſunt. Exem-
56 plum in Epiſcopo ordinante, nam † ordinatio
de ſe nõ eſt illicita, ſed applicata ad Epiſcopum
alienum,efficitur illicita,vt in.c.eos. de tempo.
57 ordi. lib.6. Similiter † vocatio in ius de ſe non
eſt illicita, ſed applicata ad libertum reſpectu
patroni, eſt illicita ſine venia, vt in.l.adoptiuũ.
§.patronum. iuncta.l.fi.ff.de in ius voc. Nam
ſi talia applicata ad tales perſonas, & alia ſimilia
ad ſimiles non eſſent illicita,non ſtatueretur cer
ta perſona. arg.c.2.ſupra de conſtitu.23.q.4.c.
qui peccat.24.q.1.c.non afferamus.& in.l.grac
chus.C.de adulte. Quanuis ergo hæc non ſint
generaliter prohibita,ſed in quantum applican
58 tur ad iſtos, tamen † ſicut Epiſcopus alienus nõ
poteſt per ſe peregrinum ordinare, nec per aliũ
mandato ſuo. Et idem in ſimilibus.arg.tex.no-
ſtri in fi. quia per alium facit &c. Et ratio eſt,
quia quando aliquid eſt prohibitum fieri à cer
ta perſona, pariformiter videtur eſſe prohibitũ
ne faciat per alium cum cõſequeretũ eũdem ef-
fectum,vt not.Dyn.in dicta reg.quod alicui.de
reg.iur.lib.6.& Io.And. ibi in mercuria. Facit
reg.cum quid vna via.de reg.iur.lib.6. Et hoc
quando exercendo per alium, nõ remoueretur
ꝓhibitionis ratio. Secus ſi remoueretur. exem-
59 plum, † Epiſcopus clericum ſuum non per ſe,
ſed per alium poteſt verberare. 86.diſtin.c.non
liceat.C.de epiſc.& cler.authen.ſed neq;. Item
60 poteſt † per alium litigare,& non per ſe.5.q.vlt.
61 c.fi.Et idem in † quolibet ſuperiore,& qualibet
perſona illuſtri,vt.l.penul.C.de procura. Simi-
62 le etiam † in muliere religioſa,quæ nõ per ſe, ſed
per alium debet eſſe in iudicio, vt in.c.indem-
nitatibus.§.ſed cum eas.de electio.lib.6. & in
63 c.2.de iudi.lib.6. Præterea † prælatus habens
temporalem iuriſdictionem per alium iudicat
in cauſa ſanguinis, & non poteſt per ſe iudica-
64 re,vt ſupra ne cle.vel mona.c.fina. † Epiſcopus
etiam tuitionem, & curam pupillorum, vidua-
rum, & peregrinorum, non per ſeipſum, ſed
alium.ſ.archipræsbyterum,vel archidiaconum
gerere debet. 88.diſt.c.epiſcopus gubernatio-
65 nem. Inſuper † prælatus, qui propter iniuſtam
excommunicationem eſt ſuſpenſus ſecundum
formam.c.ſacro.in prin.ꝭ.eod. de quo ibi dixi
in decimoquarto prin.artic.in prin. non poteſt
excommunicatum à ſe abſolutum per ſe in ec-
cleſiam introducere, ſed poteſt per alium à ſe
delegatum, vt ibi not.Io.An.poſt Hoſt.in quin
66 ta glo.& ibi dixi. Simile etiam † in excommuni-
cato,qui tanquam reus, non per ſe, ſed per aliũ
poteſt eſſe in iudicio. de quo latè dixi in.c.intel
leximus.ſupra de iudi.ſecundum vnum intelle-
ctum.

67 ctum. Idem etiam† in leproſo, per Inno. & Io.
And. in. c. ex parte. 2. de corp. vitia. & per tex. in
c. 1. de coniug. lepro. & quòd not. in. d. c. intel-
leximus. Et generaliter idem dicendum eſt
68 in† omnibus caſibus, in quibus quis propter ali
quod ſuum impedimentum honeſtum, vel vi-
tioſum compellitur cōſtituere procuratorem.
de quibus latè dixi in tracta. de procurato. §. 3.
Et ex his expedita ſit ſecunda princip. quęſt.
69 Circa tertiam quæſtionem, qua quæritur, †an
quis poſſit tanquam alius, quòd non poteſt tan
quam ipſe, Dicerem, quòd quandocunque cau
ſa, quæ me impedit, vt non poſſim tanquā ego.
Subeſt etiam, ſi vellem illud agere tanquā alius,
ſequitur regula negatiua; quia illud, quod non
poſſum tanquam ego, non poſſum etiam tan-
70 quam alius; Vnde† ſacerdos ſi non poteſt ordi-
nare, & chriſmare tanquam ipſe, nō poteſt etiā
tanquam alius, vt traditur in. c. aqua. ſupra de
conſec. eccle. vel alta. niſi hoc faceret tanquam
habens mandatum à Papa. de quo tamen dic vt
dixi poſt Docto. in. c. quanto. §. de conſue. Et
ſic ex prædictis poſſes etiam concludere, quòd
prædicta regula negatiua habet locum in om-
nibus cauſis, quarum quis eſt incapax etiam ex
delegatione, ſeu cōmiſſione, vt not. glo. in reg.
quod alicui. de reg. iur. lib. 6. in fi. Item proce-
dit prædicta regula negatiua, in omnibus his, q̄
ſunt ſimpliciter de genere prohibitorum, Vnde
71 ſicut nec licet mihi† furari, aut interficere tan-
quam mihi, pariformiter nec licet mihi tanquā
alij. Ad quod vide plura iura, quæ allegaui in
princ. præced. q. Secus autem in his, quæ non
ſunt ſimpliciter de gñe prohibitorum; ſed ꝓ-
pter aliquam cauſam prohibita ſunt in perſona
agentis, in quantum illud ageret nomine pro-
prio, quæ tamen non ſunt prohibita, in quantū
ageret nomine alieno. Nam tunc poteſt quis
tanquam alius, quòd non poteſt tāquam ipſe;
72 Et ideò ex† delegatione cognoſcit quis de cau
ſa, de qua non poſſet cognoſcere tanquam ipſe,
vt de ſe manifeſtum eſt, & probatur. 2. q. 6. c. ſi
quis epiſcopus. & poteſt punire, quos aliàs pu-
nire non poſſet, vt in. c. ſanè. 2. ſupra de off. de-
73 lega. Et † inferior poteſt iudicare ſuperiorem,
vt delegatus, quem non poſſet iudicare tanquā
ipſe. 74. diſt. c. honoratus. 93. diſt. c. fina. Facit
74 . c. ſtuduiſti. ſupra de offi. lega. Et† ſacerdos per
delegationē Papæ, vt dixi, poteſt ordines con-
75 ferre. Item † laicus ſpūalia ſuo nomine tracta-
re non poteſt, cum eadem poſſidere, vel habere
non poſſit, vt in. d. c. decernimus. ſupra de iudi.
& tñ tàm in agendo, quàm in defendendo, in
ſpūalibus poterit eſſe procurator alterius, vt in
76 c. 1. de procu. lib. 6. Item† libertus ſuo nomi-
ne, abſque veniæ impetratione patronum in
ius vocare non poteſt, vt in. l. adoptiuum. §. pa
tronum. ff. de in ius voc. & tamen tāquam alius
abſque veniæ poſtulatione, poteſt patronum in
77 ius vocare. Item filiusfamilias regulariter per
ſe ſine patris conſenſu agere non poteſt; & tamē
vt procurator alterius, ſine patris conſenſu pro
alio ad agendū non iniuſtè admittitur, vt ſupra
78 de procura. in. c. non iniuſtè. † Minor etiam vi-
gintiquinque annis rem immobilem ſuo nomi
ne alienare, aut obligare non poteſt; & tamen ſi
ſit ſupra. xvij. annum alterius negotia gerēdo,
tanquam alius poteſt alienare, & obligare, vt in
c. qui generaliter. §. fin. de procura. lib. 6. Item
79 ſolemni † voto aſtrictus, vel aliam habens vxo-
rem, non poteſt per ſe matrimonium cōtrahe-
re, & tamen poteſt pro alio, ſeu tanquam alte-
rius procurator, vt in. c. fin. de procurato. lib. 6.
80 32. q. 2. c. honorantur. Inſuper licet † aliquis
non poſſet vti ſeruitute nomine ſuo, eo quòd
ſibi non debetur, poterit tamen vti quandoq;
nomine alieno, vt not. glo. 93. diſt. c. fin. per. l. ſi
81 ſtipulatus. ff. de verbo. obliga. † Epiſcopus etiā
nomine proprio alterius clericos ordinare non
poteſt. 9. q. 2. c. nullus primas. Et tamen pro-
prij Epiſcopi hoc mandantis nomine poterit.
71. diſt. in. c. per totum. de temp. ord. c. 1. lib. 6.
9. q. 2. c. Lugdunenſis. Et generaliter concluden
82 dum eſt, quòd † vbicunque alteri licitè delega-
tione demandatur, vel committitur, quòd ſine
delegatione, vel commiſſione exercere non po-
terat. Sequitur regula affirmatiua, quòd poteſt
quis tanquam alius, quòd non poteſt tanquam
ipſe. Facit ſupra de elect. c. cauſam quæ. & c. cū
inter canonicos. cum ſimili. Circa quartam
83 quæſtionem, qua quæritur, Vtrum ille† qui per
alium facit, videatur verè, vel interpretatiuè fa-
cere, articulus eſt magis dubius, & difficilis. Et
videtur primo dicendum quòd non verè, ſed
fictè dicatur facere. Primo per tex. noſtrum in
fi. dum dicit, ſed illi quorum authoritate hoc fa-
ciunt facere videantur, & ſic ponderandum eſt
verbum videantur. Et eodem verbo feciſſe vti-
tur tex. in. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi. & vi. arma. &
in. l. ita tamen. §. geſſiſſe. ff. de admin. tuto. & in
. l. ſi pater. ff. quæ in frau. cred. Sed huiuſmodi
84 verba† videantur, vel videtur nō veritatem, ſed
fictionem ſignificant, vt not. ff. de adoptio. in. l.
adoptiones. & in. l. ſi. ff. qui ſatiſda. cog. & in. l. ſi
ex re. §. fin. ff. de ſtipu. ſeruo. & in. l. qui ius an-
nulorum. ff. de iur. aur. annu. & in. l. qui actio-
nem. iuncta. l. minus eſt. ff. de reg. iur. & in. l. in
omnibus. ff. de capt. & poſtlim. reuer. cū ſimi.
Ergo qui per alium facit, non verè, ſed fictè vi-
detur facere. Ad quod etiam facit tex. dum
85 dicit, perinde eſt, ac ſi ipſe faceret. Sed† verbum
perinde non veritatem, ſed fictionem ſignifi-
cat. ff. in quib. cau. pig. vel hypo. tac. cont. l. licet
in prædijs. ff. de do. inter vir. & vxo. in. l. ſi ſpon
ſus. §. ſi vxor. C. de adopt. in. l. mulierem. ff. de
adopt. in. l. ſi is qui. ff. de petit. hæred. in. l. ſed ſi
lege. §. perinde. Bal. in. l. ingenuam. C. de inge.
86 man. Nec mirū, quia† dictio perinde, eſt nota
ſimilitudinis, not. Bal. in. l. 3. ff. de confir. tut. Et
87 nullum† ſimile, eſt idem, vt in. c. inter corpora-
lia. §. ſi quis autem. ſupra de tranſ. præla. & in
c. fin. ſupra de depoſi. & in. c. ſolitæ. de maio. &
obed. in. l. quod nerua. ff. depoſi. Ergo qui per
alium facit, non videtur facere. Et idem proba-
tur in. l. 1. §. feciſſe. ff. de eo per quem fac. erit.
88 vbi tex. dicit† feciſſe putatur, quod verbum, nō
verita-



veritatem, ſed fictionem videtur denotare, per
not. per Barto. in. l. cum quidam. §. quod dici-
tur. ff. de acquir. hæred. Facit. l. qui fundum. §.
ſeruus. ff. pro empt. Et ideò Docto. in. l. ſi per
89 alium. ff. ne quis eum &c. volunt, quòd ille† qui
per alium facit, teneatur ex mente; & ſic non vt
comprehendatur ſub verbis edicti; quia tunc
tenetur directa, ſecundum not. in. l. penult. ff. ſi
quadrup. paup. fec. dica. & per glo. & Docto. in
. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. om. iudic. Item
facit. l. item ſi obſtetrix. §. 1. ff. ad leg. aquil. vbi
tex. dicit, quòd talis, qui per alium facit, dicitur
præbere cauſam. Sed in contrarium fortiter
videtur obſtare tex. in. c. mulieres. ſupra eo. vbi
tex. expreſsè dicit, cum is verè committat, cu-
ius authoritate &c. Ad idem etiam facit. l. hæc
verba. ff. de adulte. vbi tex. loquitur per verbum
pertinet. Et ſic videtur quòd propriè dicatur
agere. Ad idem etiam facit quod not. Dyn. in
dicta reg. qui per alium facit. vbi dicit, quòd il-
90 le, † qui per alium facit, tenetur directa actione;
quaſi ſentiat, quòd potius verè, quàm fictè ex
mente videatur facere; aliàs autem teneretur
vtili, per. d. l. penult. ff. ſi quadrup. paup. fec. dic.
91 Item facit. l. pater. ff. de ma. vin. vbi † pater ma-
numittens per filium, dicitur manumittere,
non filius. Quare articulus iſte, iudicio meo eſt
ſatis dubius; & iura non ſolum varia, ſed con-
traria vidētur. Quare pro ipſorum iurium cō-
cordia, ego infraſcriptas eligerem cōcluſiones.
Prima concluſio ſit, vbicunque agimus de in-
duſtria certæ perſonæ, ſeu de aliquo facto per
induſtriam certæ perſonæ expediendo, nun-
quam is verè dicitur facere, qui per alium fa-
cit, per. l. inter artifices. & per alia iura, quæ al-
legaui ſupra in prima quæſtione, in vigeſima-
quarta fallentia. Et pro hac concluſione eſt
etiam bonus tex. in. l. ſi ita fuerit. ff. de manu.
teſta. Probatur etiam per iura, & per id, quod
ſtatim dicam in ſecunda principali quęſtione.
Secunda principalis concluſio eſt, quòd factum
vnius conſideratione habita ex perſona facien-
tis, nullo modo poteſt dici factum alterius; ſed
ex quadam iuris interpretatione; prima pars
iſtius concluſionis probatur ex ipſa poſitione
terminorum. Item probatur, quòd etiam fa-
ctum ab eodem diuerſis temporibus non re-
præſentat identitatem eiuſdem facti. ff. de con-
di. inde. in. l. ſi nō ſortem. §. libertus. & in auth.
de fi. inſtru. circa prin. Secunda pars prædictæ
concluſionis probatur ex his, quæ infra dicam.
Tertia principalis concluſio ſit ſimul cum præ-
cedenti; videlicet, quòd in actibus, ſeu factis, qui
non poſſunt perfici per miniſterium ſepara-
tum à corpore agentis, quale eſt adulterium,
aut falſum teſtimonium, ille qui per alium fa-
cit, nunquam dicitur id verè facere. Iſtud vo-
luit Barto. in. l. ſed ſi vnius. §. ſeruus. ff. de iniur.
qui dicit ita ſenſiſſe glo. in. l. 1. §. ne autem.
ff. de vi & vi arma. Vnde in talibus quis per
alium interpretatiuè dicitur facere. Quarta
principalis concluſio ſit, vbicunque in his, quæ
fiunt, pōderatur potius animus, quàm factum,
reſpectu peccati committendi, & ligandi ani-
mam, is verè dicitur facere, cuius mandato ali-
quid fit. Hanc concluſionem ſentit Bart. in. d. l.
ſed ſi vnius. §. ſeruus. per tex. in. c. mulieres. §.
eod. Quæ quidem concluſio eſt vera in ſe; ſed
non videtur bene fundari per. c. mulieres. quia
92 in materia illa. c. mulieres. † non ſufficit ſolus
animus, quò ad pœnam. c. ſi quis ſuadente. ſed
exigitur factum, vt latè dixi in. c. peruenit. ſupra
eod. in nono principali artic. in tertio membro
principali. q. 3. Sed potes dicere, vt dixi in. c.
peruenit. ſupra eod. in nono principali artic. in
primo membro. quæſt. 8. Vel dicas, quòd ve-
rè dicitur facere, quò ad pœnam excommuni-
cationis incurrendam, qui per alium facit; non
quò ad hoc, vt factum alterius dicatur verè fa-
ctum ipſius. Vel tertio dic vt ſtatim dicam in
ſeptima principali concluſione, & etiam in ſe-
quenti. Quinta concluſio eſt, vbicunque ex
intentione diſponentis conſideratur factum
ſimpliciter, non autem perſona facientis, tunc
is verè dicitur facere, qui per alium facit, ad hoc
vt teneatur diſpoſitione, vel vt diſponentis effe-
ctus ſequatur. Hæc concluſio probatur in. l.
hæc verba. ff. de adulte. & probatur etiam ex
his quæ dicam in ſequenti concluſione. & ita
poteſt intelligi concluſio præcedens. Ad quod
facit quod dicam in ſeptima concluſione, in fi.
Sexta concluſio ſit, quòd vbicunque verba le-
gis ſunt ſcripta in rem, & non in perſonam, is
verè dicitur facere, qui per alium facit; tex. eſt
in. l. aut qui aliter. §. fina. cum. l. ſequen. ff. quod
vi aut clam. & probatur in. d. l. hæc verba. ff. de
adulte. Et eſt iſta concluſio quaſi ſimilis præ-
ceden. vel quaſi eadem cum præcedenti. & eam
tenet Barto. in. l. 1. §. fina. ff. ne quis eum. & in
. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. & in. d. l. hæc
verba. & in. d. §. fina. & in. l. ſi ſeruum. §. prætor
ait. ff. de acqui. hæred. & Bal. in. l. ſi familia. in fi.
93 ff. de iuriſd. om. iudi. Exemplum, dicit† ſtatu-
tum, ſi furtum, homicidium, vel adulterium fa-
ctum ſit, & non reſpicit perſonam fieri facien-
tis. Septima concluſio ſit, vbicunque verba
principaliter ſunt concepta in perſonam, & nō
in rem, qui per alium facit non verè, ſed ex in-
terpretatione dicitur facere, vt in. l. 1. §. deieciſ-
ſe. ff. de vi & vi ar. & probatur in. l. ita autem. §.
geſſiſſe. ff. de adminiſt. tuto. Exemplum, ſi ſta-
94 tutum diceret, ſi quis vi deiecerit &c. hanc cō-
cluſionem tenet Bart. in locis præallegatis. Et
ex prædictis duabus concluſionibus ſequitur,
95 quòd ſi† ſtatutum diſponit, quòd propter ho-
micicidium quis puniatur in mille, etiam ſi ho-
micidium commiſit per alium, punietur in mil-
96 le. Sed ſi † ſtatutum diceret, ſi quis fecerit ho-
micidium, puniatur in mille, non punietur in
mille qui per alium homicidium commiſit. &
iſtud tenet Barto. in. d. §. prætor ait. Sed Bal.
& Ange. ibi dicunt, quòd licet hoc primo caſu
non comprehendatur fieri faciens ex ipſa ſi-
gnificatione, tamen comprehenditur ex inter-
pretatione. argumen. d. §. deieciſſe. Facit etiam
97 tex. noſter in fi. Quæ argumentatio habebit lo-

cum etiam in ſtatutis,cauſa euitandæ abſurdi-
98 tatis,ne † delicta remaneant impunita, vt hic in
tex.noſtro. Et ita dicunt tenere Cyn.in.l.ſi per
alium.ff.ne quis eum &c. in additio. Quæ opi
99 nio eſt vera ſecundum Io.de Imo.quando † ſta-
tuto caueretur, quòd vbi pœna imponitur à
ſtatuto, non habeat locum pœna iuris commu
nis,& pro tali delicto, de quo ſtatutum loqui-
tur,& pro quo ſtatutum pœnam imponit,non
poſſet recurri ad ius commune; quia hoc caſu,
ſi fieri faciens non puniretur à ſtatuto, ſaltem
100 per viam interpretatiuam,† delictum remane-
101 ret impunitum;quod eſſe non debet. & † ſta-
tuta paſſiuam interpretationem recipiunt à
communi iure, vt in.c.cum dilectus. ſupra
de conſuetu. & in.l.vt gradatim. §. ſed ſi lege.
ff. de muner. & hono. Secus ſi ſtatutum ſim-
pliciter diceret, quòd ſi quis fecerit homici-
dium puniatur in mille, nec aliud ſtatutum
prohiberet recurri ad ius commune; Nam
hoc caſu non comprehenderetur fieri faciens;
quia licet non comprehendatur, tamen deli-
ctum per hoc non remaneret impunitum;
quia poterit puniri pœna iuris communis.
Facit.l.non ideò minus. C.de accuſa. Et præ-
102 dicta etiam faciunt, quòd ſi † ſtatutum dicat,
quòd cum homicida non poſſit fieri pax, aut
concordia ad mitigationem pœnæ, quòd
non comprehendatur ille, qui mandauit ho-
micidium fieri, ſeu per alium commiſit. Et
ſic dicit Bald. in dicta.l. ſi ſeruum. §. prætor
ait.ff.de acquiren. hæredita. ſæpe fuiſſe deter-
minatum in ciuitate Peruſij. & ſequitur ibi
103 Ioan.de Imo.Quod † intelligerem, quando ſta
tutum loqueretur in perſonam; videlicet,cum
eo qui fecit homicidium. Secus ſi in rem,vt di-
ctum eſt. Et ita declarat Bald. in repetitio.l.ſi
familia.ff.de iuriſdic.om.iudi. in fi. argumen.l.
pater filium.§.quindecim. ff. de legat.3. Sed
aduerte, quia contra prædictam quæſtionem
videtur fortiter obſtare tex. 17.quæſtio.4.in.c.
ſi quis ſuadente.iuncto.c.mulieres. in fi. ſupra
eod. Nam tex.in.c.ſi quis. loquitur in perſo-
nam,& tamen in.c.mulieres. dicitur, quòd ve-
104 rè dicitur facere, qui per alium facit. † Sed
potes dicere,vt dixi in quinta quæſtione. Vel
aliter potes ſoluere, quòd ibi in.c.ſi quis. non
conſideratur principaliter perſona agens; ſed
perſona patiens, & percuſſa,in cuius fauorem
emanauit principaliter illa conſtitutio. Et licet
videatur prima fronte loqui in perſonam,dum
dicitur, ſi quis ſuadente diabolo manus &c. ta-
men verba prædicta habentur, ac ſi eſſent ſcri-
pta in rem,vt in præcedenti concluſione. Fa-
cit etiam quod ſtatim dicam in ſequenti con-
cluſione,& melius in concluſione nona, ſecun-
dum opinionem Bal. Octaua concluſio ſit,
qui facit per alium habentem neceſſitatem fa-
ciendi, dicitur verè facere; hoc probatur in
.l.pater. in fi.ff.manu.vind. Exemplum, ſi pa-
ter filio, vel dominus ſeruo, aliquid licitum
105 mandet, cum † filius, & ſeruus neceſſiten-
tur obedire in rebus licitis, prout contingit
in dicta.l.pater. in fi. meritò continetur,quòd
per alium faciens verè dicatur facere. Facit
etiam.l.3. §. ſi procurator. ff.quod quiſ. iur.
106 Nam quanuis † verba illius edicti loquan-
tur in perſonam, videlicet, quod quiſque iu-
ris &c. tamen habent locum in eo qui im-
petrauit per procuratorem habentem ſpecia-
le mandatum ad id; quia cum mandatum de
impetrando ſit licitum, & procurator tan-
quam obligatus de neceſſitate impetrauerit,
ideò dominus verè dicitur impetraſſe, qui
per talem procuratorem impetrauit. Et hoc
tenet Barto.in.l.ſed ſi vnius. §. ſeruus. ff. de
107 iniur. Propter quod infert ibi, quòd ſi † ſta-
tutum diceret, quòd ſi quis produxerit ex-
ceptionem contra inſtrumentum guarentigia-
tum, teneatur tanta pœna; quòd principalis
teneretur, ſi produceret per procuratorem
habentem ad hoc ſpeciale mandatum; quia
talis ageret tanquam miniſter. Vide tamen
ad prædicta circa intellectum dicti. §. procu-
rator. quod tradunt ibi Docto. maximè Mo-
derniores, quos ad præſens videre non po-
tui. Nona concluſio eſt iſta, vbicunque di-
ſpoſitio principaliter conſiderat actum paſſi-
uè, prout fit in aliquem, ille qui per alium
facit,verè videtur facere. hoc ſingulariter vo-
luit Bald.in.c.1.§.ſi quis deceſſerit. ſi de feu.
fue. controuer. inter domi. & agnat. in vſi-
bus feudo. per tex. in.c. mulieres. ſupra
eod. Et ſic not. ſingularem intellectum ad
tex. in.c. ſi quis ſuadente. 17. quæſtione.4.
Nam licet loquatur in perſonam percuſſi,
& in ipſius fauorem emanauerit, Ideò per-
inde habetur, ac ſi verba eſſent ſcripta in
rem. de quo dixi in ſexta principali conclu-
ſione. quod not. pro his quæ dixi in ſepti-
ma principali concluſione. Facit quod not.
Bald.in.l.ſecunda.C.de in ius vocan. Decima,
& vltima concluſio ſit, quòd vbicunque lo-
quimur de aliquo actu, vel facto, quod ſub-
ſtantiatur ex propria voluntate, & ſcientia
facientis, non dicitur quis verè facere, qui
per alium facit. Quinimo nec etiam fictè,
& per interpretationem; nec ſufficit etiam in
108 mandante. Exemplum, † aditio hæredita-
tis ſubſtantiatur in perſona adeuntis; & ideò
ſi filius, vel ſeruus ſit inſtitutus hæres inſpi-
citur, & exigitur ſcientia, & voluntas ipſius
adeuntis, non patris, vel domini iuben-
tis, vt eſt tex. in.l.cum quidam. §. ſcientia.
ff.de acquiren. hæredita. Et ſic ex omnibus
109 prædictis poteſt colligi, vtrum † mandantis,
& mandatarij ſit idem delictum numero, &
ſpecie; Dyn.conſuluit quòd ſic, vt tradit Cy.
in.l.non ideò minus. C. de accuſat. & in.l.1.
C. ſi re. vel accuſa. mor. fue. Et ibi etiam ſe-
quitur Rayn. ſuper additio. ad Cyn. alle-
gat.l. Athales. §. 1. ff. de fal. Et idem etiam
tenet Barto. ff.de accuſa.in.l.hos accuſare. §.
lege. per.l.nihil. §. fina. ff. de adulter. & ibi
tenet Barto. & latius in ſuo conſilio, quod in-
cipit, Girardus de Tuderto, quod eſt conſi-
liũ.101.



liũ.101. lib.1. & Iacob. Butr. in.l.obſeruare.
§.1.ff.de offic.proconſ.& lega. & latius Bald.
in dicta.l.non ideo minus. Et ſic ex prædi-
110 ctis ſequitur, quòd † mandans, & mandata-
rius poſſunt eodem libello accuſari, vt tradit
Barto. in.d.§.lege. & traditur etiam in dicta.l.
non ideo minus. de quo dic vt latius dixi in
.c.1. ſupra de libel. obla. Aduerte tamen cir-
ca prædictam deciſionem, quia ſimpliciter di-
111 cta deciſio non videtur eſſe vera, niſi † ſecun-
dum terminos concluſionum, in quibus per
alium faciens videtur velle facere. Sed in ca-
ſibus, in quibus per alium faciens videtur
non verè, ſed interpretatiuè facere, proce-
dat dicta concluſio interpretatiuè, & non ve-
rè. Sed in alijs caſibus, in quibus nullo mo-
do dicitur facere, procedit dicta concluſio.
Item ex prædictis deciditur alia concluſio, po-
112 ne, † in ciuitate ſunt duo officiales habentes
eandem poteſtatem,prout eſt in hac ciuitate de
Poteſtate, & Capitaneo, qui in criminalibus
eandem habẽt iuriſdictionem. Or pono nũc,
quòd vno ſtatuto cauetur, quòd vnus non
poſſit ſe intromittere de maleficio,de quo alius
cœpit cognoſcere; & quicquid actum ſit in cõ-
trarium, ſit ipſo iure nullum. & ſtantibus his
terminis, pone quòd Poteſtas cœpit inquirere
contra.P.de homicidio commiſſo in perſonam
G. & ipſum poſuit in banno propter contuma
ciam.deinde Capitaneus etiam inquirit contra
eundem.P. eo quòd mandauerit homicidium
fieri contra eundem.G.& ipſum.P.non compa
rentem poſuit in banno, vtrum ſit ipſo iure nul
lũ. Et videtur dicendum quòd ſic,per rationẽ
113 prædictam,† quòd delictum mãdantis, & man
datarij,videtur vnum,& idem numero, & ſpe-
cie. Et ita dicit do.Nellus de ſancto Gemi. fuiſ-
ſe determinatum Florentiæ in quæſtione de fa-
cto,prout ipſe tradit in tractatu bannitorum,in
ſecunda parte primi temporis. q.7. Sed hæc
114 determinatio mihi nõ placet indiſtinctè. † Sed
recurrerem pro deciſione ad prædictas conclu
ſiones, vt ſcilicet prædicta determinatio proce-
dat in omnibus caſibus, in quibus idem delictũ
videtur verè in mandante,& in faciente; aut for
tè etiam interpretatiuè, & pœna eſſet eadem in
mandante,& mandatario. Secus autem ſi pœ-
na diuerſificaretur; vt puta,ſi ſtatutum expreſsè
diſponeret ſecundum terminos, de quibus di-
xi,in ſeptima concluſione princ. Nam tũc eſſet
attendenda forma inquiſitionis,& proceſſus,&
pœnæ impoſitæ.Nam ſi eadem pœna impone-
retur per Capitaneum, quæ impoſita fuit per
Poteſtatem, proceſſus non valeret. Sed ſi impo-
neretur diuerſa pœna valeret proceſſus; quia
non intromiſiſſet ſe de maleficio, de quo Pote-
ſtas cognouit; & ex modo procedendi, & con-
demnandi hoc dinoſcitur, ſecundum ea quæ
traduntur in.c.niſi eſſet. ſupra de præben. & in
.c.quintauallis. ſupra de iureiuran. per Docto.
maximè Moderniores in quæſtione illa,an pro-
ceſſerint, vt iudex, vel vt arbitrator. Sed re-
deundo nunc ad concluſionem ſuperius ta-
115 ctam,an ſit † vnum,& idem delictum mandan-
tis,& mandatarij, Barto.in.l. ſed ſi vnus.§.ſer-
uus.ff.de iniur. dicit,quòd hoc poteſt multipli-
citer conſiderari. Vno modo, vtrum ex eo de-
licto naſcatur obligatio vtriuſque. Et dicen-
dum eſt quòd ſic,per.l.non ſolum. §.ſi manda-
to. ff. de iniur. nam talis mandans tenetur ex
delicto perpetrato propter mandatum, vt in
.l.1.§.perſuadere. ff.de ſer. corrup. & ibi not.
glo.in.§.penult. Inſtitu.de oblig.quæ ex quaſ.
116 delic.naſcun. Ex quo infertur, quòd † iudex
qui vult inquirere contra delinquentem, debet
apponere tempus commiſſi delicti per manda-
tarium,& locum in quo ſit commiſſum,non au
tem locum mandati. Facit.l.prætor.§.hoc au-
tem edicto.ff.vi bono.rapt. & ibi Barto. quod
eſt menti tenendum. Vnde ſi locus,vel tempus
augeret pœnam, debet hoc diligenter conſide-
rari. Ad quod etiam vide quod not. Barto. &
ibi Ioan.de Imo.in.l.ſi vt proponas. ff.de fide-
iuſſ. Sed Bald.in dicta.l.non ideò minus. ſupra
alleg. aliter dicit, diſtinguens, quòd aut mandãs
obligatur ſimul in tempore, aut ex diuerſis de-
lictis, & tunc, aut delictum mandantis recipit
conſumationem ex ipſo mandato, & tunc lo-
cus,& tempus non perpetrati delicti, ſed cele-
brati mandati deberet apponi, vt in dicta.l.1.§.
perſuadere. Aut non recipit conſumationem
ex ipſo mandato, ſed ſolum ex delicto poſtea
ſecuto,& tunc ſimul obligantur. Et procedat
opin.Bal.quia ipſius delicti locum, & tempus
conſideramus, allegat.l.hæc verba.ff.de adult.
Sed redeundo ad verba, dicit Bart. quòd ſecun
do poteſt conſiderari, vtrum mandantis, &
mandatarij ſit eadem obligatio, & reſpondet
117 quòd non; quia † tot ſunt obligationes, quot
ſunt perſonæ delinquentium, vt in.l.ſi plures.ff.
de iniur. & in.l.ſi id quod.ff.de iuriſdi.om. iud.
Et adde hoc ad ea, quę dixi in.c.1.ſupra de pœ.
& ibi vide latè de materia pluralitatis delin-
quentium. Tertio modo poteſt conſiderari,
vtrum eadem accuſatione ſint puniendi, & tũc
aut loquimur in caſibus,in quibus ille, qui man
dat verè dicitur facere, & tunc dicendum quòd
ſic. aliàs ſecus. Sed tu dic, vt ſupra dixi poſt
primam opinionem. Et ex his, Deo duce, habes
notabiliter expeditam hanc notabilem, quoti-
dianam, & intricatam materiam.

## Cap. XXXVI. Contingit.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus eſt, inijciens manus violentas in clericum, etiam volentem, quanuis hoc faciat in ſatisfactionem præcedentis iniuriæ.*

2 *Conſuetudo diſponens aliquid ſimpliciter, ſi tendit contra priuilegium clericorum, non valet.*

*Quid in ſtatuto. ibidem.*

3 *Offendens alium, poteſt ſubijcere ſe iudicio offenſi pro ſatisfactione.*

*Quod verum eſt, quando ſubijcit ſe iudicio of-*

 *fenſi*

*ſenſi tanquam arbitrio boni viri. Secus ſi tanquam arbitro, ac iudici. nu.4. Hoc tamen intellige vt nu.5.*

6 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*

7 *Pœnam.c.ſi quis ſuadente. 17.q.4. vt quis incurrat, ſufficit quòd manus ſit temeraria, licet non iniurioſa.*

8 *Iniuria dicitur fieri, etiam volenti, quando tangit iniuriam alterius.*

9 *Iniuria illata clerico, licet eam ſibi non reuocet ad iniuriam, dicitur tamen iniuria fieri clero. & nu.17. Et ibi, an eccleſiæ cõpetat iniuriarum actio. remiſſiuè.*

10 *Familia, vel domus, an poſſit agere pro iniuria ſibi ipſis illata in alterum, quando vnus de eorum domo, vel familia, etiam volontariè, ſe ſubiecerit verberibus alterius.*

11 *Clericus an poſſit remittere iniuriam, prout eſt in facto, aut in fieri, remiſſiuè.*

12 *Priuilegio principaliter, non in fauorem priuatũ, ſed publicum indulto, an poſſit priuatus renuntiare.*

13 *Percutiens clericum non iocosè, ſed cauſa ſe vlciſcendi, aut ſæuiendi, eſt ipſo facto excommunicatus.*

14 *Clericus ſubijciens ſe verberationi laici, debet excommunicari, etiam ſi hoc faciat pro ſatisfactione iniuriæ per eum in laicum illatæ.*

15 *Clericus inferens iniuriam laico, debet ſatisfacere iniuriam paſſo abſque iniuria clericali. Et an de bonis ſui beneficij, vel de fructibus.*

16 *Rationabiliter illud dicitur fieri, quod fit ſine alterius iniuria.*

18 *Excommunicationem maiorem qui incurrant ipſo iure, & facto. & ibi enumerat.cxix.caſus, in quibus excõmunicatio maior incurritur ipſo iure, & facto.*

19 *Legatus poteſt facere conſtitutionem, & valebit etiam finita ſua legatione.*

20 *Excommunicationem minorem quis incurrat ipſo facto, & iure, & duodecim enumerat caſus, ibidem.*

CONTINGIT. Si quis in
1 clericum, † etiam volentem, ma-
nus inijciat violentas, eſt excom-
municatus, quanuis hoc faciat
in ſatisfactionem præcedentis iniuriæ. h. d.
Et eſt caſus valde notabilis. Primo ponitur
conſultatio. Secundo reſponſio. ſecunda ibi,
nos autem. Not. primo ibi, morem patriæ,
2 quòd † conſuetudo etiam aliquid ſimpliciter
diſponens, non valet, in quantum talis con-
ſuetudo tendit contra priuilegium clericalem.
Ad idem.c.nouerint. infra eod. titu. vbi tex.
loquitur de conſuetudine, & ſtatuto illatæ in-
3 iuriæ. Secundo not. quòd † offendens po-
teſt ſe ſubijcere iudicio offenſi pro ſatisfactio-
ne. Ad quod etiam facit.c.quintauallis. &.c.
4 veniens. ſupra de iureiuran. Quod † tamen li-
mita, quando quis ſubijceret ſe iudicio offen-
ſi, tanquam arbitrio boni viri. Secus ſi ſubij-
ceret ſe iudicio illius, tanquam arbitri, aut iu-
dicis; quia hoc fieri non poteſt, vt in.l.penul.
ff.de arbitr.traditur in.l.vnica.C.ne quis in cau.
ſua iudi. & not. in dicto.c.quintauallis. Item
5 quod dixi de † arbitrio boni viri, limitan-
dum eſt, niſi pro tali ſatisfactione veniret in-
ferenda vulneratio. Nam hoc caſu fieri non
6 poteſt, eo quòd † nemo eſt dominus mem-
brorum ſuorum, vt in.l.liber homo. ff.ad leg.
aquil. Vnde laicus hoc facere non poſſet. Nec
in hoc valeret conſuetudo, tanquam irrationa-
bilis. Facit quod not. 23.quæſt.5. in.c.ſi non
licet. & quod not. Barto.in.l.1.§.vſque adeò.
ff. de iniur. Facit etiam quod not. in.l.fina.
§. ſi quis autem. ff. de his qui ſibi mor. con-
7 ſci. Et † ad incurrendam pœnam. c. ſi quis
ſuadente. 17.quæſtio.4. non eſt neceſſarium,
quòd manus violenta ſit iniurioſa, ſed ſatis
eſt quòd ſit temeraria. Ad idem.c.nuper. ſu-
pra eod. dixi latè in.c.peruenit. ſupra eod. in
nono principali articulo, in tertio membro.
8 Tertio not. quòd † licet patiens actum, &
per conſequens non videatur ſibi fieri iniuria,
tamen ſi talis actus tangit iniuriam alterius,
non videtur eſſe actus, ſine iniuria omnino. Et
9 ideò † cum iniuria illata clerico, videatur in-
ferri toto clero, meritò, licet patiens non re-
uocet illam iniuriam, dicitur tamen iniuria fie-
ri clero. Quod facit ad deciſionem quæſtio-
10 nis, quòd quanuis † vnus de vna domo, aut
familia voluntariè ſe ſubiecerit verberibus al-
terius, tamen poſſunt illi de domo, aut fami-
lia agere pro iniuria eis illata ſibi in alterum.
11 Quarto not. quòd † clericus non ſolum non
poteſt illam remittere, prout eſt in facto, ſed
nec etiam prout eſt in fieri. de qua mate-
ria dic vt latius dixi in. c.olim. ſupra de in-
12 iur. Quinto not. quòd † vbi priuilegium eſt
principaliter indultum non in priuatum, ſed
in publicum fauorem, non poteſt priuatus illi
priuilegio renuntiare. de quo dic vt latè dixi
in.c.ſi diligenti. ſupra de fo. competen. Se-
13 xto not. quòd † percutiens clericum, ipſo
facto eſt excommunicatus, etiam volentem,
ex quo non iocosè, ſed vlciſcendi, aut ſæ-
uiendi cauſa percutitur. de quo dic vt la-
tius dixi in. c.contingit. ſupra eod. in nono
principali articulo, in tertio membro princi-
14 pali. Septimo not. quòd † clericus ſubijciens
ſe verberationi laici, debet excommunicari;
quanuis hoc faciat pro ſatisfactione iniuriæ
per eum in laicum illatæ. Nec obſtat quòd
debeat haberi pro excommunicato ipſo facto,
cum ſubijciendo ſe videatur communicare in
crimine, vt in.c.nuper. ſupra eod. quia ad hoc
reſponde, vt latius dicam in. c.inter alia. infra
eod. in vigeſimo principali articulo. Octauo
15 not. quòd † clericus, qui iniuriam infert lai-
co, debet ſatisfacere iniuriam paſſo, abſque
iniuria clericali. Et ſic non debet ſatisfacere
de bonis beneficij. Niſi fortè reſtringendo
victum ſuum in fructus, quos faceret ſuos. vi-
de de materia quod dixi in.c.olim. ſupra de in-
iur.



16 iur. Vltimo not. quòd † illud dicitur rationa-
biliter fieri, quod fit ſine alterius iniuria. Idem
etiam not. d. Anto.in.c.de cætero. ſupra eod.
Glo.1.in prin.colligit.deinde format quæſtio-
nem, & ſoluit, & probat per ſimile. Deinde for-
mat aliam quæſtionem, & arguit pro parte affir
matiua, & decidit pro negatiua. vltimo for-
mat quæſtionem, & ſoluit. In eadem glo. ibi,
iniuria illa dicitur fieri eccleſiæ, dic, not. bene
17 iſtam glo. quòd † iniuria, quæ fit clerico, di-
citur fieri eccleſiæ, cui pro tali iniuria com-
petit actio iniuriarum. de quo dic vt latè dixi
in.c.olim. ſ.de iniur. in primo membro prin-
cipali, & in ſecundo. In eadem glo.ibi, ſed nun
quid Epiſcopus ſolus, dic de hoc, vt latè dixi in
d.c.olim. in quarto membro princ. In eadem
glo. ibi, ſed quare excuſatur, qui ioco, dic de
hoc, vt latè dixi in.c.peruenit.ſ.eod. in nono
prin.artic. in tertio, ſeu in quarto mẽbro prin.
Glo.2.in princ.quærit, & ſoluit. & ponit dupli-
cem limitationem. deinde format aliam.q. &
ſoluit, ponendo vnam limitationem. tertio ve-
rò loco glo. ponit aliam quæſtionem, arguit ꝓ
parte negatiua. deinde ſoluit diſtinguendo, &
ponendo opiniones. In eadem glo.ibi, quouis
ordine, dic vt dixi in.c.peruenit.ſupra eo.in ter-
tio membro prin.in prima fallentia. In eadem
glo. ibi, clericus depoſitus. dic vt dixi in dicto
nono membro princ.in octaua, & nona fallen.
In eadem glo.ibi, quid de excommunicato, dic
vt dixi in ſecũdo membro, in vndecima fallen.
Glo.fi.format vnam quæſtionem, & ſoluit. Tu
dic de ea, vt dixi in.d.c.peruenit. in nono princ.
artic.in tertio membro prin. Poſtremo iuxta
præmiſſum ordinem in rub. aſſumo decimum-
octauum principalem articulum, in quo nume
randi ſunt caſus, in quibus quis incidat in ex-
communicationem ipſo iure, vel ipſo facto;
quem articulum proſequar per duo membra
principalia. Primum erit reſpectu excommuni-
cationis maioris. Secundum reſpectu minoris.
Quò ad primum, enumerabo prædictos caſus,
ſeruando ordinem iuris, incipiendo à decretis
per ordinem, deinde aſſumendo decretales, &
tandem caſus nouos ſexti clementinarum, &
18 extrauagantium. Primus † igitur caſus eſt in
eo, qui dicit Romanam eccleſiam non eſſe ca-
put aliarum, & ei tanquam capiti non vult obe-
dire. 19.diſt.c.nulli fas. Quidam tamen volunt,
quòd dictus caſus non ſit latæ ſententiæ, ſed fe-
rendæ. de quo dic vt ibi per glo. & Archidiac.
Secundus eſt contra incendiarios, & violatores
eccleſiarum. 11.quæſt.3.c.canonica. & ibi glo.
17.q.4.c.omnes. 23.q.8.c.peſſimam. Secus in
incendiarijs aliorum locorum, dic de hoc vt di-
xi latè in.c.conqueſti. ſupra eod. in fi. glo.1.
Tertius eſt in percutiente clericum, vel religio-
ſum iniuriosè, vel temerariè. de quo tamen dic
vt latè dictum fuit in.c.peruenit. ſupra eod. in
nono princ.artic. Quartus caſus eſt, in eo qui
incidit in hæreſim iam damnatam, vt Arriani,
Neſtorij, & ſimilium. de quibus plenè habes.
24.q.1.c.1.2.&.3. Et idem ſi quis nouam hæ-
reſim committeret, vt infra ſubijciam, & hi ca-
ſus reperiuntur in decretis, vnde nunc proſe-
quar caſus decretalium. Quintus caſus eſt, cũ
quis à paucioribus, quàm à duabus partibus
Cardinalium in ſummum Pontificem electus,
conſenſit electioni de ſe factæ pro Papa, ſi hu-
militer noluerit abſtinere, vt in.c.licet.§.ſi quis
autem. iũcto ver.præterea.ſ.de elect. Sextus,
in eo, qui ipſo prædicto modo electo ſe pro Pa
pa gerenti adhæret, vt.d.c.licet. Septimus, cũ
quis ſe ingerit in eccleſia, in qua eſt Epiſcopus,
gerens ſe pro Epiſcopo ſine conſenſu illius Epi
ſcopi, vt in.c.quoniam. ſupra de offic.ordi.
Octauus, cum quis magiſtrorum, vel ſcolariũ
Bononieñ. ante finitum tempus conductionis
conducit hoſpitia aliorum magiſtrorum, & ſco
larium ſine eorum conſenſu, vt eſt tex. in.c.1.
ſupra de loca. Et ſecundum aliquos, illa cõſtitu
tio eſt localis, & ſecundum hoc ad alia ſtudia
non extenderetur. Alij verò tenent, quòd ſit
generalis. & ita tenet hic Hoſt.in ſumma. in.§.
quis autem. ver.vigeſimoprimo remittens. ad
not.per eum in ſum.de locato.§.quæ actiones.
ver.ſi quis autem ſcolarium. vbi hoc latius, &
clarius tenet, & mihi magis placet. tum quia
fauorabilis. Item quia ad quid fuiſſet appoſita,
niſi ipſa in iudicijs vteremur.arg.notatorum.ſ.
in prima conſtitutione. Item ad quid eſſet cõ-
firmata conſtitutio illa authoritate Papæ, ſi re-
maneret localis, cum citra confirmationem va-
19 leret, eo quòd † ſufficiens fuerat authoritas Le-
gati, quanuis poſtea finita eſſet legatio, vt in.c.
fina.ſ.de off.lega. Et not. hunc caſum ſingula-
rem. Et vide tex.illum, qui facit etiam extenſio-
nem ad ſcriptores ſcolarium, & qualiter debet
in ſcolis publicari. Nonus, contra poteſtates,
& conſules, & alios rectores, & officiales laicos
ciuitatum, & aliorum locorum, angarias, & e-
xactiones indebitas eccleſijs, ſacerdotibus, &
eorum poſſeſſionibus imponentes, & alia ſimi-
lia vniuerſa onera. de quibus oneribus latius
ſupra de immun.eccle.c.non minus.&.c.aduer-
ſus.§.1. Decimus, contra illos, qui talibus, de
quibus ſtatim in præcedenti caſu dictum eſt,
ſucceſſerunt, & infra menſem errorem, ſiue ex-
ceſſum prædeceſſorum non purgauerunt, præ-
deceſſoribus nihilominus excommunicatis re-
manentibus, donec vtrique ſatisfecerint compe
tenter, vt.d.c.aduerſus. Vndecimus, contra
quoſdam religioſos profeſſos, leges, vel phyſi-
ſicam audientes, niſi infra duorum menſium ſpa
cium à ſciẽtia huiuſmodi duxerint deſiſtendũ.
ſupra ne cler.vel mona.c.non magnopere. &.c.
ſuper ſpecula.1.reſpon.&.§.1. Duodecimus
contra archidiaconos, decanos, præpoſitos, can
tores, & alios clericos perſonatum habẽtes, nec
non etiam præsbyteros leges, vel phyſicam au-
dientes, vbi.ĩ.duorum menſium ſpatio ab hu-
iuſmodi ſtudio non duxerint deſiſtendum, vt
in.c.fina.§.fina.ſupra ne cler. vel mona. Deci-
mus tertius contra illos, qui deferunt arma, fer-
rum, ligna, galeas, vel naues Sarracenis, vel infi-
delibus, vel regimen nauium, vel galearum

Sarracenorum exercet, vel aliquod aliud auxilium eis impendunt in diſpendium terræ ſanctę, vel chriſtianorum. ſupra dę iudę.c.ita quorundam. &.c.ſignificauit.&.c.quod olim. &.c. ad liberandum. Decimus quartus, contra eos qui defendunt, aut receptant hæreticos. ſupra de hæreti.c.ſicut ait. Decimus quintus, contra illos, qui nituntur ordinationibus, vel alienationibus factis à ſchiſmaticis, vt in.c.1. de ſchiſma. Decimus ſextus, cõtra illos, qui artẽ mortiferam, & odibilem baliſtariorum aduerſus chriſtianos, & catholicos exercent, vt ſupra de ſagitt.c.1. quod qualiter intelligatur, dic vt ibi dixi. Decimus ſeptimus, contra illos, qui Romanos, aut alios chriſtianos pro negotiatione, vel alijs honeſtis cauſis nauigio vectos capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumunt, aut naufragium paſſos ſpoliant rebus ſuis, niſi moniti ſatisfaciant. ſupra de rapt.c.3. & dic vt ibi dixi. Decimus octauus, cum quis poteſt defendere clericum à violenta manuum iniectione, & non defendit, vt.ỹ.eod.c.quantæ. Quod quidam reſtringunt ad illos tantum, qui ratione poteſtatis, & officij hæc poſſunt prohibere. Alij verò intelligunt generaliter. de quo ibi dicam. Decimus nonus contra illos, qui de cætero ſeruari fecerint ſtatuta edita, & conſuetudines introductas contra eccleſiæ libertatem, niſi ea de capitularibus, & libris ſuis deleri fecerint, ſecundum formam.c.nouerint. infra eod. de quo ibi dicetur. Vigeſimus, contra eos, qui de nouo talia ſtatuta fecerint, aut facerent, vt.d.c.nouerint. Vigeſimus primus, contra illos, qui talia ſtatuta ſcripſerint, vt. d.c.nouerint. Vigeſimus ſecundus, contra poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarios locorum, in quibus huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines ſeruari fecerint, quanuis ea non dederint, vt.d.c. nouerint. Vigeſimus tertius, contra illos, qui ſecundum talia ſtatuta, vel conſuetudines præſumpſerint iudicare, vt ibi. Vigeſimus quartus, contra illos, qui ſcribere præſumpſerint iudicata ſecundum talia ſtatuta, & conſuetudines, vt ibi. Vigeſimus quintus, contra eos, qui participant in crimine excommunicatis, vt in.c.nuper. ſupra eod. & ibi dixi. & in.c.ſi concubinæ.ỹ.eod. dicam infra in vigeſimo principali artic. in.c.inter alia. ỹ. eod.

Vigeſimus ſextus, contra illos, qui ſcienter, & ſpontè participant in diuinis officijs, excommunicatis à Papa, vt.in.c.ſignificauit.ſupra eo. & ibi dixi. Et ex his habes expeditos caſus decretalium. vnde tranſeamus nunc ad caſus libri ſexti. Vigeſimus ſeptimus, contra eum, qui mittit nuntium, vel ſcripturam, aut ſecretè loquitur cum aliquo Cardinali eo tempore, quo Cardinales ſunt in Conclaui pro eligendo ſummum Pontificem, vt in.c.vbi periculum. §.nulli. de electio. lib.6. Vigeſimus octauus, contra illos, qui agunt contra ea, quæ ponuntur in dicto.c.vbi periculum. prout refert, & intelligit.§.quod ſi præmiſſa. in eod.c.

Vigeſimus nonus, contra grauãntes aliquam perſonam eccleſiaſticam, vel eius conſanguineos, vel eccleſiã, aut bona; eo quòd noluerit eligere illum, pro quo rogabant, vt in.c. ſciant. de electio. lib.6. Trigeſimus, contra clericos eccleſiarum, & monachos monaſteriorum, & cæteras perſonas locorum, qui fieri procurant, quòd aliqui regalia, cuſtodiam, ſiue guardiam, aut aduocationis, vel defenſionis titulum in eccleſijs, aut pijs locis vſurpent, vel eccleſiarum, monaſteriorum, aut dictorum locorum vacantium bona vſurpent, vt in.c.generali. de electio. lib. ſexto. Trigeſimus primus in caſu.c.fundamenta.§.quod ſi ſecus. de electio.lib.ſexto. Trigeſimus ſecundus, contra agentes aliquid, propter quod inter moniales debentes eligere, diſcordia oriatur, vel orta nutriatur, vt in.c.indemnitatibus.§.poſtremo.de electio. lib.6. Trigeſimus tertius, in caſu.c.fina.§.pars verò.de offi.delega.lib.6.

Trigeſimus quartus, contra eos, qui vi, vel metu abſolutionem ab excommunicatione extorſerint, vt in.c.1. in fin. quod met. cau.lib.6.

Trigeſimus quintus, contra iudicem fingentem caſum, vt ad moniales perſonaliter accedat contra formam.c.2. de iudi. lib. ſexto.

Trigeſimus ſextus, in caſu.c.ad apoſtolicæ. ver.omnes. de re iudi. lib.6. Trigeſimus ſeptimus, contra illos, qui prælatos, vel perſonas eccleſiaſticas compellunt ad faciendas eccleſiarum ſubmiſſiones, vt in.c.2. ver. illi verò. de reb. eccle. non alien. lib.6. Trigeſimus octauus, in caſu dicti.c.2.in fi. Trigeſimus nonus, contra profeſſores regularum non approbatarum, qui aliquem recipiunt, noua loca ementes, aut vetera vendentes, abſque licentia ſummi Pontificis, vt in.c.1. de religio. domi. lib.6. Quadrageſimus, contra ſingulares perſonas, quæ eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas compellunt ſoluere pedagia, vel viragia, vel exactiones pro rebus ſuis, quas cauſa negotiationis non deferunt; vel pro perſonis, vt in.c. quãquam. de cenſi.lib.6. Quod not. contra Ferrarieñ. & alios ſimiles. Sed excuſantur propter notoriam confuſionem, & patientiam ſummi Pontificis. Quadrageſimus primus, in caſu.c.clericis.§.nos igitur.de immu.eccle.lib.6.

Quadrageſimus ſecundus, in caſu eiuſdem decretalis.in.§.prælatis.in fine. Quadrageſimus tertius, cõtra eos, qui ſuper cauſis, quæ ad forũ eccleſiaſticũ de iure, vel ex conſuetudine pertinent, literas à ſede apoſtolica impediunt impetrari, aut ſuper ipſis coram ordinarijs, vel delegatis eccleſiaſticis litigari, vt in.c.penult. de immu.eccl.lib.6. Quadrageſimus quartus, contra obtinentes temporale dominium, qui ſuis ſubditis interdicunt, ne prælatis, clericis, aut perſonis eccleſiaſticis aliquid vendãt, aut emãt ab eis, ne molant, coquant, aut alia obſequia exhibere præſumant, vt in.c.ſi. de immu.eccle. lib.6. Quadrageſimus quintus contra profeſſores religionis, etiam tacitè, qui temere habitum religionis ſuæ dimittunt, aut ad quæuis

ſtudia

ſtudia accedunt, niſi à Prælato ſuo de conuentus conſilio ad hoc licẽtiam habeant, vt in.c.2. ne cle. vel mona. lib. 6. Quadrageſim⁹ ſextus contra Doctores, & magiſtros qui ſcienter docere leges, aut phiſicam, aut in ſcolis ſuis religioſos habitu ſuo dimiſſo retinere præſumpſerint, vt in.c. 2. in fin. ne cle. vel mona. lib.6.

Quadrageſimus ſextus contra eos, qui hæreticos, aut eorum receptatores, defenſores, ſeu fautores eccleſiaſticæ præſumunt tradere ſepulturæ, vt in.c.2.in prin. de hære. lib. 6. Quadrageſimus octauus, contra perſonas priuatas, de fide catholica publicè diſputantes, vt in.c.2. ſecundo reſpon. de hæreti. lib. 6. ſecundum aliquos. Sed ſecundum Ioan. Andr. ibi in glo. ſuper verbo innodetur, tenet contrarium, ꝙ non ſit latę, ſed ferendæ ſententiæ. Quadrageſimus nonus, in.c. vt inquiſitionis. in fin. de hære. lib. 6. Quinquageſimus in caſu.c.1.ver. omen.de ſchiſma.lib.6. Quinquageſimus primus, in caſu.d.c.1. ver. nihilominus. Quinquageſimus ſecundus, in caſu.c.1. de homici. lib.6. Quinquageſimus tertius, cõtra eos, qui pignorationes, hoc eſt repreſalias contra perſonas eccleſiaſticas concedunt, vel conceſſas oſtẽdunt, vt in. c.1. de iniur. lib. 6. Quinquageſimus quartus, contra inſecutores Cardinalium per ſe, vel alium, ſeu talibus inſecutoribus fouentes, vel auxilium, ſeu conſilium dantes, aut etiam mandantes, vel defendentes, aut ſcienter receptantes, vt in.c.fœlicis. §. præſenti. de pœn. lib.6. Quinquageſimus quintus. in caſu.c.quicunq;. eod. tit. lib. 6. Quinquageſimus ſextus cõtra abſolutos ab excommunicatione propter mortis periculũ, aut aliud impedimentum, ab eo, à quo aliàs non poterant abſolui; ceſſante impedimento, ſi ſe non præſentant cum commodè poſſent, ei, à quo aliàs debebant abſolui. Nam tales ipſo facto in priorem ſententiam reincidunt, vt in.c. eos. in prin.eod. ti. lib.6. Quinquageſimus ſeptim⁹, contra abſolutum ab excommunicatione, qui ſe debet alicuius conſpectui præſentare, ſi hoc non faciat, quàm prius cõmodè poterit. Nam & ipſe in priorem reincidit excõmunicationẽ, vt in.d.c.eos. in ſecundo reſpon. Et ex his habes expeditos caſus ſexti libri. quare deſcẽdendum eſt ad caſus nouos Clementinarũ. Quinquageſimus octauus caſus, ſit cõtra eum, qui impedit ſequeſtrationes, vel fructus ſequeſtratos occupat, data vna ſentẽtia in curia in petitorio, vel poſſeſſorio, propter quam beneficium, & fructus ſint ſequeſtrati, ſecundum formam cle. 1. de ſequeſtra. poſ. & fruc. Quinquageſimus nonus, contra illos, etiam ſi ſint exempti, qui tempore interdicti in caſibus non permiſſis defunctos eccleſiæ tradunt ſepulturę, vt in cle. 1. de ſepul. Sexageſimus, contra eos exẽptos, qui ſcienter ſepeliunt excommunicatos publicè, vt ibidem. Sexageſimus primus, in eos, ẽt exemptos, qui nominatim interdictos ſepelire præſumunt, vt.d.cle. 1. Sexageſimus ſecundus, contra eos, qui manifeſtè ſepeliunt vſurarios, vt ibidem. Sexageſimus tertius, contra religioſos adminiſtrationẽ, vel beneficium nõ habentes, qui noualium, aut alias decimas eccleſijs debitas, ad eos ex aliqua legitima cauſa non pertinentes præſumunt ſibi approperare, aut exquiſitis fraudibus, ſeu coloribus vſurpare. Niſi poſt requiſitionẽ per eos, quorum intererit, ſuper hoc eis factã, à præmiſſis deſtiterint infra menſem. Aut ſi de his, quæ vſurpare contra præmiſſa, vel retinere præſumpſerunt infra duos menſes damnificatis eccleſijs emendam non fecerint competentem, vt in cle. 1. de decim. Sexageſim⁹ quartus, in eoſdem religioſos, qui de animalib⁹, familiariũ, & paſtorũ ſuorum, vel etiam aliorum, ipſa animalia eorũ gregibus miſcentium, vſurpare, vel approbare prædicto modo præſumpſerunt, nec reſtituerũt infra tempus prædictum, vt.d. cle. 1. Sexageſimus quintus, in eoſdem religioſos de animalibus, quæ in fraudem eccleſiarũ in pluribus locis emũt, emptaq́; tradunt venditorib⁹, vel alijs ab ipſis tenenda, ad hoc, vt decimas non ſoluat, ſi non deſtiterint, aut reſtituerint infra tempus prædictum, vt.d. cle. 1. Sexageſimus ſextus contra eoſdem, qui de terris quas tradunt alijs excollenda, decimã ſolui eccleſijs non permittunt, aut prohibent; ſi infra prædictum tẽpus nõ deſtiterint, aut reſtituerint modo prædicto, vt.d.cle. 1. Sexageſimus ſeptimus, cõtra profeſſos adminiſtrationẽ aliquam non habentes, abſq; proprij prælati licentia euntes ad curiã principum, fingentes ſe non poſſe in monaſterijs ſecurè morari, vt.d.cle. 1.§. quia verò de de ſta. mona. Sexageſimus octauus in eoſdẽ, qui contta prælatos coniurant, & illos capi, & incarcerari faciunt, niſi ab ipſis petita pẽſio, vel ſubuentio aſſignetur, & ipſorũ monaſteria comburi procurant, & interdum ipſorum monaſteriorum bona in totum, vel parte non modica occupare præſumũt, vt ibidem. Sexageſimus nonus, contra eos, qui viſitatores monialium, vel canonicarum, ſecundum formam cle. 2. de ſta. mo. in viſitationibus ſuis impedire præſumunt, niſi moniti reſipiſcant.d.clem. 2. in fin.

Septuageſimus, cõtra illas, quæ damnatum ſtatum beguinarum ſectantur, aut de nouo aſſumunt, vt in cle. 1. de reli. do. Septuageſimus primus, contra religioſos, qui mulieres ſectantes, vel de nouo aſſumẽtes beguinarum ſtatum fouẽt, aut ad ipſum ſuſcipiendũ inducunt, vt.d. cle. 1. Septuageſimus ſecũdus in eos, qui ſcienter matrimoniũ contrahunt in prohibito conſanguinitatis gradu à iure canonico, vt in cle. 1. de conſagui. & affin. Septuageſimus tertius, in eos, qui ſimili modo in gradu affinitatis prohibito matrimonium contrahunt, vt ibi.

Septuageſimus quartus, contra eos, qui ſcienter contrahunt matrimonium cũ monialibus, vt ibi. Septuageſimus quintus, contra omnes profeſſos, qui matrimonium cõtrahunt, vt ibi.

Septuageſimus ſextus contra moniales matrimonium contrahentes. Septuageſimus ſeptimus, contra clericos in ſacris ordinibus conſtitutos

tutos

tutos matrimonium contrahentes, vt ibi. Septuageſimus octauus, contra inquiſitores, vel ſubſtitutos ab eis, qui non diſcretè,& promptè contra diffamatos de hæreſi procedunt, aut aliquid falſitatis pro ipſo inquiſitionis officio impediendo contra aliquem imponunt, vt in cle. 1. §. penul. de hæreti. Septuageſimus nonus, in eoſdem, qui odij, gratię, amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iuſtitiam, & cõſcientiam ſuam omiſerunt contra quemcunq; hæreticum procedere, vbi fuerit pocedendum, vt .d.cle. 1. §. penul. de hæreti. Octuageſimus cõtra inquiſitores, qui prætextu officij inquiſitionis, quibuſcunq; modis illicitis, ab aliquibus pecuniam extorquent, vt vt .d. cle. 2. ſecundo reſpon. Octuageſimus primus, contra eos, qui ſcienter attentant eccle cleſiarum bona, ob clericorum delictum, prædicta occaſione officij fiſco, et i ĩ eccleſiaſtico applicare, vt .d. cle. 2. ſecundo reſpon. Octuageſimus ſecũdus, cõtra officiales communitatũ facientes ſtatuta ſuper vſuris ſoluẽdis, aut ipſis non repetẽdis, vel non reſtituendis, vt in cle. 1. de vſur. Octuageſimus tertius, contra dictantes talia ſtatuta, vt ibi. Octuageſimus quartus, contra ſcribentes talia ſtatuta, vt ibi. Octuageſimus quintus, contra talia ſtatuta ſeruari facientes, vt ibi. Octuageſimus ſextus, contra non delentes ſtatuta talia, ſi poſſunt, vt ibi. Octuageſimus ſeptimus, contra ſeruantes talia ſtatuta, vt ibi. Octuageſimus octauus, contra ſeruãtes conſuetudines ad prædictos effectus, vt ibi. Octuageſimus nonus, cõtra religioſos, qui clericis, aut laicis ſacramentum vnctionis extremæ non habita parrochialis Præsbiteri licentia ſpeciali miniſtrare p̃ſumunt, in cle. 1. de priuile. in prin. Nonageſimus, cõtra eoſdem, qui ſine dicta licentia Euchariſtiam præſumerẽt miniſtare, vt ibidem. Nonageſimus primus, contra eoſdem, qui ſine prædicta licentia, matrimonia ſolemnizare præſumerent, vt ibidem. Nonageſimus ſecũdus in eosdem, qui aliquem excommunicatum à canone, præterquam in caſib⁹ à iure expreſſis, vel per priuilegia ſedis Apoſtolicæ conceſſis eiſdem, abſoluere præſumunt, vt ibi. Nonageſimus tertius, cõta eoſdem, qui præterquam in prædictis caſibus, aliquem excommunicatum per ſententias, aut ſtatuta prouincialia, aut ſynodalia abſoluere præſumunt, vt ibi. Nonageſimus quartus, in eoſdem, qui aliquem à culpa, & à pœna præſumerent abſoluere, niſi in caſibus ſibi ſpecialiter conceſſis, vt ibidem. Nonageſimus quintus, contra eos, qui iniuriosè ceperunt, ſeu banniuerunt aliquẽ Epiſcopum, vt in cle. 1 in princ. de pœn. Nonageſimus ſextus, in eoſdem, qui prædicta fieri mandauerunt, vt ibidem. Nonageſimus ſeptimus, in eoſdem, qui prædicta poſtquam facta fuerunt, rata habuerunt, vt ibidem. Nonageſimus octauus, contra eos, qui ſocij facientis fuerunt in prædictis, vt ibidem. Nonageſimus nonus, cõtra eos, qui in prædictis cõſilium dederunt, aut fauorẽ, vt ibidem. Centeſimus, contra eos, qui prædictos ſcienter defenſauerunt, vt ibidem. Centeſimus primus, contra poteſtates, conſiliarios, balliuos, ſcabinos, aduocatos, rectores, conſules, & officiales ipſorum, quocunq; noĩe cenſeãtur; qui in prædictis captura, aut bannimẽtis Epiſcopi culpabiles fuerint, vt .d.cle. 1. §. poteſtas. Centeſimus ſecundus, contra religioſos, qui domos ad habitandum, vel bona quæcunq; de nouo recipere, aut recepta alienare, vel in aliquem tranferre præſumpſerunt contra conſtitutionem. c. 1. de exceſ. præla. lib. 6. vt hic caſus habetur in cle. fin. in prin. de pœnis. Centeſimus tertius, contra religioſos, qui in ſermonibus, vel alibi proferunt aliqua, vt retrahant audientes à debita ſolutione decimarum eccleſijs debitarum, in .d. cle. fin. de pœn. Centeſimus quartus. contra eoſdem, qui poſtpoſuerunt confitentibus conſcientiam facere de ſoluendis decimis, ſi prædicare præſumpſerint, antequam talibus. cum prius dicendi facultatẽ commodè habuerint, de ipſis decimis ſoluendis conſcientiam non fecerint, vt .d. cle. §. qui verò. Centeſimus quintus, cõtra temerarios violatores conſtitutionis primæ. de ſepul. lib. 6. quæ religioſis, & ſecularibus clericis prohibet, ne ad vouendum, iurandum, vel fide interpoſita, ſeu aliter promittendum inducant, vt apud eorum eccleſias ſepulturam eligant, vel iam electam vlterius non dimittant, vt .d. cle. fin. §. ſane. Centeſimus ſextus, cõtra religioſos quoſcunq;, & exemptos violãtes interdictum poſitum per ſedem Apoſtolicã, cum ad cathedralem, vel matricẽ eccleſiam illud viderint, vel ſciuerint obſeruari, vt in cle. 1. de ſenten. excom. Centeſimus ſeptimus, contra eoſdem violantes interdictum per ordinarios poſitũ, ſub prædicta forma obſeruatum, vt ibidem. Centeſimus octauus, contra eoſdem violantes interdictum, & ceſſationem à diuinis prouincialium conciliorũ ſtatuta, aut ipſorũ authoritate decreta, & ſeruata ſub forma prædicta. Centeſimus nonus, contra eoſdem violantes generales ceſſationes à diuinis per capitula, collegia, aut conuẽtus ſecularium ex cõſuetudinaria poteſtate indictas, & ſeruatas per cathedralem, aut matricem eccleſiam, vt dicta cle. 1. Centeſimus decimus, contra dominos tẽporales, qui cogunt aliquos in loco interdicto celebrare diuina, vt in cle. 2. eod. tit. Centeſimus vndecimus in eoſdem, qui per priuationes ad illa diuina audienda in in dicto loco populum vocare faciunt, vt ibidem. Centeſimus duodecimus contra eoſdem, qui prohibent ne publicè communicati, vel interdicti ſuper hoc per illos, qui miſſas celebrant moniti, eccleſias exeant, vt ibidem. Centeſimus decimustertius, in excõicatos publicè, qui nominatim moniti, vt eccleſiam exeant, per illos qui miſſas celebrant, illã nõ exeunt, vt .d.cle. Cẽteſimus decimusquartus, contra eos, qui tẽpore interdicti recipiunt in ſuis eccleſijs ad diuina, fratres, vel ſorores tertij ordinis, vt in cle. penul. eod. ti. Et ex his

habes



habes expeditos caſus clementinarum, vnde tranſeamus ad caſus extrauagãtium. Et de prædictis caſibus decretaliũ, vide per Hoſti. in ſum. eod. tit. §. quis poſſet ab hac. De caſibus ſexti vide per glo. in .c. eos. eod. tit. lib. 6. De caſibus clementinarum. in cle. 1. eod. titu. Centeſimus decimusquintus, in caſu extrauagantis exijt qui ſeminat. in fin. Alij tamen habent illam intercluſam in cle. ſub tit. de verb. ſigni. Centeſimus decimus ſextus, in caſu extrauagantis de teſta. Bonifacij octaui. Centeſimus ſeptimus, in caſu extrauagantis eiuſdem, quæ incipit ſtatuimus. Centeſimus decimus octauus, in caſu extrauagantis Benedicti, quæ incipit, ad perpetuam rei memoriam. vbi excõmunicat omnes hæreticos, gazaros, patarenos, pauperes de medeuo, aluardiſtas, ſperoniſtas, paxaginos, & oẽs alios ſimiles quocũq; nomine cenſeantur, & defenſores eorũ. Et in ſimili habes ſupra in caſu decimoquarto. Item excõmunicat omnes, qui equos, & armaturas, de quibus ſupra in caſu decimotertio. Itẽ excommunicat omnes, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes ab ea, nec non illos, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam aliquam non habent in eadem curia morantes temeritate propria capiunt, ſpoliant, & detinere præſumũt, & qui talia fieri faciunt, ſeu mandant. Itẽ excõmunicat oẽs illos qui per ſe, vel alium, ſeu alios quaſcũq; perſonas eccleſiaſticas, vel ſeculares ad romanã curiam ſuper earũ cauſis, & negocijs recurrentibus, illaq́; in eadẽ curia proſequentes, aut procurantes, geſtores, aduocatos, vel procuratores ipſorum, vel ẽt auditores, ſeu iudices, qui ſuper dictis cauſis, ſeu negotijs deputantur occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi verberant, mutilant, vel occidunt cuiuſcunq; præeminentiæ, vel dignitatis exiſtant non obſt. Cẽteſimus decim⁹ nonus in caſu extrauagantis Bonifacij, quæ ſimiliter incipit ad perpetuam rei memoriam, qui excommunicat omnes illos, qui ad ſedem Apoſtolicam venientes, vel redeuntes ab ea capiunt, ſpoliant, vel detinere præſumunt, aut impedimentum aliquod exhibent, quominus ad eandem ſedem liberè cum perſonis, bonis, & rebus alijs veniant, & redeant ab eadem. etiam ſi imperiali, aut regali præfulgeant dignitate. Inſuper ẽt declarat excõicatos oẽs prædictos, & alios, qui per ſe, vel officiales, ſeu miniſtros, aut alios incolas Imperij, inter regnorũ, ſeu terrarũ ſuarũ territoria trãſeuntibus, vna cũ oriundis ad ſedem Apoſtolicam venientibus, quas pro ſuis habent oportunitatibus, vel alias quaſcunq; res, & bona, aut aperiunt literas, aut auferunt, ſeu taxant, vel aliàs directè, vel indirectè talibus venientibus, vel redeuntibus impedimentum, vel obſtaculum præſtare præſumunt. Accedunt etiam, & aliæ plures extrauagãtes, quas omitto. Et ſic ex p̃dictis habes numeratos caſus, in quibus ipſo iure quis incidit in excõmunicationem maiorem. Per quæ verba autem debeat concipi conſtitutio, ad hoc, vt quis in excommunicationem incidat ipſo facto, collige ex his, quæ latè dixi in .c. iudæi ſiue. s̃. de iudę. Circa ſecundum principale membrum, in † quibus caſibus quis ipſo iure incidat in minorẽ xcõicationem Hoſti. eod. tit. in ſum. §. quis poſſit ab hac. enumerat duodecim. Primus eſt, cũ quis communicat excõicato. de quo latius dicam in .c. ſacris. j̃. eod. in decimonono principali articulo. Secundus, cum quis ſacrilegium committit. Tertius, cum quis eſt notorius fornicator. Quartus cum quis eſt ſimoniacus. s̃. de ſymo. c. tanta. Quintus, cum quis recipit eccleſiam, vel aliud ſpirituale de manu laici ſine conſenſu Epiſcopi. 16. .q. 7. c. ſi quis deinceps. s̃. de iure patro. c. præterea. §. 1. & arg. s̃. de elec. c. quiſquis. Non obſt. s̃. de iurepatro. c. cura, vbi tex. dicit, quòd talis eſt excommunicatus, quia illud debet intelligi de minori excommunicatione. Sextus, cum quis artem baliſtariorum, vel ſaggitariorum exercet contra chriſtianos. Alij tamen volunt, quòd talis ſit excommunicatus maiori. vt dixi ſupra in decimoſexto caſu. Septimus, in publicis vſurarijs. s̃. de vſur. c. quia in omnibus. Octauus, in diſſidentibus. Nonus in pauperum oppreſſoribus. Decimus, in publicis meretricibus, de quibus quatuor caſibus, & quibusdam alijs vide per Hoſti. in ſum. in tit. de parrochijs. § in quibus. ver. ſunt quædam perſonæ, & ſequen. Vndecimus, in illis, quibus denegatur eccleſię ſepultura, de quibus vide per Hoſti. Duodecimus, ſit caſus generalis, in quolibet notorio peccatore, qui viuus, & mortuus repellitur ab eccleſiaſticis ſacramentis, niſi pœnitentiam egerit, & per proprium ſacerdodem fuerit abſolutus. 88. diſtin. c. neq;. .95. diſtin. c. illud. 13. q. 2. c. pro obeuntibus. de conſec. diſt. 2. c. pro dilectione. Et ex his Deo duce habes expeditum decimumoctauũ principalem articulum &c. Marianus.

20

## Cap. XXXVII. Relatum.

### SVMMARIVM.

1 *Seruus excõmunicatus propter manuum iniectionem in clericũ, tenetur ire pro abſolutione ad ſedem apoſtolicam. Niſi ſeruus hoc faciat in fraudẽ, et dominus, qui nõ fuerit in culpa graue damnũ patiatur, de quo etiã infra nu.* 10.

2 *Tertius pro ſuo intereſſe põt quãdocunq́, allegare exceptionem, quam non poteſt principalis*

3 *Statuto imponente pœnam quibuſcunq; declinantibus forum poteſtatis, Epiſcopus, vel ſuperior prælatus ad euitandum pœnam, quæ ſaltem de facto inferri poſſet, poteſt allegare priuilegium fori. remiſſiuè.*

4 *Seruus eſt capax pœnæ ſpiritualis, & ſic excõmunicationis. Quod tamen intellige, vt ibi.*

5 *Voluntas ſerui, licet dependeat à voluntate domini, tamen ratione peccati poteſt per eccleſiam diſtringi.*

6 *Quilibet magis eſt aſtrictus domino animæ, quàm domino corporis.*

7 *Anima*

7 *Anima longè, & incomparabiliter eſt præſtantior corpore.*

8 *Papa atrahit ad ſe Imperatorem, tanquam illius ſuperior.*

9 *Seruus non tenetur obedire domino contra pręcepta canonum in concernentibus peccatum.*

1 RELATVM Seruus † excõmunica-
tus propter iniectionẽ manuum
in clericum, tenetur ire pro abſo-
lutione ad ſedem Apoſtolicã. Niſi
ſeruus hoc fecerit in fraudem, & dominus qui
non fuit in culpa, graue damnũ incurreret; quo
caſu põt ab Epiſcopo, ſi læſio non ſit enormis,
abſolui. Communis diuiſio, ſecunda ibi, quo.
circa. Nota primo ibi, allegantibus dominis,
2 ꝙ tertius † pro ſuo intereſſe, qñq; põt allega-
re exceptionem, quam non poteſt allegare prin
cipalis. de qua materia latè dixi poſt Doct. in
.c. cum ſuper. ſ̃. de re iudi. traditur per Bar. &
Moderniores in .l. à ſententia.ff.de appel. tan-
git etiam Io. de Imo.in.l.titia diuortium.ff.ſol.
3 matri. Infert etiam .D.Anto. ꝙ † ſtante ſtatu-
to imponente pœnam quibu cunq; declinanti-
bus forum poteſtatis, quòd Epi copus, vel ſu-
perior prælatus ad euitandum pœnam, quæ ſal-
tem poſſet de facto inferri, poteſt allegare pri-
uilegium fori. Ad quod vide, quod latè dixi
in.c.ſi diligenti. de for. compe. in fin. Secun-
4 do not, quòd † ſeruus eſt capax pœnæ ſpiri-
tualis, & ſic excommunicationis. Quod eſt ve-
rum, dummodo ſit baptizatus, & doli capax,
& concurrant aliæ qualitates, de quibus dixi in
.c.mulieres.ſ̃.eod. in ſeptimo principali arti-
culo. Aliàs ſecus, per ea, quæ ibi dicta fuerũt.
5 Tertio not. quòd quanuis † voluntas ſerui de-
pendeat à voluntate domini, tamen ratione pec
cati poteſt diſtringi per eccleſiam. Quarto not.
6 quòd † quis magis eſt aſtrictus domino animæ,
quàm domino corporis, nam principatus ani-
mę, vt potentior, atrahit ad ſe principatum cor-
7 poris; cum † anima longè, & incõparabiliter ſit
præſtantior corpore, vt in .l. ſancimus. in fin.
.C.de ſacroſan.eccl. Quid enim ꝓdeſt homini
ſi vniuerſum mundum lucretur &c. Et ideò nõ
8 immeritò, † Papa atrahit ſibi Imperatorẽ, tan-
quam ſuperior illius, vt in .c. ſolitę.ſ̃. de maio.
& obe. Quinto not. ex prędictis, & ex tex.
9 quòd † ſeruus non tenetur obedire domino
contra prę cepta canonũ in concernẽtibus pec-
catum. 11.q.3.c.iulianus. & .c. quiſquis metu.
& in alijs iurib⁹ hic in glo. allegatis. Sexto not.
10 ſummarium. † de quo latè dicam in .c. officij.
infra eod. in vigeſimotertio principali articulo,
& ibi videbimus.

## Cap. XXXVIII. Sacris.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excõmunicatus ob participationem cum excommunicatis, licet eos poſtea impugnet, tamen abſolutus non eſt.*

2 *Excommunicari quis poteſt vna cum ſuis participibus, ac factoribus. Et an hodie hæc forma poſſit indiſtinctè ſeruari. ibidem. remiſſiuè.*

3 *Communicans cum excommunicato cum fautoribus & participibus ſuis incurrit maiorẽ excommunicationem.*

4 *Orandum non eſt pro excommunicato antequam abſoluatur, etiam ſi in morte ſigna contritionis apparuerint. de quo dic tamen, vt infra nu. 141.*

5 *Excommunicatio qualiter tollatur. remiſſiuè.*

6 *Excommunicatus non prohibetur in bello iuſto pugnare. remiſſiuè.*

7 *Eccleſia poteſt indicere bellum contra excommunicatos, & inobedientes.*

8 *Bellum indicere quis poſſit. remiſſiuè.*

9 *Excommunicatus pugnans pro eccleſia non dicitur oſtẽdere euidenter ſigna cõtritionis; et quare.*

10 *Excommunicationis maioris effectus qui ſint, quò ad Deum, & eccleſiam tiumphantem.*
*Et quid ſi excommunicatio ſit nulla; nu. 11. Et quid ſi ſit iniuſta. nu. 13. Et quid ſi ſit iuſta. nu. 17.*

11 *Excommunicationis nullæ, nullus eſt effectus.*

12 *Sententia Excommunicationis in quibus caſibus ſit nulla. remiſſiuè.*

14 *Excommunicatus iniuſtè, ſi patienter eam tollerat, augetur eius meritum. Sed ſi illam contemnat, ligatur etiam quò ad Deum. nu. 16.*

15 *Verba illa, quodcumq; ligaueris ſuper terrã &c. intelligi debent, claue non errante.*

18 *Peccator eo, ipſo quòd peccat, immediatè ſeparatur à gratia Dei.*

19 *Diabolus vtitur excõmunicato, ſicut ruſticus aſino, ſeu iumento.*

20 *Excommunicationis maioris effectus quò ad hominem, & eccleſiam militantem, qui ſint.*
*Et ibi, quid ſi excommunicatio ſit nulla.*
*Et quid ſi ſit iniuſta; vel iuſta. nu. 21.*

22 *Excommunicatio iniuſta quando operetur tantũ quò ad homines, quantum iuſta.*

23 *Excommunicationis maioris effectus generales quò ad homines, de iniuſta excommunicatione prouenientes, qui ſint. vſq; ad nu. 40.*

24 *Excommunicatio iniuſta, quòd homines ligat.*
*Quod amplia, limita, & declara, vt ibi.*
*Et an operetur effectum ſuſpicionis de hæreſi in perſeuerante in ea per annum. ibid. remiſſiuè.*
*Et quid ſi Delegatus excõmunicauit, ibidem, et vſq; ad nu. 26.*

25 *Iniuſtè faciens dicitur facerę contra mandatum, & per conſequens non tenet quod agit.*

26 *Anathema, & maior excõmunicatio quãuis differant quò ad formam prolationis, tamẽ pariunt effectus æquales.*

27 *Excommunicatio maior priuat excommunicatũ perceptione ſacramentorum, & actibus ſpiritualibus. Quod ꝓcedit, vt ibi. remiſſiuè.*
*Item priuat communione hominum. nu. 28.*
*De hoc tamen effectu vide plura ibidem, remiſſiuè.*

29 *Excõicationis effectus eſt medicinalis, et nõ mortalis. Declarando vt ibi, vſq; ad nu. 33.*
*Et dicitur diſciplinans, non eradicans. nu. 32. intelligendo, vt ibi.*



30 *In excommunicatione ſunt actio, & paſſio.*

31 *Prælatus quid debeat facere quando excommunicatio non proficit, ſed nocet.*

33 *Excommunicatio maior ligat non ſolum animam, ſed etiam corpus.*

34 *Excommunicatio non ſolum inficit rationabilia corpora, ſed etiam bruta, & vegetabilia. Et ibi adducuntur quinq; miracula pro exẽplo.*

35 *Homines propter peccata citius moriuntur.*

36 *Excommunicatus non poteſt amplius per ſe reſurgere, ſicut poteſt peccator; ſed oportet quòd habeat abſolutionem.*

37 *Excommunicatio infamat; diſtinguendo, vt ibi.*

38 *Damnatus ex ficta confeſſione ſuper delicto infamante per ſententiam, an efficiatur infamis. remiſſiuè.*

39 *Excommunicato omnia ad eius odium tendentia intelliguntur permiſſa.*
*Et quid in his, quæ tendunt ad eius fauorem; ibidem remiſſiuè.*

40 *Excommunicationis maioris effectus, quò ad homines circa ſpiritualia qui ſint, latiſſimè, vſq; ad nu. 163.*

41 *Excõmunicato regulariter omnia ſpiritualia actiuè ſunt interdicta. de quibus vſq; ad nu. 100. Et ibi quid paſſiuè: vſq; ad nu. 162.*
*Et an ab eo poſſint ſacramenta conferri, vel ordinari. nu. 42.*

43 *Cap. 1. & .2. 9. q. 1. intellectus.*

44 *Sacramenta ab hæreticis ſumpta ſunt vera, quò ad eſſentiam.*

45 *Gratia, & ordinis character imprimitur à Deo.*

46 *Glo. in. c. cum illorum. in ver. ordinibus. de ſent. excom. intellectus.*

47 *Excommunicatus an poſſit conſecrare eccleſiam, cæmeterium, vel aliud ſimile, aut benedicere. Et ſi hoc agit, an valeat. & nu. 159.*

48 *Excõmunicati mortui corpus polluit locum conſecratum.*

49 *Sacramunta non indigentia reconciliatione, licet ſint collata ab excommunicato, quæ ſint.*

50 *Excommunicatus maiori, & minori excommunicatione celebrare non poteſt.*

51 *Excommunicatus an poſſit eligere; & quid ſi cũ alijs eligat, an teneat electio. ibidem.*

52 *Criminoſus non poteſt eſſe iudex, neq; teſtis.*

53 *Communis opinio reddit actum validum, aliàs inualidum. Limita tamen, vt nu. 61.*

54 *Excommunicatus ſi agit aliquid ratione priuati ſui intereſſe, nulliter id agit, licet occultè ſit excommunicatus.*

55 *Excommunicatus non debet ſe ingerere electioni.*

56 *Excommunicatus an debeat vocari ad electionem.*

57 *Probatio quandoq; deficit, ſed non ius.*

58 *Eccleſia non iudicat de occultis.*

59 *Excommunicati venientes ad electionem, an ſint admittendi.*

60 *Excommunicati ſi admiſſi ſint, et elegerint, an valeat electio. & de cõmuni. nu. 73. Quæ limitatur. nu. 76. & nu. 81.*

62 *Electio non competit ratione publici officij, ſed ratione canonicatus.*

63 *Canonicus non dicitur habere publicum officium, ſed Capitulum.*

64 *Excommunicati occulti ſunt vocandi ad electionẽ, dummodo non poſſint conuinci.*

65 *L. Barbarius. ff. de offi. præto. limitatur. et nu. 87.*

66 *Electio ſummi Pontificis facta ab omnibus Cardinalibus excommunicatis, an valeat.*

67 *Clemen. ne Romani. §. cæterum de elect. declaratio.*

68 *Capitulum totum intelligitur facere, quod facit maior pars Capituli.*

69 *Capitulo incumbit onus ꝓbandi, quòd maior pars ignoranter fecerit.*

70 *Ignorantia eſt probabilis in facto alieno.*

71 *Vniuerſitatis ius remanet etiam apud vnum.*

72 *Excommunicati ſunt extra eccleſiam.*

74 *Actus factus, partim ab habilibus, partim ab inhabilibus, ratione indiuiduitatis non valet.*

75 *Ignorantis fundamentum ſuæ intentionis facta non tenent.*

77 *Vniuerſitas eſt nomen iuris, & ſolum refertur ad eos, apud quos eſt ius viuerſitatis.*

78 *.C. fin. de procura. intellectus.*

79 *Notorium inducit præſumptionem.*

80 *Excõmunicatus notorius quis dicatur. remiſſiuè.*

82 *Proteſtationis forma, quæ vtilis eſt; ſi fiat contra excommunicatos admiſſos electioni.*

83 *Cautela vna quando excommunicati ſunt admiſſi electione, & non poſſunt ſine ſcandalo expelli. Et alia cautela ad hoc ꝓpoſitum. nu. 83.*

84 *Excommunicationis participationem vt euitemus, non debemus ius noſtrum negligere.*

86 *Poſtulatio facta per excõmunicatum, an valeat.*

88 *Excommunicatus maiori excommunicatione, an poſſit beneficium conferre*

89 *Coufirmatio electi eſt actus ſpiritualis.*

90 *Partus reputatur legitimus, ſi ſuſceptus eſt tempore matrimonij.*

91 *Excommunicatus an poſſit inſtituere præſentatũ, vel confirmare electum.*

92 *Patronus excommunicatus, an poſſit præſentare.*

93 *Excommunicatus ſi vendit hæreditatem in qua eſt ius patronatus, an emptor poſſit ꝑſentare.*

94 *Excommunicatus an poſſit præſentare. remiſſiuè.*

95 *Excommunicatus an poſſit iurare. Et de communi. nu. 98.*

96 *Sacra non licet ei tangere, cui non licet ingredi.*

97 *Sacrorum ſpecies cui denegatur, non conceditur altera.*

99 *Excommunicatus an poſſit matrimonium cõtrahere. Et quare poſſit illud contrahere, cum nõ poſſint illi alia conferri ſacramenta. nu. 102.*

100 *Excommunicatus an poſſit recipere eccleſiaſtica ſacramenta.*

101 *Excommunicari non poteſt non baptizatus. remiſſiuè.*

103 *Sacramenti virtus, & character imprimitur etiã excommunicato. & nu. 105.*

104 *Pœnitentiæ ſacramentum in caſu neceſſitatis poteſt ab excommunicato adminiſtrari.*

105 *Excommunicatus an poſſit ordinari.*

106 *Excommunicatus an poſſit eligi.*

107 *Excom-*

107 Excommunicato an poſſit conferri beneficium.
108 Excōicatus an poſſit priuari beneficio adepto.
Et an redditus beneficij ei ſubtrahi debeant. nu. 109. Et an ſit neceſſarium, quòd exprimatur talis ſubtractio in ſententia. nu. 111. vſq; ad nu. 114.
110 Eccleſiæ nomine poſſidere nihil poteſt exiſtens extra eccleſiam.
112 Bona non ſubtrahuntur relegato ad tempus, niſi exprimatur in ſententia.
113 Stipendia non ſunt ſubtrahenda, niſi in ſubſidium.
114 Excommunicato an ſubtrahatur adminiſtratio beneficij circa temporalia.
115 Cap. ex tuæ. de cler. non reſid. intellectus.
116 Alienatio facta à Prælato excommunicato, an valeat.
117 Excommunicatus an poſſit præſentari ad beneficium eccleſiaſticum.
118 Excommunicatus an poſſit monachari, vel profiteri. Et an recipiens eum peccet, nu. ſequen.
120 Excommunicato poſſumus participare in his, quæ pertinēt ad ipſius abſolutionē. remiſſiuè.
121 Iuramentum recipere licet ab eo, qui abſoluitur.
122 Orare cum excommunicato non licet, quanuis pertineat ad ſalutem animæ.
123 Excommunicatus an poſſit intrare eccleſiam. & nu. ſequen. vbi quòd non. Quod tamem limitatur communiter. nu. 125.
126 Excommunicatus an debeat expelli de eccleſia. & nu. 140.
127 Officia diuina, an debeant celebrari corā excommunicato publico in eccesia exiſtēte. Et quid ſi excommunicatus ſit occultus. nu. 129.
128 Irregularis an ſit celebrans coram excommunicato maiori excommunicatione.
130 Crimina alterius occulta, prodere non debemus.
131 Multitudo de facili ſequitur dictum vnius.
132 Orare cum excommunicato in eccleſia, vel cum eo audire diuina, an alius poſſit.
133 Excommunicati, vel alij turbantes diuina officia, qua pœna puniantur.
134 Clericus excommunicatus maiori excommunicatione an poſſit, & teneatur dicere horas, & officium. & ibi quòd non poſſit publicè; ſed priuatim, & de per ſe, ſic. Et ad quid ſibi proſint. nu. 137. remiſſiuè.
135 Delictum proprium non debet alicui patrocinari.
136 Pœna non habet immunitatem.
138 Excommunicato an ſit licitum prædicare verbum Dei.
Et an Prælati ad hoc ſint aſtricti. nu. ſeq.
141 Orare pro excōmunicato an ſit licitum. Et quid dum viuit. nu. 142. Et quid ſi ſit mortuus. nu. 143. vſq; ad nu. 146.
144 Oblatio offertur eccleſiæ. Oratio fit Deo.
145 Eccleſia non orat pro decedentibus in peccato mortali.
146 Excommunicatis an ſit danda eleemoſina: & quando.
147 Omnibus eſt ſubueniendum in caſu indigentiæ.
148 Excommunicatum quando liceat hoſpitari.
149 Eleemoſinæ, oblationes et mortuaria, an licitè recipi poſſint ab excōicato. vſq; ad nu. 156.
150 Eleemoſinæ omnibus ſuadendæ ſunt, & ad eas omnes tenentur.
151 Eleemoſinæ, & oblationes in quo differāt inter ſe.
152 Illicitè acquiſita, in quibus olim domino non competit repetitio, quæ ſint. Et quæ illa in quibus datur repetitio, & non transfertur dominiū. num. ſequen.
154 Neceſſitatis cauſa licitum eſt de alieno accipere: & de alieno facere eleemoſinam.
155 Peccatum minus eſt detinere rem alienam, quàm morientem fame non paſcere.
156 Excommunicatus an poſſit iterum excommunicari. Et effectus multiplicatæ excommunicationis. remiſſiuè.
157 Excōmunicati an debeant ſepeliri in cæmeterio, vel alio loco ſacro. Et ibi, quæ ſit pœna ſepelientium eos. Et quòd ſunt exhumandi, ſi fuerint ſepulti. Et quando non ſunt exhumandi. nu. 160.
158 Cæmeteria, in quibus excommunicati ſunt ſepulti, ſunt reconcilianda, ēt poſtquam eorum cadauera, ſeu oſſa fuerint exhumata.
161 Excommunicati poſſunt abſolui etiam poſt mortem, & quando. remiſſiuè. Et ibi ponit exēplum cuiuſdam Capitanei, qui poſt mortem ſuam fuit ab Eugenio Papa abſolutus.
162 Exommunicatorum exercentium ſpiritualia actiuè, & paſſiuè pœna quæ ſit: remiſſiuè.
Et an cum talibus poſſit diſpenſari. ibidem. remiſſiuè.
163 Excōmunicationis maioris effectus circa reſcripta, qui ſint.
164 Reſcriptum impetratum ab excommunicato maiori excommunicatione, eſt ipſo iure nullum; nec tenet proceſſus geſtus vigore talis reſcripti, quanuis non opponatur de excommunicatione. Imò talis proceſſus eſt ipſo iure nullus. vt nu. 166. Hinc declaratur
Cap. 1. de reſcrip. in. 6. nu. 167. &
Cap. Pia. de exceptio. lib. 6. nu. 168. De cuius communi intellectu. nu. 169.
Item reſcriptum impetratum per excommunicatum prædictum ſuper receptione ad monaſterium, eſt etiam ipſo iure nullum nu. 174.
Prædicta limitantur. viginti octo modis de quibus nu. 175. vſq; ad nu. 232.
165 Excommunicationis appellatione intelligitur de maiori. & nu. 279.
170 Conuentionis, & Reconuentionis cauſæ ſunt ſimul tractandæ. & nu. 173.
171 Conuentio eſt quid expreſſum; Reconuentio verò quid tacitum.
Expreſſo ſublato, intelligitur ſublatum & tacitum. ibidem.
172 Ferrarienſis ſi conuenit Bononienſem Bononię, & poſtea deſiſtat, non poteſt ibidem recōueniri.
175 Reſcriptum impetratum ab excōmunicato ſuper ipſo excommunicationis negotio valet.
Et quid ſi ſit impetratum ſuper vna excommunicatione tantum ab excommunicato pluribus excommunicationibus. nu. 176.
Secundo valet reſcriptum, ſi impetretur ſuper articulo appellationis. nu. 177.

Et an



Et an ſit neceſſarium facere mētionem de excommunicatione. nu. 178.
Et quid ſi excommunicatus poſt appellationem legitimam impetret reſcriptum pendente appellatione, an cauſa appellationis in illa expreſſa ſit vera, vel non, nu. 179.
Tertio valet, ſi impetretur ſuper nullitate ſententiæ. nu. 180. Quod tamen non placet Authori. vt ibi. in fin.
Quarto valet, ſi impetretur ſuper petenda in integrum reſtitutione, à qua non fuit appellatum. nu. 181. De quo tñ dic, vt ibi remiſſiuè.
Quinto valet, ſi impetretur ſuper reſtitutione ſpoliationis. nu. 182: Quod tamen intellige, vt ibi remiſſiuè.
Sexto valet, ſi impetratum ſit ſuper alijs exceptionibus, quæ poſſent aliquo modo opponi, ne ſententia mandetur executioni. nu. 183.
Septimo valet, ſi impetratum ſit ſuper petitione laudi, vt dictum laudum reduceretur ad arbitrium boni viri. nu. 184. De quo dic tamē, vt ibi remiſſiuè.
Octauo valet, ſi impetretur ſuper retractatione ſententiæ, quæ non tranſiuit in rem iudicatam, & propter quam impetrās habet læſam conſcientiam. nu. 185. De quo dic tamen, vt ibi. remiſſiuè.
Nono valet, ſi impetraretur ſuper intentanda condictione ex .l. diffamari. C. de ingenu. & manu. nu. 186. Contrarium tamen approbatur, vt ibi. remiſſiuè.
Decimo valet, ſi impetraretur ſuper reuocatione miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto. nu. 187. Cōtrariū tñ ibi ꝓbatur ab authore.
Vndecimo valet, ſi impetretur in omnibus illis caſibus, in quibus excōicatus non audiretur in cauſa principali per viam actionis. nu. 188.
Duodecimo valet, ſi impetretur ad ſui defenſionem, licet non appellet. nu. 189. dummodo impetretur ad eundem iudicem, & abſq; alia noua forma ibidem.
Decimotertio valet, qñ impetratur ab excōicato reo neceſſario, ſuper articulo ſibi moleſtiā inferente. nu. 190. Quod tamē limita, vt ibi.
Decimoquarto valet, ſi impetretur ſimul ab actore, & reo ſuper conſecutiuis ad iudicium. nu. 191. Hoc tamen declara, & limita vt ibi.
Decimoquinto valet, quando impetratur ab excōmunicato de conſenſu procuratoris rei, contra quem impetratur. nu. 192. De quo tamen dic vt ibi, & ſub nu. ſeq.
193 Procuratoris conſenſus, non ita operatur, vt conſenſus principalis.
Decimoſexto valet reſcriptum, ſi in eo eſt facta mentio de excommunicatione, etiam ſi eſt impetratum extra caſus conceſſos; dummodo fiat à Papa. Secus ſi fieret ab inferiore. nu. 194.
195 Papa poteſt inſcribere contra ius.
196 Inferior non pōt derogare cōſtitutioni ſuperioris.
Decimoſeptimo valet reſcriptum, ſi concedatur excommunicato motu proprio. Et tunc extenditur etiam ad caſus, in quibus impetratū ab eodem non tenet. nu. 197. Intellige tamē, & limita vt ibi, vſq; ad nu. 199.
198 Clauſula motus proprij in Legato, an tollat ſurreptionem.
Decimooctauo valet reſcriptū in Auditore impetrato, ſeu dato in curia romana ad inſtantiam excōicati. Et valet proceſſus corā eo geſtus, ſi ſequuta eſt abſolutio, vel non ſit oppoſitum de excōmunicatione. nu. 199. Quod limita duobus modis, vt nu. 202. & 206.
200 Auditores curiæ habent iuriſdictionem in habitu, & cenſentur quaſi ordinarij. Et cōmiſſiones, quæ eis fiunt, nō ſunt niſi diſtributiones carū, quas facit vicecancellarius. ibidem. Quod intellige, vt nu. 203.
201 Cap. 1. de reſcrip. in. 6. limitatur.
203 Auditores curiæ habent iuriſdictionē ordinariā in cognoſcendo, & delegatam in decidendo.
204 Reſcriptum in quo diuerſi articuli continentur, ſi ſurreptio ſit cōmiſſa in aliquibus articulis, nō vitiat illos in quibus eſt ommiſſa. ibidem.
205 Surreptio concernens articulum ſententiæ, nō extēditur ad alios actus iudiciales præcedentes.
207 Papa quando ſcribit alicui ordinario, & apponit aliqua verba per quæ videatur velle dare cū in delegatum: tunc illa iuriſdictio eſt delegata, & non ordinaria.
Decimonono valet reſcriptum impetratum ſuper inquiſitione. nu. 208. Declarando tamen, vt infra vſq; ad nu. 212.
209 Fama habetur loco accuſatoris.
210 Reſcriptum impetratum ab excommunicato ad agendum pro alio, non valet.
211 Cap. cum oporteat. de accuſa. declaratur.
Vigeſimo valet reſcriptum, & proceſſus vigore ipſius factus, ſi excōmunicatus impetrat reſciptū in caſibus non permiſſis, & opponatur de excōcatione, & pronuntietur contra opponentem, & à tali pronuntia non appelletur. nu. 212. Limita tamen, vt ibi. Et declara vt vſq; ad nu. 217.
213 Ius excipiendi quod oritur de nouo poſt ſententiā poteſt opponi quando cauſa à qua oritur, nō excluditur per ſententiam.
214 Reſcriptum falſum, ſi pronuntietur verum, an, & quando teneat proceſſus.
215 Intereſſe publicum attenditur, licet de eo non opponatur.
216 Proceſſus nullitas opponi non poteſt, qñ iudex nō omnino carens iuriſdictione pronunciauit ſe competentem, & non fuit appellatum. Declara tamen, vt ſub nu. 217.
217 Glo. fi. in cle. vni. de ſeq. poſ. & fruct. limitatur.
Vigeſimoprimo valet; ſi vigore reſcripti impetrati per excōicatum, iudex probat ſententiā contra excōicatum impetratorē. nu. 218.
219 Quod in fauorem alicuius eſt introductū, in odium eius retorqueri non debet. Fallit ſi indiſſolubilis conſequentia odij aliter ſuadeat.
Vigeſimoſecūdo valet, ſi excōicatus propter cauſam meam impetrat reſcriptum contrarium, quia non poſſum illum per excōicationem repellere. nu. 220.

FFF Vigeſi-

Vigeſimotertio valet in excommunicato qui non pro ſe, ſed pro alio non excommunicato literas impetraret. nu. 221.

222 Exceptio debet eſſe de regula.

223 Illi non ſunt admittendi, quorum repelluntur auctores.

224 Excommunicatus non eſt uerus hæreticus; ſed interpretatiuè.

225 Vniuerſitas non poteſt excõmunicari. remiſsiuè.

Vigeſimoquarto valet, quando iudices propriè non impetrarentur, ſed actor, & reus ſimul conuenirent circa iudices habendos in curia; nam ſi actor non eſt excommunicatus, licet reus ſit excommunicatus, valebit talis impetratio. nu. 226. Limita tamen vt ibi.

227 Subreptio commiſſa in impetratione, non tollitur per conſenſum partis.

Vigeſimoquinto valet ſi impetratur per excommunicatum, qui excõmunicatus fuit poſt interpoſitam apellationem, quanuis impetret pendente articulo appellationis. nu. 228.

Vigeſimoſexto valet, ſi reſcriptum eſſet impetratum ab occultè excommunicato, qui communi opinione habebatur pro non excommunicato. nu. 229.

Vigeſimoſeptimo valet in eo excommunicato, qui malitiosè fuiſſet per Epiſcopum occultè excommunicatus. nu. 230.

Vigeſimooctauo valet in excommunicato excõmunicatione minori. nu. 231.

232 Excommunicatus, an poſſit impetrare priuilegia.

233 Reſcripti appellatione quando contineatur etiam priuilegium.

Priuilegium facilius vitiatur, quàm reſcriptum, ibidem.

234 Priuilegium habens, an illud ammittat propter excommunicationem.

Et ibi, quid in Clerico. remiſſiuè.

Et quid in priuilegio fidelitatis, & obedientiæ, nu. ſeq.

236 Beneficiatus an ammittat beneficium eccleſiaſticum propter excommunicationem. remiſſiuè.

237 Excommunicationis maioris effectus, circa actus indiciales. vſq; ad num. 2.

238 Excommunicatus an poſſit fieri iudex ordinarius. vſq; ad nu. 242.

Et quid ſi ſit excommunicatus minori excommunicatione. nu. 240.

241 Cui denegatur conſequens neceſſarium, intelligitur ẽt denegatũ antecedens ad illud cõſequẽs.

242 Excommunicatus an poſſit fieri iudex delegatus. vſq; ad nu. 245.

243 Reſcriptum quod erat nullum ratione impetrantis excommunicati, non debet conualeſcere per abſolutionem. Quod intellige vt ibi. & vſq; ad nu. 245.

244 Dignitas non poteſt excõmunicari. remiſſiuè.

245 Excommunicatio ſuperueniens an priuet aliquem iuriſdictione ordinaria, vel delegata. & nu. 260. & 266.

246 Excommunicatio vnius ex pluribus iudicibus, an uitiet aliorũ iudicum geſta, & iuriſdictionẽ.

247 Excommunicationis exceptio oppoſita iudici, à quo debeat cognoſci. Et an ab illo iudice contra quem opponitur. Et ibi recitantur plures opin. vſq; ad nu.

248 Arbiti an ſint eligendi, quando iudex eſt ſuſpectus. & nu. 250. latè.

249 Arbitri non ſunt eligendi, niſi in caſibus à iure expreſſis.

251 Excommunicatio qualiter probetur. remiſsiuè.

252 Excommunicatus an poſſit reuocare Iudicem à ſe delegatum.

253 Excommunicato Epiſcopo, an deuoluatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum. Et ſi non poteſt adiri Archiepiſcopus, quis ſit adeundus. nu. 258. vſq; ad nu. 259.

254 Archiepiſcopus ſupplet negligentiã Epiſcopi. & quando non, ibidem.

255 Iuriſdictio Epiſcoporum non ita dependet ab Archiepiſcopo, ſicut delegatorum Papæ ab ipſo Papa.

256 Appellari an debeat ad Archiepiſcopũ à ſententia prælati ſubditi Epiſcopo excommunicato.

257 Excommunicatio ſemper fertur propter delictũ, ſeu propter contumaciam. remiſſiuè.

259 Iudicium, ſeu proceſſus agitatus coram iudice excommunicato, an valeat. Et nu. 261. quòd non regulariter. Sed limitatur in ſeptem caſibus, de quibus, vſq; ad nu. 271.

262 Excommunicatio minor non impedit, nec ſuſpendit iuriſdictionem.

263 Iudicium agitatum coram excommunicato tenet parte tacente, & non opponente de excommunicatione. Quod tamẽ ex pluribus reprobatur vſq; ad nu. 268.

Et quid ſi iudex ſit delegatus. ibidem.

264 Sententia excommunicationis lata à iudice excõmunicato non tenet.

265 Excommunicatus an poſſit contrahere, & ſimilia facere. remiſsiuè.

267 Iudicium agitatum coram iudice occultè excommunicato, tenet. Quod tamen limita vt ibi.

268 Iudex, etiam ſecularis excommunicatus ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici fauore fidei poteſt exercere iuriſdictionem contra hæreticos.

269 Proceſſus geſtus coram pluribus delegatis cum clauſula, ꝙ ſi non ambo, &c. tenet; quanuis vnꝰ ex eis eſſet excõicatus, intelligẽdo vt ibi.

Quod procedit, etiam ſi plures eſſent excommunicati, nu. ſeq.

Tenet etiam ſi eſt geſtus coram duobus iudicibus ordinarijs, quorum vnus excommunicatus fert ſententiam condemnatoriam; alter verò non excõmunicatus ferret abſolutoriam, vel pro cauſa fauorabili. nu. 271.

Idem eſt dicendum ſi ambo ferrãt abſolutoriam. ibidem.

Quid econtra, ſi excommunicatus ferret abſolutoriam; non excommunicatus autem condemnatoriam. nu. 272.

Valet etiam iudicium, ſi excommunicatio opponeretur contra iudicem, & ipſe cognoſceret partibus nõ contradicentibꝰ, et pronuntiaret contra opponentem, nec à tali pronuntia appellaretur. nu. 273.

274 Senten-



274 Sententia, quæ lata à iudice excommunicato non tenet, an poſsit per partes ratificari.

275 Appellari an poſſit ad delegantem excommunicatum.

276 Excommunicati vices gerens, an ſit excõicatus. Et an poſſit vti iuriſdictione. nu. 277. Et ibidem, quid in vicario generali.

Et quid in delegato. nu. 278. Et nu. 280. concordat opin. aliorum diſtinguendo.

279 Mandatum expirare morte mandantis, intelligitur de morte naturali.

281 Argumentum de morte naturali ad ciuilem non valet. & nu. 282.

283 Excommunicatus an poſſit agere. & ibi latiſſimè quòd non poſsit ſi opponatur. vſq; ad nu. 286. Limitatur tamen, nu. 288.

284 Cap. pia. de exceptio. quando habeat locum.

Et quæ ſit communis opinio, ibidem. & nu. 286.

285 Cap. ad probandum. de re iudic. intellectus. & Cap. exceptionem. de excep. & Cap. 1. de reſcrip. in. 6. ibidem.

287 Excommunicationis ſententia plus afficit iudicem quam partem.

289 Excommunicatus an poſsit accuſare. Et an poſſit promouere inquiſitionem. ibidem.

290 Cap. pia. de excep. an habeat locum in accuſatione.

291 Citatus ad petitionem excommunicati, an teneatur comparere.

292 Excommunicatus an poſsit agere eo caſu quo ſibi pertinet actio; ſaltem, vt interrumpat præſcriptionem.

293 Præſcriptio an interrumpatur per actum iudicialem nullum. remiſsiuè.

294 Excommunicatus an poſsit agere pro iniuria ſibi illata durante excommunicatione.

295 Excommunicatus an poſsit petere reuocationem miſsionis in poſſeſsionem ex primo decreto. vſq; ad nu. 300.

296 Tenuta conceſſa tempore feriato, an poſsit peti, vt reuocetur tempore feriato, cum in tali tempore audientia denegetur. & nu. 299.

297 Excommunicatus ſpoliatus, an poſsit agere interdicto recuperandæ. remiſsiuè. & nu. 304.

298 Seruus pro iniuria ſibi illata à domino poteſt implorare auxilium iudicis; quanuis regulariter non poſsit eſſe in iudicio.

Idem eſt in monacho. ibidem.

300 Excommunicatus an debeat audiri, ſi ei eſt nunciatum nouum opus.

301 Excommunicatus an poſsit petere retractionem attentatorum.

302 Excommunicatus an poſsit petere reſtitutionem in integrum.

303 Aequitas ſuadet, vt hi, qui ſunt excluſi à participatione eccleſiæ, repellantur ab omni legum auxilio fauorabili.

305 Excõicatus an poſsit petere reſtitutionem vxoris.

Vxoris reſtitutio dicitur actus prophanus. ibidẽ.

306 Excommunicatus an poſsit petere, vt ſententia nulla retractetur, ſeu illa quæ non tranſiuit in rem iudicatam.

307 Excommunicatus an poſsit per viam actionis conqueri de iniuſta ſententia cenſuræ contra eum lata.

308 Sententia iniuſta nunquam tranſit in rem iudicatam.

Et contra eam allegans turpitudinẽ ſuam auditur. ibidem.

309 Excommunicatus an poſsit petere reductionem laudi ad arbitrium boni viri.

310 Excommunicatus an poſsit intentare remedium .l. diffamari. C. de inge. manu.

311 Excommunicatus an poſsit eſſe in iudicio pendente lite ſuper excommunicatione.

312 Seruus habetur pro libero, quãdo pendet lis ſuper ſtatu ſuo.

313 Cap. ſolet. de ſent. excom. in. 6. declaratio.

314 Lite pendente regulariter nihil eſt innouandum in præiudicium poſſeſsoris.

315 Excommunicatus conuentus an poſſit reconuenire actorem.

316 Reconuentio impugnatio dicitur, non defenſio.

317 Excommunicatus an poſſit replicare.

318 Excommunicatus an poſſit tanquam tertius venire ad iudicium per alios agitatum ratione ſui intereſſe.

319 Excommunicatus an poſsit propria authoritate capere debitorem ſuum fugientem.

302 Ceſsionarius excommunicati, an poſsit agere durante excommunicatione cedentis. vſq; ad nu. 338.

E quid in eo, cui excommunicatus delegat debitorem ſuum. nu. 324.

321 Excommunicationis vitium coherens perſonæ non tranſit ad ſucceſſorem. Et quid in vitio quod ineſt perſonæ, & rei. Quid ſi rei tantũ. Et quid ſi perſonæ tantum. nu. 326.

322 Contractus in quo excommunicatus participat lucrũ, magis videtur illicitus, quàm ille, in quo non participat lucrum.

323 Excommunicatus poteſt facere omnes contractus, qui cedunt in eius incommodum. remiſsiuè.

325 Bannitus cuius bona non ſunt publicata, ſi cedat iura ſua alicui, an ceſsionarius poſsit agere, cũ ipſe bannitus repellatur ab agendo. remiſ.

327 Excommunicatus an poſſit agere per procuratorem non excõicatum, ſed ab eo conſtitutum.

Et an iudicium cum tali procuratore agitatum, non oppoſita excommunicationis exceptione teneat. nu. 328.

329 Cap. fin. de procura. hodie eſt correctum. per. c. pia. de excep.

330 Correcto vno ex æquiparatis, intelligitur correctum, & aliud.

331 Excommunicatus an poſſit agere per procuratorem à ſe conſtitutum ante excommunicationem, & nondum intentato iudicio.

Et quid ſi ſuperuenit excommunicatio in perſonam principalis pendente iudicio per procuratorem intentato. nu. 332.

333 Procurator efficitur dominus inſtantiæ poſt litis conteſtationem, ſed non cauſæ.

334 Excommunicatus an poſſit agere per procuratorẽ cum quo ſibi erat licitũ cõicare. remiſsiuè.

 Coniun-

335 Coniunctus non excommunicatus an poſſit agere pro coniuncto excommunicato; dummodo ſit talis, vt poſſit agere ſine mandato.
Et quid ſi in aliquo actu requireretur ſpeciale mandatum. nu. ſequen.
337 Excommunicatus ſi agit, an Iudex poſſit ex officio ipſum agentem repellere parte non opponente de excommunicatione.
Et quid ſi Iudex vellet eũ ex officio repellere, et reus peteret procedi in cauſa, an illum Iudex debeat admittere. nu. 338.
339 Rationes propter quas excommunicatus repellitur à iudicio, quæ ſint. remiſſiuè.
340 Excommunicatus, vel eius procurator ſi agat, & pars non excipiat, ſed excommunicatus vult deinde deſiſtere, eo quòd allegat ſe excommunicatum, an poſſit.
341 Excommunicatus vt repellatur ab agendo, qualiter debeat excipi, & quando, & quomodo fieri debeat probatio, & infra quod tempus.
342 Excommunicatus vtrum poſſit appellare, & appellationem proſequi, poſito quòd fuerit actor.
343 Actor in cauſa principali, intelligitur eſſe actor in cauſa appellationis.
344 De appellatione cognoſci non poteſt, quando cognoſcitur de principali.
345 Excommunicationis exceptio poteſt opponi in qualibet parte cauſæ principalis; ſecus in cauſa appellationis. Et ibi de ratione diuerſitatis. remiſſiuè.
346 Excommunicationis exceptio quare obſtet in cauſa principali contra actorem excommunicatum; & non in cauſa appellationis.
347 Appellare excommunicatus ſi negligit, vel non vult proſequi appellationem ſuam, & appellatus velit illam proſequi, vtrum poſſit.
348 Excommunicatus vtrum poſſit appellare extraiudicialiter.
349 Appellatio facta ab executore, an dicatur extraiudicialis, an mixta.
350 Si non excommunicatus appellat extra iudicium, deinde excommunicatur, vtrum audiatur volens proſequi appellationem.
351 Appellatio extraiudicialis propriè, & ſtrictè nõ eſt appellatio, ſed potius quædam prouocatio ad cauſam.
352 Excommunicatus in caſibus, in quibus poteſt eſſe in iudicio tanquam actor, an poſſit petere ſententiam pro ſe ferri.
353 Sententia abſolutoria, licet poſſit ferri pro reo contumace, non tamen adiudicatoria.
354 Aequitate ſuggerente quandoq; admittitur probatio, & ſuſpenditur primum iudicium.
355 Conceſſum contra iuris regulas ex aliqua iuris neceßitate, durat quandiu durat illa neceſſitas.
356 Excommunicatus actor contra quem excipitur de excõmunicatione, vtrum poſſit accuſare teſtes de falſo, qui ſunt excommunicati.
357 Bannitus qui poteſt ſe defendere ex forma ſtatuti, vtrum poſſit agere.
358 Teſtium diuerſorum accuſatio vtrum proſit ad defenſionem.
359 Excommunicatus an poſſit implorare officium iudicis.
360 Denuntiatio vtrum requiratur ad prædictos effectus conſequendos.
361 Excommunicato reo, an exceptio excommunicationis poßit obſtare, quominus poſſit ſe defendere.
362 Excommunicatio eſt introducta à iure poſitiuo. Et defenſio à iure naturali.
363 Authen. de priuile. doti. §. poſtmodum. verſ. ſi ſint. intellectus.
364 Reus an excipiendo ſit actor.
365 Excommunicatus qui venit ad iudicium vt reus voluntarius, an ſit audiendus oppoſita exceptione.
366 Excõmunicatus vtrum poſſit proſequi propriam iniuriam; an petere reuocationẽ tenutæ; vel reſtitutionem attentatorum; vel reſtitutionem in integrum; vel reſtitutionem ſpoliationis; & ſimilium.
367 Excommunicatus an poſſit reconuenire actorem.
Et an poſſit venire ad iudicium per alios agitatum, tanquam tertius pro ſuo intereſſe. ibidem.
368 Excommunicatus vtrum poſſit ſe opponere electo petenti confirmationem.
369 Defenſio non debet trahi ad impugnationem.
370 Trabem gerens in oculo non poteſt eruere feſtucã de oculo fratris.
371 Exceptio cum reſeruetur excommunicato contra temporalem iudicem delegatum, multo fortius debet reſeruari contra ordinarium, qui eſt perpetuus.
372 Exceptio criminis, non obſtat proſequenti ius ſuum.
373 Confirmatio debet fieri cauſa cognita, & citationibus factis, vel ſpecialiter ſi tractetur de præiuditio alicuius perſonæ ſpecialis, vel generaliter, propter præiudicium incertorum.
374 Confirmatio dicitur actus iudicialis; & an ſit ſententia diffinitiua, vel interlocutoria.
375 Excommunicatus vtrum poßit opponere exceptionem compenſationis. vſq; ad nu. 384.
376 Compenſans propriè non agit.
377 Debitum naturale venit in compenſationem.
378 Compenſans dicitur ſoluere.
379 Defenſio eſt duplex; & quæ.
380 Attendi debet quod principaliter agitur.
381 Exceptio habet vim petitionis.
382 Compenſatio admittitur ipſo iure in caſibus à lege expreſſis. Quod ſecus eſt regulariter, ſecundum communem. nu. 383.
384 Excommunicati fideiußor conuentus, an poßit compenſare debitum ipſius excommunicati.
385 Fideiuſſori permittitur ſoluere de ſubſtantia debitoris.
386 Fideiußorem non iuuat exceptio perſonalis ipſius rei: multominus perſonalis contra reum debet nocere fideiußori. Declara tamen, vt infra nu. 387.
Et quid in fideiuſſore banniti. nu. 388.
Pars



389 Pars vitioſa trahit ad ſe non vitioſam.
390 Fideiuſſoria obligatio durat principali non exiſtente; quia principalis ipſo iure non eſt eſtincta.
391 Rei pœna non debet, ad fideiuſſorem tranſire.
392 Excommunicatus an poßit per ſe eſſe in iudicio; vel compellatur per procuratorem. vſq; ad nu. 396.
393 Verbum debet importat neceßitatem. Declara tamen, vt nu. 395.
394 Procurator in cauſa criminali, an indifferenter conſtitui poßit.
396 Excommunicatus ſi conſtituatur procurator pro reo, vtrum poßit ipſum defendere.
397 Excommunicatus an poßit eſſe procurator in cauſa communi ſibi, & reo.
398 Excommunicatus reus contra quem fuit lata ſententia, vtrum poßit appellare, & appellationem proſequi.
399 Excommunicatus reus exiſtens in iudicio, vtrum poßit petere ſententiam pro ſe ferri.
400 Excommunicatus reus iniuſtè, & conuentus ſuper eo, ſuper quo fuit excommunicatus, an poßit excipere quòd non tenetur reſpondere, donec abſoluatur.
401 Excommunicationis effectus circa teſtes.
Et quid iuris ſi teſtis erat excommunicatus tempore iuramẽti; ſed tempore depoſitionis erat abſolutus. vel econtra. nu. 402.
Et an ſufficiat probare aliquem fuiſſe excommunicatum ad hoc, vt etiam abſolutus repellatur à teſtimonio. nu. 403.
Et an debeat abſolui ad hoc, vt poſſit ferre teſtimonium. nu. 404.
Et an inſtrumentum valeat ſi teſtis in inſtrumento deſcriptus ſit excommunicatus. nu. 405
406 Excommunicatus an poßit eſſe notarius.
407 Notarij qui poſſunt percipere guarentigiam, dicuntur eſſe iudices ordinarij.
408 Et quid ſi iſte qui eſt notarius, pariter, & iudex rogat aliquod inſtrumentum publicum, in quo facit aliquid tanquam iudex, & aliquid tanquam notatius, vtrum ſaltem valeat id quod ſpectat ad ipſum tanquam notarium.
409 Notarius concubinarius eſt ſuſpenſus, quò ad alios.
410 Scriptura ſumit authoritatem ex perſona ſcribentis.
411 Notarius licet ſemel confecerit falſum inſtrumentum, tamen ualent alia inſtrumenta ab eo confecta, donec condemnetur de crimine falſi.
412 Excommunicatus an poſſit eſſe aduocatus.
413 Sententia lata in cauſis in quibus aliquis excommunicatus fuit aduocatus, vtrum valeat.
414 Excommunicatus an poßit conſtitui procurator, & procuratoris officium exercere.
415 Excommunicatus tempore conſtitutionis, & acceptationis mandati, & exercitij, vtrum poſſit eſſe procurator.
Et quid ſi tempore exercitij erat abſolutus. nu. 416.
417 Excõmunicatio vtrum inficiat ipſo iure conſtitutionem procuratoris.
Et quid ſi tempore conſtitutionis erat excommunicatus, ſed tempore acceptationis erat abſolutus. nu. 418.
Et quid ſi tempore conſtitutionis non erat excommunicatus, ſed tempore acceptationis mandati erat excommunicatus. num. 419.
Et quid ſi tempore conſtitutionis, & acceptationis mandati non erat excommunicatus, ſed tempore exercitij eſt excommmunicatus. num. 420.
Et quid ſi non erat excommunicatus tempore conſtitutionis, acceptationis, & exercitij reſpectu cauſæ principalis; ſed poſtquam appellauit à ſententia contra ſe lata; vtrum poſſit appellationem proſequi. nu. 421.
Et quid ſi pendente iudicio per procuratorem intentato ſuperuenit excommunicatio in perſonam domini. nu. 422.
Et vtrum procurator excommunicatus impediatur impetrare reſcriptum pro non excommunicato. nu. 423.
Et an procurator cõſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi poßit valide alios ſubſtituere, ſi eſt excommunicatus. nu. 424.
Et vtrum excommunicatus poſſit eße procurator pro ſuo conſorte. nu. 425.
426 Excommunicatus vtrum poſſit eſſe nuncius.
427 Excommunicationis exceptionem quis poßit opponere. Quod declara quinque modis, vt nu. 428. 429. 430. 431. & 432.
433 Excommunicationis exceptio contra quem poßit opponi.
434 Excommunicationis exceptio coram quo poßit opponi.
435 Excommunicationis exceptio in qua parte litis poßit opponi.
436 Excommunicationis exceptio qualiter ſit proponenda.
Et quid ſi opponatur excommunicatio lata à canone, an debeat exprimi nomen canonis excommunicantis. 437.
Et quomodo debeat formari libellus, quando exceptio excommunicationis opponitur contra partem. nu. 438.
439 Excommunicationis exceptionem quis teneatur probare.
440 Excommunicationis exceptio infra quod tempus debeat probari. Et ibi, quòd infra octo dies. Quod tamen limita tribus modis, vt nu. 442.
441 Dies termini an regulariter computetur in termino.
Dilatio prædicta octo dierum, an debeat aßignari per iudicem. nu. 443.
Et an ſufficiat produxiſſe teſtes infra dictum terminum octo dierum, licet non fuerint publicati. nu. 444.
Et an prædicta dilatio poſsit prorogari. nu. 445.
446 Excommunicationis exceptionis probatio qualis requiratur.
Et an ſufficiat vnus teſtis. Et an ſit locus delationi iuramenti. num. 447.

*Et an ſufficiat vnus teſtis cum fama. ibidem.*
*Et an ſufficiat ſola denunciatio. nu. 448.*
*Et an exceptio excommunicationis ſemel probata in vno iudicio, ſufficiat ad repellendũ ipſum de nouo agentẽ in alio iudicio. nu. 449.*
450 *Excõmunicationis exceptio quoties poſſit opponi in eodem iudicio.*
451 *Excommunicationis exceptionis effectus qui ſint. Et quæ ſit pœna non probantis hanc exceptionem. ibidem.*
452 *Excommunicatus ſi cõueniatur à non excommunicato an poſſit opponere exceptionem ſuę excommunicationis.*
453 *Excommunicatus an poſſit eſſe arbiter.*
*Et an poſſit eſſe arbitrator. nu. 454.*
*Et an poſſit eſſe tutor; nu. 455.*
*Et an curator, An hoſpitalarius. & an ſimilia exercere poſſit. ibidem.*
456 *Excommunicatus an poſſit contrahere. Et an contractus ab eo geſtus valeat. Et quòd ſic num. 466. Limita nu. 467. 468. & 469. & nu. 470.*
457 *Pactum, & acceptilatio inficiunt ciuilem, & naturalem obligationem.*
458 *Excommunicatis non prohibentur illa quæ dependent ex conſenſu.*
459 *Excommunicatus poteſt facere omnem contractum, qui cedit in ipſius incommodum.*
460 *Excommunicatus retinet ea quæ ſunt iuriſgentium.*
461 *Deportatus videtur eſſe deterioris conditionis quàm excommunicatus; cum excommunicatio ſit loco medicinæ.*
462 *Obligatio nulla ciuilis, vel naturalis naſcitur, quãdo lex expreſſè reſiſtit contractui.*
463 *Iurans non vendere librum, ſi vendit, tenet venditio, licet peccet.*
464 *Contractus non debent claudicare.*
465 *Correlatiuorum idem debet eſſe iudicium.*
471 *Excommunicatus an poſſit rogare contractum.*
*Et an poſſit conſtituere procuratorem. nu. 472.*
*Et an poſſit compromittere. nu. 473.*
474 *Excommunicatus an poſſit teſtari. Ec primo refert opin. negatiuam, nu. 475. per totum.*
*Et nu. 476. refert opin. affirmatiuam. quam ponit pro regula. nu. 480. Fallit tamen in quatuor caſibus, de quibus nu. 481. .482. 483. & .484.*
477 *Omnia agibilia regulariter intelliguntur permiſſa.*
478 *Teſtari poteſt regulariter qui retinet liberam ciuitatem, & familiam, & bona, ſi aliter non reperiatur expreſſè prohibitus.*
479 *Teſtandi forma licet ſit de iure publico, vel ciuili, tamen voluntas, ac poteſtas teſtandi ſunt de iure naturali, vel gentium.*
485 *Excommunicationis effectus circa cæteros actus differentes, & non concluſos in præcedentibus quæſtionibus.*
486 *Excommunicati an poſſint facere ſtatuta.*
487 *Excommunicationem eſſe occultam, vel publicã, an differat, quò ad validitatem geſtorum per excommunicatum.*
488 *Excommunicatus cuius fortè excõmunicatio ignoratur, an teneatur detegere excõmunicationem ſuam, ſi eligitur, poſtulatur, aut iudex deputatur.*
489 *Excõmunicationis effectus an extendantur vbiq; locorum.*
490 *Excommunicatio ſemel poſita vtrum ſemper præſumatur durare.*
491 *Excommunicationis effectus reſpectu perſeuerantiæ.*
492 *Excommunicationis effectus circa ſatisdationem. remiſſiuè.*
493 *Excommunicationis effectus quando incipiant.*
*Et primo quid ſi ſit pura. nu. 494.*
*Et quid ſi ſit in diem. nu. 495.*
*Et quid ſi ſit conditionalis. nu. 496.*
*Et quid ſi excõmunicatio veniat ex ratihabitione. nu. 497.*
*Et quid ſi feratur per epiſtolam. nu. 498.*
499 *Excommunicatio ſi ſit dubia, an valeat, vel ne: vtrum prædicti effectus producantur.*
500 *Excommunicatio ſi eſt vnica, an producantur omnes prædicti effectus.*
501 *Excommunicationis effectus an multiplicentur ex pluralitate excommunicationis.*
502 *Excommunicationis effectus aliqui, an remaneant poſt abſolutionem.*
503 *Excommunicationis effectus ratione æquiparationis.*
504 *Excommunicationis effectus ſecundum quem trahit ſecum executionem.*
505 *Excommunicationis timor, an cauſet iuſtum metum.*
506 *Excommunicationis denuntiatio, an ſit neceſſaria, quò ad prædictos effectus conſequendos.*
507 *Excommunicatio minor ſeparat à ſacramentis eccleſiæ paſſiuè.*
*Et quandoq; à communione fidelium, ſed non ſacramentorum. nu. 508.*
509 *Excommunicatus minori, an poſſit excommunicare. remiſſiuè.*
*An poſſit ſacramenta adminiſtrare. ibidem. remiſſiuè.*
*An poſſit eſſe iudex, an notarius, an teſtis, an aduocatus, an procurator. ibidem. remiſſiuè.*

1 SACRIS. † Excõmunicatus pro-
pter participationem cum excom
municatis, licet poſtea eos expu-
gnet, abſolutus nõ eſt. h. d. Et pars
huius habetur .s̃. de his quæ vi met. ue cau. in. c.
ſacris, & .s̃. de ſepul. c. ſacris. Diuiditur, quia
primo ponitur facti narratio, & deciſio. Secun
2 do ponitur exceptio, ibi, niſi. Primo nota, † ꝙ
quis poteſt excõmunicari vna cum omnibus
participibus ſuis, & fautoribus ſuis. Et vtrum
hodiæ hæc forma poſſit indiſtinctè ſeruari, tra-
ditur in. c. ſtatuimus. eod. tit. lib. 6. dixi in. c.
perpendimus. s̃. eod. in decimo principali arti-
3 culo. q. 28. Secundo nota † quòd communi-
cans excommunicato cum fautoribus, & parti
cipibus ſuis incurrit maiorem excommunica-
tionem, de quo dicam in. c. inter alia. in vige-
ſimo



4 ſimo prin. artic. Tertio not. quòd † pro excom
municato non eſt orandum, antequàm abſol-
uatur; etiam ſi in morte ſigna contritionis appa
ruerint. de quo dicam. j̃. in. 5. q. prin. tertij pri
mi membri, circa actus ſpirituales. Quarto
5 not. quòd † ad ſolam purgationem culpæ, ſen
tentia excommunicationis non tollitur; nec
purgatur excommunicatio, niſi detur formalis
abſolutio ab eccleſia requiſita. de qua latè dicã
in. c. venerabili. j̃. in vigeſimoquĩto prin. artic.
6 Quinto not. quòd † excommunicatus non ꝓhi
betur in bello iuſto pugnare, aut bello iuſto in-
tereſſe. de quo. j̃. in vigeſimo prin. membro, in
10. q. princ. Sexto not. ibi, de mandato eccle-
7 ſiæ, quòd † eccleſia poteſt indicere bellum con-
tra excommunicatos, & inobedientes. Facit
8 23. q. 8. c. igitur. & c. omnium timore. Et † quis
poſſit indicere bellum, tradit Hoſt. in. c. ſignifi-
caſti. 2. s̃. de homici. Inno. in. c. olim. 1. de reſti.
ſpol. & c. ſicut. 3. de iureiuran. Bart. in. l. hoſtes.
ff. de capt. col. 2. ver. hoc præmiſſo. & latè per
Ioan. de Lig. in tracta. de bello. Vltimo not. ꝙ
9 ex eo quòd † quis pugnat pro eccleſia, & cõtra
hoſtes eccleſię non dicuntur apparere, ſeu con-
ſtare euidenter ſigna contritionis. Et ratio eſt,
quia multiformiter, & ex multiplici alia cauſa
extrinſeca poſſet moueri ad pugnam; puta ꝓ-
pter iniuriam, aut vindictam, vel aliam ſimilem
cauſam. Glo. 1. quærit, & ſoluit. Poſſet etiam
recitari per contrarium. In fi. glo. dic vt dicam
in. c. inter alia. in vigeſimo primo princ. artic.
Poſtremo iuxta præmiſſum ordinem in rub. ve
nit hic examinandus decimus nonus princ. ar-
ticulus, de effectibus ipſius excommunicatio-
nis. Et eſt aduertendum, quòd articulus eſt
valde notabilis, difficilis, & adeò intricatus, vt
vix extricatè per ordinem tradi poſſit; in quo
plures varios modos cogitaui, vt ipſum articu-
lum, quò ad fieri poſſet, ordinatè tractarem.
Et quandoque arbitratus ſum vtile eſſe illum
expedire per diſtinctiones, & ſubdiſtinctiones.
Sed quoniam eſſent nimis longæ, & etiam intri
catę, profectò confunderent intellectum. Qua-
re pro ordine magis condecenti inſtitui articu-
lum iſtum diſtinguere per tractatus, & tracta-
tus in articulos, & articulos in membra, vel
quæſtiones, & membra in quæſtiones princip.
Pro ipſius igitur deciminoni principalis artic.
clara expeditione primo proſequamur tractatũ
de effectibus maioris excommunicationis. Se-
cundo de effectibus minoris excõicationis.
10 Circa primum tractatum de † effectibus maio-
ris excõmunicationis ſubdiſtinguo duos prin-
cipales articulos. Primus erit de effectibus ma
ioris excommunicationis quò ad Deum, & ec
cleſiam triumphantem. Secundus de † ipſius
effectibus quò ad hominem, & eccleſiam mili-
tantem. Quò ad primum articulum poſequar
tria membra. Primum erit de excommunica-
tione nulla. Secundum de excommunicatione
11 iniuſta. Tertium de iuſta. Quò † ad primum
dic, quòd excommunicationis nullæ, nullus eſt
effectus, vt in. c. ſolet. eod. tit. lib. 6. s̃. de exceſſ.
præla. c. cum ad quorũdam. s̃. de off. deleg. c. cũ
contingat. Tradit Io. And. poſt Hoſti. in. c. ita
quorundam. s̃. de iudæ. & ibi dixi. Et ſic patet,
quòd. c. ſententia paſtoris. 11. quæſt. 3. non ha
bet locum in ſententia excommunicationis nul
12 la. Quibus † autem caſibus ſententia excom
municationis ſit nulla, dixi in. c. perpendimus.
ſupra eod. in decimo princ. artic. q. 18. Circa
13 ſecundum membrum, cum loquimur de † ſen-
tentia excommunicationis iniuſta, vtrum liget
quò ad Deum, dicẽdum eſt, quòd talis excom
municatio quò ad Deum, nihil, aut parum ope
ratur. 24. q. 3. c. ſi quis non recto. vbi tex. dicit,
14 quòd nihil lædit. Quinimo ſi † excommunica-
tus patienter illam tolerat, augetur etiam meri-
tum, vt eſt optimus tex. 11. q. 3. c. qui iuſtis. &
.c. illud planè. c. cum ęterni. de re iudi. lib. 6.
15 Quare illud quod dicitur Math. c. 16. † quod-
cunque ligaueris ſuper terram &c. & tranſum-
ptiuè. 24. q. 1. c. quodcunque. intelligi debet
claue ſcilicet non errante. 24. q. 1. c. 4. §. ſi autẽ.
& c. manet. vt not. Archid. 23. q. 5. c. remittun-
tur. Aduerte tamen, quia in hoc ſibi nocet,
quia pro eo non eſt orandum, aut pro eo ſimi-
lia habenda ſuffragia, propter quæ à peccato
facilius releuaretur. Facit tex. noſter; & quod
dixi in. c. quod quidam. s̃. de pœni. & remiſ. iun
ctis his quæ dicam ſtatim in tertio mẽbro prin.
Facit etiam quod not. Archidiaco. 24. q. 3. c. ſi
quis non recto. Item prædicta procedunt, ſi
modo excommunicatus iniuſtè patienter illam
16 toleraret, & timeat. † Secus ſi contemneret;
nam tunc ratione contemptus ligaretur etiam
quò ad deum. 11. q. 3. §. cum ergo. in fi. & §.
hic. & ſimil. & 21. q. 3. c. notandum. in fi. & j̃.
eod. c. per tuas. not. Archidia. in. d. c. ſi quis non
recto. & D. m. s̃. in rub. Circa tertium mem
17 brum, quando † excommunicatio eſt iuſta, dic
quò ad Deum parũ, aut nihil operatur. Nam
18 quilibet † peccator eo ipſo quòd peccat, imme
diatè ſeparatur à gratia Dei. 11. q. 3. c. illud. Et
ideò dicit glo. 24. q. 1. c. quodcunq;. ꝙ quò ad
Deum eccleſia iuſtè excommunicando, nullam
vim poteſtatis exercet; ſed ſolum denuntiat,
aut declarat illum eſſe extra gratiã Dei. de pœ-
ni. diſt. 1. c. verbum. Quod qualiter intelligatur
vide varias opiniones per Archid. 23. q. 5. c. re-
mittuntur. Dicit tamen Hoſt. quem communi-
niter* ſequũtur Io. An. & Docto. in. c. ita quo- Com. op.
rundam. s̃. de iudæ. & ibi dixi. & ſequitur etiam
Inno. ibi, & in rub. s̃. eod. tit. quòd iuſta excom
municatio quandoq; operatur quò ad Deum.
Primo, quia ex contemptu ſuperuenienti, talis
magis deijcitur à gratia Dei. Itẽ quia diabolus
habet maiorem poteſtatem in peccatore poſt
excommunicationẽ, quàm ante. Et ideò ſecun-
19 dum ſanctos viros, ſicut † ruſticus vtitur aſino,
& iumento; ita diabolus vtitur excommunica-
to. Vide tex. cum glo. 11. q. 3. c. audi denique.
Item orationes ipſius, & cætera bona, & opera
meritoria debiliora ſunt, quàm in alio. de quo
per Hoſt. in ſum. de pœnit. & remiſſ. §. & an fi-
ctè. Item & angelus bonus, qui deputatus eſt
ad

ad cuſtodiam ſuàm, ad ipſius rectam cuſto-
diam,& ſubleuationem minus operatur;& an-
gelus malus plus poteſtatem habet in eo. Et ſic
ex hoc habes expeditum primum articulum
primi tractatus, qui verſatur circa effectus circa
Deum. Circa ſecundum principalē articulum
20 primi principalis tractatus,† ſcilicet de effecti-
bus excommunicationis maioris quò ad homi-
nem, & eccleſiam militantem, proſequar tria
membra principalia. Primum erit de excommu
nicatione nulla. Secundum de excommunica-
tione iniuſta. Tertium de excōicatione iuſta.
Circa primum de excommunicatione nulla,
quia etiam quò ad homines nullum ſortitur ef-
fectum, dic vt dixi.ſ. in primo membro præce-
dētis articuli. Circa ſecundum membrum de
21 effectibus† excommunicationis iniuſtæ quò ad
homines, aduertendum eſt; quia hoc ſecundum
membrum, vt fugiamus ſuperflua, poteſt tra-
ctari,& examinari vna cum tertio excommuni
22 cationis iuſtæ; quia† regulariter pendente ex-
communicatione iniuſta, ipſa excommunica-
tio iniuſta tantum operatur quò ad homines,
quantum iuſta; licet in abſolutione, & poſt in
aliquibus differant, maximè reſpectu ſatisfa-
ctionis, vt ex infra dicēdis apparebit. Circa hęc
duo membra pro ipſorum clara, & ordinata
quantum fieri poteſt, examinatione, proſequar
infraſcriptas quæſtiones principales. Prima
erit de quibuſdam generalibus effectibus ipſius
maioris excommunicationis aliquas generales
regulas ponendo. Secunda de effectibus ipſius
excommunicationis maioris circa actus ſpiri-
tuales. Tertia circa reſcripta. Quarta circa pri
uilegia, & cætera beneficia non eccleſiaſtica.
Quinta circa actus iudiciales, in qua proſeque-
mur quid iuris de perſona iudicis, & alterius iu-
riſdictionem habentis. Item de perſona acto-
ris, rei, teſtium, notarij, aduocati, procuratoris,
& nuntij. Sexta quæſtio principalis verſatur
circa ſpecialem tractatum in materia exceptio-
nis excommunicationis. Septima circa arbi-
tria, & arbitramenta. Octaua circa contra-
ctus. Nona, circa vltima voluntates. Decima,
circa cæteros actus differentes, & non conclu-
ſos in præcedentibus quæſtionibus. Vndeci-
ma, an prædicta procedant in excommunicato
occulto, vel ignorante excommunicationis ſen-
tentiam. Duodecima, an prædicti effectus ꝓ-
ducantur vbique locorum, an verò circunſcri-
bātur loco. Decimatertia, vtrum ſemel poſita
præſumatur ſemper durare. Decimaquarta,
vtrum augeantur effectus prædicti, vel alij pro-
ducantur ratione differentiæ, aliàs perſeueran-
tiæ. Decima quinta, de effectibus circa ſatisfa-
ctionem, quam excommunicatus tenetur face-
re læſo. Decimaſexta, quādo prædicti effectus
producantur. Et quid ſi excommunicatio ſit pu
ra. Et quid ſi ſit cōditionalis. Et quid de eo qui
propter ratihabitionem, incidit in excommu-
nicationē. Decimaſeptima, vtrum prædicti ef-
fectus producantur exiſtente dubietate, vtrum
valeat, vel non valeat excommunicatio. Deci-
ma octaua, an prædicti effectus procedant ex
vnica excommunicatione. Decimanona, vtrū
ex multitudine, aut pluralitate excommunica-
tionis, plures producantur, aut multiplicentur
effectus. Vigeſima, vtrum etiam poſt abſolu-
tionem aliqui remaneant effectus. Vigeſima
prima, de effectibus ratione æquiperationis.
Vigeſimaſecūda, de illo effectu, ſecundum quē
dicimus, quòd trahit ſecum executionem. Vi
geſima tertia, vtrum timor excommunicatio-
nis cauſet iuſtum metum. Vigeſimaquarta,
vtrum excommunicationis denuntiatio ſit ne-
ceſſaria quò ad prædictos effectus conſequen-
23 dos. Quò ad primam quæſtionem † de effe-
ctibus, & regulis quibuſdam generalibus, quò
ad homines, & eccleſiam militantem prouenie-
tes de iniuſta, aut iuſta excommunicatione ꝓ-
cedam per cōcluſiones. Prima concluſio ſit;
24 quòd etiam † iniuſta excommunicatio quò ad
homines ligat. 11.queſt.3.c.1.&.§.hic & ſimi.
quod procedit ſiue ſit iniuſta ex ordine, ſiue ex
animo, ſiue ex cauſa. Quod limita, niſi eſſet talis
iniuſtitia, quæ redderet ſententiam nullam, ſe-
cundum ea quæ latius dixi in.c.perpendimus.
ſ.eod.in decimo princ.artic. maxime in.q.16.
Et adeò ligat, vt etiā videatur operari effectū,
quòd ſi excommunicatus ſteterit in ea per an-
num, ſit ſuſpectus de hæreſi. de quo dicam in.c.
per tuas.j.eod.in vigeſimoprimo artic, Debet
igitur excommunicatus, etiam iniuſtè, ſibi pro-
uidere, & abſolutionem petere, vt not.glo.pen.
in.d.c.per tuas.& ibi Inno. & not.glo. & Doct.
in.c.paſtoralis.ſ.de appella. Aduerte tamen,
quia quidam voluerunt, quòd ſolum procedat
in ſententia ordinarij iniuſta, per tex. in.d.c.1.
dum dicit, ſententia paſtoris. Et ideò ſecus dixe
runt etiam in ſententia iniuſta lata à Delegato;
volunt enim, quòd talis ſententia non liget, ſi
eſt iniuſta, per.c.penult.ſ.de præben. &.c.cum
olim.in fi.ſ.de off.deleg. Item mouētur, quia
talis videtur mandati fines excedere, eo quòd
non mandatur, vt iniurietur; ſed quòd præuia
ratione procedat, vt in.c.ex inſinuatione. in fi.
25 ſupra de reſcript. & ideò † iniuſtè faciens dici-
tur facere contra mandatum, & per conſequēs
non tenet, quod agit, vt in.c.cum dilecta. ſupra
de reſcript.arg.l.diligenter.ff.manda. Vnde di-
cit ibi Hoſti. quòd ſi Delegatus præcipit ali-
quid iniuſtè, & propter hoc excommunicat, ꝙ
ſententia non tenet, vt in.c.fin. de præben. licet
ſecus ſit in ordinario, eo quòd ordinarius ha-
bet latiorem, & firmiorem iuriſdictionem. Ad
quod vide quod tradit Inno. in.c.cum contin-
gat.ſupra de reſcript. & quod traditur in.c.ſta-
tuimus. de ſenten.excom.lib.6. Inno. tamen
voluit, quòd ſententia licet incerta valeat, ſi læ-
dit ius litigatoris. Et ideò opus eſt appellatio-
ne, per tex.in.c.nouit.ſupra de appel. &.d.c.ex
inſinuatione.in fi. Et ita reſidet Archid.11.q.3.
c.1. Sed aduerte, quia quando delegatio eſſet
ſimpliciter facta, videtur mihi, quòd nullo mo-
do iniuſtitia reddat ſententiam nullam, nec per
conſequēs excommunicationem acceſſoriam
ad illam.



ad illam. Sed poteſt prædicta concluſio proce
dere, qñ in delegatione diceretur, vt Delegatus
pręuia rōne procederet, vel ſm ius, & iuſtitiam,
aut per ſimilia verba, quibus caſibus voluerunt
quidam ſententiam eſſe nullam, propter iniu-
ſtitiam. Sed Inno. tenet contrarium. tamen dic
vt traditur per eum in.d.c.cum dilecta. tangitur
etiam aliquid in.d.c.ex inſinuatione. Ego ali-
quid tetigi in.c.perpendimus.ſupra eod. in de-
cimo princ.artic.q.8.ad fi. & latius dixi in.c.il-
lud.ſupra de cler.excom.min. Secunda conclu
26 ſio ſit, quòd quanuis † anathema, & maior ex-
communicatio quò ad formā prolationis diffe
rant, ſecundum ea quæ dixi in.d.c.perpēdimus.
in decimo princ.artic. in tertio membro princ.
2.q.3. tamen vtriuſque effectus ſunt æquales.
vt not.Zaba. in repeti.d.c.perpendimus. niſi ꝙ
excommunicatus cum tanta ſolemnitate magis
aggrauatur quò ad vulgi opinionem. Tertia
27 concluſio,† excommunicatio priuat excommu
nicatum à perceptione ſacramentorum, & acti-
bus ſpiritualibus. quod tamen qualiter proce-
dat, ſtatim latius dicam in ſecunda quæſtione
principali. Quarta concluſio ſit, quòd talis
28 excommunicatio† maior iuſta, vel iniuſta pri-
uat cōmunione hominum. & hoc denotat ver-
bum ipſum excommunicatio, quaſi extra com
munionem poſitio, dixi ſupra in rub. in ſecūda
quæſtio.princ. Probatur. 11.q.3.c.omnis. &.c.
ſequen.& ſupra de appell.c.peruenit.1. Et pro-
pter hāc cauſam excommunicati largo ſumpto
vocabulo dicūtur ſchiſmatici, quaſi ſciſſi, & di-
uiſi à communione, & Romana eccleſia, ſecun-
dum Io.de Lig. Ad quod vide quod dixi ſupra
de ſchiſma.in rub. Et de hoc effectu, & qualiter
accipiatur, & propter quas cauſas ceſſet, latius
dicam in.c.inter alia.in vigeſimo princ.artic. Et
ex hoc effectu alij plures ſequuntur effectus, de
quibus dicam in inferioribus quæſt. Quinta
29 concluſio ſit, † ꝙ excommunicationis effectus
eſt medicinalis, & non mortalis, vt in.c.1. in
prin.eod.titu.lib.6. 2.q.1.c.nulli. &.24.q.3.c.
notandum. Dic ſecundum Archidia. in.d.c.1.
quòd dicitur medicinalis actiuè, & paſſiuè, re-
ſpectu proferentis, & eius contra quem profer-
tur. Proferens enim nō ad mortem, ſed ad me-
delam intrudere debet. 11.q.3.c.audi. & debet
peritus, & ſolutus eſſe, & catholicæ diſciplinæ
traditiones diligenter obſeruare. Facit ſupra
de æta.& qualita.c.ad aures. Quòd ſi æger, &
infirmus vento rebellionis ſe exponeret, non
medico, ſed duritiæ ſuæ, ac pertinaciæ ſuæ im
putaretur, vt in ſimili in.c.tua. &.c.poſtula-
ſti.ſupra de homici. Reſpectu ergo patientis eſt
medicina animæ; quia confuſus, ex eo quòd vi-
det ſe vitari, facilius conuertetur, vt.d.c.audi.
Facit.c.pia.de exceptio.lib.6. & quod traditur
48.diſt.c.prohibentur. Nec obſtat. 11.q.3.c.
epiſcopus. vbi dicitur, ꝙ quis quandoq; per il-
lam citius moritur; quia hoc operatur contem-
ptus ipſius excommunicati, quod eſt peccatum
mortale, vt.d.c.1.eod.tit.lib.6. Et ſi diceretur,
quòd animam tollit.24.q.3.c.1. Reſpōdetur
per Archid. quòd hoc eſt verum, niſi per ſatiſ-
factionem reconcilietur eccleſiæ. Vnde conclu
30 debat etiam Io. Mo. ꝙ in† excommunicatione
ſunt actio, & paſſio, ꝓ eo quòd in ea eſt motus
differens per terminum à quò ad terminum ad
quem. vnde eſt medicinalis in agente qui rectè
operatur, & in patiente qui paret, ſeu obedit hu
militer. Et econtra eſt mortalis in quolibet eo-
rum, ſi minus rectè agant. & ſic primo dicitur
maxima pœna, vt in.c.ſacro.ſ.eo. & ibi notaui.
& ex ratione beati Thom.ſuper quarto ſenten.
31 diſt.18.ſuper artic.fina.dicit, quòd† prælatus,
qui videt hanc excommunicationis medicinā
non proficere, ſed nocere; debet agere ſicut bo
nus medicus, & illam debet ſerere, & tollere,
etiam contumacia durante. Facit.23.q.5.c.
prodeſt. de quo dicam in.c.venerabili.j.eod.
in vigeſimoquinto princ.artic. Eſt ergo medi-
cinalis, vt dictum eſt, diſciplinans, vt.d.c.1.eod.
tit. lib.6. Facit.45.diſt.c.diſciplina. Item di-
32 citur† medicina diſciplina non eradicans, dum
tamen is, in quem lata fuerit, nō contemneret,
vt.d.c.1.in prin. Non enim tendit ad eradican
dum, ſeu euellendum, quia pœna ipſius nō euel
lit à Deo. 11.q.3.c.quomodo. cum.c.ſequē.
Sed cauſa propter quam fertur radicitus eſt
euellenda. de pœni.diſt.2. ideò contemni non
debet, ſed eradicari. & ſi non pōt eradicari, quia
cauſa iuſta non ſubeſt, quod cōtingit in excom
municatione iniuſta, patiatur humiliter, nec cō-
temnat, ſed iuſtum proſequatur, & remedia e-
xerceat à canonibus attributa. de quibus dixi
in.d.c.ſacro.in decimotertio prin.artic. & deci
moquarto. Nam ſi contemneret, illaquearetur
ad mortale propter contemptum, quanuis etiā
iniuſta eſſet, vt dictum fuit ſupra in princ.iſtius
artic. Sexta concluſio ſit, quæ infertur ex prę-
33 dictis, quòd † excommunicatio non ſolum li-
gat animam, ſed etiam corpus. Et reſpectu ani-
mæ, intellige ſi eſt iuſta, declarando tamen vt
dixi ſupra in prin. iſtius articuli. Et quanuis tex.
in.c.ſi quis pręsbyterorum. videatur velle, quòd
liget ſolum animam, & ſentit Hoſt.ibi, & Ioan.
And. qui remittit ad nota. in.c.ad reprimendā.
&.c.paſtoralis. ſupra de offi. ordi. Et hinc eſt,
ſecundum aliquos, quòd non poteſt proferri in
vniuerſitate, vt dixi in.c.perpendimus. in deci-
mo prin.artic. iuxta princip. tamen vt patet ex
ſuperioribus, ligat corpus. Et audiui, ꝙ quidā
ſolemnis prædicator, qui ſuperioribus annis
prædicauit in cathedrali eccleſia, dixit, ꝙ tanta
34 eſt† excommunicationis pœna, vt inficiat non
ſolum humana corpora rationabilia, ſed bruta,
& etiam vegetabilia. & adducebat quinq; exē-
pla, quæ viderat, & audierat. Primum exēplum
erat, ꝙ cū ſacerdoti cuidam celebranti paſſeres
eſſent multū infeſti, excōicauit quoſcūq; ingre-
diētes in eccleſia, à qua hora in antea nullus in-
grędiebatur, quin ſtatim moriretur. Secundum
exēplum, ſeu miraculum, ꝙ cum cuidam viduæ
fuiſſet ſubtractum Marſupium plenum, & illud
ſubtraxiſſet coruus domeſticus ipſius, fecit ve-
tula fieri monitionem, & tandem excommuni-
cationem

cationem, poſtq; inde ad paucos dies coruus
prope Marſupium pecuniæ inuentus eſt mor-
tuus. Tertium miraculum, quòd cum ex lacu
quodam campaniæ, non recordor nunc de no-
mine quidam comediſſent anguillas, & propter
hoc mortui fuiſſent, Epiſcopus excommunica-
uit anguillas, quo facto incontinenti omnes il-
lius lacus anguillæ receſſerunt, & vſque in ho-
diernam diem in illo lacu nunquam fuerunt re-
pertæ anguillæ &c. Quartum miraculum, ꝙ
cum quædam Cyconia nidificaſſet ſuper qua-
dam domo cuiuſdam ciuis Mutineñ. & ille ci-
uis à Legato Bononiæ exiſtenti excommu-
nicaretur, factum eſt, vt incontinenti cicò-
nia nidum, ſeu pullos ſupra tectum alterius
domus portauerit. Et hoc quidẽ de exemplis
circa bruta. De vegetabilibus vnum recitauit
miraculum. Nam cum quidam ruſticus ligna
faceret in cura Pongibonci territorij Florenti-
norum, & ipſius ſecuris eſſet oblitus, facta mo-
nitione, fieri fecit excommunicationem contra
quemcunque ſecurim habentem, retinentem,
& non retinentem, quo facto, cũ adueniẽte tem
pore principij veris miraretur ruſticus, quòd
ceraſus non produxiſſet flores quemadmodũ
alij, acceſſit, & vidit ipſam deſiccatam, & ibi ſe-
curim reperit. hoc potius credere dignum eſt,
propter bonarum mẽtium timorem, quàm ab
eodem querendum laborare. Vnde non debet
eſſe mirum, ſi tex. in.c. epiſcopi. 11.q.3. dicit,
ne per excõicationis peccatum excõicati mor-
te præueniãtur. Ad quod vide quod dixi, &
35 iura, & authoritates allegatas ad illud, † quòd
propter peccata homines citius moriuntur, in
.c. licet hely. in princ. ſupra de ſimo. Septima
36 concluſio ſit, quòd † excommunicatus non va-
let amplius per ſe reſurgere, ſicut poteſt pecca-
tor; ſed oportet quòd habeat abſolutionem:
Facit tex. noſter. & probatur in.c. cum deſide-
res. & in.c. cum à nobis. ſupra eod. tenet Inno.
ſupra in rub. Debet ergo abſolui in forma, niſi
aliud ſpeciali ratione inducatur. de quo dicetur
latius in.c. venerabili. ĩ. eod. in vigeſimo quinto
prin. artic. Octaua concluſio ſit ſecundum ali-
37 quos, ꝙ † excommunicatio infamat; hoc voluit
Bal. in.c.1. quo temp. mil. inueſti. per. deb. Sen-
tit glo. Inſtitu. de capi. dimi. §. minor. in quantũ
illa glo. æquiperat excommunicatum deporta-
to, ſeu damnato in metallum. de qua æquipera
tione dic vt latè dixi in.c. monachi. ſupra eod. in
ſexto prin. artic. Sed quò ad ipſam concluſio-
nem, Bart. tenet contrarium in auth. credentes.
C. de hæreti. vbi dicit, quòd excommunicatio
non infamat, niſi quis fuerit excommunicatus
per hæreſim, & ſteterit in excommunicatione
per annum. Ego arbitror diſtinguendum, quia
aut loquimur de infamia facti, & procedat pri-
ma opin. quia indubitanter talis infamatur tali
infamia, eo quòd apud bonos, & graues, & ho-
neſtos viros ipſius opi. decoloratur. vt probat
6.q.1.c. ſunt plurimi. &.2.q.5.c. p̃sbyter. &.c.
oĩbus. 15.q.5.c. de crimine. & probatur in.l. ho
nori. & in.l. licet. de obſe. lib. Ad quod vide
quædam quæ notabiliter dixi de bona, & mala
fama in.c. qualiter. 2. ſ. de accuſ. in nono princ.
artic.q.20. Aut loquimur de infamia iuris, &
ſubdiſtingue, quòd aut quis excommunicatur
propter delictum infamans ipſo facto, & proce
dat prima opinio. Sed procedit effectus infa-
miæ potius à delicto, quàm ab excommunica-
tione, vt in ſimili dixi ſupra in tertio prin. artic.
huius artic. de iuſta excõmunicatione, an liget
quò ad Deum. Aut quis non excommunicatur
propter delictum, quod infamat ipſo facto; ſed
ſolũ per ſentẽtiam; & hoc caſu, ſi eſt accuſatus,
vel inquiſitus propter tale delictum, ex eo quia
fuit contumax, ſiue excommunicatus, & ſub-
diſtingue, quòd aut non ſtetit in excommunica
tione per annum, aut ſtetit; ſi non ſtetit, non ef-
ficitur infamis infamia iuris. Si verò ſtetit, tunc
deciſio quæſt. pendet à deciſione alterius quæ-
38 ſtionis, † An damnatus ex ficta confeſſione ſu-
per delicto infamante per ſententiam, ſit infa-
mis. de qua quæſtione latiſſimè dixi in.c. qua-
liter. 2. ſupra de accuſa. Nona concluſio ſit, ꝙ
39 excommunicato † omnia intelligũtur eſſe per-
miſſa, quę tendunt ad eius odium, vt not. Doct.
in.c. intelleximus. ſupra de iudi. & hoc etiam
pluries apparebit ex. ĩ. dicendis. Vnde vt nota-
ui in.d.c. intelleximus. ſupra de iudi. non eſt mi
rum, ſi poteſt dormire cum vxore. 11.q.3. in.c.
quoniã multos. in hoc.n. videtur plurimum gra
uari; Nam pro actu laborioſo dicitur talis naui
gare. 17.q.2.c. nos nouimus. Vide quod dixi in
materia vſurarum, in ſexto princ. artic. Et hæc
faciunt ad plurima, de quibus quidem. ĩ. dicit.
In his autem quæ tẽdunt ad eius fauorem, quid
tenendum ſit, apparebit ex. ĩ. dicendis.
Quò ad ſecundam quęſtionem principalem de
40 effectibus † maioris excommunicationis quò
ad homines circa ſpiritualia, pro ipſius clariori
doctrina proſequar tria membra. Primum,
quibus ſpiritualibus excommunicatus excluda
tur. Secundum de pœna, ad quam tenentur
excommunicati attentantes, ſeu exercentes ſpi
ritualia in caſibus prohibitis. Tertium, an cum
talibus valeat diſpenſari. Quò ad primum
proſequar infraſcripta dubia. Primum erit ge-
nerale, vtrum omnia ſpiritualia ſint interdicta.
Secundum circa ſacramentorum, & ordinum
collationem. Tertium erit, an poſſit celebrare.
Quartum, an poſſit eligere. Quintum, an poſ-
ſit beneficia conferre. Sextum, an præſentare.
Septimum, an excommunicare. Octauum, an
iurare. Nonum, an matrimonium cõtrahere.
Et ex hoc quò ad effectus actiuos. De actibus
verò paſſiuis, decimum erit dubium, an recipi
poſſint ad eccleſiaſtica ſacramenta. Vndeci-
mum, an ordinari. Duodecimum, an eligi.
Decimum tertium, an poſſit ei beneficium con
ferri. Decimum quartum, an priuetur benefi-
cio adepto, vel ei ſaltem ſubtrahi debeant red-
ditus beneficij, & qualiter. Decimumquintum,
vtrum poſſit præſentari. Decimumſextum, an
poſſit monachari, vel profiteri. Decimumſe-
ptimum, an poſſint coram eo miſſa, vel diuina
officia



officia celebrari. Decimumoctauũ, an tenea-
tur dicere horas, & officium. Decimumnonũ,
an poſſit eidem prædicari. Vigeſimum, an ex-
pellendus ſit de eccleſia. Vigeſimumprimum,
an poſſit pro eo orari. Vigeſimumſecundum,
an ei danda ſit eleemoſina. Vigeſimumtertiũ,
an poſſit iterum excommunicari. Vigeſimum
quartum, an valeat ſepeliri. Quò ad primum
41 generale dubium, † vtrum omnia ſpiritualia
ſint interdicta, dic, quòd excommunicatus re-
gulariter non poteſt actiuè ſpiritualia attenta-
re, ſi excommunicatio ſit publica, & notoria. Et
ſi attentetur ratione publici officij, teneret, do-
nec eſſet tolleratus, vt patebit in dicendis in vn-
decima quæſt. principali. Sed ſi aliqua ſpũalia
attentaret ratione priuati officij, non valet, etiã
ſi ſit occultus, vt patebit ex. ĩ. dicendis, maxime
in quarto dubio. Et hæc procedunt in his, quæ
ſunt iuris, vt conferre, eligere, inſtituere, confir-
mare, vt patebit latius ex infra dicendis. Sed in
hoc quæ ſunt facti, tenent geſta per excommu-
nicatum, etiam in iſtis ſpiritualibus, vt ponere
prouiſum, inſtitutum, electum, & cõfirmatum,
in corporalem poſſeſſionem; quia ex hoc nullũ
ius transfertur. licet enim vitari debeat excom
municatus, tamen huiuſmodi geſta tenent, ma
xime ſubſiſtente neceſſitate, vt in caſu.c. pro il-
lorum. ſupra de præbẽ. & ibi per Inno. & Doct.
in.c. veritatis. ſupra de dol. & contuma. prope
ſi. & mihi placet. Circa ſecundum dubium,
42 an poſſint † ſacramenta conferri, vel ordinari,
concluſio ſit, ꝙ excommunicatus debet abſti-
nere quantum in ſe eſt, à ſacramentorum colla-
tione. Quod patet, quia punitur, ſi illa admini-
ſtret, vt. ĩ. dicetur in ſecundo membro prin. Et
ratio eſt, quia cum ſit ipſe extra eccleſiam, non
debet ipſe attentare quæ ſunt infra eccleſiam,
& quia non debet ſe in communione hominũ
immiſcere. & quia in talibus conferendis debet
adeſſe omnis puritas. 1.q.2.c. quam pio. Et p̃-
dicta intelligo, niſi neceſſitas vrgeret; quia ſi eſ-
ſemus in ſacramento neceſſitatis; vt puta, ba-
ptiſmi, vel pœnitentiæ in peccatore, quia hoc
caſu liceret excommunicato baptizare, & pœni
tẽtiam iniungere. Faciunt quæ dixi in.c. ſi quis
propter neceſſitatem. ſ. de furt. Vbi autem ne-
ceſſitas nõ ſubeſſet, debet abſtinere, vt dixi Sed
ſi non abſtineret, ſed conferret, vtrum collatio
teneat, videtur prima facie diſtinguendum ſe-
cundum Gratia. quia aut loquimur de his qui
exiſtentes in excõmunicatione ordines rece
perunt, & nunc in eadem perdurantes ordines
conferunt, vel ſacramenta, & hoc caſu collatio
videtur valere, per tex. 9.q.1.c.1. & ita videtur
prima facie intelligere Gratia. illum tex. Greg.
43 immediatè in. §.1. poſt illum tex. Sed † commu
niter ita non intelligitur, nec mihi placet; quia
licet ordinati à talibus non recipiant ordinis
executionem, tamen recipiunt gratiam, & cha-
racterẽ, vt ſtatim dicam, ex eo, quia ipſi ſic or-
dinati, quãuis excommunicati, gratiam, & cha-
racterem receperunt, vt. ĩ. ſubijciam in decimo
dubio. Et ideò de intellectu illius tex. c.1.9.
q.1. & c.2. ead. cauſa, & quæſt. qđ videtur eidẽ
contrariari, dic vt ibi per Gratia. in. §.1. &.2. &
per glo. & Docto. Ego arbitror, quòd debeat
diſtingui in hoc caſu, ſicut quando excommu-
nicatio ſuperueniſſet, & ſupereſt nunc quando
conferat ſacramenta, vel ordinat; quamuis qũ
iſte conferens fuit ordinatus, non eſſet excom-
municatus. In quo caſu arbitror diſtinguẽdũ,
quòd aut non fuit ſeruata forma debita, & res
eſt clara, ꝙ nec gratia, nec executio confertur, vt
in.c.1. ſ. de bapt. &.1.q.1.c. detrahe. Sed hoc
contingit non ratione defectus excommunica-
tionis, ſed ratione defectus formæ. Aut forma
fuit ſeruata, & ſubdiſtingue, quia aut loquimur
de ſacramentis, in quibus gratia confertur, vel
de alijs etiam, in quibus vltra gratiam confertur
executio, Si de ipſis quærimus quò ad gra-
tiam, & characterem, eſt dicendum, quòd tales
recipiunt gratiam, & characterem. 32. diſt. §. ve
44 rum. &.c. ad hoc. vbi habetur, quòd etiam † ſa-
cramenta recepta ab hæreticis, ſunt etiam ve-
ra quò ad eſſentiam, not. glo. 11.q.1. in ſumma.
Inno. & Hoſt. in.c. fraternitatis. de hæret. Item
Hoſti. & Docto. in.c.1. ſupra de ſchiſma. & ibi
dixi. Hoſti. in ſum. in titu. de tempo, ordi. §. & à
quo. ver. dicas ergo. & hoc procederet, ſiue
recipiantur ab ignorante, ſiue à ſciente; quia gra
45 tia, † & ordinis character imprimitur à Deo.
32. diſt.c. ad hoc. §. porrò. neque indignitas mi
niſtri quantum ad gratiam, & characterẽ atten
ditur. Eſt tñ in hoc differentia inter ſcientem,
& ignorantem; quia ſi ſcienter quis à talibus
recepit, peccat, & diſpenſationem debet pete-
re, ſeu pœnitentiam agere; niſi reciperet in caſu
neceſſitatis. 32. diſt. §. verum. dixi in.d.c.1. de
ſchiſma. Faciunt quæ dixi in.d.c. ſi quis ꝑpter
neceſſitatem. Sed ſi ignoranter reciperet, tunc
nulla diſpenſatio, aut pœnitentia eſt neceſſaria,
per nota. in.c.2. ſupra de conſtitu. cum ſimili.
Faciunt quæ ſtatim dicam. Aut loquimur quò
ad executionem ordinis, ſeu characteris, non
quò ad gratiam, ſeu characterem tantum. Et
ſubdiſtingue, quòd aut quis recipit ignoranter
ignorantia probabili, & hoc caſu recipit ordi-
nem, & ordinis executionem, ſecundum In-
noc. in.d.c.1. de ſchiſma. & ſequuntur ibi Doc.
& ibi dixi; quia indignitas miniſtri non debet
obeſſe ordinato ignoranti, & innocenti. Et hãc
etiam opinionem tenet do. Nellus in.c. verita-
tis. de do. & contuma. in pen. col. licet ſequens
opin. Hoſt. ſit tutior ſecundum eum. Mouetur
quia cum collator toleratur, potius confert ſa-
cramentum dignitas, quàm perſona, quæ qui-
dem dignitas non eſt præciſa. 8.q.4.c. nonne.
hæc fuit originalis. Et op. Io. And. poſt Ioan.
Cald. filium ſuum adoptiuũ in.c. ſi verò. ĩ. eod.
Sed dicit Hoſt. quòd opin. Inno. eſt vera, quan-
diu illud eſt occultum; ſed poſtquàm patefactũ
fuit, requiritur diſpenſatio, etiam ſi totus orbis
eſſet inuolutus; quia ex quo ordinans non ha-
bebat executionem, non poteſt illam conferre.
& iſta opinio eſt tutior, vt dixi in.d.c.1. Si verò
ſcienter quis recipit, tunc imprimitur gratia, &
chara-

character,ſed executio nõ confertur; quia cum
iſti ſint præciſi ab eccleſia,non poſſunt dare exe
cutionẽ,quia nõ habent,vt. 1.q.1.c.1.&.c.ven
tum eſt.&.c.qui perfectionem. & de conſe.di-
ſtin.4.c.quomodo.tenet glo.in.c.ſi.de ordi. ab
epiſ.Inno.& Docto.in.d.c.1.de ſchiſma. Et ſe-
cundum prædictam deciſionem poſſunt con-
cordari omnia iura quæ videntur contraria in
46 materia prædicta. Et ita † debet intelligi glo. in
ver.ordinibus. in.c.cum illorum. ſupra hoc ti-
tu. & aliæ ſimiles authoritates. Sed circa præ
47 dicta quæritur, vtrum † excommunicatus poſ-
ſit conſecrare eccleſiam,cæmeterium, vel aliud
ſacrum,aut benedicere. Et ſi hoc agit,an valeat.
Sol.Io.And.poſt Hoſt.in.c.conſuluiſti.de con-
ſecra.eccle.vel alta. dicit, quòd talis eccleſia,vel
cæmeterium, & ſimilia,egent reconciliatione,
antequàm fideles vtantur eis,vt ſacris;& remit-
tit ad nota.in.c.1.ſupra de ſacra.non iter. Mo-
48 uetur, quia † corpus excommunicati mortui
polluit conſecratum, ita vt ſit neceſſaria recon-
ciliatio, fortius quando ipſa conſecratio trãſit
per manus notorij excõicati. argu.l.domitius.
ff.de teſta. Vnde ſicut de ſimoniaco ꝑ ſimoniã
promoto dici ſolet, quòd inter ortum occidit,
ſic dici poteſt de tali conſecratione;ſacramenta
enim talium quòad ipſorum merita coinqui-
nata ſunt,& coram Deo fętent,ſm Iero.1.q.1.
c.remiſſionẽ.§.ſi ergo ſacramenta.&.c.ſeq. &
.c.odit.&.c.illi. Subdit tamen, quòd hoc po-
teſt intelligi verum,quantum ad reconciliatio-
nem faciendam. Nam ſacramenta vera ſunt, &
tenent,dummodo ſint exhibita in forma eccle-
ſiæ.ſupra de ſacra.non iteran.c.1.&.2. de ſepul.
c.ſacris. Et ſubdit,quòd licet hoc procedat in
talibus.ſ.quæ conſiſtunt in exterioribus conſe-
crationibus, ſeu benedictionibus, quòd ſi ge-
ſta ſunt per notoriè excommunicatum non de-
bent exerceri per fideles, donec fiat reconcilia-
49 tio,tamen hoc non eſt † neceſſarium in corpo-
re Chriſti,aut baptiſmo, & ſimilibus ſacramen
tis; quia talia ſunt veriſſima in ſe, nec indigent
reconciliatione, licet excommunicatus eadem
conferret,vt ſupra de ſum.trini.c.1. & ſupra de
cohab.cle.& mul.c.veſtra. & expreſſius.1.q.1.
c.multę.circa fin.& hæc ſequuntur ibi.D.m. &
Docto.* communiter. Quò ad tertium du-
Com. op. 50 bium,† an excommunicatus maiori poſſit cele
brare,breuiter dic quòd non;nam hoc prohibe
tur etiam excommunicato minori excommu-
nicatione, vt in.c.ſi celebrat.s̃.de cleri.excom.
51 mini. Circa quartum dubium,† an poſſit eli-
gere,& an ſi cum alijs eligat, teneat electio,ma-
ius eſt dubium. Glo.9.q.1.c.nos in hominem.
tenet quòd electio valeat, niſi alij communicẽt
ſecum conſecrando,per not.in.c.ad ꝓbandum.
de re iudi. Io.And.in.c.illa.ſupra de elect.poſt
Inno.dicit, quòd ſi ſcienter, & indiſtinctè ex-
communicatus eſt, non valet electio,etiã ſi ex-
communicatus eligat vnum,& non excommu
nicati coeligant alium, per not.in.l.duo ex tri-
bus. ff.de re iudi. Si verò ignoranter,vel in du
bio,quia proteſtantur,ꝙ non intendunt aliquẽ
admittendum ad ipſam electionem,niſi ſit aliàs
admittendus,& quòd ſi aliquis eſſet excommu
nicatus,vel aliàs inhabilis ad eligendum,inten-
dunt,quòd vox ſua non debeat annumerari, ſic
valebit electio. Archid.in.c.ſi quando. de elect.
lib.6.dicit,quòd ſi ipſi eligant de gremio eccle-
ſiæ,non valet electio;quia electus hoc caſu per
participationem,eſt excommunicatus,& ſic eſt
ineligibilis,vt in.c.ſi celebrat. de cler.exc.mini.
Et ſic ex hoc ſentit, ꝙ valeat electio ſi ſit facta
de extraneo.Non obſtat.c.ad probãdum. quia
52 loquitur in iudice, à qua † qualitate repellitur
criminoſus,ſicut à teſtimonio. ſupra de teſtib.
c.ſuper eo.ſed canonicus vtitur iure ſuo in eli-
gendo,vt ſtatim ſubijciam,à quo iure crimino-
ſus nõ repellit,vt in.c.perpetuo. de elect. lib.6.
Non obſtat.c.illa. in quantum tacitè videtur
velle,ꝙ nõ valeat electio etiam de extraneo,per
dictum.c.cum ſuper. quia reſpond.vt per eun-
dem Archidiac. ibi. Sed Pau.de Leaza.ibi di-
ſtinguit, quòd aut eſt facta proteſtatio per ma-
iorem partem Capituli,dicendo,ꝙ ipſi non in-
tendunt eligere cum excommunicatis, nec vo-
ces eorum annumerare, & valet electio. Aut
non fuit facta proteſtatio,& tunc non valeat ra-
tione mixturæ. & ita procedat quod not.glo.
in.d.c.nos in hominem.Io.de Lig.diſtinguit,ꝙ
aut quis eligit ratione proprij officij, & tenet
53 electio,donec toleretur; quia † communis opi.
reddit actum validum,qui aliàs eſſet inualidus,
per not. in.l.barbarius. ff.de offi. præ. Facit.c.
ad probandum. de re iudi. ſupra de elect. in.c.
querelam. &.s̃.de iure patro. in.c.conſultatio-
nibus. Si verò eligat ratione iuris priuati,vt eſt
videre in canonico, qui eligit ratione priuati
54 intereſſe,† vt.j̃.ſubijciam, tunc agitata per ex-
communicatum quantumcunque occultum,
ſunt nulla.s̃.de conſuet.c.cum inter. & de cler.
excom.miniſt.c.fraternitatis.&.c.poſtulaſti. &
ſic illa opi.de directo contrariatur opi.Archid.
quò ad extraneum. D.m.in.c.fin.s̃.de cle.per-
cuſſ.tenet ſimpliciter, quòd electio non teneat,
eo ipſo quòd aliqui excommunicati ſunt ex-
preſſi, etiã ſi vnus ſolus eſſet excommunicatus,
& ipſe eſſet expreſſus; quia data hac expreſſio-
ne,actus peccat in cauſa efficienti,& formali.&
ideò non debet valere, ẽt eo modo quo poteſt
valere;ſed habet locum regula.d.c.cum ſuper.
s̃.de off.deleg. Et ſic infertur, quòd etiam ſi
talis ignoranter ſi admiſſus, ſit expreſſus,non
valet. Et ſic videtur ſentire D.m. quòd ſecus
eſſet, ſi nomen excommunicati nón eſſet ex-
preſſum. Sed do. Domi. de ſancto Gemin. in
d.c.ſi quando.diſtinguit, quòd aut ſunt excom
municati publicè,& non valet electio, ſi aliquẽ
eligunt de gremio eccleſiæ, vt dicit Archidiac.
Sed ſi quis eligeret extra gremium,non valeret,
niſi ſit facta proteſtatio per ipſos non excom-
municatos. Et ſic concordetur opi.Zenze.cum
opin.Pauli. Alij verò aliter ſentiunt.Sed iudi-
cio meo concluſio eſt ſatis diſputabilis. Sed ꝓ
concordia dictarum opinionum, & dictorum
iurium, quæ videtur ad inuicem contrariari ex
varijs



varijs doctoribus in varijs locis, plurimis tamẽ
additis, arbitror diſtinguendum quatuor mem
bra.Primum, vtrum excommunicati debeant ſe
ingerere electioni. Secundum, vtrum debeant
vocari ad electionem celebrãdam. Tertium,an
venientes ad celebrandum electionem ſint ad-
mittendi. Quartum,poſito ꝙ venientes eſſent
admiſſi,an celebrata electio valeat. Circa pri
55 mum membrum indubitanter dic,ꝙ † nõ debẽt
ſe ingerere,cum hoc ſit prohibitum; tum quia
regulariter quælibet cõio eis ꝓhibita eſt,vt di-
cetur latius in.c.inter alia.in.20.princ.artic. Tũ
etiam quia,ſpecialiter conſtitutũ eſt, vt excom-
municati tales actus non exerceant,vt in.c.cum
dilectus.de conſue.& latius apparebit ex pluri-
bus iuribus.j̃.dicẽdis. Circa ſecundum mem
56 brum, vtrum † excommunicati ſint vocandi ad
electionem, Diſtingue,ꝙ aut eſt notorium eos
eſſe excommunicatos, Aut non eſt notoriũ;ſed
tñ põt hoc legitimè probari. Aut eſt penitus
occultum.Primo caſu,non ſunt vocãdi,nec ele-
ctio facta illis non vocatis caſſabitur propter
contemptum. Et ratio patet,quia cum ſint ex-
communicati,non poſſunt eligere, vt.d.c.cum
dilectus.&.d.c.ſi.de procu.Facit.c.conſtitutus.
s̃.de appel. notant Inno.Hoſt.& Io.An.in.d.c.
illa.s̃.de elect. & Inno.& Hoſti.in.c.conſidera-
mus.eod.tit.& Compoſt. in.d.c.cum dilectus.
Secundo autẽ caſu, qñ non eſt notoriũ, ſed qñ
põt legitimè probari,idem dicendum eſt, quia
excommunicati quantumcunq; occulti,nõ poſ
ſunt eligere,vt dictis iuribus.Nam ſi vocarent̃,
viderentur vocari,vt habentes ptãtem cum alijs
habilibus,quod eſt falſum, vt patebit ex.j̃. di-
cẽdis. Et hoc procedit in excõicatis occultis,
quorũ excommunicatio põt ꝓbari. quod not.
Inno.in.c.veritatis.s̃.de do.& cõtu. Secus ſi nul
lo modo poſſet ꝓbari; quia tunc habet locum
qd dicitur in ſecũdo caſu,qñ excommunicatio
eſt penitus occulta, ita ꝙ nullo mõ põt ꝓbari.
In quo cõclude,ꝙ ſunt vocãdi. Et ſi eis non vo-
catis fieret electio, caſſaretur propter contem-
ptum,vt not.Inno.& Hoſt.in.d.c.illa.& Cõpo.
57 in.d.c.cum dilectus. Facit, quia † nõ deficit ius,
ſed ꝓbatio, vt in.l.duo ſunt titij.ff.de teſta.tut.
58 Et quia † eccleſia non iudicat de occultis, vt in
.c.2.s̃.de off.ordi. & in.c.ſicut tuis. s̃. de ſimo.
32.q.5.c.chriſtiana.& ſic valet ꝙ ſit cum eis.Fa
cit.c.ad probandum.s̃.de re.iudi. & Hen.Boh.
in.d.c.illa.Quod tñ dixi in duobꝰ p̄ced.caſibus,
videlicet de notorio,& publico excommunica-
to,aut non oĩno occulto, procedit etiam ſi ali-
quis nõ ꝓbetur aliter excommunicatus, ſed ſo
lum ꝓbetur denũtiatus excommunicatus; dũ-
modo nihil dicat de nullitate ſñiæ,vel ꝙ priꝰ ap
pellauit. Nam ẽt hoc caſu,licet nõ fuerit voca-
tus,non põt ſe dicere contemptum,licet appel-
lauerit,ex quo hoc non allegat. Secus ſi diceret
ſe appellaſſe ante excommunicationẽ,per.c.ſo-
let.eo.tit.lib.6.ſm Compoſt.& Io.And.in.d.c.
illa.s̃.de elect. Ad qd vide qd dixi in.c.ſacro.
ſupra eo.in.13.prin.artic. in primo mẽbro re-
medij appellationis. Et volũt ẽt Cõpoſt.& Io.
An.ꝙ ſi ẽps excommunicauit abſentẽ, ꝙ nihi-
lominus Capitulũ debeat illum taliter excom-
municatum vocare ad electionẽ; quia fortè ſibi
competunt exceptiones nullitatis. In citatione
tñ exprimet de dicta excommunicatione. vel
citabitur ſub cõditione, ſi ille putauerit ſe debe
re,vel poſſe intereſſe electioni. Circa ſecundũ
59 mẽbrum, † vtrũ excõmunicati veniẽtes ad ele-
ctionem ſint admittendi,dicẽdum eſt,vt ſtatim
dictum fuit in p̄ced.membro, videlicet,ꝙ in pri
mis duobus caſibus, videlicet,quando notoriũ
eſt de excommunicatione,vel ſaltẽ excommuni
catio ꝓbari põt,ſi hoc fieri põt,nequaquã ſunt
admittendi,vt in iurib.allega.in p̄ced.memb. &
declara vt ibi dixi. Circa quartum mẽbrum,an
60 valeat electio,poſito ꝙ † excõmunicati ſint ad-
miſſi,& electionẽ celebrauerĩt, Arbitror diſtin
guẽdum,ꝙ aut oẽs ſunt excommunicati qui in-
teruenerunt in electione, aut aliqui ſunt excom
municati,& aliqui non.Primo caſu,electio non
tenet;nõ ſolum ſ. notorium eſt eos eſſe excom-
municatos,ſed etiam ſi ſit occultum, dũmodo
hoc poſtea detegat̃. Et rõ eſt,quia tales excom-
municati eligunt non rõne publici officij;ſed iu
re proprio,& priuato. Vnde cõis opin. q̃ habet
illos ꝓ non excommunicatis,nõ operatur;quia
61 illa operatur † in eis,q̃ agũtur ratione publici of-
ficij,& publici iuris; Nõ aũt in his,quæ agũtur
rõne ſingulari iuris, & intereſſe, & ad ſui com-
modum,& vtilitatẽ;ſicut eſt eligere,& impetra-
re,& ſimilia, in quibꝰ non ſuffragatur cõis opi.
detecta tamen excommunicatione de cler.exc.
62 c.propoſuit.Electio.n.non † ratione publici of-
ficij,ſed ratione canonicatus, vel ſpũalis frater-
nitatis dicitur competere,vt not.Inno.in.c.ve-
ritatis.ſupra de do.& contu.& in.c.cũ Vinton.
63 ſupra de elect.in glo.ſi.Nam oĩs † canonicus di-
citur habere publicum officium, vt not.Innoc.
& Compoſt. in.c.cum dilectus. ſupra de con-
ſuetu. &.d.c.cum Vintoñ. Facit ſupra de offi.
ordi.c.irrefragabili. §. exceſſus. & quod not.
Inno.in.c.ſi.ſupra de ꝓcu.in glo.1. Quod ego
arbitror ꝓcedere,ſiue iſti ſciant,ſiue ignorẽt ſe
excommunicatos.Facit quod not.ſupra de cle.
exc.min.c.apoſtolicæ.Vbi etiã dicit Inno.ꝙ cũ
eligere, vel eligi nullo modo cadat in excom-
municato, quantumcunq; occulto, ſi modo id
probari poſſit, nõ excuſatur excommunicatus
propter ignorantiam.Nec obſt.quod ſupra di-
64 xi,ꝙ † occulti excommunicati ſunt vocandi ad
electionem,& quod.j̃.dicã de caſibus,in quibꝰ
valet electio celebrata ab excommunicatis oc-
cultis;quia illud intelligi debet, quãdo eſſent ta
liter occulti,ꝙ nullo modo poſſent cõuinci.Sed
nos loquimur,quando poſſent conuinci. Facit
ad p̄dicta quod tradit Io. Cal. in.q.quæ incipit,
excommunicatus,qui cõi opi. Nec obſt.l.bar-
65 barius.ff.de off.p̄to.& alia ſimilia † iura;quia lo-
quuntur in his,quę competunt ratione publici
officij,in quibus operatur cõis opin.ratione pu
blici intereſſe,ſm ea quæ.j̃.ſubijciam.Et aduer
te,quia circa hoc poteſt formari noua quæſtio,
& non tacta per Doct. videlicet, vtrũ prædicta
GGG proce-

66 procedant in † electione ſummi Pontificis, an
ſcilicet talis electio celebrata ab oĩbus Cardina-
libus excommunicatis valeat. Tu forte diceres,
ꝙ valeat, non obſtante excommunicatione, per
tex. in cle. ne romani. §. cæterum. de elec. & per
ea quæ. ĩ. ſubijciam de fallentia in electione Pa-
pæ. Sed ego arbitror potius dicendum contra-
67 rium, quia tex. † ille non loquitur, quando oẽs
Cardinales eſſent excommunicati. Imò præ-
ſupponit, quòd dubitatio, & deciſio procedat,
quando aliqui eſſent excommunicati, & ali-
qui non, vt ibi in tex. dum dicit, quòd nullus
ex Cardinalibus prætextu alicuius excommu-
nicationis à dicta valeat electione repelli. Item
tex. ille, dum dicit de diſſenſionibus inter Cardi
nales ratione excommunicationis, quaſi velit
tollere diſſenſiones inter excommunicatos, &
non excommunicatos. Et ideò tex. ille non vr̄
procedere, quando oẽs Cardinales eſſent excõi
cati. Qđ poſſet cõtingere, quãdo ad inuicẽ ꝓ-
pter diſcordiam percuſſiſſent, ita ꝙ incidiſſent
in cano. ſi quis ſuadẽte. 17. q. 4. Vnde cum hoc
caſu tex. ille nihil determinet, remanemus in
diſpoſitione iuris cõis, vt in. c. cum dilecta. ſup̄
de iudi. & in. c. ſtatutum. & in. c. electionib᷒. de
elect. lib. 6. & in. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. mat.
cum alijs iuribus alleg. Et ex his etiã quæ ſupra
dixi, infero, quòd ſi daretur caſus, quòd electio
conſiſteret ex eligentibus, ratione publici of-
ficij, & non priuati iuris, ꝙ hoc caſu valeret ele-
ctio ab excommunicato, vel excõicatis occul-
tis; dummodo cõis opi. non haberet ꝓ excom-
municatis, vt probatur in. c. ad probandũ. ſupra
de re iudi. & quod ibi dixi, & quod traditur in
d. l. barbarius. & quod tradit Io. Cald. in. q. quæ
incipit, excommunicatus. Si verò ex eligẽtibus
ſunt excõicati, & aliqui non, ſubdiſtingue, ꝙ
aut excõicati poſſunt repelli ſine aliquo peri-
culo, vel ſcandalo, aut non. Primo caſu ſubdi-
ſtingue, ꝙ aut oẽs non excõicati ſcienter admi-
ſerũt excommunicatos, aut aliqui non excõi-
cati erant ſcientes, & aliqui ignorantes. Primo
caſu, quando oẽs non excommunicati ſcienter
admiſerunt excõicatos, non valet electio; etiam
ſi vnus ſolus eſſet excommunicatus. arg. c. ſi. ſup̄
de procu. Facit tex. in. c. illa. à contrario ſenſu
ſupra de elect. Et procedit hoc, etiam ſi excom
municati eligant vnum, & non excommunicati
eligant alium: Nam licet diuerſos eligant, tamẽ
ſatis eſt, ꝙ inuicem coelegerũt. arg. ff. de re iud.
in. l. duo ex tribus. & ff. de arbit. in. l. ſi in tres. &
& in. l. ſequẽ. Quod procedit, etiam ſi non ex-
communicati fuiſſent admiſſi cum proteſtatio-
ne. de qua. ĩ. Dummodo ſine aliquo timore, vel
periculo potuiſſent non admitti, vel repelli, vt
not. Inno. Compo. & Io. An. in. d. c. illa. & in. c.
romana. de elec. Facit quia ſi coelegerunt, & po
terant expellere, debet eis imputari, ꝙ ad eun-
dem actum ſimultaneum commiſcuerunt ſe cũ
excommunicatis. Et hoc maximè ꝓcedit in his
caſibus, in quibus dicam electionem non vale-
re data ignorantia. Et ad prædicta etiam faciunt
quæ. ĩ. dicam. Si verò ex non excommunicatis
quidã ignorãt illos excõmunicatos, & quidam
ſciunt, ſubdiſtingue, ꝙ aut maior pars non ex-
cõicatorum hoc ſcit, & minor ignorat, & tunc
non valet electio, ſm Inno. & Io. An. in. d. c. illa.
licet aliqui teneant contrarium, & male, vt ipſi
68 ſentiunt. Et ratio eſt, quia † illud qđ ſcit maior
pars Capituli, vr̄ ſciuiſſe totũ Capitulũ, vt. l. qđ
maior. ff. ad muni. Facit ẽt. c. ſcriptum. de elect.
& quod no. in. c. 1. ſupra de his q̃ ſi. à ma. par. ca
pi. Hoc tñ fallit in electione Papæ, per tex. in. d.
cle. ne romani. §. cæterum. de elect. Secundo fal
lit in caſu. c. indẽnitatibus. §. ſanè. &. §. ſi aũt. de
elec. lib. 6. Hanc tñ ſecundã fallen. Io. An. ponit
ſub dubio fortè, remittendo ſe ad not. in cle. ꝙ
circa. de elec. Sed tu aduerte, quia ꝓ concordia
dictarũ opi. & aliorum qui tenent contrarium,
poſſet fortè diſtingui, ꝙ aut Canonici qui ſciue-
runt illos excõicatos, faciunt maiorẽ partẽ Ca-
pituli, ẽt exceptis excõicatis, & hoc caſu ꝓcedit
opi. Inno. & Io. An. Aut facerent maiorẽ partẽ
Capituli, ſolũmodo adiũctis, & annumeratis cũ
eis Canonicis excõicatis, ſed illis exceptis non
faciunt maiorẽ partẽ, & ꝓcedit opin. contraria.
Si verò maior pars Capituli ignorauit illos ex-
cõicatos, valet electio; & voces ſcientiũ ſuffra-
gantur; dummodo non conſenſerint exp̄ſſè vo-
cationi excõicatorũ, ſm Inno. & Comp. in. d. c.
illa. & trãſit Io. An. & ſequitur Hen. Boh. Et ita
dicit intelligi poſſe. c. cũ dilect᷒. ſup̄ de conſuet.
Subdit tñ Henr. ꝙ hoc caſu propter p̄ſumptio-
69 nem contrariã, Capitulo incũbit ꝓbatio, ꝙ ma
ior pars ignorauit. arg. ſupra qui mat. accu. poſ.
c. cum in tua. & c. 1. ſupra vt eccl. bene. Quod ẽ
verum, qñ illis hoc veriſimiliter erat notum, vel
fuerunt taliter excõicati, ꝙ veriſimiliter notitia
excõicationis debeat ad eos trãſire. Aliàs ſec᷒;
70 cũ in facto alieno ſit ꝓbabilis ignorãtia, vt in. l.
verius. ff. de ꝓba. Sed quò ad primũ dictum, ẽt
arbitror, ꝙ p̄dicta opi. non ita diſtinctè ꝓcedat;
ſed ſolũ ꝓcedit in caſibus, in quibus dicã valere
electionem, qñ oẽs erant ignorantes. Sed in his
caſibus, in quibus data oĩ ignorantia non tenet
electio, multo minus non debet tenere in caſu
noſtro, vt de ſe patet. Si verò non excõicati igno
rant illos excõicatos, ſubdiſtingue, ꝙ aut hoc
non erat oĩno occultum; quia probari poterat,
ſed tñ excõicati hoc ignorabãt ꝓbabiliter. Aut
erat oĩno occultũ, ita ꝙ aliquo mõ ꝓbari nõ po
terat. Primo caſu cõis* opi. ẽ, ꝙ valet electio; ẽt Com. op.
71 ſi vnus ſol᷒ eſſet non excõicatus, eo ꝙ † ius vni-
uerſitatis apud eũ dr̄ reſidere, vt in. l. ſicut. §. ſi.
ff. qđ cui. vni. dixi latè in. c. dilecta. ſup̄ de exceſ.
p̄la. in. 7. prin. artic. Soli. n. non excõicati ſunt in
72 eccleſia, † excõicati extra. 2. q. 1. c. multi. 9. q. 1.
ab excõicatis. & not. in. c. fina. ſ̃. de ord. ab epi.
Et ſic patet, ꝙ ius totius vniuerſitatis remãſit in
nõ excommunicatis, ſiue ſint plures, ſiue vnus.
Facit ſup̄ de elect. c. ſcriptũ. 8. diſt. c. quo iure. &
hoc tenet Inno. & Hoſt. in. d. c. illa. & c. cũ Vin-
tonien. & c. noſti. ſup̄ de elect. & Archid. 9. q. 1.
c. ſi. Compoſt. in. c. cũ dilectus. ſup̄ de conſuet.
Boa. & Io. And. in. c. poſt electionẽ. de conceſ.
73 p̄ben. Sed quãuis † iſta ſit communis opi. tamẽ
ego



ego arbitror aliter diſtinguendum, videlicet, ꝙ
aut iſti eligunt de gremio eccleſiæ, aut extra ec-
cleſiã. Primo caſu non valet electio, quia electus
eo caſu eſt excommunicatus minori excommu
nicatione; & ſic erat ineligibilis, vt in. c. ſi cele-
brat. de cle. exc. mi. Et procedit opin. Archid. in
c. ſi qñ. de elect. lib. 6. Quod tñ arbitror limitan
dum, qñ probatur, ꝙ talis electus ſciuiſſet ali-
quẽ ex illis excommunicatum; adeò quòd per
cõionem incurriſſet minorem excommunica-
tionem, ſm ea quæ latius dicam in. c. inter alia.
ĩ. eo. in. 20. prin. artic. Aliàs ſecus, vt patet à ceſ
ſante rõne Archid. quia hoc caſu, quãdo elect᷒
ignoraſſet, arbitror idem dicendum, qđ ſtatim
dicam, quãdo electio fuiſſet celebrata extra gre
mium eccleſiæ. Et ex prædictis ſequitur, quòd
multo minus teneret electio, ſi fuiſſet celebrata
de vno excommunicato maiori, cũ talis ſit om-
nino ineligibilis, vt ſtatim. ĩ. ſubijciam in. 12. du
bio. Si verò tales eligerẽt extra gremium eccle
ſiæ, vel de gremio eccleſiæ eligendo, vnum, qui
oĩno ignoraſſet illos excommunicatos, adhuc
arbitror diſtinguẽdum, ꝙ aut excommunicati
in inſtrumento, vel actu electionis ſunt ſingula-
riter expreſſi cum non excommunicatis; vt pu
ta, ſi nomina omnium ſingulariter exprimeren
tur, vel ipſi ſoli excommunicati ſunt expreſſi; vt
puta, ſi diceretur, a, b, c, d, & omnes alij, qui fa-
ciunt capitulũ, vel maiorem partem capituli ele
gerũt &c. Et iſti exp̄ſſi eſſent excommunicati,
& tunc non valet electio; quia talis actus attri-
74 buitur in † indiuiduo tàm habilibus, quã inha-
bilibus. & ſic rõne indiuiduitatis non tenet, vt
in. c. cum ſuper abbatia. ſ̃. de off. dele. Itẽ quia
habiles, quib᷒ ptãs eligendi cõpetit in ſolidum,
75 ignorãt ius ſuũ, & vbicunque quis † ignorat fun
damentũ ptãtis ſuæ, non valet. qđ agitur cũ nõ
intendat vti illa ptãte, vt not. in. c. ex parte. ſupra
de conceſ. præb. Et in ſimili in. l. ſi is ad quem. &
in. l. qui aliena. ff. de acqui. hæred. Et hoc tenet
D. m. in. c. ſi. ſupra de ꝓcu. & mihi placet. Facit
etiã quod not. D. m. in. c. in literis. ſupra de off.
deleg. & Bar. in. l. 1. C. qui ꝓ ſua iuriſdi. Spec. in
tit. de ſen. §. quomodo. ver. quid ſi dixerit. Et
vide quod lati᷒ dixi in. c. licet. de off. ord. & qđ
tradit Bart. in. l. multum intereſt. ff. de condi. &
demon. Hoc tñ fallit in electione Papæ, & in ca-
ſu. d. c. 1. de priuileg. ſm quod ſupra dixi. Aut
excommunicati non ſunt exp̄ſſi, & tunc quili-
bet videtur vti iure ſuo, & agere actum, quem
meliori modo, via, iure, & forma agere põt, &
Com. op. 76 valet electio. Et ſic ꝓcedit cõis* opi. † Quia hoc
caſu non poteſt dici, ꝙ actus attribuat̃ omnib᷒
indiuiduis. Quare ipſi agunt, & eligunt, vt vni-
uerſitas, nec fuit expreſſum in inſtrumento, vel
ipſo actu capituli, vel vniuerſitatis, ꝙ oẽs conſti
tuerunt, & ſæpe admittuntur aliqui, qui non
ſunt de vniuerſitate. 63. diſt. in. c. obeuntibus.
tenet. D. m. in. d. c. fin. vbi dicit, ꝙ hoc maxime
ꝓcedit, qñ in inſtrumẽto electionis, vel ſimilis
dicitur tale capitulum, vel talis vniuerſitas ele-
77 git, ſeu fecit tale quid. † Nam vniuerſitas eſt no
men iuris, & ſolum refertur ad eos, apud quos
eſt ius vniuerſitatis. Et hoc modo dicit intelli-
78 gendum tex. in. d. c. ſi. † in ſi. de procura. Et hoc
ꝓcedit etiam ſi excommunicatus ſit notorius,
dum tñ capitulum ignorantiam probet. Nam
79 ex quo † notorium erat, præſumptio eſt contra
capitulũ. arg. c. 1. §. quod nec ſufficit. ſupra de
poſtu. præla. & c. innotuit. de elect. & c. 1. §. 1.
ver. qm̃. ſupra vt eccle. bene. Quando autẽ quis
80 poſſit † dici notorius excommunicatus tradit
Io. An. in. d. c. illa. Fortè aliquid dicã in. c. inter
alia. in. 20. prin. artic. Arbitror tñ, ꝙ cautela eſ-
ſet, ꝙ etiam ipſi eligentes ꝓteſtarentur, ſm for
mam. de qua. ĩ. dicam, & etiam ꝙ adiungerent
expreſsè, ꝙ ipſi intendunt eligere, eo modo, iu-
re, & forma. vt. ĩ. dicam. Si verò excommunica
tio eſſet adeò occulta, ꝙ nõ poſſet ꝓbari, tunc
indubitanter electio facta per ipſos ignorantes
81 teneret. Et ita etiam † ꝓcedat cõis* opi. quod Com. op.
ꝓcedit etiam ſi nomina excommunicatorum
eſſent ſingulariter expreſſa; quia vt ſupra dixi in
alio caſu hic non deficit ius, ſed ꝓbatio, & eccle
ſia non iudicat de occultis. Secundo caſu prin
cipali, qñ ſine periculo, aut ſcãdalo non poterãt
82 excludi, ſubdiſtingue, ꝙ aut ſunt † admiſſi cum
proteſtatione publicè facta, vel ſi non auderit
hoc publicè ꝓteſtari, faciant eam ſecretè, ꝓut
etiam fieri poteſt, vt tradit̃ in. c. 1. ſ̃. quod met.
cau. & c. ſi. de elect. videlicet ſub hac forma, ꝙ
non admittunt eos ad eligendum, veluti ius nõ
habentes. Nam ſi ſine periculo poſſent ſine ipſis
libenter eligerent, nec intendunt inniti vocibus
eorum, imò intendunt, ꝙ voces eorum nulli
præiudicent, nec alicui ſuffragium afferant; ſed
pro non receptis, ſeu non habitis habeantur.
arg. 2. q. 7. c. plerunq;. & in. c. 1. quod met. cau.
Et hoc caſu valet electio, ſm Inno. Compoſt. &
Io. An. in. c. illa. ſupra de elect. quòd volunt ꝓce
dere etiã ſi vnus ſolus eſſet non excommunica-
tus, qui dicto modo ꝓteſtaretur; quia ius vni-
uerſitatis penes ipſum remãſiſſet, vt ſupra dictũ
fuit. Hoſt. tñ præbet cõſilium, ꝙ ſi excommuni-
83 cati † non poſſunt ſine ſcãdalo, aut periculo re-
pelli, ꝙ impediatur electio. Vel ꝙ non excom-
municati recedant ab actu eligendi, & aggregẽ-
tur alia vice nõ vocatis, nec admiſſis excommu
nicatis; quia vt dictum eſt, excommunicati non
poſſunt agere de contemptu. Quæ practica pla-
cet. D. m. quãdo electoribus nõ curreret tp̄s ad
eligendum, ſeu vbi curreret finis termini p̄fixi
ad eligendum, tunc ꝓpter inſtantem neceſſitatẽ
poterit ſeruari practica Inno. & Comp. de pro-
84 teſtatione, quã ſtatim dixi; quia nõ debet † quis
ſuum ius negligere, vt euitet participationem
excõicatorum, ex quo ſine damno ſuo non põt
illos vitare. arg. c. ſi verò. & quod ibi not. ſupra
eod. & 11. q. 3. c. anteceſſor. & c. qm̃ multos. &
quod dicam. ĩ. in. c. inter alia. in. 20. princ. artic.
85 Eſt etiam vtile conſilium, ꝙ ſi † excommunicati
non poſſunt ſine ſcandalo repelli, nec etiam ſine
ſcãdalo differre electionem, quod nihilominus
non excommunicati, quam cito poſſunt data
demum oportunitate per ſe ipſos iterũ eligant;
quia hoc caſu ſecunda electio tenet, non ob-

 ſtante

ſtante prima,vt ſupra.Facit.ſ̃.de appel.c.conſti
tutis.& proteſtatio facta operatur,vt id,ꝙ cum
excommunicatis actum eſt per non excommu
nicatos,nõ debet eis imputari. Et ſic multo for
tius debet valere electio non excommunicato-
rum,ſi deinde facta fuit vno contextu. Facit.ſ̃.
de elect.c.dudum.&.c.congregato . & qđ etiã
traditur in.d.c.1.quod me.cau. Quid ſi excom
municatus,cum proteſtatione admiſſus ſcrute-
tur vota? puta,quia tanta eſt multitudo excom
municatorum,ꝙ aliunde fieri non poteſt. Sol.
dicit Io. An.in.d.c.illa.ꝙ aliqui volunt, ꝙ in tali
caſu nõ valeat ſubſequuta electio ; ſed quòd vi
deãt receſſũ cũ ꝓteſtatione. arg.c.fi.ſ̃.de ꝓcu.
& ſupra de appel.c.ſolicitudinem.ad fi. Alij ve-
rò dicunt, ꝙ nihilominus tenet , ex quo aliud
fieri nõ poteſt,& hoc approbat ibi Inno.Et reſi
det.d. Ant.qui etiam ſubdit,ſi talis eligat.Et ex
p̃dictis habes notabiliter expeditã hanc q̃ſtio.
Et not.prædicta,quia non ſolum vendicant ſibi
locum in electionibus ſpũalibus;ſed etiã in non
ſpũalibus, quando admitterentur excommuni
cati cum non excommunicatis in expeditione
alicuiꝰ negotij capituli,vel vniuerſitatis,ſm Io.
And.in.d.c.illa. Quod tñ intelligendum eſt,qñ
eſſet talis defectus,vel inhabilitas,q̃ cauſaret ſu
periores effectus,& cui partes expreſsè,vel taci
tè nõ poſſent renũtiare; Secus ſi partes poſſent
renuntiare; vt puta,quando aliqui eſſent priuati
iure eligendi, eo quòd elegiſſent aliquem indi-
gnum. Nam talis electio valeret etiã facta per
iſtos indignos ſcienter admiſſos per ipſos non
excommunicatos, eo ꝙ viderentur iuri ſuo re-
nuntiaſſe, vt ꝓbatur in.c.cũ Vintoñ.ſ̃.de elect.
tenet Compoſt.in.c.cum dilectus. de conſuet.
not.Hoſt.& Io. An.in.d.c.illa. Et ex prædictis
86 infertur deciſio, vtrum valeat poſtulatio † facta
per excommunicatum.Io.de Lig. dicit,ꝙ ſicut
excommunicatus non poteſt eligere,aut benefi
cia conferre ; ita nec poſtulare,niſi ſit occultus.
& hoc faciat ratione publici officij , per not. in
.c.ad probandum.ſ̃.de iudi. Ego verò arbitror
diſtinguẽdum, ꝙ aut poſtulatio tractatur in vni
uerſitate,ſeu capitulo per formam ſcrutinij. Et
hoc caſu dicẽdum eſt,ſicut de electione. Si alio
modo poſtulatio impetraretur per excommu-
nicatum,ſubdiſtinguo,ꝙ aut excommunicatus
poſtulationẽ facit ratione publici officij,& non
valet,ſi excommunicatio eſt notoria. Sed ſi ex-
communicatio eſt occulta , ſubdiſtingue, ꝙ aut
ignorantia non eſt probabilis, aut erat probabi
lis.Primo caſu non tenet.Secundo caſu videtur
valere,per not.in.c.ad probandum. ſupra de re
iudi.Si verò excommunicatus poſtularet rõne
priuati iuris,ſubdiſtingue , ꝙ aut poſtulans ge-
rit actum ad vtilitatem ſuã,aut alteriꝰ. Primo
caſu non tenet etiam ſi excommunicatio ſit oc-
culta,nec iuuat cõis error, per ea quæ ſupra di-
xi, & dicam in.11.q.prin. Et hæc etiam ſenſit
Io.Cald. in ſimilibus terminis , in dicta.q.quæ
incipit excommunicatus.& ſenſit Inno.in.c.cũ
dilectus.ſupra de conſue. Secundo caſu,quan
do excommunicatus gerit actum nomine alte-
rius,& ad alterius vtilitatẽ ſubdiſtingue , ꝙ aut
ille,ad cuius vtilitatem poſtulat , ſciebat ipſum
excõicatum , & cõis opin. ſeu error non iuuat;
87 quia ſatis eſt,ꝙ † ipſe ſciat , vt in.c.cum non ab
homine.ſupra eo.&.c.ſi beneficia.de p̃b. lib.6.
Aut conſtituens ipſum poſtulatorẽ, erat in cõi
errore.Et Io.Cal. vr̃ ſentire,ꝙ potius teneat,eo
quia iſte,ad cuius vtilitatem actus geritur , non
eſt in aliqua culpa. Facit.d.c.ſi beneficia.de p̃b.
reſpectu iuriſdictionis,quam ipſe debet exerce
re,non debet aliquo modo attentare ſacramen-
talia,& hoc caſu poteſt conſtitui iudex;argum.
tex.c.ad probandum. ſupra de re iudi. qui tex.
loquitur de excommunicatione maiori, per ea
quæ dixi ſupra in rub.in tertio prin. artic. dum
239 dixi, ꝙ † appellatione excommunicationis in-
telligitur de maiori. Facit etiam quod not.in.c.
duobus.j̃.eod.& in.c.à nobis.s̃.de except.& in
.c.ſi celebrat.s̃.de cle.excom. min. Aut ex iu-
riſdictione,ad quam deputatur, debet exerce-
re eccleſiaſtica ſacramenta, & dicerem quòd nõ
poteſt conſtitui etiam excommunicatus mino-
ri.argumen.d.c.ſi celebrat.ibi,dum tex. dicit,ſi
tamen neſcienter.Et arg.eorum quæ dixi ſupra
in ſecũda prin.q. huius deciminoni artic. in de-
cimotertio dubio. Facit etiam,cui denegatur
conſequens neceſſarium &c. de quo ſtatim di-
cam in ſequen.caſu.Et ſi talis excommunicatio
minor eſſet occulta,debet illam detegere, vt.j̃.
240 ſubijciam. Secundo caſu,quãdo†eſſet excom
municatus maiori, ſubdiſtingue, quòd aut eſt
excommunicatus publicè,vel occultè.Primo ca
ſu dic, quòd talis non poteſt fieri iudex; quia
non poteſt iudicare,nec ipſius proceſſus valet,
vt dicam ſtatim in quinta quæſt.aliàs octaua.q.
241 Sed†cui denegatur neceſſarium conſequens,
intelligitur denegatum antecedens ad illud cõ-
ſequens,vt not.in.c.ſuper his.s̃.de accu.Et no.
Iac.But.in.l.indebitam.ff.de condi.inde. Facit
etiam.l.alumnę.§.Seia.ff.de adim.leg.Et quod
not.Bal.& ibi dixi,in.c.ſeries.s̃.de teſti. Et hoc
etiam probatur quòd nõ poſſit eſſe iudex, in.c.
ad probandum. ſupra de re iudi. & in.c.præſi-
dentes. de hæreti.lib.6. &.3.q.7. per totum.
Talis enim excommunicatus nec per ſe,nec per
alium poteſt iuriſdictionem exercere,vt in.c.1.
in fi.de offic.vica. lib.6. Faciunt etiam ea quæ
ſtatim ſubijciam in ſeptima, & octaua quæſtio.
iſtius membri.Si verò loquimur de excommu-
nicatis occultè,dicerem, ꝙ quanuis in veritate
iuriſdictio non videatur imprimi propter eius
inhabilitatem, tñ ex quo agitur de publica vti-
litate,& adeſt communis error,& præiudicium
eorum qui ſine culpa ſua egerunt coram eo, vt
coram legitimo,& idoneo, quòd valent geſta,
per ea q̄ ſtatim dicam in ſecunda quæſt.Sed iſte
remouendus eſt à tali iuriſdictione, quampri-
mum apparebit eum fuiſſe excommunicatum,
etiam fortè,ſi tempore quo detegitur fuiſſe ex-
communicatum,eſſet abſolutus. Quod tñ de-
pendet ab his,quæ ſtatim dicam in ſeq.quæſt.
Vnde hanc facio differẽtiam inter hunc caſum,
& quando excommunicatio ſuperuenit pẽden
te iuriſdictione; quia in iſto caſu remouetur,in
illo ſuſpenditur iuriſdictio, vt ſtatim dicam in
tertia.q. Vtrum autem hoc caſu talis occultè
excõicatus teneatur detegere crimẽ ſuũ,ad hoc
vt indignus non deputetur.dic vt latius dicã.j̃.
242 Secundo quæro, † an excommunicatus poſſit
delegari iudex.Sol. videtur clara inferri ex pre-
cedentibus,vt ſcilicet diſtinguamus, quòd aut
eſt excommunicatus minori, & poteſt; niſi ad
eccleſiaſtica ſacramenta. Aut maiori, & in pu-
blicè excommunicato eſt clarum,ꝙ non poteſt
delegari,per ea quæ dixi in præced. quæſtione.
Facit.c.cum inter. de excep. &.24.q.1.c.mira-
mur.&.c.audiuimus. Quod procedit,etiam ſi
tempore quo recipit reſcriptũ,erat abſolutus,
vt not.glo.2.in.c.dilectus.2.s̃. de præben. ſm
opin.Io.And.arg.c.ſuper eo.s̃.de appella. &.c.
paſtoralis.ad fi.ſupra de reſcrip.& ſupra de ęta.
& quali.c.præterea. & in.l.cum furioſus. ff. de
iudi.&.l.mutuum.ff.de acqui. hære. & vt dixi,
hæc fuit opin.Io.Sed glo.prędicta reprobat di-
243 ctam opin.quia†cum reſcriptum ab initio fue-
rit

ſit nullum,non debet poſtea per abſolutionem
conualeſcere.arg.reg.non firmatur. de reg.iur.
lib.6.&.l.quod ab initio.ff.de reg.iur. Et hanc
opinionem tenet etiam Spec.in tit,de delega.§.
excipitur.in princ. Et Archid.11.q.3.c.curæ.
Ego verò arbitror ſic diſtinguendum,quòd aut
quis impetrauit reſcriptum ſub nomine digni-
tatis,aut ſub nomine proprio. Primo caſu,po-
tes figurare exemplum,quãdo impetrauit Epi-
ſcopum Seneñ. & hoc caſu, ſiue Epiſcopus Se-
neñ.ſit publicè excommunicatus, ſiue occultè;
244 quia tamen dignitas†non eſt excommunicata,
nec poteſt excommunicari, ſecundum ea quæ
dixi in.c.mulieres.ſupra eod. in ſeptimo princ,
artic.Meritò tenet reſcriptum, & expectabitur
quouſque ille ſit abſolutus,vel aliquis ei ſucce-
dat;quia ſatis eſt,quòd tempore,quo epiſcopus
ille vult procedere,ſit abſolutus,per rationem
prædictam,iuncto.c.quoniam abbas. ſupra de
off.deleg. Aut delegatio fuit facta ſub nomine
proprio,& ſubdiſtingue,ꝙ aut iſte publicè ex-
communicatus eſt,aut occultè,primo caſu non
valet, nec reconualeſcit,ex eo ꝙ tempore præ-
ſentationis ſit abſolutus; quia à principio nulla
imprimitur iuriſdictio propter incapacitatem,
per.c.ad probandum.ſupra de re iudi. & alia ſi-
milia iura ſupra allegata. Et ideò ex poſt facto
non conualeſcit. Et ita procedat opin.Ioã.ſupra
allegata. Niſi fortè aliud diceremus fauore hæ-
reſis,propter ſceleris prouiſionem, & periculũ
moræ.argumẽ.c.præſidentes. de hæreti. lib.6.
qui tex. loquit͂ in alio caſu,vt infra ſubijciam in
alia quæſtione;ſed facit ratio ſua,& fauor fidei,
Aut iſte erat excommunicatus occultè, & ſub-
diſtingue,quia aut impetrans ſciebat iſtum ex-
communicatum,aut ignorabat,Primo caſu non
valet.arg.c.ſuper literis. de reſcrip. Et fuit hæc
originalis opin.Io.de Deo. quam etiam ſequi-
tur Io.And,poſt Io.de monte Murlo,in.c.dile-
ctus.2.ſupra de præben.& ſequuntur ibi etiam
do.Ant.& Io.de Imo.& tenet.D.m.in.c.ad ꝓ-
bandum.ſ.de re iudi.& ibi etiam tenui. Secun
do, quando ignorauit impetrãs ipſum excom-
municatum,ſubdiſtingue, quòd aut loquimur
in cauſa appellationis, & dicẽdum eſt,quòd nõ
currit ſibi tempus, per not.in.c.ex ratione.ſuꝑ
de appel.Facit.c.ſignificante.eod.tit. Quod tñ
eſſet intelligendum,ſecundum ea quæ latius di-
xi in.c.ex ratione. Aut loquimur in cauſa prin
Com. op. cipali, & communis* opin. videtur eſſe in.d.c.
dilectus.quòd cum iſte recipiat iuriſdictionem,
licet exceptione elidibilem, quòd ſi contingat
eum abſolui ante præſentationem reſcripti, ꝙ
poterit exercere iuriſdictionem, nec poterit
tunc exceptio excommunicationis opponi,ex
quo eſt abſolutus.Facit quod habetur in.l.ſi co
gnatis. ff.de reb.dub.vbi ſufficit, quem eſſe co
gnatum tempore mortis, licet non eſſet tem-
pore teſtamenti. Facit etiam.l.non intelligitur.
§.quando.ff.de iur.fiſ.&.l.ſi mortis cauſa.ff.de
dona.cau. mor. Item facit ad idem.l.interue-
nit.ff.de leg.præſtan.debet enim ſufficere,ꝙ res
deuenerit ad illum caſum, à quo incipere po-
tuit. Et ad idem etiam facit.l.1.ff.de lega.3. &
.l.conficiuntur.§.ſi poſt.&.l.ſi ei qui. ff.de iur.
codic. Et hoc etiam tenet Io.de monte Murlo.
Ioan.de Imo.&.d.Anto.in.d.c.dilectus. de qua
opin. ego valde dubito, licet ſit communis;
quia in quantum agitur de vi comprehenſi-
ua reſcripti, reſpectu illorum, quibus ſcribi-
tur, inſpicitur tempus datæ, vt in.c.eam te. ſu
pra de reſcrip.Et quanuis illud.c.loquatur in be
neficialibus, tamen eadem ratio eſt in conten-
tioſis.Et ideò idem ius,vt in.c.trãslato.ſupra de
conſtit.Et quòd ita debeamus conſiderare tem
pus datæ,tenet.d.Anto. & Io. de Imo. & com-
muniter* Doct. in.d.c.dilectus. ſed tẽpore da- Cõm, op.
tæ, & delegationis,iſte erat inhabilis; quia ex-
communicatus,igitur &c. Facit etiam quod in
ſimili dicimus de vi comprehenſiua reſcripti,
reſpectu rerum,de quibus ſcribitur,quòd inſpi
citur tempus datæ,vt in.c.ſi.ſupra de reſcrip.&
in cle.literas.eo.tit.Nec obſtat,quòd licet tem
pore datæ imprimatur iuriſdictio, tamen tem-
pore priuationis imponitur exercitium, ſecun-
dum not.per Io. And.in.d.c.eam te. & Zenz.&
Doct.in clem.ſi.de reſcrip.& in clem. 1.de ꝓcu
ra.& per Hoſt.in.c.ex conqueſtione.de reſtitu.
ſpol.& Fede.de Senis conſil.26. quia ſi iuriſdi-
ctio à principio non eſt impreſſa habitu, nõ po
teſt poſtea deduci ad actum,vt de ſe patet.Et ſic
non eſt verum, quòd imprimatur iuriſdictio,
ſed elidibilis exceptione;quia ſi hoc eſſet verũ,
ſequeretur, quòd ſi tempore datæ aliquis erat
publicè excommunicatus, & tempore præſen-
tationis erat abſolutus,valeret; Qđ eſt falſum,
vt ſupra dixi. Nec hic poteſt dici aliquis fauor
publicus,aut quòd cauſa actuum geſtorum va-
lidare debeat,cum nihil ſit actum. Et hæc opin.
plus mihi placet. quanuis quæſtio ſit ſatis diſpu
tabilis.Cogitabis,quia nouiſſima ſunt. Quæ-
245 ro tertio,quid ſi aliquis erat iudex, &†excom-
municatio deinde ſuperueniat. Solu.dic,quòd
propter excommunicationem quãlibet occul-
tam,ſiue publicam,non priuatur iuriſdictione;
ſed ſuſpenditur poteſtas ipſius, & iuriſdictio in
actu. Vnde remanet ſibi iuriſdictio in habitu.&
poſt abſolutionem recuperat iuriſdictionem in
actu,per ea quę dicam in.c.venerabili.ĩ.eod.in
vigeſimoſexto prin.artic.Et quod dixi de occul
to,intellige ſecundum ea quæ dicam ſtatim in
octaua quæſtione huius membri. Quarto q̃-
246 ro,†quid ſi vnus ex pluribus iudicibus ſit ex-
communicatus. Sol.tex.videtur eſſe apertus in
.c.ad probandum.ſupra de re iudi. quòd geſta
per eos non teneant.Et ita ſimpliciter videntur
velle Doct. Ego vero arbitror aliter diſtinguen
dum, videlicet,quòd aut loquimur de plurimis
ordinarijs, aut de plurimis delegatis. ſi loqui-
mur de ordinarijs, dic,quòd aut cõſtituuntur,
vt quilibet habeat iuriſdictionem in ſolidum,
& res eſt clara; quia vtilis conſtitutio non ex-
communicati, non vitiatur propter excom-
municatum. Aut conſtituuntur,vt ſimul habeãt
iuriſdictionem, & hoc caſu arbitrarer, quòd
quanuis quilibet habeat iuriſdictionem,& exer
citium



citium in ſolidum, ſecundum ea quæ dixi in.c.
ſin.de re iudi. Tamẽ quia omnes fuerunt conſti
tuti,vt ſimul cognoſcerent in cognoſcendo, &
iudicando,data excommunicatione vnius pro-
pter connexitatem,& inſeparabilitatem inuti-
lis ab vtili,non valeret conſtitutio, per ea quæ
notantur in reg.vtile.de reg.iur.lib.6. Et quia
attenditur cauſa nocens,vt in.d.c.ad probandũ.
& in.c.ſuper quæſtionum. §.ſi verò. ſupra de
off.delega.diſtinguendo tamen inter publicum
excommunicatum,& occultum,ſecundum qđ
dixi in prima quæſtione. Si verò loquimur in
pluribus delegatis,dic,quòd aut ſimpliciter ſũt
dati, & delegatio non tenet aliquo exiſtente
excommunicato,per.d.c.ad probandum. Maxi
mè quia iſti non habent exercitium iuriſdictio
nis in ſolidum,vt in.c.prudentiam.ſupra de of.
deleg.& ibi dixi. Aut non ſunt dati ſimpliciter;
ſed cum clauſula,quòd ſi non omnes,vel ſimili.
Et dicerem, quòd tenet delegatio reſpectu nõ
excommunicatorum, per ea quæ traduntur in
d.c.prudentiam. Facit quod dicam in ſeq.q.
Intelligendo tamen, & diſtinguendo inter ex-
communicatum publicum,& occultum,ſecun
dum ea,quę dixi ſupra in ſecunda quæſtione hu
ius membri. Secundo caſu principali, quãdo
poſt conſtitutionem,vel delegationem ſuperue
nit excommunicatio,arbitror dicendum,quòd
ſiue loquamur in ordinarijs,ſiue in delegatis in
omnibus caſibus,in quibus dixi non valere cõ-
ſtitutionem, vel delegationem propter vnum
excommunicatum,ſimiliter non valerent pro-
cedere propter excommunicationem illius, di-
ſtinguendo,prout dixi de occulto. Sed ſi vale-
ret conſtitutio,vel delegatio, & in alijs non ex-
communicatis remaneret numerus integer,poſ
ſent ipſi procedere.Sed non remanente nume-
ro integro,non poſſent procedere durãte iſtius
excommunicatione. Ad quod adde quod latiꝰ
dicam ſtatim in octaua quæſtione huius mem
247 bri. Quinto quæro,†quid ſi coram iudice op
ponatur exceptio excommunicationis,quis co
gnoſcet de illa. Sol.Io.And.in.c.pia.de excep.
lib.6.recitat plures opin.& nullam elegit. Vna
eſt, ꝙ ſuperior iudex de illa cognoſcet. Et hæc
fuit Hoſt. & Io.Mo. Et ratio ſit,quia in exce-
ptione reus ſit actor.ff.de excep.in.l.1. & actor
debet ſequi forum rei.ſupra de fo.comp.c.cum
ſit generale. Allegat etiã not.per Doct.in.c.in-
terpoſita.ſupra de appella. vbi volunt, quòd ſi
opponatur exceptio, quæ non concernit iudi-
cem,illa proponenda, & probanda eſt coram
eo.Sed ſi exceptio ſigillat perſonam iudicis, li-
cet exceptio ſit proponenda coram eo, non ta-
men coram eo probanda eſt; quia de facili ſub-
uerteret probationem. & ideò probari debet
coram ſuperiore. Et hanc etiam tenet Archi-
dia.3.q.5.in.c.quia ſuſpecti. neque enim hoc
caſu eligendi ſunt arbitri; cum hoc non repe-
riatur de iure cautum,ſecundum Archidiaco.
Sed aduerte, quia prima ratio repugnat; quia
concludit in contrarium. Nam ſi reus in exce-
ptione eſt actor, ergo primo coram ſuo iu-
dice debet conuenire actorem, qui efficitur
reus coram iudice ipſius actoris, & non co-
ram ſuperiore excommunicati. Sed iſta re-
probatio mihi non placet; quia non agitur hic
de perſona actoris ad reum, vel econtra. Sed
de perſona rei ad iudicem. Item ſecunda ra-
tio non concludit; quia ſunt multi ordina-
rij qui non habent alium ſuperiorem, quàm
Papam, & plerunque nimis difficile eſſet adi-
re Papam. Secunda opin. fuit Hoſtien. in
d.c.pia.& Egidij in libellis ſuis ſub rub.qualiter
excommunicationis exceptio &c. & Spec. in
tit.de excuſa.§.ſi. ver.ſed nunquid excommu-
nicationis.qui volunt,quòd cum in hoc articu-
lo iudex meritò ſit ſuſpectus.ſupra de off.dele.
248 ideò recurrendum ſit†ad arbitros, vt in.c.legi-
tima. de appel.lib.6.propter ſimilitudinem ra-
tionis. Et quia non videtur hoc aliter expediri
poſſe. Et licet aliqui velint hoc reſtringere in
delegato,tamen ratio etiam concludit in ordi-
nario.Sed dicit Io.And.ſub dubio fortè,quòd
249 hæc opin.non videtur poſſe defendi; quia † ad
electionem arbitrorum non videtur deuenien-
dum,niſi in caſibus à iure expreſſis. arg.not.in
tex.iuncta glo.in.c.ab arbitris.de off.dele.lib.6
Tertia opin.fuit Inno.in.c.cum ſuper.ſupra de
off.deleg.vbi tenet,quòd hæc exceptio ſit pro-
ponenda,& probanda coram ipſo eodem iudi-
ce,contra quem opponitur. Et ſi iudex illam
admittit, proponens habet intentionem ſuã.
ſi verò repellit,poterit appellare. & his opinio.
recitatis Io.And.reſidet in.d.c.pia. Bart. verò
in.l.quidam conſulebant.ff.de re iudi. dicit, ꝙ
cum exceptio contingit perſonam iudicis, &
eius famam,vel honorem ſigillat;vt quia ſeruus
infamis,vel excommunicatus; non ipſe,ſed ſu-
250 perior cognoſcet. Et tenet quòd†vbicunq; ſu-
perior habet cognoſcere, poſſunt eligi arbitri,
vt.c.cum ſpeciali.ſupra de appella. Et ſequitur
Io.de Fantu.in.d.c.pia. Et etiam videtur ſentire
do.Anto.& clarius firmat.D.m.in.c.ſuper lite-
ris. ſupra de reſcrip. Sed do.Domi.in.d.c.pia.
dicit,quòd credit,quòd ſi opponatur talis exce
ptio delegato habenti collegam cum clauſula,
quòd ſi non omnes,quòd tunc ſeruetur diſpo-
ſitiò.d.c.ſi contra.de off.delega.lib.6.vt collega
cognoſcat,vel ordinarius, ſi opponatur vicario
ſuo. Si verò opponatur delegato non habenti
collegam,vel ordinario principali,ſi eſt excom
municatio notoria,ſufficit ſola oppoſitio. Sed
ſi non eſt notoria,ſed occulta,tenet opin. Inno.
quia ex quo eſt iudex,& vertitur in dubium de
exercitio iuriſdictionis, videtur poſſe cognoſce
re,an ſua ſit iuriſdictio,vt.d.c.ſuper literis. nec
ab eo diſcedi poteſt, niſi per viã appellationis,
vt in.c.vt debitus. ſupra de appel. Et ita etiam
videtur tenere.d. Ant.in.c.cum ſuper abbatia.
de off.deleg.Sed hoc vltimum non videtur mi-
hi verum; quia ex quo talis exceptio ſigillat
perſonam,vt dictum fuit, non videtur idoneus
iudex,quia in cauſa propria. Sicut nec quando
opponitur de totali fundamento iuriſdictionis,
vt not.Inno.in.c.cæterũ.de iudi.& Bar.in.l.ex
ſenten-

ſententia.ff.de teſta.tute.Et ſicut etiã dicimus,
quando non contenditur de iuriſdictione; ſed
de proprietate iuriſdictionis, vt not.Inno.in.c.
venerabili.ſ.de cenſi. Vnde ego arbitror aliter
diſtinguendum, quòd aut opponitur notoria
exceptio,& ſufficit ſola oppoſitio, vt.ſ.dixi.
Aut excommunicatio quæ opponitur, non eſt
notoria,& ſubdiſtingue,quòd aut loquimur de
iudice ſeculari contra quẽ opponitur exceptio
excommunicationis. Et clarum eſt,ꝙ non po-
teſt cognoſcere,cum ſit cauſa ſpiritualis, & ec-
cleſiaſtica. Vnde ſicut inter partes,ſi opponitur
de cauſa,non poteſt iudex cognoſcere,multo-
minus ſi opponitur iudici. Niſi fortè ageretur
quæſtio facti,& nõ iuris. vt in ſimili de vſuris in
clem.2.de iudi.in glo.in ver.vſuris. & ibi latè
dixi.& vt traditur in.c.fi.de foro compet.lib.6.
& in.c.1.de vſur.lib.6. & per Bar. & Docto.in
.l.titia.ff.ſolu.mat. & in.l.omni. C.de ſacroſan.
eccle.quo caſu dicerem,vt in caſu ſeq. Aut lo-
quimur de iudice eccleſiaſtico,vel tali,qui aliàs
poſſit de huiuſmodi exceptione cognoſcere, &
ſubdiſtinguerem, quòd aut loquimur de ordi-
nario,vel delegato. Primo caſu,aut de facili po-
teſt adiri ſuperior, & adeatur ſuperior qui de
tali exceptione cognoſcat. Si verò de facili non
poteſt adiri ſuperior,videtur quòd de iure ciui-
li detur a iure,per not. in auth.ſi verò.C.de iu-
di. vt ſeruetur illud quod traditur in.l.ꝓxime.
ff.de his quæ in teſta.del. De iure verò non eli-
gantur arbitri,ſicut in cauſa recuſationis,ꝓpter
ſimilitudinem quam habet hæc cauſa, cum cau
ſa recuſationis,vt dixi ſupra in ſecunda opi. Vel
ſaltem ſi eſt Epiſcopus, vel ſimilis, eligerentur
arbitri,ex diſpoſitione.c.ſi clericus. 11.q.1.
Sed quia ille tex.non habet locum,niſi in ciuili
cauſa,vt ibi not.glo.arg.6.q.2. in.c.Epiſcopus.
ideò cum hæc cauſa quodãmodo videatur eſ-
ſe in criminali, videtur quòd Archiepiſcopus
debeat de hoc cognoſcere. arg.d.c.Epiſcopus.
Facit quod ſtatim dicam in ſeq. quæſtione, ſm
Hoſt.Sed iſte tex. non loquitur de Archiepiſco
po, & ideò iudicio meo in terminis noſtris,me
lius facit.c.venerabilibus.§.ſed ſi excommuni-
catus.eod.tit.lib.6.Si verò iudex non eſſet præ-
latus, ſed eſſet vicarius Epiſcopi, contra quem
opponeretur de excommunicatione, Epiſco-
pus cognoſcet de cauſa recuſationis, vt in.c.ſi
contra.in fi.rub.de off.delega.lib.6. Et ſi Epi-
ſcopus ageret in loco valde remoto,diſtingue,
an plures ſint officiales Epi, & ad alios pertinet
hæc cognitio. Vel an ſit vnus ſolus,& variȩ ſunt
opiniones,de quibus traditur in.d.c.ſi cõtra. &
latius per.D.m. in repeti.c.ſi quis contra cleri-
cum.ſ.de fo.compe. Si verò loquimur de De-
legato, dic, quòd ſi eſt delegatus ab inferiore,
cognoſcet delegans. argu.d.c.ſi contra vnum.
reſpon.penul. & ſi Epiſcopus agat in remotis,
dic vt ibi per.D.m.in.d.repeti. Si verò loqui-
mur de Delegato ſedis apoſtolicæ,aut ſunt plu-
res,& ſunt dati cum clauſula, quòd ſi non om-
nes &c. vel ſimili, & alij poterunt cognoſcere,
vt.d.c.ſi contra. Aut ſine dicta clauſula,vel eſt
vnus ſolus Delegatus, & tunc ſaltem ex æqui-
tate videtur recurrendum ad arbitros. Et licet
iſte caſus non ſit expreſſus, tamen ex identitate
rationis debemus hoc dicere. arg.l.nõ poſſunt.
ff.de legib. Facit quod not.glo.in ver.copia.in
.c.ſtatutum.in princ.de reſcript.lib.6.vbi dicit,
quòd ſi eſt contentio inter iudicem,& partem,
an locus,in quo facta eſt delegatio, ſit inſignis,
vel poſſit ibi haberi copia peritorum,aſſumen-
di ſunt arbitri; & tamen ille caſus non eſt à iure
expreſſus. Vel fortè ſi plures eſſent iudices dele-
gati, poſſemus attentare,quòd exiſtẽte dubie-
tate de excommunicatione vnius, oẽs cogno-
ſcent ſimul cum eo; quia licet ipſe ſit ſuſpectus
propter cauſam ſuam, tamen in alijs ceſſat hæc
ſuſpicio.& ſic procedet opin. Inno. & do.Do-
mi. Vel poterit pars agere coram ordinario, vt
declaret illum excommunicatum. Et cum talis
quæſtio ſit præiudicialis ad cauſam delegatam
prius de ea cognoſcendum erit.& not.duo hȩc
251 vltima;quia nunc veniunt in mentem.†Quali-
ter autem probetur excommunicatio,dixi ple-
nè in.c.de monialibus.ſ.eo. in decimoſeptimo
princ.artic. &.ỹ.quod tempus debeat probari,
dicam plenè in ſexta princ.quæſtione iſtius de-
252 ciminoni prin.artic. Quȩro ſexto,†an excom
municatus poſſit reuocare Delegatum à ſe.Sol.
Inno.tenet quòd non,in.c.licet. ſupra de offic.
delega. Et hoc eſt expeditum,ſi iudex ipſe, vel
partes cõtradicunt. Sed ſi conſentiret, & cauſa
non eſſet integra,vtrum expiret iſtius Delegati
iuriſdictio propter reuocationem, maius vidẽ-
tur eſſe dubium, propter opin.Lap. quam po-
nam in octaua quæſtione huius mẽbri. Et ad-
de etiam quod dicam in vndecima quæſt.huius
253 membri. Quæro†ſeptimo, vtrum excommu
nicato Epiſcopo deuoluatur iuriſdictio ad Ar-
chiepiſcopum. Sol.licet olim poſſit eſſe dubiũ,
tamen hodie eſt tex.apertus quòd non, in.c.1.
254 de ſuppl.negl.præla.lib.6. Nec obſtat,†quòd
Archiepiſcopus ſuppleat negligentiam Epi-
ſcopi, vt in.c.quia diuerſitatem.ſ.de conceſſ.
præben. cum ſimi. quia illud procedit, quando
Epiſcopus priuatur propter negligentiam; Se-
cus quando priuaretur propter excommunica-
tionem,ſeu delictum ſuum, ita quòd propter
delictum non poſſet exercere iuriſdictionem.
Et ſimilis diſtinctio habetur in.c.quanquam.de
elect.lib.6. Vel poſſet reſponderi quòd non eſt
verum quod per negligentiam Epiſcopi deuol-
uatur iuriſdictio ad Archiepiſcopum,ſm quod
voluit Archid.& quidam alij. Licet glo.& plu-
res Doct.in.d.c.1.teneant contrarium. de quo
aliquid per.D.m. in.c.paſtoralis.ſ.de off.ordi.
& latiſſimè per eum in repetit.c.ſi quis contra
clericum. ſupra de fo. compe. Nec obſtat.c.2.
de tempo.ord.lib.6.vbi vicini Epiſcopi ſupplẽt
poteſtatem, quam perdit Epiſcopus propter
delictum ſuum; quia illud eſt ſpeciale propter
fauorem ordinum ſuſcipiendorum, in quorum
dilatione poſſet eſſe periculum. Et ideò ſpecia-
liter hoc conceditur. Nec obſtat.c.ſi is cui.de
off.deleg. lib.6. vbi propter excommunicatio-
nem



nem eius qui ſubdelegauit, appellatur à ſubde-
legato ad primum delegantem; quia rñdetur,ꝙ
255 iuriſdictio † ep̃orum non ſic dependet ab Ar-
chiepiſcopo, ſicut Delegatorum Papæ ab ipſo
Papa,per.c.duobus. ſupra de re iudi. & ita ſol-
uit glo.antepenul. in.d.c.1.de ſupp.neg.præla.
lib.6. Et ex prædictis infertur,ſm Io.de ſancto
256 Georgio, quòd ſi † à ſnĩa prȩlati ſubditi Epi-
ſcopo ſit appellandum, & Epiſcopus ſit excom
municatus, non debet appellari ad Archiep̃m,
ex quo inter Ep̃m,& Archiepiſcopum non da-
tur iuriſdictionis dependentia. Sed contra hoc
arguit idem Ioan. de not. in.d.c.ſi is cui. & per
Doct.in.d.c.ſi quis contra clericum. in quibus
not. quòd à ſententia Delegati per Ep̃m pro-
pter recuſationem factã de ipſo, appellatur ad
Archiepiſcopum, omiſſo medio Ep̃i; ergo idẽ
& multo fortius videtur dicendum in terminis
noſtris,cũ minus poteſtatis habeat excommu-
nicatus qui non poteſt delegare, vt in.c.iudex.
de off.deleg.lib.6. Et ſubdit idem Ioan. quòd
Doct.nihil reſpondent,niſi quòd propter deli-
ctum Ep̃i nõ deuoluitur iuriſdictio ad Archie-
257 piſcopũ,vt.d.c.1. Sed†excommunicatio ſem-
per fertur propter delictum, ſeu propter contu
maciam,quȩ eſt delictum,vt latè dixi in.c.nulli.
in octauo princ.artic.ſupra eo. Ipſe tamen ſol-
uit, quòd in terminis noſtris idem eſt; quia
excommunicatus non eſt deſtitutus remedio;
quia habet iuriſdictionem, licet ſuſpenſam, &
impeditam;vt ſtatim dicam in octaua.q.ſeq.Et
ideò cum habeat, non trãſfertur iuriſdictio ad
Archiep̃m, ſed ordinarius recuſatus, priuatus
eſt iuriſdictione quò ad illius cauſæ cognitionẽ,
reſeruata ptãte delegandi;quia ergo Ep̃s ſubla-
tus eſt de medio quò ad iſtam cauſam,ab ipſius
Delegato appellatur ad Archiepiſcopum, ſicut
appellaretur ſi Ep̃s de cauſa cognouiſſet. Facit
in ſimili.l.1.ff.quis & à quo. Sed vide quãtum
ad hoc de iudice recuſato. quod tradit.D.m.in
dicta repeti.c.ſi quis contra clericum. in ſexta
concluſione.vbi cõcludit,ꝙ à Delegato iudicis
ordinarij recuſati,appellatur ad ipſum recuſatũ,
non vt ipſe recuſatus de cauſa cognoſcat; ſed vt
alteri cognoſcendam,& diffiniendam commit-
258 tat. Sed quæro, † iuxta prædicta,quid fiat de
iſtis cauſis, quarum cognitio ſpectat ad Ep̃os
ſuffraganeos,ex quo Archiepiſcopus nõ poteſt
adiri,& Ep̃i non poſſunt cognoſcere, quia ſunt
excommunicati. Sed dicit Hoſtiẽ.in.d.c.1.de
ſupp.neg.præla.lib.6. quòd debet adiri Papa,
vel Delegatus,ſi eſt in prouincia, ſm Hen.Boh.
Facit quod not.in.c.1.de offic.vica.lib.6. in fi.
quartæ glo.Io.Mo.dicentis, ꝙ ſi Epiſcopus nõ
eſt in mora petendi abſolutionem, nec eſt res,
quæ ex mora ſuſtineat grande periculum,quòd
melius eſt aliquantulum expectare,quàm nouo
iudici ſe committere. Facit.c.1.ſ.de renuntia.
ff.de vac.mu.in.l.penul.vel prouideat Papa cau
ſam non prouiſo.arg.c.ſi ep̃s.de ſup.neg. præl.
lib.6. Sed dicit Io. And. in nouel. in.d.c.1. ꝙ
Hoſt.qui fuit Archiepiſcopus, plurimum tur-
babatur, dicens ſe non videre ſufficientem ra-
tionem,niſi quia placuit reſtringere poteſtatẽ
ſuffraganei Archiepiſcoporum, & trahere cau-
ſas ad ſedem apoſtolicam. Nam ſi Ep̃s non po-
terat procedere, & vſque ad tempus.d.c.1.ca-
ſus non erat reſeruatus Papæ, non videt quare
non poſſet hoc facere; inducit etiam quod ibi
not.Hoſti. exponens verſus, quos ipſe ponit in
ſum.in tit.de off.ord.§.qui partium. maximè
in ver.crimen.& in ver.poſito. vbi patet, quòd
cum Epiſcopus accuſat ſubditum,quia cauſa nõ
poteſt committi, & ſic iudex non eſt iudex illi⁹
cauſæ,quòd Archiepiſcopus cognoſcit. 6.q.2.
c.1.Sed ille tex.vt dixi ſupra in ſexta quæſt.non
loquitur ſimpliciter de Archiepiſcopo. Facit
etiam, quia ſi Epiſcopus permutat cũ capitulo
ſuo Archiepiſcopus prȩſtat authoritatem,vt in
cle.2.de re.eccle.non alie. Fatetur tamen Hoſt.
quòd in caſu.d.c.1. quando Archiep̃s excom-
municat Ep̃m poſſet reddi ratio, ꝙ ideò tunc
cognoſcit, Archiepiſcopus, ne detur ſibi mate-
ria excommunicandi,vt ad ipſum cauſæ deuol-
uantur,prout ibi not. Facit.ſ.de off.deleg.c.ſu-
ſpitionis.& prouidendum eſt talibus,q̃ poſſunt
euenire,vt Inſtit.vi bo.rapt.§.ſed ne dum. Ad
hoc tamen reſpondebat Hoſtien.quòd ſi iniuſtè
excommunicat,debita pœna puniatur.Sed ſi iu
ſtè,vt ſententia excommunicationis ab alio fe-
ratur contra Ep̃m, vt puta,per Legatum,vel De
legatum Papæ,non videt quare non debeat de-
uolui iuriſdictio ad Archiepiſcopum, ne cõfun
datur ordo eccleſiaſticus. 11.q.1.c.peruenit.
Vnde dicit, ꝙ in hac parte curialior eſt Impe-
rator,qui vult,quòd Epiſcopus debeat ſupplere
defectum,& negligentiam ſuorum iudicum, vt
in authen.vt differenter iudices.colla.9.per to-
tum.& hoc,vt parcatur agẽtibus in locis remo-
tis,ne ad Imperatorem accedere teneantur, vt
in authen.de quæſto.colla.6. & ſic compatitur
paupertati,& occurrit litibus,laboribus,& ex-
penſis.Et ideò in ſimilibus caſibus Princeps nõ
dat reſponſum, nec remittit ad ſuum iudicem,
vt in auth.de manda. princ.§.ſit tibi. in fi. &.§.
ſeq.coll.3. & ita debebat facere Papa, cum non
ſit facile cuilibet adire in curia Romana pro iu-
ſtitia proſequenda ſine grandi diſpendio ſum-
ptuum,& expenſarum,vt ſupra de reſtitutio.in
integ.c.tum ex literis.ad fi. quia poſſumus di-
cere ſecundum Hoſti. quòd ſit pro ratione vo-
luntas,vt Inſtitu.de iure natu.§.ſed quod prin-
cipi.& ita recitando reſidet Io. And.in nouel.in
d.c.1.de ſupp.neg.præla.lib.6. & do.Domi. &
profectò prædicta argumenta, & perſuaſiones
multum aſtringunt pro his,quæ dicit Hoſtien.
259 Quæro octauo,vtrum†valeat iudicium,ſeu ꝓ-
ceſſus agitatus coram iudice excommunicato.
Sol.dic,quòd aut iudex eſt ſolus, aut ſunt plu-
res,ſi eſt ſolus, præmitte, quòd ſiue ſit ordina-
rius,ſiue Delegatus;dummodo à principio va-
luerit conſtitutio,vel delegatio;quia ſi non va-
luiſſet, ſeruandum eſſet quod dixi in prima, &
ſecunda quæſtione huius primi membri. Vnde
pono,quòd à principio valuerit,& quòd ſuper-
uenerit excommunicatio. & hoc caſu non eſt.

269 dubium, † quòd ſuperueniens excommunica-
tio in perſona ipſius, non tollit iuriſdictionem
in habitu; quia habitu ſe ſuſpendit, & impedit
ſui ipſius exercitium, vt dixi in præced. quæſt.
& infra ſubijciam, & etiam dixi in tertia quæſt.
huius membri; Vnde ꝓcedit queſtio, an valeat
iudicium coram eo agitatum. Circa quod, vt
clarius loquamur, quàm per diſtinctionem. In
261 primis pono hanc regulam, † quòd iudicium
agitatum coram iudice excommunicato non
tenet, poſtquàm ipſius iuriſdictio eſt ſuſpenſa,
& impedita. hæc regula probatur in.c.ad pro-
bandum. ſupra de re iudi. Et ex plurimis infra
ſubijciendis. Sed prædicta regula fallit in pluri-
bus caſibus. Primo fallit in excommunicatione
262 minori; † quia excommunicatio minor nõ im-
pedit, nec ſuſpendit iuriſdictionem, vt dixi in
prima, & ſecunda quæſtione huius membri.
Procedit ergo hæc regula in excommunicato
excommunicatione maiori. Secundo fallit, ſi
263 pars † taceret, & nollet opponere de excommu
nicatione; nam hoc caſu teneret iudicium. arg.
d.c. ad probandum. & ſi ſit iudex delegatus, dũ-
modo tempore dati reſcripti non eſſet excom-
municatus; quia tunc etiam ſi eſſet occultus, nõ
valeret, per not. in.c.1. de reſcrip. lib. 6. Et hoc
tenet Lap. in.c. ſi is cui. de off. dele. lib. 6. Sed de
hoc vltimo dic vt dixi in ſecunda quæſt. huius
membri. Nam.c.1. non loquitur de iudice ex-
communicato, ſed de excommunicato mini-
ſtrante. Subdit tamen Lap. quòd prædicta sũt
vera in alia ſententia, præterquàm in ſententia
264 excommunicationis; quia † ſentẽtia excommu-
nicationis lata à iudice excommunicato, nõ te-
net. 24.q.1. in ſumma. de quo dixi. s̃. eo.c.1. in
quinto princ. artic. q. 6. Et ita etiam recitando
reſidet do. Domi. in.d.c. ſi is cui. Sed cõtra hoc
fortiter videtur obſtare, quia aut loquimur in
excommunicato publicè, & conſenſus partium
nõ videtur operari poſſe, vt teneat iudicium; cũ
non ſolum agatur de ipſarum partium fauore,
aut iudicio; ſed etiam aliorum, vt notariorum,
teſtium, nuntiorum, procuratorum, & ſimiliũ.
Sed poſſet dicere, quòd iſta ratio non conclu-
dit; quia ſi non eſſet, idem videretur dicendum
actore exiſtente excommunicato, ꝙ non tene-
ret iudicium etiam reo tacẽte, quod eſt falſum,
vt dicam in ſecundo membro principali huius
quintæ quæſt. Secundo, videntur obſtare præ
dictæ opin. quia licet iudex ſit occultè excom-
municatus, tamen non valet iudicium in fauo-
rem eius, qui ſciuit eum excommunicatum, per
ea, quæ traduntur in.d.c. ad probandum. & ſta-
tim dicam in tertia fallen. ergo multominus de-
bet valere in terminis prædictis, poſtquã partes
ſciunt. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd ſi
vtraq; pars ſcit, & tacet; culpa vnius, videtur cõ-
penſari cum alterius culpa, ſm ea, quæ dixi in
c.1. s̃. de iniur. Tertio videtur obſtare, quia ex
quo prohibetur quis communicare excommu
nicato, vt dicã in.c. inter alia. in. 20. prin. arti.
ergo videtur, ꝙ geſta in contrarium nõ teneãt.
arg.c. vides. 10. diſt. & .l. non dubium. C. de le-
gi. Sed poteſt rñderi, ꝙ iſta prohibitio non eſt
perpetua; ſed ſi argm̃ concluderet, ſequeretur
265 etiam, ꝙ † excommunicatus non poſſet contra-
here, & ſimilia facere; ſed conſequẽs eſt falſum,
vt dicam in. 8. &. 10.q. princ. iſtius deciminoni
prin. artic. Sed aduerte, quia licet p̃dicta opin.
fuerit ita defenſata; tamen mihi non placet, nec
probaui aliquo iure, imò potius tenui contra-
rium in.d.c. ad probandũ. ꝙ Lap. allegat pro ſe,
concludit in cõtrarium, vt proceſſus nõ teneat
ipſo iure. Nam ibi non apparet, ꝙ pars oppo-
neret de excommunicatione, quę erat publica,
& tamen dicitur ibi in tex. iũncta glo. ꝙ ſenten
tia pronuntiatur irrita. Et idem etiam probatur
in.c.1. de ſup. neg. præl. lib. 6. & ibi hoc notaui,
ꝙ proceſſus non tenet. Moueor etiam per.c. p̃-
ſidentes. de hæret. lib. 6. Nam ex ſpeciali fauore
fidei põt ibi requiri excommunicatus, vt exer-
ceat iuriſdictionem. Quarto etiam moueor
per tex. qui optimè probat in.c.1. de offic. vica.
266 lib. 6. Vltimo moueor, quia † propter excom
municationem ſuſpenditur iuriſdictio, adeò ꝙ
excommunicatus non dicitur illam habere in
actu, licet habeat illam in habitu, vt. s̃. dixi. ergo
partes non poſſunt illam dare in actu. Ad qd̃
vide quæ latè dixi in materia purgationis, in.c.
ſignificaſti. s̃. de fo. comp. in quarto prin. artic.
in prin. Non obſtat ſi diceretur, ꝙ idem debe-
ret dici in excommunicato occulto; quia in eo
concurrunt plures aliæ rationes, propter quas
ſuſtinetur proceſſus, & iudicium, vt ſtatim di-
cam in ſeq. fallen. Et prædicta etiam opin. con-
firmatur ex his, quæ dicam in nona queſt. huius
membri. Præterea facit, quia nõ tenet ꝓceſſus
vi emergentis principali excommunicato, etiã
nulla oppoſita exceptione, vt in.c.1. in fi. de
off. vica. lib. 6. ergo non debet tenere, & multo
fortius proceſſus ipſius principalis excommuni
267 cati, licet partes taceant. Tertio fallit, in † ex-
communicato occultè. argu.c. ad probandum.
à contrario ſenſu, ſupra de re iudi. Facit. l. bar-
barius. ff. de off. præto. & hoc eſt propter plura,
quæ in eo concurrunt, videlicet, ꝓpter toleran-
tiam, & propter communem opinionem, & iu-
ſtum errorem, & publicum fauorem rerum ge-
ſtarum, vt ibi dixi. Et ex prædictis ſequitur, ꝙ
prædicta fallentia non habet locum, quando il-
le, ad cuius petitionem iudex excommunicatus
procederet, ſciret eum excommunicatum, vt
dicit Io. Cald. in.d.c. ad probandum. dixi ſupra
in. 2.q. huius membri. Item non habet locum
prædicta fallẽ. in ſnĩa excommunicationis; quia
ſnĩa excommunicationis lata ab excommunica
to etiam occulto non tenet, ſm aliquos. Sed tu
dic, vt latè dixi in.c.1. s̃. eo. in quinto prin. artic.
268 quæſt. 6. Quarto fallit † fauore fidei, ex cuius
fauore iudex ſecularis etiam excommunica-
tus ad requiſitionem eccleſiaſtici, poteſt iu-
riſdictionem exercere contra hæreticos, vt
in.c. præſidentes. de hæretic. lib. ſexto.
269 Fallit quinto, † quando ex pluribus delegatis
vnus eſſet excommunicatus, & eſſent dati cũ
clauſula, ꝙ ſi non ambo, vel ſimili; quia ꝓceſſus
non



non excommunicatorum tenet, dummodo nõ
procederent ſimul cum excommunicato; quia
non teneret, licet eſſent dati cum clauſula impe
dimenti, vel ſimili, per præallegatum.c. ad pro-
bandum. s̃. de re iudi. iuncto.c. ſuper. ſupra de
off. deleg. Et hoc verum, niſi in ꝓcedendo, aut
ſententiando adijcerent illam clauſulam. Et p̃-
dicta facimus, gerimus, ſeu pronuntiamus con-
iunctim, ſiue in ſolidum, vel diuiſim, & omni
meliori modo &c. per ea, quę dixi poſt. D. m. in
d.c. cum ſuper. & per ea etiam, quæ dixi latè in
2.q. prin. huius deciminoni artic. prin. in quar-
270 to dubio. † Et idem dicendum eſt de pluribus
excommunicatis, dummodo apud illos delega
tos, qui non eſſent excommunicati, remaneret
iuriſdictio in habitu, & actu propter adiunctã
clauſulam impedimenti, ꝙ ſi non omnis, vel ſi-
milis. Si verò ſine dictis clauſulis eſsẽt delegati,
tunc ſtaret regula, quòd proceſſus non valeret.
271 Fallit ſexto, † vt arbitror in duobus iudicibus
ordinarijs; quia cum vnus eſſet excommunica-
tus, & alter non, & excõmunicatus ferret ſnĩam
condemnatoriam, vel contra cauſam fauorabi-
lem; non excommunicatus verò ferret ſnĩam
abſolutoriam, vel ꝓ cauſa fauorabili. arg.c. fi. s̃.
de re iudi. & eorum quæ ibi dixi. Et idem etiã
arbitror, quando ambo ferrent ſnĩam abſoluto
riam, vel ꝓ cauſa fauorabili. arg. p̃dicti.c. fin. in-
telligẽdo tñ de iudicibus ordinarijs, qui habẽt
272 iuriſdictionẽ in ſolidum habitu, & actu. † Sed
ſi excommunicatus ferret ſnĩam abſolutoriam,
vt pro cauſa fauorabili; non excommunicatus
contrariam, maius videtur eſſe dubium. Sed tñ
idem videtur dicẽdum, quia iuriſdictio actu, &
habitu remanſit in ſolidum penes non excom-
municatum, & ideò videtur ipſius ſnĩam vale-
re. arg. eorũ quæ dixi in præcedẽ. fallen. Septi-
273 ma fallentia † fortè poſſet adiungi, ſi contra iudi
cem opponeretur excommunicatio, & licet co
gnoſceret partibus non contradicentibus, & ꝓ-
nuntiaret contra opponentem, nec à tali ꝓnun-
tiatione appellaretur. Veritas tñ huius fallentiæ
dependet ab his, quę dixi ſupra in tertia prin. q.
huius decimononi prin. artic. fallen. 20. iunctis
his, q̃ dixi in. 5.q. huius mẽbri. Et ſic ex p̃dictis
habes notabiliter expeditã hanc octauam. q. hu
ius membri, non ſolum quò ad vnum iudicem
ſolum qui de cauſa ſolus haberet cognoſcere,
& eſſet excommunicatus; ſed etiam quò ad plu
res, ſi vnus, vel plures eſſent excommunicati, &
274 alij non. Quæro nono, dixi, ꝙ ſnĩa lata à iudi
ce excommunicato regulariter non tenet; quæ-
ritur, an poſſit per partes ratificari. Sol. dic, ꝙ
hæc quæſtio dependet ab his, quæ dixi in præ-
ced. queſt. fallen. 2. Nam ſi vera eſſet opi. Lap.
de qua ibi, non eſſet opus ratificare, ſi partes ta
cuiſſent; quia valeret ſentẽtia. Sed ſi teneremus
contrariam opinionem, quam ibi tenui, tunc
procedit quæſtio, in qua breuiter dicendum
eſſet, ꝙ talis ſententia non poteſt ratificari. &
hoc tenuerunt Pet. Inno. & Ioã. And. in.c. ad-
uerſus. s̃. de immun. eccle. & ibi per Io. And. in
verbo valiturę, tenet Bal. in.c.1. in titu. hic finit
lex Conradi. in vſib. feud. Quod tamen arbi-
tror limitandum, ſecundum glo. nota. in. l. 2. C.
cõi. vtriuſ. iudi. vt poſſit valere ex vi pacti, non
ex vi ſententiæ. Ad quod vide quod latius di-
xi in.c. ſignificaſti. s̃. de fo. compet. in ſeptimo
275 prin. artic. q. 8. Quæro decimo, † vtrũ ad dele
gantem excommunicatum poſſit appellari, ſi
ſubdelegatus ſnĩam tulit. Sol. tex. eſt ꝙ non; in
.c. ſi is cui. de off. deleg. lib. 6. vbi tex. vult, quòd
appelletur ad primum delegantem. de quo dic
vt ibi. Et vide quod dixi ſupra in. 7.q. huis mem
bri. vbi etiam dixi, quid ſi Epiſcopus, ad quem
apellandum erat à ſententia ſubditi, ſit excom-
municatus, an ſit appellandum ad Archiepiſco
276 pum &c. Quæro vndecimo, † vtrum ferens
vices excommunicati, ſit excommunicatus, &
an poſſit vti iuriſdictione. Sol. quò ad primũ,
an ſit excommunicatus; dic, regulariter ꝙ non,
vt dicam. j̃. in.c. inter. in vigeſimo prin. artic.
277 Quantum verò ad ſecundum, † vtrum interea
ſuperiore ſuo exiſtente excommunicato, cuius
vices gerit, ſuſpendatur ipſius iuriſdictio, tex.
videtur ꝙ ſic in.c.1. de off. vica. lib. 6. Sed tu di-
ſtingue, ꝙ aut loquimur in vicario generali, qui
non habet delegatam, vel etiam in alio delega-
to. Primo caſu procedit quod dixi, ꝙ proceſſus
non tenet, vt traditur in.d.c.1. ſuper glo. penul.
& ibi per do. Domi. intelligendo quòd conſti-
tutio vicarij fuerit facta per eum, antequã eſſet
excommunicatus; aliàs autem non valeret con-
ſtitutio vicarij facta per ipſum excommunica-
tum, cum non haberet iuriſdictionem, ſeu iuriſ-
dictionis exercitium. Facit quod dixi ſupra in
ſexta quæſt. tenet glo. pen. in.d.c.1. de off. vica.
278 Secundo † caſu cum loquimur de delegato, glo.
in.c. licet. s̃. de off. deleg. ad quam ẽt ſe remittit,
Glo. in verbo ipſius, in.c.1. de off. vica. lib. 6. vi-
detur concludere, quòd Delegatus poſſit proce
dere durante excommunicatione delegantis;
quia excommunicatio poteſt æquiperari mor-
279 ti ciuili. Iura verò, quę † dicunt, ꝙ morte man
datorum expirat mandatum, debẽt intelligi de
morte naturali. arg. ff. de dona. inter vir. & vxo.
in. l. cum hic ſtatus. § . ſi donator. In contrariũ
tamen glo. allegat. d.c.1. de off. vica. lib. 6. in p̃-
cedenti caſu, ſcilicet, quia excommunicato Epi
ſcopo, ſuſpenditur iuriſdictio ipſius vicarij, ita
& excommunicato delegante debet eſſe ſuſpen
ſa iuriſdictio Delegati; quia Delegatus nihil ꝓ-
prium habet, ſed iuriſdictio eſt ipſius Delegati,
vt in.c. ſanè. de off. deleg. & in. l. 1. ff. de off. eius
cui mãd. Inno. in.d.c. licet. qui loquitur de ſub-
delegato à delegante poſtea excommunicato
indiſtinctè tenet, ꝙ ſiue delegatio fuerit facta
in totum, ſiue fuerit facta in partem, non expi-
ret, nec ſuſpendatur propter excommunicatio-
nem delegantis; niſi eſſet mãdatum nudum mi-
niſterium, vt in.c. fi. s̃. de off. deleg. Sed Hoſti.
dicit, ꝙ hoc procedit, quando Delegatus ſubde
legauit in totũ; ſecus ſi ꝓ parte. Ita dicit Hoſt.
in.d.c.1. de off. vica. lib. 6. vbi ſimpliciter dicit,
quòd ſi ante excommunicationem delegantis
erat perpetuata iuriſdictio, nõ plus impedit De

ſegatum excommunicatio delegantis, quàm mors,vt.ſ.de off.deleg.c.gratum.&.c.licet. ſecus ſi fuiſſet excommunicatus re integra.Et idē ibi tenent Fran.Vercel.& Archid.recitando ſe-
280 quitur Io.And. † Ego verò ex prædictis,& ex his,quæ dicit.d.Ant.&.D.m.in.c.licet. plurimis etiam additis arbitror diſtinguendum, ꝙ aut ſubdelegatur purus articulus conſiſtens in executione facti,ſiue iuriſdictione, & tunc,ſuſpenſa iuriſdictione delegantis propter excommunicationem,intelligitur ſuſpenſa ptās ſubdelegati; quia ſubdelegatus nihil habet iuris, & operatur tanquam picca, & organum, & poteſtas in exercitio prout eſt iuris, dicitur reſidere in delegante, & quicquid fit per eum attribuitur Delegato,ſeu ſubdelegato,&,ppter hoc ſuſpenditur ipſius poteſtas,licet in veritate non expiret.arg.c.ſi.ſupra de off.dele. Facit cle.religioſus.de procura. Et hoc etiam ſenſit Inno.vt ſupra dixi.& ſequitur.d.Ant.& ſatis placet.Facit quod dicam.j.in ſeptimo membro princ. iſtius quintæ.q.prin.Aut nō ſubdelegatur vnus articulus,ſed iuriſdictio, & tunc aut Delegatus erat excommunicatus tempore delegationis,& ſuſpenditur iuriſdictio ſubdelegati, per tex. in c.1.in fi.iuncta glo.in verbo ipſius, in princ. de off.vica.lib.6.ſecundum.d.Ant.quem etiam ſequitur do.Domi. de quo dicto multum dubito,& potius videretur concludendum,ꝙ delegatio in totum non valeret; quia licet delegans non ſit priuatus iuriſdictione in habitu, ſed dūtaxat ſit impeditus in actu,& exercitio; tū quia exercitium eſt medium, per quod transfertur iuriſdictio in Delegatum, ſeu ſubdelegatum; meritò videtur, quòd nulla transferatur iuriſdictio,neque in habitu, neque in actu; ſicut in ſimili dicimus in materia fictionis translatiuę,de qua per Bar.in.l.ſi is qui pro emptore.ff. de vſucap. Non obſtat quod dixi ſupra in. 1.q. princ.iſtius deciminoni princ.artic. in ſecundo dubio.vbi dixi,ꝙ licet recipiens ſacramēta, vel ordines ab excommunicato, nō recipiat executionem,tamē recipit gratiam, & characterem; quia rñdeo, ꝙ illud eſt propter ipſius ordinis excellentem naturam, & qualitatem, quæ non labefactatur, aut deturpatur ex deturpatione miniſtrantis;dummodo ſub debita forma conferatur,nec etiam ex deturpatione recipientis. Vnde etiam excommunicatus recipit characterem, vt dixi in.d.q.1.prin. in vndecimo dubio illius quæſt.Et tamen ſi excommunicatus delegatur,non recipit iuriſdictionem neq; in actu, neq; in habitu,vt dixi ſupra in.2.q.huius membri.Aut excommunicatio ſuperuenit poſt ſubdelegationem,& ſubdiſtingue, ꝙ aut ſubdelegatio fuit facta in totum,aut in partem.Primo caſu,aut ſubdelegatus perpetuauerat iuriſdictionem ante excommunicationem,& tunc quia iuriſdictio erat iam firmata in ſubdelegato, & nihil remanſit penes delegantem in ſubdelegante,vt in.c.1.de off.deleg.lib.6. poterit ſubdelegatus iuriſdictionem exercere, ſecundū Hoſti. & Io.And.in.d.c.1.de off.vica.Aut ſubdelegatus nō perpetuauerat iuriſdictionē ante excommunicationem, & hoc caſu voluit Inno.in.d.c. licet.ꝙ iuriſdictio ſubdelegati nō extinguatur, nec ſuſpendatur. Et idem tenent Hoſt.& Boa. in.d.c.1.facit.c.ſi is cui.de off.delega.lib.6. vbi non diſtinguitur, an iuriſdictio ſit perpetuata, vel non.Sed dicit Io.de Fant.quòd illa decretalis parum facit; quia probat illud procedere qñ res non eſt integra. Nam ibi dicitur de delegante mortuo,vel excommunicato, ergo apparet, ꝙ loquitur de iuriſdictione iā perpetuata; aliàs ſi loqueretur de iuriſdictione non perpetuata, iuriſdictio expiraſſet per mortem delegantis. Vnde dicit, quòd melius facit pro hac opinio. quia non reperitur iure cautum, ꝙ propter excommunicationem ſuperuenientem in perſonam delegantis,expiret commiſſio re etiam integra exiſtēte. Nec obſtat quod iſtud reperia-
281 tur ſtatutum in morte naturali; quia † non procedit argumentum de morte naturali ad ciuilē, per not.in.c.ſuſceptum.de reſcript.lib.6. Nam inter iſta eſt diuerſitas rationis. Ad quod facit quod not.glo.in cle.fin.de procu.Et hoc etiam tenet.d.Ant.Nec obſtat ſecundum eum,ꝙ hęc iuriſdictio dependeat à poteſtate delegantis, cū poſſit illam reuocare, vt.d.c.quanuis. quia ex quo ante excommunicationem non eſt reuocata,totale exercitium eſt penes ſubdelegatum; & ideò talis excommunicatio, vt perſonalis in ſubdelegante,non impedit exercitium, ꝙ non reperit in eo;cum ſit iam translatum in ſubdelegatum,ad quem non extenditur excommunicatio. Nec obſt.ſi dicatur,ꝙ ſicut ſi eſſet extincta iuriſdictio in ſubdelegante,extingueretur ēt in ſubdelegato,vt.d.c.quāuis.ita & eodē modo ſuſpenſio in delegante ſuſpendit in ſubdelegato.arg.de toto ad partem,vt in.c.paſtoralis.§.1. de off.deleg. quia rñdetur, ꝙ extinctio iuriſdictionis delegantis non operatur extinctionem in Delegato;quia tunc iuriſdictio deficit in fundamento;ſed qñ nō eſt extincta, ſed ſuſtinetur, licet ſuſpendatur,tunc debet attendi qualitas ſuſpenſionis,vt ſi ſit perſonalis non extēdatur ad aliam perſonam. Sed.D.m.in.d.c.licet. tenet ſimpliciter,ꝙ ſi delegās fuit excommunicatus, re integra ſuſpendatur iuriſdictio delegati. arg. d.c.quanuis. ego legendo.d.c.licet fuerim ibi ſequutus.D.m.ſic ſimpliciter recitando. Tamē nunc maturius conſiderando, arbitror aliter dicendum;quòd aut loquimur de iuriſdictione in habitu,& quia illa per excommunicationem ſuperuenientem non eſt extincta in ſubdelegante,non intelligitur extincta in ſubdelegato, licet res ſit integra.Nec in terminis noſtris ,pce-
282 dit illud, quòd ſit bona † æquiparatio mortis ciuilis ad naturalē;quia per excommunicationē non inducitur mors ciuilis, cum remaneat iuriſdictio in habitu,vnde eſt potius quædam ſuſpenſio,quàm mors;quia vt ſæpius dictum eſt, excommunicatio ſuperueniens ſuſpendit iuriſdictionem in actu; ſecus ſi excommunicatio induceret veram mortem ciuilem; quia tunc ſicut per mortem naturalem in totum

re in-



re integra extinguitur iuriſdictio Delegati, ita & per ciuilem,vt per depoſitionem,renouationem,renuntiationem, translationem, vel ſimilem actum,vt dixi in.d.c.licet. in tertio princ. artic. Aut quærimus de iuriſdictione in actu, vtrum ſuſpendatur in perſona ſubdelegantis, & eſt maius dubium propter dictas opiniones; quia.D.m.tenet quòd ſuſpendatur. Alij communiter* tenent contrarium. Et hæc opin.plus mihi placet. Nam licet iuriſdictio ſubdelegati quò ad habitum,dependeat à ſubdelegante, vt dixi, tamen iuriſdictionis exercitium reſpicit propriam perſonam exercentis,& ipſi perſonaliter adhęret;& ideò per excommunicationem delegantis, quæ eſt perſonalis, non egrediens perſonam ipſius, nō debet ſuſpendi iuriſdictio ipſius ſubdelegati;maximè cum excommunicatio in perſona ipſius delegantis non ſuſpenderit aliquod exercitium, ex quo nullum habet propter factam ſubdelegationem. Aut ſubdelegatio eſt facta in parte, & in hoc ſunt opin. contrariæ, vt patet ex his,quæ ſupra dixi; quia Inno.tenet quòd nō ſuſpēdatur. Et ad tex.c.2. de off.vica. lib.6. reſpondet, quòd loquitur in officiali,qui habet idem conſiſtorium. Et ideò ab ipſo non poteſt appellari ad Epiſcopum, vt in.c.2.de conſuetu.lib.6. quod non eſt in caſu noſtro,cum à ſubdelegato appelletur ad ſubdelegantem in hoc caſu,ſi non eſt excommunicatus,vt in.c.ſi delegatus.de off.deleg.lib.6. Sed Hoſti.tenet contrarium,vt ſupra dixi; quia non debet admitti,cuius actor repelleretur, vt in.c. licet ex quadam. ſupra de teſtib. Quare cum ſubdelegatus nihil habeat proprij in iuriſdictione,vt in.l.1.ff.de off.eiuſ. Ideò ſuſpenſa authoritate ipſius intelligitur ſuſpenſa etiam authoritas ſubdelegati ab eo, vt in dicto.c.licet ex quadam.Item quia quaſi idem conſiſtorium eſt ſubdelegati,& ſubdelegantis, ſecundum eū. Sed hoc eſt falſum, vt patet ex his, quæ ſupra dixi. Item quia vt dicit Io.And. & bene,ſi hoc eſſet verum, nunquam poſſet appellari ad ſubdelegantem. quod eſt falſum,vt dictum eſt. D. Anto.&.D.m.in.d.c.licet. ſupra de off.delega. tenent opin.Inno. Mouetur.D.m.per tex.d.c. ſi is cui.de off.delega.lib.6. vbi dicitur,quòd ſi ſubdelegans eſt excommunicatus, non debet ad eum appellari.de quo dixi in quæſt. præced. Et ſic innuit ille tex. ꝙ ſubdelegatio fuit facta pro parte; aliàs nullo modo potuiſſet ad illum appellari, vt in.c.ſuper quæſtionum.§.porrò. de off.delega. Sed poſſet fortè dici, quòd ille tex.loquitur, quando excommunicatio ſuperuenit re non exiſtente integra. Et quanuis ille tex.ſimpliciter loquatur, tamen videtur potius hoc innuere. Prædicta tamen opin. plus mihi placet,quàm opin.Hoſt. quia ex quo exercitiū eſt trāslatum in ſubdelegatum pallegata ſuſpenſio in ſubdelegante, non debet operari quò ad exercitium ipſius ſubdelegati, quod adhæret perſonę ipſius,& in ipſius perſonam radicatur, vt ſtatim dixi,& ſentit do.Anto.in.d.c.licet. Et ex prædictis habes notabiliter expeditum primum mēbrum iſtius prin.quæſtio. Deuenio ad ſecundū, in quo venit examinādum,quid iuris in actore excōicato.Pro ipſius clariori,& magis ordinata doctrina proſequar infraſcriptas quæſtiones. Prima,vtrum excommunicatus poſſit agere. Secunda,an poſſit accuſare,vel inquiſitionem promouere. Tertia,an citatus ad petitionem teneatur comparere. Quarta,vtrum excommunicatus ſaltem agere poſſit, eo caſu quo ſibi periret actio. Quinta, an poſſit agere proſequendo propriam iniuriam, quam paſſus eſt durante excommunicatione. Sexta,an poſſit petere reuocationem miſſionis in poſſeſſionem ex primo decreto,& remiſſionem nuntiationis noui operis. Septima, an poſſit repetere reſtitutionem attentatorum. Octaua,an poſſit petere reſtitutionem ſpoliationis. Decima,vtrum poſſit petere reſtitutionem vxoris. Vndecima, an poſſit petere retractari ſententiam nullam, vel quæ tranſiuit in rem iudicatam. Duodecima, an conqueri de iniuſta ſententia cenſuræ contra eum latæ per viam actionis. Decimatertia,an poſſit petere reductionem laudi ad arbitrium boni viri. Decimaquarta, an poſſit agere condictione ex.l.diffamari. C. de inge.& manu. Decimaquinta, an pendente lite ſuper excommunicatione,poſſit eſſe in iudicio. Decimaſexta,an poſſit reconuenire. Decimaſeptima,an poſſit replicare. Decimaoctaua, an poſſit venire ad iudiciū per alios agitatū ratione ſui intereſſe. Decimanona, an propria authoritate poſſit capere debitorem fugientē, & infra in ea videbis, quare hanc quæſtionem hic introduco. Vigeſima, an habens iura ceſſa ab excommunicato poſſit agere,durāte excommunicatione cedētis. Vigeſimaprima,an excōmunicatus poſſit agere per procuratorem non excommunicatum conſtitutum ab excommunicato. Vigeſimaſecūda,quid ſi ,pcurator erat cōſtitutus ante excommunicationē, an excommunicatus poſſit per ipſum agere. Vigeſimatertia,quid ſi pendente iudicio ſuperuenit excommunicatio in perſonā domini principalis, an procurator poſſit proſequi. Vigeſimaquarta,quid ſi excommunicatus cōſtituit procuratorem illum,cui ſibi licitū erat cōmunicare, an poſſit per ipſum agere. Vigeſimaquinta, vtrū excommunicatus poſſit agere per perſonā ſibi coniunctam nō excommunicatam. Vigeſima ſexta,quid ſi pars non excipit cōtra excommunicatum agentem de excommunicatione,an iudex ex officio poſſit illum repellere. Vigeſima ſeptima,quid ſi per excommunicatum, vel eius procuratorem agitur, & pars nō excipit de excommunicatione,actor tamen vult reſiſtere,eo ꝙ dicit ſe excommunicatum,an poſſit compelli ,pſequi iudicium. Vigeſimaoctaua,qualiter ad hoc, vt excommunicatus repellatur ab agendo,debeat excipi,& qñ,& qualiter debeat fieri probatio. Vigeſimanona, quid ſi excommunicatus fuit actor,an poſſit iudicialiter appellare. Trigeſima, quare in cauſa principali cōtra actorem excommunicatum obſtet exceptio excom-

Com.op.

municationis, & non in cauſa appellationis.
Trigeſimaprima, quid ſi excommunicatus ap-
pellans negligat proſequi appellationem ſuam,
an appellatus poſſit illam ꝓſequi. Trigeſimaſe-
cunda, an excommunicatus poſſit appellare ex-
traiudicialiter. Trigeſimatertia, quid ſi nõ ex-
communicatus appellat extra iudicium, deinde
excommunicatur, nunquid auditur volens ꝓſe
qui appellationem, an verò repellatur ab exce-
ptione excommunicationis ſuperuenientis. Tri
geſimaquarta, vtrum in caſibus, in quib⁹ dicitur
ꝙ excommunicatus põt eſſe in iudicio tanquã
actor, poſſit petere ſnĩam proferri. Trigeſima-
quinta, vtrum excommunicatus actor, contra
quem excipitur de excommunicatione, poſſit
accuſare teſtes de falſo, qui ſunt excommunica-
ti. Trigeſimaſexta, vtrũ excommunicatus poſ-
ſit implorare officiũ iudicis. Trigeſimaſeptima,
vtrum denuntiatio requiratur ad p̄dictos effe-
ctus conſequendos. Primo igitur quęro, iuxta
283 præmiſſum ordinẽ, vtrum † excommunicatus
poſſit agere. Sol. dicendum eſt ꝙ non. Probatur
in.c.intelleximus.s̃.de iudi.& in.c.exceptionẽ.
s̃.de except. Facit.c.excommunicamus.§.cre-
dentes.s̃.de hæreti.c.pia.de except.lib.6. Qd'
intellige de excommunicato excommunicatio
ne maiori; Secus de excommunicato excommu
nicatione minori, vt not.glo.in ver.excommu-
nicationis.in ver.prudentiam.§.ſi ſexta. de off.
dele.& ibi ſequũtur Doct. Tenet Io. An.in.c.1.
de reſcript. lib.6. & probatur in.d.c.pia. dum
dicit tex.ibi, ſpeciem illius. vide qd' dicã in.6.q.
princ.huius artic.vbi tractabo materiam exce-
ptionis. Facit etiam.c.illa.s̃.de elect.&.c.ſi cele-
brat.de cle.exc.mi. Eſt tñ aduertendũ, ꝙ olim
in.c.pia. ꝓceſſus erat nullus ipſo iure, vt ibi not.
glo.& gl.in.c.1.de reſcript.lib.6.per tex.in.d.c.
exceptionem. Nec obſtat.d.c.1.de reſcri.lib.6.
quia vt.s̃.dixi in.3.q.prin.huius artic. in princ.
284 aut agitur coram ordinario, & † habet locum
d.c.pia. Aut coram Delegato, & tunc, aut impe
trans tempore impetrationis erat excommuni-
catus, & habet locum.c.1. Aut poſt impetratio-
nem ſuperuenit excommunicatio, & etiã habet
locum.c.pia. quia ꝓceſſus non eſt nullus. Et iſta
Com. op. eſt cõis* ſnĩa Docto. Quanuis Hoſt. intellexerit
illud.c.pia.in occultè excommunicato, per not.
in.c.ad probandum.s̃.de re iudi.& in.d.c.exce
ptionem.& in.d.c.1.de reſcrip.lib.6. Sed reſpõ
285 detur, † ꝙ.c.ad probandum. habet locũ in iudi
ce excommunicato.&.c.exceptionem.corrigit
per.c.pia. Cap. verò.1.loquitur in iudice Dele-
gato impetrato per excommunicatum. Moue-
tur etiam Hoſt.per tex.in.l.non idcirco.§.1.ff.
de iudi.vbi dicitur, ꝙ ſi nunc apparet ſeruus is,
cuius nomen per ꝓcuratorem fuerat datũ, ab-
ſolui debitorem oportere. Cui legi dicit Hoſti.
ſufficienter r̃nderi non poſſe per volẽtes tenere
contrariam opin. Sed dici põt, ꝙ ſpeciale eſt
in terminis noſtris; quia iſta exceptio frequẽter
malitioſè opponebatur, & eſt odioſa; ideò po-
tius fuit reſtringenda, quã laxanda, vt not.gl.in
Cõm.opi. 286 ver.octo dierum.in.d.c.pia. Et † ſic cõis opi.te-
net, ꝙ.c.pia. habeat locum etiam in publicè ex-
communicato.& hoc mihi placet. Et aduerte,
quia dicunt Dñi de Rota deciſ.42. in antiq. ꝙ
palatium tenet, ꝙ ꝓceſſus habitus coram audi
tore tenet, ſicut coram ordinario. Et ſi diceres,
quare non tenet iudicium agitatum corã iudice
publicè excommunicato, licet non opponatur
exceptio, vt dixi in p̄cedẽ. membro huius.5.q.
prin.in.1.q.& tribus ſeq. Et tñ tenent acta agi-
tata per publicum excommunicatum, ſi non op
ponatur. Dici põt ſm Inno. ꝙ ratio differentiæ
ſit; quia quis plus timet obijcere talẽ exceptio-
287 nẽ iudici, quã parti. Et † quia ſnĩa excõicatio-
nis plus afficit iudicẽ, quàm partem, ſm eum.
Quaſi dicat, ſm Hoſt. ꝙ iuriſdictio non cadit in
excommunicatum, & ſic eius ſnĩa eſt nulla, cũ
nullam habeat iuriſdictionem.2.q.1.in primis.
& authore damnato, eius ſcripta ſunt dãnata.
s̃.de hæret. d.c.excommunicamus.§.credẽtes.
Sed parti imputandum eſt, quæ non excipit cõ-
tra partem. Nititur tamen Hoſt. damnare præ-
dictam rationem, & oſtendere ꝙ non eſt diffe-
rentia inter proceſſum agitatum coram iudice
publicè excommunicato, vel cum parte publi-
cè excommunicata. Sed omitto verba ſua; quia
non placent. & quaſi cõis* cõcluſio eſt in con- Cõm.op.
trarium. Ex p̄dictis igitur patet clara concluſio,
ꝙ ex noua conſtitutione.d.c.pia. acta geſta cũ
actore excõmunicato ante oppoſitã exceptio-
nem excõicationis remanent in ſuo robore, ẽt
poſt ꝓbatam exceptionem excõicationis; adeò
ꝙ poſtea actore abſoluto cã reaſſumitur in eo
ſtatu quo erat t̃pe, quo fuit exceptum, ſm Ioã.
And.in.d.c.pia.in nouel. Et ſic ẽt vr̃ intelligere
Inno. quia intelligit de actibus p̄cedentibus op
poſitionẽ exceptionis. Sed Hoſt. dicit, ꝙ valent
oĩa acta, q̃ præceſſerunt ꝓbationẽ exceptionis.
Dicit tñ, ꝙ alij aliter ſupplẽt, qd' ſibi nõ placet.
Et ita ẽt recitãdo reſidet Io. An.in nouel. & ſic
vr̃ tranſire Io. An.in hoc paſſu cum duabus cõ-
trarijs opin. quia primo vr̃ velle, ꝙ ſolũ valeant
acta geſta vſque ad oppoſitionem exceptionis
excõicationis ſi poſtea ꝓbetur. Secundo, quòd
valeãt ẽt vſq; ad ꝓbationem. Vtraq; opi. poſſet
iudicio meo probabiliter defenſari. Sed tñ plus
placet prima. tum quia videtur magis iuſta. tũ
quia.c.pia. videtur põderare t̃ps excõicationis
ꝓpoſitæ. Item & tertio, vt minus corrigatur.c.
exceptionem. Eſt ẽt aduertendum, ꝙ licet iudi-
cium valeat geſtum cũ excommunicato actore,
ſi pars non excipiat, tñ iudex ex officio ſuo põt
ipſum actorẽ excommunicatum repellere, licet
pars taceat, vt eſt tex.in.d.c.pia.in fi.de quo la-
tius dicam.ĩ.in.26.q.huius ſecundi membri.
288 Aduerte etiã circa p̄dicta, † quia id quod dixi, ꝙ
excommunicatus non põt agere obſtante exce
ptione. Fallit in cã abſolutionis ab excõicatio-
ne ſua, in qua audit, & põt ſuper ea reſcriptũ im
petrare, & valet vt.d.c.1.de reſcrip.lib.6. Et de
hoc remedio, & alijs, q̃ dantur ipſi excommuni
cato aduerſus excõicationem, vel excõicatorẽ,
vide q̃ latè dixi in.c.ſacro.in.13.prin.articulo.
Poſſent & aliæ fallentiæ dari, ſm variam opin.
quas



quas poteris colligere ex ſequẽtibus quæſtio-
nibus. Quæro ſecundo, vtrum excommuni-
289 catus poſſit † accuſare, aut inquiſitionem pro-
mouere. Sol. dic, accuſare non põt per nota.
in.d.c. exceptionem.s̃.de excep.& eſt tex. ex-
preſſus in.c. à nobis. eod. titu. Facit.d.c.pia.
de excep. lib.6. vbi tex. dicit omnibus, di-
xi in.d.c. intelleximus. de iudi. Et hoc pro-
cedit etiam ſi propriam iniuriam proſeque-
retur, vt notaui in dicto.c. à nobis. Facit ꝙ in-
fra ſtatim ſubijciam in quinta, & nona quæſtio-
ne huius ſecundi membri. Sed nunc ex tem-
290 pore inſurgit mihi dubitatio, † vtrum.c.pia.
habeat locũ in accuſatione. Pro parte affirma-
tiua facit, quia etiam accuſator dicitur actor,
vt in rubro, & nigro.C. qñ ciuil. acti.præiudi.
crim. Secundo, quia olim poteſtas agendi, &
accuſandi in excommunicato videbantur æqui-
perata. Tertio, quia eadem videtur eſſe ratio
in vtroq; caſu. In contrarium tamen facit, quia
tex.in.d.c.pia. loquitur de accuſatione, quæ
propriè, & ſtrictè ſumpta pertinet ad ciuilem
cauſam, & non ad criminalem. Itẽ quia.d.c.
pia. eſt correctiuum. Poſſent etiam pro vtra-
que parte plura adduci, in materia extenſio-
nis, vel reſtrictionis iurium corrigentium, de
quibus in iuribus vulgatis. Plus tamen pro
nunc placet prima opinio. Et ſicut excommu-
nicatus etiam non poteſt accuſare, ita non po-
teſt promouere inquiſitionem, vt in.c. cum di-
291 lectus.s̃.de accuſa.&c. † Tertio quæro, vtrũ
citatus ad petitionem excommunicati teneatur
Com. op. comparere. Sol. Inno. Ioan. Andr. & Doct.
* cõmuniter in.c.2.s̃.de dila. ſentiunt, ꝙ non.
Et ita tenet Ioan. de Belui. in authen. de litigio
ſis.§.ad excludendas. coll.8. vbi dicit per illũ
tex. quòd conuentus à bannito, vel excommu-
nicato notoriè, non tenetur cõparere. Ad idẽ
etiam allegat.l.3.ff.de iudi. &.l.eo tempore.ff.
de pecul. Sed contra hoc fortiter facit quod
habetur in.d.c.pia. & quod dixi in prima quæ-
ſtione; quia ſi proceſſus habitus cum notoriè
excommunicato valet, etiam ſi fuerit actor, &
ſibi debet reus imputare, ſi non excipit, vt di-
ctum eſt. et quanuis iudex ex officio poſſit
eum repellere, tamen ſi non repellit, nec pars
opponit, tenet proceſſus; videtur, quòd citatus
teneatur cõparere, & ſi volet poterit opponere
exceptionem. Sed dicit Io. de Imol. in.l.quidã
conſulebant.ff.de re. Iudi. ꝙ fortè hoc verum
eſt, ſecundum ius nouum.d.c.pia. ſed ſecun-
dum iura antiqua, ſecũdum quæ proceſſus erat
nullus, vt ſupra dixi, poſſet procedere opinio
Iaco. de Belui. Sed tandem poſtea ſubdit Io.
de Imol. ꝙ fortè dici poſſet, ꝙ ſi iudex proceſ-
ſit contra cõtumacem ad inſtantiam actoris ex-
communicati notoriè, quòd non valeat; quia
non poteſt dici contumax reus non comparẽs
ex eo, quia præceptum ſibi factum per nunciũ
citantem, ꝙ veniat reſponſurus actori, qui eſt
notoriè excommunicatus, videtur in ſe conti-
nere quid turpe, & reprobatum à iure ſcilicet,
ꝙ veniat ad communicandum excommunica-
to, contra ea, quæ dicam in.c. inter. in vigeſi-
mo principali articulo. Et ſic citans videtur
quodammodo velle vnum impoſſibile de iure.
& ideò non videtur teneri ad comparendum,
arg. notatorum in.c. ſcicitatus. ſup̃ de reſcrip.
iuncta.l.filius.ff.de cõdi. iuſti.& iunctis his quæ
habentur in.l.fina. quæ ſen. ſi.appel. reſc.poſ.
Nec obſt.d.c.pia. quia ibi loquitur, qñ reus
comparuit, & proceſſit non oppoſita exceptio-
ne excõmunicationis. Secus autem videtur,
quando non compareret, quo caſu dici non vi-
detur, contumax; cum citatio non videatur
ipſum arctare propter id, quod ſtatim dixi. Et
ſic poteſt ſaluari dictum Inno. & Doct. in.d.c.
.2.in glo.magna. Inno. tamen loquitur, quando
ex citatione apparet, ꝙ citatur ad petitionem
excõmunicati, puta, compareas reſponſurus tali
292 excommunicato. † Quarto quæro, vtrũ ex-
communicatus poſſit agere eo caſu, quo peri-
ret actio ſua. Et videtur, ꝙ ſaltem debeat audiri,
vt interrumpat præſcriptionẽ, arg.l.2.§.penul.
.ff.de iudi.l.1.§.ſed excipiũtur.ff.de ferijs. Sol.
Hoſti.& Io. And. tenent contrarium in.c. ſi-
gnificauerunt.s̃. de excep. & ibi hoc tenet Io.
And. ſuper glo. penul. Mouetur, quia hoc nõ
ſonat ſimpliciter defenſionẽ, argu.l. quod quis
.ff. de reg. iur.&.c.1.§ nos igitur.s̃. de poſtu.
præla. &.c.1.de excep. lib.6. Vnde putant, ꝙ
aliqua ciuilis interruptio, quæ prodeſt omni-
bus; prodeſt etiam ſibi, argu. l. naturaliter. &
quod ibi not. ff. de vſucap. Ego verò arbitror,
ꝙ hoc procedat, quando pars exciperet, vel iu-
dex ex officio repelleret excõmunicatũ. Aliàs
autem, ex quo tenet iudicium per præallega-
tum.c. pia. ſequitur, quòd præſcriptio non in-
terrumpatur etiam ciuiliter. & hoc prius ima-
ginatus fui. Et poſtea reperi idem tenere Io. de
Luna. & tenet etiam.D. m. in.d. c. cum inter.
ſupra de excep. dicẽs, quòd hoc procedit in or-
dinario, ſed in delegato ſecus; ſi eſſet impetrat⁹
tempore excommunicationis; quia geſta corã
eo regulariter non tenent, vt in.c.1. de reſcrip.
lib.6. dixi ſupra in tertia quæſt. principali huius
deciminoni principalis articuli. Sed aduerte,
quia poſito, quòd iudicium non teneat, tamen
propter hoc non ſequitur, quòd nõ fiat interru
ptio præſcriptionis. Sed vt ipſe dicit, incidimus
293 in aliam quæſtionẽ dubitabilem. † Vtrum per
actum iudicialem nullum interrumpatur præ-
ſcriptio, de quo per glo.16.q.3.in.§. poteſt.
& per glo.2.in.c. vt debitus.s̃. de appella. tra-
ditur in.c. illud. ſupra de præſcrip. & ibi etiam
294 dixi poſt Doct. Quinto quæro, † vtrum excõ
municatus poſſit agere pro iniuria, quam paſ-
ſus eſt exiſtens excõicatus. Sol. Inno. Hoſti. &
Io. And. in.c. veritatis. ſupra de do. & contu.
concludunt, ꝙ durante excõmunicatione ob-
ſtat ſibi exceptio. Allegat Ioan. And. glo. no-
tabilem, quæ eſt glo. penul. in.c. ex inſinua-
tione. ſupra de procura. & ſequitur.D. m. qui
etiam allegat glo. in.c. in nomine domini.23.
diſtin. & quod not. Innocen. in.c. cum noſtris
de conceſ. præben. & in.c. dilectus.1.s̃. de re-
ſcrip.

ſcrip. Faciunt quæ ſtatim dicã in nona quæſt.
Tenet Io. de Imol.in .l. de pupillo.§.fin .ff. de
no. ope. nunt. Quod tamen limitat .D. m. in
.d.c. veritatis. niſi iniuria irrogaretur ei volenti
explicare rem ſibi à iure cõceſſam; puta, ſi irro-
garetur ſibi proſequenti appellationem, vel ab-
ſolutionem, aut quid ſimile. Tunc enim poteſt
agere, durante etiam excommunicatione, vt il-
la iniuria ceſſet; quia vno conceſſo &c. Facit
quod legitur, & not. in.c. cum inter. & .c. fin.
ſupra de excep.in.c.pterea.§.de offi.dele. Abſo
lutione verò obtenta, cõmuniter * tenetur, ꝙ
Cõm.op. poteſt agere pro iniuria ſibi tempore excõmu-
nicationis illata, de quo dicam in.c. venerabili.
295 infra eod. in vigeſimoſexto articulo. † Sexto
quæro, vtrum excommunicatus poſſit petere
reuocationem miſſionis in poſſeſſioem ex pri-
mo decreto. Sol. videtur dicendum, quòd ſic,
per ea, quæ dixi.§.in tertia quæſt. principali hu
ius articuli fallen. 10. Et iſta videtur eſſe * com
Cõm.op. munis ſententia modernorũ. Licet Hoſti. con-
tra, per ea quæ dixi. Et opi. primã tenuit Iac.
de Are. in .l. de pupillo.§.fi.ff.de no.ope.nũti.
per tex. in.l.ſi pupillus.§.1.ff.de priuile. credi.
Et in hanc etiam ſententiam videtur inclinare
Specula.in tit.de contu.§.fi.ver. ſed pone reus.
Bar. verò in .d.§. fin. diſtinguit, ꝙ aut excom-
municatus venit principaliter ad defendẽdum,
ſed in conſequentiam venit ad reſcindendum
tenutam, & tunc auditur, vt.d.l.ſi pupillus.§.1,
& authen. & qui iurat .C. de bonis auct. iudi.
poſſi. Aut principaliter petit reſcindi quod fa
ctum eſt contra ſe, vel petit poſſeſſionem ſibi
reſtitui, vel quid ſimile, & tunc dicitur actor per
.l.in tribus.ff.de iudi.quę lex fuit facta propter
hoc, ſecundum Bar. & ideò talis non debet ad-
mitti, nec eſt attendendum quis poſſideat. et
prædictã opinionem in effectu ſequitur Ange.
in.d.§.fin. et Anto. de Butri. in.c. cum inter.
ſupra de excep. Sed Bal.in .§.fin.ſimpliciter, &
indiſtinctè tenet primam opi. quia aliàs de faci-
li poſſet eis inferri iniuria; quod eſt abſurdum,
per ea quæ habentur in authen. habita.C.ne fi-
lius pro pa. & in .l.ſi longius .§. ſi filius .ff. de
296 iudi. Et quia aliàs ſequeretur, ꝙ licentia, † vel te-
nuta conceſſa tempore feriato, non poſſet peti
reuocari tempore feriato; cum tali tẽpore au-
dientia denegetur, vt in .l.fin. ff. de feri. quod
tamen videtur falſum, per .l. minor. cũ ſua glo.
.ff. de euict. Et ad .d.l. in tribus. reſpondet, ꝙ
verum eſt, quòd ſuſtinet partes actoris princi-
paliter ſolum quo ad hoc, quia prouocat ad iu-
dicium; ſed non quò ad alia. Sed dicit Ioan.de
Imol. in .d.l. de pupillo.§.fin. ꝙ dicta opi. Bal.
non videtur bona. Primo, quia reſponſio data
ad.l.in tribus. nimis videtur reſtringere illam.l.
& videtur contra not. ibi per glo.& Doc. Nec
obſt. prima ratio ſua in quantũ dicit, ꝙ aliàs ſe-
queretur, quòd de facili poſſet eis inferri iniu-
ria. Nam hæc ratio non videtur bona, quia ex
297 ea ſequeretur, ꝙ ſi † excommunicatus ſpolia-
retur, poſſet agere interdicto recuperãdæ. quod
tamen eſt falſum, vt ſtatim dicã in nona quæſt.

Secundo poteſt reſpõderi, quòd imputandum
eſt excommunicato, quare nõ petit abſolutio-
nem, argu. reg. damnum. de regu. iur. lib.6.
Præterea poterit agere poſt abſolutionẽ de in-
iuria illata, tempore excommunicationis, vt dixi
in præcedenti quæſt. Item fortè iudex ex offi
cio poterit procedere contra talem iniuriantẽ,
ex quo iniuriam paſſus non poteſt agere, argu.
eorum quæ habentur in .c. ad noſtram. 2. ſupra
de iureiuran. Præterea, ſi iniuria eſſet perſona-
lis, poſſet fortè excommunicatus implorare au
298 xilium iudicis, ad † inſtar ſerui enormiter tra-
ctati à domino, vt in.l.1.in fi.ff.de his, qui ſunt
ſui, vel alie.iur. & inſti. eod. tit.§.1. Et ad in-
ſtar Monachi male tractati ab Abbate, iuxta
not. in.c.fin.ſupra qui clerici, vel vouen. licet
aliàs ſeruus, vel Monachus regulariter non
poſſint eſſe in iudicio. Non obſt. argu. Bal.
299 quòd † tenuta data tempore feriato, non poſ-
ſet reuocari tempore feriato, quia iſta non eſt
bona conſequentia, cum ex ſeparatis non fiat
bona illatio. Et quia diuerſa eſt ratio, quia ſi te-
nuta datur in contumaciam excõmunicati non
comparẽtis, rectè conceditur; nec eſt quid im-
putetur ei cui datur. Sed bene videtur imputan
dum excommunicato volenti agere ad recupe-
rationem, ſi non petit abſolutionem. Sed quan-
do tenuta datur tempore feriato, eſt imputan-
dum ei, cui conceditur; cũ delinquat, faciendo
dari tempore prohibito; & ideò nõ eſt mirum,
ſi non poteſt poſtea aliquid opponere, vel reſi-
ſtere illi, qui petit reuocari tempore feriato op-
ponendo de ferijs, argu.l.in arenam.C.de.inof.
teſta. & regul. nil doloſus, doloſo. & regu.
ꝙ quiſq; iuris. & regu.c. qui fruſtra. cum ſi-
mil. de regu. iur. in .6. & ſic ſecundum Ioan.
de Imol. non obſt. rationes Bal. Et ſic ex præ-
dictis in hac materia habes tres opiniones. Qua
rũ prima eſt, quòd debeat admitti. & hæc fuit
Iac. de Are. in quam inclinat Spec. & ſequitur
Bal. Secunda eſt de directo cõtraria, quòd in-
diſtinctè repellatur. & hæc fuit Hoſtien. refert.
Io. An. in .c.dilecto.ij. de ver. ſigni. et in addi.
Spec. in titu. de contuma .§. fin. ver. ſed po-
ne reus. Tertia fuit Bart. diſtinguentis, & con-
cordantis, an principaliter veniat ad defen-
ſam, & procedat prima opi. an principaliter pe
tat tenutam, vel poſſeſſionem reſtitui, & proce-
dit ſecunda opi. quam diſtinctionem etiam ſe-
quitur Ange. & .D. Anto. de Butr. in .c. cum
inter. Sed .D. m. ibi reprobat. vltimum mem-
brum Bar. Et ſic videtur adhærere primæ opi-
nioni, quia etiam in dicto vltimo membro ex-
cõmunicatus venit ſtimulatus facto iudicis, &
ſic eſt reus neceſſarius. Sicut enim reus graua-
tus appellat, vt defendat plenè aduerſus ſenten
tiam, vt .d. c.cum inter. & .c. penul. & fi. de
excep.ita & iſte grauatus per miſſionem in poſ
ſeſſionẽ, & ſic per interlocutoriam iudicis, de-
bet poſſe comparere, & allegare defenſionem
ſuam, & petere grauamen reuocari; maximè ſi
timet ne lapſu anni miſſus, efficiatur verus poſ-
ſeſſor, & ſic in totum perdat poſſeſſionẽ ſuam
per



per.c.quoniam frequenter .§. in alijs. ſupra vt
lit.non cõteſt. Sed aduerte, quia rationes præ-
dictæ confunduntur ex his quæ infra ſubijciam
propter quæ videtur remanere diſtinctio Bart.
Sed dicit Ioan. de Imol. vidiſſe de facto dubita-
ri in practica qualiter debeant intelligi prædi-
cta verba Bar. cum tota uis conſiſtat in modo
practicandi, vt patet ex diſtinctione Bar. Qui-
dam enim dicebant, quòd aut excommunica-
tus comparet, & dicit tenuta eſt data contra me
poſſeſſorem, & non citatũ, & propter hoc, ſum
turbatus in mea poſſeſſione. Vnde pro defen-
ſione poſſeſſionis meæ, peto illam reuocari in
conſequentiam; Nam hoc caſu debet audiri,
quia principaliter videtur venire ad defenſionẽ,
ſecus ſi dicat tenuta eſt data cõtra me, in præiu-
dicium mei tenentis, & poſſidentis non citati;
quare peto illam reuocari, & hoc caſu non au-
diatur, quia non videtur principaliter venire ad
defenſionem; Sed dicit Io.de Imol. quòd certè
non putat iſtum fuiſſe intellectum Bar. nec pu-
tat aliquo dictorum caſuum excommunica-
tum debere audiri, per ea, quæ ſtatim dicam.
Vnde dicit alium eſſe intellectum verborum
Bart. videlicet, quòd ſi tenuta eſt data in con
tumaciam citati non comparentis, quòd tunc
vis ſit in modo practicandi. Nam ſi excommu
nicatus comparet, & dicit domine Iudex, ego
fui citatus ad inſtantiam talis, & quia fui contu-
max, data fuit tenuta contra me. Verum, quia
non obſtante contumacia iura volunt, quòd
ego poſſum me defendere, ſi volo venire ad de-
fendendum, oblata per me ſatisdatione de iu-
dicio ſiſti, & refectione expenſarum, & cum
hæc omnia ſim paratus adimplere; vnde de-
bet in conſequentiam reuocari tenuta cõtra me
cõceſſa; quòd tunc debet audiri, quia iſte ſe de-
fendere videtur aduerſus citationem, prius de
eo factam, contra quam licitum erat ſe defen-
dere, ex quo per illam eſt prouocatus ad iudi-
cium, & ſic non videtur ſponte venire. Facit
quod habetur in .d. c. cum inter de excep. et
quod ibi not.Inno. Secus ſi in dicto caſu ſimpli
citer compareat coram iudice, & dicat domine
Iudex, tenuta eſt data contra me, ad inſtantiam
talis, ſed peto illam reuocari, quia non eſt con-
ceſſa de iure, nam hoc caſu, non debent audi-
ri, cum non veniat ad ſe defendendum contra
ciationem, de eo factam; ſed principaliter petat
tenutam reuocari, & quòd hæc fuerit mẽs Bar.
patet per iura, per eum allegata. Et ſic ex præ-
dictis patet, quòd quãdo dicit tenutam datam,
tanquam datam in ſui præiudicium tenentis, &
poſſidentis, quòd non debet audiri; quia nõn
põt dici venire ad defendẽdum ſe aduerſus ci-
tationem de eo factam; cum de hoc nulla ſit fa-
cta mentio, etiam ſecundum ſuam aſſertionem.
Et ideò quia aduerſarius non citauit eum, non
debet audiri, & dicitur venire ad iudicium vo-
luntariè, & non neceſſariè, licet fuerit turbatus
in poſſeſſione, per nota. per Inno. in .d. c. cum
inter. & per glo. penul. in.d.c.ex inſinuatione,
& ita reſidet Io. de Imol. Ego verò diſtingue-

rem, ꝙ aut actor, qui fuit miſſus in poſſeſſionẽ,
ex primo decreto, facit citari ipſum reum, vt
obtineat ſecundum decretum, per not. glo. &
Doct. in .l.ſi finita.§.iulianus. ff. de dam. infec.
& in.l.4.§.ſi fortè. eod. tit. vel ad aliquid ſimi-
le, & reus, propter hanc citationem comparet,
& petit reuocari primum decretum offerendo
ſatisdationem, & ſolutionem expenſarum. Et
hoc caſu arbitror ipſum admittendum, quãuis
ſit excommunicatus; quia comparet citatus cũ
ſua defenſione, licet petat reuocationem. Aut
ad petitionẽ miſſi in poſſeſſionem nulla præce-
dit citatio, & ſubdiſtingue, quòd aut miſſus ci-
tatus ad petitionem excommunicati, volentis
reuocare primum decretum non comparet. aut
comparet. Primo caſu, ſi paſſus primum decre-
tum veniens infra annum offert cautionẽ ido-
neam, & expenſas; miſſus verò citatus contu-
maciter ſe abſentat, glo. 2 .in.c.dilecto.ij.de ver.
ſigni. ſingulariter ſentit, ꝙ iſte excommunica-
tus mittetur in poſſeſſionem rerum, de quibus
agitur, in quarũ poſſeſſione aduerſarius actor
miſſus fuerat, & ſic iſto modo actor per contu-
maciã aduerſarij recuperabit poſſeſſionẽ, quã
perdiderat propter ſuam contumaciam, ſecun-
dum glo. prædictam. Sed Spe.in tit. de primo
decreto .§. fin. ver.penul. dicit, quòd hoc caſu,
vel etiam, quando miſſus in poſſeſſionem mul-
tum diſtaret, vel non inueniretur, debet præmiſ
ſa ſatisfactione expenſarum, & præſtita idonea
cautione eidem reſtitui poſſeſſio, quod mihi vi
detur ſatis probabile, ſi modo iudex ex officio
non repelleret iſtum excommunicatum, quod
facere poteſt, arg. tex. d. c.pia. & per ea, quæ
dixi ſupra in tertia quæſt. huius membri, ſecun
dum vnam opin. ſed ſecundum aliam opi. ſe-
cundum quam, citatus ad petitionem excõmu-
nicati non comparens, non poteſt dici contu-
max, cum non teneatur comparere, vt ibi dictũ
fuit; iſta opi. Spec. non videtur bona, niſi di-
ceres, quòd teneatur cõparere, propter varie-
tatem dictarum trium opi. quod videtur proce
dere, etiam intelligendo, quando paſſus primũ
decretum non compareret ſub tali forma, pro
ipſius reuocatione, per quam videatur ſe defen
dere, ſed potius agere. Nam ſi forma eſset ta-
lis, per quam videretur ſimpliciter ſe defendere,
nõ eſt dubium, ꝙ admitteretẽ, ſecũdum omniũ
opi. Secundo verò caſu, quãdo miſsus in poſ-
ſeſsionem citatus comparet ad petitionẽ paſsi
primum decretum, & opponit de excommuni
catione, an talis excommunicatus debet audi-
ri; quęſtio videtur mihi ſatis dubia propter præ
dictas opi. & vt dicit Io. de Imo. opi. Hoſti. de
iuris rigore videtur verior, quia ex quo data eſt
tenuta contra contumacem, citatio iam facta
habuit ſuum effectum, in quo acquieſcit ille,
qui fecit citari excommunicatum, & ideò cum
non moleſtet ipſum in iudicio, ſed ſit contẽtus
de dicto effectu, & ſit excõicatus, qui fuit con-
tumax, nũc videatur venire voluntariè, ex quo
nunc non moleſtatur iudicialiter, & teneatũr ci
tari facere aduerſarium, qui ipſum non mole-
ſtat

ſtat, videtur quod indiſtinctè non debeat audi-
ri, quia non eſt reus neceſſarius; ſed volunta-
rius, per not. in .d.c. cum inter, de excep. di-
ſtinctio tamen Bar. videtur multum æqua, pro
cuius intellectu, etiam placet declaratio Io. de
Imol. in practica. Et ſic ex prædictis habes no
tabiliter expeditam prædictam quæſtionem.
300 Sed circa prædicta quæritur, quid ſi excommu
nicato nuntiatum eſt nouum opus. Vtrum de-
beat audiri ſi exiſtens excommunicatus, petit
remiſſionem. Sol. Ang. ex his quæ dixi ſupra
in præcedenti quæſtione, ſecundum opi. ſuam,
infert ꝙ ſic in .d.l. de pupillo. §. fin. ff. de noui.
ope. nunci. Mouetur quia talis videtur ſe de-
fendere aduerſus iniuriam, quæ fit ſibi per nũ-
tium, & ſic ſuſtinet partem defenſoris, vt in .d.
.l. de pupillo. §. qui venditionẽ. Sed dicit Io.
de Imol. in .d. §. fin. ꝙ iſtud poſſet procedere
in nuntiatione, quæ fit præſtita ſatiſdatione ex-
tra iudicium. Secus ſi faciat citari aduerſarium,
& vellet in iudicio petere remiſſionẽ; quia non
debet audiri. Nam propter iniuriam extraiu-
ditialem, non poteſt alium prouocare ad iudi-
cium, ex quo alius non fecit citari eum; per ea,
quę ſtatim dixi in quinta pręcedenti quęſtione.
Facit etiã, quod infra ſtatim ſubicijam in nona
quæſt. Aduerte tamen, quia in caſibus in qui-
bus dixi excommunicatum repellendum, intel-
ligi debet de excõmunicato excõicatione ma-
iori. Secus ſi de minori; quod intelligi debet,
quãdo opponeretur exceptio, aliàs tenet iudi-
cium, vt dixi in prima quæſtione huius ſecundi
301 membri, de actore. Quæro ſeptimo, an † ex-
communicatus poſſit petere retractationẽ at-
tentatorũ. Sol. Inno. fuit varius, nã in .c. dilecti.
de maio. & obe. ſentit quòd ſic, dicit enim ibi,
ꝙ etiam appellationis extraiudicialis effectus
eſt quia proſequenti ipſum, non obſtat exce-
ptio excommunicationis. Contrarium vide-
tur, tenuiſſe in .c. cum inter .s̃. de excep. Potes
dicere, vt ſentit Ioan. And. in .d.c. dilecti. & in
.c. pia. de excep. lib. 6. in nouella. Et ex his quæ
traduntur in .c. bonæ: s̃. de appel. quòd aut lo-
quimur de reuocatione attentatorum, reſpe-
ctu appellationis iudicialis, & petenti talem re-
uocationem, non obſtat exceptio excommu-
nicationis; quia ex quo permittitur appellatio,
vt dicam infra in .29. & .30. queſt. intelligun-
tur permiſſa omnia conſequentia ad eam, arg. c.
preterea. s̃. de offi. dele. Et ita procedat quod
tradunt .D. Anto. & Doc. in .d. c. bonæ. & ꝙ
ibi dixi. Et hoc etiam videtur ſentire Bertran-
dus, & Ioan. de Luna. in clemen. 1. de reſti. in
integ. Ad quod vide, quod ſtatim dicã in nona
quæſt. Aut loquimur de reuocatione attenta-
torum reſpectu appellationis extraiudicialis,
& diſtingue, quod aut loquimur de tali reuo-
catione, reſpectu appellationis merè extraiu-
dicialis, & tunc obſtat exceptio excommunica-
tionis, et ita procedat, quod dicit Inno. in .c.
cum inter. Aut reſpectu appellationis nõ me-
rè extraiudicialis, & tunc non obſtat exceptio
excommunicationis, & procedit dictũ Inno.
in .d.c. dilecti. Et adde ad declarationem præ-
dictorum, quæ dicam infra .q. 32. Et prædi-
cta procedunt, vt arbitror in primo, & vltimo
caſu, quando non ommiſſa appellatione agere-
tur ad reuocationem attentatorum. Nam tunc
non obſt. exceptio excommunicationis. Secus
ſi obmiſſa appellatione peteretur reuocatio at-
tentatorum adeundo ſuperiorem, per ſimpli-
cem querelam. Nam tunc obſtat exceptio ex-
communicationis, per .c. exceptionem .s̃. de
excep. Debet igitur diligenter animaduertere
agens, qualiter agat ad huiuſmodi reuocatio-
nem, vt dicit etiam Ioan. Andr. in .d.c. dilecti.
Et quod dixi excommunicatum non admitten
dum, intellige de excommunicato excommu-
catione maiori, & quando opponeretur exce-
ptio, per ea quæ dixi in prima quæſtione.
302 Quęro octauo, † vtrum excommunicatus poſ-
ſit petere reſtitutionem in integrũ. Sol. Hoſti.
in .c. ſignificauerũt. s̃. de excep. format quæſt.
an poſſit petere reſtitutionem contra ſententiã,
à qua non appellauit, & dicit, quòd aliqui te-
nent, quòd ſic, aliqui contra. Ipſe verò dicit,
quod ſi petat̃ reſtitutio, ex clauſula generali, ta-
li clauſula expreſſa, qua probata, niſi ſubuenire-
tur damnaretur innocens, vel periret anima,
quòd tunc ſubueniendum eſt, arg. c. cum inter.
.§. 1. s̃. de excep. & .c. ex literis .s̃. de reſti. in
integ. Si verò peteretur reſtitutio dependens
ex ſolo fauore, tunc repellatur, cum de iniqui-
tate, vel iniuſta ſententia non cõqueratur, arg.
.ff. de mino. in .l. præfecti. Nec obſt. d.c. cum
inter. vbi ex æquitate ſubuenitur excommuni-
303 cato, quia † æquitas hoc ſuadet, vt hi qui ſunt
excluſi à participatione eccleſiæ repellantur ab
omni legum fauorabili auxilio, vt in authen.
de priuileg. dot. hæreticis mulieribus non con-
cedendo, circa medium colla. octaua. Imputet
ergo ſibi ſi non appellauit, & idem tenet Io. de
Ligna. & etiam tenent .D. de Rota deciſ. 442.
dummodo principaliter non petat̃; Sed ſi ex-
communicatus velit reſtitui ad appellandum,
volunt quòd hoc caſu admittat̃; quia vt ꝑam-
bulum, quoddam incidenter petitur, & omnia
ordinantur in finem defenſionis, argu. l. oratio.
.ff. de ſpon. Sequitur .D. Anto. in .d. c. ſigni-
ficauerunt. ſed .D. m. dicit, ꝙ ſibi plus placet
opi. Hoſti. quod non admittat̃, niſi immineat
periculum animæ, cum excõmunicatus carere
debeat omni fauore, vt citius reſipiſcat, vt .d.c.
pia. de excep. lib. 6. Io. And. in .c. fin. s̃. de fo.
compe. in ver. neceſſaria. videtur ſentire, quòd
obſtet exceptio excommunicationis; cum ipſe
non neceſſitetur ad petendam reſtitutionem in
integrum; ſed veniat voluntariè. Et licet con-
cedatur appellatio, illa conceditur, quia conti-
net quærelam iniquæ ſententiæ, quæ appellanti
imputari non poteſt. Et reſtitutio continet ex-
ceptionem, aliàs petitionem prouenientem ex
proprio errore, qui meritò poteſt imputari er-
ranti, aut per ipſam petitionem, aduerſarij cir-
conuentio continetur, vt hæc probantur in .d. l.
præfecti. Et ideò petenti talem reſtitutionem
obſtat



obſtat exceptio excommunicationis. Subdit
tamen, quod quidam dicunt, quòd licet, quò ad
iuris ſubtilitatem prædictæ rationes cõcludant;
tamen, quò ad veritatem, & finalem vtilitatem
non habent locum; quia ſicut nõ appellans, vel
nõ conſequẽs appellationẽ ammittit ius ſuum,
& rata manet ſententia, ita & ille amittit, qui
infra debita tempora non petit reſtitutionem
in integrum. Ego verò formando generalius
dictam quæſtionẽ, diſtinguerem; quòd aut re
ſtitutio petitur incidenter pẽdente iudicio, aut
principaliter. Primo caſu, aut is qui petit re-
ſtitutionem in integrum erat reus, & non ob-
ſtat ſibi excommunicatio; quia cum ipſe admit
tatur ad iudicium videtur reus, ſecũdum ꝙ di-
cam in trigeſimo principali mẽbro huius quæ-
ſtionis quintæ, vbi tractabo de reo, qui per con
ſequens debet admitti ad omnia contingentia
ipſi iudici, argu. c. præterea .s̃, de offi. dele. Fa-
cit quod dixi ſupra in duabus quæſtionibus
præcedentibus, quanuis Zabarel. in clem. 1. de
reſti. in integ. in. 3. q. in. fi. videatur ſentire con-
trarium, vbi dicit, ꝙ ſi quis peteret reſtitutio-
nem in integr. etiam incidenter, vt contra lap-
ſum dilationis peremptoriæ non audietur, per
.d.c. cum inter. s̃. de excep. & quod ibi not.
Sed ille tex. iudicio meo nihil probat. Et ideò
plus placet, quòd dixi. Ad quod faciunt quæ
dixi in præcedenti quæſt. Aut iſte qui petit re
ſtitutionẽ incidenter erat actor, & prima fron-
te videtur dicendum, quòd obſtet exceptio ex-
communicationis, quia ſi poteſt ſibi opponi ta
lis exceptio in principali, fortius debet poſſe
opponi in acceſſorio. In contrarium tamen
facit, quia poſtquam reus non opponit ex-
ceptionem excommunicationis ſuper principa
li, propter quam poteſt ipſum ab intentione
ſua repellere, & permittit ſibi ipſum principale,
videtur quòd cõpellatur ad ipſum conſequẽs;
ſicut enim nõ poſſet ipſum admittere reſpectu
cauſæ principalis, & repellere reſpectu alicuius
productionis teſtium, vel inſtrumenti, vel re-
plicationis, aut ſimilis actus; ita nõ videt̃ poſſe
hoc; Nam cũ idem ſit iudicium, nõ debet pro
parte eodem tempore approbare, aut reproba-
re; Licet enim reus in qualibet parte iudicij
poſſit repellere actorem excommunicatum, vt
dictum fuit ſupra in prima q̃ſtione huius mem
bri; non tamen debet poſſe dicere, volo, quòd
admittatur ad talem actum, quia vellet con-
traria, & quòd eadem res diuerſo iure cenſere-
tur contra regulas vulgatas, & hoc mihi plus
placet; facit quod dicam infra in decimaſepti-
ma quæſt. huius membri. Secundo caſu quã-
do reſtitutio in integrum peteretur principali-
ter, dicendum eſt, quòd obſtat exceptio excõ-
municationis, & ita etiam tenet Laud. & Zaba.
in clem. 1. de reſtitu. in integ. quod etiam arbi-
tror procedere ſi peteret̃ contra ſententiam, à
qua quis non appellauit Repellitur ergo ſi op-
ponatur exceptio, aliàs teneret iudicium, vt di-
xi in prima quæſtione; Quod tamen procedit
in excommunicato excõmunicatione maiori.
Nam de excõmunicato minori, non eſt dubiũ,
quòd poteſt agere, vt ſpeius dictũ eſt. Ex æqui-
tate tamen, ſatis videretur admittendum, quòd
ſi peteretur etiam principaliter, non obſtat ex-
ceptio excommunicationis, quãdo ſi non con-
cederetur reſtitutio damnaretur innocens, vel
periret anima, ſecundum ea, quæ dicta fuerunt
ſupra in principio iſtius quæſtiones, ſecundum
304 Hoſti. Nono quæro, † vtrum excommunica-
tus poſſit petere reſtitutionem ſpoliationis Sol.
glo. penul. in .c. ex inſinuatione. ſupra de ꝓcu.
tenet, ꝙ non. idem etiam ſentit glo. & ſequitur
Ioan. An. Hoſti. & .D. m. in .c. dilectus. 1. s̃. de
reſcrip. & glo. in ver. audientia. 23. diſt. c. in
nomine dñi. Et Inno. Hoſti. & Ioan. Andr. in
.c. cum noſtris .s̃. de conceſ. ꝑben. & in .c. pru-
dentiã. §. ſexta de offi. deleg. Et Archid. 14. q.
.1. in ſumma ſuper verbo nõ debet, & in .c. pia.
de excep. lib. 6. ſuper ver. agentes, & Specu. in
titulo de peti. & poſ. §. fin. ver. eſt octauus. Te
net .D. m. in .c. cum inter .s̃. de excep. Sentit
Io. de Imol. in .l. de pupillo. §. fin. ff. de no. ope.
nunti. tetigi. s̃. in ſexta quæſtione, huius mem-
bri. Hoc tamen limitat, vt in .d.c. prudentiam.
circa finem: ſi modo ſit excommunicatus excõ-
municatione maiori, ſecus ſi minori; quia ex-
ceptio minoris excommunicationis non impe-
dit reſtitutionem ſpoliati, ſicut nec obiectus al-
terius criminis s̃. de reſti. ſpoli. c. item cũ quis.
Et ſequitur Archid. in .d.c. in nomine. Et Henr.
Bohic. in .c. intelleximus. s̃. de. iudi. & in .d.c. cũ
noſtris. Dicit tamen Bertrandus in clem. 1. de
reſti. in integ. ꝙ ſi prælatus excommunicatus
appellauit, & impetrauit inhibitionem fieri iu-
dici, à quo ne procederet, deinde ſpoliatur ab
aduerſario, quòd videtur, quòd poſſit petere
ſe reſtitui cum potuerit appellare, & hæc reſti-
tutio veniat accceſſoriè per viam reuocationis,
allegat quòd not. glo. 13. diſt. c. 1. & ſequitur
Ioan. de Ligna. in .d. clem. 1. præſupponendo,
quòd appellatus fuit reus. Sed dicit ibi Zaba.
quòd de hoc vltimo non eſt curandum; cũ etiã
originarius actor audiatur appellãs; de quo di-
cam in vigeſimanona quæſt. Et ſatis placet, &
ad ea, quæ dicta fuerũt de hac reuocatione poſt
inhibitionem, adde ꝙ dixi. s̃. in ſeptima quæſt.
305 huius membri. Quæro decimo, † an excom-
municatus poſſit petere reſtitutionem vxoris.
Sol. dic, ꝙ ſi excommunicatus minori, non eſt
dubium; per ea, quæ dicta fuerunt in præceden
tibus. Et idem etiam dicendum, ſi excommu-
nicatus maiori, quod ſibi non obſtet exceptio.
ita ſentit glo. 11. q. 3. c. quoniã multos. & idem
ibi videtur tenere Archid. & etiam ſequitur Io.
de Lig. Non obſt. quòd excommunicatio repel
lat à ſpiritualibus, & ſacramẽtis, vt dixi in ſecun
da quæſt. principali, huius deciminoni articuli;
quia iſta reſtitutio de qua quæritur, eſt actus
prophanus. Et adde ad declarationẽ, ea quæ di
xi in ſecunda quæſt. principali in nono dubio.
306 Quæritur vndecimo, † vtrum excommunica-
tus poſſit petere retractari ſententiam nullam,
ſeu quæ non tranſiuit in rem iudicatã. Sol. in
excom-

excommunicato excommunicatione minori,
non eſt dubium; & etiam in excommunicato
excommunicatione maiori, ſi non opponitur
per ea, quæ ſæpius dicta fuerunt in pręceden-
tibus quęſtionibus. Sed in excōmunicato ex-
communicatione maiori, de qua opponitur
Io. And. in.c.ſignificauerunt .s̃. de excep. vi-
detur ſentire, quòd talis exceptio non obſtet.
Et idem ſentit Hoſti. in exceptionibus, quę poſ
ſunt opponi, vt ſententia mandetur executio-
ni. Et ſequitur etiam .D. Anto. mouetur quia
iſte dicitur ſe defendere aduerſus ſtimulum ſen-
tentię ſtimulantis, & periculum animę inferen-
tis, vbi in obſeruatione ſententię verſaretur pe-
riculum animę. Sed dicit ibi .D.m. quòd regu-
lariter putat, quòd excōmunicatus prouocās,
non debeat audiri, niſi qñ ſibi inferretur præiu-
ditium de pręſenti ex ſentētia, aliàs debet expe
ctare, & quando petetur mandari executioni,
poterit opponere de nullitate; & ita ꝓcedat pri
ma opinio; & mihi placet hæc opi. pro qua fa-
ciunt, quæ dixi ſupra in quinta quæſt. huius
membri, & tribus ſequentibus. Et adde quæ
latius dixi in tertia quæſt. prin. huius decimi-
noni articuli, in tertia fallentia. Quærit deci-
307 mo ſecundo, † vtrum excommunicatus poſſit
conqueri de iniuſta ſententia cenſuræ contra
eum lata, conquerendo per viam actionis. Sol.
308 dic, quòd ſic; quia talis † ſententia nunquam
tranſit in rem iudicatam, vt in.c.paſtoralis.s̃.de
appel. & contra talem ſentētiam auditur alle-
gās turpitudinem ſuam.s̃.de re iudi.c.lator.c.
tenor. & .c.conſanguinei. Item quia omne vin
culum legis, cōſuetudinis, vel iuramenti ceſſat,
ex quo periculum animarum inducit, vt not. in
.c. extirpandæ.s̃.de præben. Ita dicit Io. And.
in.c.ſignificauerunt. de excep. & ſequitur Io.
de Ligna. quia ſuper talibus ſententijs audiun-
tur excommunicati impetrantes reſcriptum, vt
in .c. 1.de reſcrip. lib. 6. Sed tu vide ad hoc, ꝙ
latè dixi in .c.ſacro.s̃.eod. in decimotertio prin
cipali articulo, per totum. Quæritur decimo-
309 tertio, † vtrum excommunicatus petere poſſit
reductionem laudi ad arbitrium boni viri. Sol.
in excommunicato excommunicatione mino-
ri non eſt dubium, quòd poteſt. Item in ex-
communicato excommunicatione maiori, va-
let petitio, & tenet iudicium, ſi non oppona-
tur, per ea, quæ ſæpius dicta ſunt. Sed ſi oppo-
natur exceptio .D. Anto. in.d.c.ſignificauerũt.
Tenet etiam, ꝗ debeat audiri, & non obſtat
exceptio. Sed .D. m. ibi tenet contrariũ. Ego
arbitror, ꝙ vtraq; opi. poſſit eſſe vera, vt prima
procedat, quando, is cōtra quem fuit latum lau
dum conuenitur vigore ipſius laudi, et citatus
comparens opponit de iniquitate, & petit inci-
denter reductionē ad arbitrium boni viri; opi-
verò Dñi mei procedat, quādo excommunica-
catus non ſtimulatus principaliter peteret re-
ductionem ad arbitrium boni viri, faciunt quæ
dixi ſtatim ſupra in octaua .q. Et hæc adde ad
ea, quæ dixi in tertia q̃ſt. principali, huius deci-
ciminoni artic. in tertia fallentia. Quæro deci-
310 moquarto, † an excōicatus poſſit agere con
dictione.l.diffamari.C.de inge.ma.Sol.in excō-
municato minori, non eſt dubium, ꝙ poteſt.
Itèm etiam tenet iudicium cum excommunica-
to maiori, ſi non opponatur; ſed oppoſita ex-
ceptione, non debet audiri, licet aliqui teneant
contrarium, vide ꝙ dixi in tertia quæſt. princ.
huius deciminoni articuli, in nona fallentia.
311 Quæro decimoquinto, † vtrum pendente lite
ſuper excommunicatione, excommunicatus
poſſit eſſe in iudicio. Sol. Bal. format hanc quæ-
ſtionem in .l. lite. C. de lib. cauſa. et breuiter
decidit, quòd poteſt eſſe in iudicio per illũ tex.
vbi pēdente lite de † ſtatu ſerui, ſeruus habetur
pro libero, pro qua deciſ. etiam allegat.c. 1.de
reſcript. lib.6. Sed tu aduerte, quia huic de-
ciſioni in cōtrarium fortiter obſt. c. ſolet. ver.
in ſecunda. eo. tit. lib.6. vbi dicitur, quòd pen-
dente probationis articulo, ſuper excommuni-
catione debet in cæteris, quæ vt actor attenta-
uerit euitari. Vnde ego arbitror, ita diſtin-
guendum; quòd aut quæritur, vtrum ſit au-
diendus, ſuper excommunicationis articulo,
& res eſt clara, vt dixi in .d.c.ſacro.
Aut quæritur de alijs iudicis, & ſubdiſtingue-
rem, quòd aut iſte, contra quem opponi-
tur de excommunicatione fatetur ſe excom-
municatum; ſed dicit excommunicationem,
nullam, eo quòd lata ſit poſt appellationem le-
313 gitimam † & hoc caſu procedat tex. in.d.c.ſo-
let. ver. in ſecunda. Aut opponitur de excom
municatione, & iſte negat, & ſubdiſtingue, ꝙ
aut quæritur, vtrum procedi debeat in eo iudi-
cio, quod eſt attentatum per actorem excom-
municatum in quo met iudicio reus excipit de
excommunicatione actoris. Et arbitror dicen-
dum, quòd non ſit procedendum, quia iſta eſt
exceptio dilatoria, quæ debet prius examina-
ri, vt in .c. paſtoralis .s̃. de excep. & hoc ca-
ſu procedit .c.pia.de excep. lib. 6. Aut princi-
paliter agitur de ſtatu ipſius excommunicati,
quia agitatur quæſt. excommunicationis, an
ſcilicet ipſe ſit excommunicatus, vel nō, & ipſe
gerit ſe pro non excōmunicato, & interea inten
tat iudicium aliquod contra aliquem, & oppo
nitur ſibi, quòd pendet quæſtio excommuni-
cationis; et hoc caſu non obſtante litis pen-
dentia, audietur, & ita procedat deciſio Bald.
314 quia † regulariter pendente lite, nihil eſt inno-
uādum in præiudicium poſſeſſoris ſupra vt lite
pendente in rubro, & nigro per totũ, & maxi-
mè in.c.2. Et ideò cautela eſt in modo, & for-
ma opponendi; quia non debet excipi de pen-
dentia litis ſuper excommunicatione, quia per
hoc non repelleretur. Sed debet reus potius
exipere de excommunicatione; intellige tamē
dummodo hoc poſſit probare. Et not. ꝙ non
reperi tactum hanc quæſtionem, niſi per Bal. in
315 loco prædicto. Quæro decimoſexto, † vtrum
reus excommunicatus poſſit reconuenire acto
rem. Sol. tex. eſt quòd non in.c. cum inter in
fin. ſupra de excep. Et ratio ibi ponitur, quia
316 reconuentio † non eſt defenſio, ſed impugna-
tio, &



tio, & hoc tenet glo. in.c.intellexim⁹.s̃.de iudi.
& cōmuniter * ſequũtur Doc. Quod limita, ſi Cōm.op.
ſit excommunicatus excommunicatione maio
ri; ſecus, ſi minori, vt dictum fuit ſupra in plu-
rimis præcedentibus quæſtionibus. Item limi
ta, ſi modo, ſibi reconuenienti opponitur exce-
ptio excommunicationis, aliàs ſi non oppone
retur, teneret iudicium per .c. pia. de excep.
lib.6. & per id quod .s̃. dixi in prima quæſt.
huius membri. Item limita & tertio, ſi modo
reus excommunicatus ſimpliciter reconueniat
actorem. Secus, ſi exciperet de eo quod ſibi
debetur. Nam, ſi non excommunicatus agit
contra excōmunicatum, cogetur dare excom-
municato omne id, quod dare tenetur ſibi ex
cōtractu, ex quo cōtractu agit. Ita tenet Inno.
Et ſequitur Io. And. in .c.ſi verè.s̃. eod. Et ſe-
quitur .D.m. in.c. veritatis.s̃.de dolo. & cōtu.
quod dicit eſſe valde notandum. Quod tamē
limitat idem .D. m. quando obligatio excom-
municati eſt reſpectiua, ſeu expreſſa ad obliga-
tionem non excōmunicati; puta, promiſit ex-
communicatus dare .B. librum, ſi idem .B. de-
derit ſibi centum, vel quid ſimile. Item poſſes
figurare exemplum in excōmunicato, qui ven-
didit equum pro pretio centum florenorum.
nā tenetur dare equum, & emptor pecuniam.
Vnde ſi agitur contra excommunicatum, ad
id, ad quod eſt obligatus; pōt excipere, de pre-
tio ſibi non ſoluto. Secus ſi eſſent duæ obliga-
tiones non reſpectiuatæ, ſed diuerſæ; quia vt
ſupra dixi, tunc eſſet potius conuentio, quam
defenſio, & ita dicit credere intellexiſſe Inno.
quæ opi. mihi placet. Moueor, quia etiam ali-
cui denegatur exceptio, ſeu defenſio, quæ non
denegatur excommunicato, vt dictum eſt, &
etiam dicit, in tertio ſequenti membro huius
quintæ quæſtionis principalis. Poteſt tamē op
ponere exceptionem, quæ ſurgit ex eodem cō-
tractu ex mutua obligatione reſpectiua, vt te-
net Bal. in.l. ex placito.C.de re.permu. Faciunt
quæ tradunt Bar. & Bal. & Ioan. de Imo. in .l.
eum qui ita .§. qui ita .ff. de ver. obli. Facit
etiam, quod not. Bar. in .l.lecta.§. dicebam .ff.
ſi cer. peta. & in .l. iuriſgentium.§.quinimo.ff.
de pact. & Specu. in tit. de excep.§.dictũ. ver.
Item pone allegādo, & quod not. Bal. in.l.fun-
dus qui Lucij .ff.de reſcin. vendi. & in.l. 1.§.nō
tantum.ff.de tutel. & ra. diſtra. & in .l.ſi tradi-
tio.C.de ac.emp. & ēt per eũ in .l. 1. C. de iur.
& fac. igno. & in.l. 1.C. de vſufruc. & in .l. pe-
remptorias.C.ſen reſcin.nō poſ. & quod tradi-
tur in .l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit.ff.de
iureiuran. Ad quorum iurium, & auctoritatũ
declarationem, vide quæ latè dixi in clem. 1. de
ſequeſ. poſſeſ. & fruc. in nouis aditionibus.
137 Quæro decimoſeptimo, † vtrum ſicut excom-
municatus poteſt excipere. vt dicam in tertio
ſequenti membro principali, poſſit etiam re-
plicare. Exemplum .B. agit contra .A. actione
mutui, qui .A. excipit de pacto de non peten-
do .B. replicat, de pacto de petendo poſtea
celebrato. Sed .A. contra replicationem iſtam
excipiendo replicat, aliàs duplicat de excōmu
nicatione; an .B. debeat à replicatione repelli.
Sol. Spe. in tit. de excep.§. fin. ver. Itē quærit.
Arguit primo, ꝙ ſic; quia replicator eſt actor
principalis, cui communicandum non eſt, vt
ſupra de excep .c. exceptionem; Sed hoc nō
obſtante ſoluit in contrarium; quia actor fingi-
tur defendere actionem ſuam propoſitam, &
non eliſam per exceptionem, & ſic admiſſam
per libellum non reprobatum. Vnde, cum ex-
communicatio non fuerit prius oppoſita; al-
tiorem non poteſt adimere replicationem.
Item quia excōmunicationis obiectio, nō tan-
git ſubſtātiam replicationis, vt inſti. de replica.
.§. 1. & 2. & per totum, neque enim debet ad-
mitti duplicatio, niſi directò concernat ipſam
replicationem, vt dictis iurib. Sed excommu-
nicatio nō elidit replicationem, ergo &c. Ab-
ſurdum enim foret, quòd haberetur reſpectus
ad primum pactum de non petendo, & non ad
pactum iterum poſtea factum de petendo. Et
hanc opin. ſequitur etiam .D. m. in .c. à no-
bis.s̃.de excep. vbi dicit, quòd reus poſſet ex-
cipere de excommunicatione, non contra repli
cationem actoris; ſed cōtra ipſius actoris per-
ſonam, ad finem, vt repellatur à iudicio; quia
hæc exceptio excōmunicationis, poteſt oppo-
ui in quacunq; parte iudicij, vt .d.c.pia. de ex-
cep. lib.6. Et hoc mihi placet. Et ideò diligen-
ter aduertendum eſt, ad formam practicandi;
Ad quod etiam vide, quod dixi ſupra quæſtio-
ne octaua huius membri; & vide etiam, quę di-
centur in ſexta quæſtione principali huius de-
ciminoni articuli, vbi tractabitur materia ex-
ceptionis, & replicationis. Quæro decimoocta
318 uo, † vtrum excōmunicatus tanquam tertius
poſſit venire ad iudicium per alios agitatum ra-
tione ſui intereſſe. Sol. ſi iſte tertius eſt excom
municatus minori excommunicatione, non eſt
dubium, quòd admittitur. Si verò eſt excom
municatus maiori excommunicatione, & non
opponatur, tenet iudicium, donec opponatur,
vt ſæpius dictũ fuit in præcedentibus quæſtio-
nibus. Si verò contra ipſum opponatur de ex-
communicatione, Inno. in.c. cum inter .s̃. de
excep. videtur velle, quòd non admittatur; di-
cit enim, quòd licet excommunicatus poſſit eſ
ſe vt reus in iudicio, & vti omni defenſione, vt
dicam in tertio membro ſequen. Tamen iſtud
procedit in reo neceſſario, contra quem actio
dirigitur, vel qui ſpecialiter vocatur ad iudiciũ
quod redditur in inuitum, vt in .l. inter ſtipu-
lantem.§. 1.ff.de ver.obli. Secus ſi excōmuni-
catus venit, vt reus voluntarius, qui non neceſſi
tatur per iudicem venire ad iudicium; ſed ipſe
voluntariè venit pro ſuo intereſſe, aut intereſſe
communi. Et ſic ſentit, quòd non admittitur,
& ponit exemplum per authen. ſi omnes .C. ſi
min. ab hære. ſe abſti. vbi dicitur, quòd cum
minor petit ſe reſtitui aduerſus aditionem hæ-
reditatis vocandi ſunt omnes creditores; vel

pone exemplum in.c.veniens.2. de teſti. dicit
tamen Inno. quòd ſi in libello, exprimitur cer-
ta perſona; exemplum ſi minor, vel eccleſia pe-
tat ſe reſtitui contra ſententiam latam contra
ipſum pro.B. Nam hoc caſu.B. audietur pro
ſuo intereſſe non obſtante excommunicatione,
cum videatur cõtra eum actio dirigi; vnde po-
teſt dici reus neceſſarius; dicit tamen, quòd ali-
qui dicunt, etiam hoc caſu ipſum repellendum
Do. Anto. in.d.c.cum inter. dicit tertium non
admittendum, quando acta non præiudicarent
ipſi tertio, vel ſi præiudicarent ipſi tertio, non
tñ in ſuo iure priuato, vel eccleſiæ ſuę, aliàs ſe-
cus; cum tunc ſtimuletur à præiudicio ſenten-
tiæ, quæ poſſet ei præiudicare. Vnde propter
hanc cauſam admittatur etiam ad appellãdum,
quia eſt reus necceſſarius, & idem ſentit Hoſti.
in.c.dilecti.ẜ. de excep. & Inno.in.c. ſuper his.
ẜ. de accuſa. Vnde concludit.D.m. diſtinguẽ
dum, quòd aut iſte tertius comparens pro ſuo
intereſſe, vult aliquid conſequi, & non admit-
titur, quia eſt merè voluntarius vt. d.c. pia. de
excep.lib. 6. Aut intendit euitare præiudiciũ,
& grauamẽ ſibi imminens niſi compareat, &
debet audiri, ſicut eſt videre in appellatione, in
qua non moleſtatur à iudice, ſed à ſolo præiu-
ditio ſentẽtiæ; eſt enim iſta mera defenſio, quæ
indiſtinctè permittitur excõmunicato, vt ſę-
pius dictum eſt. Et ſecundum prædictam di-
ſtinctionem intelligo dictum Ange.in.l. à ſen-
tentia.ff. de app. vbi dicit, quòd excommuni-
catus admittitur pro ſuo intereſſe, quando nõ
venit per viam ſimplicis petitionis; ſed ſolum
per viam defenſionis, ſeu exceptionis. Ego ve
rò arbitror dicendum; quòd, aut iſte tertius
comparet pro ſuo intereſſe contra reum, con-
tra quem per alium intẽtatum eſt iudicium, &
hoc caſu non admittitur, obſtante exceptione
per ipſum reum proponenda, quia nec admit-
teretur, vt actor principalis. Et quia non vi-
detur venire, vt reus necceſſarius. Aut iſte ter-
tius comparet pro ſuo intereſſe ex parte rei
contra actorem; & hoc caſu, aut fuit citatus,
quia nominatus in iudicio, vel quid ſimile, &
arbitror ipſum admittendum, quia eſt quodã-
modo reus neceſſarius veniens pro ſuo intereſ-
ſe ad ſuam defenſionem, aut non fuit citatus,
& eſt maius dubium. Sed breuiter dic, vt col-
ligitur ex ſuperioribus, quòd ſi aliquid inten-
deret conſequi, non admittatur. Secus ſi ve-
niret, vt reus neceſſarius propter præiudicium,
quod ſibi immineret ex proceſſu agitato, ſeu
agitando, quia tunc videtur neceſſario compa-
319 rere pro ſua defenſione. Quero.19.† vtrum
excommunicatus poſſit propria authoritate ca
pere debitorem ſuum fugientem. Sol. D. m.
in.c.cum inter.ẜ. de excep. dicit, quòd ſic, quia
talis captura poteſt dici quædam defenſio, &
hoc dicit æquiſſimum, facit quod legitur, &
not. in.l. ait prætor.§. ſi debitorem. ff. quę
in frau. credi. tetigi in. c. 1. ẜ. de iudi. in no-
tabilibus, & ibi dixi, quòd non memini alibi
hoc legiſſe, & hoc ſatis mihi placet, quia æquũ,
& iuſtum videtur eſſe; & quia talis captura
videtur actus quodamodo extraiudicialis, licet
fiat ad finem, vt ducatur ad iudicem, vt latius
traditur maximè per Barto. in.d. §. ſi debito-
rem, & quia cum periculum ſit de præſenti, vi-
detur quodammodo quædam neceſſaria de-
320 fenſio. Quæro † vigeſimo, vtrum habens
iura ceſſa ab excommunicato, poſſit agere
durante excommunicatione cedentis. Sol.
hæc quæſtio habet duas partes. Prima eſt,
vtrũ excõmunicatus poſſit cedere, & de hoc
dicetur infra in quinta quæſtione principali
huius deciminoni articuli. Sed poſito, quòd
poſſit cedere, vt ibi dicam, dubitatur ſe-
cundo, an ceſſionarius poſſit agere durante
excommunicatione cedentis. Barto. Brixien.
in.q. dominicali decimaſexta, quæ incipit, qui-
dam cum eſſet excommunicatus; tenet, quòd
talis excommunicatus poſſit ſtatim agere ante-
quam cedens abſoluatur, ſecundum Tanc. per
not. in.c. intelleximus. ẜ. de iudi. & melius.ẜ.
de dona. c. inter dilectos. 11. q. 3. c. qm̃ mul-
tos. et ſequitur Hen. Boyc.in.c.veritatis.ẜ. de
dolo. & contu. & Ioan. And. in glo. penul. in.
321 c. vnico. de iur.patro.lib. 6. mouet, quia † illud
vitium excommunicationis cohęrens perſo-
nę, non tranſit ad ſucceſſorem, per.l. an vitium.
ff. de diuer. & temp. præſcrip. & .l. vitia. C. de
acquiren. poſſe. Et eandem ſententiam tenuit
Iaco. de Are. in .l. doli .ff. de noua. vbi ſim-
pliciter dicit, quòd ceſſionario non obſtat ex-
ceptio excommunicationis cedentis per illum
tex. Sed ille tex. nihil facit, quia loquitur in
in delegatione. Et prædictam ſententiã, etiam
tenet Specu. in titu. de procura. §. vltimo.
circa principiũ, pro qua deciſione, facit quod
not. glo. in ver. delegare. in .c. ſuper quæſtio-
num.§. ſi verò. ſupra de offi. delega. Dynus
verò in regu. ſi quis in ius. de regu. iur. lib. 6.
Primo arguit, quòd tali ceſſionario obſtet ex-
ceptio excõmunicationis cedentis, propter ge-
neralitatem illius regulæ. & .ff. de regu. iur. in
.l. qui in ius .l. in his. §. non debeo. & .l. inui-
tus.§. plerunque. eod.titu. In contrarium ar-
guit de .l. apud Celſum.§. de authoris. &.§. ſi
cum legitima.ff. de doli. excep. Deinde concl
dendo diſtinguit, quòd cum exceptio excom-
municationis adhæreat perſonæ, & non rei;
quòd, aut ſucceſſor ſingularis excommunicati
habet titulum lucratiuum, vel quaſi, vt dona-
tionis, legati, vel ſimilis; & tunc exceptio
excommunicationis, quæ obſtat cedenti ob-
ſtabit etiam ceſſionario. Aut non habet titu-
lum lucratiuum, vel quaſi, ſed oneroſum,
vt emptionis, permutationis, vel ſimilis, &
tunc ſecus, vt.d. l. apud Celſum.§. ſi quis au-
tem ex cauſa legati, & .§. de authoris. & .§.
ſi cum legitima. Et eandem opi. tenet Dyn.
in .d. §. ſi cum legitima. & in .d.l.doli. Sed di-
cit Io. And. in.d.c.1. de iure patro.lib.6. in no
uella, ꝙ aliquibus videtur potius cõtariũ, cum
longè



322 longe † magis illicitus videatur eſſe contractus
in quo excommunicatus lucrum participat,
quàm ille cõtract⁹, in quo nõ participat lucrũ.
Facit quod not. idem Ioan. And. in.c.veritatis
ad fin.ẜ. de dolo & contuma. Item facit, quia
323 ſecundum aliquos, † excommunicatus poteſt
facere omnes contractus, qui cedunt in ipſius
incommodum; ſecudum Archid.in.d.c.pia.de
excep.lib. 6. dicam de hoc infra in quinta quę-
ſtione principali huius articuli. Et dicit Archid.
in.d.c. pia. ꝙ excõicato donante, cedente,
vel ſe obligante, poteſt ceſſionarius ſtatim age-
re; cum ceſſet in eo cauſa excommunicationis.
324 Et † idem dic in illo, cui excõicatus delegat de-
bitorẽ ſuum; allegat, quod ſupra dixi ſm Bart.
Brixi. & Specu. & allegat quod not.2.q.1.c.in
primis. poſt prin. in glo. Alij verò diſtinguũt,
ꝙ aut res, & vtilitas non eſt reuerſura ad ceden
tem, & nõ obſtet excõicatio cedentis, aliàs ſe
cus; per ꝑdictã .l. apud Celſum.§. ſed & ſi mu
lier. & .§. apud Iulianum, & .§. ſi cum legiti-
ma, & .§. ſi quis autem ex cauſa, & .§. de aucto
ris. & in.l.purè.§. ſi eũ.ff. de dol.excep. Guido.
de Suza. in tractatu ſtatutorũ, quem refert Ioan.
And. in addit. Spec. in tit. de ceſ. ac.§. fin. ver.
325 illud. & ſcias in.q. † de bannito cuius bona non
ſunt publicata qui ab agendo repellitur, & cedit
aliqua iura, an ceſſionarius poſſit repelli ab agẽ-
do propter bannum cedentis, cuius materiam
Io. An.in.c.1.de iure patro. lib. 6. in nouella.
adducit ad materiam noſtram, vt etiam pleriq;
faciunt, & diſtinguit inter cauſam lucratiuam,
& non lucratiuam, vt ſupra dictum fuit. Alij
verò diſtingunt cauſam neceſſariam, à volunta-
ria. Alij ſimpliciter tenent, ꝙ non agit; & dicit
Io. And.in.d.c.1. ꝙ id, quod diſtinguit de cau-
ſa lucratiua poteſt iuſtificari ex præſumptione
doli; cũ non de facili quis dolet, vt.ff. de proba.
in.l.cũ de indebito. & .C. mãda.in.l.penul. & fi.
& .ẜ. de præſum .c. quia veriſimile. Quidam
tñ reprobant hanc diſtinctionẽ per .l. illã. C. de
dona. Pro alia verò diſtinctione de cauſa neceſ-
ſaria, & volũtaria allegat.l. ſeruũ quoq;.§. fi.cũ
.l.ſequen.ff. de procu. & .l. cum poſtulaſſem .ff.
de dam.infec. Quidam verò diſtinguunt, ꝙ aut
ceſſionarius agit directo nomine cedentis. aut
vtili noĩe ſuo, & hoc vltimo caſu diſtinguitur,
vt dicit Dy. inter cauſam lucratiuam, & onero-
ſam, per.l. qui ſtipendia.C. de procura. Sed di-
cit Io. And. tenẽdum eſſe cum prima opi.prę-
dictis diſtinctionibus, de cauſa lucratiua, vel ne
ceſſaria non conſideratis. Et ad ſolutionem
326 contrariorum, dicit conſiderandum, † vtrum
vitium inſit perſonæ, & rei, an rei tantum, vel
perſonę tantum. Exemplum primi, qñ res fu-
rata poſſidetur à fure. Exemplum ſecundi, qñ
rem furtiuã non poſſidet fur, ſed poſſeſſor bo-
næ fidei. Et hæc vitia tranſeunt, tàm ad ſingu-
larem, quàm vniuerſalem ſucceſſorem, vt inſti.
de vſucap.§. furtiuę. Si verò vitium non tan-
git perſonam, ſubdiſtinguit, quòd aut tangit
perſonam, & actionem, ſicut quando dolus in-
teruenit in contractu; cum aliàs cõtracturo,
& ſic vitium non eſt in re, ſed tangit perſonam
doloſi, & actionem, & hoc caſu procedat di-
ſtinctio de cauſa lucratiua, & oneroſa; ita intel-
ligi poteſt.l.apud Celſum.§. ſed cũ legitima.ff.
de dol. excep. Sed aduerte, quia glo. ibi, vide-
detur velle, quòd tale vitium tranſeat in ſingu-
larem ſimpliciter etiam ex cauſa oneroſa. Sed
poteſt dici, vt dicit Ioan. de Imol. in .l. doli .ff.
de noua. quòd quãdo vitium ineſt actioni, quę
intentatur, indiſtincte noceat ſingulari ſucceſſo
ri, & ita procedat glo. præallegata in .§. ſed cũ
legitima, & ſequitur ibi Bar. quandoq; verò
non ineſt actioni, quæ intentatur; ſed fuit cõ-
miſſus in præambulo antecedente acquiſitio-
nem ipſius actionis, & tunc fiat diſtinctio, an
ſit ſucceſſor ſingularis ex cauſa oneroſa, vel lu-
cratiua. Si verò vitium tangit perſonam tan-
tum, & non actionem; quia non interuenit,
neque in præambulo contractus, neq; in ipſo
contractu, neq; aliquo modo ineſt ipſi rei, vt
in terminis noſtris; quia opponens exceptio-
nem excõmunicationis, vel banni non inficia-
tur litem, ſed perſonam tantum euitat .ff. de
excep. in .l.2. in fin. & talis exceptio, nedum
quòd non tranſeat in ſingularem ſucceſſorem;
ſed nec tranſit etiam in hæredem, vt .ff. de ex-
cep. in .l. exceptiones quæ perſonæ, & .ff. ad
.l. aquil. in .l. paulus. in fin. ff. ad municipa. in
.l. libertus.§. patris.cum ſimili.facta igitur ve-
ra ceſſione, quæ aliàs teneat; ceſſionarius lucra-
tiuus, vel oneroſus; neceſſarius, vel volunta-
rius indiſtinctè agit, nec obſt. ſibi exceptio ex-
cõmunicationis cedentis. Non obſt. ff. quòd
quiſq; iuris. in .l. tertia.§. quod autem, & .ff.
de colla. bono in .l. cum emancipati. in princi.
Nam ibi inflicta erat eliſio ipſi actioni; hic ve-
rò tantum perſonæ. Concludit ergo Ioan.
Andr. quòd ſi actus eſt talis, qui non intente-
tur ad vtilitatem excommunicati, quòd talis
excommunicatus agere poteſt, ſi ſit talis actus
qui poſſit attentari, ſeu celebrari per excom-
municatum, vt eſt ceſſio. Secus ſi non poſſet
attentari, vt electio, prouiſio, & ſimiles actus,
qui non poſſunt celebrari per excommunica-
tum, de quibus dixi ſupra in ſecunda principali
quæſtione, huius deciminoni articuli, de acti-
bus ſpiritualibus. Diſtingue igitur ex omni-
bus prædictis opi. capiendo veram concluſio-
nem, quòd aut actus, per quem excommuni-
catus intendit trãſferre aliquod ius in alium,
non poteſt per ipſum excommunicatum ex-
pediri, & res eſt clara; quia tunc contra ipſum
non excommunicatum obſtat exceptio excom
municationis in vim peremptoriè propter act⁹
inualiditatem. Aut actus poteſt per ipſum ce-
lebrari, qualis eſt ceſſio; ſubdiſtingue, quòd aut
ceſſionarius agit directa actione nomine ceden
tis, quod facere poteſt, vt in .l. planè.ff.fa.her.
& hoc caſu obſt. exceptio excommunicatio-
nis cedentis. Aut ceſſionarius agit vtili actio-
ne nomine ſuo, quod ſimiliter agere poteſt,
vt in .l. 2. C. de acti. & obliga. & hoc caſu, ſi
neque ineſt vitium ipſi rei, neque in præam-

bulo contractus, neque in ipſo contractu, ceſ-
ſionario agenti non obſtat exceptio excomu-
nicationis cedentis, cum ſit merè perſonalis.
Si verò vitium non eſſet merè perſonale, ſed
ineſſet rei, vel actioni, ſiue in pręambulo, ſiue
in contractu; tunc aduertendum eſſet ad for-
mam, & modum excipiendi. Nam ſi excipe-
retur de excõmunicatione cedentis, excipiens
ſuccumberet; quia talis exceptio non reſpice-
ret illud vitium, quod ineſt rei, quę petitur, vel
actioni, quę intentatur, & exceptio debet eſſe
apta ſicut actio, vt in.l. titiæ teſtores.ff. de leg.
.1.ſed exciperetur à te de vitio rei, quod ineſſet,
non eſt dubium, ꝙ obſtaret etiam ſingulari ſu-
ceſſori, & idẽ ſi de vitio actionis: ſed ſi de vitio
præambulo, tunc eſſet diſtinguẽdum inter cau
ſam lucratiuam, & oneroſam, vt patet ex ſupe-
rioribus. Et ſecundum meam prædictam di-
ſtinctionem potes ſaluare dictum Bar. in .d. §.
ſed cum legitima; memini etiam, quòd Bar.
tangit in diſputatione, quæ incipit, ſtatuto ciui
tatis Lucanæ in penul. col. Sed ad præſens vi-
dere non potui. Et ſic habes notabiliter expe-
ditam hanc vigeſimam quæſtionem. Quæro
327 vigeſimoprimo, † vtrum excõmunicatus poſ-
ſit agere per procuratorem conſtitutum ab eo;
& ita poteſt intelligi.c. fin .s̃. de procura. Te-
net Spec. in titu. de procura. §. ratione quoq;
conſtituentis. ver. Item quòd conſtituens ex-
communicatus erat. Et ita etiam ſequitur ibi
Ioan. And. in addi. quia ille tex. & ſimiles, non
poſſunt intelligi in procuratore excommuni-
cati ſe defendentis; quia talis poteſt conſti-
tuere procuratorem, vt dicam in tertio princi-
pali membro ſeq. Et hoc procedit in excom-
municato excommunicatione maiori, ſecus in
minori; quia talis poteſt agere, vt ſæpius dictũ
eſt, & per conſequens procuratorum cõſtitue-
re. Sed aduerte circa prædicta; quia de nouo
328 inſurgit hic mihi notabilis dubitatio; † vtrum
iudicium agitatum, cum procuratore conſtitu-
to ab excommunicato non oppoſita excommu
nicatione teneat. Tu forte diceres, quod ſic;
quia ſi principalis ſuus excõmunicatus ageret,
& nõ opponeretur exceptio, teneret iudicium;
vt dixi in prima quęſtione huius membri; ergo
multo fortius debet tenere, ſi agitur per procu-
ratorem non excõmunicatum. In contrarium
facit, quia cum excommunicatus non poſſit
conſtituere procuratorem, vt .d.c.fin. videtur,
ꝙ talis exceptio poſſit opponi quandocunq;,
& quandocunq; opponatur, reddat iudiciũ re-
329 tro nullum. Sed † ad hoc poſſet reſponderi, ꝙ
.c.fin. procedebat de iure antiquo, quo iure ex-
communicatus nullo modo poterat agere, nec
per ſe, nec per procuratorem, & iudicium agi-
tatum erat nullum, quanuis nulla opponeretur
exceptio, vt dictum fuit in prima quæſtione.
Sed cum hodie iſtud ſit immutatũ, vt in.c. pia.
de excep. lib.6. &.s̃. dictum fuit in prima quæ-
ſtione, & iſta videntur conſequẽtia ad inuicem,
poteſt agere, ergo procuratorem cõſtituere; fa
cta mutatione de impotentia ipſius excõicati,
ad potẽtiam; videt̃ etiam, facta mutatio de im-
potentia cõſtituendi procuratorem, ad poten-
tiam; ſecundum regulam quam habemus in
materia iurium correctiuorum in æquiparatis,
330 & cõſequutiuis, quæ vult, † ꝙ facta correctio-
ne in vno, intelligitur facta in reliquo, vt tradi-
tur in .c. tranlato.s̃.de conſti.not.glo.in.c. non
debet.s̃.de conſang. & affi.& eſt bonus tex. in
.l.ſi quis ſeruo.C.de fur. not etiam in.c.1.s̃. de
poſtu. præla. in authen. ingreſſi, & in authen.
quas actiones. C. de ſacroſan. eccle. cum alijs
infinitis ſimilibus; facta igit̃ correctione in per-
ſona excõicati reſpectu actionis videtur facta
reſpectu conſtitutionis procuratoris, quæ cõſti
tutio videtur cõſequutiua ad poteſtatem agen-
di, vt traditur in .c. petitio.s̃.de procura.& per
Inno. & Doc. in .c. cum .I. & .A. s̃. de re iudi.
Et per Spec. in ti. de procura. §. ratione autem
conſtituentis. ver. item ꝙ conſtitutus eſt ab
Abbate, & traditur etiam in.l. neq;.C. de pro-
cura. in.l. 1.§. vſus.ff. eo. & per Bar. in.l. ſeruos.
.ff. de alimen. & cib. lega. Sed poſſet reſpon-
deri, ꝙ imò hoc non eſt mutatũ reſpectu con-
ſtitutionis procuratoris; quia in ea ineſt alia ra
tio. Tum quia conſtitutio talis expeditur vni-
co momento. Tum quia expeditur abſente
parte. Sed ſolum videt̃ immutatũ ius reſpectu
actionis intentandæ, & proceſſus agitandi; qui
habet cauſam ſucceſſiuam, & agitatur præſen-
te aduerſario; quare cum actus conſtitutionis
procuratoris à principio videatur fuiſſe nullus
ipſo iure, nõ videtur tractu tẽporis poſſe cõua
leſcere, vt in reg. non firmat̃ de reg. iur. lib. 6.
pro quo, faciunt ea, quæ dixi de excõicato qui
impetrauit reſcriptũ, vigore cuius agit excõica
tus, quo caſu dicimus, ꝙ licet pars nõ excipiat
tñ proceſſus eſt nullus, vt dixi in tertia. q. prin.
huius deciminoni articuli in princ. Sed pro
contraria opi. facit quod dicam infra in ſepti-
mo membro huius quintæ quæſt. principalis.
Quæſtio igitur prædicta eſt multũ dubitabilis,
& diſputabilis iudicio meo, nec reperi eam ab
aliquo tactã, ſed nunc venit in mentẽ dici poſ-
ſe, aduertendum eſſe admodum, & formã pro-
cedendi, aliàs opponendi. Si enim opponi-
tur cõtra talem procuratorẽ, ꝙ non debeat au-
diri; quia principalis ſuus eſt excõicatus, & age
re nõ poteſt, & hoc caſu, & hoc ſolo capite nõ
annullatur ꝓceſſus iam agitatus, licet impedia-
tur agitandus, per.d.c. pia. & per ea, quæ dixi in
.d. 1.q. huius mẽbri, ad ꝙ faciunt, quę dicam in
duab⁹.qq. ſequẽtibus. Aut opponit̃ cõtra pro-
curatorẽ de mãdato, ex defectu perſonæ cõſti-
tuẽtis, & quęſtio eſt magis dubia. Sed pro nũc
videt̃, ꝙ potius defenſari poſſit, vt ꝓceſſus red
datur retro nullus, licet de facili cõtraria opi. poſ
ſit defenſari. Cogitabis, & hoc ꝓcedit in procu
ratore ĩ rẽ ſuam, ſi modo intẽtaret directas noĩe
cõſtituentis, ſec⁹ ſi intẽtaret vtiles noĩe ſuo, ſm
ꝙ, latius dictũ fuit in pręcedenti quæſt. Quæro
331 vigeſimoſecũdo, † quid ſi procurator erat con-
ſtitutus ab aliquo ante excommunicationem
principalis, an ſi poſtea antequam intentetur
iudicium



iudicium per ipſum procuratorem ſuperueniat
excommunicatio in perſonam domini poſſit
agere. Sol. hanc quæſtionem etiam non memini
legiſſe ab aliquo tactam, ſed arbitror in eadem
dicendum, ꝙ aut opponitur de mandato, & nõ
poteſt opponi, quia mandatum à principio te-
nuit, ex quo conſtituens erat habilis ad conſti-
tuendum, & conſtitutus habilis ad mandatum
recipiendum, nec mandatum ſit reuocatum;
quia non reperitur iure cautum, quòd propter
excommunicationem domini reuocetur, vel fi-
niatur mandatum. Aut opponitur, quòd per
iſtum agi non poteſt, cum principalis ſuus ſit
excommunicatus, & quæſtio eſt magis dubia;
quia ex quo iſte eſt iam conſtitutus procura-
tor, & durat mandatum, & cum eo poſſit com-
munio haberi; quia non eſt excommunicatus,
videtur per conſequens ceſſare ratio, & cauſa,
propter quam excommunicatus repellitur.
Arbitror tamen diſtinguendum, ꝙ aut loqui-
mur in procuratore in rem ſuam, & diſtingue,
vtrum intentet vtiles, vel directas, vt dixi in vi-
geſima quæſtione. Aut in procuratore ſimpli
ci, & hoc caſu dicerem, quòd iudicium tenet
donec opponatur, per ea, quæ dixi in prima q̃-
ſtione. Et quia ceſſant rationes, de quibus in p̃-
dicta quæſtione. Sed an eo ipſo, quòd oppona-
tur, ſit repellendus, maius eſt dubium. Et prius
videtur dicendum, quòd repellatur, ex quo au-
ctor ſuus repelleretur, vt in.c. licet ex quadam.
ſupra de teſti. Et quia regulariter non põt quis
per alium, quod non poteſt per ſe. Ad quod
etiam facit quod dicam in ſeq. quæſtione. In
contrarium tamen faciunt, quę dicam ſtatim in
vigeſimaquinta quæſt. & quæ dixi in.c. vt famę.
s̃. eod. tit. in ſecunda quæſt. prin. Sed potes col-
ligere ſolutionem ex his, quæ dicam in dicta
332 vigeſimaquinta quæſtione. Quæro † vigeſimo
tertio, quid ſi pendente iudicio per procurato-
rem intentato, ſuperuenit excommunicatio in
perſonam principalis. Et differt hæc quæſtio à
præcedenti, quia ibi ſuperuenit ante intẽtatum
iudicium, hic verò pendente iudicio. Sol. dic,
quòd ſi ſuperuenit excommunicatio minor,
non eſt dubium, ꝙ non obſtat, vt ſæpius dictũ
fuit. Sed ſi ſuperuenit excommunicatio maior,
Hoſt. in.c. licet vndique. ſupra de off. dele. tenet,
quòd repellatur talis ab exceptione excommu-
nicationis, etiam ſi procurator ſit conteſtatus
litem antequàm dominus excommunicaretur;
333 quia licet † per litis conteſtationem procurator
efficiatur dominus inſtantiæ, non tamen effici-
tur dominus cauſæ. Nam cauſa eſt domini, cum
ad eum ſpectet commodum, & incommodum.
2.q.6.c. biduum. §. palam. quod procedit ſe-
cundum eundem Hoſtiẽ. ſi ſit procurator ſim-
plex; ſecus ſi ſit procurator in rem ſuam. Sed
do. Ant. in.d.c. licet. diſtinguit, quòd aut procu-
rator datus in rem ſuam intentat vtiles nomine
ſuo, & procedit dictum Hoſti. quia cum excom
municatio ſit merè perſonalis, non concernit
factum procuratoris agentis nomine ſuo. Aut
intentat directas nomine domini, & tũc poteſt
repelli, & ſequitur. D.m. in.d.c. licet. & bene.
Ad quod faciunt, quæ dixi. s̃. in vigeſima quęſt.
Sed tu aduerte, quia hæc quæſtio recipit illam
dubitationem, de qua dixi in præced. quæſtio.
quæ tamen dubitatio procedit, quando per ad-
uerſarium opponeretur exceptio excommuni
cationis domini. Sed ſi aduerſarius taceret, iu-
dicium teneret, per ea, quæ dixi in præced. q.
334 Quæro vigeſimoquarto, † quid † ſi excommu-
nicatus conſtituit procuratorem perſonam, cui
licitum erat communicare, ſecundum formam
.c. quoniam multos. 11.q.3. de quo dicã in.c.
inter alia. in vigeſimotertio princ. artic. j̃. eod.
Solu. hanc quæſtionem non reperi tactam per
aliquem Doctorem, ſed dic de ea, vt dicam in
335 ſeq. quæſt. Quæro vigeſimoquinto, † de quæ-
ſtione notabili, quam etiam non memini ab ali
quo tactam, videlicet, vtrum coniunctus non
excommunicatus poſſit agere pro coniuncto
excommunicato, poſito quòd ſit talis, qui poſ-
ſit agere ſine mãdato, ſecundum ea, quæ tradun
tur in.l. ſed & hæ.ff. de procur. & in.c. nonnulli.
s̃. de reſcript. & maximè ſi eſſet de his perſonis,
quibus eſſet licitum communicare excommu-
nicato. Sol. in excommunicato minori excom-
municatione, non eſt dubium, ꝙ nõ obſtat ex-
ceptio, vt ſępius dictum fuit in excommunicato
maiori excommunicatione, ſi nõ opponitur de
excommunicatione principalis. Arbitror etiam
clarum, ꝙ iudicium teneat, per ea, quę dicta fue
runt in p̃cedentibus. qq. Sed ſi opponeretur de
excommunicatione principalis, q̃ſtio eſt magis
dubia, de qua aliqualiter tetigi in.c. intellexim⁹.
s̃. de iudi. Et videtur primo, ꝙ non poſſit op-
poni talis exceptio excommunicationis; quia
excommunicatus in p̃dictis caſibus non eſt ha-
biturus aliquã communionem cum iudice, ad-
uerſario, vel alijs perſonis, quæ debẽt in iudicio
interuenire. Sed ipſe cõiunctus, ſeu procurator
eſt ille, qui omnia acta iudicialia poterit exerce
re. Et ideò videt̃ ceſſare cauſa, quare excommu-
nicatus prohibeatur. ſ. vt euitetur communio.
336 Et † ſi aliquis eſſet actus neceſſari⁹ expediẽdus,
requirens ſpeciale mandatum, poterit dare ſpe
ciale mãdatum, ſi eſt de illis perſonis, cum qui-
bus poteſt communicare, & ſi eſt de alijs perſo-
nis, debes ponere, ꝙ dederit ſpeciale mãdatum
priuſquàm excommunicaretur. & ideò videtur
ꝙ talis coniunctus non poſſit repelli. Ad quod
faciunt ea, quæ dixi in.c. vt famæ. s̃. eod. in.2.q.
princ. vbi tractaui, qualiter licet aliq̃n alicui ali-
quid agere per alium, quod ſibi non licet per ſe
ipſum. Et ſi tu diceres, ꝙ non debet poſſe eſſe in
iudicio, ẽt per alium in fauorẽ ſuum, ad hoc, vt
citius reſipiſcat petendo abſolutionẽ. R ñdeo, ꝙ
ſi rõ concluderet, iudicium cum eo agitatum in
fauorẽ ſuum corã ordinario, vel ſimili nõ debe-
ret tenere, quod tñ eſt falſum. In contrarium tñ
faciunt, quæ dixi in.22.&.23.q. Item quia poſ-
ſet contingere caſus, quòd iudex vellet ipſum
perſonaliter comparere, vt poſſet ſcire veritatẽ
ab eo, tãquam à melius informato, vt in.c. que-
relam, & ibi traditur ſupra de procurato. & in

c. 1.&.2. de iudi. lib.6. Et ſi tu diceres, etiam
poterit excommunicatus cum perſona non ꝓ-
hibita communicare,& dare ſibi certum man-
datum,vt certum quid reſpõdeat,poſſimus re-
ſpondere. quod hoc non obſtante,poterit iu-
dex velle illum perſonaliter comparere, & re-
ſpondere, vt videat qua audacia, quo colore,
aut quo pallore loquatur, vt traditur in dictis
iuribus. tradit Bar.in.l.fi. C.de procura. Præ-
tereea video, quòd excommunicatus poteſt
conueniri,& tanquàm reus eſſe in iudicio. quo
caſu, eidem ab agẽte, à iudice,& ab alijs perſo-
nis neceſſarijs, quæ debent interuenire in iudi-
cio,poteſt ſibi communicari; & tamen ſecun-
dum aliquorum opinionem compellitur ipſe
conſtituere procuratorem. de quo dicam infra
in tertio princ.membro huius articuli. Poſſent
etiam, & alia plurima pro vtraque parte allega-
ri,quæ omitto; vnde quæſtio remanet ſatis di-
ſputabilis. Cogitabis. Quæro vigeſimoſexto,
337 quid † ſi excommunicatus agit, & aduerſarius
tacet,nec opponit de excommunicatione,vtrũ
iudex poſſit ex officio ipſum excommunicatũ
repellere. Sol.tex.videtur apertus,quòd poſſit
in.c.pia.in fi.de excep. lib.6. tetigi in prima.q.
huius ſecundi membri. Et ſicut reus poteſt per
exceptionem ſuam ipſum actorem repellere in
qualibet parte litis, ita etiam poteſt iudex ex
officio, adeò quòd,etiam poſt ſententiam po-
teſt excommunicatum repellere ab executione,
ſi illam petat,vt tenet glo.fi. Io.Mo.Io.And.&
Doct.in.d.c.pia. Et ad hoc,quòd iudex poſſit
repellere, facit quod not. glo. in.c.nulli. ꝟ. de
accuſa.& ibi omnino vide iura,& authoritates,
quas allegaui ad hoc. Et ratio eſt, quare iudex
poſſit ita impartiri officium ſuum,propter pe-
riculum animæ, ſecundum Hoſti. allegat.ꝟ.de
elect.c.cum à nobis.ad fi.& ſupra de exceptio.
c.exceptionem. & ſequitur Io.And.in.d.c.pia.
Sed circa hoc ſubiungitur notabilis quæſtio,
338 quid † ſi iudex velit ex officio repellere excom
municatum,reus verò cuius intereſt,petit pro-
cedi in cauſa,an debeat iudex talem excommu
nicatum admittere; videtur dicendum ꝙ non;
quia ſtatim dixi, ꝙ iudex põt repellere propter
periculum animæ;ergo voluntas partis non de-
bet poſſe operari in animarum præiudicium.
Sol.Inno.in.d.c.exceptionem. in glo.fi. tenet,
ꝙ iudex debeat ipſum admittere, & non poſſit
ipſum repellere; quia hoc inductum eſt in fauo
rem rei,& odium excommunicati; & ideò non
debet retorqueri in odium rei, & fauorem ex-
communicati, vt in reg. quod ob gratiam. de
reg.iur.lib.6. & in.l.quod fauore. C.de legib.
Sed do.Domi.2.q.7.in.c.alieni. ſuper glo. te-
net contrarium. Et ratio eſt,quia hoc,vt excom
municatus repellatur eſt introductũ inter alias
cauſas per Doct.aſſignatas, propter periculum
communionis vt dictum eſt; & ideò iudex par
ticipando cum excommunicato peccaret, ex
quo ſumus in caſu à iure prohibito. & ideò vi-
detur ex officio ſuo poſſe repellere excommu-
nicatum,velit, nolit aduerſarius. Non obſtat
ratio Inno, ꝙ hoc fuerit inductum in fauorem
rei &c. quia licet iſta fuerit vna cauſa,tamen nõ
339 fuit ſola. † Sed aliæ plures fuerunt, ꝓpter quas
excommunicatus repellitur, quas aſſignat tex.
in.d.c.pia.quæ concludunt, & ad alios, quam
ad reum,nec eſt fauor reo,quòd actor admitta-
tur, imò eſt ei odium cum ipſe impugnet reũ,
& intendat aliquid ab eo conſequi. Vnde con-
cludit, quòd etiam inuito reo poterit iudex
repellere actorem excommunicatum,& ita etiã
reſidet do.Domi.in.d.c.pia.§.fi.ſed mihi indi-
ſtinctè non placet hæc opin. per ea, quæ dicam
in ſeq. quæſt. Vnde ego arbitror diſtinguen-
dum, ꝙ aut ſumus in principio iudicij, quando
ſcilicet actor venit ad iudicium,& vult facere ci
tari reum, & poteſt iudex ex officio ſuo ipſum
repellere,etiam ſi reus vocãdus contradiceret.
Et ita procedit opi.do.Domi. Aut iam deuen
tum eſt ad citationem, & reus citatus iam com
paruit,& tunc ſubdiſtinguerem; quòd aut ſum⁹
in caſu, in quo licitum eſt actori inuito reo deſi
ſtere,& vlterius non proſequi iudicium inchoa
tum, ſecundum ea quæ traduntur in.l.edita.C.
de eden. & in authen. qui ſemel. C.quomo.&
qñ iud. & hoc caſu iudex poteſt ipſum repelle-
re,accedente ipſius actoris voluntate, licet reus
contradicat. Sed contradicente actore maius
eſt dubium, tamen ſatis æquè videtur idem di-
cendum, eo quòd reo nullum eſt adhuc ius q̃-
ſitum. Et his etiam caſibus poteſt procedere
opin.do.Domi. Aut ſumus in caſu,quo non eſt
licitum actori, inuito reo deſiſtere, & hoc caſu
inſtante reo non poſſet iudex ipſum actorem
etiam volentem repellere, per ea quæ dicam in
ſeq. quæſtione. Et ita procedat opin.Inno. Nec
obſtant allegata in contrarium, quia tunc adeſt
periculum animæ,quãdo ius non permitteret;
ſed ius permittit,& concedit validitatem iudi-
cij,vt.d.c.pia.igitur &c. De facili tamen poſſet
340 contraria opin. defenſari. Quæritur † vigeſi-
moſeptimo, quid ſi agitur per excommunica-
tum,vel eius procuratorem, & pars non exce-
pit, ſed ipſe excommunicatus vult deinde reſi-
ſtere,eo quòd allegat ſe excommunicatum; an
poſſit,an verò inſtante reo compellatur proſe-
qui. Sol.hanc quæſtionem tetigi in.c.intelle-
ximus.ꝟ.de iudi.ſed dic latius, quòd aut ſumus
in caſibus, in quibus quis non compellitur in-
uitus agere, ſeu accuſare, quod eſt regulare; vt
in rubro,& nigro.C.vt nemo inui.age. vel accu.
compel. Aut ſumus in caſibus ſpecialibus, in
quibus quis ſpecialiter compellitur agere, vel
accuſare. Primo caſu diſtingue, ꝙ aut excom-
municatus adhuc nõ proceſſit ad talem actum,
vt propter ipſum poſſit compelli inuitus perſi-
ſtere in iudicio vſque ad finem, ſecundum ea, q̃
notantur in authen.qui ſemel.C.quomo.& qñ
iud.& in.l.edita.C.de de edend. & hoc caſu ex-
communicatus non poteſt compelli, vt proſe-
quatur. Aut excommunicatus ꝓceſſit ad talẽ
actum, propter quem inuitus poteſt compelli
perſiſtere in iudicio vſque in finem;& hoc caſu
non poteſt excommunicatus,allegando excom
muni-



municationem ſuã deſiſtere inuito reo. & hoc
tenet.D.m.in.d.c.intelleximus.& ibi ſequutus
fui. Aut ſumus in caſibus, in quibus quis com
pellitur agere,vel accuſare.de quibus per Doct.
in.l.vnica.C.vt ne.inui.age. vel accuſa. & in.l.ſi
ea.C.qui accu.non poſſ. & in.l.titia. ff.de accu.
& in.l.aurelius.§.ſi centum.ff.de libe.leg. cum
ſimili. Et dic,quòd ad petitionem non excom-
municati compellitur agere, vt dixi in.d.c.intel
leximus, ne aliter excommunicatus de malitia
ſua reportet commodum,quòd eſſe nõ debet,
vt ibi. & in.c.ſi verò.ꝟ.eod. &.ff.de donat.inter
vir.& vxor.l.3.§.1. Item quia non debet eſſe
melioris conditionis inobediens, quàm obe-
diens,vt in.c.1.ꝟ.de poſtu. in.c.contingit.ꝟ.de
do.& contuma.& in.c.eum qui. de præb.lib.6.
Sed ſi iſte nõ eſſet excommunicatus,cogeretur
agere inuitus in prædictis caſibus ſpecialibus,
341 ergo &c. Quæro † vigeſimooctauo,ad hoc,vt
excommunicatus repellatur ab agendo, quali-
ter debeat excipi,& quando,& quomodo fieri
probatio,& infra quod tempus;de quibus quę-
ſtionibus dic,vt latè dicam in ſexta prin.quæſt.
iſtius deciminoni artic. vbi ſpecialiter tractabi-
tur materia exceptionis, & replicationis reſpe-
ctu excommunicati &c. Quæro vigeſimo-
342 nono, † vtrum excommunicatus poſſit appel-
lare,& appellationem proſequi,poſito ꝙ fuerit
actor in cauſa principali;quia ſi fuit reus,minus
eſt dubium,quòd poſſit, vt dicam in ſeq. mem-
bro princ. dubitatio ergo procedit hic in acto-
re. Sol.glo.Inno. & Doct. in.c.ſignificauit.de
except.tenent ꝙ ſic,per illum tex. per quem vo
lunt,quòd non ſolum reus originarius, ſed etiã
actor poſſit appellare, & appellationem proſe-
qui,non obſtãte excommunicatione. Nam ca-
pitulum ibi fuerat actor, quod patet, quia pri-
mo egit coram Archiepiſcopo petendo confir-
mationem illius,quem elegerat; & tandem per
capitulum fuit appellatum, & de excommuni-
catione oppoſitum, & ſic erat actor; & tamen
dicitur ibi,quòd non obſtat exceptio excommu
nicationis. Hoſt.verò in.d.c.ſignificauit.tenet
343 contrarium,dicens, ꝙ ille qui eſt actor † in cau-
ſa principali, intelligitur eſſe actor in cauſa ap-
pellationis,per.l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.&
per not. in.c.in præſentia.ꝟ.de renun. & ideò
ſicut in principali repellitur per exceptionem
excommunicationis, ita debet repelli in appel-
latione. Vnde concludit, ꝙ ſi vult audiri,debet
facere ſe abſolui. Ad quod etiam allegat.c.ex-
ceptionem.ꝟ.de excep. & ſubdit,quòd ſi tanto
tempore ſtaret ad petendum abſolutionem, ꝙ
ſit lapſum tempus appellationis explicandæ, ꝙ
amplius non auditur, & de ſe conqueri debet.
arg.ff.de min.in.l.cum mandatu. Non obſtat
d.c.ſignificauit.quia licet eo reſpectu, quo ca-
pitulum ibi petebat confirmationẽ eſſet actor,
& eo reſpectu non deberet audiri; tamen quia
quãtum ad inſtitutionem Zepi factam per Ar-
chiepiſcopum, capitulum tenebat locum rei,
quia defendebat iura eccleſiæ, & hoc reſpectu
debebat audiri. Io. And.in.d.c.ſignificauit.mul
tum inſtat, ſed tandem concludit, ꝙ aut excom
municatus appellat ab interlocutoria, & finito
articulo appellationis,poteſt prætextu excom-
municationis repelli,ex quo eſt actor;quia nũc
exceptio excommunicationis opponitur cau-
ſæ principali,quam aſſumit iudex finito appel-
lationis articulo,vt not.in.c.1.de appel.lib.6.
Sed prius durante appellatione non poteſt re-
pelli,cum veniat ſtimulatus. Aut excommuni-
catus appellat à diffinitiua, & ſimpliciter tenet
opin.Inno.vt non poſſit repelli, & hoc propter
commixtionẽ appellationis, & principalis cau-
344 ſæ. † Non enim poteſt cognoſci de appellatio-
ne, quin cognoſcatur de principali; vnde po-
tius propter iniquitatem grauaminis, quòd
ſaltem re ipſa infertur, licet fortè non ex iu-
dicis propoſito, debet audiri, ipſe etiam ſu-
per principali propter commixtionem. Facit
.c.ſacris.& quod ibi not. ſupra de ſepul. & qđ
not.in.c.1.ſupra ne ſed.vac. & in.l.vna. in prin.
C.de rei vxo.act. Et hanc opi. tenet Lap. abb.
in.c.pia. de excep.lib.6.& cõmuniter* ſequun- Cõm.opi.
tur Moderniores in.d.c.ſignificauit. vbi etiam
D.m. dicit, quòd credit eam veriſſimam, & ꝙ
apertè probatur per illum tex.ſi bene pondere-
tur. Nam in quantum ibi pronuntiatum fuit ſu-
per appellatione,ius eligẽdi ad capitulum per-
tinere,apertè colligitur, ꝙ capitulũ erat actor.
Item mouetur per tex.illum, dum dicit partem
aduerſam nõ eſſe cogendam ad reſpondendum
ipſi capitulo; & ſic patet, quòd capitulum erat
actor. Sed ad hoc poſſet reſponderi,quòd erat
actor in cauſa appellationis,& ſic,quia appella-
tor tenebatur appellatus ei reſpondere. Non
obſtat ſecundum.D.m.c.per tuas.ꝟ.eod.quod
videtur aliqualiter contrariari prædictæ opin.
quia illud procedit, quando excommunicatus
appellat à ſententia excommunicationis, & fa-
tetur ſe ligatum. Vnde cum in omnem euẽtum
ſit abſoluẽdus, ex quo excommunicatio tenuit,
vt in.c.cum contingat.de off.delega. ideò non
debet audiri ſuper iniuſtitia excommunicatio-
nis,niſi prius petat abſolutionem, ne videatur
contemnere excommunicationem. Secus quã-
do nõ eſſet appellatum ab excommunicatione.
Non obſtat.c.exceptionem.ſupra de exceptio.
345 quia procedit in cauſa principali, in qua † po-
teſt opponi exceptio excommunicationis in
qualibet parte litis. Secus in cauſa appellationis.
Et de ratione diuerſitatis ſtatim dicam in ſeq.
quæſtione. Et hanc eandem ſequitur.D.m.in.c.
cum inter.ſupra de exceptio. Tu verò breuiter
diſtingue,quòd aut quæritur, vtrum excommu
nicatus poſſit appellare à ſententia excommu-
nicationis latæ contra ſe,& non eſt dubium, ꝙ
poteſt appellare,& reſcriptum impetrare, vt in
c.1.de reſcript.lib.6. Sed an ante petitam ap-
pellationem poſſit proſequi,vide quæ latius di-
xi in.c.ſacro. ſupra eod. in decimotertio princ.
artic. quaſi per totum illum articulum, & maxi
mè per quatuordecim vltimas notab. quæſtio-
nes illius articuli. Aut appellatur ab alio articu-
lo, quam excommunicationis, & diſtingue, ꝙ
aut

aut appellatur ab interlocutoria, & placet mihi,
quod ſupra dixi, ſecundum Io. And. & tenet Io.
de Lig. in clem. 1. de reſti. in integ. & alibi etiam
Io. de Lig. in quodam ſuo tracta. de ſen. excom.
quem nuper vidi, dicit, quòd ſi ſuper interlocu-
toria pronuntiatur male appellatum, fiet remiſ-
ſio, per. c. vt debitus. s̃. de appell. &. c. cordi. eo.
tit. lib. 6. Si verò pronuntiat bene appellatum,
incipiet cognoſcere de viribus principalis cau-
ſę, & ſic poterit opponi de excommunicatione.
Aut appellatur à diffinitiua, & placet mihi com
Cōm.opi. munis* ſententia, vt poſſit quis appellare, licet
fuerit actor, & reſcriptum impetrare abſque
etiam eo quòd faciat mentionem de excommu
nicatione, vt dixi latè in tertia quæſtione princ.
huius artic. in tertia fallen. Et placet etiam, ꝙ
poſſit appellationem proſequi, per ea, quæ ſupe
rius dicta ſunt. Faciunt, quę dicam in ſeq. q̄ſtio.
Habes igitur ex prædictis, quòd licet quis fue-
rit actor in cauſa principali, tamen poteſt appel
lare, & appellationem proſequi; quod etiam
tenet Io. Cald. in. c. ſignificauit. ſupra de except.
Sed vtrum poſſit proſequi vſq; in finem, ita ꝙ
poſſit petere ſententiam pro ſe ferri, & ſub qua
forma, dicam plenè ſtatim. q. 34. Et ad hanc q̄-
ſtionem vide, quæ dicentur ſtatim in tribus q̄-
ſtionibus ſequentibus. Quęro trigeſimo, qua-
346 re † in cauſa principali actori excommunicato
obſtet exceptio excommunicationis, & non in
cauſa appellationis. Sol. Io. de Lig. dicit, quòd
ratio eſt; quia ante ſn̄iam non fit effectuale prę-
iudicium, quia per ſententiam, quæ nondum la-
ta eſt, non eſt quæſitū ius aduerſario; ſecus poſt
latam ſententiam contra actorem; quia ſi deſe-
reretur appellatio, ſentētia tranſiret in rem iu-
dicatã, & ſic non ſubueniretur ſibi aduerſus in-
iuſtam ſententiam iudicis. Quæro trigeſimo-
347 primo, † quid ſi appellans excommunicatus,
negligit, vel non vult proſequi appellationem
ſuam, & appellatus velit illam proſequi. Sol. ſi
appellatus non eſt excommunicatus, deciſio vi-
detur ſatis clara, quòd poſſit; quia in præiudi-
cium appellati non eſt licitum, etiam non ex-
communicato appellanti deſerere appellatio-
nem inuito appellato; ſecūdum ea, quæ latè di-
xi in. c. interpoſita. §. ille denique. ſupra de app.
& traditur in. c. 1. de appel. lib. 6. &. C. de appel.
in. l. ſi quis libellos. canonizata. 2. q. 6. c. ſi quis.
quare, ſi hoc non licet nō excommunicato, lon
geminus debet licere excommunicato, per ea,
quæ ſupra dixi in. 27. q. Sed ſi appellatus eſſet
etiam excommunicatus, vel eſſet ipſe excom-
municatus, & non appellator, maius eſt dubiū,
in quo Archid. in. c. pia. de except. lib. 6. tenet,
quòd talis repellatur, eo quia ius ipſius appella-
ti non fuit læſum, ſed potius confirmatum per
ſententiam iudicis. ff. de pign. in. l. grege. §. etiã.
s̃. de re iudi. c. cum inter. &. c. ſuborta. Præte-
rea appellante non proſequente rata manet ſen
tentia. 2. q. 6. c. ei qui. & ſupra de appella. c. eum
ſit romana. ergo &c. Item probatur, quia ſi vi-
ctor excommunicatus peteret ſententiam latã
confirmari, vel exequi repelleretur. Primum pa
tet ſupra de confir. vti. vel. inuti. c. bonæ. Secun-
dum probatur in. c. pia. §. penul. de excep. lib. 6.
facit ſupra de accu. c. accedens. Nec obſtat. c. ſi-
gnificauit. ſupra de except. vbi vtraque pars ad-
mittitur; quia ibi vtraque pars appellauerat à
ſententia lata in quantum eſſet lata contra ſe
quod fieri poteſt, vt ſupra de teſta. c. Raynutiꝰ.
&. c. Raynaldus. Fatetur tamen Arch. d. quod
eſt commune tàm actori, quàm reo appellare,
& appellationem proſequi; quia aliàs appellare
nihil prodeſt, vt ꝓbatur. c. ſi. ſupra de exceptio.
quod facit, ad id, qđ ſtatim dixi in vigeſimano
na quæſtione. & ſequitur Io. And. in. d. c. pia. in
nouel. & do. Domi. ibi, & Io. de Lig. & in dicto
tractatello. &. D. m. in. c. cum inter. ſupra de ex-
cep. & mihi placet. Quæro trigeſimoſecūdo,
348 vtrum † excommunicatus poſſit appellare ex-
tra iudicium, & intellige de excommunicatio
excommunicatione maiori; quia de minori nō
eſt dubium. Sol. Inno. fuit varius. Nam in. d. c.
cum inter. tenuit quòd non, cum talis appella-
tio ſit ad cauſam ꝓuocatio, & ſic habet vim cō-
uentionis, quæ interdicitur excommunicato,
vt dixi ſupra. q. 1. Contrarium ſentit in. c. di-
lecti. de ma. & obed. Io. Mo. in. c. pia. de excep.
lib. 6. diſtinguit, quòd aut appellatio eſt merè
extraiudicialis, & tunc cum illa ſit quædam ꝓ-
uocatio, vt ſupra de appella. c. cum ſit romana.
meritò repellitur, quia venit voluntarius ad iu-
dicium, vt. d. c. cum inter. Aut appellatio non
eſt merè extraiudicialis, vt in illo, qui appellat
ab executore, qui vult alteri prouidere de bene-
ficio, & tunc quia talis vexari, & grauari poteſt
ab executore appellare poterit, & proſequi, nō
obſtante exceptione excommunicationis, vt in
. c. ſi. ſupra de except. quia hoc caſu venit ad iu-
dicium non voluntarius, ſed ſtimulatus ſe defen
dendo, quo caſu admittitur. vt. d. c. cum inter.
& tenet Archid. in. d. c. pia. & Io. And. ibi in no
uel. qui dicit, quòd per hãc diſtinctionē poſſunt
ſaluari prædictæ contrariæ opin. Inno. & ſequi-
tur Io. de Lig. Aduerte tamen, quia quod di-
349 xi, quòd talis appellatio † facta ab executore, di-
citur extraiudicialis mixta, & nō iudicialis, limi
tat Inno. in. c. ad diſſoluendum. ſupra de deſpōſ.
impub. in glo. magna, & ſequitur do. Domi. in
c. pia. Si modo executor non aſſumeret partes
iudicis, ſed meri executoris. Sed quando aſſu-
meret partes iudicis, quod poteſt, vt in. c. dudū.
de præſump. tunc non cenſeretur appellatio ex-
traiudicialis. Et prædictam etiam diſtinctionē
tenet Pau. de Leaz. qui dicit, quòd quædam eſt
appellatio extraiudicialis, qualis eſt illa, quę in-
terponitur ab electione, vt in. c. concertationi.
de appel. lib. 6. Quædam verò eſt mixta inter
extraiudicialem, & iudicialem, qualis eſt illa,
quę interponitur à collatione executoris, quę
participat de iudiciali, eo quòd vice iudicis cō-
fert, cum vice domini confert. Item participat
de extraiudiciali, quia ibi nullus actus iudicialis
interuenit. & ideò dicitur mixta. D. Anto. in
d. c. cum inter. dicit, quòd illud, quod dictum
eſt ſupra de appellatione merè extraiudiciali,
procedit



procedit, in quantum appellaretur à futuro gra
uamine. Quatenus verò appellaretur à graua-
mine de pręterito, quò ad finem deuoluendi,
iuxta not. in. c. bonę. ſupra de appella. putat do.
Anto. ꝙ excommunicatus deberet audiri cum
ſtimuletur à grauamine, maximè vbi eſt graua-
men poſſeſſionis. Sed dicit. D. m. in. d. c. cum
inter. quòd putat hoc dictum omnino falſum;
quia vt ſupra dictum eſt, talis appellatio extra-
iudicialis, eſt prouocatio ad cauſam, nec ꝓpter
imminens grauamen extraiudicialiter debet
excommunicatus audiri, & mihi placet, per ea,
quæ dixi ſupra in ſeptima quęſtione, & ſeptem
quæſt. ſequē. ſed maximè in nona, & decima. Et
vide etiam ad prædicta, quæ dixi ſupra in tertia
quæſt. princ. huius deciminoni artic. fall. 2. in fi.
vbi tractaui de impetratione reſcripti. Quæro
350 trigeſimotertio, quid † ſi non excommunicatus
appellat extra iudicium, deinde excommunica-
tur, vtrum audiatur volens proſequi appella-
tionem; an verò repellatur exceptione excom-
municationis ſuperuenientis. Et ad hoc vt ꝓce
dat dubitatio, intellige de excommunicatione
maiori in appellatione merè extraiudiciali; quia
in iudiciali non eſt dubium, ꝙ non repellitur.
Sol. Innocen. diſtinguit, quòd aut negotium eſt
delatum ad ſuperiorem; puta quia poſt appella-
tionem, & ante excommunicationem grauatus
fuit in eo, ſuper quo appellauit. Et maximè ſi
arripuit iter veniendi ad curiam ante excommu
nicationem; quia tunc poterit dictam appella-
tionem ꝓſequi. arg. 3. q. 9. in. c. re vera. Et quia
regulare eſt, ꝙ appellans poſſit proſequi ap-
pellationem ſuam, vt ſupra dictum fuit; & quia,
iam cęptum videtur iudicium, & appellationis
cauſa, per not. in. c. gratum. & in. c. cum cauſa.
de off. delega. Aut ante excommunicationem
non fuit grauatus, & per conſequens appellatio
nondum habebat effectum, nec negotium erat
tranſlatum ad ſuperiorem, & hoc caſu non po-
terit appellationem proſequi. Refert tamen
Inno. alios tenere contrarium, qui volunt, quòd
talis poſſit indiſtinctè proſequi appellationem.
Ita dicit Inno. in. d. c. cum inter. ſupra de excep.
& ſequitur Io. de Lig. in. d. tractatello. d. Anto.
in. d. c. cum inter. tenet primam diſtinctionem,
& reddit rationem diuerſitatis inter primum,
& ſecundum caſum; dicens, quòd quando ſu-
peruenit grauamen, ſe defendit ſtimulatus, qđ
non eſt ante, & ideò repellitur; dicit. D. m. ibi,
quòd licet hæc non ſit ſufficiens ratio diuerſi-
tatis; quia tēpore proſequutionis ſemper repe-
ritur grauamen præceſſiſſe, & ſic ſecundum ra-
tionem. d. Ant. ſemper debet admitti, cum ve-
niat ſtimulatus à grauamine, quod tamen eſt fal
ſum. Vnde concludit, quòd talis indiſtinctè
non admittitur ad proſequutionē; quia appel-
351 latio † extraiudicialis propriè, & ſtrictè non eſt
appellatio, ſed potius quædam prouocatio ad
cauſam, vt eſt tex. ſingularis in. c. cū ſit romana.
de appella. nec ſuperuenientia grauaminis, mu-
tat naturam iſtius appellationis, ſed iuſtificat eã
vires aſſumere, vbi erat primo quaſi conditio-
nalis, & pendebat à futuro grauamine. Vnde
regulariter non tenetur appellatus comparere
ad terminum appoſitum per appellantem; ſed
oportet, quòd ad ipſius inſtantiam iudex citet
aduerſarium, vt not. glo. in. d. c. cū ſit romana. &
Inno. in. c. dilecti. de maio. & obedi. & ſic cum
appellãs ſemper teneat locū actoris, pōt ſemper
repelli ꝑtextu excōicationis, etiã ſuperuenien-
tis, vt in. c. prudentiã. §. ſexta. s̃. de off. deleg. &
in. c. exceptionē. s̃. de except. & in. c. pia. de ex-
cep. lib. 6. Nec obſt. c. ſi. s̃. de excep. ſuper quo
ſe fundat Inno. dicens, ibi, eſſe caſum, ꝙ excom
municatus poſſit ꝓſequi appellationem, ſi ſen-
tentia tranſiret in rem iudicatam. Vnde ꝓpriè
dicitur ſe defendere appellando, & appellatio-
nem proſequendo; quia, tex. ille loquitur in gra
uamine iudiciali. Sed nos loquimur in extraiu-
diciali per partem inflicto. quo caſu ceſſant ra-
tiones prædictæ, eo quòd poterit poſtea quan-
docunque proſequi grauamen, ſaltem per viam
querelæ, vt. d. c. concertationi. de appel. lib. 6.
Vnde non timetur de tranſitu in rem iudicatã.
Nec obſtat, quod opponit̃ de grauamine; quia
hoc idem eſt reperire circa omnem excommu-
nicationem; nec poteſt, propter tale grauamen
excommunicatus illud proſequi, vt ſupra dixi,
etiam ſi fuit ſpoliatus, vt dixi ſupra in nona. q.
huius membri; quamuis ſpoliatio ſit in plurimis
priuilegiata, vt in. c. ſi. s̃. de ordi. cogni. Et hæc
opin. mihi placet. Quid autem iuris ſit, ſi ſuper-
ueniat excommunicatio in perſona procurato-
ris; quia appellauit à ſententia contra ſe lata, dic
vt dicam in ſeptimo membro prin. huius quin
tæ quæſtionis principalis. Quæro trigeſimo-
352 quarto, vtrum in caſibus, † in quibus excom-
municatus poteſt eſſe in iudicio tanquã actor,
puta in cauſa appellationis, vt ſupra dictū fuit,
poſſit petere ſententiam pro ſe ferri. Pone exē-
plum, actor petebat centum à reo, iudex iniuſtè
abſoluit reum, vnde actor appellauit, & in cau-
ſa appellationis conſtat iudici, ad quem, ꝙ de-
buit reus condemnari. Quare dubitatur, vtrum
ad petitionem excommunicati, contra quem
opponitur de excōmunicatione; iudex ad quē
poſſit facere hanc condemnationem. Sol. glo.
magna in. d. c. ſignificauit. ponit duas opinio.
Prima, ꝙ caſſabitur ſententia de præſenti, vt ſic
actor releuetur à grauamine, ſed condemnatio
rei differretur in euentum abſolutionis; quia nō
debet ferri ſententia pro excommunicato. Se-
cunda opin. glo. eſt, ꝙ nec etiã feratur ſententia
cōdemnatoria; quia cum nō conſtet ipſum ex-
communicatum, nec conſtare poſſit, eo quòd
aduerſarius ad hoc probandum non debet ad-
mitti, cum ſimus in cauſa exceptionis, meritò
videtur, quòd ſententia poſſit ferri pro excom-
municato. & in hac opin. videtur reſidere glo.
prædicta; & ſic videtur ſentire, quòd ſi conſta-
ret de excommunicatione, non deberet ferri
ſententia pro eo. Io. And. tenet, quòd ratione
grauaminis admixti audiatur etiam ſuper prin
cipali, per ea, quæ dixi in vigeſimanona quæſt.
Sed Io. Cald. in. d. c. ſignificauit. tenet primam
opin.

opin.glo. dicit enim, quòd iſta diuiſibilitas erit
in pronuntiatione, quia ſicut æquitas ſuadet, vt
excommunicatus poſſit appellare, & appellãdo
ſe defendere, ita debet ſeruari iuſtitia, quæ non
vult, quòd aliquid adiudicetur excommunica-
to, vt ſupra de iudi. c. intelleximus. Vnde dicit,
quòd iudex, ad quem caſſando ſententiam, de-
bet proteſtari, ꝙ per hoc non condemnat reum
actori in principali petito, eo quòd, de excom-
municatione actoris eſt ſibi facta legitimè fi-
des; & ideò dicit hanc proteſtationem obſeruã-
dam; quia ſimpliciter caſſando ſententiam, vi-
deretur condemnare reum actori, quod vltimũ
an ſit verum, Docto. ſunt varij; ſed non inſiſto,
quia non eſt materia noſtra. Sed dictam opin.
tenuit Bar. in. l. eos. C. de appel. & glo. in. l. prę-
ſes. C. de ſentẽ. Contrarium tamen tenuit idẽ
Barto. in. l. cum apud. ff. iud. ſol. de qua materia
vide quod latè dixi poſt Docto. in. c. cum cauſa.
s̃. de re iudi. Sed redeundo ad propoſitum, &
ad articulum noſtrum, dic, ꝙ prædictam opin.
glo. & Cald. tenẽt etiã Do. de Rota. deciſ. 189.
353 vbi volunt, quòd † licet pro reo cõtumace poſ-
ſit ferri abſolutoria, non tamen adiudicatoria.
arg. d. c. cum inter. s̃. de except. &. l. quanuis in-
dubitati. C. de adulte. d. Ant. in. d. c. ſignificauit.
dicit, ꝙ hæc opin. procedit, quando opponitur
exceptio excommunicationis ante concluſio-
nem in cauſa, quia tunc poſtea non poteſt exci-
pi, nec ferri probatio, vt in. c. auditis. s̃. de pro-
cura. Sed. D. m. in. d. c. ſignificauit. non placet
dicta diſtinctio. Mouetur, quia ſi poteſt obijci
ad condemnationem deferendam ante conclu-
ſionem in cauſa; ergo poteſt opponi etiã poſt,
cum hæc exceptio ſit priuilegiata, quòd poſſit
opponi in qualibet parte litis, vt. d. c. exceptio-
nem. s̃. de except. &. c. pia. eo. tit. lib. 6. vbi patet
in fi. quòd etiam poſt ſententiam poteſt oppo-
ni ad differẽdam executionem; ergo multo for
tius debet poſſe opponi poſt concluſionem, ad
differendam condemnationem. Facit quia ra-
tiones poſitæ in. d. c. pia. militant etiam poſt cõ-
cluſionem in cauſa. Præterea mouetur, quia
354 æquitate † ſuggerente, quandoq; admittitur
probatio, & ſuſpenditur primum iudicium, vt
in. c. paſtoralis. s̃. de cau. poſſ. & proprie. Et hãc
opin. tenet etiam Spec. in tit. de renun. & con-
troue. §. 1. ver. & ſcias. Subdit tandem. D. m.
ꝙ credit, quòd de rigore iuris poſſit defendi pri
ma opin. quam ſequitur Cald. quia in condem-
natione, ſeu declaratione ceſſat illa æquitas gra-
uaminis, quæ fecit excommunicatum audiri, &
quia ſatis videtur eſſe ſibi, quòd per caſſationẽ
ſentẽtię, eidem prouidetur aduerſus ſtimulum
355 iniquitatis ſententiæ; quia indultum † contra
iuris regulas, ex aliqua iuris neceſſitate durat,
quandiu durat illa neceſſitas, ſeu cauſa. vt ſupra
de vi. & hone. cler. c. deus qui. & ſupra de præ-
ſcrip. c. ex tranſmiſſa. & in reg. cum ceſſante. in
prin. ſupra de appel. Alia tamen opin. videtur
ęquior, & minus deuiat à regulis iuris, tũ quia,
ſequendo primam opinionem fertur ſententia
per tales partes, cõtra ea, quæ traduntur in. l. in

hoc iudicio. ff. fami. herciſ. Et quod not. Bart. in
. l. 1. C. ſi aduer. rem iudi. & per Inno. in. c. cum
inter. ſupra de re iudi. Item quia alias oritur
alia difficultas, quia ex tempore ceſſat officium
iudicis. Ad quod, nec obſtat, quod nihil debeat
agi in fauorem excommunicati, niſi reſpectu
defenſionis; quia iſtud eſt falſum, vt in. c. exce-
ptionem. ſupra de except. vbi fit condemnatio
expenſarum in fauorem excommunicati, & ſa-
tis videtur eſſe, quòd executio, & commodum
ſententiæ differatur in tempus abſolutionis;
quare idem, & fortius in ſimili videtur dicendũ
in terminis noſtris, maximè vt ceſſent dictę dif-
ficultates. Sed aduerte, quia idem. D. m. in. c.
cum inter. ſupra de exceptio. magis latè format
quęſtionem, vtrum excommunicatus in caſi-
bus, in quibus poteſt eſſe in iudicio, poſſit pe-
tere ſententiam pro ſe ferri, & pro parte affir-
matiua inducit illum tex. in ver. porrò. Et clari⁹
idem ſentit. d. Ant. in quodam notabili, dicens,
ꝙ in caſibus, in quibus excommunicatus põt
eſſe in iudicio, poteſt eſſe non ſolum ad impe-
diendum ſententiam pro alio ferendam, ſed
etiam in quantum velit proſequi pro ſe iuſtam
ſententiam. Sed. D. m. ibi diſtinguit, quòd aut
excommunicatus eſt in iudicio, vt actor, eo ca-
ſu, quo poteſt, puta in cauſa abſolutionis, & ꝓ-
cedit dictum. d. Anto. quia ex quo plus permit
tit, vt poſſit eſſe in iudicio, videtur permittere vt
poſſit petere ſententiam pro ſe ferri. Facit. c. 1.
de reſcrip. lib. 6. Et ita loquitur tex. in. d. c. cum
inter. ver. porrò. ſecundum eum. Aut excom-
municatus eſt in iudicio pro cauſa, pro qua ſibi
non conceditur eſſe, & tunc in qualibet parte
iudicij, poteſt repelli etiam ex iudicis officio, vt
in. c. pia. de except. lib. 6. &. d. c. exceptionem.
Aut venit in iudicio vt reus, & putat, quòd nõ
poſſit petere ſententiam pro ſe ferri; quia nihil
petere poteſt in iudicio. ſupra de iudi. c. intelle-
ximus. licet iudex, ex officio poſſit illum abſol-
uere, ſi cognouerit actorem non probaſſe. Ex
quo infert. D. m. ꝙ ſi actor oblato libello negli-
git proſequi, quòd non poterit excommunica-
tus petere ipſum actorem compelli ad agendũ.
iuxta not. in authẽ. qui ſemel. C. quomo. & qñ
iud. quia ſolum ſtare põt in iudicio, quatenus
ab alio ſtimuletur, ne reportet commodum ex
ſua malitia, vt. d. c. intelleximus. quæ rõ ceſſat
actore non proſequente, licet ſecus dixerim, ſu
pra eo membro. q. 27. quando non excommu-
nicatus conuentus ab alio, vellet compellere
ipſum excommunicatum volentem deſiſtere, vt
ꝓſequeretur in cauſa. Quæro trigeſimoquin-
356 to, vtrum † excommunicatus actor, contra quẽ
excipitur de excommunicatione, poſſit accuſa-
re teſtes de falſo, qui ſunt examinati contra
eum, & ſimilis quæſtio poſſet formari in acto-
re appellante, contra quem non examinantur
teſtes, & etiam poteſt figurari in reo excommu
nicato conuento, contra quem producti ſunt
teſtes, quos vult accuſare de falſo. Solu. hanc
quæſtionem non reperi tactam in materia no-
ſtra, ſed in materia bannitorum, qui ex forma
ſtatuti



ſtatuti poſſunt ſe defendere, ſed non poſſunt
357 agere; quã quæſtionem † diſputauit Fran. Nic.
de Matharel. vt refert Spec. in tit. de accuſ. §. 7.
in magna additio. §. gradum ſeptimum. vbi Io.
And. arguit pro vtraque parte; ſed omitto argu
menta, quia parum faciunt. Sed tandem ſoluen
do concludit, quòd aut accuſat aduerſarium,
quia corrupit, & produxit teſtes falſos, & admit
tetur ad talem accuſationem; quia hoc propriè
eſt defendere. ff. de re iud. in. l. diuus. C. ſi ex fal.
inſtru. per totum. Si verò accuſaret ipſos teſtes,
vel alios teſtium volutores non eſſet admitten-
dus, quia non defendit, ſed accuſat. Pro quo fa
cit. c. cum inter. s̃. de except. iuncto. c. intellexi-
mus. s̃. de iudi. Alberic. de Roſa. in tracta. ſtatu
torum, prædictam quæſtionem de bannito, qui
ex forma ſtatutorum non debet audiri, & po-
teſt offendi quęſtione octuageſimaoctaua, par-
te. 4. dicit fuiſſe diſputatam per quendam Do-
ctorem de Mezabbatibus. Sed omitto argu-
menta, quia non concludunt ad materiam no-
ſtram. Videtur tamen decidendo concludere,
quòd etiam per viam accuſationis admittatur.
Tangit etiam Io. And. in addit. Spec. in titu. de
off. delega. §. reſtat. ver. quid ſi in ſtatuto. & ex
ibi dictis. & ex dictis do. Nelli de ſancto Gemi,
in tractatu bannitorum, in prima parte ſecundi
temporis. q. 70. Arbitror poſſe diſtingui, quòd
aut excommunicatus poteſt aliter ſe defende-
re per vim exceptionis, & reprobationis falſita-
tis, & corruptionis, ſecundum ea, quæ tradun-
tur in. c. licet cauſam. s̃. de probat. c. cum vene-
rabilis. s̃. de excep. & quæ latiſſimè dixi in. c. 2.
ſupra de cri. fal. & hoc caſu non admittatur ad
accuſandum teſtem, vel coadiutoriè, & ſi per
viam exceptionis ſe defenderet, aut per alium
modum, & formam ſapientem defenſionem,
non eſt dubium, quòd debeat audiri. Si verò
ſibi non prouidetur per alium modum, niſi per
viam accuſationis; puta per viam ſtatuti, non
poſſet de falſo cognoſci, niſi per viam accuſatio-
nis; hoc caſu dicerem attendendam formam, &
principale propoſitum, ſecundum quam, & ꝓ-
pter quod accuſat; quia aut accuſat principali-
ter ad intentionem pœnæ iſtis teſtibus, & con-
ductori imponendæ; & hoc caſu non audiatur,
& ſi prĩcipaliter ad finẽ defenſionis ſuæ, & hoc
caſu, ſi ex forma ſtatuti diſponeretur, quòd ac-
cuſatio fieri poſſit ad finem reprobandorum
teſtium, res eſt clara, quòd debet audiri; quia oc
curret tanquàm compulſus propter periculũ
probationis, & ad defenſionem ſuam. Et ideò
deberet admitti, & idem fortè dicendum eſt, ſi
ſtatutum ſpecificè non diſponeret, quòd poſſit
accuſari ad dictum finem. Nam ex quo ſtatutũ
prohibet, poſſe cognoſci contra teſtes de falſo,
niſi per viam accuſationis, videtur concedi, vt
fieri poſſit accuſatio prædicta, etiam ad dictum
finem propter fauorem defenſionis, & ſtatutũ
operetur circa hoc, quòd videtur eſſe dubium
de iure, vt ſequitur. Sed vbi ex forma ſtatuti ni-
hil prouidetur, incidimus in illam quæſtionem,
358 vtrum † accuſatio diuerſorum teſtium, proſit

quò ad defenſionem, de quo per Ioan. And. in
addit. in. d. §. reſtat. ver. quid ſi in ſtatuto. & per
Cy. Bal. & Docto. in. l. 1. C. qui accu. non poſ. &
per Bal. in. l. ſi quis teſtibus. C. de teſtib. Et per
Bar. & Rapha. Fulg. in. l. diuus. ff. de peti. hære.
& poſito quòd prodeſſet, ponderanda eſſet for
ma accuſationis, ad quem finem principaliter
intenderetur, vtrum ad vindictam, vel etiam ad
defenſionem. Ad quod facit quod dixi ſupra
in ſexta quæſtione ſecundi membri, & pluribus
alijs quæſtionib⁹ ſeq. Quæro trigeſimoſexto,
359 an † excõmunicatus poſſit implorare officium
iudicis. Sol. patet ex his, quæ dixi ſupra in ſexta
quæſt. huius membri, & octo ſequẽ. qq. & ma-
ximè q̃ſtione decimaquarta. & tractat. ȷ̃. q. 27.
& pluribus alijs. Ex quibus concluditur, quòd
non poteſt, niſi incidenter intentaretur per ſti-
mulatum ad meram defenſionem. Et hanc opi.
tenuit. D. m. in. c. cum inter. s̃. de except. in fi. q.
Facit quod in ſimili dicit. D. m. in tracta. ban-
nitorum, in prima parte ſecundi tẽporis, q̃ſtio-
ne mihi autem. 79. vbi dicit, quòd ſi quis non
debet audiri agendo, & implorat officium iudi-
cis, non debet admitti, tum quia prouocans eſt,
& non prouocatus; tum quia taliter implo-
rando officium iudicis, venit in iudicio agẽdo,
& non excipiendo, & ſic tenetur libellum offer
re, & per cõſequens actor eſt, vt habetur in. l. 1.
ff. de eden. & in. l. 1. ff. de iuriſd. om. iudi. Facit. l.
in tribus, & quod ibi not. ff. de iudi. & idem per
conſequens & fortius dicendum eſt de excom-
municato, quod mihi placet, licet ex his, quæ
redacta ſunt in prædictis quæſtionibus aliqui
teneant contrarium. Quæro trigeſimoſepti-
360 mo, an ad prædictos effectus † conſequendos
exigatur denuntiatio. Sol. dic de hoc, vt dicam
in fi. q. princ. iſtius deciminoni artic. princip.
Poſtremo ad intellectum ſecundi membri de
actore iſtius quintæ quæſtionis princip. quàm
plurima faciunt, quæ ſtatim dicam in ſeq. tertio
membro de reo, & plurima etiam dicentur in
ſexta queſt. princ. iſtius deciminoni artic. in qua
tractabitur ſpecialiter materia exceptionis, &
replicationis excommunicationis; ideò vide ad
prædictarum quæſtionum iſtius ſecundi mem-
bri intellectum, quæ in dictis locis dicentur. Et
ex his Deo duce, eſt notabiliter expeditũ iſtud
ſecundum membrum de actore. 5. q. princ. de
effectibus excommunicationis circa iudicialia.
Circa tertium membrum principale iſti⁹ quin-
tæ quæſtionis princ. in quo veniunt examinan
di effectus excommunicationis rei conuenti in
iudicio. Breuiter ſume hanc regulam, quòd ex-
ceptio excommunicationis non habet obſtare
361 ipſi † reo, quominus poſſit ſe defendere, vt eſt
tex. in. c. intelleximus. ſupra de iudi. Et ratio po
nitur ibi, ne aliàs de malitia ſua, videatur com-
modum reportare, & circa hæc Innocen. quem
communiter* ſequuntur Doct. ponit duas re- Cõm. op.
gulas, vnam affirmatiuam, & aliam negatiuam.
Affirmatiua eſt, quòd reus neceſſarius indiſtin-
ctè admittitur ad omnem defenſionem, vt. d. c.
intelleximus. & in. c. cum inter. ſupra de excep.
Et

362 Et ratio eſt, vt arbitror; quia † excommuni-
catio eſt introducta à iure poſitiuo, vt dixi. ſ.
in rub. in quarto princ. artic. & defenſio à iure
naturali, vt in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & ideò
per ius poſitiuum tolli non debet, vt in cle. pa-
ſtoralis. de re iudi. Et dicitur eſſe reus neceſſa-
rius, cum actio dirigitur contra eum, vel quãdo
ſpecialiter vocatur ad iudicium, qđ redditur in
inuitum; quod arbitror procedere pro ipſius
proprio, & priuato intereſſe, ſeu citetur pro in-
tereſſe eccleſiæ ſuæ, vt etiam tenet Io. de Lig. in
dicto tractatello, allegat. d. c. cum inter. Et idẽ
arbitror, ſi citaretur vt neceſſarius adminiſtra-
tor, videlicet, vt tutor, curator, vel ſimilis. Ad
quod adde, quod ſtatim dicam in ver. ſed circa
prædicta primo dubitatur. Patet ergo ex præ-
dictis, quòd tanquam reus neceſſarius, non ob-
ſtante excommunicatione, poteſt omnem ex-
ceptionem opponere. quod limitat Vinc. in. c. ſi
aduerſus. ſupra de hæreti. Si modo ſit exceptio
odioſa, vt Macedoniani; Secus ſi ſit fauorabilis,
vt Velleiani. Sed dicit ibi Io. And. poſt Goffr. &
Philip. quòd Vincen. malè cantauit, quia omnis
exceptio fauorabilis, & odioſa competit ſibi,
eo quòd, non excommunicati fauor, ſed æqui-
tas iudicantis attenditur, vt. d. c. cum inter. Et
dicit Ioan. And. quòd ipſe idem Vincen. poſtea
tenuit cõtrarium. & idem tenuit Archid. 4. q. 1.
in ſumma. Nec obſtat tex. in authen. de priuile-
363 do. §. poſtmodum. † ver. ſi ſint. colla. 8. quia ſe-
cundum Archid. ille tex. & ſimiles poſſunt in-
telligi, quantum ad inquiſitionem, ſiue ad impu
gnationem, vel actionem, ſeu hæreſis defenſio-
nem, vt ſupra de hęret. c. ad abolendam. §. illos.
ſed in alijs omnibus iuſtitia non debet denega-
ri. Subdit etiam Io. And. quòd licet quidam di-
xerint, quòd Vincen. dicit, ꝙ excommunicato
conuento non competit exceptio iuris; vt ex-
communicationis, infamiæ, vel ſimilis contra
aduerſarium, vel contra iudicem, vel teſtem; ſed
quòd ſolum cõpetit exceptio facti, vt ſolutionis
pacti de non petendo, rei iudicatæ, vel ſimiliũ,
quæ opin. in veritate non fuit Vincen. ſed Hug.
vt refert Archid. 4. q. 1. c. quod autem. Tamen
Goff. in. d. c. cum iure. quem ſequuntur Hoſti.
& Io. And. & Doct. communiter* in. c. à nobis.
Cõm. opi. ſupra de excep. dicit, quòd omnis defenſio cõ-
petit excommunicato, ſiue ſit realis; quia defen
dit reum ſuper re, pro qua cõuenitur, vt eſt ex-
ceptio peremptoria rei cohęrens, vt. ff. de exce-
ptio. in. l. exceptiones. §. rei. ſiue ſit perſonalis,
defendens ab actione perſonali, vel ſit perſona-
lis declinatoria, qualis eſt exceptio incompeten
tiæ iudicis; vel etiam ſi ſit exceptio dilatoria, ſi-
ue illa competat ratione temporis feriati, vel lo
ci incongrui, vel reſcripti ſurreptitij, vel inepti
libelli. Et idem in qualibet alia exceptione, quæ
tendit ad ſuam defenſionem, non ad impugna-
tionem, vt dicit glo. in. d. c. cum inter. quam ibi
ſequuntur communiter* Doct. Et ſic videtur,
Com. op. quòd omnis exceptio, quæ cõpetit non excom
municato, competat etiam excommunicato.
Sed cõtra prædicta opponitur, & videtur, quòd

364 cum reus excipiendo † ſit actor, vt in. l. in exce-
ptionibus. ff. de probat. quòd per conſequens
non debeat audiri, quod cõtrarium tãgit glo. 1.
in. d. c. cum inter. & non ſoluit formaliter. Sed
D. m. ibi poſt Docto. ſoluit, quòd verum eſt,
quòd dicitur actor quò ad onus probandi, non
autem quòd ſit propriè actor, cum non petat
aliquod ſibi dari, fieri, vel adiudicari. Sed ſolum
intendit repellere actorem in totum, vel in par-
tẽ, vel ad tempus, vt in. l. exceptio. ff. de except.
& ſic defendit ſe aduerſus actorem. Secundo
opponitur, quòd reus excommunicatus, etiam
ſe defendendo, non debeat admitti; quia reus
tenetur iurare de calumnia, ſicut actor, vt ſupra
de iura. calum. per totum. Sed excommunicato
non eſt licitum tangere, vel ingredi ſacra. 5. di-
ſtin. c. ad eius. 21. diſt. c. cleros. Sed ad hoc re-
ſponde, vt dixi ſupra in ſecunda quæſt. prin. hu-
ius articuli. ver. circa octauum dubium. Secun
da principalis regula Inno. & Docto. eſt negati-
365 ua, ꝙ excommunicatus qui venit † ad iudicium
vt reus voluntarius, non eſt audiẽdus; quod ſem
per intelligo, oppoſita exceptione, & inquantũ
ſit excommunicatus excommunicatione maio
ri, vt ſæpius dictum eſt. Et dicitur voluntarius,
quando per iudicem non neceſſitatur venire ad
iudicium, ſed ipſe voluntariè venit, fortè ꝓ ſuo,
vel communi intereſſe. Exemplum in authen.
ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hære. abſtin. vbi dicitur,
quòd cum minor petit ſe reſtitui aduerſus adi-
tionem hæreditatis vocandi ſunt omnes cre-
ditores, vel ſpecialiter, ſi ſint certi, vel genera-
liter ſi ſunt incerti. Et ad hoc vide quod dixi in
præcedenti membro. q. 18. Et ex prædictis
duabus regulis potes colligere deciſionem mul
tarum quæſtionum, videlicet, an poſſit ꝓſequi
366 propriam iniuriam, an petere † reuocationem
tenutæ, vel reſtitutionem attentatorum, vel re-
ſtitutionem in integrum, vel reſtitutionem ſpo-
liationis, vel reſtitutionem vxoris, aut retracta-
tionem ſententiæ nullæ, vel quæ non tranſiuit
in rem iudicatam, vel conqueri de iniuſta ſen-
tentia cenſuræ, vel petere reductionem ad arbi
trium boni viri, vel agere cõdictione. l. diffama-
ri. Quarum quęſtionum, & ſimilium latas, &
claras ſolutiones, collige ex his, quæ dixi latè
ſupra in pręcedenti membro, à quęſtione quar
ta, vſque ad quęſtionem decimamquartam in-
cluſiuè. Et potes etiam colligere ex prædictis
duabus regulis, an etiam poſſit reconuenire
actorem, de quo dixi in præcedenti membro.
quęſt. 16. vbi vide notabilem limitationem. Et
367 etiam † an poſſit venire ad iudicium per alios
agitatum, tanquam tertius pro ſuo intereſſe, de
quo ibi dixi. q. 18. Et adde quod ſtatim dicam
in ver. ſed circa pręducta primo dubitatur. Item
colligitur ex duabus pręductis regulis, an poſſit
compellere aduerſarium ad agendum, vel ad il-
lud, in quo ipſe eſſet futurus reus aduerſario
agente, & an petere ſententiam pro ſe ferri, de
quibus dixi in pręcedenti membro, quęſtione
vigeſimaſeptima, & trigeſimaquarta, & alijs
plurimis. Et etiam an de falſo poſſit accuſare te-
ſtes



ſtes contra eum productos, vel qualiter aduer-
ſus eos poſſit ſe defendere, de quo dixi ibi quę-
ſtione trigeſimaquinta. Sed circa prædicta du
368 bitatur, vtrum † excommunicatus poſſit ſe op-
ponere electo petenti confirmationem, & vi-
detur dicendum quòd ſic, ſi eſt de eccleſia; quia
vt ſupra dixi, etiam excommunicatus admitti-
tur ad defenſionem eccleſiæ ſuæ; not. glo. in. c.
dilecti. ſupra de except. Sed iſta videtur quæ-
dam defenſio eccleſiæ, igitur &c. In cõtrarium
tamen fortiter obſtat, quòd talis videtur reus
voluntarius, & ſic cenſetur actor, & non eſt ad-
mittendus, per ea, quæ ſupra dixi. Facit. c. ex-
hibita. ſupra de iudi. & c. ſuper eo. de elect. Sol.
Innocen. in. d. c. cum inter. propter prædictum
argumentum tenet, quòd non admittatur, ne
369 defenſio trahatur ad impugnationem. Et quia
cum ſit extra eccleſiam ꝓpter ſuum delictum,
non intereſt ſua; & ideò non poteſt excommu-
nicationem, vel aliud delictum opponere con-
tra electum. argumen. 26. diſtin. c. vna tantum.
Et quia cum trabem gerat in oculo, non poteſt
370 feſtucam † de oculo fratris eruere. 3. quęſtio. 7.
§. tria. in fi. Non obſtat. c. dilecti. ſ. de except.
quia loquitur in reo neceſſario, quod patet ex
litera illius tex. dum dicit, traxiſſet in cauſam.
Nam voluntarius, primo debet firmare perſo-
nam ſuam in iudicio, quod non poteſt facere
excommunicatus. Secus eſt in reo neceſſario,
cuius perſona firmatur, eo ipſo, quòd inuitus in
cauſa trahitur, vt in. c. intelleximus. ſupra de iu-
di. & in. c. cum inter. ſupra de except. & in. l. in-
ter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbo. obliga. Sed
contrariam opinionem tenet Hoſti. in. d. c. cum
inter. & in. d. c. dilecti. per tex. dicti. c. dilecti. in
quantum illi canonici prius ſe opponebant illi
electo, & ſic erant voluntarij. Item in fine dicit
iudicatum eſſe, quòd cum quidam eſſet tranſ-
latus ad alienum Epiſcopatum, & per quendam
canonicum eccleſiæ, ad quam translatus erat,
opponeretur crimen cum infamia ad impedien
dum poſſeſſionem translatus, replicabat de ex-
communicatione. Et dicit Hoſti. Clementem
quartum diffiniuiſſe, quod replicatio non elide-
bat exceptionem, licet ille eſſet reus volũtarius,
prouocans. Et ideò concludit Hoſt. quòd di-
ſtinctio Inno. faciens differentiam inter reum*
neceſſarium, & voluntarium non eſt admitten-
da; niſi ſaluaremus eam, dicendo, iſtum qui vult
repellere malum prælatum fore reum neceſſa-
rium, & non voluntarium. Nam quid grauius
& intolerabilius, & periculoſius eſt, quòd de-
tur lupus loco paſtoris, diſſipator loco tutoris,
homicida pro medico, tyrannus pro defenſore,
inimicus pro aduocato, certè nihil, vt ſupra de
elect. c. nihil. & c. ne pro defectu. 40. diſt. c. mul
ti. Item cum excommunicato reſeruetur exce-
371 ptio † contra temporalem iudicem delegatum,
fortius debet reſeruari contra ordinarium, qui
eſt perpetuus. & hoc dictum Hoſt. dicit Specu.
curiam ſeruare, ſcilicet, quòd excommunicatus
poſſit ſe opponere etiam voluntariè, non obſtã-
te excommunicatione contra petentem confir-

mationẽ, vt not. Spec. in tit. de acto. §. 1. ver. itẽ
quòd eſt excommunicatus. & idem videtur ſe-
qui Io. And. in. c. dilecti. Et ad. c. exhibita. ſupra
de iudi. quod videtur aliqualiter contrariari, di-
cit poſſe reſponderi, quòd ſi canonicus excom
municatus prouocat iudicium, dans libellum, vt
caſſetur electio, repelletur propter excommuni
cationem. Si verò contra prouocantem ad con
firmationem excipit, etiam ſi ſponte veniat; ſe-
cus eſt. Et prædictam etiam opinio. tenet Io. de
Luna. & ſequitur etiam. d. Ant. nec Inno. cõtra-
dicit in hoc caſu propoſito, ſecundum. D. m. ſi
bene ponderentur dicta ſua in. d. c. dilecti. & in
. c. ſuper his. ſupra de accuſa. in. 2. col. vbi dicit,
quòd criminoſus non admittitur contra peten
tem confirmationem, niſi ſua interſit; puta, quia
ſit futurus ſuus prælatus, vel ſit patronus; quia
372 ius † ſuum proſequenti, non obſtat exceptio cri
minis. argu. 4. q. 6. c. omnibus. Vnde bene eſt
ponderanda ratio Inno. vult enim, ꝙ excipiens
cõtra futurũ ꝑlatum nõ ſolum ſe defendere; ſed
etiam ius ſuum proſequi poſſit. Excõicatus. n.
nõ repellitur à proſequutione iuris ſui. Et ideò
cõcludit, quòd dictum Inno. in. d. c. cum inter.
procedit, quando criminoſus excipit tanquam
vnus de populo contra petentem confirmatio-
nem. Et fortè poſſet attentari, ſecundum. D. m.
ꝙ quilibet etiam laicus futurus ſubiectus, eſt
admittendus contra petentem confirmationẽ,
non obſtante replicatione criminis, propter ra-
tionem prædictam. Facit. c. audacter. in fi. 8. q. 1.
& quod not. Io. And. in. c. pia. de except. lib. 6.
vbi concordando Inno. dicit, quòd excommu-
nicatus appellans extra iudicium admittitur,
quando aliquod præiudicium poteſt ſibi gene-
rari ex omiſſione; ſed in caſu noſtro, præiudiciũ
generatur huic excommunicato, ſi non poſſet
ſe opponere contra petentem cõfirmationem;
quia obtenta confirmatione mitteretur in poſ-
ſeſſionem, & durius, tunc repelleretur, iuxta ea,
quæ leguntur, & notantur in. c. veniens. ſupra
teſtib. Et hæc opinio mihi placet, quando ſolũ-
modo veniret ad defenſionem, & nõ ad aliquid
conſequendum. Ad quod vide quod dixi ſupra
in præcedenti membro. quęſtio. 18. & 33. quia
373 in cõfirmatione proceditur cauſa cognita, † &
citationibus factis; vel ſpecialiter, ſi tractatur de
præiudicio alicuius perſonæ ſpecialis, vel gene-
raliter propter præiudicium incertorum, iuxta
formam. c. fin. de elect. lib. 6. Et ideò ſi is, de cu-
ius præiudicio agitur, eſt ſpecialiter citatus, de-
ciſio eſt clara, quòd poteſt ſe opponere, licet ſit
excommunicatus. Et idem ſi non ſit ſpecialiter
citatus, ſed ſub generali citatione, & veniat pro
374 ſua neceſſaria defenſione. Nam † actus confir-
mationis electionis dicitur iudicialis, vt not.
Inno. in. c. cum inter canonicos. ſ. de electio. &
. c. quod ad conſultationem. ſupra de re iudi. in
glo. magna. in fi. & in. c. ad diſſoluendum. ſupra
de deſponſ. impub. & in. c. venerabilis. ſupra de
cenſi. in glo. magna. Licet contrarium tenue-
rit in. c. cum olim. ſupra de cau. poſſ. & proprie.
Sed prima opinio approbatur per. c. fi. de elect.

Cõm.opi. lib.6. & ibi tenent hoc communiter* Docto.
vbi Ioan. And. & alij Doctores tractant, an,&
quando confirmatio dicatur interloquutoria,
vel diffinitiua. Circa prædicta ſecundo dubi-
375 tatur, vtrum † excommunicatus poſſit oppo-
nere exceptionem compenſationis. Sol.glo.fi.
in.c.cum inter.ſupra de exceptio.tenet ꝙ non;
quia qui compenſat,quodammodo agit, & pe-
tit,vt in.l.amplius non petitum.ff.rem rat.hab.
Quinimò ſecundum illam glo. ſi aduerſarius
non repelleret excommunicatum,poſſet iudex
ex officio repellere, per.c.exceptionem. ſupra
de except.& iſtam opinionem tenet Io.4.q.1.
in ſumma. & tenuerunt Vincen. & Tancre. in
d.c.cum inter. & in.c.ſi aliquando, ȷ̃.eod. Et
etiam ſimiliter tenet Goffre.licet primo arguat
in contrarium, qui condemnatus eſt non pete-
re,non poteſt compenſare, vt.d.l.amplius non
petitum.per quam legẽ,prædictam opinionem
tenent Iaco.de Are.& Cyn. in.l.quoniam Ale-
xandrum.C.de adulte.& Barto.in.d.l.amplius.
vbi dicit, quòd idem etiam tenet Oldra. Sed
Bartho. Brixien. in.q.venereali, quæ incipit,
quæritur vtrum excommunicatus. tenet con-
trarium per.l.verum.ff.de compenſa.Hoſt.pri-
mo arguit pro iſta opin. ſecunda, quòd poſſet
376 compenſare;quia qui†compenſat propriè non
agit, quod patet; quia in compenſatione venit
377 debitum naturale,vt in.l.etiam.ff.de compenſ.
ad quod etiam agi non poteſt, vt in.l.iuriſgen-
tium.§.ſed cum nulla. ff. de pact. Item facit,
378 quia excommunicatus obligatur ſoluere;†ſed
compenſans dicitur ſoluere, vt in.l.ſi debitor.
ff.qui pot.in pig.hab. Sed tandem Hoſtien.di-
ſtinguit, quòd aut debitum eſt liquidum, nec
aduerſarius negat,aut exceptionem prætendit;
ſed conſentit quòd fiat compenſatio, & debet
admitti,vt in.l.fina. C.de compenſa. & in.l.bo-
na fides.ff.depoſi.& ſufficere debet iudici,qua-
litercunque ſatisfaceret actori. ff.de pigno.act.
in.l.ſi rem.§.omnis pecunia. ſed ſi aduerſarius
negat, vel excipiat, ſecus eſt; ſed Hoſtien. &
Io.And.in.d.c.cum inter.expreſsè eligit. Pri-
mo enim confirmando opin. glo. dicit, quòd
379 duplex†eſt defenſio; Vna, quæ habet naturã
ſolius excluſionis, & hæc permittitur excom-
municato, vt.d.c.cum inter.&.ff.de accuſa.in.l.
ſeruos. Alia vero eſt, quæ habet naturam im-
pugnationis,& actionis,vt compenſatio,& hęc
non conceditur, vt.d.l.quoniam Alexandrum,
ſed idem Io.And.ſuper glo.fina.prędictas ſen-
tit contrarium,dicens,quòd non obſtat, quòd
compenſans dicatur agere; quia idem dicitur
de excipiente,& tamen excommunicatus exci-
pit,vt dictum eſt. Vnde verum eſt, ſm eum,
ꝙ qui compẽſat,agit quò ad quid;quia ſibi in-
cumbit onus probandi. Sed inſpecta veritate
non dicitur agere,quia ſi per eã ageretur, actor
compelleretur reſiduum reſtituere,quod nõ eſt
verum, cũ vſq; ad petitũ debitum,ſolũ ſit com
penſatio;& ideò debet poſſe cõpenſare. Et idem
ſequitur.d.An.in.d.c.cum inter.Mouetur,quia
excommunicatus poteſt excipere,ſed compen
380 ſare,eſt excipere.Debet†enim attendi qd' prin
cipaliter agitur,vt in.l.1.ff.de autho. tut. ſed fi-
nis compenſationis eſt, vt per eam actor repel-
latur à ſua petitione,licet in conſequentiam ſuũ
debitum conſequatur,quòd etiam excipiendo
conſequitur.Non obſtat.d.l.amplius. vbi pro-
mittens non petere, non poteſt compenſare;
quia verum eſt,ꝙ in effectu compenſans petit;
& ideò non poteſt compenſare, quia per hunc
modum ageret cõtra promiſſionem factam de
non petendo. Sed directè non agit, ꝙ propter
hoc excommunicatio non repellat. D.m.in.d.
c.cum inter.dicit,ꝙ putat poſſe diſtingui,quòd
aut aduerſarius confitetur debitum, & acquie-
ſcit compenſationi, & admittitur compenſa-
tio, nec debet iudex ex officio repellere; quia
non agit, ſed potius ſoluit, & non refert quali-
ter ſatisfaciat,vt.d.l.ſi rem. & ſic procedat opi.
Hoſti. Aut aduerſarius negat, & non acquie-
ſcit compenſationi,& tunc de rigore poteſt ꝓ-
cedere opin.glo.& ſequacium,quæ videtur ma
gis communis*,licet de æquitate, quam putat Cõm.opi.
ſeruandam, videtur ſibi, quòd ſit admittendã
compẽſatio,cum ſit quædam defenſio,eo quia
ſi non ſoluit hoc,contingit propter factum ad-
uerſarij, & ex cuius facto impeditur. Nam ſi
actor ſibi ſolueret, excommunicatus eidem ſa-
tisfaceret, & ſic impeditur per ipſum actorem
quo minus ſibi ſatisfaciat. Ad quod allegat qd'
not.Barto.in dicta.l.amplius.vbi concludit, nõ
incidere in periurium,qui iurauit ſoluere,ſi cõ-
penſat ratione prædicta; & hoc putat magis iu-
ri,& rationi conſonum, cum omnis defenſio
reſeruetur excommunicatis, vt dictum eſt.
Et ad dictam.l.amplius.reſponde,vt ſupra;quia
ibi,conſideratur effectus compenſationis,pro-
pter quem damnificaret partem cõtra pactum
perſonæ factum de non petẽdo. Sed excommu
nicatus repellitur à iudicio, quatenus alium ſti-
mulat,ſed ſi ſtimulatur,admittitur volens ſe de-
fendere compẽſando,vel alio modo,ſecundum
D.m. Sed tu aduerte,quia Ioan.de Lig. in di-
cto tractatello, tenet primam opinionem.
381 Mouetur, quia † excommunicato reſeruatur
ſola exceptio,q̃ haberet vim actionis,vel impu-
gnationis; ſed exceptio habet vim petitionis,
vt dicta.l.amplius.in fi.igitur &c. D. Nellus de
ſancto Gemin.in tractatu bannitorum, in pri-
ma parte ſecundi temporis.q.66.mouens quę-
ſtionem de bannito,qui ſolum auditur ſe defen
dẽdo, latè recitat.q.Iac.de Are.quam etiam al-
legat,& ſequitur Alberi.de Ro.in tracta. ſtatu-
tutorum.q.92.allegat pro parte negatiua qua-
tuor argumenta, quòd non poſſit compenſare,
& pro parte affirmatiua quinque; & tamen de-
cidit pro negatiua. Sed omitto, quia ſatis colli-
guntur ex ſuperioribus. & dicit ibi do.Nellus,
ꝙ credit dictam deciſionem veram, & ſic tenet
cum prima opin.glo.Quod tamen limitat, niſi
bannitus probaret ante bannum ſe compen-
ſaſſe,ſiue compenſauerit extra iudicium,ſiue in
iudicio; quia tũc cum ipſo iure fuerit ſublatum,
ſm not.in.l.fina.C.de compenſa.meritò poteſt
bannitus



bannitus compenſare. Ego verò arbitror ita
diſtinguendum, quòd aut ſumus in caſibus,in
382 quibus compenſatio†admittitur ipſo iure, de
quibus per Bal. poſt Nic. Mattarel. in.l.ſi con-
ſtat.& in.l.fin.C.de compenſa. quod eſt in caſi-
bus,in quibus lex ſpecialiter de hoc diſponit,
de quibus per Bal. ibi. Et aliquid per Ioan. de
Imo.in.l.rei iudicatæ.ff.ſolu.matrim.Et in iſtis
caſibus excommunicatus poteſt obijcere de
compenſatione; quia tunc quaſi vr̃.quòd nihil
debeat̃. Adeò quòd,tunc videtur eſſe quędam
exceptio intentionis,& facti, quaſi debitũ fue-
rit ſublatum; ſecundum not.in.d.l.ſi conſtat.&
Inſtit.de actio.§.ſed noſtra.&.ff.de compenſa.
in.l.ſi quid à fideiuſſore. & ibi per glo.vel Bart.
Aut ſumus in caſibus, in quibus compenſatio
383 non admittitur † ipſo iure, quod eſt regulare,
Cõm.op. ſecundum communem*opinionem glo.& Do
cto.in dictis iuribus. licet Martinus contra,ſu-
per quo non inſiſto. Et ſubdiſtingue,quòd aut
actor conſentit compenſationi, & arbitror
compenſationem admittendam,per ea,quę di-
xi ſupra,ſecundum Hoſti. &.D.m. Aut actor,
contra quem obijcitur compenſatio, non con-
ſentit,ſed replicat de exceptione; & ſubdiſtin-
gue,quòd aut excommunicatus allegat cõpen-
ſationem, aliàs obiectam, ſeu oppoſitam ante
excommunicationem. Aut nunc de nouo vult
compenſare.Primo caſu ſubdiſtingue ex mente
prædicti do.Nelli;quòd,aut quis aliàs opponit
exceptionem excommunicationis contra iu-
dicium ante excommunicationem; & quia
tunc oppoſita exceptione inducta fuit compen
ſatio, & ideò nunc excluditur tanquam non
ſubſiſtat debitũ. Aut aliàs opponit in iudicio,
& hoc caſu,ſi iudex illam approbauit, idem eſt,
per.l.quod in diem.§.ſi rationem. ff. de com-
penſa. ſecundum Iaco. Butrig. in.d.l.ſi quid à
fideiuſſore. Secus autem ſi iudex aliàs non ap-
probaſſet.Facit quod not.Bart.in rub.de com-
penſa.& quod not.in.d.l.verum.eod.tit. Vnde
requiritur, ꝙ ſit oppoſita,& liquidata, & à iu-
dice approbata,vt.d.§.ſi rationem. Et glo.quæ
dicunt,quòd compenſatione oppoſita ſit com-
penſatio, debẽt intelligi, quando oppoſita eſt
cum effectu,ita quòd ſit per iudicem ſententia-
liter approbata,aliàs non ſit,ſed remanet in iu-
re priſtino.ff.de nego.geſt.l.ſinautem.§.fin.ſe-
cundum Bald.poſt Nicho.Matta. in.d.l.ſi con-
ſtat.Sed ſi fuit oppoſita extra iudicium ante ex-
communicationem,ſatis eſt allegare illam fuiſſe
oppoſitam extra iudicium,ſecundum Barto.in
dicta rub.&.d.l.verum. & ibi etiam per aliquos
Moderniores. Secundo caſu,quando ante ex-
communicationẽ nunquam fuit oppoſita; ar-
ticulus videtur mihi ſatis dubius pro qua opi-
nione faciunt,quæ ſupra allegata ſunt, & maxi-
mè quia compẽſans videtur agere per.d.l.am-
plius. Tenet etiam Bar.in.l.tam mãdatori.C.de
non num.pecu.Sed poteſt reſponderi, vt ſupra
dixi,ſecundum.D.m. Pro ſecunda opin.facit,
quia compenſans videtur agere,& tenet Bald.in
d.l.tam mandatori.Item,quia ſi de maiori debi
to quàm petatur,opponatur compenſatio, nõ
poteſt iudex condemnare in reſiduo, vt ſupra
dixi.& probatur in.l.in rebus.§.ſi.ff.commod.
Vtraque opin.eſt ſatis ſuſtentabilis, tamen eſt
ſatis æqua ſecunda opin.Hoſt.quia ex quo reus
opponit compenſationem ad ſuam ſolam de-
fenſionem,videtur ſibi hoc licere;per ea,quę ſu
pra dicta ſunt. Et ſic habes notabiliter expeditã
hanc quęſtionem. Tertio dubitatur;poſito ꝙ
excommunicatus non poſſit ſuum debitũ com
384 penſare;vtrum,ſaltem†fideiuſſor ſuus conuen-
tus poſſit compenſare debitum ipſius excom-
municati.Et videtur primo ꝙ non; quia ſecun-
dum hoc,prouideretur excommunicato ꝓpter
connexitatem de vno ad reliquum, quod fieri
non debet,vt in.c.translato.ȷ̃.de conſtit.& in.l.
pędius.ff.de arbitr.& in.l.1.§.item quæritur.ff.
de aqua quotid.& æſti. Item quia ſi admittere-
tur,deſtruerentur duæ regulæ.Prima,quòd ac-
ceſſorium non ſequeretur naturam principalis.
Secunda,quia denegatum vna via, cõcederetur
per aliam; contra reg.cum quid vna via.de reg.
iur.lib.6. Sol.Io.And.tenet contrarium. Mo-
385 uetur quia ius permittit fideiuſſori†ſoluere de
ſubſtantia debitoris, vt in.l.ſi procuratorem.§.
ſi ignorantes.ff.mand.& qui compenſat,ſoluit.
vt dixi in pręced.dubio;& exemplum principa-
lis non debet obſtare fideiuſſori, oneroſam cau
ſam habẽti.ff.de doli excep. in.l.apud.§.ſi cum
386 legitima.Item,quia cum † exceptio perſonalis
ipſius rei non iuuet fideiuſſorem,vt.ff.de exce-
ptio. in.l.exceptiones, quæ perſonæ; multo
minus perſonalis contra reum,debet nocere fi-
deiuſſori,vt in.c.odia.de reg.iur.lib.6. Et hanc
opin.ſequitur.d.Ant.in.d.c.cum inter.ſupra de
except. Et dicit.D.m.ꝙ videtur ſibi veriſſima.
Ad quod allegat quod not.glo.in.c.1.de iu.pa.
lib.6.Item,quia excommunicatus repellitur ab
agendo propter communionis periculum,& vt
rubore cõfuſus, citius redeat ad communionẽ,
vt in.c.pia.de excep.lib.6. quæ rationes ceſſant
in fideiuſſore. Auditur enim ipſe proponens
exceptionem competentem principali ex per-
387 ſona ſua,cum†omnis exceptio competens ipſi
reo ex iuris diſpoſitione,competat fideiuſſori,
etiam inuito reo,vt.l.exceptiones.ff.de except.
Et propter connexitatem debet nocens ꝓpter
innocentem tolerari, vt in.c.ſacris.ȷ̃.de ſepul.
23.q.4.c.quam magnum. Sed tu aduerte,quia
quæſt.de bannito, qui ex forma ſtatuti non de-
388 bet audiri in ſimilibus † terminis, videlicet,an
fideiuſſor cõuentus poſſit opponere exceptio-
nem compenſationis, ſi contra eum replicatur
de bãno principalis,latè diſputauit Iac. de Are.
& eius diſputationem refert Albe.de Ro.in tra-
cta.ſtatutorum.q.92.in ſecunda parte. & argu-
menta in eá formata faciunt ad quæſtionem no-
ſtram. Et pro parte negatiua,ꝙ fideiuſſor non
poſſit obijcere compenſationem, arguitur plu-
ribus medijs. Primo, fideiuſſor repræſentat
perſonam principalis, ergo eiſdem rationibus
repellitur,quibus principalis, vt in reg. ſi quis
in ius.de reg.iur.lib.6. Secundo, quia fideiuſ-

ſor dicitur defenſor rei, vt.ff.de pact.in.l.& hæ-
redi.§.nos autem. & in.l.cum filius.ff.de verb.
oblig. ergo vicem eius dicitur ſubire,& per cõ-
ſequens,quod obſtat reo principali,obſtat ſibi.
vt.ff.de procura.in.l.ſed & hæ . §.defendere .
Tertio,id quod nocet reo,nocet fideiuſſori , vt
eſt in patre,& filio,qui ſunt reus , & fideiuſſor .
vt.d.l.cum filius.&.l.1. ff.de decurio. Quarto,
quia ratio,quare fideiuſſor opponit compenſa-
tionem ex parte,rei eſt;quia,quod à fideiuſſore
petitur,à reo peti dicitur;& ideò ſicut male pe-
titur à reo,ita & male petitur à fideiuſſore , vt.l.
verum.ff.de compen.ſed iſta ratio ceſſat in pro-
poſito;quia reus non opponeret, ſi ab eo pete-
retur,ergo &c. Quinto , quia iam reus conſe-
queretur per fideiuſſorem , ꝙ ex eius perſona
non poteſt,quod prohibet lex.ff.de contrahen.
empt.in.l.non licet . &.C.de hæred.inſtit. in.l.
neque. Sexto , quia non poteſt prouideri per
compenſationem fideiuſſori,quo minus proui-
deatur reo .& ideò ratione connexitatis prohi-
betur,vt.ff.ſi quis cau.in.l.ſi duo . &.ff.de dam.
infec.in.l.ſi finita.§.ex hoc edicto . Septimo ,
389 quia pars†vitioſa trahit ad ſe non vitioſam , vt
dicta.l.pędius.& ſupra dixi. Octauo,quia vbi
eſt,quod prodeſt,& quod nocet, inſpicitur qd'
nocet.ff.ad ſillania.l.3.§.fin. Nono, quia mo
ra rei nocet fideiuſſori.ff.de verbo.obliga.in.l.
mora. Sed pro parte affirmatiua etiam plura
inducuntur. Et primo poſſunt induci iura,quę
fuerunt inducta in præcedenti dubitatione , ꝙ
reus ipſe poſſit obijcere compenſationem .
Secundo facit.l.eius.C.de compenſ.&.l.ſi quid
à fideiuſſore.ff.eod. Tertio , quia illud , quod
fideiuſſor habet apud ſe de bonis debitoris,ſol-
uere poteſt , & liberatur , vt.ff.de peti.hæred.in
.l.ſi quid poſſeſſor.§.1.&.ff.de pecul.in.l.hinc
quæritur.§.fina.&.l.quoties.§.fina. Quarto ,
quia quæcunque defenſio competit fideiuſſori
ex quocunque pacto rei , licet reo non compe-
tat.vt.ff.de pact.in.l.ſi.&.ff.ſi quis caut.in.l.ſed
& ſi quis . vbi licet reus remiſerit exceptionem
pacti,& ſic ipſe non poterit illam opponere,fi-
deiuſſor tamen poterit.ff.de ædil. edic. in.l.q̃-
ritur.§.ſi venditor.ff.de pact. in.l.cum in eo .
Quinto,quia quod vni eſt inutile, alteri pro-
deſt,vt.ff.de fideiuſſ.in.l.cum is. cum ſimilib.
390 Sexto,quia ratio, quare fideiuſſoria†obligatio
durat principali non exiſtente , vt in.l.2.de pi-
gno.eſt , quia principalis ipſo iure non eſt ex-
tincta. Sed ratio, quare excommunicatus non
opponit compenſationem , eſt ; quia replica-
tio excommunicationis ei opponitur ; & ideò
cum facultas opponendi compenſationem ,
non ſit extincta in perſonam fideiuſſoris,pote-
rit illam opponere,non obſtante perſonali ex-
ceptione principalis. Septimo , quia quan-
doq; quis conſequitur per alium, quod non
poteſt per ſe,vt.l.petendæ . C.de tempo. in in-
teg.reſtitu.dixi in.c.vt famæ.ſupra eod. Octa-
uo,quia ratione connexitatis vtile trahit ad ſe
inutile.ff.de ſtat.homi.in.l.imperator . cum ſi-
391 milibus . Nono , quia † pœna rei non debet
ad fideiuſſorem tranſire,vt in.c.quæſiuit . ſupra
de his quæ fi.à maio.par.cap. &.l.ſancimus.C.
de pœn. Nec obſtat ſecundum eum.l.3.§.ſi is
pro quo . ff.quod quiſq. iur. vbi principali ex-
cluſo à potentia excipiendi propter impetra-
tionem iniqui iuris à ſe factam , excluditur
etiam fideiuſſor ; quia vt ibi dicitur, ſpeciale
eſt in fideiuſſore , vt adimatur facultas exci-
piendi in pœnam illius edicti, quòd aliàs non
poſſet effectus ſortiri ; cum reus,ex ſua perſo-
na non poſſit de facili conueniri ; & ideò ſal-
tem per medium fideiuſſorem opponitur ;
aliàs conuenitur. Sed in caſu noſtro excom-
municati patiuntur etiam alias pœnas . Facit
etiam pro hac parte , quia fideiuſſor certat de
damno vitando,ideò eſt ei fauendum, vt in.l.fi.
C.de codicil.cum ſimilibus. Pro ſolutione au-
tem prædictæ quæſtionis, ſecundum prędictos
Doctores. Primo videtur poſſe diſtingui , ꝙ
aut principalis eſt ſoluendo , & tunc fideiuſſor
non poſſit opponere compenſationem ; aliàs
ſecus . argumen.ff.ſi menſ.ſal. mo. dixe. in.l.3.
§.1.& de adminiſtra.tuto.in.l.fina. C.ad velle-
ia. authen. ſiue à me. Vel melius finaliter, ſe-
cundum eos, poteſt concludi pro parte affir-
matiua per rationes ſecundo loco allegatas . Et
prædictam etiam ſententiam tenet do. Nellus
de ſancto Gemin.in tracta.bannitorum,in pri-
ma parte ſecundi temporis,quæſtio.67.& mihi
placet. Pro qua etiam adduco , quia fideiuſſor
poteſt opponere regulariter omnem exceptio-
nem etiam naſcentem ex perſona rei,quia fide-
iuſſor non habet cauſam detractiuam ; & ideò,
excommunicatio principalis non obſtat ei , vt
.l.apud celſum.§.de auctore. ff.de dol. except.
Item ſicut exceptio perſonalis , quæ iuuat per-
ſonalem,non tranſit ad fideiuſſorem , vt.l.niſi.
ff.de pac.ita,econtra odium perſonale non de-
bet tranſire,vt.l.1.ff.de conſtitutio.princip. &
ſic non capax capit propter capacem , vt in.l.ſi
is qui duos.ff.de libe.lega. Non obſtat.l.3.§.
ſi is pro quo.ſupra allegata.quia poteſt reſpon-
deri , quòd ibi dolus naſcentem exceptionem
reddebat inualidam , & ſic erat vitium in per-
ſona,propter perſonam ; & ideò cenſetur rea-
le . Hic verò reddebat inhabilem perſonam
excipientis , & erat vitium perſonæ, propter
perſonam . Et prædicta argumenta facit Bal.
in alia ſimili materia , in.l.cum mulier.ff.ſolu.
matrimo. Et pro dicta etiam deciſione adde,
quæ dixi in præcedenti membro,quæſtione vi-
geſima . Quarto dubitatur circa prædicta ,
quia ſum clariſſimus , quòd excommunicatus
392 poteſt † eſſe in iudicio , an poſſit ipſe per ſe,
an poſſit , & compellatur per procuratorem .
Solu.glo.in.c.intelleximus . ſupra de iudi. te-
net quòd non compellatur procuratorem cõ-
ſtituere , & ſic ſequitur , quòd verbum debet ,
ibi poſitum , non importat neceſſitatem . Et
idem tenent Pet. Inno. Hoſti. & communiter* Cõm.opi.
Doct. Sed contrarium communiter* tenet Io. Cõm.opi.
Cal. propter proprium ſignificatũ verbi debet,
393 quod importat†neceſſitatem,vbi ſic accipiẽdo
non



non reſultat aliqua abſurditas , vt eſt in termi-
nis noſtris , non obſtante , ſi diceretur , quod
fortè iſte non reperiet,qui velit acceptare man-
datum;quia hoc eſt ſibi imputãdum,cum poſ-
ſit petere abſolutionem,& non petat . D. m. in
d.c.intelleximus.tenet primam opinionem,per
.c.cum inter.ſupra de exceptio.vbi omnis legi-
tima defenſio eſt permiſſa excommunicato , vt
non iniuſtè condemnetur ; ſed de facili poſſit
defendi , ſi non poſſit per ſeipſum defende-
re ; quia fortè non reperiet procuratorem,vel
reperiet minus idoneum, vt in.c.2.s̃ de transla.
præla. Non obſtat ratio Calda. quia cum reus
trahatur inuitus,non videtur ſibi imputãdum.
Ideò mouetur,quia defectus potentiæ excom
municandi non cauſatur immediatè ex culpa ,
ſed ex excõmunicatione lata propter culpã. Et
ideò non debet pœna puniri,vt pœna ex pœna
proueniat,vt in reg.ſine culpa.de reg.iur.lib.6.
Sed tamen hoc argumẽtum non multum ſtrin-
git.Item mouetur per.c.decernimus. de ſentẽ.
excom.lib.6. vbi ſolum mandatur repelli , non
autem qui conuenitur. Item quia ratio dicti.c.
intelleximus.concludit, vt indiſtinctè audiatur
ſe defendens; ergo procedit etiam in cauſa cri-
394 minali,in qua non ſemper poteſt†indifferenter
conſtitui procurator , vt latè dixi in.c.veniens,
ſupra de accuſa. Vnde concludit.D.m. quòd
verbum debet, poſitum in dicto.c. intellexim'.
non importat neceſſitatem , ne reſultet prædi-
cta abſurditas. Facit etiam pro hac opin.c.fina.
ſupra de exceptio.vbi excommunicato permit
titur appellare,& appellationem proſequi , nec
fit ibi aliqua mentio de procuratore . Nec eſt
395 ſemper verum,quòd†verbum debet,importet
neceſſitatem,vt not.glo.in clemen.2.de ſta.reg.
&.25.quæſt.1.c.1. & latè per Barto. in repeti.
.l.3.C.de pigno. & hæc opinio mihi placet.
Moueor,quia excommunicatio eſt,de iure po-
ſitiuo,& defenſio de iure naturali , vt dixi ſupra
in rub.in quarto prin.artic. Ideò defenſio non
debet poſſe prohiberi,per not.in clemen.de re
iudi.lib.6. cum ſua materia. Arbitror tamen ,
quòd opinio Calda. poſſit ſuſtentari , quando
conſcientia ſibi repugnaret communicando ;
quia tũc cautius videtur eſſe cauſam, per procu
ratorem defendere.Nec obſtat quòd fortè non
reperiret procuratorem propter periculum cõ-
munionis , ſecundum Vincen. poterit reperire
filium,& patrem,& ſimiles perſonas,de quibus
11.quæſt.1.c.quoniam multos. Vel poteſt di-
ci ſecundum eum,quòd admittitur excommu-
nicatus ad ſui defenſionem procuratorem con-
ſtituere; quia quilibet poterit ſuſcipere hoc mã
datum, & in hoc poterit ſibi communicare.ĩ.
de ſenten. excom. c.cum voluntate . Aduerte
tamen , quia Io.Cald.in.c.ab excommunicato.
de reſcrip.quem refert, & ſequi videtur in.c.1.
de reſcript. lib.6. limitat ſingulariter dictum.c.
intelleximus . quòd ita reus excommunicatus
poſſit ſe defendere,ſi non poteſt petere abſolu-
tionem. Sed ſi poteſt , & non petit , tunc non
admittitur propter contemptum, ſecundũ qd'
dixi.s̃.in prin. iſtius tertij membri in fi. primæ
regulæ.vbi tenui cõtrariũ.Et ꝑ ibi dicta repro
batur in.d.c. intelleximus. vnũ dictũ.d. Anto.
qui voluit,quòd excõicatus litigans per procu
ratorem ſuper abſolutione ab excommunica-
tione tanquam iniuſta,non tenetur petere abſo
lutionem,& male,vt dicam in.c.ſuper eo.ĩ.eo.
in vigeſimoquarto princ.artic. Item aduerte ,
quia ex prædictis,& maximè ex opi. Io. Calda.
poteſt ſuſtentari quod dicit Inno. in.d.c.intelle
ximus . vbi dicit , quòd in omnibus caſibus,in
quibus excommunicatus poteſt eſſe in iudicio,
et procuratorem conſtituere põt,& ſimile not.
Inno.de religio.in.c.cum.I.&.A.s̃.de re iudi.&
ibi dixi.& etiam dixi in clem. 1.de procur. Fa-
cit quod not.Bart.in.l.ſeruus.de an.leg. & in.l.
ſeruos.ff.de ali.& cib.leg. & Bal.in.l.filius.ff.de
procura.& quod traditur in.c.indecorum.s̃.de
æta.& quali.& in.c.fin.de procura.lib.6. Et ad-
uerte etiam , quia ad hoc , vt excommunicatus
poſſit ſe defendere per procuratorem,debet eſ-
ſe ſpecialis procurator,non autem ſufficit gene
ralis , niſi adiecta ſit illa clauſula , ꝙ poſſit oĩa ,
quæ poſſet ipſe dominus,ſi præſens eſſet, ſecun
dũ.d. Ant.quaſi velit, quòd illa clauſula habeat
vim ſpecialis mandati. Subdit tamen.d. Ant.ꝙ
non requiritur ſpeciale mandatum , quando in
tali mandato generali includerentur cauſæ , in
quibus excommunicatus poſſet per ſe eſſe in iu
dicio.arg.l.reſcripto.§.1.ff.de muner.& hono.
Sed tu aduerte, quia licet.d. Anto.dicat in.d.c.
intelleximus.ꝙ Archid. hoc tenuerit in.c.1.de
reſcript.lib.6. quòd non ſufficiat generale man
datum. Tamen Archid.hoc nõ dixit,ſed ſolum
dixit,ꝙ per mandatum generale ad impetran-
dum, non poteſt procurator defendere excom
municatum,vel appellationem proſequi , & ſic
non bene allegat. Et ſimiliter etiam,licet.d. An.
referat aliud dictum Archidia. quod ſupra dixi
de illa clauſula , quòd poſſit omnia , quæ poſſet
dominus ſi præſens intereſſet. Tamen.d. Anto.
videtur concludere, ꝙ talis clauſula non habeat
vim ſpecialis mandati , per not.per Io. An.in.c.
fi.de dilat.& ſic reprobat Archid. in hoc . Sed
malè videt ipſum reprobare,& ipſemet.d. Ant.
tenet contrarium in.d.c.fi. & etiam tenet Bart.
in.l.procurator qui libera.ff.de procura.& ꝓba
tur in.l.creditor.§.Lucius.ff.mand. Et vide do.
Ant.in.c.cum dilectus.s̃.de relig.domi. Item
aduerte , quia quod dixi , ꝙ excommunicatus
poteſt ſe defendere per procuratorem , debet
intelligi,& limitari;dummodo talis procurator
non ſit excommunicatus,quia excommunica-
tus non põt conſtitui ꝓcurator. Ad quod vide
quod latius dicam in ſeptimo membro princ.
iſtius quintæ quæſt.princ. Quinto dubitatur,
396 vtrum†ſi excommunicatus conſtituatur ꝓcu-
rator ꝓ reo, poſſit ipſum reum defendere. Sol.
dic,vt dicam.ĩ.in ſeptimo membro princ.iſtius
5.q.prin. vbi tractabo materiam procuratoris.
397 Sexto dubitatur,† an excommunicatus poſſit
eſſe ꝓcurator in cauſa communi ſibi,& reo.Sol.
dic vt dicã in dicto ſeptimo membro . Dubi-
LLL iij tatur

398 tatur ſeptimo, vtrum reus † excōicatus, contra
quem fuit lata ſententia, poſſit appellare, & ap-
pellationem ꝓſequi. Sol. dic, ꝙ ſic, quia appel-
latio eſt quædam defenſio inſtituta ad remouen
dum grauamen, vt in.c. ſuggeſtum. in fi.ſ. de ap
pella. & dixi ſupra in rub. de appel. Sed excom-
municato omnis defenſio permittitur, vt dictū
eſt in prin. iſtius membri, igitur &c. Præterea, ſi
contra actorem excommunicatum fuit lata ſen
tentia, licitum eſt ſibi appellare, vt latè dixi in
præced. membro. q. 29. ergo fortius debet lice-
re reo, cuius cauſa eſt fauorabilis. & vide ad de-
clarationem illius dubitationis, quæ latè dixi in
399 dicta. 29. q. Dubitatur octauo, † vtrum reus
excommunicatus exiſtens in iudicio, poſſit pe-
tere ſnīam pro ſe ferri. Sol. dic vt dixi in ꝓceden
400 ti membro. q. 34. Dubitatur nono, † quid ſi
reus fuit iniuſtè excommunicatus, & conueni-
tur ſuper eo, ſuper quo fuit iniuſtè excommu-
nicatus; an poſſit excipere, ꝙ non tenetur reſpō
dere, donec abſoluatur; ſeu donec prius reſti-
tuatur ad communionem, ex qua fuit iniuſtè
priuatus. Sol. glo. magna. in. c. cum inter. ſupra
de except. in tertia parte, concludit ꝙ ſic, dum-
modo probet, ꝙ ſit iniuſtè excommunicatus.
Idem tenet glo. 2. q. 2. c. nullus. quæ dicit idem
eſſe in ſuſpenſo; quod verum dicit Hoſti. ſi mo-
do agat excommunicatus, vel is qui illum fecit
excommunicari. Secus ſi alius. arg. c. frequens.
de reſti. ſpol. lib. 6. Et videtur fuiſſe de mēte gl.
prædictæ. Et idem tenent Dñi de Rota deci. 49.
in antiq. & ſequitur Archid. in. d. c. nullus. qđ
ſingulariter not. ad intellectum. c. querelam. pro
defenſione opi. Iac. Pe. & Cy. ibi relatæ. de quo
ibi. Et ex his habes expeditū tertium mēbrum
princ. iſtius. 5. q. prin. huius deciminoni princ.
artic. Aſſumo nunc ex ordine quartum prin-
cipale membrum iſtius. 5. q. prin. ſcilicet de ef-
401 fectibus excommunicationis, † reſpectu teſtiū.
Circa quod breuiter dic, quòd aut loquimur de
excommunicato excommunicatione minori,
& illa non repellit à teſtificando, vt dictum fuit
in primo membro iſtius. 5. q. Aut loquimur de
excommunicato excommunicatione maiori,
& talis excommunicatus repellitur à teſtimo-
nio, vt in. c. decernimus. eod. tit. lib. 6. probatur
in. c. teſtimonium. ſ. de teſti. Tenet Spec. in tit.
de teſte. §. 1. ver. item ꝙ eſt excommunicatus.
per. c. veniens. 2. de teſtib. & . 3. q. 4. c. conſpira-
tores. & . c. ſequen. ſ. de hæret. c. excommunica-
mus. §. credentes. cum ſimili. Fallit in crimine
hæreſis fauore fidei, vt in. c. in fidei. de hæreti.
lib. 6. Et ſic etiam ille tex. probat illam regulā;
quia ſi eſſet ſpeciale in fauorem fidei, vt in illo
caſu admittatur, ergo in contrarium eſt ius com
mune, vt in iuribus vulgatis. Sed circa prædicta
primo dubitatur, quid iuris, ſi tempore iura-
402 menti teſtis erat † excommunicatus, ſed tem-
pore depoſitionis erat abſolutus, vel econtra,
vtrum valeat eius teſtimonium. Sol. hanc quæ-
ſtionem poſuit Ioan. de Deo, in libro cauilatio-
num. & Vbertus de Bob. in tracta. teſtium. &
Guid. de Suza. in. l. 3. ff. de teſtib. & aliquid in. l.
ſi rem alienam. §. fi. ff. de pig. act. tradit Spec. in
tit. de teſte. §. 1. ver. quid ſi teſtis erat teſtabilis.
Archid. 3. q. 5. c. conſtituimus. Sed latius Ioā.
And. in reg. factum. de reg. iur. lib. 6. in mercur.
& . D. m. in. c. teſtimonium. ſupra de teſtib. & ve
ra concluſio videtur eſſe, quòd non ſufficit, ꝙ
tempore iuramenti non eſſet excommunicatꝰ.
Sed requiritur, quòd non ſit excommunicatus
etiam tempore depoſitionis. Sed in caſu con-
uerſo, quando tempore iuramenti erat excom-
municatus, & tempore depoſitionis erat abſo-
lutus, dic, ꝙ ex quo tempore productionis, &
iuramenti non fuit exceptum poſt depoſitionē
opponi nō poterit illa excōicatio. Cū iuramen
tum, quod eſt de iure naturali, aſtringat etiam
excommunicatum ad veritatem dicendam. Ita
decidit Ioan. And. & ſequitur. D. m. Et vide ad
hanc queſtionem, quod latius dixi de teſte cri-
minoſo in tracta. de teſte. in tertio prin. artic. &
etiam in vigeſimo artic. Secundo dubitatur,
403 vtrum † ſufficiat ꝓbare aliquem fuiſſe excōmu
nicatum, ad hoc, vt etiam abſolutus à teſtimo-
nio repellatur. Sol. vr̃ dicendū ꝙ non. arg. 4. q. 5.
c. 1. & . 2. Faciunt etiam quæ not. 4. q. 1. Sed ad-
uerte, quia hanc queſtionem latè tractat Inno.
in. c. teſtimonium. ſ. de teſti. & in effectu ponit
duas opin. Prima eſt, quæ videtur ſua, ꝙ non
obſtat excōmunicatio, ex quo ſequuta eſt abſo
lutio, cum repellitur propter crimē, ꝓpter qđ
fuit excommunicatus. Et rō ſit, quia potuit in-
iuſtè, & ſine cauſa excommunicari. Itē potuit
eſſe, ꝙ excommunicatio in ſe fuit iuſta; ſed ex-
communicatus fuit extra culpā; vt puta, ſi ex-
communicauit non comparentem in termino
aſſignato; ſed ille fuit legitimo impedimēto de-
tentus; hoc tamen non cōſtabat iudici, nec ipſa
excommunicatio debet obeſſe; quia eſt medi-
cinalis, vt in. c. 1. eo. ti. lib. 6. & ideò cauſa ceſſan
te non debet aliqua infamia remanere. Secun
da eſt opin. quorundam aliorum, quos ipſe re-
fert, ꝙ vbi excommunicatio fuiſſet lata expreſ-
ſa cauſa legitima, quòd tūc probatur culpa, nec
eſt neceſſe aliter probare; vt puta, quia fuit ex-
communicatus, ex eo ꝙ erat contumax in com
parendo ſuper crimine, de quo fuerat condem
natus; aliàs ſecus. Sed Inno. videtur hanc opin.
limitare, ſi modo crimen fuerit expreſſum in
ſnīa, & ſit tale, quòd ipſo facto infamaret. In
alijs verò criminibus, ſecus; quia acta pœnitētia
ceſſat infamia canonica, quaſi velit, ꝙ cum ſe-
quuta abſolutione dicatur emendatus de illo
crimine, non debet amplius crimen ſibi obſta-
re, vt in. d. c. teſtimonium. Sed dicit. D. m. quòd
Inno. loquitur nimis generaliter, cum in crimi-
nali non ſufficiat quem fuiſſe emendatum, vt. d.
c. teſtimonium. ver. in criminali. Hoſt. & . d. An.
videntur ſequi hāc vltimam opi. vt licet excom
municatio de ſe nō repellat, ex quo fuit ſequuta
abſolutio, tn̄ obſtat crimen expreſſum in ipſa
excommunicatione, quod probatur per ſenten
tiam. Sed vt dicit. D. m. ſm̄ hoc, quaſi ſemper
obſtaret excommunicatio præterita, quæ lata
eſſet in criminali, cum illa non feratur ſine cau-
ſæ ex-



ſæ expreſſione, iuxta ea, quæ notātur in. d. c. 1.
eod. tit. lib. 6. & ea, quæ dixi in. c. perpendi-
mus. in decimo principali articulo. Quod di-
cerem eſſe valde graue, quòd iura expellant
ſolum excommunicatum de præſenti, vt in. c.
decernimus. eod. tit. lib. 6. & ibi per Archid.
traditur, nec aliquid dicatur de excommunica-
to in præterito. Item cum excōicato poſſit
ferri extraiudicialiter, & ſine cauſę cognitione,
graue eſſet dicere, quòd probet crimē in eo ex-
preſſum. Et ideò operet̃ cauſas prædictas. Et
ex his, quæ ſtatim apparebunt. D. m. in. d. c. te-
ſtimonium. diſtinguit, quòd aut excommuni-
catio fuit lata pro tali cauſa, quæ non ſufficit, ēt
ſi probaretur expreſſè ad repulſionem teſtis; vt
puta, ſi fuit excommunicatus pro ſimplici con-
tumacia, in qua diu non perſeuerat; nam tunc
non ſufficit probare excommunicatum fuiſſe,
ex quo abſolutus eſt. Nam præterita, excom-
municatio, nō obſtat ratione prædicta, nec cau
ſa etiam, ſi vera eſſet; & hoc caſu ſatis eſt proba
re abſolutionem. Aut cauſa propter quam lata
eſt excommunicatio eſt ſufficiens, & tunc aut
non fuit expreſſa in ſentētia, & non obſtat quia
præſumitur, quòd ſit iniuſta, maximè hodie, vt
in. d. c. 1. eod. tit. lib. 6. Aut cauſa fuit expreſ-
ſa in ſententia excōmunicationis, & ſubdiſtin-
gue, quòd aut iſte obtinuit abſolutionem infra
decendium datum ad appellandum, & nō pro-
deſt opponere de ea, ex quo eſt abſolutus, ni-
ſi aliter verè probaretur crimen, propter quod
ipſe repelleretur à teſtimonio, argu. notatorū
in authen. ſi quis in aliquo documento. C. de
eden. Facit, & quia ante trāſcurſum decendij
dati ad appellandum, ſnīa non præſumitur iuſta,
niſi aliter probetur, vt dicit notabiliter Inno. in
. c. quoniam contra. ſ. de proba. & in. c. bonæ.
de elec. Nec obſtat, quòd iſte petierit abſolu-
tionem; quia hoc potuit feciſſe ex bona con-
ſcientia; quia bonarum mētium eſt vereri cul-
pam, vbi non eſt. 5. diſtin. c. ad eius verò con-
cubitum. Nec abſolutio præſupponit neceſſa-
rio vinculum; quia poteſt impetrare ad caute-
lam, vt not. Inno. in. c. venerabile. ſ. de elec. di-
xi ſupra in decimoſeptimo articulo principali,
vbi tractatur de probatione excommunicato-
rum. Sed melius probatur ex his, quæ dicam
in. c. venerabili. j. eod. in vigeſimoquinto arti-
culo. Aut non appellatur, ſed poſt lapſum de-
cendij, fecit ſe abſolui, vel ſi appellauit appella-
tionem deſeruit; & tunc maius eſt dubium; vi-
detur tamen, quòd ſufficiat probare olim fuiſ-
ſe excommunicatum, ad probationem crimi-
nis, ad effectū, vt repellatur à teſtimonio etiam
poſt abſolutionem; quia non appellando vide-
tur acquieuiſſe ſententiæ, & licet ſententia non
tranſeat in rem iudicatam, quo minus poſſit pe
ti abſolutio, tamen tranſit, quò ad certos effe-
ctus, inter quos eſt iſte effectus, vt præſumatur
iuſta, vt not. Inno. in. d. c. bonæ. & Io. Andr.
in. d. c. quoniam contra. & in. c. venerabilibus.
eod. tit. lib. 6. vbi talis repellitur in iudicio, &
extra; niſi probet, quòd iniuſtè fuerit excommu
nicatus. Et ſi diceres, quòd ibi perſeuerabat in
excommunicatione, tamē idem dicendum poſt
abſolutionem, quò ad effectus retentos, & con
ſumatos; Limitat tn̄ prædicta. D. m. quando
excōmunicatio eſſet lata in præſentem, ſecus
ſi in abſentem ignorantem, quia tunc non vide-
tur acquieſcere. ad quod facit. c. apoſtolicæ. ſ.
de cleri. excom. mi. Et melius per Inno. in. c.
innotuit. de eo qui. furti. ordi. ſuſce. Et ſubdit
. D. m. quòd hoc procedit indiſtinctè, ſi in ſen-
tentia fuit expreſſum tale crimen, quòd damna
to irrogat infamiam. Nam tunc repellitur in-
diſtinctè. In alijs autem criminibus non irro-
gantibus infamiam, diſtingue, quòd aut ſufficit
emendatio; & excommunicatio præterita non
habet obſtare, ex quo probatur abſolutio. Aut
non ſufficit emēdatio, vt in primo, & ſimilibus;
& tunc ſecus, ſecundum. D. m. quòd mihi ſa-
404 tis placet. Dubitauit tertio, † vtrum excōmu-
nicatus debeat abſolui, ad hoc, vt poſſit ferre te
ſtimoniū. Sol. glo. fin. in fi. in. c. veniens. 2. ſ.
de teſti. per illum tex. videtur tenere, quòd re-
gulariter, quilibet excōmunicatus propter im-
minens munus teſtificādi, debet abſolui ad cau-
telam propter neceſſitatem; quia, per alios non
poteſt fieri probatio. Inno. verò primo dicit,
quòd propter talem cauſam nō debet abſolui,
Nec obſt. tex. in. d. c. veniens, quia ibi fuerunt
abſoluti, quia erant excommunicati poſt appel
lationē, vt dicit patere in regiſtro, &c. etiam
conſueuit tales abſoluere ad cautelā, de quo di-
cam in. c. venerabili. j. eod. in vigeſimo quinto
principali articulo. Secundo dicit Inno. quòd
illa fortè fuit ſpecialis prouiſio, præſupponen-
do, quòd illi eſſent veri excommunicati. Vn-
de Papa ibi gratioſè proceſſit, & ideò non fuit
trahendum ad conſequentiam. Tertio dicit ſe-
cundum alios, quòd illud. c. procedit, quando
aliæ probationes deficiunt. Hoſti. verò in. d. c.
veniens. dicit, quòd de conſuetudine curiæ eſt
abſoluere tales ad tempus, ita quòd depoſito
teſtimonio ſtatim reincidit ipſo facto in eandē
ſentētiam. Et dicit, ꝙ talis abſolutio eſt potius
verbalis, quò ad homines; quam realis, quò ad
Deum; cum talis non pœniteat, nec contritus
ſit, nec ex corde veniam petat, qua propter di-
cit tales abſolutiones de rigore non eſſe facien-
das. 11. q. 3. c. cum aliquis. D. Anto. dicit, ꝙ
ſicut excommunicatio poteſt ferri ad tempus,
poteſt abſolutio fieri, & quòd de iure tollitur
vinculum excommunicatorum, quanuis non
tollatur vinculum peccati, ex quo non datur
pœnitentia; quia etiam impœnitens inuitus po
teſt abſolui, vt dicam in. c. ſuper eo. j. eod. in
in vigeſimoquarto principali articulo. Sed con
tra prædicta arguit. D. m. Nam licet præſup-
ponatur vinculum excomunicatorum tolli poſ-
ſe per abſolutionem, etiam in non pœnitente,
tamen remanet peccatum non modicum; tum
propter contumaciam, & inobedientiam non
ſatisfaciendo. 8. q. 1. c. ſciendum; cum etiam
propter perſeuerātiam in excommunicatione,
à qua non curat liberari, quę inducit præſum-
ptionem

ptionem hæreſis, vt dicam in decimoquarto
principali articulo, iſtius deciminoni principa-
lis articuli; ergo perſeuerantia in tali delicto
debet reddere ipſum inhabilem ad teſtimo-
nium, vt .d.c,teſtimoniũ.& .2.q.7.c. qui ſunt.
& .c.quærendum.& .c.non poteſt. Vnde dicit,
quòd quicquid habeat cõſuetudo, aduertendũ
eſſe tres caſus. Primus, quãdo allegatur nullitas
excommunicatorum;vt quia lata poſt appella-
tionem, vel ex alia ſimili cauſa,de quibus cauſis
dixi in.c.perpendimus.ſ.eod.in decimo princi
pali articulo,queſt.decimaſexta.Nã ſi hoc pro-
batur,licet non cõſtet aliter de legitimitate cau
ſæ,nec aduerſarius offert ſe ad probandũ,quòd
pro manifeſta offenſa fuerit excommunicatus;
tunc ſine dubio poſt abſolutionem ad cautelã,
poterit ferri teſtimonium; quia hoc caſu nega-
tur delictum, & ſic non cõſtat de vinculo pecca
ti, nec excõmunicationis poſt abſolutionẽ, vt
dixi in præcedẽti quæſtione. Et de hoc eſt caſus
in.d.c.veniens.ſecundum primum intellectum.
Secundus caſus eſt,quando allegatur iuſtitia ap
pellatorum,de qua poteſt probabiliter dubita-
ri;& tunc ſatis poteſt practicari opinio Hoſt. vt
abſoluatur,donec tulerit teſtimoniũ;dicit tamẽ
.D.m,obſtare, quòd non petendo abſolutionẽ
videtur contemnere,vt in.c,per tuas,ĩ.eo. Vn
de poſſet teneri vltima opi. Inn. & hoc caſu nõ
abſoluatur; niſi in defectum aliarum probatio-
num argu.eorum, quæ in ſimili notãtur in c. cũ
dilectus.ſ.de elec. Tertius, quando non ne-
gatur iuſtitia excommunicatorum,vel de cauſa
obſtatur,& tunc putat. D.m. quòd non debeat
fieri abſolutio ad finẽ teſtificandi; quia cum ẽt
abſolutus non poſſit teſtificari,propter perſeue
rãtiam peccati, de quo non pœnitet; ſed perſe
uerat, & maxime, quia excommunicatio non
fertur,niſi pro graui exceſſu, 11.q.3.c,nullus.&
.c. nemo.dixi in.d,c.perpẽdimus.ĩ decimo prin
cipali articulo, & mihi placet prædicta opi. Et
pro vltimo caſu, faciunt etiam, quæ dixi in præ
cedenti quæſt. Quarto dubitatur, ex quo ſu-
mus in materia teſtis excõmunicati, quid iuris
405 ſi † teſtis deſcriptus in inſtrumento, ſit excõ-
municatus, vtrũ inſtrumentum valeat. Sol.Spe,
in tit.de inſtru.edi.§.inſtrumentum.ver.quid ſi
teſtis;dicit,quòd nihilominus inſtrumentũ va-
leat,dũmodo non ſit aliter ſuſpectum; quia tũc
non daretur ei fides; Si autem nunc eſſet abſolu
tus,& inſtrumẽtum non aliter ſuſpectum, verè
dat fidem inſtrumento, licet tempore quo fuit
inſcriptus eſſet excommunicatus. Sed ſi cõtra,
nunc ſit excommunicatus, ſed tempore inſcrip
tionis non erat excommunicatus, non daret fi-
dem inſtrumẽto,per teſtimonium ſuum,ſecun-
dum Inno.in.c,pia.de excep.lib. 6. licet alij,ali-
ter dicant.Et hoc dictum Inn.referendo, ſequi
tur Ioan. And.in.c.decernimus. eod. tit. lib.6.
Sed tu aduerte,quia circa prædictã quæſtionẽ,
duplex poteſt oriri dubitatio. Prima, an valeat
inſtrumentum in quo excommunicatus eſt de
ſcriptus teſtis,quod quidem inſtrumentũ pro-
ducit in iudicio ad fidem faciendã. Secunda,ſi
teſtis, qui fuit deſcriptus in inſtrumẽto, produ
citur ad probandum dictum inſtrumentũ, quid
iuris ſit. Circa primã diſtinctionẽ dic, ꝙ aut in-
ſtrumentum remoto ipſo excommunicato ha-
bebat integrum numerum teſtium idoneorũ
ad ipſius validitatem,& inſtrumentum valet;ad
quod vide,quæ dixi in.c.in noſtra.ſ.de teſtibus
& quia vtile,per inutile &c. Aut remoto ipſo ex
communicato numerus teſtium non remanet
integer,& ſubdiſtingue, quòd aut excommuni
catio eſt occulta,& tunc arbitror,quòd inſtru-
mentum valeat; per ea,quæ notãtur in l. 1.C.de
teſta.ubi eſt bonus tex.ad hoc. Aut excõmuni-
catio erat publica;& tunc eſt maius dubiũ. Nã
cum iſte ſit actus extraiudicialis, & priuatus,
videtur, quòd non reddatur inualidus propter
excõmunicationẽ, vt dicã infra ĩ decima quæſt.
principali,iſtius articuli.In contrariũ tñ obſtat,
quia talis nõ eſt integer teſtis, vt in.c. teſtimo-
niũ.ſ.de teſti. Et per ea, quæ ſupra dicta ſunt,
ergo vr̃ non valere. Facit quod not. Bal.in.l.1.
C.de teſta.in queſt.7.& hoc mihi magis placet;
quia ad validitatem inſtrumenti publici exigun
tur teſtes de ſubſtantia,ergo idonei, vt dixi in
.c.1.ſ.de fide inſtru.ſed iſte non eſt idoneus,igi
tur &c. Quò ad ſecundam dubitationem, ſatis
clara poteſt colligi deciſio ex his, quæ ſupra di
xi ſupra in prima dubitatione iſtius membri;di
ſtinguendo, vtrum nunc ſit excommunicatus,
& non valeat eius teſtimonium,an abſolutus,&
dicendum eſt, vt dixi in ſecunda dubitatione
huius membri, in ver.ſecundo dubitatur. Et ex
his habes expeditum hoc quartum membrum
principale quintæ quæſtionis principalis iſtius
deciminoni articuli. Circa quintum principa
406 le membrum,videlicet,† vtrum excommunica
tus poſſit eſſe notarius, arbitror diſtinguendũ,
ꝙ aut quæritur, vtrum excõicatus poſſit creari
notarius, & arbitror, ꝙ non; quia cum ipſe de
beat exercere officiũ de publico, & dicatur ſer-
uus publicus propter periculum cõmunionis,
videtur quod non poſſit effici notarius. Item
quia habet officium ſaltem publicum authori
tate;ergo videtur,quòd excommunicatio impe
diat,argu.c. poſt ceſſionem.ſ. de prob. Facit ꝙ
dicam in duobus ſequẽtibus membris. Et hoc
maxime procederet in notarijs ciuitatis noſtrę
Senen. qui ex priuilegio ſunt iudices ordinarij;
407 & ideo poſſunt † percipere guarintigiam.Si ta-
men talis, qui crearetur eſt occultus excommu
nicatus,& haberetur pro notario,valerent vt ar
bitror inſtrumenta,quæ interim ab eo confice-
rentur;niſi ille,in cuius fauorem inſtrumentum
celebraretur,ſciuiſſet illum excommunicatum,
ſecundum ea,quę dixi ſupra in primo membro
principali, iſtius quintæ quæſtionis principalis,
vbi tractaui de iudice excõmunicato. Aut tem
pore creationis in notariũ, quis non erat excõ-
municatus; & quæritur,vtrum ſuperueniens ex
communicatio, impediat ipſum exercere offi-
cium notariatus, & dic, quòd aut loquimur de
officio, quod notarius tenetur exercere, eo ꝙ
deputatur ad ſcribendum acta;& idem arbitror
videlicet,



videlicet, quòd excommunicatio impediat, &
obſtet ſibi, cum tale officium dicatur publi-
cum, & per conſequens, ſit excommunicato
interdictum, vt in .c. ad probandum .ſ. de re
iudi. Facit quod ſtatim dicam de procuratore,
in ſeptimo mẽbro principali, iſtius quintę quæ-
ſtionis principalis. Faciunt etiã, quæ ſtatim di-
Com. op. cam in alio caſu, ſecundum communem *opi.
Aut quærimus de officio, quòd notarius exer-
cet extra iudiciũ, rogando contractꝰ teſtamẽta
vel ſimilia. Et ſubdiſtingue, quòd aut ipſe eſt
notarius pariter, & iudex ordinarius, prout
dixi contingere in notarijs Senen. Aut eſt ſim-
plex notarius. Primo caſu dicit, quòd aut ipſe,
id quod agit, facit tanquam iudex præcipiendo
guarintigiam, aut quid ſimile faciendo, & tunc
non valet quod agit, ſi modo ſit publicè excõ-
municatus. Sed ſi ſit excommunicatus occul-
tè valet, dummodo ille, ad cuius vtilitatẽ id agi
tur hoc ignoret,per ea,quæ ſupra dixi. Aut id,
ꝙ ipſe agit, nõ agit tãquam iudex; ſed tanquã
ſimplex notarius, & dic,vt ſtatim dicam in alio
caſu de ſimplici notario. Sed circa hoc dubitaᷣ,
408 quid † ſi iſte qui eſt notarius, pariter & iudex
rogat inſtrumentum publicum, in quo aliquid
facit tanquam iudex, vt quia præcipit guarinti-
giam, aliquid facit tãquam notarius,vtrum ſal-
tem valeat id, quod ſpectat ad ipſum, tanquam
ad notarium. Sol. illud quod fit ab eo tanquã
iudice,non eſt dubium,quòd non valet, ſecun-
dum diſtinctionem, quam ſtatim dixi de publi-
co, & occulto excommunicato. Sed maius du
bium eſt, de eo,quòd pertinet ad eum, tanquã
Pen. op. ad notarium. Retinẽdo opinionẽ * communẽ,
de qua ſtatim dicã in alio caſu, quæ vult, quòd
inſtrumentum ab eo confectum,non teneat; ca
ſus nullam habet dubitationem; ſed ſecundũ
contrariam opi. de qua dixi,procedat dubita-
tio, pro cuius deciſione recurrendum eſſet ad
materiam regulæ vtile, de re. iur. lib. 6. diſtin-
guendo, an vtile eſſet ſeparabile ab inutili, &c.
Si verò talis eſt ſolum ſimplex notarius, vtrum
valeant inſtrumenta ab eo confecta. Glo. fin.
in fin. in.c.decernimus. eod.tit. lib. 6. arguit,
quòd valeant per.c. excommunicamus.§. cre-
dentes.ſ.de hereti. vbi dicitur de excommuni-
cato,quòd ſi ſatisfacere contempſit infra annũ,
ex tunc inſtrumẽta per ipſum cõfecta non va-
lent; ergo à cõtrario inſtrumenta per eum cõ-
fecta ante annum valebant,licet eſſet excommu
nicatus; dicit tamen, quòd alij tenent contra-
riũ,pro quibus allegat. 3.q.4.c. nullus. vbi tex.
dicit nullus anathematizorum, hoc eſt excom-
municatorũ ſuſcipiatur, nec à quoquã credan-
tur, quæ ab eis dicuntur, vel ſcribuntur. Facit
.c.nouerit.ĩ.eod. Alij autem,vt Hoſti.& Guil.
dicunt,quòd quãdiu excommunicatio eſt oc-
culta, valet inſtrumentum ab eo confectum;
vel ſi ſit manifeſta, nec poteſt probari, arg.ff.
de offi. præto. in .l. Barbarius. & .3.q.7.§.
tria. C. de teſtamen. in .l. 1 .ſ. de re iudi. c. ad
probandum. ſecus ſi eſſet notoria. ſupra de
excep. c. exceptionem. de cohabi. cle. & muli.
409 .c.veſtra. Nam ſicut ibi † notorius concubi
narius, eſt ſuſpenſus, quò ad ſe, & quò ad
alios; ita tabellio notoriè excõmunicatus in-
telligitur etiam ab actibus extraiudicialibus.
Et hanc etiam vltimam opinionem tenet. Spe.
in tit. de inſtru. edit. §.reſtat,ver. quid ſi inſtru
mentum confectum eſt. Facit etiam quod not.
glo. in ver. inteſtabilis. in .d .§. credentes. Et
idem tenet Pe. & Abba. in .d. c.pia. de excep.
lib.6. Innocen. verò ibi, dicit, quòd quia ſcri-
410 ptura † ſumit authoritatem ex perſona ſcriben
tis, ideò non valet, quando eſt ab excommuni-
cato confecta. Subdit tamen, quòd ſi notarius
eſt excommunicatus, non tamen ſententialiter
damnatus,quòd valet inſtrumentum ab eo cõ-
fectum. Fatetur tamẽ, quòd aliqui tenent cõ-
trarium, per.c.conſulti.ſ.de procura. &.c. nul-
lus.3.q.4. Sed dicit ipſe,reſponderi poſſe ad.c.
conſulti. quòd loquitur de his,qui præſtant au-
thoritatem inſtrumento, quod ſit authẽticum,
non de his, quæ dicuntur, vel fiunt in inſtru-
mento. tex. verò in .d.c.nullus.loquiᷣ de ſcri-
pturis, quas faciunt excommunicati, non ra-
tione publici officij; ſed proprio motu. Fede.
de Senis conſ.77. videtur potius ſentire vltimã
opi. Inno. quæ vult, quòd quantumcunq; no-
tarius ſit excommunicatus, niſi ſit ſententiali-
ter condemnatus, ſcilicet, vt inſtrmenta non
poſſit conficere, valet inſtrumentum ab eo cõ-
fectum. Ad quod etiam adducit, quod not.
Inno. & Hoſti. in .c. fraternitatis.ſ. de hæreti.
411 vbi dicunt, quòd licet † notarius ſemel confe-
cerit falſum inſtrumentum, tamen valent alia
inſtrumenta ab eo cõfecta, donec ſit damnatus
de crimine falſi. Præterea, ſi in.d.§. credentes.
& in.c. felicis. de pœnis lib. 6. ſunt caſus ſpe-
ciales, ergo in contrarium eſt ius commune;
Sed ad illa iura poteſt reſponderi, quòd non ra
tione excõicationis,ſed ratione criminis irritã-
tur talia inſtrumenta, ſicut, & aliàs ratione hæ-
reſis ſuſpenditur notarius ab officio notariatꝰ,
vt.ſ. de hæreti. in. c.ſi aduerſus. Et eãdem quaſi
ſententiam, videtur ſentire Federi. conſ. 113.
Tu dic, quòd, aut excommunicatio eſt occulta,
& indubitanter valent inſtrumenta. argu.l. Bar-
barius, & aliorum iurium ſupra allegatorum
ad hoc, niſi ipſe,in cuius vtilitatẽ conficitur in-
ſtrumentum hoc ſciuerit. Ad quod vide,quod
dixi de iudice excommunicato.ſ.in primo mẽ-
bro iſtius quintæ quæſtionis principalis in octa
ua quæſt. in fallen. tertia. Nam, quãdo partes
ſciuiſſent, idem dicendum eſſet, quòd in caſu
ſequen. Aut excõmmunicatio eſt publica; &
dic, quòd aut eſt excommunicatus propter ta-
le crimẽ, quod infamat; et adhuc caſus eſt cla-
rius, propter ea, quæ dixi in præcedenti mem-
bro de teſte in ver. Secundo dubitaᷣ. Aut fuit
excommunicatus propter contumaciam, vel
propter crimen, quòd non infamat, & licet ca-
ſus ſit maius dubius, tamen magis placet opi.
communis,* quòd inſtrumentũ non valeat,per Com. op.
iura pro hac parte allegata; & quia omnes ſi-
miles legitimi,& cõmunes actus ab aliquo offi-
cio

gio deſcendentes,videtur interdicti excommu-
nicato, vt in .c.decernimus. eod. tit. lib.6. Et
quia tabellio videtur gerere officium de publi-
co,vt in.l.fin.C.de tabel.lib.10.licet ſit ſeruile;
& ideò excommunicatus nõ debet poſſe illud
exercere , vt in .c. poſt ceſſionem .ſ. de proba.
Item quia ſi teſtis excõmunicatus detrahit fi-
dei inſtrumenti, vt dixi in præcedenti membro
in fin. longe fortius dicendum eſt in notario ,
cuius eſt maior authoritas, & etiam loco teſtis
habetur, vt in.l.domitius.ff. de teſta. Et ex his
habes expeditũ quintum mẽbrum huius quin-
tæ quæſtionis, iſtius deciminoni articuli. Cir-
ca ſextum principale membrum iſtius quintę
quæſtionis principalis , in quo venit exminan-
412 dum, †vtrum excommunicatus poſſit eſſe ad-
uocatus, breuiter dic, quòd non , vt probatur
.11.q.3.in.c. excommunicatos. & .c.ſeq. & de
excep.c.exceptionem.4.q.1.c.1, 6.q.1.c. bea-
tus, & .c. illi. 2.q.7. in .c. alieni. de ſenten. ex-
com.c.decernimus. lib. 6. & probatur in.c.fin,
ne cleri. vel mo. Tenet Specu. in tit. de aduo-
cato.§.1. ver. Item quòd excommunicatus .
Sed aduerte, quia contra primum dictum forti-
ter obſt. c. excõmunicamus.§.credentes.ſ. de
hæreti.ibi dum tex.dicit , ſi fuerit aduocat⁹,vbi
videtur ſpeciale eſſe in illo caſu, ſi ſtetit in excõ-
municatione per annum, ergo ſecus in ſimplici
excommunicato ; Sed potes reſpondere,quòd
ille tex.non inducit in hoc ſpecialitatem,& po-
ſito, quòd ille tex.dicat ſi ſtetit in excommuni-
catione per annum , non tamen ſumitur argu-
mentum à contrario ; ergo ſecus ante, quia re-
ſultaret abſurdus intellectus ; & ideò vacat ar-
gumentum à contrario ſenſu argu .l. conuen-
ticula .C. de epi. & cleri. & .l. 2 .C. de condi.
inſer. Et dic, quòd eſt ſpeciale ibi, vt tanquã
infamis, poſt annum non poſſit eſſe aduocatus;
ſed infra annum non poteſt eſſe tanquam ex-
communicatus , vnde infra annũ ſublata con-
tumacia, & remota excommunicatione poſſet,
poſt annum verò , ſublata excommunicatione,
non poſſet niſi reſtitueret ad famã, per Papam,
vel Principem, vel alium habentem ad hoc po-
teſtatem, de quo dixi latè in .c. cum .T. ſ. de re
iudi. Sed quæro iuxta prædicta,vtrum, ſenten
413 tia lata in cauſis in quibus † excommunicatus
patrocinatus eſt, valeat. Sol.quidam dicunt,ꝙ
non. in.c.ſi aduerſus.ſ. de hæreti. vbi loquimur
de hæretico, iudæo, infideli, & excommunica-
to ; & dicit ibi, quòd talis ſententia eſt irritãda.
Et hanc opi.ſequitur Specu. in titu. de aduoca-
to. in prin. Et tenuit Vincen. in.c. ſi aliquãdo.
infra eod. Sed Hoſtien. quem ſequitur Ioan.
And. in .d.c.ſi aduerſus. dicit,quòd eſſet neceſ-
ſaria declaratio ſummi Pontificis ; ſecundum
quod habetur in .c. per venerabilem .ſ. qui fil.
ſint legit. & in.c.1.ſ. de feu. & in.c.fin. de con-
ſti. quia ſuper hoc, nullum expreſſum ius habe-
tur; niſi, quòd aduocatus poterit per excõicã-
tionem remoueri. Dicit tamen Io. And. quòd
lucrum eorum poſſet ab eis auferri , & erogari
pauperibus. Facit quòd not. in. c. cum ſit.ſ.de
iudæ. & tranſgreſſor poterit aliter puniri; & ſe-
quitur ibi .D. m. & ſic potius videtur reſidere
cum ſecunda opi. vt iudicium valeat , & mihi
magis placet ; & ſic habes expeditum ſextum
membrum, quintæ quæſtionis principalis.
Aſſumo nunc ſeptimum membrum , prædictæ
quintæ q̃ſtionis principalis , de procuratore;
414 vtrum,† excommunicatus poſſit cõſtitui pro-
curator, vel officium procuratoris exercere .
Circa quod diſtingue , quòd aut loquimur de
excommunicatione minori,aut maiori. Primo
caſu dic, quòd talis excommunicatio non ob-
ſtat, per ea, quæ dixi ſupra in primo membro
iſtius quintæ quæſtionis principalis in princi.
vbi tractaui de iudice, & pluribus aliis quæſtio-
nibus illius membri. Secundo caſu,cum loqui-
mur de excommunicatione maiori , proſequar
infraſcriptas quæſtiones. Prima erit,quid iuris,
quando talis erat omni tempore excommuni-
catus, videlicet , tàm tempore conſtitutionis,
tàm acceptationis, quàm etiam,tempore exer-
tij. Secunda,quid ſi erat excommunicatus tem
pore conſtitutionis, & acceptationis ; ſed tem-
pore exercitij erat abſolutus . Tertia , vtrũ ex-
communicatio,inficiat ipſo iure actum conſti-
tutionis procuratoris; ita vt per eum geſta,ipſo
iure nõ teneant, an vero neceſſaria ſit exceptio.
Quarta,quid ſi tempore conſtitutionis erat ex-
communicatus , ſed tempore acceptationis', &
exercitij erat abſolutus. Quinta , quid ſi tem-
pore conſtitutionis non erat excõmunicatus,
ſed tempore acceptationis mandati erat excõ-
municatus. Sexta , quid ſi tẽpore conſtitutio-
nis, & acceptationis nõ erat excommunicatus,
ſed tempore exercitij eſt excommunicatus.
Septima, quid erit, ſi procurator non erat ex-
communicatus tempore conſtitutionis, nec ac-
ceptationis , nec exercitij reſpectu cauſæ prin-
cipalis,nec acceſſorij ; ſed poſtquam appellauit
à ſententia contra ſe data, & fuit excommuni-
catus, vtrum poſſit appellationem proſequi .
Octaua, quid iuris, ſi pendente iudicio,per pro
curaturem intentato , ſuperuenit excommuni-
catio in perſonã domini. Nona , quid de pro-
curatore excommunicato , circa impetratiuum
reſcriptum. Decima, vtrum procurator con-
ſtitutus cum poteſtate ſubſtituendi,poſſit ſub-
ſtituere ſi eſt excommunicatus. Vndecima,
an excommunicatus poſſit eſſe procurator pro
ſuo conſorte. Quò ad primam quæſtionem ,
quando quis erat omni tempore excommuni-
catus, videlicet, tempore conſtitutionis, acce-
415 ptationis, & exercitij breuiter dic , quòd talis
non poteſt eſſe procurator , vt .ſ. de proba.c.
poſt ceſſionem.ſ.de offi. delega.c.prudentiam.
.§. ſexta. Spe. in titu. de procuratore. §. 1. in
princi. Nam vt ſæpius dictum fuit, excommu-
nicatus repellitur ab omnibus actibus publicis,
ciuilibus, & communibus, vt in.c.decernimus.
eod. titu. lib. 6. & ibi not. Doc. et .D. m. poſt
Doc. in.c. veritatis. de dolo.& cõtu.& in.c.pia.
de excep. lib.6. Et hoc pocedit, ſiue loquamur
in procuratore ex parte actoris , ſiue in procu-
ratore



ratore ex parte rei , licet enim reus excommu-
nicatus poſſit eſſe in iudicio , vt latè dictum fuit
in tertio membro , tamen illud conceſſum fuit
reo', propter neceſſariam defenſionẽ ; ſed pro-
curator eſt voluntarius, & ſic ceſſat ratio.c. in-
telleximus. Et prædicta procedunt,quãdo cõ-
ſtitueretur ꝓcurator ad iudicia ; ſed ſi conſti-
tueretur ꝓcurator ad negotia extraiudicialia,
maius videtur dubium ; quia ſicut principalis
poteſt per ſe contrahere, & alia negocia extra-
iudicialia regulariter exercere,ita videtur,quòd
poſſit eius procurator. Ego non reperi tactum
ſpecificè. Arbitror tamen , quòd non poſſit ;
quia actus videtur eſſe ciuilis, & eſt officium,ꝙ
ſuſcipit procurator, vt in .l. 1 .ff.de procura. Et
licet officium ſit viliſſimum, ad quòd etiam in-
famis, ſaltem de iure ciuili admittitur , vt inſti.
de excep.in fin. de quo tamen variæ ſunt opi-
niones, de quibus per Specu. in tit. de procu-
ratore.§.1.ver. Item, quòd eſt infamis. Et la-
tè per Doct. & .D. m.in.c. Imperatorum.ſ.de
iura. calum. Tamen hoc videtur eſſe ſtatutum
in odium ipſius excommunicati ; quia tale offi-
cium poſſet eſſe ſibi vtile. Et ad hoc etiam , vt
facilius reſipiſcat , & vt vitetur aliorum pericu-
lum propter cõmunionem,vt in.c. 1. de excep.
lib.6. Facit quòd not. D.m.in.d.c.poſt ceſſio-
nem . prædicta tamen arbitror procedere,quan
do conſtitueretur ſimplex procurator in rem
ſuam ; quia tunc arbitror,quòd reſpectu vitliũ,
quas poteſt intentare ad propriam vtilitatem, ſi
modo intentaret tempore,quo non eſſet excõ-
municatus, ſicut valet contractus , & cæteri ſi-
miles actus , vt dicam in octaua quæſtione prin
cipali. Et ſicut ex parte cedentis videtur vale-
re, licet ſit excõmunicatus ; ita,& ex parte ceſ-
ſionarij; faciunt etiam quæ dicã in decima quę-
ſtione principali huius articuli. Vtrũ autem ge-
ſta per procuratorem excommunicatum , va-
leant , dicam ſtatim in tertia quæſtione. Quò
ad ſecundam quæſtionem , quando erat excom
416 municatus † tempore conſtitutionis , & ace-
ptationis ; ſed tempore exercitij , erat abſolu-
tus. Glo. fin. in .d.c. poſt ceſſionem , & Ioan.
Andr. tenent, quòd nihilominus poterit repel
li exceptione excommunicationis, quæ erat tẽ-
pore conſtitutionis ; quia cõſiderari debet ini-
tium. Pro qua opi. facit, quia capacitas,& habi
litas conſideratur tempore acquiſitionis man-
dati, vt in Inſti. de hære. quali. & diffe. §. in
extraneis, & in.c.dudum . 1 . de elect. & in .c. ſi
eo tempore. de reſcrip.lib.6. & in.c. auditis de
Cõ.op. elec. cum ſimil. Et ſequitur .D. Anto. Henri.
Bohic. & * communiter Doct. in.d.c.poſt ceſ-
ſionem. & mihi placet. Quæro tertio , quia in
duabus præcedentibus quæſtionibus vidimus ,
quòd non valet conſtitutio procuratoris ex-
communicati , & quòd poteſt exceptione re-
417 pelli ; quæritur, vtrum † excommunicatio infi-
ciat ipſo iure actum conſtitutionis , vt ſic nihil
acquirant conſtituto,& per conſequens ipſo iu
re geſta non teneant , an verò ad hoc , vt geſta
non teneant, exigatur exceptio tempore exer-
tij. Sol. Inno.in.d.c. poſt ceſſionem. ſentit, ꝙ
requiratur exceptio ; aliàs vult , quòd teneant
omnia ſecum geſta,ſicut tenerent geſta cũ acto-
re excommunicato, vt in.c.pia.de excep.lib.6.
de quo dixi in ſecundo membro principali hu-
ius quintæ quæſt. principalis, in princi. & hoc
videtur tenere Io. And. Cal. D. Anto. & Doc.
*communiter , in .d. c.poſt ceſſionẽ , & ſequi- Com. op.
tur ibi .D.m. qui dicit, quod iudicio ſuo eſt ca-
ſus ibi. Nam ibi non dicebatur, quod eſſet ex-
cõmunicatus tunc cum agebat ; ſed quod erat
excõmunicatus tempore officij exercitij , quaſi
tunc non tenuerit procuratoris conſtitutio ; &
ideò non debet admitri, licet nũc ſit abſolutus ;
& geſta cũ iſto non debent tenere,ſicut,nec ge-
ſta cum falſo procuratore.ſ.de reſcrp.c. ex par
te decani, & .ſ.de procura.c.ex inſinuatione,&
c.in nr̃a .ff.de iudi.in.l.licet.cum ſimil. quod di-
cit ſingulariter, notandum ad limitationẽ eorũ,
quæ dicuntur in .c. veritatis.ſ.de dolo,& contu
macia. Facit etiam, quia procuratori defertur
officium, quod ſaltem eſt publicum authorita-
te, vt.ff. de procura. in.l. 1. cuius excommuni-
catus non videt̃ eſſe capax, vt ſupra dictũ fuit.
Sed contra prædicta, opponit .D.m. de.c.licet.
de procura.lib.6. vbi patet, quòd ſi procurator
conſtitutus ſemel diſſenſit, nihilominus poteſt
etiam conſentire, domino in eadem voluntate
manẽte. Ad quod ẽt facit.l.obſeruare.ff.de offi.
proconſul. vbi delegatio facta à procõſule an-
te ingreſſum prouincię, quę tũc non valuit,cõ-
ualidatur in ipſo ingreſſu, ipſo procõſule, in ea-
dem voluntate manente. Et ſic idem videtur
dicendum in caſu noſtro , ꝙ licet impedimen-
tum eſſet tempore conſtitutionis ; tamen , ex
quo nunc erat abſolutus, & conſtituens in ea-
dem perſeuerat voluntate, debeat valere, & cõ-
ſtitutio conualidari. Et idem videtur dicẽdum,
quando erat excommunicatus tempore conſti-
tutionis, & acceptationis ; ex quo nunc eſt ab-
ſolutus, domino ad hoc, in eadem voluntate ma
nente. Sed Vincen. Io. Ab. Ioan. And. in.d.c.
poſt ceſſionem.& Specu.in tit.de procuratore.
in prin. tenet primam ſententiam. Et reſpon-
dent ad iura allegata in contrarium,& primo ad
.c. licet. quòd actus conſtitutionis, ibi tenuit à
principio , nec deſijt valere per diſſenſum pro-
curatoris. Et ideò domino in eadem volunta-
tem manente confirmatur, & ſimiliter reſpon-
detur ad.l.obſeruare,quòd ibi delegatio à prin
cipio non fuit ex toto nulla ; quia proconſul ẽt
ante ingreſſum prouinciæ habebat iuriſdictio-
nem , ſaltem in habitu ; vnde potuit illam trãſ-
ferre ſimile. in .l. penul. C. de cura.furio. Facit,
quod not. in.c.paſtoralis.§.1.ſ. de reſcrip. Et
ideò , cum per ingreſſum prouinciæ proconſul
aſſumat exercitium iuriſdictionis , illud etiam
participat delegato , & vi præcedentis habitus,
ex quo illum non reuocat. Sed in caſu noſtro,
actus conſtitutionis fuit nullus, cum adeſſet in-
capacitas tempore conſtitutionis , vel vtroq;
tempore, ſcilicet abſolutionis, & acceptationis
per iura ſuperius allegata. Et hanc opinionem
ſequitur

ſequitur etiam Io. de Luna. Vel dic clarius, &
melius ſecundum .D. m. ad .c. licet. quòd ibi
voluntas conſtituentis, non fuit econtra; ideò
data perſeuerantia, potuit ille acceptare quen-
cunq; argu. eorum, quæ leguntur, & notantur
in .c. ſi tibi. de præben. lib. *6*. Sed in caſu noſtro
fuit erronea, aut reſpectu facti, quia credebat il-
lum non excommunicatum, aut reſpectu iuris,
quia credebat excommunicatum poſſe conſti-
tui procuratorem. Vnde ſuperueniente abſo-
lutione, conſtituens videtur perdurare in priori
conſenſu erroneo; & ideò ex ſola permanentia
nil agitur, vt in .c. 1. & .c. ꝓpoſuit. s̃. de cõiug.
ſeruo. et quòd not. in dictis iuribus. Ex quo
videtur inferendum, quòd ſi conſtituens, nunc
certificatus de abſolutione perſeuerat in ſua vo
luntate, põt iſte acceptari de nouo, quod ſatis
putat verum .D. m. etiam, ſine expreſſo conſen
ſu, licet .D. Anto. videatur exigere expreſſum
conſenſum poſt abſolutionem, ſed tunc null: m
eſſet dubium; & ideò putat ſufficere tacitũ con-
ſenſum modo prædicto. facit quod not. in re-
gula ætati. de regu. iur. lib. *6*. facit etiam, quod
not. in. l. licet. C. de procura. Aduerte tamen,
quia Io. Calda. in. d. c. poſt ceſſionẽ. diſtinguit,
quòd aut is erat publicè excommunicatus, &
non valuit conſtitutio, nec ea, quæ poſtea fecit,
vt in. c. ad probandum. s̃. de re iud. Et ita pro-
cedit, quod ſupra dixi, ſi modo loquamur,
quando etiam tempore exercitij eſſet excom-
municatus, & fuiſſet excommunicatus tempo-
re conſtitutionis, ſeu acceptationis. Nam hoc
caſu ſi excommunicatio eſt publica, non eſt du-
bium, quòd geſta non tenent; quod tamen ar-
bitror limitandum in procuratore ſimplici; ſe-
cus in procuratore in rem ſuam, qui intenta-
ret actiones vtiles nomine ſuo; quia tunc vale-
rent geſta ſi non exciperetur, per ea, quæ dixi
ſupra in prima quæſtione iſtius membri. Et ita
ſemper etiam intellige, & limita hanc materiã
procuratoris. Ad quod etiam vide, quòd dixi
ſupra in ſecũdo membro principali iſtius quin-
tæ quæſtionis principalis, ibi in quæſt. 21. 22.
& .23. Sed ſi conſtitutus procurator erat oc-
cultè excommunicatus, & conſtituens ſciebat,
idem dicendum eſt, quòd acta non teneant in fa
uorem ſuum. Secus autem ſi ignorabat; nam
tunc ſecundum Calda. tenerẽt geſta ratione pu
blici officij, argu. d. c. ad probandum. & .l. Bar-
barius. ff. de offi. præto. & ita dicit ſe intellige-
re notata in. c. fin. s̃. de procura. Sed hoc non
placet .D. Anto. quia officium procuratoris nõ
eſt publicum, ſed priuatum; & ideò non debet
eſſe differentia inter publicè, & occultè excom
municatum. vt in .c. veritatis. s̃. de dolo & con
tuma. & .c. nihil. s̃. de elec. Pro quo facit Theo
rica Inno. in .c. cum dilectus. s̃. de conſue. Et
quod not. in Io. And. in. c. 1. de reſcrip. lib. *6*.
Et ideò indiſtinctè putat .D. Anto. geſta non
valere, quod etiam placet .D. m. pro qua opi.
dicit eſſe bonum tex. cum ſua materia in .l. 1. ff.
quòd cum fal. tut. in fin. vbi patet, quòd geſta
cum falſo tutore, qui putabatur verus, non ha-
bentur rata, niſi Iudex à principio ita aliter de-
cernerit. Et ibi dicit Bal. fortius, quod etiam
ſi Iudex per interlocutoriam ſuam legitimat
mandatum falſi ꝓcuratoris, nihil agit. Et ſub-
dit .D. m. in .d. c. poſt ceſſionẽ, quòd illud quod
dicit, quòd geſta ratione publici officij valent
propter cõmunem errorem; procedunt, ſi mo
do officium ſit publicum authoritate, & vtili-
tate. Secus ſi ſit publicum authoritate, & vtili-
tate priuatum, vt eſt officium tutelæ procura-
toris, & ſimilium; quod dictum, apud me ſa-
tis eſt dubium, ex reprehẽſione ẽt facta de opi.
Calda. per ea, quæ ſupra dixi in quarto mem-
bro, vbi tractaui de teſte; & in contrarium etiã
facit .l. 1. C. de teſta. vbi valet teſtamentum, in
quo adhibetur ſeruus in teſtem, qui tamen eſt
inhabilis ad teſtamentum vt in. l. qui teſtamen-
to. §. ſeruus. ff. de teſta. & tamen propter com-
munem opinionem, & errorem tolleratur.
Item in contrarium facit, quod dixi ſupra in
quinto membro ptincipali huius quæſtionis,
vbi tractaui de notario, cogitabis. Et hæc pro-
cedũt, quando quis erat excommunicatus tem
pore conſtitutionis, vel acceptationis; ſed ſi ex-
communicatio ſuperuenit in perſonam procu-
ratoris, poſt actum perfectum conſtitutionis,
& acceptationis mandati, valet, quòd per eum
actum, vel geſtum eſt; donec exceptione repel-
latur per .c. pia. de excep. lib. *6*. quia in iſto non
deficit poteſtas, ſed ſolum repelli poteſt ꝓpter
periculum communionis. Et ſic habes notabi
liter expeditam hanc quæſtionem &c. Quar-
418 to quæro, quid † ſi tẽpore conſtitutionis erat
excommunicatus, ſed tempore acceptationis
erat abſolutus. Sol. patet ex duabus præceden-
tibus quæſtionibus, quod non valet mãdatum,
nec ea, quæ per ipſum explicantur, niſi ex noua
voluntate expreſſa, vel tacita; ſecundum, quod
dixi in præcedenti quæſtione. Quinto quæro,
419 quid ſi tempore conſtitutionis non † erat ex-
communicatus, ſed tẽpore acceptationis man-
dati erat excõmunicatus. Sol. dic idem, quod
dictum fuit in præcedenti; quia validitas man-
dati cauſatur ex conſenſu vtriuſq;, data ergo in-
capacitate alterius, non valet. Facit .c. is cui. de
præben. lib. *6*. & inſti. de hære. quali. & differ.
.§. in extraneis. niſi gratificetur voluntate con-
tinuata, vt dixi ſtatim in tertia quæſt. Et ita cõ
muniter *tenẽt Doct. in .d. c. poſt ceſſionem. Cõm.op.
420 Quæro ſexto, quid † ſi tempore cõſtitutionis,
& acceptationis mandati non erat excommuni
catus, ſed tempore exercitij eſt excomunica-
tus. Sol. quòd talis etiam poteſt repelli exce-
ptione excommunicationis, per ea, quæ præ-
dicta ſunt; quod intelligo, ſi vellet agere, vel de-
fendere in iudicio; quia ſi venit, vt procura-
tor res eſt clara. Nam ſicut actor excommu
nicatus repellitur, ita fortius ꝓcurator excom
municatus pro actore. Si vero eſt procurator
excommunicatus ex parte rei, adhuc idem di-
cendum eſt; quia ita demum quis admittitur
ad iudicium, ſi vult venire pro ſua neceſſaria de-
fenſione, vt dixi ſupra in tertio mẽbro princi-
pali



pali iſtius quintæ quæſtionis; ſed iſte veniret vt
voluntarius cum voluntarie recipiat officium
ſuum; vt in. l. inuitus. C. de procurato. & .l. fi-
liusfamil. §. inuitum. ff. de procura. Nec ob-
ſtat ſi diceres, ergo ſi ſuperueniat excõmunica-
tio lite conteſtata per procuratorem, videtur
quòd poſſit defendere, cum tunc non ſit volun-
tarius, vt in. l. ſicut. C. de acti. & obli. quia re-
ſpondeo, quòd licet ſit neceſſarius attenta actio
ne mandati, tamen illa neceſſitas excluditur ſu-
perueniente impedimento, quale eſt hic, vt in.
l. poſt litem. cum. l. ſe. ff. de procura. & in. c. 2.
& .c. licet. de ꝓcu. lib. *6*. ſecundũ Ioã. de ligna.
Sed ſi loquamur de procuratore conſtituto ad
negocia. q. non procedit; quia aut pars non vult
cum eo contrahere, & res eſt clara; quia cõtra-
ctus ſunt voluntatis ab initio, vt in. d. l. ſicut.
Si vero cõtrahit cum eo, adhuc caſus eſt clarus;
quia ita valet ꝙ cum eo contractũ eſt alieno no
mine. ſicut valeret contrahendo cum excõmu-
nicato. Ad quod facit ꝙ dixi. s̃. in. q. 3. Quæro
421 ſeptimo, quid ſi procurator nõ erat excõicatus
tempore conſtitutionis, acceptationis, aut exer
citij reſpectu cauſæ principalis; ſed poſtquã ap-
pellauit à ſententia contra ſe lata, fuit excõmu-
nicatus, vtrum poſſit appellationem proſequi.
Sol. variæ ſunt opin. vt recitat Inno. in. c. ſignifi-
cauit. s̃. de excep. Quidam dixerunt, quòd non
poteſt proſequi appellationem; quia excõmu-
nicatus nunc veniret vt voluntarius; licet enim
ꝓcurator teneatur appellationem interponere,
non tamen tenetur ipſam proſequi, vt. l. inuitus.
C. de ꝓcu. & in. c. iniuſte. s̃. de ꝓcu. Alij dicunt
quòd aut iſte promiſit appellare, & appellatio-
nem proſequi, & tunc debet admitti, ne veniat
contra promiſſam fidẽ. Aut nihil promiſit, &
tunc ꝓcedat prima opi. Et in hanc ſententiã vi-
detur magis inclinare Inno. licet non firmet pe-
des. Io. An. dicit, quòd etiã ſi expreſſè ꝓmiſit
appellationem proſequi, non tenetur hoc caſu
ꝓmiſſionem ſeruare; quia ſi exiſtens excõmu-
nicatus promitteret non obſtante excommu-
nicatione proſequi appellationem, non valeret
promiſſio, nec eſſet ſeruanda, tanquam turpis
propter periculum animarum, vigeſima quæſt.
4. c. in malis. & in reg. in malis. de reg. iur.
lib. *6*. Vnde ſi ſimpliciter promiſit proſequi,
appellationem, ſtatu mutato non tenetur pro-
miſſionem ſeruare; Etiam ſi promiſſio eſſet fir-
mata iuramento; quia ſubintelligitur hæc con-
ditio, ſi ſtatus meus nõ fuerit mutatus, per not.
in. c. quemmadmodum. ſuꝑ de iureiuran. Et
hanc opi. ſequitur Do. m. in. d. c. ſignificauit.
Pro qua allegat quod not. Inno. in. c. qualiter.
.1. ſuꝑ. de accuſ. in illa quæſtione, cum quis
iurauit nulla ratione reuelare ſecretũ, & poſtea
producitur in teſtem. Facit etiam, quia nõ vide-
tur talis potuiſſe nec tacitè, nec expreſſè ob-
ligare ſe, contra iuris diſpoſitionem per not.
in. c. ſi diligenti. ſuꝑ de fo. compe. & .l. ius
publicum. ff. de pac. Et hæc opinio mihi placet.
Nec obſtat, quòd actor, poſſit appellare à ſen-
tentia contra ſe lata, licet ſit excommunicatus,
& appellationem proſequi; quia videtur quo-
dammodo venire ad neceſſariam defenſionem
ſtimulatus præiudicio inſtantis ſententiæ, quæ
tranſiret in rem iudicatam, vt dixi ſuꝑ in ſe-
cundo principali membro iſtius quintæ quæſt.
principalis. queſt. vigeſimanona. & queſtione.
trigeſima. Sed iſte procurator eſt, voluntarius
vt dixi, & poteſt prouideri principali, qui vel
per ſe, vel per alium procuratorem nõ excom-
municatum poterit appellationem proſequi.
Et ſi fortè principalis eſſet abſens in partibus
longinquis, ne taliter poſſet ꝓuideri per ipſum,
dicerem, quòd ſi iſte procurator eſt conſtitu-
tus cum poteſtate ſubſtituendi, debebit ſub-
ſtituere, ſecundum quod ſtatim dicam in deci-
ma quæſt. Aliàs autẽ perirent fatalia, Et quia
peribũt facto procuratoris, dabitur reſtitutio
principali, ſecundum ea quæ latius dixi in. c. ex
ratione. ſuꝑ de appel. Et hæc procedunt, quã-
do contra ipſum procuratorem excommuni-
catum opponeretur de excommunicatione.
Sed ſi non opponeretur, teneret iudicium per
ipſum agitatum, per ea quæ dixi ſuꝑ in tertia
quæſtione huius ſeptimi membri. Quæro vi-
422 geſimoctauo, quid ſi † pendentè iudicio per
procuratorem intentato ſuperuenit excom-
municatio in perſonam domini Sol. dic vt dixi
ſuꝑ in ſecundo membro iſtius quintæ quæſtio.
principalis quæſtione vigeſimatertia. Et vide
etiam quò ad hanc materiam ꝓcuratoris, quod
ibi dixi queſt. vigeſimaprima, vigeſimaſecunda,
& vigeſimaquarta. Quæro nono, vtrum pro-
423 curator † excommunicatus impediatur impe-
trare reſcriptum pro non excõmunicato. Sol.
dic vt de hoc dictum fuit in tertia quæſt. prin-
cipali huius vigeſiminoni artic. princi. in vige-
424 ſimatertia fallentia. Decimo quæro, † vtrum
procurator conſtitutus cũ poteſtate ſubſtituẽ-
di poſſit valide alium ſubſtituere, ſi eſt excom-
municatus. Sol. Io. An. in. c. poſt ceſſionem. s̃.
de proba. & in clem. religioſus. de procu. poſt
multa videtur concludere, quòd eo caſu quo
conſtitutio eſſet nulla propter incapacitatem
conſtituti, non poſſit conſtitutus alium ſubſti-
tuere .d. clem. religioſus. Secus ſi poſſet eſſe
procurator, licet propter excommunicationem
poſſit repelli ab agendo, vt quia fuit excommu-
nicatus poſt aſſumptionem mandati. Io. Calda.
tenet primum dictum, quando ſimpliciter eſſet
data poteſtas ſubſtituendi. Secus ſi fuiſſet depu
tatus nuncius magiſter ad eligendũ, ſeu nomi-
nãdum aliquẽ, quẽ ex nunc dominus conſtitue
bat. arg. 1. q̃ſt. 1. c. ſi iuſtus fuerit. Quaſi hoc ca-
ſu à domino, nõ à ꝓcuratore videatur conſti-
tutus. Pro quo, facit optimè. l. cũ pater. § hęredi
tatẽ. ff. de leg. 2. vbi per deportationẽ quis non
amittit poteſtatẽ eligendi, ſeu nominandi. Et
ſic idẽ videtur dicendũ, ꝙ hanc poteſtatem nõ
amittit per excõmunicationẽ. Do. An. in. d. c. ſi
gnificauit. videtur velle, ꝙ etiã ſimpliciter da-
tus ad ſubſtituendũ poſſit ſubſtituere; quia dare
mandatũ, & ſubſtituere, expeditur per viã con-
tractus: ſed excommunicatus valide contrahit,

Cōm.opi. ſecundum cōem * opinionē not. in.c.veritatis.
s̃.de do. & contu. Sed dicit Do. m. ꝙ hæc opi.
ſibi non placet, quia etiam in iudicio quaſi con
trahitur, vt in.l. 3.§. idem ſcribit.ff.de pecul.&
tamen non valent geſta cū excommnicato pro
curatore ſi opponatur exceptio. Vnde ſubdit
Do. m. quòd credit, quòd excommunicatus
non poſſit conſtitui procurator, etiam ad ne-
gotia, quia non videtur capax officij pu-
blici ſaltem authoritate; licet ex ratione do.
Anto. videatur inferendum, quòd poſſit con-
ſtituti procurator ad negocia. quod ſibi
non placet; quia vt ſup̃ dixi; conſtitutus ad
iudicia, conſtituitur ad quaſi contrahendum,
& tamen non valet, vt dictum fuit in prima
quæſt. fortius ergo non debuit valere ad rem
contrahendum, cum eadem ſit ratio in vtrunq;
caſū. Quod fuit ad ea quæ dixi.s̃.ī hoc mēbro ī
prima quęſt. Ego verò arbitror latius diſtingē-
dū, ꝙ aut quærimus de ꝓcuratore conſtituto
qui habet poteſtatē ſubſtituendi ab homine,aut
de eo qui habet poteſtatē ſubſtituēdi à iure, Pri
mo caſu ſubdiſtingue, ꝙ aut quis eſt cōſtitutus
procurator pariter, & nuntius,aut ſimpliciter
procurator. Primo caſu dic, ꝙ aut ſubſtituit
vt nuntius, ſeu nudus miniſter, & pōt; quia nō
ipſe,ſed dñs videtur ſubſtituere; Nam iſte qui
agit vt nuntius, facit tanquam pica, & orga-
num, & concipit verba in perſonam domini
principalis, non in ſuam, vt dixi latius in clem.
1. de procura. Aut ſubſtituit. vt procurator,
& ſubdingue, quòd aut fuit excommunicatus
quò ad ſuſceptum mandatum, & poteſt ſub-
ſtituere vt.s̃. dixi. Aut ante, & ſubdiſtingue, ꝙ
aut eſt cōſtitutus ſimpliciter ad plures cauſas cū
poteſtate ſubſtituēdi, & nō pōt ſubſtituere ſm
Cōm.op. cōmunē * opi. q̃ magis mihi placet. Licet Do.
Ant.aliud ſenſerit. Quod maximè arbitror ꝓce
dere, ſi ſubſtitutio fieret ad lites;quia licet ſubſti
tutio ſit actus extraiudicialis, tamen ex quo
ſubſtitutio fit ad iudicia, ideò talis actus vi-
detur prohibitus, cum hęc ſubſtitutio ſit quo-
dammodo præambulum, vt in.l. oratio.ff. de
ſpōſa. Aut fuit cōſtitutus procurator ad vnā cau
ſam, & data ſibi poteſtas ſubſtituēdi, vigore cu-
ius ſubſtituit, & valet ſubſtitutio, ſm̃ Zabare. in
d.clem. penul. Mouetur,quia talis videtur habe-
re poteſtatē à dño principali,nō à procuratore.
Pro quo facit tex. & quod ibi notat glo. in ver.
vſus. in.c. is qui. de procura. lib. 6. Quod dictū
ſi eſſet verum, eſſet reſtringendū ſecundū limita
tiones de quibus in .d.c.is qui. videlicet, an ſub
ſtituens in totū deſineret eſſe procurator, vel
non. Sed retēta communi opi. mihi non placet.
quia licet ſit conſtitutus ad vnam cauſam cum
poteſtate ſubſtituendi, tamen ſubſtitutus con-
cipit verba in perſonam ſuam, ſecūdum ea quæ
dixi in.d.clem. penul. & ideò ſi ipſius conſtitu-
tio non tenuit à principio, quia erat excom-
municatus ſequitur, quòd vigore dictæ conſti-
tutionis non poteſt ſubſtituere. Si vero eſſet
conſtitutus procurator, & non nuntius, dicen-
dum eſt vt ſtatim dixi, quando ſubſtitueret vt
procurator. Secundo caſu principali, qñ vellet
ſubſtituere authoritate iuris, vt quia eſſet litem
conteſtatus; arbitror dicendum, quòd ſi erat
excommunicatus ante conſtitutionem, quæ-
ſtio non habet dubium; quia iudicium non
tenuit, ex quo non tenuit conſtitutio, ſecun-
dum ea quæ dixi ſup̃ in prima,& ſecunda quæ-
ſtione huius articuli, iuncta tertia. Sed ſi ex-
communicatio ſuperuenit poſt conſtitutio-
nem; arbitror dicendum, quòd ſubſtitutio va-
leat; ſed obſtet exceptio excommunicationis
ſubſtituenti, ſicut obſtaret ipſi procuratori.
Quod arbitror verum, ſi in tali cauſa ſubmittat
perſonam actoris. Secus ſi rei, per ea quæ dixi
de actore excommunicato, qui nō poteſt etiam
per procuratorem non excommunicatum cau-
ſam agere; licet ſecus ſit in reo, ſecundum ea
quę latius dixi in ſecundo, & tertio membro
425 principali iſtius quintæ quæſtio. principalis.
Quæro vndecimo, vtrum excommunicatus
poſſet eſſe procurator pro ſuo conſorte.
Sol. Ioan. Andr. in. c. poſt ceſſionem. ſu-
pra de proba. videtur ſentire, quòd poſſit
allegat.c.religioſus. de procura. tamen poſtea
videtur ſentire contrarium. Et hoc apertius
tenet ibi Do. Anto. Mouetur, quia conſorti-
um litis non ſupplet inhabilitatem perſonæ
quo ad excommunicationem, quia hoc caſu
nulla eſt neceſſitas agendi, vel defendendi pro
cōſorte. Niſi eſſet cauſa indiuidua, quia tunc ex
perſona ſua poſſet defendere conſortem abſ-
que alio mandato, arg .l. 2. §.ex his. ff. de ver.
obli. Sed dicit Ioan. de Ligna, quòd non vi-
det qualiter procedat quod dicitur de cauſa
indiuidua: Sed tu dic, quòd bene poteſt pro-
cedere, per ea quæ traduntur in. d. §. Et hæc
opi. placet Do. m. Mouetur, quia vt ſępius
dictum eſt, excommunicatus eſt incapax huiuſ-
modi officij, & non poteſt negari, quin pro
parte conſortis aſſumat officium procurandi.
Item cedit in odium ſuum, ad hoc, vt cum vi-
derit ſe repelli citius inducatur ad petendam
abſolutionem, arg. c. pia de excep. lib. 6. Et
ex prædictis deciditur quęſtio. Vtrum excom-
municatus poſſit conſtitui procurator ab ex-
communicato ad petendum abſolutionem
ſuæ excommunicationis. Circa quam dicit
Math. in clem. penul. de procura, quòd po-
teſt ſi modo conſtituens, & conſtitutus fue-
rint excommunicati ex eadem cauſa. Facit.c. 1.
de reſcr. lib. 6. Do. Anto. tenet contrarium
cum nulla neceſſitas aſtringat eum ad hoc.
Ioan. de Imol. in. d. clem. penul. dicit, quod
vtraque opi. poteſt ſaluari, videlicet, quòd
opi. Math. procedat, vbi eſſent conſortes
eiuſdem litis; aliàs procedat opi. Do. Anto.
Tu dic, quòd idem ſenſit Math. Sed ego
tamen in dicta clem. reprobaui hanc opi.
quia nullibi reperitur, quod conſorti incum-
bat neceſſitas agendi pro cōſorte. Poſſet tamen
ſaluari, quando cauſa eſſet indiuidua, per ea quę
ſupra dixi. Et ex his habes expeditum princi-
pale membrū iſtius quintę principalis q̃ſtionis.





membrum iſtius quintę principalis quęſtionis.
426 Circa octauum, & vltimum membrum, vtrum
excōicatus poſſit eſſe nuncius. Et intelligo de
nuncio iudiciali, nihil memini tactū à Docto-
ribus. Sed arbitror, ꝙ non poſſit; quia nuncius
dicitur habere officium, & dicitur quaſi dele-
gatus, vel executor iudicis ad illum actum, &
ideò debet iurare in acceptatione officij, & de
iuramento debet apparere in actis, vt in .l. hac
edictali. §. illud.C.de ſecundis nupt. Et ideò
excōicatus non poteſt conſtitui nuncius, per ea
quæ latius dicta fuerunt ſupra in primo, quin-
to, & ſeptimo membro principali huius quæ-
ſtionis principalis. Et ex his Deo duce habetis
expeditā quintā quæſtionē principalem iſtius
deciminoni principalis articuli, de actibus iudi-
cialibus. Iuxta præmiſſum ordinem iſtius de-
ciminoni principalis articuli; deſcēdo nunc ad
ſextam quæſtionem principalem, in qua venit
examinādus, quidā ſpecialis articulus exceptio
nis excōicationis; & ſic de ſpeciali effectu ipſi⁹
exceptionis excōicationis, quā quæſtionē exa-
minabo per infraſcripta mēbra principalia. Pri-
mum mēbrum, erit quis poſſit talem exceptio-
nem opponere. Secundum, contra quem poſ-
ſit opponi. Tertium, coram quo poſſit oppo-
poni. Quartum, quando, ſeu in qua parte litis
poſſit opponi. Quintum, qualiter ſit propo-
nenda. Sextum, quis teneatur ipſam probare.
Septimum, infra quod tempus debeat proba-
bare. Octauum, qualiter probatio requira-
tur. Nonum, quotiens poſſit opponi. Deci-
mum, quid ſit ipſius oppoſitionis exceptionis
effectus. Vndecimum, vtrum ſicut contra ex-
cōicatum agētē poteſt excipi de excōicatione,
poſſit ipſe excōicatus, ſi cōueniatur excipere,
ꝙ non teneatur reſpondere, donec abſoluatur
ex eo, ꝙ fuerit iniuſtè excōicatus. Circa primū
427 mebrum, quis poſſit talem † exceptionem op-
ponere, breuiter dic, ꝙ regulariter hanc exce-
ptionem poſſit obijcere quilibet conuentus, ſi-
ue ſit maſculus, ſiue fœmina, vt in.c.pia. iuncta
428 glo. in ver. ſi quis de excep. lib. 6. Quod † pro
cedit ēt, ſi conuentus ſit excommunicatus. Vn
de exceptio excommunicationis non tollitur
per replicationem alterius excōmunicationis,
tex. eſt & ibi traditur in .c. dilecti .s̃. de excep.
Idem tenet Goff. in ſumma huius tit. in fi. vbi
dicit, ꝙ olim tenebatur contrarium per.c.à no-
bis.s̃. de excep. & ſequitur Specu. & Io. And.
poſt eum, in additionibus ſuis in titu. de excep.
.§.3. ver. ſed nunquid exceptio. Et hoc eſt cla-
riſſimum iudicio meo. Tum etiam per iura al-
legata. Tum etiā, quia ſi paria ſunt delicta, nō
tolluntur mutua compenſatione, quò ad termi-
nos noſtros. Ad quod vide, quod tradit .D.m.
in .d.c.dilecti, & per legiſtas, maximè Moder-
niores in repetitione .l.cū mulier.ff.ſolu. matri.
& per ea, quæ dixi in .c. 1. ſupra de iniur. Tum
etiam, quia reus excommunicatus poteſt ſe de-
fendere, vt latè dictū fuit in quinta quæſt. prin-
cipali, in tertio membro. Actor vero excom-
municatus repellitur, vt ibi dixi in ſecūdo mem
bro, & ſic habes vnam declarationem. Alia de-
429 claratio eſt, † quòd poteſt quis illā opponere,
etiam ſi iuraſſet non opponere aliquam exce-
ptionem dilatoriam; quia non obſtante iura-
mento, poteſt illam opponere abſq; periurij
pœna, vt dicit Ioan. Andr.in.d.c. pia. in nouel-
la, & ita dicit hic diſputando tenuiſſe Ioan. de
monte Murlo; dummodo illam probet, vel
etiam ſi non probat, dummodo habuerit veri-
ſimilem, & rationabilem cauſam proponendi,
per .c.ſacro.j̃. eod. ſicut non excluditur reus à
tali oppoſitione propter tacitam renunciatio-
nem, quam facit lite conteſtata, vt hic, & .s̃.de
excep. nec per lapſum termini ſtatuti ad oppo-
nendum illam, vt in clem. 1. de excep. eodem
modo non debet excludi per generalem renun
ciationem. Item neceſſitas excuſat à periurio, vt
in .c.quærelam.s̃. de iureiuran. & in.c. ſignifi-
cante.s̃. de pigno. ergo debet iſtum excuſare
propter euitandum communionem, ad quam
neceſſitatur à iure. Et prædictis rationibus, &
maximè popter vltimam prædictam rationem
Io. And. dicit idem eſſe in eo, qui expreſſe iura-
uit nō opponere exceptionē. excōmunicatio-
nis. Nam poterit illam opponere, non obſtante
iuramento, allegat quòd not. in ſimili, in dicta
clemen. 1. in glo. pen. Ad quod allegat, quod
not.in.c. 1. de iureiur. lib. 6. vbi etiam iuramen-
tum, ſcienter præſtitū ſuper re illicita, nō aſtrin-
git iurantem. Facit etiam regula non eſt obli
gatorium. de reg. iur. lib. 6. Et ſic not. ex prædi-
ctis ſingulariter, quòd non valet renūciatio ex-
ceptionis, quādo renuncians incurreret pecca-
430 tum, ſi ipſam non opponeret. Tertia † declara
tio eſt, quòd ad hoc, vt quis poſit opponere de
excommunicatione; neceſſarium eſt, quód ſua
interſit. Et ideò in cauſa vertente cum alio, nō
pōt quis opponere de excōmunicatione, ſi ſua
non interſit. Ad quod vide, quod dixi ſupra in
tertia quæſtione principali huius deciminoni
articuli, in vigeſimaſecunda fallentia. Si tamen
incurreret ad iudicium, per alium intentatum;
quia ſua intereſſet, poſſet illā opponere; argu-
mento à ceſſante ratione, vt ſtatim dicam in ſe-
431 quenti ratione. Quarta † declaratio eſt, quòd
licet pars talem exceptionem, non opponeret,
tamen iudex ex officio ſuo, poteſt illam op-
ponere, & excommunicatum repellere, per
tex. in c. pia. de exceptio lib. 6. Ad quod, vide,
quod dixi in quinta quæſtione principali huius
deciminoni articuli, in ſecundo membro prin-
cipali, quæſtione vigeſimaſexta. Facit. 2. quæſt.
7. in c.alieni. & poteſt reijcere in qualibet parte
litis, vt ſtatim dicam in quarta quæſtione ſe-
quenti. Quid autem de notario, vtrum poſſit
excipere de excommunicatione agentis, quan
do iudex, vel pars non exciperet, non repe-
ri tactum. Arbitror tamen dicendum, quòd
poſſit, quia ſua intereſt, vt non cōmunicet cum
excommunicato. Et eadem ratione, idem
dicendum videtur de omnibus perſonis, quæ

neceſſariò interueniunt in iudicio, propter in-
tereſſe periculi cõionis. Quinta declaratio eſt
432 quòd quis põt illam opponere; etiam ſi prius
cõmunicaſſet illi, contra quẽ nunc opponit ex-
ceptionẽ excõicationis; eſt tex. in. c. à nobis. de
excep. vbi excipiẽs de excõicatione, nõ repelli-
tur replicatione cõmunionis. Nec obſt. quòd
quis non poſſit reprobare, quem ſemel appro-
bauit, vt not. in. c. quẽadmodum. s̃. de iureiur-
quia poteſt reijci ſm Doc. in. d. c. à. nobis. cum
quilibet reus, ẽt excõicatus maiori, põt exci-
pere de excõicatione, vt dixi ſupra in principio
huius membri; licet glo. in. d. c. à nobis. aliter
ſoluat, & non benè. Vel poteſt reſponderi ſm
.D. m. quòd vbi approbatio, vel habilitatio de-
pendet à voluntate approbãtis, non poteſt illũ
approbatũ impugnare, nec per viam actionis,
nec exceptionis; & ita loquitur contrarium. Et
alia ſimilia iura. Secus vbi hoc non dependet à
ſua volũtate, prout eſt in terminis noſtris; quia
tunc ſaltem per viam exceptionis admitti-
tur. Facit. c. dilecto. ſup̃ de prẹben. & c. no-
ſti. ſup̃ de elec. & quod not. Ioan. Andr. in re-
gula ſcienti, de reg. iur. lib. 6. in mercu. & glo.
in. l. 1. C. vbi de crimi. agi oportet. Cum ergo
cõicando cum excõicato, non poſſit cõicans eũ
habilitare ad iudicia, ſequitur, ꝙ nõ obſtãte tali
cõione, põt excipere cõtra eũ de excõicatione,
vt. d. c. à nobis. Facit. c. exceptionẽ. s̃. de excep.
&. c. pia. de excep. lib. 6. Et hoc tenẽt gl. & Doc.
in. c. in prẹſentia. ĩ. eo. & ibi dixi. Sed circa prẹ-
dicta quæritur, vtrum ſi reus, qui cõuenitur ab
excõmunicato non opponit exceptionem ex-
communicationis, ſed pacti de non petendo.
Actor verò replicat, ꝙ factum fuit pactum de
petendo. Vnde, reus duplicat de excõicatione,
quæritur, an poſſit. Sol. dic, vt dicã infra in quin
to princi. mẽbro huius ſextæ quæſtionis prin-
cipalis. Item quæritur, vtrum reus poſſit
excipere de ꝓpria excõmnicatione, ad finem,
vt non teneatur donec fuerit abſolutus ab ex-
cõicatione, qua dicit ſe iniuſtè ligatum fuiſſe.
Sol. dic, vt dicam infra in. 11. membro princi-
pali huius ſextæ quæſt. Et ex his Deo duce, ha-
bes expeditum primum membrũ. Circa ſecun
433 dum mẽbrum principale, † contra quem poſſit
opponi; breuiter dic, quòd contra excommu-
nicatum excommunicatione maiori, dũtaxat,
ſi agit actum, qui ſolum ſit prohibitus excom-
municato excommunicatione maiori. Si verò
eſſet quis excõicatus excõmunicatione mino-
ri, & vellet agere actum non prohibitum, res
eſt clara, ꝙ contra eum non poſſit excipi de ex-
cõicatione. Sed ſi eſſet talis actꝰ, qui eſſet pro-
hibitus ẽt excõicato excõicatione minori, dice-
rem, ꝙ contra talem volẽtem exercere talem
actum, poſſet opponi de excõicatione minori,
vt per ſe patet, & probatur in. c. ſi celebrat. de
cle. excom. mi. Et vide, quẹ dixi ſupra in ſecun-
do principali tractatu huius. 19. articuli, vbi tra
ctauimus de effectibus excõicationis minoris.
434 Circa tertium membrũ principale, † corã quo
exceptio excõicationis poſſit opponi, breuiter
dic, ꝙ põt opponi corã quocunq; iudice ordi-
nario, vel delegato, eccleſiaſtico vel ſeculari, vt
tenet glo. in ver. opponit. in. c. pia. de excep.
lib. 6. Et ſequunt̃ ibi Hoſti. Io. Mo. & Archid.
Dicunt tñ, ꝙ cognitio, & diffinitio erit iudicis
eccleſiaſtici, p. c. tuã. de ordi. cog. Ex hoc infert
Lap. in. d. c. pia. ꝙ iudex ſecularis, exceptionẽ ex
cõicationis corã eo ꝓpoſitã, debet remittere
ad iudicẽ eccleſiaſticũ. vt not. Hoſti. in. d. c. ve-
rũ. s̃. de fo. cõpe. ꝙ arbitror verum, qñ eſſet du
bium de validitate excõicationis; ſed ſi eſſet
dubiũ de veritate; videlicet, an eſſet excõicatus,
vel non, tradit, ꝙ poſſit cognoſcere, de quo re-
mittit ad ea, quæ dicuntur in ſimili de iuramen-
to. in. c. cum. C. laicus. de fo. compe. lib. 6. vide
quod tradit. D. m. s̃. in. c. tuã. de ordi. cogni. &
& quod dixi poſt eum in. c. cum ſit generale. s̃.
de fo. compe. & ſubdit Lap. ꝙ iudices ſecula-
res de his exceptionibus non curant, eum tñ cu
rare deberent; eo ꝙ, leges hoc ẽt põderant arg.
tex. & ꝙ ibi not. in. d. c. dño. in tit. hic finitur lex
Corra. in vſi. feu. vbi dicitur, ꝙ vaſallus non
tenetur ad iuuãdum dñm excõicatum; imò eſt
abſolutus à iuramento fidelitatis, de quo dicã
infra in. 10. q. princ. huius articuli. Inducit etiã
Lapus quod not. in authen. de ſanct. Epiſ. §. vt
aũt. vbi Archiepiſcopus facit generale conſiliũ,
ad faciendum obſeruari ſacras regulas, & ad pu
niendum ipſarum tranſgreſſores; Ad idem in
authen. vt cum de appel. cognoſcit. §. generalẽ.
& in authen. de priuileg. dot. hæreti. mulie-
ribus non præſtando. §. penul. ver. ſed ſicut.
Item quia. ll. in hoc ſequi voluerunt canones,
in. c. penul. & fin. de ſecũdis nup. & in authen.
quomodo oportet epiſcopos. §. 1. & ita reci-
tat Io. And. in nouella, in. d. c. pia. & ſequitur
.D. Domi. debet ergo fieri ꝓbatio excõicatio-
nis corã iudice habente ad hoc iuriſdictionem,
vt colligitur ẽt ex tex. d. c. pia. iuncta glo. in ver.
notionẽ; Vtrũ aũt, qñ exceptio excõicationis
proponitur corã iudice ſeculari, ſit ſeruanda for
ma. d. c. pia. dic, vt ſtatim dicã in quinto mẽbro
principali. Et aduertas, quia Iaco. Butri. in. l.
placet. C. de ſacroſanc. eccle. videtur ſentire,
ꝙ valeat ſtatutũ, ꝙ coram iudice ſeculari, non
admittat̃ exceptio excõicationis; ſed iſtud, ar-
bitror ꝓpter defectũ iuriſdictionis; quia falsũ
eſſet inductiuum peccati. De excõicatione aũt
ꝓpoſita corã iudice, quis cognoſcat, vide ꝙ latè
dixi in quinta quæſtio. prin. huius. 19. articu.
in primo mẽbro. 5. q. Circa quartũ membrum,
435 qñ, ſeu in qua† parte litis exceptio excõicatio
nis poſſit opponi, breuiter dic, ꝙ põt opponi,
quandocunq; ẽt in qualibet parte iudicij, ante
ſñiam, & in ipſa ſñia, & etiam executioni ipſius
ſñiæ, vt in. d. c. pia. de excep. lib. 6. Ad quod vi
de, quod dixi ſupra in quinta quæſt. principali
huius. 19. articuli, in ſecundo mẽbro principali
in prin. Et eſt tex. expreſſꝰ ĩ cle. vnica de excep.
quẹ vult, ꝙ poſſit opponi qñcũq; ẽt poſt lapſũ
termini peremptorij aſſignati ad proponendas
exceptiões dilatorias. Et ideò talis exceptio ap-
pellatur anormala, vt dicit Spe. in tit. de excep.
.§. 2.



.§. 2. ver. ſed nunquid poſt. vbi vult, ideò dici
anormala; quia non ſequitur materiam, ſeu re-
gulam aliarũ declaratoriarũ, ſeu dilatoriarum;
ſecundum ea, quẹ traduntur in. d. c. paſtoralis.
de excep. & in. c. inter monaſterium. de re iudi.
Et ratio deſcendit ex tex. c. exceptionem. s̃. de
excep. & infra etiam ſubijciam. Sed aduertas,
quia dici poteſt, quòd non meretur dici anor-
marla; quia cum ius opponentis quotidiè ori-
ginetur ſuper materiam aliarum dilatoriarum,
& ſic non deuiat ab alijs, quominus poſſit obij-
ci poſt terminum, vel poſt litem conteſta-
tam, aut in alia parte iudicij; Sic in alijs dila-
torijs, quæ cauſantur, & originantur poſt li-
tem conteſtatam, vt in. c. inſinuante. s̃. de offi.
deleg. & l. 1. & 2. C. de conſor. eiuſdem litis;
Nõ obſtat quod tradit Inno. in. d. c. paſtoralis.
vbi dixit, quòd poſt lapſum termini perempto
rij ad proponẽdas exceptiones dilatorias, non
poteſt opponi exceptio excommunicationis;
quia ipſius opi. reprobatur in. d. cle. 1. de excep.
& hoc tenet ibi Lau. Zen. Paul. & Zabarel. &
Cõm. opi. *communiter Doct. Dicit tamen Paul. ꝙ opi.
Innocen. poſſet intelligi, quando excommuni
catio proponitur peremptoriè. Facit quod
not. Archid in. c. 1. de excep. lib. 6. in verbo va
leat; vel melius dici poteſt, quòd Inno. loqui-
tur de termino dato ad peremptorias propo-
nendas, poſtquam dicit, ꝙ excõicatio proponi
non poſſet; & ſm hoc, non obſtat. d. clemen. 1.
de excep. quæ loquit̃ de termino dato ad pro-
ponẽdas declaratorias, vel dilatorias; vnde ex
quo lapſus eſt terminus, vr̃ habere vim conclu
ſionis in cauſa, poſtquam non poteſt proponi
aliquid in verbo cõſiſtens, vt in. c. cum dilectus.
ſupra de fide inſtrumen. Licet dicatur, quòd
exceptio proponi poſſit vſque ad ſentẽtiam; ſe-
cundum Zabarel. in. d. cle. vnica. Sed quantũ
ad hoc vltimum, aduertas; quia ſi loqueremur
de exceptione excommunicationis proponen-
da in vim dilatoriæ, vel peremptoriæ, ad effectũ
reddendi proceſſum nullum, talis exceptio vide
tur poſſe proponi etiam poſt concluſionem, &
ad impediendam ſententiæ prolationem, vt col
ligitur ex. d. c. pia. & non ſolum pars; ſed etiam
iudex poteſt ipſam opponere in qualibet parte
litis, licet etiã ab initio admiſerit excõicatum,
argu. l. quos prohibet. ff. de poſtu. Tenet Spe.
in tit. de excep. §. 2. verſi. porrò exceptio, &
probatur expreſſe in. d. c. pia. Eſt tamen aduer-
tendum, ꝙ cũ exceptio excõmunicationis poſ-
ſit opponi in vim dilatoriẹ, & in vim perempto
riẹ, vt ſtatim dicam in ſequenti membro; prẹ-
dicta, quæ dixi, quòd in qualibet parte iudicij
poteſt opponi, ſolum habẽt locum, quando ap
poneretur in vim dilatoriæ. Secus ſi in vim pe-
remptoriẹ; quia tunc per lapſum temporis ad
peremptorias proponendas præcluderetur via
proponendi exceptiones prædictas ſub forma
prædicta, vt not. glo. 2. in. d. clem. 1. de excep.
& ꝓbatur in. c. 1. de lit. conte. lib. 6. Et adde ꝙ
dicam in ſequenti membro, & procedit, quan-
do loqueretur de perẽptoria, vt de nullitate ele-
ctionis, vel ſimilis actus, propter excõicationẽ;
quia tunc terminus præfixus in genere, ſicut in
ſpecie excluderet talem exceptionem. Secus ſi
eſſet perẽptorius proceſſus, quia põt opponi in
qualibet parte litis; non obſtãte lapſu termini
ſtatuti in genere, vel in ſpecie; dummodo ſit ta-
lis, ſuper quo pronunciatum iudicis tacitè, vel
expreſſè non poteſt operari ad validitatẽ pro-
ceſſus. Secus ſi aliquo modo poſſet operari;
quia tunc poſt lapſum terminum, ſeu pronun-
ciationẽ iudicis non poſſet opponi, ſiue ergo
exceptio excõmunicationis ſit perẽptoria nul-
litatis proceſſus, ſiue in vim dilatoriẹ, poteſt in
qualibet parte litis opponi; ſiue opponatur
contra partem, ſiue contra iudicem, ſiue contra
procuratorem; ſecundum glo. ſecundam in. d.
clem. 1. De vltimo, dic, vt latius dixi in quinta
quæſtione principali, in ſeptimo membro. Et
ratio, quare poſſit opponi in qualibet parte iu-
dicij non obſtante termini lapſu ẽt perempto-
rij p̃fixi ad dilatorias ꝓponendas, eſt, ex. c. pia.
de excep. lib. 6. & fiet ita poſt lapſum terminũ,
ſicut ante. Itẽ quia litis cõteſtatio eſt quaſi qui-
dam peremptorius terminus ad dilatorias pro-
ponendas, vt in. c. inter. s̃. de re iudi. & tamen
poſt litis conteſtationẽ ponit̃ hæc exceptio. Itẽ
quia lapſus termini peremptorij præfixi ad il-
lam probandam, non impedit, quo minus de
nouo poſſit proponi, vt infra ſubijciam in no-
no membro principali huius quæſtionis; er-
go nec lapſus termini ad proponendum, de-
bet illam impedire. Item ſi ſentẽtia non præ-
cludit viam ad eam proponendam; quia poteſt
opponi ad executionem, vt ſup̃ dixi, multomi
nus lapſus terminus debet viam præcludere, vt
.d. c. pia. Et ex p̃dictis infertur; ſecundum glo.
penul. in. d. clem. 1. de except. quòd, ſi eſſet
ſtatutus terminus ſpecificè, ad proponendum
exceptionem, ipſius termini lapſus non præ-
iudicaret; nec enim potuit iudex hoc beneficiũ
reo indultum ſibi afferre, cum ſibi indultum ſit,
quòd poſſit opponere ĩ qualibet parte litis; re-
gula indultũ. de reg. iur. lib. 6. cum concordan-
tijs. Secus ergo ſi pronunciatio iudicis tacita,
vel expreſſa eſſet potens ad præcludendam viã
opponendæ exceptionis prædictæ, & hoc pro-
cedit in cauſa principali. Vtrum autẽ in cauſa
appellationis, poſſit opponi contra iudicem ad
quem, ſi eſſet excõicatus, non eſt dubiũ, ꝙ põt
quandocunq; opponi; Ad quod vide, quod di-
xi ſupra in. 5. q. principali, in primo membro.
Sed an, contra actorem, ſeu appellantem, vel
ipſius appellantis procuratorem; vide quod di-
xi in. d. q. 5. in ſecundo membro principali.
Et ẽt collige ex his, quæ dixi in ſeptimo mẽbro
principali iſtius quintæ quæſt. Et ex his Deo
duce habes expeditũ quartum mẽbrum. Circa
436 quintũ membrũ, qualiter † dicta exceptio ex-
cõicationis ſit proponenda. Aduertẽdum eſt,
ꝙ exceptio excõicationis, vt tetigi in præceden
ti mẽbro põt opponi in vim dilatoriẹ, & in vim
peremptoriẹ. Dilatoriè enim opponit̃ ad effe-
ctum differendæ intẽtionis agentis, vel propter

ipſius agentis excommunicationem, vel iudicis, aut procuratoris. In vim autem peremptoriæ opponitur, quando opponitur ad perimēdam electionē, vel alium ſimilem actū proper excōmunicationem eligentium, vel electi, vel alterius excōmunicati, qui talem actum celebraſſet, vt tradit glo. 2. in cle. 1. de excep. Vnde concludendum eſt, quòd quādo talis exceptio excōicationis opponit̄ in vim dilatoriæ; debet oppones ſpeciem ipſius excōicationis, & nomen excōicatoris exprimere, vt eſt tex. in. d. c. 1. de excep. lib. 6. Secus aūt ſi opponat̄ in vim perēptoriæ; quia tunc ſufficit opponere ſimpliciter de excōmmunicatione, licet non exprimat̄ ſpecies, aut nomen excōicatoris, cum nullibi repe riatur hoc cautum, & .c. pia. loquitur vt dixi, quando opponitur in vim dilatoriæ, nō peremptoriæ; & hoc tenet glo. in ver. qđ ponit̄, in. d. c. pia. & tenet Inno. Pe. & Abba. Et dicit Abbas, hoc patet expreſſè per tex. d. c. pia. quia in vim peremptoriæ non poſſet opponi in qualibet parte litis, ſeu iudicij, vt dixi in præcedenti membro, & probatur in .c. 1. de lit. conteſt. lib. 6. Sed aduertas, quia Pau. in .d. c. pia. dicit, quòd qū opponitur iſta exceptio in vim peremproriæ, ſunt exprimendæ circonſtantiæ, ſicut quando opponitur in vim dilatorię, vt ibi; & eſt ratio; quia ſi circunſtantiæ ſunt exprimēdæ vbi imminet minus periculū; ergo multo fortius, vbi imminet maius periculū, ſm̄ Pau. Sed contra dictum Paul. facit glo. 1. quæ vult, quòd in alijs caſibus, vbi agitur de grauiori præiudicio, non habebit locum dilatio, de qua in .d. c. pia. ita reſidet. D. Domi. ſed mihi plus placet præcedens opi. Nec obſtat argumētum Pauli, quia ex quo mai⁹ infertur ꝓiudicium in perēptoria; ergo nō ita de facili debet amitti ius ipſi⁹ perēptoriæ, vt propter omiſſionem paruæ ſolemnitatis ſibi ꝓiudicetur. Facit quod not. in rubr. & nigro. C. de formu. & impetra. ſubla. Et adde, quod ſtatim dicam in ſeptimo membro principali. Quando igitur opponitur exeptio excommunicationis in vim dilatoriæ, debet exprimi ſpecies excōicationis. vt. d. c. pia. & ratio aſſignatur ibi, in glo. in ver. ſpecies. quia cum excommunicationis duæ ſint ſpecies, excommunicatio maior ſcilicet, & minor; vt dixi ſupra in rubrica, in tertio principali articulo, & quælibet diuerſos ꝓducat effectus, meritò vt excipiens non vagetur cum alterius iactura, vt in. c. 2. de reſcrip. lib. 6. meritò debet exprimi ſpecies excōicationis, & hoc procedit, quādo propter expreſſionem daretur cognitio. Secus eſſet, quando ſpecies generis ſufficeret, & concluderet ad intentionē excipientis; ſecundum quod not. glo. prædicta, per not. in .l. ita veniunt. §. à quo. ff. de peti. hæred. in. l. quidam decedens. §. fin. de admi. tuto. Ad quod vide, quod tetigi in. c. fin. ſupra de purg. cano. in quarto not. Sed aduerte, quia contra prædicta opponitur; videtur enim, quòd ſufficiat ſimpliciter opponere de excommunicatione, quamuis non exprimatur eius ſpecies; quia oppoſitio excōmunicationis in dubio, intelligitur de maiori, vt in. c. penul. infra eo. ergo non eſt neceſſe exprimere aliquā ipſius ſpeciē. Sol. Hugo in. d. c. pia. de excep. lib. 6. fatetur contrariū, & ad tex. illum, dum dicit ſpeciem; reſpondet exponendo, ideſt cauſam. Nam cauſa exprimi debet in ſententia excōmunicationis, vt in. c. 1. eod. tit. lib. 6. nam per expreſſionem cauſæ apparebit, an pro illa, vel pro alia cauſa ſit excommunicatus .s̃. de offi. delega. c. prudentiam. §. ſexta. & an ab homine, vel à canone; & vtrum maiori, vel minori ſententia ſit ligatus.

Item quia niſi reus exprimat cauſam, non poteſt actor eſſe certus, de qua excommunicatione intelligatur; ſed ſi eſſet certus, fortè ſtatim actor doceret de abſolutione, nec reus haberet octo dies ad probandum; Et ideò Egidius voluit, quòd reus non debet admitti ad exceptionem excommunicationis, ſine expreſſione cauſæ, & hanc dicit fuiſſe mentem conditoris dictæ conſtitutionis, pia. dicens ſe hoc habuiſſe à quodam Fratre Iacobo Epiſcopo Bononienſi, qui fuit Cancellarius Innocentij quarti; Exponit ergo Egidius, vt dixi tex. .d. c. pia. dum dicit ſpeciem, ideſt cauſam. Sed dicit Specu. in titu. de excep. §. viſo. ver. ſed quando excommunicatio, quòd quicquid diuinetur de mente Inno. Ber. Hoſti. & Goffr. videntur aliter intelligere, & ſubdit, quòd talis expoſitio torquet illum tex. hoc eſt, deſtruit illum tex. vt dicit Ioan. Andr. in .d. c. pia. nec eſt verum, quòd actor per expreſſionem cauſæ poſſit ſcire, an ſit ligatus maiori, vel minori excommunicatione; quia poſſibile eſt, quòd Iudex inflixerit minorem excommunicationem ex cauſa, quæ merebatur maiorem, vt de ſe patet; Vnde debet exprimi ſpecies excommunicationis, non cauſa; vt videatur, vtrum excommunicatio ſit maior, vel minor. Non obſtat contrarium ſupra formatum, quia poteſt reſponderi ſecundum Ioan. Andr. vt in. d. c. pia. quòd tex. ille, loquatur in exceptione odioſa, propter abuſum opulentum; & ideò cum in odioſis, intelligeretur potius de minori, argu. regu. odia. de regu. iur. lib. 6. Ideò oportet, quòd exprimat ſpeciem; contrarium verò, loquitur de ſententia iuris, vel hominis, quæ quantum ad hoc eſt fauorabilis, vt in .c. 1. eod. titu. lib .6. & in .d. c. pia. in princ. & ſuper glo. Et ideò intelligimus de maiori, ſecundum Io. And. Et hoc adde ad ea, quæ dixi ſupra in rubr. in tertia principali. q.

437 Sed quæritur † circa prædicta, quid ſi opponatur excommunicato lata à canone, an debeat exprimi nomen canonis excommunicātis. Sol. Specu. in ver. ſed quoniam excommunicationis, tenet quòd ſic. Et idem tenent Hoſti. Pe. & Archid in. d. c. pia. Mouetur primo, propter identitatem rationis, vt. ſ. reus vagetur in certo. In contrarium facit, quia cū ius ſit certum, non eſt neceſſe, quòd exprimatur .ff. de iur. & fac. igno. in. l. 2. Nec eſt differentia, quo iure ſententia proferatur .ff. de lib. & poſtu. in .l. gal- lus. §.



lus. § .ſi eius. Facit. s̃ .de cohab. cler. & mulie. c. veſtra. in princ. vel ſaltem videtur, ꝙ ſufficiat ſine nomine cauſam allegare, & ipſum authorē. Facit. c. cum non deceat. & .c. ſi poſtquàm. & .c. is qui. de elect. lib. 6. & cle. vnica. de except. Sed dicit Io. primum fore tenendum; quia ēt eiuſdē authoritatis diuerſæ ſunt rationes, per quas infligitur pęna excommunicationis, de quibus poteſt videri in. c. contingit. in decimooctauo princ. attic. Et ſic patet, quòd per expreſſionem actoris incertitudo non tollitur. Et ideò requiritur, ꝙ exprimatur canon, vel nomine ꝓprio, vel competentibus indicijs, quæ æquipolleant nomini ꝓprio, vt ſupra de teſti. c. licet ex quadam. & .s̃ .de conſang. & affin. c. tua. & .ff. ſi cer. pet. l. certum. ne ſit locus vagationis, vt dictum eſt. Si tamen exprimeretur cauſa, ita & taliter, ꝙ tolleretur incertitudo, videtur quòd ſufficiat reſpectu ſententiæ canonis, ſeu iuris. & ita poteſt procedere opin. Egidij. Facit. c. 1. de cler. coniuga. lib. 6. in primis, & ſecundis reſponſis, vbi exprimit canon abſque opin. conditoris. & idem tenet Pau. in dicto. c. pia. Item quæritur circa prædicta, nam ſupra dixi, quòd debet exprimi nomen excommunicatoris, qualiter aūt debeat hoc exprimere. Sol. dic, ꝙ per nomen proprium, vel appellatiuum, vel ſaltem per nomen dignitatis, vt not. glo. in ver. nomē. in. d. c. pia. quia in tanto crimine non oportet vagari, vt dictum eſt. arg. ff. de dol. l. ſed ex dolo. in fi. ff. de excep. dol. l. apud Cęlſum. § .pen. Nomē aūt ideò debet exprimi, vt dicit glo. vt ſciatur, an ſit ordinarius, vel delegatus; quia ſi delegatus non ſtaretur excommunicationi ipſius, niſi oſtenderet de delegatione iuriſdictionis, vt in. c. cum in iure. s̃. de offic. delega. quamuis in ordinario hoc non requiratur. Ex prędictis igitur patet,

438 quòd † quando exceptio excommunicationis opponitur contra partem, poteſt ſic formari libellus, ſecundum Spec. in. d. ver. ſed quoniam. Coram vobis domino. B. ordinario &c. vel qui vos domini Papæ aſſeritis Legatum. Ego. L. citatus ad petitionem capituli in tali cauſa, dico, ꝙ ad ipſius petitionem non poteſtis procedere; quia ipſe. B. eſt excommunicatus maiori excommunicatione per talem iudicem ordinarium, vel delegatum, vel authoritate canonis, exprimendo nomen canonis, ſecundum quod dictum eſt. Si vero excommunicatio opponeretur contra iudicem, poteſt opponi exceptio, ſecundum Spec. ſub hac forma, videlicet, Corā vobis domino. B. ordinario, vel delegato &c. ꝓpono Ego. L. citatus ad petitionem capituli, quòd coram vobis nō teneor reſpondere; quia vos eſtis excommunicatus excommunicatione maiori per talem iudicem, vel vigore talis canonis, & ideò non poteſtis iuriſdictionem exercere. Quis autem cognoſcat de excommunicatione oppoſita contra iudicem, dixi ſupra in quinta quæſtione princ. iſtius deciminoni artic. primo membro iſtius quintæ quæſtio. princ. Et aduertas, quia prædicta forma non ſolum debet ſeruari, ſi agitur coram eccleſiaſtico; ſed ēt ſi agitur coram iudice ſeculari, vt not. glo. in ver. eccleſiaſticis. in. d. c. pia. & idem ſentit ibi glo. in ver. opponit, dum dicit, quòd habet locum coram quocunque iudice opponatur, ordinario, vel delegato; eccleſiaſtico, vel ſeculari. Sentit tamen glo. prædicta, quòd ſi iuriſdictio iudicis negaretur, vt quia diceretur reſcriptum impetratum per excommunicatum, non habet locum tex. d. c. pia. Ad quod vide quod dicam .j̃. in ſeptimo prin. membro. Et adde hęc ad ea, q̃ dixi ſupra in tertio membro princ. Circa

439 ſextum membrum principale, † quis teneatur probare exceptionem excommunicationis, breuiter dic, quòd ille tenetur eam probare, qui ipſam opponit, vt expreſsè probatur in. d. c. pia. & eſt hoc regulare in qualibet exceptione, vt excipiens teneatur probare, vt in. c. in præſentia. s̃. de proba. Nam excipiens, in exceptione ſua fungitur vice actoris, vt in. l. 1. ff. de except. quod not. ſingulariter. Sed circa hoc quæritur de notabili q̃ſtione, opponit reus contra actorem exceptionē excommunicationis, eo quòd ipſe actor non ſoluit creditori ſuo infra certum tempus, infra quod ſub pœna excommunicationis ſoluere tenebatur. Sol. Inno. tenet, quòd etiam hoc caſu excipiens teneatur probare, nec ſufficit probare lapſum temporis; quia poſſibile eſt tempus ſolutionis eſſe lapſum, & nihilominus ſolutum eſſe; qualiter autem probetur hæc negatiua, dicit Innocē. ꝙ cum difficultate, cum negatiua de per ſe non ſit ꝓbabilis, vt in. c. bonæ. s̃. de electio. & imputet ſibi, qui opponit, ꝙ probare non poteſt. Subdit tamen, quòd probari poſſet per cōfeſſionem partis, vt in. c. 1. de confeſſ. lib. 6. Et ad hanc materiam probationis negatiuæ, vide, quæ latè dixi in. c. ſuper his. s̃. de accuſa. dicit tamen Io. de Lig. quòd prædicta procedunt, quando talis exceptio opponeretur à tertio. Sec⁹ ſi opponeretur à creditore; quia tunc ſatis eſt probare promiſſionem, & lapſum terminum. Et eſt ratio differentiæ, quia creditor certus eſt de facto ſuo, vt in. c. ab excōmunicato. s̃. de reſcript. & in. l. quanquam. ff. ad Velleia. & quia creditoris intereſt rōne debiti, tertij verò non intereſt. Circa ſeptimū mem

440 brum, infra † quantum tempus debeat fieri, ꝓbatio ꝓpoſitæ exceptionis excommunicationis, breuiter dic, quòd infra octo dies, vt eſt tex. in d. c. pia. Et ratio, quare ita arctetur talis terminus, eſt, vt ibi dicit glo. quia iſta exceptio frequēter malitioſè opponebatur, & eſt odioſa, ideò potius reſtringenda, quàm relaxanda, vt in reg. odia. de reg. iur. lib. 6. cum concor. Vnde ſi reus non habet probationes in promptu, debet tacere. 2. q. 7. c. plerique. vel expectare donec poſſit probare, cum poſſet illam opponere in qualibet parte iudicij, vt dictum eſt. Et aduerte, quia in numero iſtorum octo dierum, nō computatur dies, in quo proponitur exceptio excommunicationis, vt eſt tex. in. d. c. pia. & probatur in ſimili in. c. frequens. de reſtitu. ſpol. lib. 6. & glo. in. c. ſtatutum. de præben. lib. 6. & glo. in cle.

441 quamuis. de appella. Vtrum † autem regulariter dies

dies termini computetur in termino; traditur
in dictis iuribus,& Bar.& Doct.in.l.1.ff.ſi quis
caut. Item poteſt hæc probatio infra octo dies,
fieri in vltimo die,ſecundum Inno. Hoſt. & Io.
And.in.d.c.pia. Item aduerte ad id, qđ dixi, ꝙ
442 debet fieri probatio infra octo dies. Fallit † mul
tipliciter & primo, ſi opponetur exceptio ex-
communicationis in vim peremptoriæ, habet
ergo locum.c.pia.quando opponitur in vim di-
latoriæ. Ad quod vide quod dixi ſupra in quar
to,& in quinto membro princ. Secundo fallit,
quando negaretur iuriſdictio iudicis, eo quòd
diceretur reſcriptum impetratum per excom-
municatum,vt in.c.1.de reſcrip.lib.6.Ibi enim
non quæritur principaliter de perſona actoris,
ſed de iuriſdictione iudicis. Et ideò non habet
locum dilatio octo dierum, de qua in.d.c.pia.
de except.lib.6. Tertio fallit, quando excipi-
tur de excõmunicatione iudicis,vel teſtis; quia
tunc aſſignabitur congrua dilatio ponderatis
circunſtantijs,ſecundum Archidi.in.d.c.pia. &
ſequitur ibi Io. And. & do.Domi. per not.in.c.
dilectus.de ꝓcu. Sed circa prędicta dubitatur,
443 vtrũ p̄dicta † dilatio octo dierũ debeat aſſignari
per iudicem. Sol.Hoſt.in.d.c.pia.dicit,ꝙ non,
imò poſt admiſſam exceptionẽ excommunica
tionis,incipit currere dict⁹ terminus ipſo iure,
abſque alia iudicis aſſignatione. & ibi idem te-
net Spec.in tit.de dilat.§.1.ver.ſed nunquid. &
ibi Io. And,in addit.dicit,quòd in iſta dilatione
computantur etiam dies feriati,per.l.ſiue pars.
C.de dilat.&.ff.de fer. in.l.1. Intellige ergo, ꝙ
currere incipiunt octo dies ſtatim admiſſa exce
ptione per iudicem. Si verò illa oppoſita con-
tra eam replicaretur, & iterum tranſirent octo
dies non noceret,cum adhuc non fuerit admiſ-
ſa.& ita dicit Pau.ſe vidiſſe quendam malitioſè
replicaſſe,vt trãſiret terminus,ſed ſibi non pro-
444 fuit.& ſequitur do.Domi. Item quæro, † an
ſufficiat produxiſſe teſtes infra iſtum terminum
octo dierum, licet non fuerint publicati. Sol.
Spec.tractat hunc articulum in titu. de teſte.§.
qualiter.ver.is quoque.& ibi etiam Io. And. in
addit.& in tit.de dilat.§.fi.ver.quid ſi. Sed.D.
Domi.latè aſſumendo articulum, & dicta Do-
ctorum,pro breuiori concluſione diſtinguit, ꝙ
aut eſt ſtatutus terminus ad teſtes ꝓducendos,
& tunc ſufficit ſola ꝓductio,ita quòd faciat eos
iurare.ĩ.terminum,licet non fuerint examina-
ti.Facit.l.penult.C.de teſtib. & quod not.in.c.
præſentium.de teſtib.lib.6.in ſecundo,& tertio
reſponſo. Aut eſt datus terminus ad proban-
dum,vel faciendum illos examinari, & tunc nõ
ſufficit ꝓductio cum iuramento, niſi ſequatur
examinatio.arg.d.c.præſentium.&.s̃.de ꝓbat.
c.licet cauſam.nec eſt neceſſe, quòd fuerint pu-
blicati,imò etiam poſt terminum poterit pete-
re publicationem. Nam publicatio pertinet ad
iudicem,non ad partem. Et ſic pars ꝓducendo,
& faciendo eos examinari,fecit quod in eo fuit;
ſunt enim iſti articuli diuerſi, examinatio,& pu
blicatio,vt in.c.quoniam contra.de ꝓbatio. &
ideò non debet imputari parti, ex quo fecit.ĩ.
terminum quod ſibi incumbit, & ita etiam
videtur tenere Pau.in clem.1.de conceſſ.p̄ben.
Facit ad hoc tex.de pœnit.diſt.4. nouit.vbi ali-
quid dicitur factum, licet non ſit publicatum.
Aduerte tamen, quia Do.de Ro.deciſ.342.te-
nent, quòd iſto caſu ſufficeret iuramentum te-
ſtium, quando de longinquo producantur, &
quia examinatio quandoq; ꝓtrahitur in longũ
propter interrogatoria,& alia ſimilia. Sed dicit
do. Domi. quòd credit primum dictum verius
de iure. Et ſi impedimentum eſſet aliquod,ſe-
cundum quod ſentiunt Domi.de Ro.tunc tem
pus non curreret,vel prorogarẽt, vt infra dice-
tur. Aut eſt ſtatutus terminus ad ꝓbandum,&
ꝓbatum habendum,& tunc non ſufficeret exa-
minatio,ſed exigeretur etiam publicatio,ita vi-
detur ſentire Io. And. in additio.Specu. verſi. is
quoque. Quidam etiam ad maiorem cautelam,
ſtatuunt terminum ad ꝓbandum, & ꝓbatum
habendum per omnem modum,& ſpeciem ꝓ-
bationis. Et tunc poſt terminum non admitti-
tur ꝓbatio,ẽt per iuramentum in defectum ple
næ ꝓbationis, cum talis termini aſſignatio vi-
deatur excludere omnem modum ꝓbandi, &
poſt dilationem datam ad probandum quis
admitti non debet, vt.s̃.de ꝓbatio.c.licet cau-
ſam. Hæc tamen omnia ꝓcedunt,quando non
ſtetit per excipientem, ſed per partem aduer-
ſam,vel per iudicem, vel per aliquod aliud iuſtũ
impedimentum ipſius debentis ꝓbare;aliàs ſe-
cus,quia tunc non cederet terminus, vel ſaltem
fieret ꝓrogatio.arg.s̃.de re iudi.c.cum Bertol-
dus.& quod not.in.c.ex ratione. de appella. &
in.c.ſolet.de ſent.excom.lib.6.& hoc vltimum
tenet etiam Archidia.2.q.7.c.teſtes. & ita reſi-
445 det do.Domi. Vlterius quæro, † vtrum p̄dicta
dilatio octo dierum poſſit ꝓrogari. Sol.glo.in
ver.octo dierum.in.c.pia.de excep.lib.6.ponit
duas opi.vna,quòd poſſit ꝓrogari cauſa cogni-
ta,per not.in.l.1.in fi.ff.ex quib.cau.maio. Sed
ſine cauſæ cognitione non poſſit prorogari, &
hanc dicit fuiſſe opinio.Ber.in.c.ſolet.de ſentẽ.
excom.lib.6. & ibi glo.etiam repetit hanc opi-
nionem. Subdit tamen glo.quòd contraria opi.
videtur verior, cum non pereat ius aduerſarij.
arg.de ꝓcura.c.ex inſinuatione.Et ꝓ hac opin.
facit,quia poterit iterato opponere dictam ex-
ceptionem,vt.d.c.pia.& in.d.c.ſolet. Mouetur
etiam,quia iſtud eſt priuilegium actoris, quòd
ſi reus non ꝓbat infra octo dies, condemnetur
in expenſis,vt.d.c.pia, & ſtatim dicam in deci-
mo membro. Ergo non debet iudex tale priui-
legium auferre,allegat.28.diſtin.c.de his. Facit
quod in ſimili not.Io. And.in.c.romana.de ſen
ten.excom.lib.6.ſuper glo.antepenult. & cum
hac opin.reſidet Io. And.in.d.c.pia.& in.d.c.ſo
let.& ſequitur Zenze.in.d.c.pia. & mihi placet.
446 Circa octauum membrum principale, † in quo
venit examinandum, qualis ꝓbatio requira-
tur,Breuiter dic,quòd requiruntur ꝓbationes
apertiſſimæ, per tex.in.d.c.pia. dum tex. dicit
apertiſſimis documentis, & ſic intelligitur de
ꝓbationibus indubitatis, & clarius ibi dicit
glo.



glo.in ver.apertiſſimis,per tex.in.l.ſciant.C.de
probat. vnde dicũtur eſſe ꝓbationes claræ,ſiue
fiant per teſtes,ſiue per publica inſtrumenta, vt
dicit glo.in.d.c.pia.in verbo documẽtis, per.c.
peruenit.s̃.de teſti.cog. & per.l.1.ff.de fi.inſtr.
& ſequuntur Doct.ibi.Et ſic infertur ſecundum
447 Abba.quòd † non ſufficit vnus teſtis,nec eſt lo-
cus delationi iuramenti, ſecundum Io. And.
Circa quod,vide quod dixi in.c.fi.s̃.de iureiu-
ran.Nec etiam,ſufficeret vnus teſtis cum fama,
ſecundum Archid. vt ipſe not.3.q.4. ver. item
ſæpe.ſuper glo.allegat.2.q.8.c.ſciant cuncti. Et
dictum Spec.in tit.de notorio crimine.§.fama.
ver.quid ſi agenti.quod dictum Spec. allegat ẽt
Abb.in.d.c.pia.& ita reſidet ibi do.Domi. Sed
tu aduerte,quia Bal.in.c.1. in tit. hic fini.l.Cor
radi.in vſib.feud.dicit,quòd excommunicatio,
quæ ꝓbatur per famam,operatur hunc effectũ,
quòd niſi ille ſe purgauerit, vel famam contra-
riam probet,vel per indicia, vt quia à ſuo Ep̃o
non vitatur,ꝙ talis repellitur ab agendo,allegat
not.in.c.prudentiam.de off.deleg. Sed Io.An.
poſt Egid.in.d.c.prudentiam. allegat primo,ꝙ
ſufficiat ꝓbare perſonam debere vitari, donec
fuerit abſolutus,de quo dicam in vigeſimo prin
cipali artic. in.c.inter alia.ĩ.eod. Item moue-
tur,quia ſola fama ſufficit, vt dicatur purgatio,
vel,vt talis poterit petere abſolutionem ad cau
telam. Item quia fama ſufficit, vt clericus ſu-
ſpendatur, donec ſe purgat.2.q.5.c.presbiter.
Sed idem Egid. concludit in contrarium per
tex.in.d.c.prudentiam.§.ſexta. & per.d.c.pia.
Item quia fama æquatur dicto vnius teſtis, vt
not.2.q.4.c.ſæpe.Quare ſicut non ſufficit pro-
bare per vnum teſtem,ita non ſufficit per famã.
Non obſtat,quod dictũ eſt de purgatione,quia
illa fit iudicis officio, ꝙ debet ſe ita generaliter
habere circa infamatos. Abb.tamen in.d.c.pru
dentiam.videtur velle, quòd ſufficiat probatio
per famam. Fortè poſſet diſtingui,vt diſtinguã
ſecundum do.Domi.in tertia queſt.ſeq.in fi.vi-
delicet,vt diſtinguamus, an per famã probetur
ſpecies excommunicationis, & non excommu
nicatoris,& habet locum dictum Abba.& Bal.
& nõ habeat locum dictũ Archid.& Egid. Mi-
hi tñ videtur,ꝙ præcedens opin. Egid. ſit ſim-
pliciter vera,ex eo,quia tex.in.d.c.pia.expreſsè
requirit ad hoc, vt actor repellatur exceptione
excommunicationis, ꝙ talis exceptio probe-
tur apertiſſimis documẽtis, quaſi enim clarum
ſit,ꝙ probatio,quæ fit per famam, non dicatur
probatio apertiſſima, vt dixi in.c.fi.de iureiur.
& latè in.c.qualiter.2.s̃.de accuſ. in nono prin.
artic.q.45.meritò Egidij opin. videtur verior.
Vnde dicunt,quòd licet exiſtente fama de ex-
communicato,aliàs infamatus debeat vitari, vt
d.c.cum deſideres.2.reſpon.tamen propter ſo-
lam famam non repellatur ab agendo, niſi aliàs
probetur exceptio excommunicationis, quod
probat tex.in.d.c.pia.de except.lib.6.dum exi-
git apertiſſima documenta. Vnde non ſolum,
quòd nõ ſufficit probatio per famam; ſed quia,
nec videtur ſufficere probatio per famam cum
vno teſte. arg.eorum,quæ tradit Dyn.in.l.excu
ſantur.§.1.ff.de excu.tuto. & Cyn. in.l.fi.C.de
quæſtio.vbi tenet,quòd fama cum vno teſte nõ
probet in criminalibus; quia in illis exiguntur
ꝓbationes luce clariores,vt in.l.fi.C.de procu.
dixi.s̃.in.c.fi.de iureiur.in primo prin.memb.
in principalibus articulis, in materia ꝓbationis
famæ.& latè in.c.qualiter.2.s̃.de accuſa. in no-
no princi.artic.à.q.17.vſque ad.q.45. Et hæc
opin.plus mihi placet,licet.D.m.videatur aliter
ſentire, vt in.c.2.de ordi.cogni. de quo ſtatim
dicam in fi. q. iſtius membri. Secundo circa
448 p̄dicta q̃ro, vtrũ ſufficiat † ꝓbare excõicationẽ
per ſolã denuntiationẽ. Sol.gl.in ver.nomen,in
c.1.de excep.lib.6. arguit per illum tex. ꝙ non
ſufficiat. Allegat tamen opin.Hoſti.in.c.pru-
dentiam.s̃.de off.deleg. vbi dicit,quòd ex quo
conſtat de publica denuntiatione excommuni-
cationis,ſufficit.arg.c.1.ver.nec ſufficit.ſupra de
poſtu.præla. Non obſtat ſecundum eum.d.c.
pia. vbi tex. requirit,quòd exprimatur ſpecies
excommunicationis, & nomen excommunica
toris,& ꝙ ꝓbandũ ſit ex apertiſſimis documen
tis;quia,ſm eum,ex mẽte illius literæ,intelligi-
tur,quòd loquatur de excommunicato occul-
to,non de publicè denuntiato, in quo propter
iudiciariam authoritatem omnia præſumuntur
ſolemniter acta, vt.s̃.de renun.c.in præſentia.
Item,quia iudex de ſpecie cauſæ,& alijs circun-
ſtantijs poterit certificari per dioceſanum,& ex
officio repellere, & ſi aduerſarius taceret. vt
d.c.pia.in fi.& iſtam opi.tenet Archid.11.q.3.
in.c.nemo contemnit. ſuper glo. Glo. verò in
.c.licet.eod.tit.lib.6. recitat duas opiniones,&
neutram firmat,de quibus opinio. dixi in.c.de
monialibus.ſupra eo. in decimoſeptimo princ.
artic.q.2.& ibi vide Do.de Ro. deciſ.642.quæ
incipit,item licet ſit concertatio. determinat,ꝙ
ſi opponatur excommunicatio in vim perem-
ptoriæ, non ſufficiat; quia excõicationem non
probat ſola denuntiatio,vt.d.c.licet. Item quia
huiuſmodi exceptio, quãdo opponitur contra
impetrantem, ſapit obiectum, qui debet clarè
probari,vt ſupra de accuſa.c.accedens. &.c.ſu-
per his.&.c.vt circa.de elect.lib.6. Secus ſi op-
ponatur in vim dilatoriæ; quia dilatoriæ latius,
& citius admittũtur,& probãtur,quàm perem
ptoriæ,vt in.c.2.ſupra de ordi.cogni.& in.c.1.
de lit.conteſt.lib.6. & hanc diſtinctionem per
rationes prædictas,etiam voluit Io. de ſan. Ge-
min.& dicit Ioan.de Imo.in.d.c.pia. quòd iſta
diſtinctio videtur æqua. Nec obſtat tex. d.c.
pia.dum dicit apertiſſimis documẽtis; quia põ
teſt reſponderi per not.in.l.ſi tutor.C.de peric.
tuto.Zaba.in.d.c.prudentiam.& in clemẽ.1.de
except.dicit,quòd ſi denuntiatio fuit facta à iu
dice ſolemniter, quòd ſufficit ad omnem defe-
ctum, & imputari debet denuntiato, qui non
appellauit,vt in.c.concertationi.de appel.lib.6.
do.Domi.in.d.c.pia.de excep.lib.6.dicit,quòd
fortè prædictæ opin. poſſunt reduci ad concor
diam, etiam quando opponeretur exceptio in
vim dilatorię per hanc diſtinctionem,quòd aut
ex

ex probatione denuntiationis poteſt conſtare de ſpecie excommunicationis, & nomine excommunicatoris, & tunc ꝓcedat opin. Hoſt. & ſequacium. Nam ſi ex eo, quòd per ſolam famã debet quis vitari, donec fuerit abſolutus, vt in .c. cum deſideres. ſecundo reſpon. ſupra eo. ergo multo fortius ex denuntiatione facta iudicis authoritate, quæ maiorem fidẽ facit, quàm facit illa, quæ à falſo rumore pōt habere originem. argum. not. 4. q. 3. c. 2. ver. item ſæpe. Nec tex. in. d. c. pia. expreſsè dicit, quòd excipiens debet ꝓbare exceptionem, ſed dicit eam rem, & ſic loquitur per nomen generale, & eadem ratione poteſt dici illa, quæ licet non ſit eadem ſpecie; ſit tñ eadẽ quò ad qualitates, & vitia, vt not. glo. 2. 7. q. 1. c. denique. Sed excommunicatio, & denũtiatio ſunt eadem quò ad effectum; quia quęlibet de per ſe repellit à communione, vt ꝓbatum eſt; ergo ſufficit ꝓbare eam rem, quò concludit ipſum à iudicio repellendum. Aut ex tali denuntiatione non conſtat de ſpecie, & nomine excommunicatoris, & tunc non ſufficit ꝓbare qualitates, quæ requiruntur per .c. pia. & ita ꝓcedit alia opin. Iſta diſtinctio eſt ſatis peregrina, & ſatis æqua, & concluderet, qñ ſola denuntiatio diceretur apertiſſima ꝓbatio, ſed in rei veritate non videtur apertiſſima ꝓbatio, per ea, quæ dixi in. c. de monialibus. ſupra eod. in quadrageſimotertio prin. artic. q. 7. Si tamẽ exciperetur in forma ex priuilegio, exprimendo ſpeciem excommunicationis, & nomẽ excommunicatoris, dicẽdum videtur, quòd potius fundata ſit intentio excipientis, & ſic onus ꝓbandi contrarium transferatur in actorem, & ſic poſſet dici de forma, vt tetigi in præcedenti

449 quæſtione. Tertio quæro, † vtrum ꝓbatio excommunicationis facta in vno iudicio, ſufficiat ad repellendum ipſum in alio iudicio, ſi nunc de nouo agit, ita quòd, etiam in hoc nouo iudicio, abſque alia ꝓbatione repellatur virtute illius interlocutoriæ. Sol. glo. in. c. 2. ſupra de ordi. cogni. vult, quòd ſi contra aliquem ꝓbata ſit excommunicatio per viam exceptionis, non repellatur à teſtimonio, vel electione, quia ex hoc ſolo, talis non debebit vitari tanquàm excommunicatus, niſi ex tali facto, ſeu repulſione publica laborat infamia. c. cum deſideres. ſecundo reſpon. ſupra eod. quaſi innuat glo. quòd virtute illius ꝓbatæ exceptionis, non debeat vitari. arg. d. c. 2. in fi. vbi, ꝓpter hoc teſtis non reputatur infamis, & ſic etiã nō debet reputari excommunicatus, & placet Io. & Philip. Sed Fran. & Hoſt. tenent contrarium, volentes, ꝙ etiam ſi talis non eſſet infamatus, tamen qualitercunq; conſtaret de excommunicatione, quòd vitari debeat ꝓpter periculum communionis, per. c. exceptionem. de except. ita tamen, quòd occultus occultè, publicus publicè vitentur. 2. q. 1. c. ſi peccauerit. Inno. verò in. c. 2. videtur ſequi primam opinionem glo. in quæſtionibus, quas ibi decidit; dicens, quòd ꝓbata ſententia excommunicationis per viam exceptionis, non repellitur quis ab agendo de nouo. arg. l. cum quæritur. cum. l. ſeq. ff. de exceptio. rei iudi. Et idem allegat in ſimili. 2. q. 1. c. ꝓhibẽtur. & ff. ex qui. cau. maio. in. l. 2. Item ꝓbat, quia ſi aliquis petit abſolutionem ab excommunicatione, & repellatur quouſque ſatisfecerit, eo quòd ꝓbetur excommunicatus pro manifeſta offenſa, licet ſi iterũ peteret ſe de nouo abſolui, nō ſit audiendus, niſi primo ſatisfaciat, vt in. c. ſolet. in prin. eod. titu. lib. 6. quia idem repetit à quo fuit repulſus, tamen nō repelleretur, ſi nunc aliud incipiat petere, nec excommunicatus denuntiabitur, nec ſubtrahet ſibi beneficium, nec aggrauabitur manus iudicis; cum ad hoc non ſit actum, ſed ſolum vt à petitione abſolutionis repelleretur. Et ſi tu diceres, non ne ſufficit, ad hoc, vt excommunicatus denũtietur, & alijs modis contra ipſum procedatur, ꝙ cõſtat de hac exceptione, eo quòd petit abſolutionẽ. Reſpondetur quòd nō ſufficit, eo quòd poteſt talem abſolutionem petere ad cautelam, & ex abundanti; quia bonarũ mentium &c. 5. diſt. c. ad eius verò concubitum, ſecundum Inno. Sed dicit Hoſti. quòd hoc non eſt p̄ſumendum, ꝙ ad cautelam petat, niſi hoc exprimatur, per not. in. c. 2. ſupra eo. tit. lib. 6. Fatetur tñ Inno. quòd ille, qui tulit ſententiam excommunicationis, non authoritate ipſius ſententiæ, qua petens abſolutionẽ repulſus eſt; ſed authoritate prioris ſententiæ, per quam ligauit ipſum, poteſt p̄dictam ſententiam facere publicari, & manus ſuas aggrauare contra ipſum excommunicatũ. 11. q. 3. in. c. curæ. ſupra de treu. & pa. c. 1. ſupra de appel. c. paſtoralis. Sed dicit Hoſt. in. d. c. 2. ſupra de ordi. cogni. quòd Innoc. in hac parte, ſicut & in multis alijs articulis, nimis videtur fuiſſe ciuilis, ac ſubtilis; quanuis enim prædicta in omnibus ciuilibus quæſtionibus locum poſſent habere, in ſpiritualibus tamen, non ita ſubtiliter procedẽdum eſt, ſed potius de bona fide agendum, & animarum periculis occurrendũ, vt patet ex notatis in. c. dilecti. ſupra de iudi. & de dol. & contu. c. 1. Vnde concludit Hoſti. ꝙ vbi talis exceptio proponitur, qua probata, is qui repellitur, non ſolum infamatur quò ad ſe, ſed etiam quò ad omnes alios; quòd, ex quo de nouo opponitur, & pars confitetur, vel ſi neget excommunicationem, cõuincitur, quòd etiam ſi nulla proferatur ſententia, talis confeſſio, & reprobatio reddunt exceptionem notoriam, vt ſupra de cohab. cler. & mulie. c. fina. Quare ſic confeſſus, vel conuictus; ab omnibus, & vbique repellitur, & maximè reſpectu excommunicationis, propter quam cuilibet competit exceptio, & non ſolum parti contra quam agitur, ſed etiam iudici, qui pōt ipſum ex officio repellere, vt. d. c. pia. §. fi. & quia qualitercũq; cõſtet, ꝙ aliquis ſit excõicatus in vna eccleſia, intelligeretur ẽt quò ad omnes eccleſias excõicatus, & ab omnibus erit vitandus. 11. q. 3. c. 2. & 3. & c. ſicut apoſtoli. & ſeq. & ſupra de probat. c. poſſeſſionẽ. ſimile, in ſimonia in ordinato. ſ. de ſimo. c. tanta. ver. item omnis. & in fornicatore. ſupra de cohabi. cler. & mulie. c. veſtra. & ſic de his,



his, & alijs ſimilibus, in quibus agitur de periculo excõicationis, niſi ratione probationis, & factæ repulſionis repelleretur, immineret animabus participantium periculum, neceſſarium eſt, quòd opportunius aliter cenſeamus, quã in ciuilibus cauſis, ad hoc, vt ſuccurramus animarum periculis. arg. 1. q. 1. §. ecce cum honoris. &. §. cauſa. 50. diſtin. c. vt conſtitueretur. 61. diſtin. c. miramur. cum ſuis concordan. Io. de Lig. dicit, quòd dictum Inno. procedit, vt in alio iudicio non ꝓficiat parti exceptio ſemel ꝓbata. Sed iudex bene poteſt ex officio ꝓcedere, & ipſum repellere, & ita ꝓcedit opi. Hoſt. D. Anto. putat, quòd ex quo exceptio excommunicationis afficit perſonam, & ex quo ſapit naturam ſententiæ declaratoriæ, ideò prodeſt quibuſcunque illam deducentibus in iudicio per viam exceptionis; dummodo ꝓducatur eo caſu, in quo non exigitur plena ꝓbatio, ſed ſufficiat plena fides. Sed ſi eſſet caſus, in quo exigeretur plena ꝓbatio, vt quia ageretur contra eũ ad priuationẽ beneficij ratione excõicationis, in qua diceretur per annum perſeueraſſe, tunc talis probatio non ꝓdeſt, ſed poſſit indici purgatio officio iudicis. Et ſic primo ſentit. d. Ant. ſecundum. D. m. quòd ad repellẽdum actorem ab agendo ſufficit ꝓbare excommunicationem ſimpliciter. Qđ eſt contra. c. pia. dum tex. dicit apertiſſimis documẽtis. Per quem tex. Io. An. poſt Abba. dicit non ſufficere vnum teſtem cũ iuramento, de quo ſupra dixi in principio. Secundo ſentit. d. Anto. quòd excommunicatio afficiat perſonam, licet deducatur per viam exceptionis. Quod videtur eſſe contra tex. d. c. 2. de ordi. cogni. Nam ſententia falſi directè lata contra teſtem, afficit perſonam teſtis, quia infamat eum; & tamen ſecus eſt, quando non directo condemnatur, ſed repellitur per officium iudicis, ſeu per exceptionem partis, vt in. l. lucius. ff. de his qui not. infa. Et ad idem facit. c. teſtimoniũ. de teſti. vbi pp crimen obiectum, & ꝓbatum in vno iudicio contra teſtem, non repellitur in alio, niſi grauata ſit illius opin. Facit quod not. in. c. ſuper his. de accuſa. & quod not. Innoc. in. c. cauſam quæ. ſ. qui fil. ſint legi. vbi videtur velle, quòd etiam ſententia declaratoria non facit ius quò ad alios, qñ inter certas perſonas quò ad certum officium agebatur. Vnde dicit. D. m. in. c. 2. ſ. de ordi. cogni. quòd iſte articulus eſt valde dubius. Dicit tamẽ poſſe ſic diſtingui, quòd aut excommunicatio fuit ꝓbata contra teſtem abſentem, & ex hoc ſolo non debet repelli in alio iudicio; quia ſi fuiſſet præſens, fortè ſe melius defendiſſet. arg. c. fin. de empt. & vendi. Iniquum enim eſſe iſtum puniri ex re inter alios acta. Fatetur tamen, quòd ſi propter hoc contra eum publica laborat infamia, quòd repelleretur, niſi ſe purgauerit. arg. c. cum deſideres. ſ. eod. Aut excommunicatio fuit ꝓbata eo præſente, & ſe defendente; vt puta, ſi opponeretur, & ꝓbaretur contra actorẽ ad finem repellendi eum, & tunc de rigore iuris ꝓcedit opin. Innoc. per rationes ſuas, & maximè per. d. c. pia. vbi idem tenet Archid. ſequendo prædictam opinionem Inno. Quod tamen ꝓcedit, niſi conſtaret per ſuam confeſſionem. quo caſu etiam ſecũdum Inno. facit fide dignũ in alio iudicio, etiam dum directè agitur. arg. eorum quæ not. in. c. per inquiſitionem. ſupra de elect. Sed opin. Hoſti. quando conſtaret ſolũ per falſas ꝓbationes aliàs factas, ꝓcedit de æquitate. Nam ſi ſola fama ſufficit ad repellendũ, vt in. c. cum deſideres. debet ſufficere iſta ꝓbatio, quanuis facta ad alium effectum. arg. eorum quæ not. in. c. veniens. ſ. de accuſat. & in. l. 2. de teſtib. & in. l. lucius. ff. de his qui not. infa. Nam reſpectu repulſionis, & intentionis ſatis poteſt dici plena, & aperta ꝓbatio, vt. d. c. cum deſideres. & in. c. illud. de renun. & ita dicit poſſe reſponderi ad. c. pia. & ita reſidet. D. m. Profecto iſte articulus eſt valde dubius. Nec videtur bonum fundamẽtum. D. m. quia vt ſupra dixi poſt principium, quantum ad terminos. c. pia. non videtur ſufficere ꝓbatio per ſolam famam. qđ videtur eſſe fundamentum. D. m. ad ſoluẽdum. Quare deſideraſſem tempus, quo non ita negotijs, & laborib⁹ impeditus potuiſſem maturius cogitare, quod cum facere non potuerim, pro nunc erimus prædicta ſola remiſſione contenti. Et hæc omnia, quę dicta ſunt in octauo membro, potes addere ad omnia ea, quæ dicta fuerũt in. d. c. de monialibus. ſ. eod. in decimoſeptimo artic. cui articulo conuenit hæc materia.

450 Circa nonum principale membrum † iſtius ſextæ quæſtionis, in quo venit tractandum quoties in eodem iudicio poſſit opponi exceptio excommunicationis. Breuiter dic, quòd reſpectu actoris, contra quem opponitur, ad finem repellendi eum, non poteſt opponi vltra duas vices, vt. d. c. pia. de excep. lib. 6. Sed duabus vicibus poteſt opponi, etiam ſi excommunicatio non fuerit exorta de nouo, vt tenet Io. And. in d. c. pia. & do. Domi. ibi. Sed vltra duas vices non poteſt opponi. Quod ꝓcedit reſpectu excommunicationis iam ſemel oppoſitæ, quæ ſolum bis poteſt opponi, & non vltra, vt ibi. Niſi euidens, & prompta probatio ſuperuenerit de antiqua. quo caſu etiam ꝓbationes poſſent opponi. d. c. pia. & dicit ibi glo. in verbo ſuperuenerit, quòd ſi opus fuerit, fidem faciet opponens de hoc per ꝓprium iuramentum. argu. c. paſtoralis. ſ. de excep. & c. vt circa. de electio. lib. 6. Vel poteſt dici ſecundum illam glo. & bene, quòd non eſt neceſſarium iuramentum, ex quo euidens, & ꝓmpta ꝓbatio ſuperuenerit, & ex quo iſte ꝓbationem offert, ſecũdũ Hoſt. Io. Mo. & Archid. & ſequitur Ioã. And. Et ex p̄dictis patet, quòd non poſſunt ꝓduci teſtes, qui fuerunt ꝓducti ſuper alia excommunicatione, ſecundum Io. Mona. & Archid. per not. in. c. fraternitatis. ſ. de teſtib. & ſequitur Ioan. And. & mihi placet; quia etiam in terminis noſtris habet locum timor ſubornationis. de qua materia dic vt latiſſimè dixi in. d. c. fraternitatis. Quod procedit, niſi fortè alia cauſa adiungeretur, propter quam didicitis teſtificatis ſuper

per eiſdem articulis poſſent teſtes ꝑduci, ſecundum ea, quæ latè dixi in.d.c.fraternitatis. maximè in vndecimo princip.artic. vbi collegi duos caſus, in quibus hoc fieri poteſt. Si verò excommunicatio eſſet de nouo orta, vel ꝓmulgata, habebit iſto caſu excipiens nouam dilationem ad probandum. Imò plus ſecundum Hoſtien. & Archidia. admittetur bis ad probandum; ſed non tertio, vt.d.c.pia. quia eadem rō ſubeſt in antiqua; & ideò idem ius ſeruandum eſt, niſi iudici videretur eam malitioſè opponi. argu.c. finem.ꝟ.de do.& contuma. ſecundum Io. And. in.d.c.pia. in nouel.& ſequitur.D.Domi. Et hęc ꝓcedunt, vt dixi, quando exceptio excommunicationis opponeretur contra actorem in vim dilatoriæ. Sed ſi opponeretur in vim perēptorię, aut opponeretur contra iudicem, aut contra teſtem, quia in his caſibus non loquitur.c. pia. ideò dicerem idem ſeruandum eſſe in hac exceptione, quod ſeruatur in reliquis peremptorijs, declinatorijs, & repulſorijs teſtium.

45 1 Circa decimum membrum † principale iſtius tertiæ quæſtionis, in quo venit examinandum, qui ſint huius exceptionis effectus, & de pœna non probantis exceptionem excommunicationis. Breuiter dic, quòd plures ſequuntur effectus. Primus eſt, ꝙ ſi talis exceptio opponitur in vim peremptoriæ; vt puta, ad caſſandum electionem, collationem, vel ſimilem actum, vt dixi ſupra in tertio membro; ſi probatur, operatur effectum peremptoriæ, vt caſſetur, vel annulletur actus, ſecundum quod ipſe actus eſt in cauſa caſſationis, vel annullationis propter excommunicationem. quod poteſt colligi ex his, quæ latiſſimè dixi, & dicuntur in hoc decimonono artic. per totum. Secundus effectus eſt, quòd ſi talis exceptio opponitur in vim repulſoriæ perſonę teſtium, vel notariorum, etiam probata operatur repulſionem, vt in.c.teſtimonium. ſupra de teſtib.& in.c.2.ſupra de ord.cogni. Tertius effectus eſt, quòd ſi opponatur in vim dilatoriæ, & probatur, tunc operatur effectum declinatoriæ, vt dixi ſupra in ſecunda quæſtione princ.in princ. Quartus effectus eſt, quòd ſi opponatur in vim dilatoriæ contra actorem ad repellendum ipſum, & probetur, operatur effectum dilatorię, quantumcunque opponatur ēt poſt ſententiam ad impediēdam executionem ipſius ſententiæ, vt eſt tex.in.d.c.pia.de except. lib.6. Nam cum noua actio orta ſit ex ſententia, & excommunicatus obſtante exceptione excommunicationis, non poſſit actiones intentare, meritò repellitur tali exceptione, vt dicit Inno.in.c.fi.ſupra de excep.& Io. And.ibi, & in d.c.pia.in nouel. Probata igitur dicta exceptione contra actorem in vim dilatoriæ oppoſita, debet actor excludi à proceſſu ſequenti. Quod debet intelligi, ſi excommunicatio opponitur per viam exceptionis; Secus per viam duplicationis, vt dixi ſupra in quinta princ.quæſt. huius articuli deciminoni, in ſecundo membro.q.17. Item quod dixi de proceſſu, deberet etiam intelligi, niſi opponeret̄ cōtra actorem de excommunicatione, & reſcripto per excommunicatū impetrato, ſecundum ea, quæ dixi in quarto membro princ.ſexta quæſtione. & in ſecundo membro prin.huius ſextæ quæſtio.princ.iſtius deciminoni artic.princ. Et iſte effectus vendicat ſibi locum, non ſolum ſi excipiens probat in ſecunda vice, ſed etiam in tertia, quando.ſ.concederetur tertio poſſe opponi ex aliqua cauſa, ſecundum quod dictum fuit in ꝓcedenti membro. ita vt probata ꝓdicta exceptione, licet ꝓcedens proceſſus teneat, non tamen valeat iudex vlterius procedere, vt in.d.c.pia.& etiā iſti effectus inſurgunt, quando ipſius excommunicationis exceptio ꝓbatur per excipientē. Si verò non probaret, ſequuntur alij ſequētes effectus. Eſt igitur quintus effectus, ꝙ ſi opponens de excommunicatione in vim peremptoriæ, aut repulſoriæ, ſeu etiam declinatoriæ, non probaret exceptionem propoſitam, quòd talis debet in expenſis condemnari; niſi propter aliquam iuſtam cauſam excuſetur, ſecundum ea, quæ latè dixi in.c calumniam. ſupra de pœn. in quinto princ.artic. Sextus effectus eſt, quòd ſi talis exceptio opponatur in vim dilatoriæ contra actorem, ad hoc, vt actor repellatur, & non probatur infra octo dies, iudex debet in cauſa procedere, & ipſum reum in expenſis, quas actor propter hæc diebus illis ſe feciſſe dixerit, præhabita taxatione condemnare. Hoc tamen quod dixi, quòd eſt in expenſis condemnandus, limitatur, niſi excipiens iuſtam habuerit cauſam excipiendi. Ita limitat glo.in ver.condemnans. in d.c.pia. per not. in.c.ſacro.ꝟ.eod. & in c.1. de elect.lib.6. Sed tu vide ad hoc, quæ latè dixi in d.c.calumniam. de pœn. in quinto princ.artic. per totum. & maximè in fi. vbi ad hoc allegaui quod not.Bal.in.l.2.C.de fruct.& lit.expen.

Sed circa prædicta pro declaratione iſtius ſexti effectus, primo quæro, quid ſi iudex qui pronuntiat exceptionem excommunicationis, nō probatam per reum, non condemnat reum actori in expenſis, an poſtea poterit vſque ad diffinitiuam, vel in diffinitiua condemnare eum in expenſis. Sol. Archid.in.d.c.pia. concludit ꝙ ſic, remittens ſuper hoc ad not.per Spec. in tit. de except.ver.ſed quid ſi iudex. & ad tit.de expen.§.poſtremo. ver. illud. allegat etiam not. per Hoſt.in.c.ſæpe.ſupra de appel. Nec obſtat .c.cum appellationibus.de appel.lib.6. vbi tex. videtur requirere, ꝙ condemnatio expenſarum fiat eadem die, aliàs fieri nō poſſit; quia ille tex. procedit, quando iudex per pronuntiationem deſinit eſſe iudex, per.l.iudex.ff.de re iudi. quod non contingit in terminis noſtris; quia durat etiam officium iudicis, per quod expenſę petuntur, vt in.l.ſancimus.C.de iudi.& in.l.terminato.C.de fruc.& lit.expen. Sed tu vide ad hanc materiam quæ latiſſimè dixi in.d.c.calumniā. in nono princ. artic. Secundo quæro, quid ſi reus probet excommunicationem, actor verò probet abſolutionem, vtrum habeat locum prędicta condemnatio expenſarum. Sol. Spec. in titu.de except.§.2.ver.quid ſi probatur. dicit, quòd



quòd Egid. dixit, quòd credebat excipientem non condemnandum, cum malitia nulla appareat in excipiente; cū.n.abſolutiones non fiant publicè, non debet imputari reo, ſi non diuinauit. argumen.c.exceptionem.ꝟ.de exceptio. &.ꝟ.vt eccle. benefic. c. vni. & .c.1.& fina. de elect.lib.6. Eſt enim in facto alieno probabilis ignorantia, vt in.l.fina.ff.pro ſoc. Item quia ex quo aliquis ſemel fuit excommunicatus, ſemper præſumitur excommunicatus. arg.c. propoſuit.ꝟ.de cler.excom. miniſtr. &.c.cum deſideres. &.c.ſicut.ꝟ.eod. Sed contra prædicta opponitur, quia licet reus probauerit excommunicationem, tamen certum eſt, quòd non probauit actorem excommunicatum eſſe, & ab agendo repellendum, & quòd intendebat, quia verba cum effectu ſunt accipienda, vt.ff. quod quiſ.iur.l.1.§.hæc autem verba. canonizata de pœniten. diſtin.1. c.hæc autem verba. & ſic tanquam in probatione deficiens, debet in expenſis condemnari, vt.d.c.pia. de except. lib.6. debuit enim diligenter inquirere, vtrum ille obtinuiſſet abſolutionem, prout debuit præſumere; cum non debuit præſumi immemor ſalutis ſuæ, vt.1.quæſt.7.c.ſancimus. quia aliàs diceremus liberum eſſe cuilibet de qualibet excommunicatione, quantumcunque antiqua, excipere; & ſub forma prædicta litem impunè deferre; quod eſt contra mentem.d.c.pia. Vnde dicit Spec. quòd niſi iuratum fuerit de malitia ſuper his exceptionibus, vel etiam de calumnia in cauſa principali, vbi poſt litem conteſtatam opponitur, quòd reus condemnabitur in expenſis. argumen.d.c.propoſuit. Mouetur etiam, quia nihil refert, vtrum quis ipſo iure non habeat rationem, an habeat, ſed per exceptionem repellatur, vt.ff.de reg.iur.in.l.nihil. Si verò iuratum fuerit, tunc vna præſumptio per alteram tollitur, argumen. ſupra de elect.c.cum inter. Io. And.in dicto.c.pia.in nouel. diſtinguit, quòd aut abſolutio erat ita publica, quòd non licuit reo illam ignorare, & tūc condemnabitur reus in expenſis; quia in huiuſmodi publica ignorātia non excuſatur, vt in .c.1.ſupra de poſtu.præla. Aut abſolutio non erat ita publica, ita quòd probabiliter ignorabatur; & tunc reus excuſatus eſt, per not. in clemen.1.de elect. lib.6. & tenet Archidiac. in d.c.pia.de excep. lib.6. Sed tu vide circa hanc materiam excuſationis condēnationis expēſarum, & quæ ſint legitimæ cauſæ, quæ latè dixi in dicto.c.calumniam. ſupra de pœn. in quinto principali articulo. Tertio quæro, quid ſi reus ſemel condemnatus in expenſis, quia non probauit exceptionem excommunicationis, illam iterum opponit, & probat, an debeat expenſas recuperare, quas ſoluerat in prima vice. Solu. Abba. in.c.pia. de exceptio. lib.6. tenet quòd non, allegat.l.properandum. §.& ſi quidem.C.de iudi. vbi victor abſens quem conſtat ꝓbabiliter litigaſſe in cauſa obtinet, & tamen condemnatur in expenſis. & ſic patet per hoc, ſolutio ad id quod nunc appareat eum nō fuiſſe calumnioſum, & ſequitur Ioan. And. in dicto.c.pia. in nouel. & Lap. ibi. Ad quod allegat not. per Specu. in titu.de arbitr.§.ſequitur. ver.ſed ꝓpone actum eſt. vbi dicit, quòd ſi pronuntiatum eſt, Titium dare debere decem Sempronio ſub certa pœna, quæ non dedit, & ſic in pęnam incidit, licet poſtea per ꝓnuntiationem mandetur contrarium, quòd nihilominus poterit pœna peti. & ſequitur ibi do. Domini.

Quarto quæro, tu ſcis, quòd ille qui olim reddebat iudicium retro nullum, condemnabatur in expenſis, licet illam probaret. Ad quod vide quod latè dixi in.c.calumniam. de pœn. in quinto principali artic. in princ. Vnde quæro, vtrum hodie talis ſit condemnandus in expenſis. Dubium facit, quia hodie proceſſus non redditur nullus, vt dicto.c.pia. & ideò non videtur condemnandus. Solu.dic, quòd aut excipiens probat exceptionem ſuam, & in nullis expenſis condemnabitur, ſi talis exceptio reſpicit ſolum perſonam actoris. Et ratio eſt, quia cum valeant acta, non eſt fruſtratus, neque iudicem, neque actorem. Facit.c.prudentiam. §.ſexta. ſupra de offic. delega. Secus ſi exceptio excommunicationis opponeretur, etiam hodie ſub tali forma, quæ redderet iudicium retro nullum; vt puta, quia obijceretur contra iudicem propter reſcriptum impetratum per excommunicatum, quo caſu etiam hodie proceſſus eſſet nullus, vt in.c.1. de reſcript. lib.6. Nam hoc caſu condemnaretur in expenſis factis vſque ad propoſitionem exceptionis excommunicationis; ſi modo doloſè diſtuliſſet opponere. Secus ſi ignoranter, vel ex aliqua cauſa, puta, quia non habebat tunc probationes in promptu. Sed in expenſis factis à tempore propoſitæ exceptionis, ex quo probauit, potius eſſet condemnandus aduerſarius; niſi iuſtam haberet cauſam litigandi, ſed poſito quòd etiam in reliquis habuiſſet. Si verò excipiens ſuccubuit, non eſt dubium, quòd debet condemnari in expenſis factis à tempore propoſitæ exceptionis; ſed in alijs non; Niſi fortè in alijs apparebit eum non habuiſſe iuſtam cauſam litigādi pro quo ferenda eſſet ſententia, nihilominus condemnabitur in expenſis factis tempore propoſitæ exceptionis, & non probatæ, per tex..in dicto.c.pia. Et pro hac diſtinctione vide quod tradit Spec.in titu. de exceptio.§.2.ver.ſed nunquid reus.& quod tradit Ioan. And. in.c.exceptionem. ſupra de exceptio. Quinto quæro, opponens exceptionem excommunicationis, contra actorem fuit condemnatus in expenſis, quia non probauit; ipſi reus iterato opponit de eadem excommunicatione, & pendente termino dato ad probandum, actor petit expenſas, in quibus reus fuerat condemnatus, quas adhuc non receperat. Reus verò excipit, quòd audiri non debet, quia eſt excommunicatus, & pro excommunicato debet haberi pendente termino dato ad probandum de excommunicatione, cum interim iudicis officium conquieſcat, quæritur

ergo quid iuris. Solu. dicit Lap. abb. quòd
ſecundum prædicta actor audiri non debet,
ſaltem dicta dilatione pendente. Ad quod fa-
cit quod tradit Spec. in titu. de arbitr. §. ſequi-
tur. ver. quid ſi poſt. in. 9. colum. &. ĵ. in tit. de
contum. §. vltimo. ver. ſed pone reus. Ad quod
vide quod ſcripſit Ioan. And. poſt Innocen. in
c. qua fronte. ſupra de appella. & in. c. 1. de re-
ſcript. lib. 6. & .d. Domi. in dicto. c. pia. Et mi-
hi placet, per illum tex. quia ibi dicitur, quòd
exceptio excommunicationis impedit execu-
tionem ſententiæ. Sed petere expenſas eſt pe-
tere executionem illius condemnationis, ergo
debet repelli &c. Sexto quæro, vtrum quan-
do opponitur exceptio excõicationis, poſſit pe
ti abſolutio ad cautelam. Sol. dic vt dicam in
c. venerabili. ĵ. eod. in vigeſimoquinto artic.
Septimo quæro, vtrum ille qui opponit exce-
ptionẽ excõicationis, teneatur actione iniuria-
rum, ſi illam non probat. Solu. Ioan. And. in
dicto, c. pia. remittit ſe ad not. per Specu. in tit.
de accuſa. ad finem. ver. ſed pone. & ibi allegat
pro, & contra. & demum dicit; puta quòd pa-
ter, vel patronus habeat actionem iniuriarum,
ſi contra eos filius, vel libertus turpem oppo-
nit exceptionem, ſecundum Lap. Et ratio,
quia in eis eſt ſpeciale, vt talis exceptio oppo-
ni non poſſet. Sed tu vide latè Oldra. conſ. 53.
quod incipit, conſueuit dubitari. vbi concludit,
quòd talis excipiens tenetur, niſi aliqua ratio-
nabilis cauſa, eum excuſet. Ad quod vide quod
dixi in fi. ſ̃. de iureiur. & ibi vide remiſſiones.

Circa vndecimum, & vltimum membrum
principale huius ſextæ quæſtionis principalis,
452 in quo venit examinandum, † vtrum reus ex-
communicatus qui conuenitur ab actore non
excommunicato poſſit opponere exceptionẽ
de ſua propria excommunicatione; dicens cau-
ſam iniuſtam, & propter hanc cauſam, quòd nõ
tenetur reſpondere, donec fuerit abſolutus, Bre
uiter dic vt dixi in quinta quæſtione principali
iſtius deciminoni artic. in tertio membro. ver.
dubitatur. Et ex his habes expeditam ſextam
quæſtionem principalem iſtius deciminoni ar-
ticuli princ. Nunc ex ordine tranſeamus ad
ſeptimam principalem quæſtionem huius de-
ciminoni articuli, in qua venit examinandus ef-
fectus excommunicationis circa arbitria arbi-
tramenta, tutelas, & curas, & alia ſimilia officia.
Pro cuius materiæ expeditione primo quæri-
453 tur, vtrum † excommunicatus poſſit eſſe arbi-
ter. Sol, communis* concluſio Docto. hic eſt,
quòd non, cum arbitria ſint redacta ad inſtar
iudiciorum, vt in. l. 1. ff. de arbit. ſicut ergo non
valet ſententia iudicis publicè excommunicati,
vt in. c. ad probandum. ſupra de re iudi. & ſupra
dixi in primo membro quintæ quæſtionis prin
cipalis. Ita nec valet laudum arbitri publicè ex-
communicati. Et hanc opinionem tenet Spec,
in titu. de arbitr. §. differunt. ver. item ſecun-
dum eum. & ita dicit fuiſſe determinatum in
curia. Facit etiam quod tradit idem Specu.
eod. titu. de arbitr. §. fina. ver. quid de mona-
cho. & idem Ioan. And. in. c. pia. de exceptio.
lib. ſexto. & Archidiaco. 2. quæſtio. 6. c. à iu-
dicibus. & Ioan. And. in mercuria. c. factum.
de regu. iur. lib. 6. per not. in. l. illa verba arbi-
tratu Lucij. ff. de verbo. ſignificat. & . l. pedius.
ff. de arbitr. tenet do. Anto. D. m. & Ioan. de
de Imo. in. c. quintauallis. de iureiuran. & eſt
communis* ſententia omnium Doct. Secun- Com. opi.
454 do quæro, vtrum † excommunicatus poſſit
eſſe arbitrator, ita quòd arbitramentum per
eum probatum teneat. Solu. Barto. in. l. cum
pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. & in. l. ex
facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebellia. ſentit,
quòd poſſit, quia excommunicatus compa-
ratur deportato, & non perdit ea, quæ de-
pendent ex conſenſu, & ſunt de iuregen-
tium. Ange. in dicto. §. ſi quis rogatus. di-
cit, quòd in crimine hæreſis, ſi durauerit in
excommunicatione per annum, non poteſt
eſſe arbitrator, quia arbitramentum cenſetur
quædam tranſactio, vt in authen. ſi verò con-
tingerit. C. de iudi. & in corpore vnde ſumi-
tur, & ſic quidam contractus. Sed excommu
nicatus poteſt contrahere, vt ſtatim dicam in
octaua principali quæſtione, igitur &c. Sed
Ioan. And. latè aſſumit hanc quæſtionem in
mercuria, dolo facit. de regu. iur. lib. 6. & ibi
poſt argumenta pro vtraque parte formata,
concludit quòd non poſſit; dicens, quòd ſi eſt
notoriè excommunicatus, in eum non cadit ar-
bitramentum, quod fit per modum laudi, vel
ſententiæ. Allegat quod legitur, & notatur de
compromiſſarijs datis ad eligendum in. c. in cau
ſis. ſupra de electio. & quod not. Archidiaco.
in dicto. c. de iudicibus. ſuper glo. prima. nam
vt ſupra dixi, ſicut illa verba Lucij Titij, non
cadunt in ſeruum, vt dicta. l. illa verba. ita nec
in excommunicatum, qui eſt ſeruus peccati, &
extra communionem eccleſiæ, vt dicto. c. pia.
Sed ſi excommunicatus eſſet ſimpliciter me-
diator, ita quòd contractus, non ex pronuntia-
tione arbitratoris, ſed partium conuentione
confirmaretur, tunc actus tenet. Et ſic tan-
dem videtur concludere, ꝙ nec ſuper lite, nec
ſuper contractu, notoriè excommunicatus po-
teſt eſſe arbiter, vel arbitrator; Et ſi aliud
fiat, non tenet arbitrium, vel arbitramentum.
Et pro hac ſententia facit opinio illorum, qui
volunt, quòd excommunicatus etiam non
poſſit contrahere. quam ſi teneremus res eſ-
ſet clara; ſed dicam in octaua quæſtione. Et
pro iſta etiam ſententia facit. c. penult. ſupra de
offic. delega. vbi videntur æquiperari arbitra-
tor, & delegatus. Vnde ſicut excommunica-
tus non poſſet eſſe delegatus, vt dixi in primo
membro, in quinta quæſtione princ. ita nec ar-
bitrator. Sed tenendo contrariam opinionem
quòd contractus initus per excommunicatum
valeat, quæ eſt communior*, vt dicã in dicta. 8. Cõm. opi.
queſtio. eſſet maius dubium. Ioã. And. in. d. c.
quintauallis. tenet opin. Barto. contra Io. And.
Motus, quia negari nõ poteſt, quin arbitramen
tũ expediatur per viã contractus; ſed cõtractus
initus



initus per excommunicatum tenet, ſecundum
opinionem quam ſupra tetigi, igitur &c. Fate
tur tamen, quòd durante excommunicatione
non poteſt arbiter exercere arbitrium inuitis
partibus, cum non teneantur ſibi communica-
re. Et ſi quis vellet tenere hanc opin. poſſet re-
ſpondere ad. c. penul. de off. deleg. quòd ibi æ-
quiperatur delegatus, & arbiter; non autem de-
legatus, & arbitrator. Vel ſi vellet intellige-
re de arbitratore, poſſes reſpondere, quòd æ-
quiperatur quò ad vnum caſum, non quò ad
omnes. D. m. in. c. quintauallis. dicit, quòd hæc
quæſtio videtur ſibi ſatis dubia. ſibi tamen plus
placet opinio. Io. And. Mouetur per tex. in. c.
poſt ceſſionem. ſupra de proba. vbi patet, quòd
excommunicatus non poteſt eſſe procurator,
ita quòd hoc officium non cadit in eum, vt ibi
not. Probatur etiam, quia cum pro facto ſuo
non poſſit eſſe in iudicio agendo, vt in. c. intel-
leximus. ſupra de iudi. longè fortius videtur,
quòd non poſſit officium arbitratoris aſſume-
re; cum hoc caſu habeat arbitrare tanquam bo
nus vir; ſed non poteſt dici bonus vir, ex quo
per ſe eſt in excommunicatione, cum ex hoc
reddatur ſuſpectus de hæreſi. Licet ergo excom
municatus validè contrahere poſſit, non tamen
ſequitur, quòd poſſit aſſumere hoc, quod eſt ci
uile officium inter alios, vt. d. c. poſt ceſſionem.
Et ſic ſecundum hoc non erit differentia inter
arbitrum, & arbitratorem. Et hæc opinio mi-
hi placet. Non obſtat quod arbitramentum
ſit quædam tranſactio; quia illud eſt verum quò
ad partes. ſed officium arbitratoris quatenus
decidit partium differentias, eſt ſententia; &
ideò non debet valere. Et pro hac opinione
facit quod dixi ſupra in quinta quæſtione prin
cipali, in ſeptimo membro princ. quæſt. 1. ma-
ximè in eo quod ibi dixi de procuratore ad
455 negotia. Tertio quæro, vtrum † excommuni-
catus poſſit eſſe tutor. Sol, dic quòd non; quia
iſtud eſt officium, ſaltem authoritate publi-
cum. Faciunt quæ dixi in præcedenti quæſtio-
ne. & quæ dixi de procuratore in ſeptimo mẽ-
bro principali. Intellige tamen de publicè ex-
communicato; ſecus de occulto. Et ex prædi-
ctis deciditur, quòd nec poteſt eſſe curator,
nec orphanatrophus, nec leproſarius, nec ho-
ſpitalarius, nec ſimilia officia exercere, argumẽ.
prædictorum. Faciunt etiam not. per Io. And.
in dicta regu. dolo facit. de regu. iur. lib. 6. in
mercutia. Faciunt etiam quæ not. Docto. in. c.
veritatis, ſupra de dol. & contuma. & in. c. fina.
ſupra de procura. & in. c. aduerſus. ſupra de im-
munita. eccle. & Abb. & Ioan. Andr. in. c. pia.
de exceptio. in ſexto.

Aſſumo nũc ex ordine octauam quæſtionem
principalem iſtius deciminoni principalis arti-
culi, in qua venit examinandus effectus ex-
communicationis circa contractus. Vnde pri
456 mo generaliter quæro, † vtrum excommuni-
catus poſſit contrahere, & contractus ab eo ge-
ſtus valeat. Sol. Innocen. in. c. veritatis. ſupra
de dol. & contuma. concludit, quòd excommu-
nicatus non prohibetur contrahere. Et ideò
poteſt emere, vendere, locare, & ſimiles contra-
ctus facere. arg. 11. quæſt. 3. c. quoniã multos.
in fi. &. c. ſi verè. ſupra eod. Vnde dicit, quòd
poteſt conſtituere procuratorem, & quòd ori-
tur actio mandati directa, & contraria inter
eos. Nec refert, an contrahens cum eo, ſciat, vel
ignoret ipſum excommunicatum, vel an ipſa
excommunicatio ſit publica, vel occulta, quo-
niam non reperitur iure cautum, quòd tales
contractus non valeant. Dicit tamen, quòd cõ-
trahens cum eo poteſt ab eo conueniri; ſed nõ
poteſt ipſum conuenire. Ad quod vide quod
dixi ſupra in quinta quæſtione princ. in ſecun-
do membro princ, quæſtio. 16. Et prædictam
etiam opinionem tenet Innocen. in. d. c. ſi verè.
ſupra eod. Mouetur per. c. cum inter. &. c. di-
lecti. &. c. dilectæ. &. c. exceptionem. ſupra de
exceptio. &. c. intelleximus. ſ̃. de iudi. 11. q. 3.
c. Iulianus. &. c. quoniam multos. Item quia ſi
poteſt litigare non oppoſita exceptione, ergo
contrahere, quia in iudicio quaſi contrahitur,
vt in. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecu. Item quia
ſi à iudicio prohibetur mediante exceptione,
ergo in contractibus permittitur, ſubijciens re-
gulam, quòd omnia, quæ agit excommunica-
tus circa temporalia, tenent. Et eãdem opi. ſen-
tit in. c. fin. ſupra de procur. Et hanc etiam opi-
nionem ſentit in glo. in. c. nos ſanctorum. 15.
quæſt. 6. allegat dictum. c. ſi verè. Hoſti. in di-
cto. c. veritatis. & in dicto. c. ſi verè. ſupra eod.
tenet contrariam ſententiam, dicẽs, quòd con-
tractus tenebit in fauorem non excommuni-
cati, ſed in fauorem excommunicati non valet.
Vnde concludit, ꝙ excommunicatus ex contra
ctu efficaciter obligatur alteri; ſed alium ſibi ef-
ficaciter non obligat. Quod eſt, vt ſic facilius di-
ſtricti, conuertantur. Principaliter tamen moue
tur Hoſti. quia contrahendo, & ingerendo ſe
communioni, facit contra canonis diſpoſitio-
nem, vt in. c. cum deſideres, ſupra eod. & in. c. il-
lud. ſ̃. de cler. excom. min. Quare conueniens
eſt, vt nec per canonem ſibi ſubueniatur. argu.
reg. quæ contra ius. de reg. iur. lib. 6. & in. c. vi-
des. 10. diſt. & . l. nõ dubium. C. de legi. Et ideò
ex tali contractu non oritur ciuilis obligatio,
quæ oritur ex conſenſu. Secundo mouetur,
quia ſi antiqua debita ante excommunicatio-
nem contracta impediuntur, & ſuſpendun-
tur ſuperueniente excommunicatione, &
poſt abſolutionem reſtituuntur; Ergo ſatis ra-
tionabile, & iuſtum videtur, vt ſi in excommu-
nicatione exiſtens contrahit, nullum poſſit ſibi
efficaciter obligare, ita quòd per abſolutionem
ſuperuenientem valeat ex eiſdem agere. Ter-
457 tio mouetur, † quia pactum, & acceptilatio in-
ficiunt ciuilem, & naturalem obligationem, vt
ff. de pact. in. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. & . l.
an inutilis. ff. de acceptilat. Fortius ergo debet
excommunicatio inficere naturalem, & ciuilẽ
obligationem. Quarto mouetur, quia ſi dice-
remus contrarium, excommunicati efficeren-
tur ſuperbiores, & parum timerent eccleſiaſti-

cam cenſuram, quod eſt contra mentem not.
15.quæſtio.6.in.c.authoritatem. &.c.iuratos.
& not.Innocen.in.d.c.veritatis. Ad iura autem
allegata per Innocen.reſpondet Hoſtien.quòd
ſunt caſus ſpeciales, & ratio ſpecialitatis poteſt
colligi ex eiſdem iuribus; dicens, quòd eſt ne-
ceſſitas contrahentium, & non fauor excom-
municati. Et ad.c.ſi verè. reſpondet,quòd ibi
veniebat ex neceſſitate præcedentis contra-
ctus initi ante excommunicationem; quia erat
ibi conducta nauis, nec erat determinatum ad
quem portum deberet accedere. Item quia ex
illo contractu intenditur prouideri nõ excom-
municatis; quia dicitur ibi, vobis remanẽt obli
gati. Io. And.in.d.c.veritatis.ſimpliciter tran-
ſit recitando opin. Sed in.c.decernimus. eod.
458 titu.lib.6.tenet opin. Innocen. quia iſta,† quæ
dependent ex conſenſu, non prohibentur ex-
communicatis. Et hanc opinionem tenet Io.
Cald.in quæſtio.quæ incipit,excommunicatus
maiori contraxit. & ſequitur Fede.de Sen.con-
ſil.72. Sed opin.Hoſtien. prædictam ſequitur
etiam Hoſt.in.c.ſicut ait. de hæret. & Hoſti. &
Cardi. in.d.c.pia. & Cardi. in.c. quanquam.
de vſur.lib.6. & eam etiam tenuerunt Hug. &
Lau.3.quæſt.9.in.c.re vera.argumen.c.excom
municatos. 11.quæſtio.3. & etiam tenuerunt
Tancre. & Bartho.Brixien. in quæſtione vene-
reali,quæ incipit,quidam cum eſſet excommu-
nicatus.videtur ſentire Io. And. in.d.c.pia. &
Archidiac.etiam in.c.1.de iure patro. lib.6. vt
ibi refert Io. And.in nouel.dicens, quòd excom
459 municatus poteſt facere omnem† contractum,
qui cederet in ipſius incommodum, vt donan-
do,cedendo alijs, ſe obligando. & quòd illius
ceſſionarius ſtatim agere poteſt.de quo latè di-
xi in quinta quæſtione princ. in ſecundo mem-
bro.q.20. & ſic ſentit, quòd ſecus ſit, quando
excommunicatus vellet alium ſibi obligare.
D.Ant.de But.in.d.c.veritatis. ſimpliciter tran
ſit cum opin.Innocen. remittendo ſe ad not. in
d.c.ſi verò.& ibi dicit, quòd putat excommuni
catum poſſe contrahere ſe obligando, & vide-
tur quęrere actionem;quia ipſe habet officium,
qui eſt medius concluſiuus ad cõtractum; quia
460 retinet, quæ ſunt† iuriſgentium, & non prohi-
betur habere bona; ergo videtur poſſe contra-
here. Non obſtat quod ei prohibeatur commu
nio,per quam peruenitur ad contractum; quia
per hoc nõ prohibetur pactum ſeruare,aut ſer-
uari facere.& ita etiam ſentit Hoſt.vel quia pœ-
na iſtius ꝓhibitionis, ſi irritaretur cõtractus nõ
eſſet naturalis;ſed accidẽtalis. Et ideò vbi iuris
prohibitio in pãmbulo ordinatur ad actum an-
nullãdum;quia fit principaliter propter odium
ipſi⁹ actus ratione perſonæ,vel rei, tunc factum
contra legẽ non valet,vt.d.l.nõ dubium. Secus
ſi legis prohibitio in præambulo nõn fit ꝓpter
actum conſecutiuum ad præambulum, vt in
terminis noſtris; Papa enim non eſt motus ad
prohibendum communionem cum excommu
nicato odio contractus; quia contrahere in ſe
eſt licitum. Vnde concludit,quòd ſi contractus
haberet cãm ſucceſſiuã non valeret ex indulgẽ-
tia,vt.d.c.ſi verè. quaſi ſentiat, ꝙ ille tex. illud
concedit ex gratia, quia dabatur ibi ſucceſſiua
excõicatio.Sed ſi eſſet momentanea in contra-
hendo,tunc ſentit,quòd talis contractus debet
valere.Io.de Lig.tenet opin.Innocen.Mouetur
quia poſitis cauſis ſufficientibus ad productio-
nem alicuius actus, de neceſſitate ponitur ille in
eſſe productus.Sed in terminis noſtris ponũtur
cauſæ contractus ſufficienter productoriæ, er-
go &c. Præterea confirmatur hoc per Hoſti.
opin. Nam fatetur ipſe, quòd excommunica-
tus cõtrahit matrimonium, vt in.c.ſignificaſti.
s̃.de eo qui dux.in mat. quam pollu. per adult.
& ille contractus eſt verus, vt vltro citroq; obli
gatorius. Mouetur etiam,quia agitata per ex-
communicatum in iudicio, donec opponatur
exceptio,tenẽt,vt.d.c.pia.de excep.lib.6. & ta-
men in iudicio quaſi cõtrahitur, vt ſupra dixi.
& ita concludit valere contractum, & ꝙ vigore
talis contractus agi poteſt, etiam per excõica-
tum poſtea abſolutum,vel ante abſolutionem,ſi
non opponatur de excommunicatione. Et hãc
eãdem opinio.tenet.D.m.in.d.c.veritatis.s̃.de
do.& contuma. Mouetur per.c.inter dilectos.
s̃.de donat. vbi valet donatio facta per excom-
municatum. Sed poſſet reſpõderi, ꝙ illud eſt in
odium ipſius excommunicati, vt voluit Hoſti.
Item mouetur,quia omnes ferè contractus sũt
de iuregentium,vt in.l.ex hoc. ff.de iuſti. & iu.
ſed illa, quæ ſunt de iuregentium non prohi-
bentur etiam deportatis, vt in.l.quidam. ff.de
pœn. ergo minus debẽt prohiberi excommu-
nicatis; cum longe deterioris conditionis videa
461 tur eſſe deportatus,† quàm excommunicatus,
cum excommunicatio loco medicinæ paretur,
vt in.c.1.eod.titu.lib.6. Item mouetur per id,
quod dixi.s̃.de matrimonio carnali. Item quia
ſicut valet monachatus per excommunicatum
vt in.c.illorum. ſupra eod. debet fortius valere
& contractus. Item, quia valet venditio facta
contra iuramentum, vt not.Io.And.& Inno.in
.c.dilecto.de præben. Item mouetur per illud
argumentum Io. de Lig. quod originaliter fuit
Abba.de quo ſupra dixi,quia ſicut agere põt, ſi
non opponatur, ita etiam contrahere, ſi pars
conſentiat; quia etiam in iudicio dicitur quaſi
contrahi. Et hanc opinionem reperio tenuiſ-
ſe Ange.in quæſtione ſua, quæ incipit, duo ad
inuicem litigantes. Non obſtant rõnes Hoſti.
Ad primam enim reſpondetur, quòd non eſt
verum, quòd canon reſiſtat; quia licet hic ꝓ-
hibeat communionem cum excommunicatis,
non tamen reſiſtit conſenſui obligatorio, vel
contractui. Vnde licet excommunicatus con-
trafaciens magis peccet, & communicans cum
eo incidat in excommunicationẽ, tñ cõtractus
tenet. Nam cum lex prohibet aliquid ſub pœ-
na,valet actus,licet pœna committatur, vt not.
per Cyn.in.l.non dubium.C.de legi.Et hoc ma
xime procedit, cum per illam legem appareat
actum ſuſtineri,vt not.Bar.in.l.prętor.ff.de no.
ope.nũtia.Et quòd actus geſtus cum excõicato
rema-



remaneat validus, patet in iuribus ſuperius al-
legatis,maximè in matrimonio,& religione,vt
462 ſupra dixi. Nam ſi lex expreſsè† reſiſteret cõ-
tractui,nulla naſceretur obligatio ciuilis, vel na
turalis,vt in.l.cum lex.ff.de fideiuſſ.& ibi plenè
per Barto. & ſic,neque matrimonium, neque
religionis ingreſſus teneret, neque etiam vi-
deretur tenere donatio, neque iudicium,
quod tamen eſt falſum. Et hanc ſolutionem
etiam ſenſit Ang.in dicta quæſtione. Præterea
opin.Hoſtien.videtur facere contra iuris prohi
bitionem non excommunicatus communican
do excommunicato, qm̃ ipſe excommunica-
tus,eo quòd prohibitio communionis, vt plu-
rimum dirigitur non excommunicatis, vt vitẽt
communionem.11.q.3.c.excommunicatos.&
.c.cum excommunicato.& ſupra eod.c.nuper.
ergo potius videretur non valere contractus in
fauorem non excommunicati. Præterea ſi lex
expreſsè reſiſteret contractui, nulla naſceretur
obligatio etiam naturalis, vt in.d.l.cum lex.
Cuius contrarium voluit Hoſtien. in.d.c.veri-
tatis.& clarius in ſumma, in tit.de ſent.excom.
§.quæ ſit pœna.ver.ſed quid.dicit, vbi videtur
velle, quòd ex contractu inito cum excommu-
nicato,oritur naturalis actio, vel ſaltem obliga-
tio. Ex qua ſecundum canones agi poterit ab-
ſolutione obtenta, & licet dicatur, ꝙ in odium
excommunicati agi non poſſit, tamen non de-
bet poſſe retineri p̃tium penès contrahentem
cum eo;ſed erit pauperibus erogandum, & ſic
temperat ibi opin. quam voluit in dicto.c.veri-
tatis. Ad ſecundum argumentum Hoſtien.
reſpondentis,quod ſequitur, quòd obligatio
antiquitus contracta, ſuſpenditur per excom-
municationem ſuperuenientem, ergo non ori-
tur obligatio durante excommunicatione. Vn-
de datur inſtantia in multis caſibus ſuperius al-
legatis. Multa enim fieri prohibentur,quę ta-
men facta tenent, vt ſupra qui cle. vel vo.c.rur-
ſus.ſimile.in.c.ſicut,& in.c.inter.ſupra de ſpon.
463 Et licet quis† iuret non vendere librum,ſi ven-
dit tenet venditio,ſed peccat; ita ergo in propo
ſito licet non debet communicare,tamen quia
ſibi interdicitur directè contrahere,valebit cõ-
tractus. Ad tertium argumentum reſponde-
tur,quòd omnino tenet, quia acceptilatio, &
pactũ de non petendo tollunt ciuilem, & natu
ralem obligationem;ergo & excommunicatio.
Nam iura induxerunt, quòd per illos contra-
rios conſenſus diſſoluantur obligationes; ſed
non induxerunt, quòd per excommunicatio-
nem impediatur conſenſus,& ipſius validitas,
licet impediatur communio. Et ideò dico, ſi
aliquis eſſet obligatus vendere excommunica-
to, & excommunicatus peteret ſibi fieri con-
tractum, quòd ille poſſet excipere de excom-
municatione; ſi tamen venderet,valeret vendi-
tio,ſecundum quod dicam in.c.inter alia.j̃.eo.
in vigeſimo articulo. Ad quartum argumen
tum reſpondet.D.m. quòd ex validitate con-
tractus non efficiuntur ſuperbiores, cum non
vnquam contractus magis cedant in ipſorum
odium,quàm fauorem. Item cum excommu-
nicatio ſit medicina, nõn debet ita extendi,
vt inhabilitet conſenſum, & hæc opinio mihi
placet. Nam ſi inualidatur contractus ex parte
excommunicati,debet etiam inualidari ex par-
464 te non excommunicati, cum contractus † non
debeat claudicare,& emẽs,& vendens, locans,
& conducens; & ſimiles contractus ſint cor-
465 relatiui, & correlatiuorum† idem ſit iudicium,
vt in.l.fina.C.de iudi. maximè,quia,vt dictum
eſt,magis videtur tranſgredi non excommuni-
catus,contrahẽdo cum excommunicato,quàm
ècontra. Mouetur etiam per not. per Spec. in
titu.de procura.§.vlti.circa principium. vbi di-
cit,quòd ille,qui emit villam à patrono excom
municato,ſtatim poteſt præſentare. & ſequitur
Ioan. And.in.c.1. de iure patr.lib.6. ſuper glo.
penult.& ſic ſentiunt,quòd teneat contractus,
etiam ſuper re,cui accedit ius patronatus; qđ
eſt quaſi ſpirituale. Item faciunt pro hac opi-
nione,ea,quæ dixi ſupra in ſexta q̃ſtione prin-
cipali,in ſecũdo membro,quæſtione vigeſima.
vbi tractaui de eo, qui habet iura ceſſa ab ex-
communicato. Item faciunt, quæ dixi in di-
cta quinta quæſtione, in ſeptimo membro prin
cipali,in quantum tractaui,quòd excommuni-
catus poteſt ceſſionem recipere. Sit ergo con-
466 cluſio,quòd† regulariter cõtractus geſtus cum
excommunicato,valet. Hoc tamen limitatur
467 multipliciter. † Primo,quando contractus ini-
retur ab excommunicato,vt à priuato, & pro-
prio nomine ipſius; ſecus ſi illum celebraret
tanquam prælatus,tutor, vel ſimilis; quia tunc
non videtur valere,vt in.c.veritatis. in fi.de do
lo & contuma.ſaltem in præiudicium eccleſiæ,
vel ſimilis perſonæ; puta alienando, vel ſimilia
peragendo; nam ex quo prælatus eſt excom-
municatus, ſaltem quò ad alienationem vide-
tur eidem interdicta miniſtratio rerum eccle-
ſiaſticarum,& hoc voluit Abb. & ſequitur Ioã.
Andr. in.c.pia.de exceptio. lib.6. Et ſic idem
videtur dicendum in alienatione pupilli, vel
minoris, quam faciunt curatores,vel tutores.
Secundo limitatur, niſi quis eſſet excommuni-
468 catus propter† crimen hæreticæ prauitatis, &
in ea excommunicatione per annum perſeue-
ret. Nam ſecundum Ang. tales æquiparantur
condemnatis ex crimine.l.iulię maieſtatis.cum
vitam perdãt,& bona,vt dicam in decimaquar-
ta quæſtione.j̃.eod. huius articuli deciminoni
prin. Et ideò talis non poteſt contrahere,ſicut
non poteſt hæreticus, aut damnatus.l.iuliæ ma
ieſtatis.& mihi placet, per ea,quæ dicam in di-
469 cta decimaquarta quæſt. Tertio limitatur, † ſi
modo eſſet talis cõtractus, qui nõ haberet cãm
ſucceſſiuam cum ipſo excommunicato; Secus
ſi propter talem contractum quis obligaretur
ad communicandũ cum excommunicato;quo
caſu arbitror contractum non valere, eo quòd
huic communioni, quæ in ſubſtantia contra-
ctus, ius expreſsè reſiſtit; & ideò non debet
valere,vt in.l.cum lex.ff.de fideiuſſ.Facit quod
ſtatim ſubijciam in tertia.q. Et hoc verum,niſi

ex indulgentia principis, propter aliquam iu-
ſtam cauſam concederetur communio. Facit. c.
ſi verè. ſupra eod. & quod dixi ſupra, ſ͂m opin.
470 d. Ant. Item p̄dicta regula † fallit in curſarijs, &
piratis capientibus, & ſpoliantibus tranſeun-
tes ad liberandum terram ſanctam, & ab illa re-
deuntes per viam, cum fautoribus, & adiutori-
bus ſuis, qui ſunt excommunicati. Nā cum ius
expreſsè prohibeat, cum talibus aliquem ven-
ditionis contractum exercere, vt eſt tex. in. c. ad
liberādum. ſ͂. de iudę. in parte deciſa, & ibi dixi
in. 18. not. meritò contractus venditionis cum
excommunicatis propter talem cauſam cele-
bratus, non videtur valere. argum. d. l. cum lex.
Niſi fortè diceres, quòd ex quo ius ibi pœnam
imponit, & aliter non annullatur contractus, ꝙ
etiam contractus valeat, per ea, quæ ſupra dixi.
Et aduerte, quòd ſecūdum primum intellectū,
ille tex. ſingulariter probat, quòd generaliter
cōtractus geſtus cum excommunicato, valeat.
Nam ſi ibi ſpecialiter prohibetur odio illo-
rum contractus venditionis; ergo in contrariū
videtur ius commune, vt in. l. 1. in fi. ff. de admi
niſtra. tut. Facit. c. 2. de coniug. lepro. cum ſi-
mil. Et vtrum ex eo, quòd ibi prohibeatur ven-
ditio, videantur prohiberi omnes contractus;
collige ex his, quæ dixi in. c. fina. ſupra de accu.
Et ex prædictis potes colligere, an promittens,
vel iurans dare, vel aliquid facere excommuni-
cato, obligetur illud adimplere. de qua dicam
in. c. inter alia. in vigeſimo principali articulo.
471 Sed quæro iuxta prædicta, † vtrum excommu-
nicatus poſſit rogare contractus. Sol. dic vt
dicā in quinta quæſtione princ. in quinto mem
bro princ. iſtius deciminoni artic. principalis.
472 Secundo quæro, iuxta prædicta, † vtrum ex-
communicatus poſſit procuratorem conſtitue-
re. Sol. tex. videtur velle quòd non, in. c. fi. ſup̄
de procura. & hoc tenet Spec. in titu. de procu-
ra. §. ratione quoque conſtituentis. ver. item
conſtituens erat excommunicatus. Quod ta-
men limitat Ioan. And. ſi modo loquamur in
actore; Secus ſi in reo, quia talis litigat tàm per
procuratorem, quàm per ſe. Et ad hoc vide
quod dixi ſupra in quinta quæſtione princ. in
ſecundo membro princ. q. 21. Tertio quæro,
473 vtrum † excommunicatus poſſit compromit-
tere. Sol. Spec. in titu. de arbitr. §. reſtat. ver. fi.
tenet quòd non, propter periculum commu-
nionis. argumen. ſupra de exceptio. c. dilecti.
34. quæſt. 1. c. audiuimus. quia coram arbitro
nihil poterit petere, ſed expirabit. Sed Ioan.
And. in addit. dicit, quòd propter hanc ratio-
nē patet, quòd Spec. intellexit de actore, quòd
non poſſit compromittere, & idem Vbertus
de Bobio. & hoc ſentit glo. 2. in. c. inter mona-
ſterium. ſ͂. de re iudi. circa medium, ibi die-
rum omnium, quòd cum reo excommunicato
compromitti non poſſit, obſtante periculo ex-
communicationis. Item quià non videtur va-
lere, quod abſurdum videtur, quòd ex volunta-
rio actu excommunicati, detur alicui iuriſdi-
ctio ſolum partibus atributa. Vnde conclu-
dit, quòd reus voluntariè non eligit arbitros;
ſed in caſibus, in quibus arbitri de neceſſitate
eliguntur, de quibus in. c. ab arbitris. de offic.
delega. lib. 6. & ibi in tex. & glo. poteſt excom
municatus illos eligere; quia ſi non poſſet de fa-
cili contingeret, quòd ex delicto ſuo commo-
dum reportaret, quod eſſe non debet, vt in. c.
intelleximus. ſupra de iudi. Et ex his habes ex-
peditam octauam quæſtionem principalē iſtius
deciminoni articuli. Vtrum autem contractus,
ſeu inſtrumentum reddatur inualidum, eo ꝙ
teſtes in eo deſcripti, ſunt excommunicati. Vi-
de quod dixi in quinta quæſtione principali, in
quarto principali membro, quæſtione. 4.
Nunc ex ordine deſcendendum eſt ad nonam
principalem quæſtionem iſtius deciminoni ar-
474 ticuli principalis, quæ verſatur † circa effectus
excommunicationis, reſpectu vltimarum volun
tatum, vnde q̄ro, an facta per excōicatū teneāt.
Sol. dic, quòd aut nos loquimur de excommu-
nicato excommunicatione minori, tunc non
eſt dubium, ꝙ poteſt; Aut loquimur de excom-
municato excommunicatione maiori, & quæ-
ſtio eſt magis difficilis, & dubitabilis propter
varias maiorum noſtrorum ſententias; ſed vt
ipſa quæſtio clarior habeatur, proſequar pri-
mò opinionem, & rationes, quæ faciunt pro
parte negatiua, deinde omnes opiniones, &
rationes, quæ faciunt pro parte affirmati-
ua. Sed tandem in fine ſubijciam, quod te-
nendum arbitror; Negatiuam partem, quòd
non poſſit teſtari, tenet Hoſtien. vt refert glo.
fina. in. c. decernimus. eod. titu. lib. 6. & glo.
in. c. quanquam. de vſur. lib. 6. Primo moue-
475 tur, quia excommunicatus ſeparatus † eſt à
communione, ſed à cōmunione ſeparato, om-
ne beneficium ex legibus deſcendens denega-
tur, vt in authen. de priuileg. dot. hæret. mulie.
non præſtan. in. §. antepenult. Secundo mo-
uetur, quia actus legitimi interdicuntur excom
municato, vt in dicto. c. decernimus. ſed teſta-
mentum eſt huiuſmodi, igitur &c. Tertio ꝓ-
batur, quòd excommunicatus æquiparatur de-
portato, vt traditur in. c. paſtoralis. de appella.
ſed deportatus non poteſt teſtari, vt in. l. eius
qui. §. 1. ff. de teſta. ergo &c. Quarto, per tex.
qui videtur expreſsè hoc probare in. c. excom-
municamus. §. credentes. ſupra de hęreti. ibi,
dum tex. dicit, ſit etiam inteſtabilis. Et cum
hac opinione videtur tranſire dicta glo. fina. in
dicto. c. decernimus. & ea, quæ dixi, etiam te-
nuit Goffre. vt refert Ioan. de Lig. & ſequitur
etiam Io. Mo. in dicto. c. quanquam. Pro qua
etiam quinto allegat, quia ſi manifeſtus vſura-
rius non teſtatur, vt dicto. c. quanquam. mul-
to minus debet poſſe teſtari excommunicatus.
Et idem etiam diſputando tenuit quidam ma-
giſter Stephanus prouincialis, ꝓ hac opinione
ſexta allegando tex. in authen. vt cum. de app.
cogno. §. generalem. collatio. 8. Septimo
probatur, quia excommunicato generaliter
eſt prohibita communio; ergo volens dice-
re, hoc promiſſum, debet ius expreſſum
alle-



allegare, arg. c. 2. ver. ſed neq;, & ꝙ ibi not. ſ͂.
de transla. epiſ. & hæc etiam fuit ratio Hoſtien.
Et pro hac etiam parte facit octauo, quia iſte
non poteſt eſſe arbiter, vt dixi. ſ͂. in ſepti. prin
cipali arti. queſtio. nona. Vltra prædicta ego
pro hac parte adduco, quia damnatus ad perpe
tuum carcerem Epiſcopi, non eſt teſtabilis acti
uè, vel paſſiuè, arg. l. eius qui. §. 1. ff. de teſta.
& l. ſi quis filio exhæredato. §. irritū. & §. eius.
ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. & dixi in. c. ve-
niens. ſ͂. de accuſa. Et etiam tetigi in rub. ſupra
de pęnis. ergo multo minꝰ debet poſſe teſtari.
Decimo mouet̃ ſubtili argumēto; nā ſi ciuitas
aliqua fiat rebellis eccleſiæ, ciues illius ciuitatis
efficiuntur inteſtabiles, vt. d. l. ſi quis filio. §.
penult. & ibi not. ſed excommunicatus fit re-
bellis non ſolum eccleſiæ, ſed etiam Deo, vt di-
xi. ſ͂. in prin. iſtius deciminoni artic. ergo, &c.
Vndecimo facit pro hac parte, quia arbitra-
toris ſententia, quæ eſt actus extraiudicialis, ſi
eſt excōmunicatus arbitrator, non tenet ſenten-
tia ſecundū quoſdā, vt dictum fuit. ſ͂. in ſepti-
ma principali quæſtio. ergo, nec teſtamentum
ipſius excommunicati debet tenere, cum ſit ſen
tentia, vt eſt tex. in. l. 1. ff. de teſta. E hanc etiā
opi. ſequutus fuit Iaco. Bel. quem refert, & ſe-
qui videtur Specul. in tit. de inſtru. edi. §. com
pendioſè. ver. quid de excommunicato; Sed
contrariam ſentētiam, & partem affirmatiuam,
quód poſſit teſtari quam plures tenuerūt. Hanc
476 enim † tenuit Inno. in. c. cum voluntate. ĩ. eo.
ſed tamen nihil allegat, & eandem etiam te-
net Archidia. in. c. pia. de excep. lib. 6. & te-
nuerunt ibi Pet. & Abb. præter caſum. §. cre-
dentes. in. d. c. excommunicamus. ſ͂. de hęre.
Mouetur primo, nam clarum eſt, quòd excom-
municatus poteſt donare, vt dixi in præcedenti
quęſt. ergo videtur, quod poſſit teſtari, & lega
re; cum legatum ſit donatio quædam. vt in. l. le-
gatum. ff. de lega. 1. & inſti. de lega. in prin. Nā
per teſtamētum prouidetur hęredibus, & liti-
gia remouentur, & ideò valet etiam licet ſit im-
perfectum. C. famil. hęrciſ. l. fi. & C. de teſta. l.
hac cōſultiſſima. §. ex imperfecto. Secūdo facit,
quia ſecundum opi. contrariam ſequeretur, ꝙ
non poſſet animæ ſuæ prouidere relinquendo
etiam ad pias cauſas, quod nequaquam prohi-
bendū eſt, vt in. c. Reſponſo. ĩ. eodem. Tertio
ꝓbatur, nam excommunicatus poteſt contra-
here, vt late dictum fuit in præcedenti nona
principali quæſtione. ergo multo fortius de-
bet poſſe teſtari. arg. l. 1. C. de leg. Fuſ. cani. toll.
& inſtit. eo. tit. maximè, cum facilius aliquid
concedatur per viam vltimæ voluntatis, quod
tamen non conceditur inter viuos, vt patet in
adulto minore volēte libertatem relinquere, aut
donare, inſtitu. qui. ex cauſ. manu. nō licet, &
in authen. vt ſponſalitia largitas. §. 1. Quarto
probatur, infamis poteſt teſtari, vt in. l. 1. C. de
ſecundis nupt. et tñ, à communibus actibus
eſt excluſus, vt in. l. 2. C. de dignita. lib. duode
cimo, cum ſimil. Quinto probatur, quia ſpe-
ciale eſt in excommunicato propter cauſas, de
quibus in. d. c. excommunicamus. §. credentes.
quòd ſolum poſt annum interdicatur ſibi teſti-
ficatio, ergo ob alias cauſas, & infra annum in-
contrarium eſt ius commune. 25. diſtin. c.
qualis. & in. l. 1. in fi. ff. ad munici. Sexto,
non perdit bona, nec etiam, propterea eſt per-
ditus, ergo videtur poſſe teſtari, cum de rebus
ſuis diſponat, quid poſt mortē ſuam de illis fieri
velit. vt in. l. 1. ff. de teſta. Septimo probatur,
quia excommunicatus videtur comparandus
relegato. vt not. glo. in. c. paſtoralis. ſ͂. de ap-
pella. ſed relegatus poteſt teſtari, vt. ff. de inter-
dictis. & releg. in. l. relegatorum. §. 1. & ſequē-
ti. & ſaltē inter perſonas cōiunctas debet vale-
re, vt. C. de inceſt. nupt. in. l. ſi quis inceſti. &
C. de hęret. in. l. cognouimus. & dicto. §. gene-
ralem. in authen. vt cum. de appel. cog. & in au-
then. ſi qua mulier. C. de ſacroſanc. eccle. ca-
nonizata. 19. quæſtio. 3. Octauo probatur,
quia cum valeant geſta cū eo in iudicio, ex quo
non fuit exceptum, vt dicto. c. pia. de excep. lib.
6. ergo fortius debet valere teſtamentū cū ſit
actus extraiudicialis. Et hanc eandem ſenten-
tiam diſputando tenuit. Iaco. de Beluiſio, quam
quæſtionem ipſe refert in authen. de ſanc. Epi-
ſcopis. §. omnibus, & eam etiā late refert. Ioā.
And. coadiuuando rationes Iaco. in. d. c. de-
cernimus. eo. tit. lib. 6. Mouetur primo, quia
edictū de teſtamētis eſt prohibitorium. vt in. l. ſi
quæramus. ff. de teſta. vnde quelibet poteſt te
ſtari qui non reperitur expreſſe prohibitus; ſi-
cut in ſimili dicimus in teſtificationibus, & ac-
cuſationibus, vt dixi in. c. 1. ſ͂. de accu. Sed ex-
communicatus non reperitur expreſſè prohi-
bitus. vt inſtit. quibus non eſt permiſ. fac. teſt. §.
477 fi. ergo teſtari poterit; quia regulariter † omnia
agibilia intelliguntur permiſſa, niſi expreſſè ꝓ-
hibeantur, vt in. l. necnon. §. quod eis. ff. ex qui
cau. ma. potiſſimum cum nil ita debeatur ho-
minibus, quam vt defunctorum ſeruentur vo-
luntates. vt in. l. 1. C. de ſacroſanc. eccle.
quæſtio. 2. in. c. vltima voluntas. Et adeò
hæc petunt iura vt voluerint volūtatem defun-
cti pro lege ſeruari, vt in authen. de nup. §. di-
ſponat. & non ſeruantes puniuntur, vt in. c. ſi
hæredes. ſup̄ de teſtamen. 11. quæſtio. 1. c.
ſilueſter. & in authen. de hære. & fal. §. ſi quis
autem non implens. cum ſimilibus. Secundo
478 mouetur; quia regulariter omnis † ille poteſt
teſtari, qui retinet liberam ciuitatem, & famili-
am. & bona; ſi aliter non reperiatur expreſſè ꝓ-
hibitus, vt in. l. quidam. ff. de pœnis, & in. l. 1.
§. hi quibus. ff. de leg. 3. Sed excommunica-
tus hęc omnia retinet, ergo poteſt teſtari, vt hęc
ꝓbātur. C. de apoſtat. in. l. apoſtatarū. & C. de
hære. in. l. manicheos. & l. cognouimus. & in
authen. ibi poſita. Nec eſt dubitandum, quin
excommunicatus retineat bonorū dominium
cum etiam beneficiorum, vel dignitatū eccle-
ſiaſticarum, vt in. c. is cui. de offi. deleg. lib. 6.
licet poſt annum poſſit illo priuari, vt in. c. ſi
rurſus. & in. c. quicunque. 11. quæſtio. 3.
Tertio principaliter mouetur, quia licet forma
† teſtandi

479 teſtādi ſit de iure publico, vel ciuili; voluntas
tamen, ac poteſtas teſtandi ſunt de iure natura-
li, vel gentium, vt. C. de teſta. in. l. teſtādi. &. ff.
de iuſti. & iur. in. l. 1. §. ius naturale, &, 1. diſt.
c. ius naturale ſicut etiam contractus, vt. ff. de
iuſti. & iurie in. l. ex hoc iure. ſed iura naturalia
ſunt immutabilia. 6. diſt. §. his itaq; & inſtitu.
de iure naturali. §. ſed naturalia; ſed teſtamen-
tum voluntatis nunciatione fit coram ſeptem
teſtibus, vt. C. de teſtam. l. hac conſultiſſima,
. §. per nuncapationē ergo excommunicatus,
eandem, & ſimplicem voluntatem coram te-
ſtibus exprimendo, teſtari poterit; ex quo iu-
regentium hoc ſuper volūtate fundatur, & iſta,
quæ voluntate, & conſenſu formantur, ex quo
de conſenſu apperet, non defacili impediuntur
vt in. c. 1. & in. c. cum apud. ſ. deſpon. Vnde
tenet matrimonium ab excommunicato con-
tractum, vt dixi. ſ. in octaua quæſtione princi-
pali, & etiam tenet confeſſio, & ordinatio de eo
facta, quo ad impreſſionem caracteris vt dixi. ſ.
in ſecunda quæſtione principali huius articuli,
quare ſimili ratione, videtur dicendum, quòd
teſtamentum debet, valere. Quarto principa-
liter mouetur ex ratione, quæ multum vrget
circa quam. Ioan. Andr. multum inſtat, & eſt
iſta, excommunicatio ab homine lata, eſt pœna
contumaciæ, vt late dixi, in. c. nulli. in octauo
principali artic. & quādoq; iniuſtè profertur,
& tamen ligat. 11. quæſtio. 3. c. 1. dixi. ſ. in
principio huius decimononi articuli. Vnde
minus videtur abſurdum, & durum, quod pro-
pter cōtumaciam, & eius pęnam, quis proijcia-
tur à teſtando; Facit, quòd not. glo. in verbo
perpetuum in. c. ex literis. ſ. de conſti. maximè,
cum ſecundum leges, contumacia, & eius pœ-
na non prohibeat quem ab actibus ciuilibus, vt
in. l. fi. C. de requi. re. etiam ſi culpa interuenit,
quia excōmunicatio fuit iniuſta, Facit, & quod
not. Ioan. Andr. in. c. teſtimonium. ſ. de teſti.
in glo. ſi dicas in ver. ad hæc reſpondetur. Item
facit, quia excommunicatio eſt potius medici-
na, quā pęna, vt in dicto. c. 1. eo. tit. lib. 6. & po
ſito, quòd aliquando expelleret, pœna eſt tem-
poralis non perpetua ad, quod vide, quòd not.
glo. penul. in. c. clericor. de cohabit. cleri. & mul
ie. &. 10. quæſt. 1. c. quia ſacerdoets. 27. quęſt.
1. c. de viduis. præterea excōmunicatio prędi-
cta defacili etiam tollitur, vt videbis. in. c. vene-
rabili. ſ. eo. in vigeſimoquinto artic. Item ſi lo-
queremur de excommunicatione iuris quæ eſt
pęna criminis etiam inconueniens nimium vi-
deretur, quod propter talem excommunicatio
nem, quis efficeretur inteſtabilis, attenta plurali
tate caſuum in quibus quis ipſo facto incurrit
excommunicationem, numero vltra centum, &
viginti; de quibus dixi in. c. contingit, ſ. eo.
in decimo octauo principali articulo, & maxi-
mè cum nonnulli videantur ſatis leues, vt eſt ca-
ſus vigeſimus ſeptimus; quē ibi poſui, inductus
per. c. vbi periculum. §. nonnulli de elec. lib. 6.
Nā ſi talē opi. teneremus, vix dicere poſſemus,
quòd aliqui ex his, qui rem publicam admini-
ſtrāt poſſent cōcedere teſtamentū; dicamus, ꝙ
teſtamentum excommunicati regulariter va-
leat, niſi vbi a iure ſpecialiter de damnat; & ſic
ne talis medicina ex contumacia, vel culpa, vel
ſine culpa proueniēs quę facilie tollitur tam ri-
goroſam pœnam iuris ſpecificet non expreſſam
inducat. Mouetur etiam propter experientiā
quæ docet eos qui cupiunt infringere teſtamen
ta ad probandum excommunicationem falſas
adducētes probationes. Itē, cū plurimi ſint ca-
ſus, in quibus ipſo facto excommunicatio cō-
trahit vt dictū eſt, ſubtiliter illos facit indagare
ad veras ꝓbationes faciliter inuenire. Item,
quia ſępe de abſolutione facta nō poſſet haberi
vera probatio, & fortis, & licet illam ſciret,
& haberet teſtator tū hęres illā ignoraret; &
figurat ipſe exemplum de innumeroſa multitu-
dinę illorum qui fuerunt excommunicati tem-
pore rebellionis Ferrariæ eo, ꝙ mercimonia
cum Ferrariē. habebant; & ad tranſitum ꝑ fetiā
faciebant eum conrra talis excommunicatos,
pœnæ ſentętia promulgata eſſet ad illos, ab-
ſoluendos, varijs religioſis commiſſa fuit pote-
ſtas. Vnde defacili potuiſſet ꝓbatio abſolutio
nis occultari propter ignorantiā religioſi, aut
ipſius, mortē; & per ꝓdicta, dicit reſpōſum eſſe
ad argumenta in contrarium formata. Et pri-
mo, ad. §. fin. authē. de priuil. dot. quia ille tex.
loquitur de hæretico, & non ſimpliciter de ex-
communicato. Ad ſecundam reſpondetur, ꝙ
actus legitimi ciuiles, vel communes ſummun-
tur diuerſis modis, vt not. Ioan. Andr. in dicto.
. c. pia. de excep. lib. 6. neq; ſequitur, ꝙ omnis
ille, qui ab actib⁹ ciuilibus repellitur, ꝓhibeat
teſtari vt de relegato, & infami dictum eſt ſuꝑ.
Et in adulto poteſt figurari exemplū, cui admi
niſtratio reipublicæ denegatur, factio tamen
teſtamenti conceditur vt in. l. qua ætate. ff. de
teſta. Item, poteſt figurari exemplum in. l. fœ-
minæ. ff. de reg. iur. & in. c. cum dilectus. ſ. de
arbi. & tamen poteſt teſtamentum condere, vt
in. c. indicāte. ſ. de teſta. Ad tertiū argumentū
reſpondetur, quod non eſt verum, quòd excō-
municats æquiperetur deportato, vt dixi in. c. 2.
ſ. eo. in. 6. principali articulo. Ad quartum,
de. §. credentes reſpondetur, quòd loquitur in
excommunicato per annum, vnde eſt ille caſus
ſpecialis, & ideò in contrarium eſt ius cōmune,
& ſic ille tex. videtur potius probare prędictā
opinionem. Ad quintum, agumentum de. c.
quanquam. de vſu. lib. 6. reſpondetur, quòd
licet ibi teſtamentum vſurarij, ſi manifeſtus
eſt vſurarius, expreſſè irritetur vt ibi. Non ta-
men ex hoc dicto prohibitorio nō eſt arguen-
dum de caſu expreſſo ad non expreſſum etiam
ſi maior ratio, ſeu æquitas id perſuadere videa-
tur arg. regulæ quæ à iure & reg. in pœnis de
reg. iur. lib. 6. Ad ſextum argumentum de.
§. generalem in authen. vt cū de app. cog. re-
ſpondetur vt. ſ. dictum fuit. in præcednti re-
ſponſione ad primum argu. Ad ſeptimum
argu. de prohibita communione, reſpondetur,
quòd nō concludit, quòd propter hoc teſtamē
tum non valeat, ſed concluderet contra partici-
pātē qui ex participatione diceret eſſe ligat⁹ mi
nori; cū enim generalis ſit diſpoſitio. 11. quęſt.
3. in. c. ſicut apoſtoli. cū ſequē. ille qui ſe dicit ab
ea generalitate exemptum, debet hoc oſtende-
re. Et ſic reſpondetur ad. c. 2. verſi. ſed neq;. ſ.
de transla epiſ. Sed dicere, ꝙ participantes qui
ex ſola participatione illos participantes taliter
ligauerunt, nō concludit teſtamentum non va-
lere. Nec ex eo, quòd iſte peccat exquirendo il
lorum communionem, non propterea conclu-
ditur inualiditas teſtamenti; nam & ille qui teſta
mētum ſuum iuramēto firmatū mutat peccat,
& tamen mutatio tenet, vt latè traditur per. Io.
Andr. in mercuria. quòd ſemel placuit. de reg.
iur. lib. 6. Præterea excommunicatus agendo
peccat, vt dictum eſt, & tamen iudicium agita-
tum tenet, ſi nō oponitur, vt in. c. pia. de excep.
lib. 6. Nec valet argumētū eſt in peccato, ergo
actus per eū celebratus nō tenet; cum etiā ma-
trimonium, quod eſt ſacramentum teneat cele
bratū in peccato teneat, vt in. c. pen. de ſpon.
& in. c. 1. ſupra. de ſpon. duo. Ad octauum
argumentum de arbitro reſpondetur, quòd
illud eſt, propter publicum officium iudicandi,
cum arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorū, vt
in. l. 1. ff. de arbi. Ad nonum argumentum per
me formatum reſpondet, quòd non ſequitur
damnatus ad perpetuū carcerē poſſet teſtari, &
. c. & vt dixi in rubr. ſ. de pœ. Ad decimū reſpō
detur, ꝙ licet contumacia, ſeu delictū propter
quam, vel quòd quis excōicatur, facit illum re
bellem Deo, & ecclefię, tamen non facit eum in
cidere in crimen leſæ maieſtatis, & quilibet pec
cat donec ſtat in peccato, & eſt rebellis Deo, &
tamen pōt teſtari. Ad vndecimū argumentum,
de ſententia arbitratoris excōmunicati, poſſet
reſponderi, quòd multi tenent contrariam ſen-
tentiam, quòd valeat, ſecundum ea quæ dixi. ſ.
in ſeptima queſtio. Sed tenendo opi. contra-
riam quam ibi dixi, poteſt reſpōderi, quòd ſen-
tentia arbitratoris capit vires ab eo, tanquam
fungente officio ciuili inter partes; quod eſſe
non debet, per ea quæ ibi. dicta ſunt, nos verò
loquimur in ſententia voluntatis propriæ circa
diſpoſitionem ſuorum bonorū. Et hanc ſenten
tiam quód valeat, tenet etiam Ioan. de Ligna,
per prædictas rationes licet breuius loquatur.
& Fede. de Senis conſilio. 72. & in conſilio.
113. & tenet Math. & ſequitur Zabba. in
clem. 1. de de excep. tenuit etiam Ang. in quę-
ſtione quæ incipit, excōmunicato maiori. Ego
480 † in hoc articulo hanc partem affirmatiuam po
nerem pro regula, videlicet, quòd regulariter
teſtamentum excommunicati valeat, niſi aliud
obſtet, per rationes. ſ. in hac parte productas.
fallit tamen hæc regula. in pluribus caſibus
481 † Primo fallit in excōmunicato publico, ſed be
ne procedit regula prædicta in excommunicato
occulto; & ſic eſt potius limitatio, quàm fal-
lentia hoc tenet Bal. in. l. 2. C. de ſecun. nup.
Quòd mihi nō placet, quia quo ad ea quæ gerū
tur ratione priuati iuris, non diſtinguitur inter



excommunicationem publicam, & occultam,
nec communis error iuuat, ſecundum ea quæ
latè dixi. ſ. in. 2. quæſtio. principali; Sed iſte
actus teſtandi, licet ſit publici iuris tamen re-
ſpicit priuatam vtilitatem ipſius teſtantis. Se-
482 cundo fallit † ſi aliquis fuiſſet excommu-
nicatus propter contumaciam commiſſam in
crimine hęreſis & ſtetiſſet in excommunica-
tione per annum, vt in dicto. c. excommunica-
mus. §. credentes. ſuꝑ de hęret. Quam fallentiā
limitat etiā Ang. in dicto. c. duo nobiles. niſi ta
lis teſtaretur inter defendētes, ſeu orthodoxæ
fidei, inter quos etiam hęreticus poteſt teſtari.
Sed tu dic de hoc, vt ego latè dixi in. c. vergētis.
ſupra de hęret. & ſecundum ea quæ dixi poteſt
483 videre iſtius limitationes. Tertio fallit † in ex
communicato propter quodcunque crimen,
quod aliquē reddit inteſtabilem. Et poteſt fi-
gurari exemplum in excommunicato propter
hæreſim, vel propter crimen leſæ maieſtatis,
vel propter aliud crimen, quod ipſo facto, vel
ex iure cōmuni, vel ex forma alicuius ſtatuti fa-
ceret aliquem inteſtabilem. Nam excommu-
nicatus propter tale delictum efficitur inteſta-
bilis. Iſtud tamen videtur potius contingere
vigore delicti perpetrati, quam vigore excom-
municationis. Vnde nunc ſtat dubium ſi vigore
contumaciæ commiſſæ in cauſa talium delicto-
rum quis excommunicaretur, vtrum poſſet te-
ſtamentum facere. Et videtur deciſum ꝙ ſic. per
tex. in dicto. c. excōmunicamus. §. credentes. ſ.
de hęret. ſaluo eo, quod dicam in ſequenti fal-
lentia. Sed notabile dubium iudicio meo po-
teſt oriri circa prædicta, quando propter talem
cōtumaciam excommunicatus perſeuerauit in
excommunicatione per annum, vtrum poſſit
teſtari. Et prima fronte videtur dicendum nō;
quia talis habetur pro confeſſo illud delictum.
11. quæſt. 3. in. c. rurſus. & in. c. quicunque. &
ideò merito videtur fieri inteſtabilis, argum.
. §. credentes. & not. in. c. cū contumacia. d. de
hęret. lib. 6. Sed Bal. in ſimil. terminis in. l. 1.
prope fin. in ver. ſed quid ſi dicit ſtatutum.
C. de hæret. inſtit. videtur determinare contra-
rium; dicit enim ibi, quòd ſtante ſtatuto, quòd
contumax habeatur pro confeſſo, ficta ſenten-
tia non operatur niſi reſpectu eorum quæ con-
tinentur in condemnatione, ſiue banno. Nam
cum contumacia ſit cauſa confeſſionis, ergo ex
vno ſuppoſito non infertur ad aliud valde diuer
ſum; quia fictio non operatur, niſi effectus ex-
preſſos à lege introducente fictionē, vt. l. 3. &.
l. fin. C. de fide inſtru. & . l. 2. §. diuus. & l. eius
qui delatorem. ff. de iur. fiſ. Reſtringitur ergo
ficta confeſſio ſolum ad officium contumaciæ,
de cuius natura eſt non perimere, niſi quatenus
lex perimat, vel iudex diſponat, vt not. ff. ſi quis
ius dicē. non obtē in. l. 1. §. fin. Aduerte igi-
tur, quòd difficultas iſtius articuli conſiſtit in
conſiderando, vtrum ille qui perſeuerat in ex-
communicatione per annum, habeatur per oīa,
ac ſi de illo crimine conuictus, & damnatus eſ-
ſet. An veró talis cōtumacia operetur vt dānari
poſſit

poſſit, ac ſi conuictus eſſet, de quo dicã in de-
cima quarta queſtione principali iſtius articuli.
Nam in primo caſu licet Bal. teneat, quòd talis
non efficiatur inteſtabilis, tamen Do. Nellus
de ſanc. Gemi. tenet contrariam ſententiam in
tractatu bannitorum in prima parte .2. tempo-
ris queſtio.4. Sed in ſecundo caſu, non efficere-
retur inteſtabilis, & ita procedant argumenta.
Bal. ſecundum prædictum Do. Nellum. Quar
484 to fallit † in eo, qui cognoſcens ſe excommu-
nicatum perſeuerauit in excommunicatione,
& abſq; pnĩa, & non obtenta, ſeu petita debi-
ta licentia, & abſolutione, interea mortuus eſt;
nam talis, etiam ſi ſit excommunicatus propter
aliud crimẽ, quàm crimen hereſis, & quãuis nõ
perſeuerauit in excommunicatione per annũ,
tamẽ ex quo morit̃ ſine penitẽtia, quãtum ad
meritum, mihi videtur quodammodo mori
vt hæreticus. & ideò teſtamentum, & alia facta
ſua, ſe auctore damnato dãnata videntur, arg.
.c. fraternitatis. & dicto. c. excommunicamus.
§. credentes. ſ̃. de hæret. Nam & ei denega-
tur eccleſiaſtica ſepultura .23. queſtio. 5. pla-
cuit. Nec obſtat, quòd non ſteterit in excom-
municatione per annum, prout videtur requi-
rere .d. §. credentes. quia actus, & diſpoſitio-
nes morientium non poſſunt eſſe in pendenti
ſicut nec biẽnium, vt. ff. communi. prædio. l.
fin. Et quia taliter moriẽs præſumitur in eo ſta-
tu voluiſſe perſeuerare ſi viueret, argum. de do-
na. inter vi. & vxo. c. donatio. & ſupra de bapt.
in. c. maiores natu. & ſupra de heret. in .c. ſi
quis epiſcopus. & in .c. filij. de heret. lib. 6.
Et hanc opin, tenet Henri. Bohic. in dicto. §.
credentes. Quæ opi. etiam ſatis iuſta, ſeu æqua
eſt; quãuis de iuris rigore poſſet attentari con
trarium. Et ex prædictis patet ſuperuacaneum
eſſe quærere, an teſtamentũ excommunicati
reaſſumat vires, ſi ante mortẽ abſoluatur; quia
ſi valet nõ obſtante excommunicatione, vt di-
ctũ eſt, ergo hæc quæſtio videt̃ ſuperflua. Sed
poteſt procedere dubitatio retenta contraria
opi. vel in aliquibus caſibus in quibus ſup̃ dixi
teſtamentum nõ valere. Et tunc circa prædicta
videtur dicendum, quòd teſtamentum reaſ-
ſumat vires, argum. not. per glo. fin. in. c.
quamquam. de vſu. lib. 6. & per. Bal. in clem.
1. de ſepul. in contrarium tamen facit reg.
non firmatur. de reg. iur. lib. 6. & per. Bal. in
clem. 1. de ſepul. Fede. de Senis. conſilio. 113.
tangit, & remittit ad nota. per. Io. And. in di-
cto. §. quamquam. & ibi vide per eũ ſuper glo,
fin. & vide, quod late tradunt legiſtæ. in. l. filio
præterito. ff. de iniuſt. rup. teſta. & adde quæ
dicam. in. c. venerabili. ĩ. eo. in. vigeſimoſexto,
principali articulo. Sed circa hanc materiam
quæritur, an excõicatus poſſit heres inſtitui. Et
certè poſito, ꝙ ſit teſtabilis actiuè vt dictũ eſt,
fortius poteſt hæres inſtitui; cum etiam plures
ſint, qui non poſſunt teſtari, vti impubes, fu-
rioſus, mente captus, mutus, ſurdus, & ſimiles;
& tamen tales habent teſtamenti factionem
paſſiuam, quia poſſunt hæredes inſtitui. & ita
concludit Fede. conſi. prædicto. 113. & Do.
Domi. in. c. decernimus. eod. titu. Sed Ioan.
Mo. & Steph. qui tenuerũt, quòd excommu-
nicatus non eſſet teſtabilis actiuè, voluerunt
etiam, quòd nec paſſiuè. & ſic quòd non poſ-
ſet hæres inſtitui, vt refert Ioan. Andr. in. c. de-
cernimus. eod. tit. lib. 6. & remittit ad not. per
Hoſtien. in ſum. de teſta. §. effectus. ver. ſed
prodeſt hoc not. ſed nũc aliter non inſiſto.
Et ſic Deo duce habes expeditam nonam quæ-
ſtionem principalem. Circa decimam quæſtio-
485 nem † de effectibus excommunicationis circa
reliquos actus non incluſos, vel pertinentes ad
præcedẽ. queſtionẽ. Breuiter dico, quòd cũ ta-
tales actus gerantur iure ꝓprio, ſeu priuato, &
ad priuatum intereſſe, poſſunt per excommu-
nicatum expediri, & ita tenent cõiter * Doc. Com. opi.
in. c. veritatis. ſ̃. de do. & cõtu. & in dicto. c. pia.
& in dicto. c. decernimus. & ibi per. Io. Andr.
in nouella. & per eũ in mercur. facit reg. dolo
de reg. iur. lib. 6. Eo excepto, quod ipſe alijs
cõicare, nec alij ſibi cõicare debent, niſi in ca-
ſibus à iure ſpecialiter conceſſis; de qua materia
dicã in. c. inter alia. in vigeſimo articulo. Et ibi
videbimus, an ſocius excommunicati teneatur
ſtatim diuidere ſocietatẽ. Et etiam videbimus
ibi, an excommunicatus poſſit ſalutari. Et etiã
ibi dicam, qualiter poteſt ſibi communicari, &
qualiter ipſe poſſit communicare. Et domino
excõmunicato, an teneãtur ſubditi ad fidelita-
tem, vel ab eo ſuſpenſi, vel abſoluti ſint. Et etiã
ibi videbimus, an poſſit ſolui excommunica-
to. Et maximè, an male ablata ſint eidem reſti-
tuenda. Et de pluribus, & ſimilibus quæſtioni-
bus. Et de inſtrumento à notario excommu-
nicato condito, dixi in quinta quæſtione prin-
cipali in decimoquarto dubio. Et an poſſit pe-
tere, vel reddere debitum vxori, dixi in ſecun-
da quæſtione principali in nono, & decimo,
dubijs princi. Et an poſſit ſcribi teſtis inſtru-
mento, dixi in quinta queſtione principali in
quinto membro. Et an excommunicatus de-
beat admitti ad actus capitulares, vel vniuerſi-
tatis, dixi in ſecunda quæſtione principali, in
decimo dubio, tradit Inno. in .c. cũ vinton. ſ̃.
de elec. ideò nunc hic repilogaui, ne fortè deue-
niendo ad hanc quæſtionem iuxta præmiſſum
ordinem in principio iſtius deciminoni arti-
culi, ſi id quod quæreres in hac quæſtione hic
non reperies, poteris recurrere ad alias præ-
cedentes quæſtiones, & etiam ad ſequentes, &
ad ea etiam quæ late dicam in dicto. c. inter alia
in vigeſimo principali artic. Hic tñ ſubiungo.
queſtio. ſatis conuenientem, vtrum excom-
486 municati † poſſint facere ſtatuta. Circa quam
Bar. quem ſequitur Pe. de Ancha. in repet. c. 2.
ſupra de conſti. in .9. principali articulo. ver.
poſtremò, concludit, quòd non poſſint, per. c.
aduerſus. vbi dicit poſt Hoſtien. quòd conſtitu-
tiones quę fiunt ab excommunicato, ſunt irritę
per not. 1. quæſtio. 1. §. quòd autem. & c.
odit Deus. & c. illi, & per not. in. c. excommu
municamus. §. credentes. ſupra de hæreti. &
eandem



eandem remitit ad not. in. c. veritatis. ſ̃. de do.
& contu. & in. c. ad probandum. de re. iud.
& per Inno. in. c. exceptionem. ſupra de excep.
limita tamen prædicta in excommunicato pu-
blicè; ſecus in excommunicato occultè, per ea
quæ dicam in ſequen. queſt. Et ex hjs ſit expe-
487 dita decima principalis quæſtio. Vndecimo
iuxta p̃miſſa quæro, an ſit differentia quo ad va
liditatẽ geſtorũ per excõcatũ; an excõcatio ſit
publica, vel occulta. Ioan. Calda. in quæſtione
quæ incipit excommunicatus qui cõi opi. Et
ex dictis aliorum Doc. potes ita diſtinguere, ꝙ
aut queritur de actibus factis per excommuni-
catum, qui aliàs de iure cõi non ſunt, irriti li-
cet excommumnicatus ſit publicus de quibus
ſatis dictũ fuit in præcedentibus queſtionibus,
& maximè in trib⁹ præcedẽtib⁹ principalibus
q̃ſtionibus, & in his caſibus, quæſtio. non pro-
cedit; aut in ceteris actibus, qui de iure cõmuni
regulariter non tenent ſi geruntur à publicè ex-
communicato. Vnde dubitari poteſt, vtrum
valeãt ſi geruntur ab excommunicato occultè,
qui communi opinione habeatur pro non ex
communicato, & ſubdiſtingue, quòd aut illa
cõmunis opi. non eſt probabilis, & ſubdiſtin-
gue, quòd aut act⁹ de quo queritur. cõpetit ra-
tione ſingularis, & priuati intereſſe, aut ratione
publici officij. Primo caſu, aut excommunica-
tus gerit actum pro ſe, ſeu ad ſui commodum,
& vtilitatem, & communis opi. non iuuat, aut
facit procuratorio nomine alterius, & ſecundũ
aliquos ſubdiſtinguitur, aut cõſtituens ſciuerat;
eum eſſe excommunicatum, vel ignorauerat;
Primo caſu, communis opin. nõ iuuat; Aut id
de quo quæritur competit ratione publici offi-
cij, & ſubdiſtinguit, quod aut actus eſt tempo-
ralis, & iuuat communis opin. Aut ſpiritualis,
& ſubdiſtinguit, quòd aut quæritur de excõi-
catione ab ipſo lata, aut de alio actu ſpirituali;
Primo caſu dic, vt dixi in. c. 1. ſ̃. eo. quinto in
principali articu. quæſt. 6. Aut de ceteris acti-
bus ſpiritualibus, ut de collatione ſacramento-
rum, & dic, vt dixi. ſ̃. in dicta. 2. quæſt. princi.
in prin. Et in primo dubio, aut de electionibus
beneficiorum, & dic vt, dixi. ſ̃. in dicta. 2. que-
ſtio. in. 4. & .5. dubio prin. Et ſic ad prædicta
potes videre plura quæ, dicta fuerunt in præce-
denti. quæſt. & inter alia vide, quæ dixi, in. 2.
principali queſt. in. 17. dubio. vbi dixi, de ex-
communicato occulto, qñ celebrantur diui-
na. Et vide etiam in tertia quæſtio. principa-
li fallentia. 26. & .27. vbi dixi de occulto ex-
communicato, qui impetrat reſcrip. Et in quin
ta quæſtio. princ. in primo membro princi.
quæſt. 1. & .2. in quibus dixi de teſte, & in
quinto membro, vbi dixi de procuratore, &
maximè in ſeptimo membro, vbi dixi de no-
tario, in ſeptima quæſtio. illius ſeptimi mem-
bri, vbi vide omnino, & ſic etiam potes diſcur-
rere per alias quæſt. ſ̃. declaratas, & quas not.
Quid autem iuris, ſi excommunicatio eſſet oc-
culta quo ad reliquos, tamen agens actum, vel
ille ad cuius vtilitatem act⁹ gerebatur ſciret illũ
eſſe excommunicatum; collige ex his, quæ latè
dicta ſunt in prædictis quæſtionibus. Sed circa
488 prædicta quæritur, † vtrum excommunicatus,
cuius fortè excommunicatio ignoratur, tenea-
tur detigere excommunicationem ſuam ſi eli-
gitur prouidetur inſtituitur poſtulatur, aut cõ-
ſtituitur iudex ordinarius, vel delegatus, & ſic
de ſingu. Sol. Inno. in. c. ſciſcitatus. ſ̃. de reſcrip.
videtur ſentire, quòd nõ debeat detegere; dicit
enim, qudò non licet alicui ſe, excuſare à com-
miſſione allegando infamiam ſuam, licet enim
contra eum poſſit excipi de infamia vt ibi, tñ
ipſemet prætextu infamiæ ſe accuſare non de-
bet, vt probatur in. l. nec infames. C. de decu-
rio lib. 10. & cum hoc dicto cõmuniter * tran- Cõm. op.
ſeunt Canoniſtæ. Sed Bar. videtur tenere cõ-
trariũ in. l. 2. C. ſi ſeruus, vel libertus ad decur.
aſpi. lib. 10. vbi dicit per illum tex. quod pu-
nitur quis faciendo ſe promoueri ad dignita-
tem cuius ſit incapax, ſi non perdat effectum
ſuum; quod tamen limitat, ſi modo impedimẽ-
tum eſſet ab alio detectum. Secus ſi eſſet occul
tum; quia tunc non tenetur pandere crimen ꝓ-
priũ. Et pro hoc vltimo dicto facit tex. de pen.
diſt. 1. in. c. quis aliqñ. §. nõ tibi dico, vt te per-
das. In contrariũ tñ allegat Do. m. in. c. ſciſcita-
tus. l. diſt. c. ſi quis viduam, & c. ex pœniten-
tibus. & c. quicunque. 81. diſt. in quibus ha-
betur, quòd ſi bigamus, vel homicida patitur
ſe promoueri ad ordines, & non pandit delictũ
ſuũ debet deponi, & punitur. vnde ꝓ cõcordia
diſtinguit Do. m. ꝙ aut impedimentũ erat ab
alio detectũ, & ꝓcedat opi. Bar. aut erat occul
tũ, & tũc aut erat tale, ꝙ fũdit⁹ impediebat illi⁹
officij, vel dignitatis exercitiũ; & tũc tenet̃ pan-
dere quãtuncũq; ſit occultũ aliàs peccaret, & de
beret puniri exẽplũ in bigamo, & homicida; nẽ
quanuis hõdi delicta fuerunt occulta, & habita
ſit penitentia, non tamen delinquens poteſt ad-
miniſtrare ſine peccato, vt in. c. fin. ſ̃. de tẽpo.
ord. & ſ̃. de biga. per totum, & in. c. inquiſi-
tionis. ſ̃. de accu. Aut erat aliud impedimentũ,
quod funditus nõ reddebat eũ incapacem; exẽ-
plũ in infamia, quæ nõ tollit naturale iudicium
iudicandi, & põt procedere opi. Bar. ſm̃ Do.
m. Et ſic ex prædictis patet, quòd excommu-
nicat⁹ tenetur detegere excommunicationem;
quia quanuis talis defectus ſit occultus, tamen
ipſe non poteſt adminiſtrare ſine peccato, ex
quo prohibetur ſibi communio, maximè ſi id
ad quod aſſumebatur erat tale, cuius excom-
municatus erat funditus in capax, quòd quan-
do ſit, poteſt colligi ex his, quæ ſup̃ latè dicta
ſunt in hoc articu. in præcedentibus quæſtio-
nibus. Et hoc videtur etiam tenere. Do. m. in
dicto. c. innotuit. ſ̃. de elec. per illum tex. Facit
etiam quod not. Archi. l. diſt. c. ex penitenti-
bus. & Inno. in. c. inquiſitioni. ĩ. eo. Vel fortè
poſſet attentari contrarium in his, in quibus
occultus excommunicatus non eſt omnino in-
capax; quia ei non deeſt iudicium rationis, &
regulariter tenent quę geruntur per eum ratio-
ne publici officij, & communis vtilitatis, & qui
communi-

communicant cum eo ignoranter non peccant,
nec aliquam pęnam incurrunt, vt dicam in.c.
inter alia in .20. principali articu. Circa duode
489 cimã q̃ſt. principalẽ qua quæritur, vtrũ † prę-
dicti effectus qui ab excõicatione producun-
tur,ſeu reſultant;producantur non ſolum in lo-
co in quo quis fuit excommunicatus,ſed etiam
vbiq;. dicendum eſt ſecundum glo.4. quæſt.5.
in.c.quiſquis. quod vbiq; producuntur per illũ
tex. & tenet ibi glo. & Goff. quẽ ſequitur Io.
And. in .c. ad reperimendam. s̃.de offi.ordi.in
prin.& probatur in.c. 1.ſup̃ de iudi. Nam cum
vna ſola ſit eccleſia. .24. quſtæſtio. 1.c. loqui-
tur.non poteſt quis partim eſſe intra,& partim
extra. Facit .7. quæſt. 1.c. ſi quis præsbiter. &
ſequitur ibi Archid. & tenet etiam Ioan. de
Ligna. & mihi placet. Facit. c. paſtoralis. ſupra
de appella. & ſupra de priuile. in. c. vt priuile-
gia. c.quod nonnullis & .c. cum & plantare.
ver. excommunicatos.talis enim ſentẽtia afficit
eum quocunque vadat ſicut lepra leproſum. 1.
quæſt. 1.c.cito turpem. Non obſtat.58.diſt.c.
ſi quis de alterius. & .18. diſt. c. placuit. quia
ſoluo, vt ibi dicit glo. & dicunt doc. quod illi
tex. non loquuntur de excõmunicatione pro-
pria de qua agimus; ſed de prohibitione facta
aliquibus, vt communicent in certo loco, vel
cũ aliquibus perſonis. Ego tamen arbitror prę-
dictam communem * opi. procedere quo ad
intrinſecum iuris effectum, quantũ verò ad ex-
trinſecum poſſet eſſe differentia reſpectù publi-
cè excommunicati, & occultè. Nam in vno
loco poſſet quis eſſe publicè, & tamen in alio lo
co eius excommunicatio eſſet occulta, propter
quod ſequerentur varij effectus quo ad validi
tatem geſtorum, ſecundum ea quæ dicta, & re-
miſſa fuerunt. s̃. in vndecima quæſtio. principa
li huius articuli. Circa decimãtertiam quæſtio
nem principalem de illo effectu excommuni-
490 cationis de quo quæritur, † vtrum excõica-
tio ſemel poſita, ſemper præſumatur durare,
breuiter dic, quòd ſic, vt eſt tex. apertus in. c.
ſicut nobis. s̃. eo. dicens ergo ſe abſolutum, de-
bet probare. facit regula ſemel malus de regu.
iur. lib.6. & tex. in. c. ꝑpoſuit. s̃. de cler. excõi.
mini.& ibi latiſſimè dixi poſt glo. tetigi in.c.de
monialibus. s̃. eo. in decimoſeptimo princi.
articulo. Nam cum hęc qualitas ſit talis quę ſo-
lo curſu temporis non minuitur ſemper præ-
ſumitur durare. per not. in dictis iuribus, & cla
rius per glo. Inno. Hoſtien. Ioan. And. & Do.
m.in.c. inter canonicos. s̃ .eo. & hoc mihi pla-
cet. licet Do. An. aliter ibi ſentiat. Circa deci-
mãquartam principalem quæſtionem de effe-
491 ctibus excommunicati † reſpectù perſeueran-
tię. Breuiter dic, quòd cum perſeuerans in ex
communicatione videatur quodãmodo cõte-
mnere ipſam excõicationem. Et de pœna con-
temnentis excommunicationẽ in rubri. s̃. dixi
me dicturum in.c. per tuas. ĩ. eo. in.21. princ.
articu. quæſtio. 11. ideò dic, vt late ibi dicetur.
Circa decimãquintã princi. quæſtionem de ef-
492 ctibus excommunicationis circa † ſatiſdatio-
nem vide quæ dicam in. c. venerabili. ĩ. eo. in
vigeſimoquinto princi. articu. Circa decimã-
ſextam principalem queſtionẽ qua quæritur,
493 quando prædicti † effectus producantur. Di-
ſtingue quinq; membra principalia. Primũ de
ſentẽtia excommunicationis. Secundum de ſen
tentia excommunicationis lata in diem. Tertiũ,
de lata ſub conditione. Quartum de ſententia
excommunicationis quæ contingit ratione ra-
tificationis. Quintũ de excõmunicatione lata,
494 per epiſtolam. Quo † ad primum, dic quòd
talis ſententia ſtatim operatur effectus ſuos ſe-
cundum diſtinctionem maioris, & minoris ex-
communicatis, & publicè, & occultè ſecundũ
ea quæ ſupra latè dicta ſunt. Circa ſecundum
495 † membrum, quando ſententia excommuni-
cationis fertur in diem, quæ ſic ferri poteſt, &
etiam ſub conditione, vt dixi in.c. perpẽdimus.
s̃.eo. in.10. principali articu. quæſtio. 18. Exẽ-
plum præcipit ſuperior, quòd ſubditus certum
quid faciat. ĩ. certum tempus ſub pœna excõ-
municationis, & hoc caſu adueniente contu-
macia, iſte erit excommunicatus, & tunc ex-
communicatio operabitur effectus ſuos ſecun-
dum ea, quæ dixi in dicto. c. perpendimus. in
10. principali articu. quæſtio. 21. Et vide, ꝙ
dicam in ſequenti membro. De tertio mẽbro,
496 quando ſentẽtia excõmunicationis fertur ſub
conditione. Exemplum ſi ſic feceris, vel non
feceris excommunico te, ſub qua forma po-
teſt etiam ferri ſententia, vt ſtatim dixi, & hoc
caſu, adueniente conditione excommunicatio
operabitur effectũ ſuũ nõ a die exiſtentis con-
ditionis, ſed ante à die prolationis ſententiæ, vt
ſic cõditionis euentus retrotrahat argumento.
l. potior. & l. qui balneũ. ff. qui pot. in pig. ha. ſed
veritas eſt in contrariũ; quia in ſententia cenſu-
rę conſideratur tempus ſtantis conditionis, nec
fit retrotractio. vt not. in. c. præterea. 2. ſupra
de appe. & ibi dixi, & ratio eſt, quia excommu-
nicatio accipit vires ſuas ex contumacia, & con
temptu, vt latè dixi in.c. nulli. s̃. eo. in octauo
princi. articu. & ſic ſolum conſideratur euentus
conditionis; quia vbicunque actus eſt talis qui
naturam ſuam accipiat potius ab exiſtente cõ-
ditione, quam à prolatione ſententię, tunc euẽ-
tus conditionis potius trahit ad ſe pronuntia-
tionem, quam ècõtra. Et ex prædictis infertur,
quòd etiam prædicta procedunt, etiam ſi iu-
dex adiungeret, & ſi feceris, vel non feceris,
tąle quid, ex nunc, prout ex tunc, & ex
tunc, prout ex nunc excommunico te. Nam
ſenſus horum verborum eſt, quòd ſi fuerit ino-
bediens, ſeu contumax in agendo contra man-
datum, quòd tunc ſit excommunicatus ſecun-
dum Inno. Hoſtiẽ. Ioã. And. & Doc. in. d. c. prę-
terea, & ibi dixi; licet aliqui aliter dicãt. Et adde
quod dixi in dicto. c. perpendimus. ſup̃ eo. in
10. princi. articu. quæſtio. 21. & .22. & in .c. ſa-
cro. in. 13. artic. quęſt. 5. Non ob. l. potior. & l.
qui balneum allegata in contrarium; quia lo-
quunt̃ in cõtractibus in quibus latior fit inter-
prætatio, & quia contractus accipiunt vires à
voluntā-



voluntate contrahentium, non à contumacia, vt
l. legem. C. de pac. Et quia ab initio cõtractus,
ſpes erat debitum iri, vt Inſtit. de verbo. oblig.
in. §. ex conditionali. vnde non mirum, ſi redu-
citur ad tempus contractus, cum in contracti-
bus ponderemus initium, vt in. l. continuus. §.
cum quis. ff. de verb. obli. Et ideò qñ extrema
ſunt habilia, perſonę obligatę, & eius cui fit
obligatio, & rei, quæ in obligationem deduci-
tur, fit retrotractio, vt in dictis iuribus. Sed in
caſu noſtro excommunicatio ſumit vires ex
contumacia, vt dictum eſt. Qualiter autem va-
leat pars ꝓuidere, ne effectus excõicationis ſe-
quatur, latè dixi, tradẽdo remedia in. d. c. ſacro.
in decimotertio prin. artic. De quarto mẽbro
497 principali, † quando excommunicatio, quæ ve-
nit ex ratihabitione producat officium ſuum,
an à die commiſſi maleficij, vel ſimili; An verò
à die ratificationis. Exemplum. T. die Maij præ-
ſentis anni manus violentas iniecit in. P. cleri-
cum. M. verò hac die ratificauit, vel die illa per-
cuſſionis tulit auxilium. Nam clarum eſt, quòd
per talem ratificationem percuſſionis ſuo no-
mine, vel vt rem ſibi gratam ageret, celebratæ
ratificans incidit in pœnam excommunicatio-
nis, vt in. c. cum quis. eo. tit. lib. 6. dixi in. c. per-
uenit. ſupra eod. in octauo princip. artic. q. 13.
intelligendo vt ibi dixi. Et videtur dicendum,
quòd à die peracti delicti. M. videatur excom-
municatus, per reg. ratihabitio. de reg. iur. lib. 6.
Sol. in contrariũ eſt veritas. & hoc tenet glo. in
verbo incurris, in. d. c. cum quis. dicens, quòd
ex nunc, quòd ratum habet, non ex tunc, inci-
dit in excommunicationem. & ſatis dicitur re-
trotrahi ad tp̃s anterius, cũm ex facto anterio-
ri ligetur, licet ex nunc; quia ſententia excom-
municationis non trahitur retro, ſicut à die ſen
tentiæ, vt in. c. licet. eo. tit. lib. 6. & vt dixi in præ
cedenti membro. Et hinc ſecundum Io. Mona.
& Archid. quos ſequitur Ioan. And. in. d. c. cum
quis. glo. in. l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi ar. q̃ lo-
quit̃ de ratihabitione in maleficijs, cautè locuta
fuit; nec dixit, quòd in maleficijs ratihabitio re-
trotraheretur, ſed ſolum, quòd mandato com-
parabatur. Et ad idem reg. iuris generalius, lo-
quens. ff. de reg. iur. in. l. hoc iure. §. deiecit. Et
ratio eſt ſecundum Io. Mo. quem ſequitur Io.
And. in. d. c. cum quis. quia cum clericus verbe-
ratur, licet contemplatione mei, tamen in nullo
tunc ſum obligatus ex alieno facto. 1. q. 4. c. 1.
& ſeq. ſed tunc incipit obligatio cum ratum ha-
beo, & ex tunc teneor. vt. ff. de neg. ge. l. ſi ego.
Nam cum tp̃e quo ille actum gerit in perſona
iſtius. P. nullum ſit obligationis p̃ſagium; meri-
tò ſolũ obligatur tempore quò ratificat. Facit
de cõſec. diſt. 4. c. tũc valere. Itẽ quia excõicatio
canonis eſt pœna delicti, nec ligat nõ delinquen
tem, vt. s̃. de conſti. c. cognoſcentes. cum autem
ratificat, tunc primo deliquit, & ſic tunc primo
ligatur. & ſic habes quid de ratificante. De man
dante autem, præcipiente, vel iubente, conſiliũ,
auxilium, vel fauorem præſtante, quo tempore
ſit excommunicatus, & excõmunicatio ſumat
effectum; Dicendum, eſt ꝙ aut ſubiecta materia
eſt talis, ꝙ ad incurrẽdam excommunicationẽ
ſufficiat ſolum mandatum, auxilium &c. & tunc
eo ipſo excommunicatio operabitur effectus
ſuos. Aut exigit, quòd ſequatur factum, vt in
terminis. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. & hoc caſu
ad hoc, vt ſequãtur effectus reſultãtes ab excom
municatione, exigitur factum. Vide quæ latè
dixi in. d. c. peruenit. s̃. eod. in nono princ. artic.
quæſtio. 9. 10. 11. & 12. De quinto membro
498 principali † de excommunicatione lata per epi-
ſtolam, Dic, ꝙ illa imprimit effectum, eo ipſo ꝙ
excommunicatus recipit epiſtolam, vel illius ha
bet certam notitiam. Et vide glo. 1. in. c penul.
de cle. excom. miniſt. Et vide quod dixi in. c. ſu-
per eo. ĩ. eod. in vigeſimoquarto princ. artic.
Circa decimamſeptimam quæſtionem princi-
499 palem, vtrum prædicti effectus † producantur
exiſtente dubietate, vtrum excommunicatio va
valeat, vel non, Breuiter dic, quòd deciſio huius
quæſtionis pendet ex his, quæ dixi in. c. perpen
dimus. s̃. eod. in decimo prin. artic. q. 24. Nam
quò ad opinionem noſtram, ex his, quæ dicta
ſunt, ſecundum quæ debemus potius opinari
excommunicationẽ valere, quàm non; ſequi vi
dentur prędicti effectus. Sed quò ad veritatem,
cognita demũ veritate nullitatis ipſius excom
municationis, nõ ſequuntur p̃dicti effectus. Et
ideò dixi de nullitate excommunicationis, quia
excommunicatio etiam iniuſta ligat quò ad ho
mines, ſecundum ea quæ dixi ſupra in hoc deci
monono artic. in prima quæſtione princ. in pri-
ma concluſione. quæ notabis. Et adde quod di-
cam in. c. venerabili. ĩ. eod. in vigeſimoquinto
princ. artic. quæſt. 53. Circa decimamoctauã
500 quæſtionem principalem, † an prædicti effect⁹
producantur, ſi vnica eſt excommunicatio, Bre
uiter dic, ꝙ ſic, vt patet ex iuribus ſuperius alle-
gatis, quò ad effectus ſuperiores. & vide quod
dicetur in ſeq. quæſt. quod nota. Circa deci-
501 mamnonam quæſtionem, vtrum † ex multipli-
catione, ſeu pluralitate excommunicationis ꝓ-
ducantur, ac multiplicentur effectus, & qui ſint
illi, Collige ex his, quæ dixi in. c. cum pro cauſa.
s̃. eod. in vndecimo prin. artic. Et ex his, quę di-
cam in. c. venerabili. ĩ. eod. in vigeſimoquinto
princ. articulo. Circa vigeſimam quæſtionẽ,
502 qua quæritur, vtrum † aliqui ex effectibus, qui
producuntur à ſententia excommunicationis.
de quibus. s̃. latè dictum eſt, remaneant etiam
poſt abſolutionem, Breuiter dic, vt latè appare-
bit ex his, quæ dicemus in. c. venerabili. ĩ. eod.
in vigeſimoſexto princ. artic. Circa vigeſimã
503 primam quæſtionem, de effectu excommunica
tionis, reſpectu æquiparationis, Breuiter dic, vt
latè dictum fuit in. c. 2. s̃. eo. in ſexto prin. artic.
Circa vigeſimamſecundã quæſtionem de effe-
504 ctu excommunicationis, ſecundum † quem dici
mus, ꝙ ſententia excommunicationis trahit ſe-
cum executionem, quando hoc ſit, & qualiter,
& quæ ſit ratio, & alia ad hoc, vide quæ latè
dixi in. d. c. ſacro. s̃. eod. in ſecundo principali
remedio, videlicet per viam appellationis.

Circa vigeſimamtertiam principalem quæſtio-
505 nem, qua quæritur, † vtrum timor excommu-
nicationis cauſet effectum iuſti metus, dic, ꝙ
glo. in verbo violenta, in. c. cum dilectus, ſupra
quod met. cau. tenet quòd non. Et eandem opi
nionem tenuerunt Tancr. Vinc. Philip. & Gof.
qui diſtinguunt, quòd aut excommunicatio eſt
iuſta, & ſibi imputet, qui ſe talem reddit. Facit
tex. in. l. ſi mulier. ff. quod met. cau. vbi patet, ꝙ
metus non excuſat, quãdo quis fuit cauſa illius
metus. Aut excommunicatio eſt iniuſta, & nõ
eſt timenda, 11. q. 3. c. non debet, &. §. ex his.
&. §. ſi ergo. &. §. cum ergo. & hoc etiam tenet
glo. in ver. non mortalis. in. c. 1. eod. tit. lib. 6.
Glo. tamen tenet contrarium in. c. olim. 3. s̃.
de reſtitu. ſpol. & ſequitur Hoſtien. in. d. c. cum
dilectus. Et eſt ratio ſecundum eum, quòd ſit
medicinalis, quia hoc caſu, quãdo cauſa ſubeſt,
& quando etiam nõ ſubeſt, vel propter bonum
obedientiæ videatur aſſumenda talis medicina,
Tamen non quilibet vellet hãc medicinam aſ-
ſumere, & maximè ille, de cuius promotione
ſperatur in aliqua eccleſia; & ſic videtur cauſare
iuſtum timorem. argumẽ. d. c. olim. &. 11. q. 3.
in. c. 1. Vnde dicit Hoſt. hoc eſſe arbitrariũ, per
ea, q̃ allegãtur in glo. in verbo non metum mor
tis, in. d. c. cum dilectus. & iſtam opinionem vi-
detur tenere Archidiac. 7. diſtinct. c. fuerunt.
Videtur tamen ſentire Hoſtien. quòd dictum
ſuum procedat in excommunicatione iniuſta.
Com. opi. Ioã. And. & communiter* Docto. videntur di-
ſtinguere, quòd aut loquimur de excommuni-
catione iuſta, & iuſtè inflicta, ſiue à iure, quæ
ſemper eſt iuſta, vt dixi, ſiue ab homine, & tũc
habet locum prima opinio; eo quòd excommu
nicatus propter culpam ſuam in ea incidit. arg.
d. l. ſi mulier. Aut excommunicatio eſt iniuſta,
& iniuſtè inflicta per hominem; quia lata à iure
non poteſt eſſe iniuſta, vt dixi; & tunc habet lo-
cum ſecunda opinio. Ad quod facit, C. de apo
ſta. in. l. hi qui ſanctam. vbi dicitur, quòd grauis
eſt pœna eſſe inter homines, & hominum care-
re commercio. Quare cum hoc inducat ex-
communicatio, quòd timor excommunicatio-
nis videtur eſſe iuſtus, cum talis pœna ſit gra-
uis, & non leuis, vt in. c. ſacro. ver. cum non le-
uis. ĩ. eod. Cum etiam dicatur, quòd in eccleſia
Dei non reperitur maior pœna, vt. 24. queſt. 3.
c. corripiantur. dixi ſupra in rubr. in ſecundo
princ. articulo. Sed. D. m. in. c. cum dilectus, di-
cit, quòd iudex debet cauſa cognita diſcernere,
an ille metus debuerit cadere in conſtantem vi
rum; Quid enim, ſi nulla erat ſpes ꝓmotionis,
nec timebat de preſenti aliquod damnum, & ha
bebat in promptu ſuperiorem excommunica-
toris, apud quem poterat iuſtitiam ſuam pro-
ſequi? certè hoc caſu vir conſtãs non debuiſſet
timere talem excommunicationem. Subdit ta-
men, quòd iſtud procedit quò ad intentandam
actionem, quod metus cauſa; quia ad illam con-
cedendam non ſufficit omnis metus, vt not.
glo. in verbo non metum, in dicto. c. cum dile-
ctus. Secus quò ad implorandum iudicis of-
ficium; quia tunc procedit opinio Io. And. quia
maior metus ſufficit, vt not. glo. in. l. interpoſi-
tas. C. de tranſactio. Facit quod tradit glo. ſin-
gula. in. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. actio.
non dan. Circa vigeſimamquartam, & vlti-
mam quæſtionem iſtius deciminoni articuli, &
primi principalis tractatus, qua quæritur, vtrũ
506 quò † ad prædictos effectus conſequendos ſit
neceſſaria denuntiatio excommunicationis;
Breuiter quid ſit tenendum collige ex his, quæ
dixi in. c. perpendimus. ſupra eod. in decimo
principali artic. quæſtione trigeſimaſecunda.
Et ex his Deo duce, habes expeditum primum
principalem tractatum iſtius deciminoni prin-
cipalis articuli, videlicet de effectibus excom-
municationis maioris. Quare nunc ſequitur,
vt expediamus ſecundum principalem tracta-
tum, videlicet de effectibus excommunicatio-
nis minoris. Et hic tractatus pro maiori par-
te fuit expeditus in præcedenti tractatu. Talis
507 enim excommunicatio ſeparat † à ſacramentis
eccleſiæ paſſiuè, vt in. c. fina. ſupra de cle. excom
muni. miniſt. & in. c. penulti. ĩ. eod. & in. c. à no
bis. ſupra de except. 3. quæſt. 4. c. engeltrudam.
Et eſt ratio, nam excommunicatio minor infli-
gitur propter ſimplex participium, & eſt prin-
cipalis ſuſpenſio Dei, & canonis, & per appro-
bationem tãtum. Quod probatur, quia ſtatim
cum vult pœnitere, abſoluitur à quolibet con-
feſſore, vt in. c. nuper. ĩ. eod. in vigeſimo quar-
to principali articulo. & in. c. venerabili. ĩ. eod.
in vigeſimoquinto principali articulo. Et quan
doq; minor excommunicatio cõtrahitur pro-
pter participium cum excommunicato excom
municatione maiori, & aliter quàm in crimine,
per not. in. c. nuper. & dicam in. c. inter alia. in
vigeſimo principali artic. Quandoq; etiam ta-
lis excommunicatio fertur ab homine per ſen-
tentiam. 5. quæſt. 1. c. 2. dixi in. d. c. perpendi-
mus. in decimo principali articulo. Et aduer-
508 te, quia etiam eſt alia ſpecies † excommunica-
tionis, quæ ſeparat à communione fidelium, nõ
ſacramentorum. Ad quod vide. 5. quæſtio. 2.
c. præſenti. 5. quæſt. 4. c. in loco. &. 18. diſtinct.
c. placuit. 34. diſtinct. c. quorundam. &. 58. di-
ſtinct. c. ſi quis de alterius. Et vide etiam ad
prædicta, quæ dixi in dicto. c. fina. ſupra de cle.
509 excommuni. miniſtr. Et vtrum † excommuni-
catus minori poſſit excommunicare, dixi in
. c. 1. in quinto principali articulo. An poſſit ſa-
cramenta adminiſtrare, & ſpiritualia exercere,
dixi ſupra in ſecunda quæſtione principali. An
eſſe iudex, dixi in quinta quæſtione princip.
in primo membro. An agere, dixi in eadem
quæſtione, in ſecundo membro. Et an eſſe no-
tarius, teſtis, aduocatus, vel procurator, dixi
in alijs quæſtionibus. verſ. quæro principali-
ter. Et an de ea excipi, dixi in ſexta quæſtione
principali. Et ſimiliter de alijs plurimis dixi
in præcedentibus quæſtionibus. Et ex qui-
bus omnibus Deo duce, eſt expeditus iſte
decimus nonus principalis articulus, & hæc
decretalis Sacris, quæ cum ſacra dote ibit ad
nuptias.



nuptias. Et quia hic ſequeretur. c. ſicut nobis.
ſed quia hic ſequitur vigeſimus articulus, &
materia ipſius eſt in. c. inter alia. ideò ſeruan-
do ordinem articulorum, aſſumo hic. c. inter
alia. &c.

## Cap. XXXI. Inter Alia.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicato communicare tenentur, qui prius erant ei obligati ad officium familiare, alij verò non tenentur de neceſſitate, licet poſſint interdum ei communicare. & nu. 6.*

2 *Verbum tenetur de ſui natura licet importet neceſſitatem, tamen ſecundum ſubiectam materiam quandoq; importat facultatem.*

3 *Niſi dictio ſequens negatiuam, ponit formaliter id quod negabatur per præcedentem negationem.*

4 *Verba ambigua poſita in conſtitutione, faciunt frequenter oriri dubia.*

5 *Verbum idem ad diuerſa relatum ratione diuerſæ materiæ, accipitur diuerſimodè, propriè, & impropriè.*

7 *Excommunicatus non perdit ius iam quæſitæ obligationis.*

8 *Antecedenti præmiſſo intelligitur permiſſum omne conſequens neceſſarium.*

9 *Viatoribus, & peregrinis non eſt licitum communicare excõmunicatis, niſi in caſu neceſſitatis.*

10 *Excommunicato excommunicatione maiori, non licet communicare. & ſub nu. 11. Hoc tamen declara. xviij. modis, vt vſque ad nu. 42.*

11 *Pœna eſt maxima eſſe inter homines, & hominũ carere conſortio.*

12 *Excommunicatus prohibetur alijs communicare.*

13 *Excommunicato communicare poſſunt perſonæ, quibus ſpecialiter eſt à iure conceſſum.*

14 *Excommunicati prælatus tenetur ipſum vitare.*

15 *Excommunicatum Epiſcopum, vel Canonicũ, alij canonici tenentur vitare.*

16 *Excommunicatum tenẽtur vitare non ſolum ſubditi excommunicatoris, et in territorio ipſius, ſed etiam quicunque alij non ſubditi, & in quocunque territorio.*

17 *Excommunicatus non debet communicare excommunicato.*

18 *Excommunicato etiam mortuo cõmunicare prohibemur, licet in morte ſigna cõtritionis oſtenderit, niſi prius abſoluatur.*

19 *Excommunicato non debet quis communicare non ſolum ſi nunquam communicauit, ſed etiam ſi ſemel communicauerit.*

20 *Delicti pluralitas non minuit, ſed auget delictum.*

21 *Excommunicatum tenemur vitare, non ſolum ſi ſciat ſe eſſe excommunicatum, ſed etiam ſi ignoret.*

22 *Excommunicato communicari ex priuilegio Epiſcopi non poteſt.*

*Et an ex priuilegio generali Papæ. num. 23. remiſſiuè.*

*Et an ex præcepto Epiſcopi. nu. 24.*

25 *Prælatus ſi præcipit ſubdito quod celebret præſente illo quem ſubditus ſcit excommunicatum, quod tamen prælatus, & alij ignorant, an ſubditus iſte debeat parere. & nu. 118.*

26 *Excommunicatum ante ſolemnem abſolutionem vitare debemus, licet præſtiterit cautionem, vel ſatiſdationem, vel iurauerit parere mandatis eccleſiæ, vel fecerit compoſitionem cum offenſo.*

*Et ante publicationem ſi ſimus certi de excommunicatione. nu. 27.*

*Et quid ſi ſit excommunicatus ex forma ſtatutorum prohibentium aliquid fieri ſub pœna excommunicationis. nu. 28.*

29 *Exceptio firmat regulam.*

30 *Excommunicatio alicuius ſi eſt publica, ſeu nota debet vitari non ſolum priuatim, ſed etiam publicè.*

*Et quid ſi ſit occulta, & vni ſoli nota. nu. 31. & nu. 114.*

*Et quid ſi ſciat vt Deus. nu. 115.*

32 *Excommunicationem ſcire, vel ignorare quando quis dicatur. & nu. 106.*

33 *Excommunicatus an ſit vitandus ſi appellauit à ſententia excommunicationis. & nu. 123.*

*Et an in hoc caſu potius ſit vitandus in iudicio, quàm extra iudicium. nume. 34. & num. 39.*

*Et quid ſi ſit dubium an appellauerit. nu. 37.*

*Et an legitimè appellauerit. ibidem.*

35 *Iudicialia facilius interdicuntur, quàm extraiudicialia.*

*Et ea quæ ſunt iuris, quàm ea quæ ſunt facti. ibidem.*

*Et compoſita leuius impediuntur, quàm ſimplicia. ibidem.*

36 *Appellatione pendente remanet integer ſtatus appellantis.*

38 *Excommunicationis ſententia ſi ſcit nulla ex alijs cauſis, vt quia proferrens nõ erat ſuus iudex, an ſit vitandus excommunicatus.*

40 *Excommunicatus potius eſt vitandus, quàm non, ſtante dubietate an ſententia valeat, vel non.*

41 *Excommunicatus ſemel ſemper eſt vitandus, niſi aliud appareat. & nu. 116. & . 117.*

42 *Excommunicato communicare in quibus caſibus probibeamnr.*

43 *Excommunicati vices gerens non dicitur propterea ei communicare.*

44 *Excommunicato communicans qua pœna debeat puniri.*

45 *Communicare, & participare in crimine damnato cum aliquo quando quis dicatur.*

46 *Cap. contingit. de ſent. excom. triplex declaratio. & nu. 47. & 49.*

48 *Concubinæ clericorum ſi excommunicentur, ſi in concubinatu perſiſtant, eo ipſo quod incipiũt actum ſtandi in concubinatu participantes cum eis ſunt excommunicati, eo ipſo quòd par-*

ticipant poſt ſententiam, licet ille actus nondũ ſit perfectus.

59 Excommunicationẽ an incurrat non ſubditus participãs in crimine excommunicato, uigore alicuius ſtatuti ſynodalis ipſo iure infligentis excommunicationem attentanti id, quod ſub pœna excommunicationis prohibetur.

Et quid ſi prælatus qui edidit ſtatutum, participat in crimine cum excommunicato, an ipſe ſit excommunicatus. nu. 51.

52 Excommunicato participans in crimine, an ligetur ſententia hominis, vel diſpoſitione iuris.

Et an à ſtatuto, vel à canone. nu. 53.

54 Excommunicato vnà cum participibus ſuis, ſi quis participet, quid iuris.

Et quid ſi in prædicto caſu communicatio ſit facta extra territorium excommunicantis. num. 55.

56 Excommunicato communicans poſt inhibitionem iudicis ſpecialem, vel generalem dicitur mortaliter peccare.

57 Excommunicato participans extra crimen, & quando nulla eſt facta prohibitio generalis, vel ſpecialis, vtrum, & quando incurrat excommunicationem.

Et an ſemper peccet mortaliter. nu. 58.

Et an ſaltem peccet venialiter. nu. 59.

60 Cap. ſacris, quod met. cau. intellectus.

61 A ſacramentorum participatione ſæpe quis excluditur, qui non eſt in mortali peccato conſtitutus.

62 Excommunicato participare, quibus perſonis, & quibus modis, & propter quas cauſas licitum ſit.

Et quòd in excommunicatione minori. nu. 63.

Et quòd quando excõmunicatio eſt nulla. nu. 64.

Et quòd priuilegio perſonæ. nu. 65.

Et quòd priuilegio conceſſo alijs perſonis à lege mortua, quæ licet non neceſſitentur, tamen poſſunt communicare abſq; metu excommunicationis, ſi modo aliqua neceſſitas vrgeat. num. 71.

Et quòd ex priuilegio legis viuæ, hoc eſt Papæ. num. 74.

Et an ſufficiat priuilegium generale. nu. 75.

Et an in crimine poſſit ideò participare. nu. 80.

Et quòd ratione ſubſiſtentis cauſæ. nu. 82.

Et quòd ratione vtilitatis. nu. 95.

Et quid ſi interponantur alia verba ab vtilitate excommunicati remota. nu. 96.

Et quòd ratione præambulæ permiſſæ defenſionis excommunicato. nu. 101.

Et quòd ratione ignorantiæ. nu. 105.

Et quòd in caſu ſpeciali. c. præſidentes. de hæreti. in ſexto. nu. 121.

Et quòd in bello iuſto. nu. 122.

66 Marito excommunicato, an vxor teneatur reddere debitum; & ècontra. Et quid ſi ſint excommunicati vnà cum ſuis participibus. nu. 69.

67 Mulier tenetur etiam vltra debitum carnis famulari viro excommunicato, non autem vir mulieri excommunicatæ.

68 Excommunicati familiam, nullus debet de nouo intrare; Et mercenarius finito ſuo tempore, non debet de nouo incipere annum cum excommunicato.

Nec mulier ſi ſoluatur per diuortium; Et filius per emancipationem, poſſunt de nouo redire cum marito, vel patre excõicato. ibidem.

70 Excommunicato ſeruo, ac filio, an pater, vel dominus communicare poſſint; & ècontra.

72 Neceſſitas magna, vel parua, ad hoc, vt poſſit communicari cum excommunicato, à quo arbitrabitur.

73 Canonici reſpectu Epiſcopi, & Monachi reſpectu Abbatum, vtrum gaudeant priuilegijs legis mortuæ, quibus poteſt participari excommunicato.

76 Lex quantumcunque dura, eſt ſeruanda.

77 Regi à bona lege viua, quàm à bona lege mortua, melius eſt.

78 Papa poteſt ſine cauſa contra ius diſpenſare.

79 Cauſa in dubio præſumitur in Principe, in his, quæ ſunt iuris poſitiui.

81 Conſuetudo, vtrum excuſet participantem cum excommunicato.

Neceſſitas quotuplex. ſub nu. 82. cum ſeq.

83 Excommunicato participans per vim præciſam in crimine, nullam incurrit excõmunicationem, nec vllum peccatum.

Et quid ſi extra crimen: & metus ſit talis, quòd caderet in conſtantem virum. nu. 84.

85 Excommunicato, ſi eſt obligatus alteri, poteſt communicari, petendo ab eo debitum.

86 Excommunicatos vaſallos poteſt dominus vocare ad debitum fidelitatis præſtandæ.

87 Socius ſi incidat in excommunicationem, an ſtatim ſocius teneatur illum vitare, & finire ſocietatem.

88 Hæres, an poſſit exigere debitum ab excommunicato, vel communicare in ſocietate, ſi ille, cui ſucceſſit, contraxit poſt excommunicationem cum excommunicato.

89 Excommunicatus, ſi alter ei obligatus ſit, an poſſit conſequi debitum.

Et an debitor ſaltem debeat deponere debitum in ædem ſacram. nu. 90.

Et quid ſi excommunicatus indigeat dicta pecunia debita, pro bello à ſe mouendo contra infideles pro patria. nu. 91.

Et quid ſi excommunicatio ſit occulta. nu. 92.

Et quid ſi ſubeſt neceſſitas alterutrius partis. num. 93.

Et quid ſi conſcientia debitorẽ remordeat. nu. 94

97 Stipulationem verba ſuperflua non vitiant.

98 Mala non ſunt facienda, vt inde bona proueniant.

99 Excommunicato, an poſſimus communicare pro ſalute animæ noſtræ, ſicuti pro ſuæ.

100 Excõmunicatus poteſt recipi ad religionem abſq; metu excommunicationis, cum hoc tendat ad ſalutem animæ ſuæ.

102 Aduocato licet excõmunicatum defendere, oſtendendo excommunicationem nullam, vel iniuſtam; dummodo officium ſuum iuſtè exerceat.

Et



Et idem in Procuratore, Iudice, Notario, Nuntio, & Teſtibus. nu. 103.

104 Excommunicato agente, ſi non opponatur à parte, an poſſint prædictæ perſonæ communicare.

107 Percutientem clericum quanuis videamus, an eum, vt excommunicatum vitare debeamus, antequàm iudex declaret eum excommunicatum.

108 Fama publica eſt ſufficiens ad inducendum ſcientiam.

109 Fama ſola non eſt ſufficiens ad excludendum aliquem tanquàm excommunicatum à potentia agendi, licet ſufficiat ad vitandam voluntariã communionem excommunicati.

110 Inquirere qualiter debeamus ad vitandum eum, de cuius excommunicatione eſt publica fama.

111 Cap. cum deſideres. de ſenten. excommuni. intellectus.

112 Excommunicatum eum eſſe, an inquirere debeamus, quẽ ab aliquibus etiam fide dignis fuiſſe excommunicatum ex facto occulto abſque publicatione ſententiæ audiuimus.

113 Ignorantia probabilis non eſt, quando ignoratur quod ſcitur à vicinis ſuis, & in parochia ſua: Et quod factum eſt ab Epiſcopo ſuo: Et quod publicè factum eſt in prouincia ſua. Limita tamen, vt ibi.

119 Excommunicato, qui dicit ſe abſolutum, non tamẽ habet de hoc teſtes, vel inſtrumenta, an participare poſſimus.

120 Excommunicatum, cuius excommunicatio probata eſt tantum per viam exceptionis, an vitare debeamus. remiſſiuè.

124 Excommunicato participans in crimine, nunquã excuſetur propter aliquod priuilegium.

125 Excommunicato etiam vnà cũ participibus ſuis, licet communicare ex priuilegio perſonæ, vel cauſæ.

126 Excommunicatum vitare debemus quantum poſſumus, etiam in caſibus, in quibus ei poſſumus communicare.

1 INTER ALIA. † Excommunicato cõmunicare tenentur, qui prius
erant ei obligati ad officium fami
liare. Alij verò non tenẽtur de ne-
ceſſitate, licet interdum poſſint communicare.
h.d. Primo ponit dubium, & varietatem opi-
nionum, & ortum ipſarum. Secundo, ipſas opi
niones determinat, ibi, vt igitur. Not. pri-
2 mo, ibi, tenetur, q; licet † hoc verbum de ſui na-
tura neceſſitatem importet, vt not. in cle. exiui.
§. nos itaque. & §. item ordo. de verbo. ſignifi.
quandoq; tamen ſecundum ſubiectam materiã
importat facultatem. Et de hoc verbo vide per
glo. in. c. per hoc. de hæret. lib. 6. & per Archid.
26. diſtin. c. fin. Secundo not. ibi, niſi quędam,
3 quòd dictio, niſi, † ſequens negatiuam, ponit
formaliter id, quod negabatur per præcedentẽ
negationem. Ad idem. c. cum nobis olim. in
fi. ſupra de elect. & in reg. peccatum. de reg. iur.
lib. 6. Et de materia traditur per Barto. in. l. ſi
eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. & in. l. centeſimis. ff. de verbo. obliga. tetigi in. c. fin. ſupra
de crimi. fal. Tertio not ibi, quoniam multos,
pro generali allegatione, de qua per Doct. in. c.
veſtra. ſupra de cohab. cler. & mul. dixi in cle. 1.
de fo. competen. & in clem. 1. de iureiuran.
4 Quarto not. quòd propter verba † ambigua po
ſita in conſtitutione, frequenter oriuntur du-
bia. Facit. c. ex multa. ſupra de vot. Quinto
5 not. quòd idem verbum ad diuerſa relatum ra-
tione ſubiectæ materiæ, accipitur diuerſimodè
propriè, & impropriè. Nam verbum tenetur,
licet de ſui natura importet neceſſitatem, vt. ſ.
dixi, tamen relatum ad perſonas enumeratas
in. c. quoniam multos. 11. quæſtio. 3. reſpectu
aliquarum importat facultatem. Et ad idem eſt
tex. optimus in. c. cum dilectus. de conſuet. vbi
idem verbum, videlicet electio, reſpectu diuer-
ſorum, ad quos refertur, difformiter determi-
nat. Idem etiam probatur in. c. capitulum ſan-
ctæ crucis. iuncta glo. in verbo relaxetis. ſupra
de reſcript. Et eſt bonus tex. ſecundum vnum
intellectum in. c. bonæ. 1. ſupra de poſtu. præla.
vbi verbum poſtularunt, aſſumitur dupliciter,
videlicet propriè pro poſtulatione, & impro-
priè pro electione. Ad idem videtur de verbo
caſſamus, in. c. conſiderauimus. de electio. Et de
verbo irritandi, in. c. qualiter. eod. titu. Idem
etiam per tex. iuncta glo. in verbo experiri, in
. l. ſæpe. ff. de re iudi. & not. gl. & ibi Io. de Imo.
in. l. ſi cum dotem. in princ. ff. ſolu. matrimo.
Item probatur in. l. 2. ff. de offic. proconſ. Se-
6 xto not. quòd † quædã ſunt perſonæ, quæ non
ſolum poſſunt, ſed etiam tenentur communi-
re excommunicato. de quo dicam. ĩ. poſt glo.
in vigeſimo principali articulo. Septimo not.
7 quòd † excommunicatus non perdit ius iam
quæſitæ obligationis. Octauo not. quòd per-
8 miſſo † antecedenti, intelligitur permiſſum om
ne conſequens neceſſarium ad illud. Facit. l. ad
rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procura.
9 Nono not. quòd † viatoribus, & peregrinis non
eſt licitum communicare excommunicato,
niſi in caſu neceſſitatis, de quo ſtatim dicam in
vigeſimo articulo. Vltimo not. quòd nullius
familiaritatis ratione, licitum eſt hinc inde cõmunicare excommunicato. Glo. ſuper verbo agẽte, ſentit contrarium, etiam ante canonem, quoniam multos. erat cõceſſum nonnullis perſonis communicare excommunicato. Glo. ſoluit, dic, vt in ea. Glo. ſuper verbo neceſſitatis, quærit, & ſoluit. In fi. dic, vt ſtatim dicam in vigeſimo principali articulo. Glo. penulti. ſimiliter quærit, & ſoluit. Glo. fina. fortificat tex. Sed de materia dictarum glo. in vigeſimo principali articulo dicam. Poſtremo, iuxta præmiſſum ordinem in rubrica, ſupereſt, vt examinemus ſpecialiter quendam effectum excommunicationis, qui verſatur circa prohibitam communionem cum excommunicato, & de participantibus cum excommunicatis, & quis excuſetur. Vnde pro ipſius clariori examinatione proſequar quatuor membra principalia. In primo traditur regula negatiua,

quòd excommunicato non eſt licitum communicare, cui regulæ ſubiungam neceſſarias declarationes. In ſecundo ponam, in quibus actibus prędicta regula negatiua vendicet ſibi locum. In tertio membro ꝓſequar de pœna non ſeruantis prędictam regulam. In quarto proſequar perſonas,& cauſas, quę excuſant, & propter quas quis excuſatur à dicta pœna.
Quò ad primum membrum regula eſt negati-
10 ua,ꝙ†excommunicato non licet communicare,probatur hic, & in.c.cum deſideres. & in.c. cum ſignificauit.ſ̃.eod.& in.c.ſacris.j̃.eo.& in .c.pia.de excep.lib.6.cum ſimilibus. Et ratio eſt,vt cõtumacię vitium reprimatur, vt.d.c.pia. & vt excommunicati, dum à tali communione excluduntur, rubore ſuffuſi ad humilitatis gratiam,& reconciliationis affectum facilius inclinentur,vt.d.c.pia. & probatur in.c.cum non ab
11 homine.ſ̃.eod. Nam maxima eſt pœna † eſſe inter homines, & hominum carere conſortio. vt in.l.hi qui.C.de apoſta. Et ideò prohibetur communio, vt quos Dei timor à peccato non reuocat,ſaltem temporalis pęna coerceat à peccato.ſ̃.de vi. & ho.cle. c.vt clericorũ. Hęc tamen regula recipit plures declarationes. Prima,ꝙ procedit in excommunicatione maiori à canone,vel ab homine prolata.Secus in minori, de qua dicam.j̃.in quarto membro princip.
Secunda declaratio eſt,ꝙ non ſolum alij tenentur vitare ipſum excommunicatum, vt dictis
12 iuribus, ſed ipſemet excommunicatus†prohibetur alijs communicare, vt in.c.fi.ſ̃.de exceſſ. præla.& probatur in.c.illud.ſ̃.de cleri. excom. miniſt. Et ibi hoc tenet.d.Ant. Hen.Bohic. &
Cõm.opi. communiter * Docto. Item probatur in.d.c. pia.& ibi glo.in verbo periculum. de exceptio. lib.6. Quod procedit,ſi ipſe excommunicatus ſcit ſe excommunicatum; ſecus ſi hoc ignorat, vt not.glo.in.c.penul.ſ̃.de cler.excom.min. & ibi Docto. Et adde quod dicam.j̃. in decima declaratione. Tertia declaratio eſt, ꝙ excommunicatus regulariter eſt ab omnibus vitãdus. Vnde prædicta regula procedit reſpectu omnium perſonarum. 11.q.3.c.1.&.2.& in alijs prædictis iuribus, quæ loquuntur indiſtinctè,
13 Niſi†ſint perſonæ, quibus ſpecialiter hoc iure concedatur,vel habeãt ex priuilegio, vel aliqua iuſta cauſa, de quibus dicemus.j̃.in quarto mẽbro princ.Et hinc eſt,quòd etiam vaſalli tenẽtur etiam vitare dominum, de quo dicam in dicto quarto membro. Quarta declaratio eſt, quòd
14 non†ſolum inferiores,ſed etiam prælatus ſuperior ipſius excommunicati tenetur ipſum vitare,vt not.glo.in.c.quod in dubijs.ſ̃.eod.quia quod ipſe alijs prohibet, facere non debet. Facit.c.cum deſideres. &.c.à nobis.ſupra eod. & vide quod dicam in tertio membro princ.
15 Quinta declaratio eſt, quòd † canonici, etiam Epiſcopum,& canonicos; & fratres Priorẽ,vel Abbatem excommunicatum vitare debent, ita tenet.d.Ant.hic.arg.93.diſt.c.miratus. Sexta
16 declaratio eſt,ꝙ†non ſolum ſubditi excommunicatoris tenentur vitare ſubditum excommunicatum,& in territorio excommunicantis,ſed etiam quicunque alij non ſubditi, & in quocunque territorio.Hęc declaratio probatur ex his, quę latius dixi in.c.ſacris.in duodecima q̃ſtione
17 princ. Septima declaratio eſt, ꝙ † non ſolum excommunicati tenentur vitare excommunicatum, ſed etiam excommunicatus excommunicato communicare nõ debet.Hoc tenet Hoſt. in.c.illud.de cle.excom.min.& ſequitur ibi Io. And.&.d.Ant.arg.c.dilecti.ſ̃.de excep. Nam ſi priuilegiati prætextu priuilegij non excuſantur,vt in.c.nulli.ſ̃.eod.de quo dicam.j̃.in quarto membro,multo minus debet ſe poſſe excuſare excommunicatus ratione delicti. arg.c.& ſi neceſſe.ſupra de dona.inter vi.& vxo.&.c.eũ qui.de præben.lib.6.& hoc idem tenet Io.An. in.d.c.nulli.& ſequitur.D.m.&.d.Ant.ibi, per
18 dictum.c.illud. Octaua†declaratio eſt,ꝙ non ſolum quis prohibetur communicare excommunicato dum viuit; ſed etiam eidem mortuo communicare prohibetur. Licet etiam in morte contritionis ſigna apparuerint, niſi prius abſoluatur, vt in.c.à nobis.2.ſ̃.eod. Facit q̃r tradunt Io. And. &.d.Anto. in.c.cum voluntate.j̃.eod. Ad quod vide quod dixi in.c.ſacris. in decimonono prin.artic.in quinta quæſtione prin.in decimoquarto dubio, & aliquid etiam in vndecimo. Et ratio eſt ſecundum Io. And. in.d.c.à nobis.vt cenſura eccleſiaſtica ſit in maiori timore,& reuerentia.Facit.c.pia.de excep. lib.6. Item quia ſicut culpa fuit publicãda per ſolemnem ſñiam latam, ita etiam antequàm ei communicetur, publicãda eſt reconciliatio per ſolemnem abſolutionem. arg.c.1.&.c.quæſitum.ſupra de pœnit.& remiſſ.&.11.q.3.c.non debet. Aduerte tamen, quia non ſemper eſt neceſſaria publicatio excommunicationis, vt ſtatim dicam in decimaquarta declaratione.
19 Nona declaratio eſt, ꝙ non ſolum † quis non debet communicare excommunicato, ſi nunquam communicauit; ſed etiam prohibetur poſtquàm ſemel ipſi excommunicato communicauit, hoc not.d.Ant.in.c.in præſentia.j̃.eo. arg.c.exceptionem.ſupra de excep. Et ratio eſt
20 in promptu,iudicio meo; quia†pluralitas delicti non minuit,ſed auget delictum. ff.de priua. delic.l.2.dixi latè in.c.1.ſupra de pœn. Facit etiam quod.j̃.ſubijciam in tertio memb. prin.
21 Decima declaratio eſt,ꝙ † non ſolum tenetur quis vitare excommunicatum ſcientem ſe eſſe excommunicatum, ſed etiam ignorantem; vt puta,ſi fortè abſens,& ignorans, fuit excommunicatus,vt not.glo.in.c.penult. de cleri. excom. mini. Quamuis ipſe excommunicatus qui ignorat ſe excommunicatum non peccet communicando,aut diuina celebrando, vt dixi ſupra in prima declaratione. Vndecima declaratio eſt,
22 ꝙ†quis teneatur vitare excommunicatum,etiã ſi Epiſcopus concederet priuilegium ſibi, vt poſſet communicare excommunicato. Nam
23 priuilegium Epi†non excuſat.arg.c.nulli.ſ̃.eo. Nam ſi generale priuilegium Papæ non excuſat,vt ibi, de quo tamẽ dic,vt dicam.j̃.in quar-
to



to membro princ. multò minus debet excuſare priuilegium Epiſcopi.Facit.6.q.1.c.imitare. &.8.q.1.c.ſi ergo. 32.q.5. in.c.ſi paulus. tenet Henr. in.d.c.nulli.& vide quod ſtatim dicam in ſequenti declaratione. Duodecima declaratio
24 eſt, ꝙ † non poteſt quis communicare excommunicato,etiam ex præcepto Epi. Quod procedit ſecundum Vincen.& Ioan. And.in.c.cum deſideres. ſupra eod. quando Eṗs præcipit alicui,ꝙ communicet Titio,adiungendo, excommunicato. Nam tunc non tenet præceptum, nec tenet excommunicatio propter hoc illata; eo quòd cõtineret apertum errorem.arg.c.per tuas.j̃.eod. Si verò Epiſcopus præcipiendo Titio,non adiungit, excommunicato, ex quo ille,cui præcipitur, ſcit illum excommunicatũ, non debet ei communicare. Sed ſi propter hoc excommunicaretur,ligaretur,niſi appellaret;cũ in tali præcepto non exprimatur error. Et hoc idem tenet Spec.eod.tit.§.pen. & dicit Io. An. in.c.inquiſitioni.j̃.eod.quòd ſi prælatus præci-
25 pit ſubdito, ꝙ celebret illo præſente, † quem ſubditus ſcit excommunicatum, quod tamen prælatus,& alij ignorãt, quòd ſubditus iſte debet parere. Sed debet ꝓteſtari,ſaltem illi quem nouit excommunicatum, quòd non intendit orare,nec celebrare cum excommunicato, ſed alijs. Subdit tamen, quòd ſi præciperet,quòd cum illo ſolo celebret, non debet ei obedire; Etiam ſi ſit monachus, cum Abbas hoc præcipiat. Et ratio eſt,quia tunc peccaret. arg.c.ſacris.ſupra quod met.cau. ſecundum Io.And. Sed aduerte, quia hoc dictum videtur mihi limitandum, quãdo excommunicatio illius eſſet aliquibus nota; ſecus ſi ipſe ſolus ſciret, per ea quæ ſtatim dicam in decimaſexta declaratione. Item aduerte,quia primum dictum Vinc. ſanè intelligendum eſt,vt non includantur illæ perſonæ,quibus præcipitur,ſeu conceditur,vt communicẽt excommunicato, vt hic in tex.noſtro, &.j̃.ſubijciam in tertio membro princ. Deci-
26 matertia declaratio eſt,ꝙ†prædicta regula ꝓcedit in excommunicato excommunicatione maiori ante ſolemnem abſolutionem, vel actum, qui pro ſolemni abſolutione habeatur; Secus ſi talis excommunicatus ſolum præſtaret cautionem, vel ſatiſdationem, vel etiam iuraret parere mandatis eccleſiæ, aut etiam componeret cum offenſo; quia his non obſtantibus ante abſolutionem,non eſt ſibi communicandum, vt eſt tex.in.c.cum deſideres.ſupra eo. not. Archidia. 11.q.3.c.3. Decimaquarta declaratio
27 eſt,† ꝙ non ſolum debet quis vitare excommunicatum poſt publicationem, ſeu denũtiationem,ſed etiam antea,ſi certus eſt de excommunicatione,vt not.glo.1.&.D.m. & Doct.in .c.à nobis.1.& in.c.cum non ab homine.ſupra eod. & vide quod ſtatim dicam in ſequenti declaratione.& quod dixi in.c.perpẽdimus.ſupra eod.in decimo principali artic.32.q. & ibi tractaui de forma denuntiationis. Sed circa prę-
28 dicta quæro, quid ſi ex forma ſtatutorũ†prohibentium aliquid fieri ſub pœna excommunicationis, aliquis ſit excommunicatus, an ſtatim ſit vitandus ante publicationem. Sol. Io.And. in.c.à nobis.1.ſupra eod.&.d.Ant.ſentit quòd non.& clarius tenet Hoſtiẽ. in.d.c.cum non ab homine. ſupra eod. vbi dicit, quòd donec ſint conuicti, vel denuntiati non ſunt vitandi, per tex.in.c.propoſuit.§.2.de cle.excom.miniſt. Et ibi hoc etiam tenet Ioan. And.in ver. nominatim. argu.prædictorum iurium.&.c.ſi ſacerdos.ſupra de off.ordi. & idem tenet Henric.in dicto.c.à nobis. Qui dicit idem tenendum de excommunicatione per ſententiam generaliter ex cauſa promulgatam, per.c.romana. §.caueant.eod.tit.lib.6. Sed aduerte, quia Inno.in c.inquiſitioni.j̃.eo.in quadam additione videtur velle excommunicatũ à iure debere vitari, etiam citra denuntiationem, quãdo notorium eſt illum incidiſſe in excommunicationem; Secus vbi non eſt notorium, licet multis pateat. arg.2.q.1.c.multi. Sed vt dicit.D.m.in.d.c.cũ non ab homine. videtur contra illum tex. vbi tex.generaliter dicit,excommunicatum iure vitandum eſſe abſque aliqua denuntiatione, & excipit tantum vnum caſum.ſ.quando vni ſoli hoc pateret. Secus ergo ſi pluribus, licet non vi-
29 deatur notorium.Nam†exceptio firmat regulam.32.q.7.c.dominus. Et ratio eſt,quia ſi ſolus ſcit,& ſic probare non poteſt, debet ſilere; ne alias de facili concedatur materia infamandi aliquem.Sed quando pluribus hoc eſt notum, audacter debet quis illum vitare,etiam in publico, cum poſſit conuincere.argu.l.diffamari.C. de ingenu. manumiſ. &.l.eum qui nocentem. ff.de iniur. Nec obſtat.c.multi.2.q.1.quia loquitur de criminoſis, quos non tenemus vitare,niſi ſint excommunicati. ſed nos loquimur de excommunicatis à iure. Et hæc opinio mihi placet. quæ probatur expreſsè arg.d.c.cum nõ ab homine. & adde quod ſtatim dicam in ſeq. declaratione. Decimaquinta declaratio eſt,ꝙ
30 ſi excommunicatio alicuius eſt†publica,ſeu nota, debet vitari non ſolum priuatim, ſed etiam publicè.arg.not.in.d.c.cum non ab homine. & quæ ibi dicunt Doct.& in.c.cum deſideres.ver. ſecundo q̃ro.ſupra eod. Si verò ſit occulta, &
31 vni†ſoli nota,ita quòd ab iſto ſolo non poteſt conuinci,fortè,quia ipſe ſolus vidit eum percutientem clericum, vel quid ſimile, & hoc caſu non publicè, ſed tantum priuatim debet eum vitare,ſcilicet inter ſe,& ipſum,vt.d.c.cum non ab homine.ver.niſi fortè. ſupra eod. & glo. ibi Hoſti.& Doct.communiter.* Probatur.6.q.2. Cõm.opi.
c.ſi tantum.&.c.placuit.tenet glo.in.d.c.ſi tantum. Priuatim ergo vitabit eum,nõ publicè,ne ſit proditor criminis alterius, quod eſſe non debet,vt.d.c.cum non ab homine.&.2.q.1.c.ſi peccauerit.46.diſtin.c.clericus qui. & idem tenet Hug.5.q.1.c.quidam. & Ray. in ſum. eod. titu.§.item quæritur vtrum excommunicatus. Vbi dicit, ꝙ ſi excommunicatus occultus intrat eccleſiã, quando dicitur officium,ſi aliquis eſt ibi, qui ſciat ſecretè eũ excommunicatum, exire debet,ſi hoc poteſt cautè facere, ita quòd
non

non timeatur ſcandalum, vel proditio, & ma-
nifeſtatio excommunicationis occultæ.aliàs nõ
exibit; quia in ſecreto debet eum vitare,non in
publico, vt dictum eſt. & idem tenet Archid.
in dicto.c.ſi tantum.in glo.penul. Ad quòd vi-
de quod dixi in.c.ſacris. in. 19. princi. articulo
in .2. quæſtio. principali in .17.dubio in tertio
caſu in fin. Qualitercunque ergo quis ſciuerit,
vel cognouerit aliquem excommunicatum,de-
bet illum vitare.Si verò ignoraret,excuſaretur,
vt dicam in quarto membro principali. Niſi
ignorãtia eſſet craſſa, & ſupina; quia tunc pec-
cat; & imputatur ei, ſaltem quantum ad eccle-
ſiam militãtem,arg. c.apoſtolicæ. de cle. exco.
32 mi.&.c.2.de cõſti.lib.6.Et ſi quæratur † quan-
do quis dicatur ſcire, vel ignorare, dic, vt di-
cam infra in quarto membro principali. Deci-
maſexta declaratio eſt, quòd excommunicatus
33 vitandus eſt, † non ſolum ſi non appellauit à
ſententia excommunicationis, ſed etiam ſi ap-
pellauit. Quod procedit ſi appellatum ſit poſt
excommunicationem purè latam; quia cum ta
lis ſententia trahat ſecum executionem non
obſtante appellatione, vt latè dixi in.c.ſacro. in
13. prin. artic. in ſecundo membro principali,
& poſt quartũ membrum principale ver.primũ
quęro igitur ;merito ſequitur, quòd talis de-
bet vitari, & probatur in.c.ſolet. eo. tit. lib.6.
Ideò autem dixi de excõicatione purè lata,
quia ſecus eſſet,ſi eſſet lata ſub conditione vel in
diem.Quod intellige de conditione propria de
futuro,vel in diem de futuro,non de pręterito,
ſecundum ea quæ dixi in dicto .c. ſacro. in . 13.
princi. articu. in ſecundo membro. & ſecundũ
ea quæ ibi dicta fuerunt declara hanc quęſtio-
nem. Item ſecus ſi appellatum eſſet ante ſen-
tentiam, vt ibi etiam dixi.Et hoc procedit, quã
do clarum eſſet, quòd appellatũ eſſet ante ſen-
tentiã. Sed ſi eſſet dubium,& is qui appellauit
offert ſe probaturum qualiter poſt appellationẽ
legitimè fuit excommunicatus,tex. in dicto. c.
ſolet. dicit,quòd talis admittitur ad probandũ.
Sed pendẽte probationis articulo, licet in cęte-
ris, quæ vt actor in iudicio attentauerit,debeat
interim euitari, tamen in officijs,poſtulationi-
bus,electionibus, ac alijs legitimis actibus ex-
traiudicialibus nihilominus admittet. Sed q̃ro
in caſu prædicto,quare talis ſit potius vitandus
34 in iudicio,† quàm extra iudiciũ. Glo. ibi ſuper
verbo extra iudicium,reddit tres rationes ſecũ-
dum Ber. quem ſequuntur Inno. Hoſtien. &
Ioan. And. ibi. Prima ratio eſt;quia in iudicijs
non tollitur actio; ſed differtur, vt in.c. pia. de
excep. lib.6. & ſic non eſſet magnum pręiudi-
cium.Facit.l. quoties.C.de præci. imper. offe.
quia quod differt, nõ omittitur. 32. quęſt.2.c.
ancillam. Sed in extraiudicialibus magnum eſt
præiudicium;quia non ſine magno damno à re
bus noſtris reuocamur,vt.ff.quemadmo. teſta.
aper.l.ſed ſi quis ex ſignatoribus. Secũda ratio
35 eſt,quia facilius † interdicũtur iudicialia, vt.C.
de hęre.l.qm̃.quàm extraiudicialia.ff. de ꝓcu.
in.l.mutus.primo reſpõſ. cum concord. Et fa-
cilius interdicuntur ea quæ ſunt iuris, quàm
ea quæ ſunt facti.ff. de pœn.l. quidam ſunt ſer-
ui. Tertia ratio eſt ; quia in iudicio in quo aliũ
impetimus, leuiꝰ impediri debemus, quàm ex-
tra iudicium,vbi nullum impetimus; ſed tantũ
iuri noſtro innitimur. Quarta ratio aſſignatur
poſt glo. ſecundum Hoſtien. & Ioã. And. quia
extra iudicium nõ eſt paratus iudex medius,ſi-
cut in iudicio.Facit .ſ̃.de appe. c. ſępe. & quod
not. in.c. fin. de procura. Quinta ratio eſt ſe-
cundum Io. Mo. quia compoſita leuius impe-
diuntur, quàm ſimplicia, quę maioris exiſti-
mationis exiſtunt; ſed iudicialia ſunt compo-
ſita, quia pendent à iudice actore, & reo; ſed
extraiudicialia communiter pẽdent ab vno ſo-
lo. Et aduerte, quia dicit Io. And. in. d. c. ſo-
let.eo.ti.lib.6. in nouel. q̃ ideò pendente dicto
appellationis articulo; vel dic melius, articulo
probationis interpoſitę appellationis ante ex-
communicationem, in alijs actibus iudiciali-
bus vitandus eſt; quia ipſe fatetur ſe excom-
municatum; licet dicat ſe excommunicatum
poſt appellationem; & confeſſus in iure pro iu
dicato debet haberi, vt in.c. 1.ſ̃. de confeſ. Qua
propter iudex meritò illum repellet, donec cõ-
ſtet de appellatione. Niſi prius abſoluatur ad
cautelã. Et quod dixi de actibus iudicialibus, q̃
debeat vitari, intellige, ſi excipiatur.aliàs teneret
iudicium cũ eo agitatum, per prædictum.c.pia.
de except.lib.6. Sed in extraiudicialibus ideò
36 interim toleratur, quia pendente † appellatio-
ne remanet integer ſtatus appellãtis.ff. de iniuſ.
rup.& irri.teſta. in.l. ſi quis filio exhęredato.§.
hi autem omnes. & .§. ſequenti. ergo non de-
bet vitari; quia appellatione pendente, vel lite,
nõ eſt priuandus communione eccleſiæ in qua
erat; nec peruertẽda eſt ei hmõi quaſi poſſeſſio
libertatis in qua erat.ff. nil. inno.appe.penden
in rubro, & nigro. & . ſ̃. vt lite penden. c. 1.
&.2. ſecundũ Hoſtien. & Ioan. And. in dicto
.c.ſolet. in nouel. Sed aduerte, quia vt ibi dixit
Do. Domi. iſta ratio non videt̃ bona; quia ſm
eam idem dicendum eſſet in actibus iudiciali-
bus; quod tamen eſt falſum. Sed poſſes dicere,
quòd alię cauſæ, & rationes facilius interdixe-
runt actus iudiciales, de quibus dixi in præce-
dentibus rationibus. Sed circa prædicta quę-
37 ritur,quid ſi dubitatur, an ſit † appellatum,vel
non, vel vtrum cauſa expreſſa ſit legitima. Sol.
dicit Ioan. And. in dicto.c. ſolet. in nouella. q̃
ei non communicabitur etiam in extraiudicia-
libus,arg.c. romana.§. 1. &.2. de appel. lib.6.
&.c.per tuas.ĩ.eo.Niſi forſan modico tempo-
re, dum quærit aduocatum, & dum conducit
hoſpitium,& dum componit ſarcinulas, arg.ff.
ex qui. cau. ma. in .l. ab hoſtibus .§. fin. Sed
quæro, quid ſi conſtet cauſam eſſe legitimam;
ſed dicitur falſa,nũquid poterit ei cõicari. Sol.
q̃ ſic extra iudiciũ,quamdiu poteſt appellatio-
nem proſequi;poſtea verò non,vt.ſ̃. de app.in.
c. perſonas.&.c.cum ſit. Facit.c.licet. eod. tit.
lib.6.& Ioan. And.in.dicto.c. ſolet. in nouella.
Sed quęro,pone, quòd dicitur ſentẽtia nulla ex
alijs



38 alijs cauſis,vt quia proferens non erat ſuus † iu-
dex. Sol.dicit Ioã. And. in dicto.c.ſolet.diſtin-
guendum eſſe, quòd aut ius commune facit ꝓ
proferente,puta, quia excommunicatus eſt de
ſua diœceſi,& tunc nõ communicabitur ei; ni-
ſi euidenter appareat nullitas ſentẽtiæ. Aut ius
commune facit contra proferentem, puta,quia
ille eſt de diœceſi aliena,& tunc ei communica-
ri poteſt;niſi cõſtaret euidenter ſententiam eſſe
iuſtam. Facit .ſ̃.de reſcr.c. cũ contingat. & de
elec.c.venerabilem.& de app.c.ſollicitudinem.
&.c.dilectis.in.fi. De his autem quę medio tẽ-
pore facit, an teneant, remittit Inno. ad .d.
c. pia. Deinde dicit Inno. melius videri dicen-
dum, quòd licet excõicatus habeat ius com-
mune contra ſe, ei tamen eſſe communican-
dum, dum eſt in probatione illius articuli nul-
litatis excõmunicationis;nam dicere contrariũ
eſt nimis graue. Pone enim ſecundum Inno.
quòd ſtantibus dictis terminis,talis conſulat te
an debeat petere abſolutionem ab excommu-
nicatione, tu cõſules quòd non; quia graue de-
trimẽtum veniret eccleſiæ ſuę quam dicit exẽ-
ptam à iuriſdictione illius; & ſi licitum non eſ-
ſet eidem conſulere, incideres in excõmunica-
tionem maiorem, communicando in crimine
crimino ſo,& conſiliũ dãdo ſuper eo, ꝓ quo eſt
excommumnicatus,arg. c. nuper.ſ̃. eod. tit.c.
ſtatuimus.eod. tit. lib. 6. quod eſſet abſurdum
ſecundum Inno. Qui obijcit quòd ſecundum
hoc inſurgit contrarietas; quia propter mani-
feſtam offenſam denegatur abſolutio, & ea nõ
obſtãte cõcedit̃ cõmunio. Reſpõdet tñ Inno.
q̃ primũ, eſt denegare gratiã, ad quã faciẽdam
quis non tenetur,vt in dicto. c.ſolet. §.primo.
Et ſecundum, eſſet denegare iuſtitiam,& ſic fa
cere iniuriam .ſ. credendo vni parti in alterius
præiudicium, etiam ſi excõmunicator ſit pars,
vt ibi traditur. Sed aduerte, quia ex prædictis
videtur inferendum, quòd etiam ſtante dubie-
39 tate † in extraiudicialibus quis non ſit vitan-
dus;quod eſt contra ea quæ ſtatim dicam in ſe-
quenti declaratione. Sed ego arbitror poſſe di
ci, quòd licet quis dicat ſententiam excom-
municationis nullam, quòd ſi non concurrunt
qualitates, de quibus in dicto .c. ſolet. iunctis
ijs quæ habentur in dicto.c. licet. eo. tit. lib.
6. quòd ſtante dubietate validitatis, aut inua-
liditatis excommunicationis,talis debeat potiꝰ
vitari; puta,quia neglexerat iam.ĩ.tempora ap-
pellationis proſequi nullitatem, vel ſumus ante
tempus motæ litis ſuper nullitate. Nam his ca
ſibus ſtante dubietate debet vitari. arg. d.c.
ſolet.iuncto dicto.c.licet. & eorum quæ dicam
in ſequenti declaratione. Sed quando daretur
obſeruãtia, & concurrerent qualitates de qui-
bus in dicto.c.licet. in fin. arbitror, quòd qua-
litercunque diceret quis ſententiam nullam,ex
cauſis quibuſcunque reddentibus eam nullam,
de quibus latè dixi in.c.perpendimus. ſ̃.eo. in
16.quæſt. quòd ſi excõmunicatus admittere-
tur ad probandum, quod pẽdente probationis
articulo, ſeruanda eſſet diſtinctio.d.c.ſolet. di-
ſtinguentis inter iudicialia, & extraiudicialia,
vt. ſ̃. dixi. Et vide etiam omnino quæ dixi in.
c. ſacro. in decimoquarto princi. artic. in prin.
quæ dicta ibi, & hic,ſunt ſimul coniungenda.
Decimaſeptima declaratio eſt, q̃ ſtante dubie-
40 tate † excommunicationis, an valeat, vel te-
neat,quis potius eſt vitandus,quàm nõ.de quo
dixi in.c.perpendimus. ſ̃. eo. in. 10. princi. ar-
ticu. quæſtio. 24. & in.c. ſacris. in . 19. princ.
articu. quęſtio. 17.Quod tamen intellige,ſaluo
eo, quod dicitur in dicto.c. ſolet. eod.tit. lib.6.
Quod declara, vt latius dixi in præcedenti de-
claratione. Decimaoctaua declaratio eſt, quòd
41 ſemel poſita † excommunicatione alicuius, is
ſemper eſt vitandus; quia ſemel excommunica
tus ſemper præſumit̃ excõmunicatus,niſi pro-
bet ſe abſolutum, vt dixi in.c.ſacris. 19.princi.
articu. 18. quæſt.princi. Et ad iſtius declaratio-
nem adde quæ dicam infra in quarto princi.
membro. Circa ſecundum principale mem-
brum in quo venit examinandũ in quibus acti-
bus, & caſibus prædicta regula negatiua com-
42 munionis † cum excommunicato vendicet ſibi
locum, Hoſtien. & poſt eum Ioan. Andr.in.c.
cum deſideres. in verbo communicare. ſ̃. eod.
dicunt, quòd regula prædicta indiſtinctè pro-
cedit; quia tex. ille indiſtinctè, & indiffinitè lo-
quitur. Vnde concludit, quòd nec in domo,
nec extra domum, nec ſpiritualiter, nec tem-
poraliter, in oratione,potu,cibo,oſculo,ſalu-
tatione, vel alio modo emendo, vendendo,
contrahendo, publicè,vel priuatim, non licet
ei communicare, vt hæc probantur: 11. quæſt.
3. in.c.ſicut. & tribus ſequentibus. & in.c. ad
menſam, &.c. quibus.&.c.ſequen.& .c.omnis
Chriſtianus &.c. nihil. & in authen. de priuile.
dot. col. 8.Et ad id quòd dixi de oratione,vide
quod dixi in.c. ſacris.ſ̃.eo. in. 19.princi.artic.
in. 12.quæſtione principali,in. 18.dubio &.21.
Et adde etiam quod, nec elemoſinam dare ex-
communicatis, nec ab his recipere debemus.
Ad quod vide q̃ latius dixi in dicto.c.ſacris. in
.19. principali, articu. in.2. quæſtio. princ. in.
23.dubio. Et quod dixi de cibo, idẽ tenet Io.
And. in.c.nulli. ſ̃. eo. & probatur .2. quæſt. 1.
c.multi. & Math. c. 18. & .ſ̃.de iud. c. nocuit.
Et quod dictum eſt de ſalutatione,tenet glo. 1.
in.c.ſi aliquando.ĩ.eo. allegat . 11. quæſtio .3.
c.excommunicatos. & .23. quæſt.3. c.omnes
qui. Et ratio eſt, ne per ſalutationem videretur
aliquis velle ei conſentire. 63. diſt. in .c. cum
adrianus. & ſequitur Do. Anto. & Do. m. in
dicto.c. ſi aliquando. Et quod dixi, quòd nec
contrahendo idem cõmuniter* tenent Doc. & Com.op.
Ioan. And. in.c.2.eo.tit.lib.6. Sed vtrum con-
tractus valeat, dixi in.dicto.c.ſacris.in. 19.prin
cipali articu. in.8. quæſtio. principali. Inſuper
not. quòd nec ſcribendo, aut nuntiũ mitten-
do, poteſt quis cõmunicare excommunicato,
not. glo.in.c.conſtitutionem. eod. titu. lib. 6.
Nam ſic faciendo, perinde eſt, ac ſi perſonaliter
loqueretur,arg.c.vbi periculũ .§. nulli. de elec.
lib. 6. vbi text. æquiparat loqui, vel nuntium
mittere,

mittere, vel literã, vel epiſtolã, & idẽ tenet glo.
Laudẽ. & Zabbare. in cle. fin. eo. ti. Facit quòd
not. 27. quæſt. 2. in. c. lex. diuinę in prin. quòd
eſt pallea, & quòd not. in. l. & licet. ff. de conſti.
pecun. Nam vt dicit Io. Mo. in. dicto. c. conſti-
tutionem. conſtat, quem alteri loqui & nutu,
& ſignis vt. ſ̃. de ſponſa. c. cum apud. cum cõ-
cordan. Facit 22. quæſtio. 5. c. cauete. & mihi
placet; Facit etiam quòd not. Guil. in cle. 1. de
ſum. tri. in verbo dixi, & quòd not. 5. quęſt. 1.
in. c. quidam. & . 12. quæſt. 2. c. de viro. & . ſ̃.
de fide. inſtr. c. ſi cautio. & . ſ̃. de cele. miſ. c. in
quadam. tradit Lod. de Pon. in. l. 1. in princ. ff.
de ver. obli. Qualitercunque ergo quis actibus,
contractibus, nutu, vel ſignis communicet ex-
communicato, dicitur facere contra prædictam
regulam. Tamen mutus qui ſciret aliquem ex-
communicatum, vel alius fraudulenter omittẽs
loqui, ſi ſignis, vel aliter nutu communicaret,
ligaretur, & ita tenet Zenz. Steph. Guil. de Mo.
Laud. & Zabare. in dicta clem. fin. eo. ti. quia nõ
refert qualitercuq; quis alij exprimat animum
ſuum. ff. de leg. 3. in. l. nutu. facit text. in dicta
clem. fin. in quantum dicit quouis modo, &c.
tenet Hoſtien. in. c. ſacris. quod me. cau. Ad-
uerte tamen, quia ſi ego pro meis negocijs, &
excommunicatus pro ſuis ſumus in eadem do-
mo, propter hoc tantum, niſi aliud interueniat
non videor communicare; ſecus ſi ſimul iremus
ad Papam, vt pro excommunicato deinde ro-
garemus. Quinimmo, & ſi haberemus vnam
camerã cõem, poſſemus in ea ſtare, comedere,
bibere, & dormire diuiſi, ita ꝙ ſi nec in menſa,
nec in lecto, nec colloquio communicarẽ excõ
municato, excommunicatus non eſſem. arg. c. ſi
vero in. fi. ꝟ. eo. ver. de hoc, quia non dicitur
iniuriã facere qui vtitur iure ſuo, vt. ſ̃. de elec.
c. cũ eccleſia Vulteran. Sed contra hoc videtur
obſtare; quia non ſolum excommunicato non
eſt dicendum vale, ſed nec cum eo licitum eſt,
in balneis lauare. 24. quæſtio. 1. c. omnis. qui
Sol. illud fuit deſuper abundanti iuſtitia, nam
dimittere delicias, vt excõicatus ad pęnitentiã
reducetur commẽdabile eſt, vt ibi, ſed aliud eſt
dicere, quòd quis teneatur dimittere ius ſuũ, ꝙ
nemo tenetur facere ſecundum Inno. Et Hoſti.
in dicto. c. nuper. ſupra. eo. & Ioan. And. in. d.
c. ſi verò. Et hoc idem tenet Hug. & Archid.
11. quæſt. 3. c. excommunicatos. Aduerte ta-
43 men; quia † gerens vires excõmunicati, nõ pro-
pterea dicitur ei communicare, vt probatur in.
c. 1. in fi. de offi. vicar. lib. 6. Ad ꝙ vide, quod
dixi in. c. ſacris. in. 19. princ. articulo in primo
membro principali. quæſt. 11. Quòd intellige,
niſi aliter ſecum communicaret, vt tradit Do.
Domi. in. dicto. c. 1. & ſentit ibi glo. Circa ter
tium principale membrum, in quo venit exa-
44 minandum de pœna † communicantis excom-
municato; breuiter diſtingue, quod aut quæri-
tur de excommunicatione minori, aut maiori;
Primo caſu dic, quòd communicans tali excõ-
municato excommunicatione minori, in nullã
incidit excommunicationem, nec etiam mor-
taliter, neque venialiter dicitur peccare; quia
talis excommunicatio non priuat communio-
ne, licet priuet participatione ſacramentorum.
ſ̃. de cle. exco. mi. c. fin. dixi in. 19. principali
articulo in. c. ſacris. in ſecundo principali tra-
ctatu. Vnde dicimus, quòd ſententia excom-
municationis non tranſit in tertiam perſonam.
tenent. Io. And. & Doc. in. c. nuper. ſupra eo.
Facit. 11. quæſt. 3. c. quoniã multos. tenet etiã
Hoſtien. in ſumma eo. tit. §. fin. ver. hæc autẽ
excommunicatio. per. c. excellentiſſimus. cum
ſequenti. 11. quæſt. 3. Secundo caſu principa
li cum agitur de excommunicatione maiori; de
bes primo pręmittere, quòd ad pœnam incur-
rendam debet quis ſcienter participare cũ ex-
communicato poſt denunciationem, vbi de-
nunciatio eſt neceſſaria, vel ſaltem quòd igno-
rantia ſit craſſa, vel ſupina, & quòd partici-
pet abſque vi, vel metu, & non ſit exemptus
aliquo priuilegio, ab aliqua lege mortua, vel vi-
ua conceſſo, & participet in cauſis, ſeu caſibus
probatis, non in actibus reprobatis, de quibus
omnibus dicetur infra in quarto membro prin-
cipali. Prędictis igitur omnibus cõcurrentibus
diſtingue, quòd aut aliquis participat excõicato
in crimine, aut extra crimẽ. Primo caſu dic, ꝙ
talis participãs peccat mortaliter, vt in. c. nuper.
ſ̃. eo. & in. c. ſi cõcubinæ. ꝟ. eo & ꝙ peccat mor-
taliter patet; quia talis participans eſt excom-
municatus excommunicatione maiori, vt in
illis iuribus; ergo ſequitur, quòd dicitur morta-
liter peccare; quia excommunicatio non in-
fligitur, niſi propter peccatum mortale, vt. 11.
quæſt. 3. nemo epiſcoporum. & in. c. excom-
municatos. ſ̃. de conſti. c. ex literis. & ita in-
tellexerunt Tancre. & Egidi. in. c. ſacris. ſ̃, quod
me. cau. & Inno. ibi, &c. Sed quæro circa prę-
dicta ad clariorem intellectum; quando quis
45 dicatur participare in crimine damnato. Solu.
Ioan. And. in dicto. c. ſi concubinæ. dicit, quòd
ſi prohibita ſit mulieri fornicatio ſub pœna ex-
communicationis, quòd quicunque illam co-
gnoſcit, dicit cõmunicare ſibi in crimine dam-
nato, & ideò eſt excommunicatus ſecundum
Hoſti. quod verum putat Ioan. Andr. quando
talis ſic ſimpliciter eſſet excommunicata; ſed
ſi propter concubinatum alicuius clerici, cleric⁹
ſit excommunicatus, ſolus ille cleric⁹ dicitur in
crimine damnato participare, & non alius. Et
per hoc refert Ioan. Andr. quòd ſi in genere
propter fornicationem clericorum nominatim
damnata eſſet fornicatio ſub pœna excommu-
nicationis, quòd ſolum clerici, & non laici di-
cuntur participare in crimine dãnato, & maxi-
mè incurrere excommunicationem. Item ad-
uerte, quia cõmunicare excommunicato in cri-
mine dicitur, ſiue illud crimen quis ſimul cum
illo committat, ſiue impẽdat ſibi conſilium, au-
xilium, & fauorem, vt dicto. c. nuper. Sed ad-
uerte, quia ad hoc vt quis ex conſilio, vel auxi-
lio tributo excommunicato incurrat in maio-
rem excommunicationem, neceſſarium eſt ſe-
cundum Io. And. & Do. Ant. in dicto. c. nu-
per.



per. quòd conſiliũ, vel auxiliũ directè det ad cri
men peragendum, vel cõmittendum, per quod
agens, cum præſtatur, incurrit excõicationẽ,
veluti ad clericum verberandũ. Secus ſi dare-
tur ob aliud factum pro quo talis excommuni-
catus non eſſet, quamuis admiſceretur aliud fa-
ctum, propter quod talis ipſo iure incurreret in
excommunicationem. Vnde ſi aliquis pręſtitit
tibi auxilium, conſilium, vel fauorem, vt aggre-
diaris quendam laicum, vt illum offendas; tu ve
rò in ipſo aggreſſu, non ſolum offendas laicum,
ſed etiam clericum, non erit talis excommuni-
catus; quia non dedit conſilium directè ad per-
cuſſionẽ clerici. Idem etiam ſi quis daret con-
ſilium, vt aliquam rem aufferres; & tu in abla-
tione ipſius offenderes clericum, talis non eſſet
excommunicatus; quia cõſilium illius non fuit
ad percuſſionem clerici directè. Eſt ergo neceſ-
ſarium ad hoc, vt participans excõmunicato in
crimine directè participet in illo. Et debet eſſe
tale crimen, propter quod quis ipſo iure ſit ex
communicatus. Secus ſi ſolum ex illo crimine
veniret excommunicandus; nam hoc caſu etiã
ille qui directè præſtat auxilium, vel conſilium
ad illud crimen, vel alias participat in illo crimi
ne, non eſt excommunicatus; etiam poſt factã
excommunicationem illius principaliter crimẽ
committentis, vt probatur in dicto. c. nuper.
& hoc tenet ibi Do. Anto. Sed contra prædi-
cta opponitur, videtur enim quòd non ſit ve-
rum, quòd participans excommunicato in cri-
mine incurrat ſententiam excommunicationis,
46 Vnde opponitur de. c. contingit. ꝟ. eo. † vbi cle-
ricus qui conſentit verberationi, ſeu percuſſio-
ni, quam patitur ab aduerſario, non eſt excom-
municatus ipſo facto; ſed excommunicandus.
& tamen conſentit, & participat excommuni-
Cõm. opi. cato in crimine. Sol. Io. And. quem * cõmuni-
ter ſequuntur Doc. in dicto. c. contingit. dicit
quòd contrarium poteſt multipliciter ſolui. Pri
mo, quòd conſentiens ibi excuſatur ratione cõ-
ſuetudinis, quæ tempore correctionis, & ſatiſ-
factionis cogebat ipſum ſe ſubmittere. Et ſi
diceretur, quòd ipſe non cogebatur compo-
nere vt ibi not. tamen cogebatur ſatisfacere.
47 Secundo ſoluit, † quòd ad incurrendam illam
excommunicationem ratione participij, exi-
gitur, quòd quis communicet excommunica-
to in crimine; ſed ante percuſſionem non eſt
percutiens adhuc excommunicatus, ergo non
communicat excommunicato. quamuis man-
dans, vel cooperans, ante factum incurrat ex-
communicationem ipſo facto, vt. c. mulie-
res. ſ̃. eo. de quo late dixi. in. c. peruenit. ſ̃. in.
9. principali articulo, in primo membro quæſt.
8. & quatuor ſequentibus. Sed dicit Io. And.
quòd iſta ſolutio poteſt impugnari, & bene; cũ
poſt primam percuſſionem inferretur ſecunda;
nam poſt primam incidit iam in excommuni-
cationem; ergo cum cõmunicat in ſecunda, iam
communicat excommunicato in crimine. Et
ad hoc vide, quod not. Ioan. Andr. in reg. de-
lictum. de reg. iur. lib. 6. in mercu. vbi conclu-
dit, quòd non videntur plura facta; ex quo vno
impetu inferũtur. Ad quod vide quod not. Bar.
in. l. nunquam plura. ff. de priua. delic. & quod
latius dixi in. c. 1. ſ̃. de pœn. Vnde ſecundum
Do. m. ſi teneremus illam opi. quòd habito re-
ſpectu ad omnes percuſſiones vno impetu in-
flictas, non diceretur niſi vnus actus, certe non
videretur iſte communicare niſi poſt factum
completum. Sed hoc eſt apud me valde dubiũ,
48 nam ſi † ſtatuto Epiſcopi concubinæ clericorũ
excõmunicentur ſi in concubinatu perſtiterint,
eo ipſo, quòd incipiunt actum ſtandi in concu
binatu, participantes cum eis ſunt excommuni-
cati, eo ipſo, quòd participant poſt ſententiam;
licet ille act⁹ adhuc nõ ſit perfectus, per. c. ſi cõ-
cubinæ. ꝟ. eo. eſt tamen articulus dubius. Ter-
49 tia, & vltima † ſolutio eſt, quia aliud eſt parti-
cipare cum excõmunicato in crimine, & aliud
eſt ſubmittere ſe miſericordię alterius; cũ poſ-
ſit cogitare illum remiſſurum, & ignoſcitu-
rum; debet enim probabiliter credere, quòd ſi-
bi proſtrato debeat ille parcere iuxta illud par-
cere ſubiectis, &c. Et ſic reſident Do. Anto. &
Do. m. in dicto. c. contingit. Sed circa præ-
50 dicta poterit dubitari, † vtrum non ſubditus
participans in crimine excommunicato vigo-
re alicuius ſtatuti, ſeu conſtitutionis ſynodalis
ipſo iure infligentis excommunicationem at-
tentanti id, quod ſub pœna excommunicatio-
nis prohibetur, fiat excommunicatus. Sol. dic
de hac quæſtione, vt plenius dixi poſt glo. &
Doc. in. c. nuper. ſ̃. eo vbi tenui; quòd ſic. Ad
quod facit, quod ſtatim dicam in quæſtione
ſequenti. Item quæro circa prædicta, quid de
51 ipſo prælato: qui † edidit prædictum ſtatutum,
& tandem participat excommunicato in crimi-
ne, vtrum ſit excommunicatus. Sol. glo. in ver-
bo cõſtitutioni, in. c. 3. eo. tit. lib. 6. ponit duas
opi. Prima eſt, quòd talis non incurrit pœnam
excommunicationis maioris; ſed ſolum mino-
ris, quia propria ſententia eum ligare non po-
tuit, arg. l. penul. ff. de arbi. & . l. iulianus. ff. de
iud. Secunda opinio quod talis incurrit maio-
rem; quia excommunicatio ex participatio-
ne in crimine contrahitur à iure, & non ab ho-
mine ſecundum Docto. in. d. c. nuper. In con-
trarium tamen facit; quia iſte videtur ligari ab
homine, & nõ à iure. Quod patet; quia in præ-
dicto caſu, abſoluitur a proprio ordinario. Sed
tu aduerte, quia dubitatio iſtius quæſtionis de
ſcendit ab his quæ dixi in dicto. c. nuper. vtrum
ſcilicet participans in prædicto caſu, videatur
52 † ligari ſentẽtia hominis, vel diſpoſitione iuris,
& ibi poſt multa concluſi, quòd ex eo, quòd
excommunicatus in vno loco, vbiq; dicitur ex-
communicatus, vt latius dixi in. c. ſacris. in. 19.
articulo. 12. q̃ſt. principali. Vnde ſequitur alius
effectus, quòd vbique quis protribetur ſibi par-
ticipare. quod non poteſt operari, niſi ius com-
mune, arg. not. c. 2. de conſti. lib. 6. & . l. fin. ff. de
iuriſdi. om. iudi. Et ideò ex quo ius diſponit,
quòd participans in crimine incurrat maiorem
excommunicationem, vt dixi. Et ius vbique
homines

hominesliget,vt in.c.1.ſ̃.de conſtit. Sequitur
quod nõ ſubditus, & ſuperior ligatur tali iure.
Et prædictam opinionem tenuit etiã Inno. &
Com.op. * communiter tenent Doc.in dicto.c.nuper.&
tenuerunt Inno. & Hoſti. in.c. quod in dubijs.
ſ̃. eo. & ſequitur Ioan. An. in dicto.c.3. in no-
uel. tenet etiam ibi Io. Mo. & ſequitur etiam
Archi.qui remittit ad not. per Hoſtiẽ. in ſum.
eo. tit. §. fin. vbi Hoſtien. idem tenuit repro-
bata opi. Goff. quia talis non ligatur à ſtatuto,
53 ſed a canone,† quamuis ligetur occaſione pro-
prij ſtatuti, vt hæc probantur. 11. quæſt.3.c.ſi-
cut.& tribus ſequentibus.& in.c.ſi concubinę.
ỹ.eo.& vide quod latius dixi in dicto.c.nuper.
Et ſi tu diceres, quomodo põt exemplificari,
ꝙ is qui tulit ſentẽtiã,velit participare in crimi
ne crimino ſo, cũ non ſit veriſimile, ꝙ ipſe velit
venire cõtra factum proprium, Reſpon.Hoſti.
in ſum. eo.tit.§.fin.ver. ſed quæro. quod hoc
quandoque accidere poteſt,fortè in eo,qui pa-
trem, vel fratrem excommunicauit pro rapina,
alicui lata, quem fortè habet odio; ſed hoc fa-
cit, velit, nolit; forte coactus per ſuperiorem
& nihilominus latenter fauet raptori, & cum
eo partitur, & ipſum receptat. Vel pone, quòd
cognouit mulierem, quàm excommunicauit
propter fornicationem, arg. c. ſi concubinæ.ỹ.
eo. & eorum quæ ſupradixi. Vlterius quæro,
54 quid de eo † qui participat cum eo,qui excom-
municatus eſt vna cũ participibus ſuis. Sol. po-
ſito, quòd dicta ſententia teneat, quia lata ſub
debita forma, vel à ſummo Pontifice, ſecũdũ
ea quæ latius dixi in.c. perpendimus.ſ̃. eo. in.
10. principali articulo quæſtio. 28. arbitror
diſtinguendũ, quòd aut Iudex expreſſit in ſen-
tentia, quòd tales participantes eſſent excom-
municati excommunicatione minori, & res eſt
clara, quòd nõ incurrent niſi minorẽ. Niſi for-
tè participarent in crimine, propter quod ex
iuris cõmunis diſpoſitione participans incur-
reret maiorem excommunicationem, & mi-
norem;maiorẽ, reſpectù iuris; minorem, reſpe
ctù ſententiæ hominis, arg. eorum quæ ſtatim
dicam. Aut iudex cõtra participantes protulit
ſententiam maioris excommunicationis, vel
ſimpliciter excommunicauit aliquem cum par
ticipibus ſuis, intellige ſemper in forma valida,
vt.ſ̃. & tenent, quòd talis incurrit ſententiam
excommunicationis maioris, iuxta ea quę dixi
ſ̃. in rubr. in tertio principali articulo. Sed di-
ſtinguendũ arbitror,quòd aut ipſe participat in
crimine, propter quod aliàs de iure communi
incurrit ſententiam excommunicationis maio-
ris, & tunc talis incurret ſententiam duplicem
excõmunicationis iuris ſcilicet cõmunis; & ſta
tuti; ſi per viam ſtatuti,vel iuris communis;&
hominis, ſi per viam ſententiæ, vt dicit Io. An.
poſt Hoſti. in.c.ſtatuimus.eo.tit. lib.6. dixi in
dicto.c. perpendimus.in 28. quæſtio. Sed ſi
delictũ propter quod quis eſt excõmunicatus
eſt vna cum participibus, & fautoribus ſuis, vel
participatio quam cum taliter excommunica-
to quis facit, non eſt in aliquo crimine, quod
inducat excommunicationem maiorem de iu-
re communi, hoc caſu participans non incurrit
niſi vnam excommunicationem, ſcilicet homi-
nis, aut ſtatuti. Et aduerte, quia hoc vltimo
caſu,ſi participans cũ excommunicato ſub for
ma prædicta eſt extra territorium ſtatuẽtis, vel
55 ſententiantis, non videtur incidere in † excõ-
municationem maiorem, ſed ſolum in minorẽ
per ea, quæ dixi poſt Do. Anto. Quamuis hoc
non procedat ſine dubitatione per ea, quæ ibi,
& ſuperius dicta ſunt. Et ſecudum prædictam
conſiderationem poſſet intelligi dictum Inno.
quod recitando videtur ſequi Io. An.in.c.quod
in dubijs.ſ̃. eo. qui dicit, quòd ſi prælatus ex-
communicauit aliquem cũ ijs,qui ſibi dederint
auxilium, quòd licet ipſe fuerit de auxiliatori-
bus, non eſt excõicatus; cũ iſta non poſſit di-
ci ſententia iuris, ſed hominis; & nemo poteſt
ſe abſoluere, vel condemnare, vigeſimapri-
ma diſt.c. inferior. nam poteſt intelligi de au-
xilio dato, propter quod de iure communi
non incurreret quis maiorem excommunica-
tionem.Sed vt dixi hoc non videtur procedere
ſine dubitatione; quia vt ſupra dixi, licet iſta ſit
ſententia hominis, tamen ius commune vide-
tur operare effectum ſuum; & poteſt dic, quòd
operetur effectum ſuum, quando participaret
in illo crimine;ſecus ſi aliter participaret,quàm
in crimine. Vnde aduerte,quòd Hoſti.in dicto.
c. quod in dubijs; & poſt eum Ioan. And.Do.
An. & Do.m.dicunt, ꝙ ſi in ſentẽtia dicatur,ꝙ
cõicans excõicato cum participibus,& fautori-
bus ſuis,qualitercunque communicet, vel in
crimine, vel extra crimen ſit excommunicatus
cũ participibus, & cũ fautoribus, tunc partici-
pans cum tali in crimine, ligaretur maiori ex-
communicatione.Sed ſi aliter participaret,pu-
ta in oratione, ſeu loquela ſalutando, vel in ci-
bo,vel in potu,tunc nunc incurreret niſi mino-
rem. Sed hoc vltimum non placet. Do. m. in
dicto.c.quod in dubijs. arg. c.3. eod.tit. lib.6.
vbi communicans in oſculo, ſeu cibo, dicitur
participare excommunicato, ita, vt includatur
ſub iſta ſententia excommunicationis,excom-
munico te, cum participibus tuis. Et pro hoc
etiã facit text.in dicto.c.quod in dubijs. in ver.
quod ſecus. vbi ille tex. loquitur indiſtinctè,
quòd omnis participans eſſet excommunica-
tus excõmunicatione maiori. Et aduerte,quia
ille qui participat poſt, & contra inhibitionẽ,
ſeu admonitionem iudicis, vel ſuperioris ſpe-
cialiter, vel generaliter prohibentis, ne cum eo
56 participetur ſub † pęna excommunicationis,di
citur etiam mortaliter peccare, vt not. Hoſti.in
ſum.eo. tit.§.fin.ver. ſed nunquid participans,
& in.c.ſacris.ſupra quod me.cau.& in.c.ſtatui-
mus. eo.tit. lib.6. vbi etiam idem tenet Ioan.
An. argu. dict.c.quod in dubijs. & .11. quæſt.
3.c. rogo. & quod not. in.c.exceptionã. ſ̃.de
excep. &.c.pia.eo.tit.lib.6. Et ex his habes ex-
peditũ de pęna cõicantis in crimine;& de pęna
participantis excommunicato cũ participibus
ſuis. Secundo caſu principali, quando quis
partici-



participat excommunicato extra crimen. Et
intellige,quòd quis non fuerit excommunica-
57 tus vnà cum † participibus ſuis, ita quòd per
iudicem nulla eſt facta prohibitio generalis,
vel ſpecialis. Subdiſtingue ſecundum aliquos,
quòd aut participat cum excommunicato à
Papa,& incurret maiorem. Alij verò exigunt,
quòd ſit prolata à Papa, & participans parti-
cipet in diuinis. Alij verò aliter dicunt. Sed
vltima concluſio videtur eſſe, quòd ad incur-
rendam maiorem exigantur quinque. Primo,
quòd excommunicatio ſit lata à Papa. Secun-
do,quòd participans ſit clericus. Tertio,quòd
participet in diuinis. Quarto, quòd ſpontè.
Quinto,quòd ſcienter,vt hæc colliguntur in.c.
ſignificauit. ſupra eod. & ibi tenet Ioan. And.
de qua tamen opinio. & alijs plurimis dic, vt
ibi latè dixi. Aut quis participat excommu-
nicato ab inferiore,vel etiam à Papa, non con-
currentibus prædictis,de quibus ſtatim dixi.
Et ſubdiſtingue,quòd aut quæritur, vtrum par-
ticipans incurrat maiorem, vel minorem ex-
communicationem,& dicit,quòd ſolum incur-
rit minorem, per tex. in.c.3. & in.c.conſtitu-
tioni. eod. titu. lib.6. Aut quæritur, vtrum
58 peccet † mortaliter. Et intellige ſemper in
caſibus non permiſſis, de quibus dicam in-
fra in quarto membro principali. Et in hoc
variæ ſunt opiniones, quas refert Ioan. And.
in.c.ſacris. ſupra quod met. cau. Et pro par-
te affirmatiua, quòd talis peccat mortaliter,
allegantur plura. Primo tex. in dicto. c. ſa-
cris, dum tex. dicit, quòd pro nullo metu de-
bet quis mortale peccatum incurrere. Se-
cundo probatur,per tex. 11. quæſtio. 3.c.rogo.
vbi dicitur, quòd talis communio eſt contra
animam communicãtis. Tertio probatur,per
.c.exceptionem. ſupra de except. &.c.ſicut di-
gnũ.§.illis præterea. ſupra de homici. &.c.pia.
de exceptio. lib.6. Quarto probatur triplici-
ter,per.c.fina.ſupra de cler.excommun.miniſt.
Primo,in eo quòd dicitur ibi, quòd grauè pec-
cat celebrando, ergo videtur mortaliter pecca-
re. Facit ſupra de celeb.miſſ.in.c.de homine.
Secundo,quòd ibi dicitur, quòd talis ſit ineli-
gibilis, quòd non fieret ex ſolo veniali pecca-
to. Tertio, quia ꝓpter excommunicationem
maiorem,ſed maior non infligitur niſi pro pec-
cato mortali. 11.quæſt.3.c.nemo.& ſequen.
Quinto probatur, quaſi per ſimilem modum
.c.3.eod.titu.lib.6. Sexto,quia talis commu-
nio prohibita eſt,ſaltem per pœnam excommu
nicationis minoris. 11.quæſtio.3.c.ſicut apo-
ſtoli.& tribus ſequentibus. & ſupra eod.c.cum
deſideres.quæ excommunicatio priuat partici-
patione ſacramentorum, vt.d.c.fina. ergo tam
ex contemptu prohibitionis. 81.diſtin.c.ſi qui
ſunt.in fi. quàm ex qualitate pœnæ, quæ pro
venialibus non infligitur.de conſecra. diſtin.2.
c.ſi non ſint. iudicari debet hoc peccatum mor
tale. argumen.24.quæſtio.1.c.non auferamus.
in fi. Septimo probatur, quia hæc communio
deſcribitur ſub nomine criminis.11.quæſtio.3.
qui merito. ſed crimen eſt graue peccatum.
81.diſtinc.c.1.ergo mortale. Octauo proba-
tur,nam in ipſo excommunicato alteri commu
nicanti videtur peccatum mortale, vt in.c.illud.
in fi. ſupra de cleri.excommu.miniſt. ergo & in
communicante ipſo excommunicato idem vi-
detur dicendum. Nono,inducitur authoritas
Apoſtoli.1.ad Corin.c.5. ibi auferte malum ex
vobis ipſis.45.diſtinct.c.ſed illud.&.2.quæſt.1.
c.multi. Vnde cum tex. ille loquatur impera-
tiuè, videtur quis neceſſitari ad illud facien-
dum. 14.quæſtio.1.c.quod præcipitur. aliàs
contrafaciens videtur obligari ad mortale, vt in
.c.2. de maio. & obedien. Vltimo probatur
in eo, quòd hæc opinio videtur expediens, &
vtilis ne cenſura eccleſiaſtica vilipendatur,quæ
maximè in hac pœna conſiſtit. Et ideò pro-
pter hanc cauſam videtur in duriorem partem
interpretari debere. argumen.dicti.c.penult.ỹ.
eod. In contrarium verò facit. Primo, quia
cum certis perſonis etiam non aſtrictis, ipſa
communio admittatur,vt peregrinis, & ſimili-
bus vt hic; & de quibus latius dicam in quar-
to membro principali; ſequitur quòd non eſt
peccatum mortale, quia non permitteretur.
Secundo, quia omnis communio inducet ad
mortale fruſtra.Tex. in.c.nuper. ſupra eod. di-
ſtinguit inter communionem in crimine, & ex-
tra crimen. Solu. propter iura tam varia, va-
riæ ſimiliter reperiuntur opiniones. Prima
fuit opinio Goffre. in ſumma. eod.titu.§.fina.
ver.quæritur an peccent. vbi tenet quòd ſic,
per tex.dicti.c.ſacris. & per rationem illam, ꝙ
communicari poteſt maiori. Et eandem opi-
nionem ſequitur etiam Hoſtien.in ſumma. eo.
titu.§.fin.ver.quid ſi aliquis communicat. vbi
vult quòd talis peccat mortaliter, maximè ſi
nouit ius, vel ſi eſt clericus, per.c.excellentiſ-
ſimus.&.c.fina.11.quæſtio.3. & per præallega.
c.ſacris. & ſubdit, quòd tenentes contrarium
blandiuntur peccatoribus in eorum ſtragem;
& animarum periculum. Et pro hac opinio-
ne faciunt nota. per Innocen. in.c.veritatis. de
dolo.in vltima glo. & de exceptio.c.2. & in di-
cto.c.fin.de cler.excommu.miniſt. & ibi etiam
per Hoſtien. Secunda opinio fuit Hoſti. eod.
titu.in ſumma.§.fina. vbi tenet, quòd partici-
59 pans contra canonis † prohibitionem veniali-
ter peccat,niſi hoc faciat nimis frequenter, vel
in contemptum canonis; communicans verò
contra prohibitionem hominis ſpecialem, vel
generalem mortaliter peccat; & hoc probat
ante prohibitionem hominis non poteſt ex-
communicari; poſtea verò poteſt, ergo non
prius, ſed poſtea eſt mortale, argumen.d.c.3.
eo.tit. lib.6. Et ita dicit intelligendum dictum
60 .c.ſacris.† ſupra qđ met. cau. & vtrobique idẽ
tenet Hoſtien. Et ita etiam dicit intelligen-
dum dictum.c.fin.&.c.excellentiſſimus. Ter-
tia fuit opinio Pet. in dicto.c.fina. quem ſe-
quitur Abbas antiquus in dicto.c.ſacris. qui
dicit, quòd melior eſt opinio theologorum,
quæ eſt, quòd talis non peccat mortaliter.

Et ad.c.ſacris. reſpondent, quòd loquitur de
excommunicato cum participantibus ſuis, qd'
patet,per.c.ſacris.ĵ.eod.quæ eſt pars illius, &
loquitur de eodem facto. Et ad.c.ſi non ſint.de
conſecra.diſtin.2.& ſimilia,reſpondent, quòd
61 ſæpe † excluditur quis à ſacramentorum par-
ticipatione, qui non eſt in mortali conſtitutus.
arg.c.omnis. ſupra de pœniten. & remiſſ. Ad
rationem Goffre.reſpondent,quòd non eſt ve-
rum,quòd propter hoc excommunicetur, niſi
ſequuta demum contumacia. Quarta fuit opi
nio Archidiac.in.d.c.rogo.11.quæſt.3. qui re-
citat opinio.beati Thomæ ſuper quarto ſenten
tiarum,qui tenet,quòd non peccet mortaliter,
niſi communicet in crimine, vel in contem-
ptum in diuinis. Subdit tamen, quòd in duo-
bus vltimis caſibus requiritur admonitio.
Quinta fuit opinio Ioan. And. in dicto .c.ſa-
cris.ſupra quod met.cau. qui dicit, quòd ſalua
pace Rayn.& ſequacium communicare excom
municato regulariter non eſt peccatum morta-
le,niſi in his caſibus. Primo, quando id face-
rent in contemptum clauium. Secundo,quan-
do in contemptum ſuperioris, & contra ipſius
monitionem. Tertio, quando in crimine.
Quarto,quãdo ille eſſet excommunicatus cum
participibus; ſecundum tamen ea, quæ ſupra
dixi. Iſte tamen caſus poſſet includi ſub ſecun
do. Quinto, quando communicaret in diui-
nis. Sexto,quando nimis frequenter.argumẽ.
25.diſtin.c.3.§.alias ea demum. Et iſte caſus
poſſet etiam includi ſub primo. Facit quod
not.Specu.in titu.de ſenten.prola. §.vt autem.
ver.quandoq;. Regulariter tamen dicit Ioan.
And.quòd non credit, quòd communicans in
verbo, cibo, & potu, & ſimilibus, peccet
mortaliter;quia ſi hoc eſſet,eſſet nimis magnus
rigor. Durum enim nimis eſſet dicere, quòd
ſi te ſaluto,vel reſaluto, vel per communionem
fortè amicum inuitatum in conuiuio te non vi-
to,quòd per hoc ſim dignus gehennæ inferna-
li,ad quam inducit peccatum mortale. Vnde
concludit, quòd cum hæc communio potius
opponatur ad feruorem charitatis, quàm ad
ipſam charitatem, meritò dicitur veniale,& nõ
mortale, vt tradit Ioan. And. in prohem. ſexti.
in ſalutatione,in vltima glo. Siue igitur ſecun-
dum eum ſummatur veniale,quaſi cito veniẽs,
vel ſine quo præſens vita non ducitur. Siue
ſummatur tanquam veniæ cauſam habens an-
nexam,vel tanquam venia dignum, iuxta not.
de pœniten.diſtin.1.c.ſerpens. ſatis huic com-
munioni competit,vt dicatur veniale. Ad con-
traria reſpondetur,quòd locum habeant in p̃-
dictis caſibus exceptuatis. Vnde.c.ſacris. qd'
met. cau. intelligitur in quarto caſu excepto,
per.c.ſacris.ĵ.eod. Et hunc intellectum tenui
in dicto.c.ſacris. ſupra quod met. cau. pro ſo-
lutione multorum contrariorum,cum declara-
tione tamen,quam ibi poſui ad.c.rogo. & alia
ſequentia ſimilia. Similiter reſponderi poteſt,
quòd loquuntur in caſibus exceptuatis, & ſal-
tem ſecundum ſextum caſum exceptum. Ad.c.
fina.de cler.excommuni.miniſt. ſecundum pri-
mum, & ſecundum modum inducendi ſecun-
dum quos ſupra induxi,poteſt reſpõderi,quòd
illud non operatur culpa communionis,ſed pœ
na. Ad tertium modum inducendi de excom
municatione maiori, & ſacramentorum priua-
tione reſponderi poteſt,per id quod ſupra dixi
in tertia opin.Pet. & Abb. Ad ſeptimum ar-
gumentum in contrarium formatum,quod di-
citur ſcribi ſub nomine criminis. Fatetur Ioan.
And.quòd illud procedit in caſibus exceptis.
Ad octauum argumentum reſpondetur, quòd
non probat illud ad quod inducitur. Ad no-
num argumentum reſpondetur, quod illa au-
thoritas Apoſtoli intelligitur ſuaſiuè, ſiue con-
ſultiuè. Facit quod not. glo. in.c.ſuper quæ-
ſtionum.§.verum.ſ.de off.delega. & glo. fina.
in.c.2.12.quæſtio.1.&.l.cum pater.§.rogo. &
.§.mando.de legat.2.& quod ibi not. Et quòd
latè dixi de verbis præceptiuis,in.c.nouit. ſ.de
iudi. Vel poteſt reſponderi, quòd loquitur in
caſibus exceptuatis. Ad vltimum argumen-
tum, quò dicitur expedire, vt inducat morta-
le peccatum ne fruſtretur cenſura eccleſiaſtica,
reſponderi poteſt, quòd hoc eſt verum in caſi-
bus exceptuatis. In aliis verò caſibus non vi-
detur expedire,immò potius contrarium, vt fu
giamus periculum animarum, & in decret. pe-
nult.ĵ.eod.non fit durior interpretatio reſpe-
ctu culpæ.,& hæc opinio plus mihi placet. Li-
cet.D.m.in dicto.c.ſacris.ſupra quod met.cau.
dicat,quòd multum de hac opinione dubitat;
quia pro contraria opinione, maximè ſtringit.
11.quæſt.3.c.ſicut apoſtoli. cum tribus ſequen
tibus. Nam Chriſtus primo videtur hoc pro-
hibuiſſe,dum dixit,ſi non audierit eccleſiam, ſit
tanquam ethnicus,& publicanus,vt in.c.nouit.
de iudi.&.2.quæſtio.1.c.ſi peccauerit. Sed ad
hoc reſponderi poteſt,quòd loquuntur in caſi-
bus exceptis,quãdo præſumptuosè,vel in con-
temptum, vel ex frequentia communicaret.
Item mouetur, quia hoc prohibuerũt canones
diuerſorum Pontificum.11.quæſt.3.c.excom-
municatos.&.c.cum excommunicati. &.c.fina.
Sed quòd non ſequitur, ergo inducitur morta-
le peccatum, cum talis communio non oppo-
natur directè charitati, ſeu feruori charita-
tis, vt ſupra dixi. Et ſic habes expeditum ter-
tium membrum. Circa quartum, & vlti-
mum membrum, in quo venit examinandum,
62 quibus perſonis, † & propter quas cauſas, &
quibus modis licitum ſit participare excom-
municato, ita quòd participans non incidat
in pœnas de quibus in præcedenti membro hu
ius articuli. Regula eſt negatiua, quòd excom
municato non eſt licitum communicare; quæ
regula etiam indiſtinctè procedit regulariter,
ita quòd nec ſpiritualiter,nec temporaliter lici-
tum eſt communicare, vt dixi in ſecundò mem
bro;aliàs communicans incurrit pęnas, de qui-
bus dixi in membro princ. Verum,quia prædi-
cta regula prima fallit in pluribus perſonis,quę
cum priuilegio perſonæ, tum reſpectu cauſa-
rum,



rum,tamen reſpectu modi participãdi, poſſunt
ſub certa forma excommunicatis communica-
re abſque metu pœnarum, de quibus in dicto
tertio membro. Ideò per modum fallentiarum
ad illam regulam primam procedam in hoc
quarto membro principali. Primo igitur fal-
63 lit regula † prædicta reſpectu qualitatis ipſius
excommunicationis. Vnde fallit in excommu-
nicatione minori,nam excommunicato excom
municatione minori non eſt prohibitum com-
municare, vt dixi ſupra in tertio membro, in
prin. Adeò quòd communicans illi non dici-
tur etiam venialiter peccare, vt probatur in.c.à
nobis.ſ.de except. & in.c.ſi celebrati.ſ.de cler.
excommu.miniſt.tenet Henric.in.c.nulli.ſ.eo.
64 Secundò fallit,† quando excommunicatio eſſet
nulla, quod tamen qualiter intelligendum ſit,
& quo modo, & in quibus actibus licitum ſit
cõicare, dic, vt latius dixi.ſ.in primo membro
principali,in decimaſexta declaratione. ver.itẽ
quæro,pone quòd dicatur ſentẽtia nulla.Quid
autem ſi ab excommunicatione appellatum ſit,
collige ex his,quę dixi in decimaſexta declara-
65 tione. Tertio fallit,† priuilegio perſonæ. Et ſic
aduerte, quòd reſpectu quorundam perſona-
rum non ſolum videtur permiſſa communica-
tio cum excommunicato, immò videtur eſſe
neceſſaria,ita quòd ad eam omnino teneantur,
vt hic in tex. noſtro,ibi; ad familiare teneatur
obſequium;& ibi ad communionem tenentur,
iuncto ver. ſed ad illas duntaxat. Et probatur
etiam.11.q.3.c.quoniam multos. & dicit hic
glo.penult.ſuper verbo tenentur, quòd tales
ſunt domeſtici filij, ſerui mercenarij,& vxor.
Et idem dicunt Docto. generaliter de omnibus
alijs,qui prius erant excommunicato familiari
obſequio obligati,vt colligitur hic ex tex. Vn-
de comprehenduntur ruſtici terram ſuam co-
lentes,& alij ſimiliter ſeruientes; tales enim te-
nentur ſicut prius, dummodo non interuenit
aliquid, propter quòd huiuſmodi obligatio
fuerit diſſoluta,vt hic in ver.vt igitur,ſecundum
Innocen.Hoſtien. & Docto. Sed aduerte, de
66 vxore dubitatur, † an teneatur reddere debi-
tum marito excommunicato;vel econtra.Glo.
Ioan.And.11.quæſt.3.c.quoniam multos. di-
cit, quòd maritus excommunicatus tenetur
reddere debitum vxori, ſcilicet illud exigenti,
ſed ipſi marito hoc petenti non tenetur redde-
re. Dicit tamen,quòd ſi marito petente reſti-
tutionem vxoris,opponatur excommunicatio,
quòd iudex ex officio debet facere illam reſti-
tui viro,quia poteſt ei communicare. Sed Bar
tho.Brixien.ibi in additio. tenet, quòd ex quo
vxor tenetur viro etiam excommunicato com
municare,tenetur etiam ei debitum reddere.
Et idem tenent ibi Lau.& Archid. & ſequitur
hic d.Anto.Hoc tamen videtur ſolum limitan-
dum in debito carnis ſecundum aliquos, in
quo debito vir,& vxor iudicantur à pari. 32.
quæſt.5.c.ſi quis vxorem.1. & hoc not. Car-
di.in.c.ſtatuimus. eod.titu.lib.6. Sed in reli-
quis,excepto debito carnis,licet vxor teneatur
67 famulari viro † excõicato volẽti, vt hic proba-
tur, & ſupra dixi; tamen econtra, ipſe vir ex-
communicatæ vxori communicare non tene-
tur;quia vir eſt caput mulieris,& mulier famu-
la viri.33.quæſt.5.c.cum caput. &.c.eſt ordo.
Vnde poteſt ei præcipere vt ſtet ſeparatè,ſecun
dum Goffr.in ſumma.eod.titu. §.incipiuntur.
Et idem tenet Rayn. & Aſten.in ſummis ſuis.
eod.titu. Et adde prædicta ad ea, quæ dixi in
.c.ſacris.in decimonono principali articulo, in
ſecunda quæſtione princ.ver.duodecimò. Eſt
tamen aduertendum, quòd ſi durante excom-
municatione finitur ſubiectio, ſeu famulatus,
quòd tales nec tenentur, nec debent commu-
nicare excommunicato; quia ceſſante ſubie-
ctione,& famulatu, ceſſare debet communio.
argumen.ff.de iure patro.in.l.adigere.§.quan-
uis.& notatorum in.c.& ſi Chriſtus. ſupra de
iureiuran.& in.c.cum ceſſante. ſupra de appell.
cum ſua materia. Et hoc tenet hic Vincen. &
Ioan.And.poſt eum, per finem tex. noſtri,ibi,
niſi articulus neceſſitatis immineat, per quem
tex.arguit, quòd nullus debet de nouo intrare
familiam excommunicati,& quòd mercenarius
68 finito ſuo tempore, † non debet de nouo rein-
cipere annum cum excommunicato; vnde non
ſequitur ſi heri communicaſti licitè, ergo & ho
die potes cõicare.Et idem dicunt Abb.& Ioan.
And. de obligatione coniugum ſi ſoluatur per
diuortium; & de filio,ſi per emancipationem
ſoluatur à paterna poteſtate; concludentes, q̃
poſtea non poteſt eſſe communio ſine pœna.
& ſequitur etiam hoc do. Anto. & Henric.
& idem tenet Goffred. & Hoſtien. in ſumma.
Et procedunt prædicta, in quantum dixi quòd
69 prædictæ † perſonæ poſſunt, & debent com-
municare excommunicato, etiam ſi aliquis eſ-
ſet excommunicatus vna cum particibus ſuis,
ſecundum Docto.hic. & in.d.c.quoniam mul-
tos.11.quæſt.3. & Io. And. in.c.conſtitutioni.
eod titu. lib.6. in nouella. Nam talis excõi-
catio non refertur ad illos qui ex iuris permiſ-
ſione,ſeu præcepto poſſunt, aut tenentur com
municare, cum inferior à ſummo Pontifice
non poſſit in hoc præiudicare. argumen.c.cum
inferior.ſupra de maio. & obedien. Et ex hoc
videtur inferendum, quòd ſecus ſit, ſi aliquis
eſſet excommunicatus per Papam vnà cum par
ticipibus ſuis. Sed aduerte, quia hoc non pro-
cederet, quando Papa ſimpliciter excommu-
nicaret aliquem cum participibus ſuis; quia
tunc talem ſententiam intelligerem ſecundum
terminos iuris, vt non intelligatur de par-
ticipantibus propter vinculum præcedentis,
ſeu inſtantis obligationis ad familiare obſe-
quium. Sed ſi Papa expreſsè etiam diſpone-
ret de prædictis perſonis, vt nec ipſi poſſent
participare, tunc inciderent in excommunica-
tionem, cum res de facili reuertatur ad natu-
ram ſuam, vt probatur ex dicto. c. quoniam
multos. Sed inferior non poſſet hoc facere
per ea, quæ ſtatim dixi. Item prædicta, &
etiam omnia,quę vlterius dicam circa debitum,

& facultatem communicandi, limitantur, niſi
participans excommunicato illi communica-
ret in crimine, quia hoc minime licitum eſt,
vt eſt tex. hic in fi. Et aſſignatur ratio hic in
glo.fina.quia in crimine nulli conſentiendum,
aut obediendum eſt. 11.quæſt.3.c.qui reſiſtit.
&.c.iulianus. &.32.quæſtio.5.c.ita ne. Qua-
re iſtæ perſonæ, licet priuilegiatæ, aut obliga-
tæ, ita tenentur ſi communicarent in crimine,
ſicut aliæ quæcunque perſonæ extraneæ, de
quibus dixi in præcedenti membro. Et ita
etiam probatur per tex. in dicto.c. quo-
niam multos. & ibi etiam not. glo. Et vide
etiam quod ſtatim dicam in quinta fallentia
circa diſtinctionem criminis iuris poſitiui, na-
turalis, & diuini. Et adde etiam ad prædicta
generalem declarationem, quam ſubijciam.ꝭ.
in fine iſtius membri, videlicet, quòd etiam
iſtæ perſonæ, quæ tenentur, vel quibus licitum
eſt communicare, debent abſtinere à commu-
nione quantum eis poſſibile eſt, &c. Sed quę-
ro circa prædicta, nunquid patri, vel domino
excõicato licitum eſt filio, vel ſeruis communi-
care: Rñd. ꝙ ſic. Immò tenentur ipſi, & ſimi-
les perſonæ obligatæ ad obſequium. Quid e-
70 contra, vtrum † pater excommunicato filio;
vel dominus excommunicato ſeruo, commu-
nicare poſſit, aut patronus liberto. Innocen. te-
net hic quòd non. immò debent præ alijs vi-
tare. 37.diſtinct.§.ne criminoſa. 27. quæſt.1.
c.de filia. vbi de filio videtur caſus. Ratio di-
uerſitatis eſt, quia filius, & ſeruus aſtricti ſunt
patri, & domino neceſſitate communicandi,
ſed non econtra. Et hoc idem tenent Pet. &
Abbas. Hoſtien.hic, & in ſumma. eod.titu. §.
fina. ver.humile. tenet, quòd ad vtilitatem ſer-
ui, vel filij, non eſt licitum communicare.
Quod intellige de alia vtilitate, quàm conuer-
ſionis, aut neceſſariæ defenſionis, vt dicam in-
fra in ſeptima fallentia. Sed ad vtilitatem pa-
tris, ac domini, & incommodum ipſorum ex-
communicatorum, vt præſtent debitum ob-
ſequium, poteſt communicare; ne inducantur
mercenarij ad committendum aliquid, pro-
pter quod excommunicentur; vt ſic defrau-
dent ſuperiores ſeruitio debito, quod vitán-
dum eſt. argumen. ſupra de diuor.c.4.§.fina.
Et ne ſic ex dolo, malitia, & delicto ſuo com-
modum reportent, contra. c. & ſi neceſſe.
de donatio. inter vir. & vxor. & in.l.1.ff.de do-
lo. Nemo enim ex improbitate ſua debet cõ-
ſequi commodum. argumen.l.itaque fullo. ff.
de furt. Neque debet eſſe melior conditio ſtul-
ti, aut inobedientis, quàm prudentis, & obe-
dientis.c.eum qui.de præben.lib.6. ff.quod vi
aut clam.l.ſeruus. & ideò licitè poteſt ei com-
municari. argumen.c.relatum. &.c.ſi verè.ꝭ.
eod. 11.quæſtio.3.&c.anteceſſor. 33.quæſt.4.
c.1. Dicit tamen Hoſtien. quòd ſi ſine magno
incommodo poſſum vitare, hoc facere de-
beo. De filio autem emancipato, vtrum poſ-
ſit communicare patri excommunicato. Glo.
11.quæſtio.3.c.quoniam multos. tenet quòd
non. & ſequitur hoc do. Anto. Et adde etiam
ad declarationem dictæ fallentiæ. Quarto fal-
71 lit, etiam † priuilegio perſonæ conceſſo à lege
mortua quibuſdam alijs perſonis, quę licet nõ
neceſſitentur, tamen poſſunt communicare
abſque metu excommunicationis. Si modo
aliqua neceſſitas vrgeat; quales ſunt viatores,
peregrini, & ſimiles. de quibus hic in tex. no-
ſtro. Sed quia ad hoc, vt tales poſſint com-
municare, exigitur neceſſitas, quæritur qua-
lis debeat eſſe neceſſitas. Solu.glo. hic, in ver-
bo neceſſitatis, dicit, quòd non omnis neceſſi-
tas excuſat; ſed aliqua eſt ſuſtinenda, & in-
commoditas, vt ſacra cenſura eccleſiaſtica ſer-
uetur. 19. diſtinct. c. in memoriam. & ſupra
de offic.lega.c.dilectus. Et ad hoc vide quod
dicam in ſexta fallentia. & quod infra dicam in
fine iſtius articuli. Sed quærit glo.noſtra, quis
72 arbitrabitur † neceſſitatem magnam, vel par-
uam? Et reſpondet, quòd in tranſeuntibus,
quia res non recipit dilationem, ſed indiget
celeritate, ideò quiſque ducitur arbitrio ſuo.
11.quęſtio.3.c.quod prędeceſſor. In peregri-
nis verò, qui vltra mare aliquandiu, vel Romę
commorari ſolent, ſuperioris iudicium eſt re-
quirendum. argumen.c.quod ſuper his. &.c.
ex multa. ſupra de vot. Et quia nemo regu-
lariter poteſt eſſe ſibi iudex, vt ſupra de elect.
c.venerabilem. & in rubro, & nigro, ne quis in
cauſa ſua. & ſequuntur Ioan. And. & do. Anto.
& Docto. hic. Et ſic patet, quòd in crimine
tales nullo modo poſſunt participare cum ex-
communicatis. Item patet, quòd inſtante ta-
li neceſſitate, quæ excuſet, poteſt quis partici-
pare cum excommunicato, etiam cum parti-
cipibus; dummodo non participet in crimine,
declarando tamen, vt dixi in prędicta fallen-
tia. Et adde ea, quę dicam infra in ſexta fal-
lentia. Vtrum autem propter prędicta priui-
legia legis mortuę, de quibus in tertia fallen-
73 tia, & in hac quarta fallentia, gaudeant † ca-
nonici reſpectu Epiſcopi, vel canonicorum, aut
monachi, vel regulares reſpectu Abbatum, vel
aliorum prelatorum, Dic, vt dixi in primo mem
bro huius vigeſimi articuli, in quinta conſide-
ratione. Quinto fallit, quando alicui ex pri-
74 legio legis † viuę, hoc eſt Papę, concederetur
participatio. Quod intellige, quando tale pri-
legium concederetur à ſummo Pontifice ali-
cui, vt poſſet communicare cum excommuni-
cato generaliter, vel ſpecialiter; & ex cauſa il-
lud concederet; nã tale priuilegium excuſaret.
arg. not. in.c.ſignificaſti. ver. aiunt.ꝭ.de elect.&
.c.cũ & plãtare.ver.quid ſi tẽplarij.ꝭ.de priuile.
& in.c.ſi verè.ꝭ.eod. ſecundum Innocen. Ho-
ſtien. Abba. & Ioan. And. Secus eſt ex priui-
75 legio generali, quòd omnibus † excommunica-
tis licet participare, vel etiam de ſpeciali priui-
legio ſine cauſa conceſſo. Nam tale priuile-
gium, etiam à ſede apoſtolica conceſſum, non
excuſat, vt in.c.nulli.ꝭ.eod. Facit.24.quęſt.1.
.c.omnes qui. Non obſt.tex.noſter, ſecũdo re-
ſponſo.&.c.cum voluntate.ꝭ.eod.&.c.quoniã
multos.



multos.11.quæſt.3. in quibus patet, quòd ex
priuilegio licitum eſt communicare excommu
nicato, vt dixi ſupra in tertia fallentia; quia ſe-
cundum Docto. prædicta iura loquuntur de
priuilegio legis mortuæ, & clauſo in corpore
iuris; ſecus dicunt eſſe in priuilegio Papæ,
quòd non eſſet clauſum in corpore iuris. Et ſic
ex prædictis infertur, quòd maioris potentiæ
videtur eſſe lex mortua, quàm viua; quòd mihi
non placet. Dico enim, quòd lex viua eſt lon-
ge maioris potentiæ, quàm lex mortua, maxi-
mè reſpectù exercitij, & potentiæ quam habet
in actu. Vnde abrogare, derogare, extendere,
& declarare poteſt legem mortuam, quæ mini-
me facere poteſt lex mortua; ſed vt deſcripta
76 ſeruanda eſt, etiam † ſi dura ſit. 6.quæſtio.3.c.
ſcriptum. & in.l.proſpexit. ff. qui & à quibus.
Hinc concludunt Theologi, Canoniſtæ, Legi-
ſtæ, & omnes naturales, quòd melius eſt regi
77 bono principe, & † ſic bona lege animata, quàm
regi bona lege mortua; quod mihi ſemper
placuit. Nam cum plura ſint negocia, quàm
vocabula, vt in.l.natura.ff.de præſcript. ver.non
poſſunt omnia diligenter, & maturè reſpectù
omnium contingentium declarari, ac decidi, vt
in.l.non poſſunt.ff.de legib. Et ideò dico, quòd
tantum operatur priuilegium Papæ, & ſic legis
viuæ circa poteſtatem participãdi cum excom-
municato, quantum priuilegium legis mortuę.
Vnde nunc ad contraria formaliter reſpondeo,
quòd illud priuilegium fuit ex cauſa conceſ-
ſum, vt hic patet ex tex. & in iuribus pręallega-
tis. Et ſic etiam Papa ex cauſa priuilegium cõ-
cedere poteſt, vt dixi. Sed aduerte, quia nunc
contra prædicta fortius opponitur; Videtur
enim, quòd etiam ſine cauſa valeat priuilegium
conceſſum per Papam, quòd quis non tenea-
tur vitare excommunicatum, cum Papa ſit ſu-
78 pra ius, & poteſt ſine cauſa † contra ius diſpen
ſare, & in totum tollere, vt in.c.propoſuit. ſu-
pra de conceſſ.præben. notant Innocen. & Do-
cto. in.c.cum ad monaſterium. ſupra de ſtat.
monach. nam in his quæ ſunt iuris poſitiui,
quale videtur eſſe id de quo quęrimus, ſola vo-
luntas habetur pro ratione, vt not. Specul. in
titu.de legato. §. nunc breuiter. ver. & not.
Sol.dicit.D.m.in.c.nulli.ſupra eod. quòd ideò
Papa ſine cauſa non poteſt hoc concedere; quia
eſſet tollere, ſeu obumbrare vniuerſalem ſta-
tum eccleſiæ, & generale ſcandalum ponere in
mentibus aliorum, hoc enim Papa facere non
poteſt, & ſi faceret non eſt tolerandus. argu-
men. 1.quæſtio.7.c.& ſi illa. not. per Innocen.
in.c.quanto.ſupra de conſuetud. & in.c.in qui-
ſitione.ꝭ.eod. Quæ ſolutio, iudicio meo eſt
ſatis colorata. Facit ad ea, quę dixi in.c.per-
uenit. ſupra eod. in nono principali artic. poſt
principium, in illa quęſtione, an Papa poſſit cõ-
cedere generale priuilegium contra canonem.
ſi quis ſuadente. Et adde quod ſtatim dicam
in alia ſecunda illatione. Sed tu aduerte, quia
videtur quòd poſſet etiam faciliter ſuſtineri
contrarium, quia Papa non videtur poſſe fa-
cere, & concedere generaliter quòd excommu-
nicatis ſimpliciter, & indifferenter licitum ſit
communicare; tamen videtur poſſe concedere
quòd vnus ſolus poſſit ex priuilegio à ſe con-
ceſſo communicare excommunicato, neque
hoc videtur abſurdum, cum ſit ſupra ius poſi-
tiuum, nec per hoc videtur dedecorari, vel de-
colorari vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, vt de ſe pa-
tet. Facit quod dicimus, quòd ſi Papa vellet
tollere omnes Epiſcopos, & ſupprimere om-
nes epiſcopatus non poſſet; quia dedecorare-
tur vniuerſalis ſtatus eccleſię; ſed priuare vnũ,
aut plures Epiſcopos, vel ſupprimere vnum, vel
aliquos epiſcopatus poteſt; quia ceſſat ratio
decolorationis prędictę. Item facit, quia ſicut
poteſt non ipſe ſolus, ſed etiam inferior præla-
tus abſoluere excommunicatum etiam non
petentem, ſi viderit ipſum per excommunica-
tionem fieri deteriorem, vt dicetur in.c.ſuper
eo.ꝭ.eod. in vigeſimotertio principali articulo.
ita videtur quòd poſſit vni dare poteſtatem
communicandi excommunicato. Et ſi quis
vellet tenere hanc opinionem, poſſet reſpon-
deri ad.c.nulli.ſupra eod. quod videtur contra-
riari; quòd ille tex. non loquitur de priuilegio
communicandi cum excommunicato; ſed de
quocunque alio priuilegio exemptionis cuiuſ-
cunque, vel alterius pręeminentię, dignitatis,
conditionis, aut ſtatus, &c. Item poſſet reſpon
deri, quòd ſatis dicitur ex cauſa diſpenſare,
poſtquàm, hoc tanquam ius poſitiuum à ſua
79 voluntate dependet. In dubio † enim, in Prin-
cipe pręſumitur cauſa, in his quę ſunt iuris po-
ſitiui, vt not. Innocen. do. Anto. D.m. & com-
muniter* Docto. in.c. quę in eccleſiarum. de Cõm.opi.
conſtitu.not.Specu.in tit.de lega. §. nunc bre-
uiter. ver. & nota. Ad quod vide quod dixi
in.c.at ſi clerici.§.1. ſupra de iudi. Et ſic ex
prędictis potes colligere, quòd Papa non poſ-
ſet ſimpliciter concedere vniuerſale priuile-
gium, quòd poſſet communicare excommuni-
catis. Quòd tenet Ioan. And. in.c.nulli. ſupra
eod. & ſequitur. D.m. ibi. Faciunt quę dixi in
.c.peruenit. ſupra eod. in nono principali arti-
culo, poſt princ. in quęſtione illa, an poſſit con-
cedere generale priuilegium contra canonem
.c.ſi quis ſuadente. &c. Retenta igitur vali-
ditate priuilegij, dicendum eſt quòd talis po-
terit participare etiam cum eo, qui eſt excom-
municatus vnà cum participibus ſuis, ſecun-
dum ea quę dixi in tertia fallentia. Aduerte ta
men, quia hoc non videtur procedere ſine du-
bitatione, nam licet priuilegium operari de-
beat reſpectù participantis cum eo qui eſt
excommunicatus vnà cum participibus ſuis,
eſt maior, per ea, quæ dixi in tertio membro
principali. Ideò non videtur, quòd priuilegium
quod eſt ſtrictè interpretandum, debeat cir-
ca hoc operari. Cogitabis quia nunc venit
in mentem. Et eſt etiam aduertendum cir-
ca prædicta, quòd reſpectu priuilegij cuiuſ-
cunque apoſtolici, non videtur, ꝙ quis poſ-
80 ſit † participare in crimine; quia tale priuilegium

non teneret. Niſi fortè illud crimen, ꝓpter qđ
quis eſſet excommunicatus, vel excommunica-
retur, non eſſet crimen iuris naturalis, aut diui-
ni; ſed iuris merè poſitiui. Quo caſu poſſet oriri
dubitatio, de qua ſtatim dixi, ex eo, quòd parti-
cipans in crimine, incurrit excommunicationē,
vt dixi in tertio membro prin. Sed retenta opi
nione, ꝙ vigore priuilegij quis poſſet partici-
pare cum eo, qui eſt excommunicatus, vnà cū
participibus ſuis, videtur dicēdum, quòd circa
hoc delictum videretur diſpenſare. arg. eorum
quæ infra dicam. Et ex prædictis etiam ſecun-
do principaliter infertur, ꝙ Papa proprio priui-
legio communicādo excommunicato, non in-
curreret aliquam pœnam. Hoc tenet glo. in. c.
nulli. ſ̃. eod. Dicit tamen, quòd male facit ſic
faciendo. Sed dicit quòd non ligatur; quia Prin
ceps ſolutus eſt legibus, vt in. l. princeps. ff. de
legib. Et idem tenet Vinc. Tancr. Goff. Philip.
Hoſt. & Ioan. And. in. d. c. nulli. tenet etiam Ioā.
93. diſtin. c. ſi inimicus. &. 11. q. 3. c. qui meri-
to. tenet etiam glo. magna in fi. in. c. ſi aliquan-
do. ĩ. eod. & ſequitur ibi Hoſt. Et idem etiam
tenet Io. And. & Zenze. & Io. de Lig. in clemen.
ſi ſummus. eod. tit. Idem. D. m. in. c. cum deſi-
deres. ſ̃. eod. Mouetur, quia hoc vinculum ex-
communicationis contrahitur à iure, quò Pa-
pa non ligatur, vt in. c. propoſuit. ſ̃. de conceſſ.
præben. Sed vt dixi, glo. prædicta vult, quòd
Papa malefaciat. Quod intellige, quando non
ſubeſt cauſa communicandi ſibi; quia tunc Pa-
pa non ſolum facit contra ius poſitiuum, ſed
etiam contra ius diuinum; quia vt habetur in
Euangelio, qui non vult ſe corrigere, haben-
dus eſt tanquam ethnicus &c. & propter hoc
excommunicatus debet haberi tanquam ethni-
cus, & publicanus, vt habetur Math. c. 18. & in
. c. nouit. ſ̃. de iudi. Quare cum Papa ſit ſubie-
ctus legi diuinæ. 25. q. 2. c. ſunt quædam. ſequi-
tur quòd peccat, non habendo eum tanquam
publicanum, & infidelem, ſecundum. D. m. in
dicto. c. cum deſideres. Sed aduerte, quia di-
ctum hoc non videtur mihi procedere ſine du-
bitatione, nec quòd vigore excommunicatio-
nis Papa aliquo modo grauari poſſit; Nam cū
ipſe ſit ſolutus legibus, vt dictum eſt, & vnico
verbo poſſit ipſum abſoluere, & alteri dare po-
teſtatem communicandi cum iſto, in quo ca-
ſu voluntas habetur pro ratione, vt dixi, & ipſe
non videatur immemor ſalutis ſuæ, meritò di-
co, quòd Papa non incidit in excommunica-
tionem. Arbitror tamen, quòd prædicta non
procedant, vbi Papa communicaret excommu
nicato in crimine; nam tunc omnino peccaret,
nec excuſaretur. Facit quod not. Innocen. in
. c. inquiſitioni. ĩ. eo. & quod ipſe not. in. c. cum
adeò, ſupra de reſcript. Quod tamen intelli-
gerem, quando quis eſſet excommunicatus
propter aliquod factum, vel dictum, quòd eſſet
crimen de iure naturali, vel diuino; Secus ſi de
iure poſitiuo, vt ſupra dixi, cum à tali iure ſit
ſolutus, & ex ſola ſcientia, & voluntate videa-
tur diſpenſare. Facit quod not. glo. in. c. noſti.
de electio. & in. c. diuerſis. de cleri. coniuga. &
Bal. in. l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. &
quod traditur in. c. veniens. de fil. preſbit. Fa-
cit etiam. ff. de manumiſſ. in. l. apud eum. &. C.
de fideicommiſ. liber. in. l. ſi voluntate. Que-
81 ro, quid de conſuetudine, vtrum † excuſet.
Sol. Ioan. And. in. c. nulli. ſupra eod. expreſsè
tenet quòd non excuſet. arg. c. cum inter. &. c. fi.
ſ̃. de conſuet. &. c. fi. ſ̃. de præſcript. Et mihi pla
cet; nam ſi loquamur de conſuetudine reſpectu
vnius, non poteſt dici conſuetudo, prout dixi in
diffinitione ſupra in rubr. de conſuetu. Sed ſi
conſuetudo generaliter haberet, quòd cum ex-
communicatione poſſet participari, iſta con-
ſuetudo non poteſt valere; quia ſi hoc per con-
ſtitutionem Papæ generaliter non poteſt indu-
ci, vt ſupra dixi; ergo nec per conſuetudinem.
Item poteſt dubitari, vtrum priuilegio Epiſco-
pi quis poſſit excuſari. Et vtrum Epiſcopus
communicando excuſetur. Sol. Doct.*com- Cōm. opi.
muniter tenent quòd non, in dicto. c. nulli. & vi
de quod dixi ſupra in primo membro huius ar-
ticuli, in quarta principali declaratione, & in
vndecima, & duodecima declaratione. Vbi dixi
quòd etiam ex præcepto Epiſcopi non excu-
ſatur, & intellige, vt ibi dixi. Sexto fallit, ra-
82 tione † ſubſiſtentis cauſæ alicuius, per quam
poſſit communicari excommunicato, quę cau-
ſa poteſt eſſe multiplex. Quædam ratione ne-
ceſſitatis, quæ neceſſitas etiam poteſt eſſe mul-
tiplex. Quædam enim eſt neceſſitas ratione
debiti famulatus, aut ſeruitij, aut familiaris ob-
ſequij, aut ratione qualitatis perſonæ, vel ratio-
ne præcedentis contractus obligatiui ad ſer-
uiendum, de qua neceſſitate dictum fuit ſupra
in tertia fallentia. Quædam eſt neceſſitas, quæ
contingit quandoq; peregrinis, & viatoribus,
& de hac dixi in quarta fallentia. Quædam ve
rò eſt neceſſitas, quæ deſcendit à violentia, vel
metu; vt puta, quando per vim, vel metum coa-
ctus communico excommunicato; & iſta ne-
ceſſitas excuſat. Si modo ſit præciſa violentia,
vel metus, qui caderet in conſtantē virum; aliàs
ſecus, vt in. c. ſacris. ſupra quod met. cau. Per
coactionem igitur abſolutam participans ex-
communicato non tenetur. 45. diſtinct. c. de
iudeis. 50. diſtinct. c. preſbiteros. 1. quæſt. 1. in
. c. conſtat. Et ratio eſt, quia talis potius videtur
pati, quàm facere, vt not. glo. in dicto. c. ſacris.
& iſta ſequuntur Docto. Ego verò aliter diſtin
guerem, ꝙ aut loquimur de participante in cri-
mine, aut de participatione extra crimen. Pri-
mo caſu ſubdiſtingue, quòd aut quis participat
83 excommunicato † per vim pręciſam, & abſolu-
tam, & dico, quòd talis in nullam incidit ex-
communicationem, nec aliquod incurrit pec-
catum; Dummodo nihil poſſit imputari com-
municanti reſpectu actionis; ſed ſolum reſpe-
ctu paſſionis, vt probatur. 32. quæſt. 5. in. c. ita
ne. Exemplum in eo qui fuit excommunicatus
reſpectu fornicationis ſecundum formam. c. ſi
cōcubinæ. ĩ. eo. eo modo quo poſſet hoc figu-
rari in maſculo, licet de difficili poſſit exempli-
ficari.



ficari. vnde ſi talis per vim carnaliter cognoſce-
ret aliquam mulierem, mulier ipſa, licet partici-
paret in crimine, in nullum incideret peccatū,
nec etiam in aliquam excōmunicationem. Vel
poteſt etiam figurari exemplum, ſi habētis gla-
dium in manu per vim præciſam cepi brachiū,
& manū, & feci taliter, quòd, licet nolens, per-
cuſſit clericum; ſecundum ea, quæ latius dixi in
materia neceſſitatis coactiuè in. c. ſi quis pro-
pter necceſſitatem. ſupra de furt. nam ſi in tali
participante omnē excludimus voluntatem, ſe-
quitur, quòd in nullam pœnam, aut peccatum
incidit. Secus ſi in tali neceſſitate compulſiua,
vel per metum, daretur aliqua voluntas ipſius
cōmunicantis excommunicato; licet eſſet me-
ticuloſa, & eſſet talis metus qui caderet in cō-
ſtantem virum; nam licet ipſius culpa videatur
aliqualiter attenuari, vt eſt tex. in dicto. c. ſacris.
ſup̄ quod me. ca. tamen non excuſat, vt eſt tex.
ibi, & dixi in dicto. c. ſi quis propter neceſſita
84 tem. Aut participat per metū † cum excōmu-
nicato extra crimen, & iſte excuſatur; ſi metus
eſt talis qui cadat in cōſtantē virum. Mouetur,
arg. tex. noſtri; Nam ſi necceſſitas viationis, &
peregrinationis excuſat, ſi eſt magna, vt hic, &
dixi ſup̄ in quarta fallentia; fortius in caſu præ-
dicto. Secus ſi eſſet talis metus qui non caderet
in conſtātem virum. Qualiter autem apparebit
an ſit metus cadens in conſtantem virum, aut
non, plurimum verſabitur arbitriū iudicis, per
ea quę dixi. ſ̃. in quarta fallētia. Quędā, & quar
ta eſt neceſſitas quæ inſurgit ab egeſtate; pu-
ta, excommunicatus eſt in neceſſitate, & indi-
get eleemoſina pro ſuſtētatione vitæ vel alio ſi-
mili auxilio, vel ècontra aliquis indiget, nec po-
teſt aliunde habere eleemoſinā, vel quid ſimile,
vnde ſe ſuſtentare valeat, an talis necceſſitas ex-
cuſet, vt excommunicato eleemoſinā faciendo,
vel ab eo eleemoſinam capiēdo, communicare
valeamus, vide quod latè dixi in. c. ſacris. ĩ. eo.
in. 19. principali articulo in. 2. quæſtio. princi-
pali. ver. 22. dubitatur. Quædam, & quinta eſt
neceſſitas, quæ deſcendit ab obligatione præ-
cedentis contractus. Et ſubdiſtinguendum ar-
bitror, quòd aut ex necceſſitate præcedentis
contractus excommunicatus obligatur alteri,
aut ècontra, alter obligatur excommunicato.
85 Primo caſu, non eſt † dubium, quòd poteſt ſibi
communicari petendo debitum ab excommu-
nicato, tàm in iudicio, quàm extra iudicium; ne
alias excommunicatus de malignitate ſua com-
modum, & non excommunicatus incommodū
reportet, vt in. c. intelleximus. ſup̄ de iudi. & in
. c. ſi verò. ĩ. eo. & ibi Doc. & not. glo. in. c. cū
deſideres. ſup̄ eo. Quod tamen limita reſpectu
eius exercitij, & communionis quæ neceſſaria
eſt ad conſequendum debitum ſuum, vt non
excommunicatus euitet damnum; Sed in reli-
quis arbitror, quòd non poſſet communicare;
quia cauſa regulat ſuum cauſatum, vt in. c. cum
ceſſante. ſup̄. de app. Facit etiā quod in ſimili di
cam ſtatim in ſeptima fallentia. Sed tñ dum agit
ad ſuū debitū conſequendū aliquid aliud admi-
ſceret, ſi ad cōionem id necceſſariā, nō ꝓpterea
dicerē ipſum excōmunicatum, niſi malitioſe id
fieret, arg. eorum quæ dicā. ĩ. in ſeptima fallen
tia. Item prædicta limito, quando quis con-
traxiſſet ante excommunicationem, vel nō ſuo
facto incidiſſet in contractum tempore excom
municationis, vt puta, ſi non excommunicatus
ſucceſſit alicui habenti rem communem, vel ſo-
cietatem, cum excommunicato, vel habenti il-
lum obligatum; ita quòd ſibi nihil poteſt im-
putari, quare cum excommunicato cōtraxerit.
Secus ſi facto proprio, & voluntario quis tem-
pore excommunicationis incidat, vel cōtrahat
cum excommunicato, arg. not. in. l. non diſtin-
guemus. §. ſacerdotio. ff. de arbi. &. c. ſi vere.
ſup̄ eo. & eorū quæ dixi in tertia fallentia. Et ex
prædictis ſequitur, ꝙ dominus vaſallos ſuos,
etiam excommunicatos, vocare poteſt ad de-
86 bitum † fidelitatis præſtandæ, argu. text. no-
ſtri, &, c. quoniam multos. 11. quæſtio. 3. & di-
cto. c. ſi vere, tenet Hoſtien. in. c. quod in dubijs.
ſup̄ eo. & Ioan. Andr. in dicto. c. ſi vere. Et ex
prædictis etiam infertur, quòd ſi ſocius tuus in
domo, vel in alia ſocietate incidat in excōmuni
87 cationem, non ſtatim † teneris ipſum deſerere,
ſeu vitare, nec ipſe tenetur ſtatim diuidere ſo-
cietatem, vt not. glo. pen. in dicto. c. ſi vere.
Quod tamen limita, ſi modo id fieri non poſſet
ſine magno damno, arg. 11. quæſtio. 3. c. ante-
ceſſor. 33. quæſt. 4. c. 1. 41. diſt. c. quiſquis. &
13. diſt. c. illa. cum ſim. Et idem tenet Vincen.
Goff. & Philip. in dicto. c. ſi vere. & Io. And.
Non obſtat, c. illud. ſup̄ de maio. & obe. &. 24.
quæſtio. 1. c. omnes qui. de quibus iuribus op-
ponit dicta glo. pen. quia reſpondetur, quòd
illud ibi dicitur ex ſuper abūdanti iuſtitia. Vel
poteſt aliter ſolui, videlicet, quòd aliud eſt di-
mittere delitias ad hoc, vt excommunicatus
propter euitationem reducatur ad pęnitentiam
& iſtud commendabile eſt, vt in pluribus alle-
gatis in cōtrarium. Aliud eſt dimittere ſuum, &
ad hoc nemo tenetur, ſecundum Inno. & Hoſti.
qui ſic ſoluunt in. c. nuper. ſup̄ eo. Vel diſtingue
ſecundum Hoſti. quòd aut quis incidit in com-
munionem, aut ſocietatem excōmunicati ante
excommunicationem, & talis non ligatur cō-
municando, vt dicto. c. ſi vere. & ſupra di-
ctum fuit. Aut poſt, & ſubdiſtingue, quòd aut
ex facto alieno incidit, vt ſi ſuccedit illi qui ſo-
cietatem habebat, & hoc caſu communicando
non eſt excommunicatus; quia ſibi nihil poteſt
imputari, & iure ſibi quæſito licite poteſt vti.
Aut ex propria, & ſpontanea voluntate incidit
in communionem, aut ſocietatem, & tunc ſe-
cus. Nec obſtat ſi diceres, quod etiam in caſu
præcedenti videatur adeundo illius hæreditatē,
propria voluntate incidere in talem commu-
nionem, ſeu ſocietatem cum poſſet illam repu-
diare, ſicut dicimus in eo, qui emit ab excom-
municato; Quia reſpondetur, quòd illa cōmu-
nio orit̃ ab alio, iſta verò oritur à me. Et ideò
in illa magis excuſor. ff. fam. hærciſ. in. l. hære-
des. §. non tantū. &. ff. de reg. iur. l. qui cum
alio.

alio. Et ſequitur Ioan. And. in dicto.c. ſi verè.
88 Sed hic † occurrit mihi nunc notabilis dubita-
tio, quid ſi ille cui ſucceſſit non contraxit cum
excommunicato ante excommunicationem,
ſed poſt excommunicationẽ; vtrum ego poſ-
ſim conſequendo eum, ab eo exigere, vel com-
municare in ſocietate, & videtur dicendum, ꝙ
non, quia iſte qui ſucceſit tanquam hæres, de-
bet vti eodem iure, quo defunctus, vt in regu.
is qui in ius. de reg. iur. lib. 6. Item, quia per-
ſona defuncti, & hęredis dicuntur vna, & eadẽ;
Vnde dicimus, quod mala fides defuncti nocet
hæredi. vt in. l. cum hæres. ff. de diuer. & temp.
prę̨ſcrp. Sed ego arbitror potius concluden-
dum cõtrariũ; quia aliud eſt factũ defuncti, quã
ſit factũ hæredis, & aliud eſt ignorẽtia, & bona-
fides, aut ſcientia, vel malafides defuncti, &
alia hæredis, vt ſingulariter dicit Ioan. And. in
regula cum quis in ius. de reg. iur. lib. 6. in mer
curial. quare cũ iſte hęres in nulla fuerit culpa,
videtur quòd agere poſſit. Sed aduerte, quòd
hoc non obſtante etiam venit in mentem, vt
poſſimus tenere contrarium; quia vt dicit Ioan.
And. in dictis locis in regula illa, is qui in ius,
habet locum in ijs quæ ſunt iuris. Et ideò cum
talis actio conſiſtat in iure quæſito per defun-
ctum, & defunctus non potuiſſet agere contra
excõmunicatum, ex quo ſcienter contraxit cũ
excommunicato; meritò videtur dicendum, ꝙ
nec hæres agere poſſit qui iure illius vtitur. Et
ex prædictis etiam generaliter poteſt conclu-
dere, quòd vbicunque ſine damno meo non
poſſum fugere communionem excommunica-
ti, licitũ eſt illi cõicare; ſi nulla culpa põt mihi
aſcribi, tenet Io. Andr. Do. Anto. D. m. & Doc.
in. c. ſi verè. ſ̃. eo. Secundo caſu principali, quã-
do alter obligatur excommunicato, puta pro-
89 miſit, vel † iurauit quid dare vel ſoluere alicui
ad certum terminũ vt ſupra, an teneatur hoc ad
implere eodem exiſtente excommunicato; va-
riæ reperiuntur opiniones glo. 15. quæſt. 6. c.
nos ſanctorum. arguit primo quod non poſ-
ſit ſolui eidem; mouetur, quia qualitercunque
poſſumus debemus malos vexare, vt ceſſent a
malo. 23. quæſt. 6. c. iam verò. Et quia vtilius
panis eſurienti denegatur. 5. quæſtio. 5. c. non
omnis. Item quia & tertio, quia excommuni-
catis nullo modo communicare debemus, niſi
in ijs quæ ſpectãt ad eorum correctionem. 11.
quæſtio. 3. c. cum excommunicato. Quarto,
quia intelligor iuraſſe ſub hac conditione ſi res
in eodem ſtatu permanſerit. 22. quæſtio. 2. c.
ne quis arbitretur in fi. ff. de ſolu. in. l. cum quis.
Item quia, vbi nulla eſt petitio, nulla poteſt eſſe
mora, vt in. l. ſi pupilus. ff. de ver. obli. Quinto,
quia malè meriti publica egeſtate laborare de-
bent. ff. depoſiti. in. l. bona fides. §. de hoc autẽ;
Vnde videtur primo concludere glo. prædicta,
quòd pecunia non eſt excommunicato ſoluen-
90 da; ſed deponenda † in ædem ſacram; deinde
ſubdit, quòd verius credit, quòd licet excom-
municatus non habeat ius petendi, tamen ob-
ligatus debet ei ſoluere, arg. c. 1. & . c. debito-
res. ſ̃. de iureiuran. & . c. ſi verè. ſ̃. eo. Vnde li-
cet excommunicatio tollat obligationem quo
ad fidelitatem vaſallorum, vt dicto. c. nos ſan-
ctorum. tamẽ ſecus eſt, quo ad alios cõtractus,
ſecundum Ioan. in glo. prælleg. Sed Bar. Bri-
xien. in addi. ad dictam glo. dicit, quòd pro-
babiliter teneri poteſt, quòd excommunicato
non debeat ſolui; cum nemo debeat cũ eo par-
ticipare. 11. quęſt. 3. c. cum excommunicato.
Niſi in caſibus. 11. quęſt. 3. c. quoniam multos.
Nec obſtat. c. ſi verè. ſ̃. eo. quia illud factũ fuit
de neceſſitate, & in hanc opinionem videtur
inclinare glo. fin. in. c. ſi. de hæret. Sed Inno.
ibi, & in. c. veritatis. ſ̃. de do. & cont. tenet pri-
mam opi. mouetur, quia talis promiſſio, ſiue
iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis
eternæ, ergo ſeruanda eſt, vt in. c. ſi vero. & in.
c. cũ contingat. ſ̃. de iureiur. Et ſi diceres, quòd
immo non poteſt ſeruari ſine interitu, cum nul
lus debeat communicare excommunicato, &
communicans peccet, vt dictum fuit, in ſecun-
do mẽbro princip. Reſpõdit Inno. quòd non
eſt ſemper verum, cũ quis poſſit ab eo emere,
& vendere, & cum eo contrahere, & commu-
nicare inſtante vtilitate, & neceſſitate, vt hic, &
in. c. ſi verę. ſ̃. eo. & dicto. c. quoniam multos.
& per conſequens ea facere quæ in contracti-
bus veniunt, & in hoc multum inſtat ibi Inno.
Item, quia videmus, quòd ſeruiens tenetur ſer
uire, vt hic; Vnde & debita excommunicato vi-
dentur ſoluenda, cum dominis apoſtatis de ſuis
iuribus reſpondere teneamur. 11. quæſtio. 3. c.
Iulianus, & . c. Imperatores. Et põt talis caſus
comprehendi per ſimilitudinem, ad id quod
dicimus de patrefamil. hic & de quo dictũ fuit
in tertia fallentia. & quòd dicitur in dicto. c. ſi
verę. Nec ſecundum eum ſunt hæc reuocata
per. c. nos ſanctorum. 15. quęſtio. 6. quia illud.
c. & ſimilia, loquũtur ſpecialiter in excõmuni-
catione in abſolutione fidelitatis iuratę, quo ca-
ſu ſtatuitur hoc ſpeciale, vt reuocatus ſit dictus
canon Iulianus. 11. quæſt. 3. Et ratio reuocatio
nis ſit; quia magnum fomentum excommuni-
cationis, & excommunicaotris erat, quando
excommunicati videbant ſe cum magna cater-
ua, & comitiua vaſallorum, qui eos ſequeban-
tur, vel ſecundum eum, non ſunt abſoluti vaſalli
ipſo iure; ſed abſoluendi ex cauſa, vt ibi factum
fuit. Fatetur tamen Inno. quòd nõ eſt commu
nicandum, vel contrahendum cum excommu-
nicatis ſi inde fiant ſuperbiores; dummodo alijs
ęquè bene ſicut cum excommunicatis, vel ali-
quatenus minus bene contrahi poſſit. Et præ-
dictam opin. Inno. tenet hic Abbas. & ſequitur
Ioan. Andr. hic & Hug. in. c. nos ſanctorum.
Hoſtien. vero in dicto. c. veritatis. dicit ſe non
videre, ꝙ ſine peccato poſſit contrahi cum ex-
communicato, vel aliud promitti ei, vel ſolui,
niſi in caſibus, in iure expreſſis quis poſſit cõ-
municari, vt hic, & ſimilibus. Dicit etiam, quòd
vaſallorum fidelitas eſt ſuſpenſa, quamdiu do-
minus eſt excommunicatus, vt patet in li-
bro feudo. hic finitur lex conſuetudinis. c. 1.
Nec



Nec obſtat vnum dictum Inno. quòd eccleſiã,
non debet machinari fraudes, vel mendacium,
& ex quo ſemel promiſit ſoluere excommuni-
cato, teneatur adimplere promiſſionem; Nam
reſpondet Hoſti. quòd excõmunicati, non ab
eccleſia, ſed à ſe ipſis decipiuntur. Vnde conclu
dit hoc tenendum, in fauorem fidei, & cenſu-
ræ eccleſiaſticæ, & in fauorem animarum, &
ipſorum excommunicatorum, & in odium pec
catorum. Sed Ray. in ſum. eo. tit. ver. 29. quẽ
ſequitur etiam Guil. ibi, in glo. conſulit, quòd
obligatus vadat cum teſtibus ad domum credi-
toris, & dicat; ſitis mihi teſtes, quòd ego pono
hic pecuniam, quã ego debeo illi qui ſedet ibi,
vel vxori, vel filio, ſeruo, vel ſimili perſonæ ex-
communicato præſente, & non contradicente.
Sed dicit Hoſti. in ſum. in eo. tit. §. fin. ver. quid
ſi teneor. quòd hoc conſilium non eſt bonum;
ex duplici cauſa. Primo, quòd fit fraus cano-
nibus participationẽ prohibẽtibus; ſicut enim
ei ſoluere non debeo; ita nec alij nomine ſuo;
nec alibi ponere, ita quòd ad ipſum peruenire
poſſit, arg. 46. diſt. c. ſicut non ſuo. & . ſupra de
pecu. cle. c. inquirendum. Secundo, quia licet
ſolueret vxori, aut alteri nomine ſuo, non libe-
raretur; niſi vel fieret de ſua voluntate, aut ille
ratum haberet, vt. ſ̃. de iureiuran. c. ea te. nã &
ꝓcuratori niſi ſpecialiter ad hoc datus ſit, recte
non ſoluit, vt. ff. de ſolu. l. hoc iure. Vnde dicit
Hoſti. ibi, ꝙ ſanius videtur eſſe conſilium, quòd
adueniente die deponat in ædem ſacram nomi-
ne creditoris; ita quòd ei ſoluatur cũ fuerit ab-
ſolutus, non ante; & per hoc nullam incurret
excommunicationem; quia conceſſum eſt, vt
poſſit communicare cum eo, etiam ad ſuam vti
litatem ſpiritualem, vt ſtatim dicam in ſeptima
fallentia. Et eſt eius vtilitas ſpiritualis, quia non
excommunicati videntes, quòd non poſſunt re
cipere debita ſua, ſi excõmunicarentur, magis
ſibi præcauebunt, ne committant cauſam quare
excommunicentur. & excommunicati incita-
bunt ad citius abſolutionẽ impetrandũ. Vnde
in ipſorum vtilitatem ita interpretandum eſt,
ſiue in puniẽdo, ſiue ignoſcendo; hoc enim ſo-
lum agitur, vt vita hominum corrigatur. 24.
quæſt. 5. c. prodeſt ſeueritas. Prędicta tamẽ di-
cit eſſe vera, niſi alia cauſa ſubeſſet; puta, quia pa
91 gani, hæretici, vel alij hoſtes † iniuſtè venirent
cum magna potentia ad deuaſtandũ, & delen-
dum patriam, & excommunicatus vellet ex
aduerſo pugnare pro patria; Nam hoc caſu eſ-
ſet pecunia ei ſoluenda. & etiam vaſalli tenerẽ-
tur ſequi talem excommunicatum. 11. q̃ſtio. 3.
c. iulianus. ſecũdum Ray. Quod limitat Hoſti.
in dicto ver. ſi excommunicatus eſſet dominus
terræ, vel non eſſet alius qui poſſet patriam de-
fendere. Aliàs non eſſet ei ſoluendum, nec obe
diendum, vt dictum eſt. Abbas verò in. c. ſi. ſ̃.
de hęreti. diſtinguit, quòd aut excõmunicatio
eſt occulta, & poteſt ei ſolui; ſicut apoſtatę do-
mino obediendum, quamdiu toleratur. 11.
quæſtio. 3. c. ſi dominus. & . c. iulianus. Aut ex-
communicatio eſt publica, & tũc ante terminũ
eſt bonum tenere opinionem affirmatiuam, ꝙ
poſſit ſolui. Poſt lapſum verò termini habet lo
cum opinio cõtraria, vt non ſoluens euitet pœ
nam hanc periurij; ex quo non eſt mora; quia
põt ſe legitima exceptione tueri, vt in. c. ſi qñ. ſ̃.
de reſcri. & in. c. nõ eſt mora. de regu. iur. lib. 6.
cum ſua materia. Archid. in. d. c. nos ſanctorũ.
tenet primã opi. Io. & Inno. D. Anto. in. d. c.
veritatis. ſequit̃ ſecundã opi. quã tenet ibi Inn.
contra Hoſti. Nec obſtat ſecundum eum per-
iurium, quia promittens non eſt periurus ex
quo ei non ſoluit ſuperueniente legitima cauſa,
arg. l. fin. ff. qui ſatiſda. cog. quia intelligi debet
ſi res in eodem ſtatu permanſerit, vt in. c. quẽ-
admodum. ſ̃. de iureiuran. & ſuꝑ dictum fuit
Et hanc opi. ſequitur etiam Do. m. in dicto. c.
veritatis. Mouetur, quia ipſemet excommu-
nicatus eſt cauſa, quare ei non ſoluo iuxta pro-
miſſionem; quia reddidit ſe talem, quòd licitè
ei ſolui nõ poteſt. Facit quod in ſimili not. Bar.
in. l. amplius. ff. rem rat. ha. propè fin. Subdit
tamen diſtingui poſſe, quòd aut promiſſio fuit
facta excommunicato durante excommunica-
tione, & maius videtur eſſe dubium; quia pro-
miſſor videtur ſe obligaſſe ad ſoluendum illo
tempore. & illud membrum fueram imagina-
tus antequam ipſum viderẽ; motus ea ratione;
quia per contrarium dictum fuit ſupra in tertia
fallentia, quòd ſicut excõicatus ſi incidit in con
tractum tempore excõicationis non poteſt
vti opera ſeruientis, ſeu obligantis ad ſeruien-
dum, vt hic. Sed tamen Do. m. dicit, quòd
putat, quòd etiam hoc caſu non teneatur ſolue-
re; eò quòd videtur ſe obligaſſe ad peccatum,
ſcilicet ad cõionem prohibitam à iure. Vnde iu
ramentum non potuit eum obligare cõtra iuris
diſpoſitionem, vt in. c. quanto. ſupra de iureiur.
quare cum tale iuramentum fuit temerarium,
non debet ſeruari. 22. quæſt. 4. c. mulier. & in. c.
1. de iureiuran, lib. 6. Quod tamen limitat, vbi
excommunicatus multum indigeret; quia tunc
ratione neceſſitatis ei ſubueniendũ eſſet. Vnde
ſicut dicimus, quòd licitum eſt ei dare eleemo-
ſinam, fortius reddendum debitum. Aut tem-
pore promiſſionis non erat excommunicatus;
ſed excommunicatio ſuperuenit. Et concludit,
quòd non tenetur ei ſoluere; ſicut nec ſeruienti
gladium ꝓmiſſum reſtituere debet. 22. q. 2. c.
ne quis. Et ſic patet ex ꝑdictis, quòd articulus
iſte propter varias opiniones remanet dubius.
92 Ego tamen † arbitror poſſe diſtingui, quòd aut
excommunicatio eſt occulta, & res eſt clara, &
poteſt ei ſolui, declarando tamen, & limitando
vt ſtatim dicam in nona fallentia. Aut excom-
municatio eſt publica, & ſubdiſtingue, ꝙ aut
93 ſubeſt neceſſitas alterutrius † partis. ſ. debitoris,
& creditoris, & põt fieri ſolutio; vt puta, ſi inſtat
neceſſitas creditoris; vel quia famę perit, vel de-
fendendę patriæ, vel immineret ſibi pœna mor
tis, aut mutilationis membri, vel fuſtigationis,
aut ſimilis ſi infra certum tempus non ſoluat
condemnationem pecuniariam. Et idem ſi im-
mineret periculum debitori; vt puta, quia ſol-
uendo

uendo debitũ debet quis certũ quid cõſequi, ꝙ
ſibi neceſſarium eſt, quòd non ſoluendo non
poterit conſequi, arg. eorum, quæ ſtatim dicã
ſeptima fallentia, aut nullum immineret peri-
culum debitori, vel creditori, & caſus eſt valde
dubitabilis, et vtraq; opinio videtur defenſa-
bilis. Et pro prima opinio. Ioan. & Innocen.
allego, quia ex quo excõmunicatus poteſt age-
re contra debitorem, & tenet iudicium ſi non
opponatur, nec ex eo, quòd omittat opponere
exceptionẽ dicit̃ peccare, vt in.c. pia. de excep.
lib.6. Ita videtur quòd poſſit ſolui, niſi dice-
res quòd ſoluere ſibi non permittitur, quia ſo-
lutio fit ſponte; ſed iudicium redditur in inui-
tum. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd ſolu
tio non videtur fieri ſponte, ſed metu præce-
dentis promiſſionis, aut iuramenti. Item nec
iudicium videtur reddi in inuitum, ex quo po-
teſt excipere de excommunicatione, & illam
non opponit. Et ideò, vt dixi paſſus eſt ſatis
dubius; Verum quia ſunt tot cõtrariæ hincin-
de opi. clariſſimorũ Doctorum, maximæ au-
94 thoritatis, dicerem, quòd aut conſcientia † re-
mordet ſi nõ ſoluit, & tunc poteſt ſoluere, ma-
xime cum iſta ſolutio fiat momento, & ſic non
obſtat.c.nos ſanctorũ.&.c iuratos. quia pôt reſ
ponderi, quòd illi canones loquuntur de ſerui-
tio, & communicatione ſucceſſiua, non mo-
mentanea, quæ excommunicato præſtari non
debet, ne in magna caterua vaſallorũ, & ſerui-
torũ ſuperbiret. Sed nos loquimur in ſolutio-
ne quæ momento expeditur, & non fit in con-
temptum clauium; ſed propter bonum con-
ſcientiæ, quæ in ambiguis multum operat̃, iux-
illud quicquid agunt homines &c. vel ſaltẽ de-
ponere poterit in ædem ſacrã, iuxta conſilium
Hoſti. & Ioan. Andr. Si verò conſcientia eum
non remorderet, imo potius remorderet de
contrario, videlicet de communione quam
faceret communicando, tunc habeat locũ opi.
Bart. Brixien. Hoſtien. & ſequacium, quã te-
tendo poteſt reſpondere, ad.c.1.&.c. debito-
res.ſ̃.de iureiuran. quòd illud non eſt bonum
ſimile; quia vſurarius non eſt excõmunicatus;
ſed ſolum videtur remotus à ſacramentis eccle
ſiaſticis, vt.ſ̃. de vſur. in. c. quia in omnibus.
vnde non pecco ſi ei ſoluo; ſed excommunica-
to prohibeor cõmunicare, & auxlium, & fauo-
rem, & conſilium impartiri, vt ſupra patet. Et
ex his habes notabiliter expeditũ hũc paſſum,
& hanc ſextam fallentiam. Et ad prædicta etiã
vide, quæ dixi in.c. ſacris.ſ̃.eo. in decimonono
principali articulo, in quinta quæſtione princi-
pali, in ſecundo membro principali, vbi tracta-
ui de actore excõmunicato per plures, & plu-
res quæſtiones, & in tertio membro principali,
vbi ſimiliter tractaui de excommunicato.
95 Septimo fallit, † ratione vtilitatis, & iſtud po-
teſt intelligi dupliciter, vno modo propter vti-
litatem meam, & ne excõmunicatus percipiat
commodum propter prohibitam mihi com-
munionem, de quo dictum fuit in præcedenti
fallentia. Secundo modo poteſt intelligi pro-
pter vtilitatem ipſius excommunicati, ſcilicet
in tendentibus ad ſalutem animę ipſius excom
municati, vt infra eod. c. reſponſo. & .c. cum
voluntate in principio .11. q. 3. c. anteceſ-
ſor. & .c. ſequenti. & .c. cum excommunica-
to. tenet glo. in .c. cum deſideres .ſ̃. eod. Et
ideò excommunicati admitti poſſunt ad prædi
cationem audiendam ſine ſcrupulo conſcien-
tiæ, vt .d. c. reſponſo. in primo reſpõſo. Vnde
excuſantur illi, qui cauſa prædicationis, & con-
feſſionis habitant inter excõmunicatos, à qui-
bus etiam licitè poſtulant, & recipiunt eleemo
ſinas, ſi aliter inter eos nequeunt habitare, vt in
.d.c. cum voluntate. §. prædicatores. Poſſumus
enim excommunicatis optare ſalutem animæ,
& corporis, & pro ipſis etiam orare, ſicut ec-
cleſia orat pro hæreticis in paraſceuè; qui ta-
men ſunt excommunicati, vt ſupra de hæreti.
.c. excommunicamus. ſecundum Tacre. Gof.
& Philip. de quo latius dixi in.d.c. ſacris. in de-
cimonono principali articulo, in ſecunda quæ-
ſtione principali. ver. circa vigeſimum primum
dubium. Sed aduerte, quia quod ſupra dixi,
ꝙ etiam pro ſalute corporali excommunicati,
licitum eſt ei communicare; fortiter in contra-
rium, facit tex. in .d. c. cum voluntate. quia
in quantum ille tex. loquitur ſolũ de ſalute ani-
mæ, videtur contrarium innuere de ſalute cor-
porali. Sed dicit ibi, Ioan. Andr. quòd illud
intelligi poteſt, de illo qui negligit, vel cõtem-
nit, argu. c. cum infirmitas. ſ̃. de pœni. & remiſ.
aliàs ſecus, & ſequitur .D. Anto. Sed adde,
quod ſtatim dicam in ver. & prædicta proce-
dunt. Ex prædictis igitur patet, quòd in con-
uertendo excommunicatum poſſumus ſecum
communicare, prædicare, aut in cõfeſſione au-
96 dire; & quãuis alia verba † ab vtilitate ſua re-
mota intermiſceantur, tamen licitum eſt, ſi cũ
eo propoſito interponant̃, vt communicãs ma
gis proficiat circa principale propoſitum ſuum,
vt. d.c. cũ voluntate. primo reſpon. tenet glo.
.1. in.c. ſi aliquando. ĩ. eod. & Io. And. D. An-
to. & Docto. * communiter, & quanuis talia Cõm.opi.
verba principaliter per ſe proferãtur, nec prin-
cipaliter videantur facere ad abſolutionem, nec
ad ſalutem; tamen ſatis eſt, ſi incidenter indu-
cere poſſunt; vt ſi quæritur ab excommuni-
cato de eius vxore, & de filijs, & recitatur ei di- 12
lectio, quam participãs habuit ad genus ſuum,
& ijs ſimilia; nã hoc non noceret, ſicut nec ver-
97 ba ſtipulationis, quanuis † ſuperflua viciant ſti-
pulationem, vt in .l. quæ extrinſecus .ff. de ver.
obli. ſecundum Hoſti. & Ioan. And. in.d.c. cũ
voluntate. Secus ſi alia intentione hoc faceret,
quia ſaltẽ minoris excõicationis vinculo aſtrin-
geretur, ſm Hoſti. in ſumma eod. titu. §. fin.
ver. vtile. Cauere igitur debet, qui cum eo tali-
ter communicat, quia euolat emiſſum ſemel ir-
reuocabile verbum; & idem tenet Hoſti. in. d.
.§. fin. ver. quid ſi dum loqueris. Nec obſtat
ſecundũ eum, ꝙ quanuis quis intermiſcet alia
verba vt magis proficiat, debet eſſe excommu
98 nicatus, quia † non ſunt facienda mala, vt inde
bona



bona proueniant, vt in.c. ſuper eo. ſup̃ de vſur.
quia hoc non eſt malum, argu .c. quòd prede-
ceſſor. 11.q.3. Cõſulit tñ Ray. ꝙ tales caueant,
ne nimis laxẽt habenas; ſed hoc ſic cautè, &
& diſcretè faciant, quòd aliorũ corda, qui fortè
ignorat eorum conſcientiam, & intentionem,
quantum in eis eſt non ledantur, ſecundum
Hoſti. & benè. Et prædicta procedunt, vt ex
ſuperioribus colligi poteſt, quando communi-
catur in locutione. Et ita colligitur ex tex.d. c.
cum voluntate, ibi, dum tex. dicit locutione.
Vnde ſecus videtur eſſe, ſi communicatur ei
in menſa, cibo, & alijs de quibus in .c. nuper.ſ̃.
eod. & maximè cauẽdum eſt à cohabitatione,
argu. 24.q. 1.c. omnis qui. ſecũdum Hoſti. Io.
And. & .D. Anto. in.d.c. cum voluntate. Sed
aduerte, quia ego arbitror, quòd ſi incidenter
ad finem caritatis, vt excommunicatus citius,
conuerteretur inter verba immiſceretur cibus,
aut potus, ꝙ non eſſet reprehenſibile. Itẽ ar-
bitror, ꝙ etiam aliter quàm verbo licitum eſſet
communicare excommunicato; puta pro ſalu-
te corporis ſui; puta defendendo eum, ne in-
terficiatur, vel mutiletur, vel quid ſimile per ea,
quæ dixi in .c. ad audientiam .ſ̃. de homici. in
in ſeptimo principali articulo.
99 Sed quæro iuxta prædicta, vtrum pro † ſalute
animæ meę poſſim communicare cum excom-
municato; ſicut poſſum pro ſalute animæ ſuæ.
Sol. glo. Guil. ſuper Ray. in ſum. eod. tit. §. tri-
geſimo excipiuntur, dicit, quòd tãta poſſet eſſe
neceſſitas, & tàm arcta, quòd vbi non poſſem
habere copiam peritorum, nec res caperet di-
lationem poſſem ab excõmunicato conſilium
petere, tàm in temporalibus, quàm ſpirituali-
bus; cauſa enim neceſſitatis excuſat, vt ſuperius
dictum eſt, pro quanta autem neceſſitate, aut
vtilitate liceat ab excommunicato conſilium
quærere, arbitrio boni viri relinquendum eſt;
Et idem not. quidã frater Io. de Aſten. in ſum-
ma, vt refert Henri. in.d.c. reſponſo, ĩ. eod.
Et aduerte, quia prædicta procedunt, etiam ſi
aliquis communicaret ob cauſas prædictas ei,
qui foret excommunicatus vna cum particip-
bus ſuis, per ea quæ ſupra dixi. Ex prædictis
etiam videtur inferendum, quòd excommuni-
100 catus poſſit recipi ad religionem abſq; † metu
excommunicationis, cum hoc tendat ad ſalutẽ
animæ ſuæ, de quo tamen dic, vt latius dixi in
.c. ſacris. in decimono principali articulo, in ſe-
cunda quæſt. principali, ver. circa decimũſex-
tum dubium. Et ad hanc materiam etiam po-
tes colligere plura, quæ dicuntur in illa ſecun-
da queſtione principali, in varijs dubijs illius
101 quæſtionis. Octauo, † fallit ex cauſa, ſeu
ratione præambulæ permiſſæ defenſionis ex-
communicato; quia cum excommunicato ad
iudicium vocato, permiſſa ſit defenſio, vt in.c.
intelleximus.ſ̃. de iudi. & latè dixi in .c. ſacris.
in vigeſimonono principali articulo in quinta
quæſtione principali in tertio mẽbro. Omnia
per conſequẽs videntur ſibi permiſſa, ſine qui-
bus defenſio explicari non poteſt, vt in .c. præ-
terea. ſ̃. de offi. delega. & in.l. ad legatum. & in
.l. ad rem mobilem.ff. de procuratoris. Et ideò
102 permiſſum videt̃ † eſſe aduocato officiũ ſuum
iuſtè exercendo, talem excõmunicatum defen
dere, maximè reſpectu iniuſtæ excommunica-
tionis; oſtendendo excommunicationem nul-
lam, vel iniuſtam ſi verum eſt, vel ſaltem verũ
putat; quia excommunicato reſeruatur legiti-
ma defenſio, vt dictum eſt, & probatur in.c. cũ
inter.ſ̃. de excep. Et officium aduocati licitũ
eſt, & ad defenſionẽ conceditur, vt.ff. de poſtu.
in.l. 1, §. ait prætor. & ſupra, vt lite non cõteſt.
.c. 1. põt igit̃ aduocatus, taliter officium ſuum le
galiter exercendo excommunicato communi-
care. Facit tex. noſter, & .c. cum voluntate. ĩ.
eod. & .11.q.3.c. non licet. Et quod in ſimili
not. Ioan. And. in.c. pro illorum.ſ̃. de præben-
ſuper glo. 2. in fin. Sed ſi contra iuſtitiam fo-
ueret illum in crimine damnato, nulli dubium
eſt, quominus in eandem ſententiam inuolua-
tur. Et plus dicit Hoſti. in .c. cum deſideres.ſ̃.
eod. per.l. rem non nouam .§. patroni. C. de
iudi. quòd ſi aduocatus initio credebat excõ-
municatum iuſtam cauſam fouere, & poſtea
in proceſſu reperit contrarium, quòd debet il-
lum dimittere, & nouam ſequi conſcientiam,
argu. c. per tuas. 2.ſ̃. de ſimo. etiam ſi ſit erro-
nea, vt ibi, facit. c. fin.ſ̃. de præſcrip. & tunc ma-
ximè ſe retrahere debet, quando eius patroci-
nium verteretur in læſionẽ, quo caſu etiam tene
retur leſo ad reſtitutionẽ, argu. c. 1, de re iudi.
lib.6. & .c. ſicut dignũ. §. illi.ſ̃. de homici. & .c.
fin.ſ̃. de iniurijs, ſecundum Hoſti. & Io. And.
in .c. propoſuit.ſ̃. de cle. exco. mi. & Henri. in
.c. cum deſideres.ſ̃. eod. Ex prędictis ego arbi
tror, quòd aliæ perſonæ neceſſariæ ad iudiciũ,
103 quales ſunt † Iudex, notarius, nuncius, & teſtes
poſſunt excommunicato communicare ad de-
fenſionem ipſius. Et procurator etiam poteſt
eum defendere; ad quod omnino vide, quæ la-
tius dixi in .c. ſacris in decimonono principali
articulo in quinta principali quæſtione in ter-
tio membro principali. ver. quarto dubitatur.
Sed nunc occurrit mihi dubium, quid ſi excom
municatus ageret, & pars non exciperet de ex-
communicatione, vtrum iudici, aduocato, reo,
104 & ſimilibus perſonis † licitum ſit communica-
re abſq; metu excommunicationis, quam quę-
ſtionem non memini tactam à Doctoribus.
Circa quam, dicendum nunc ex tempore arbi-
tror, quòd reſpectu perſonarum, quæ neceſſa-
rię ſunt ad iudicium, neceſſarium officium exer
centes, dicendum ſit quòd non incurrunt pœ-
nam excommunicationis. Nam ex quo ipſi
excommunicato permittitur agere, vt in.c. pia.
de excep. lib.6. Meritò etiam prædicta viden-
tur eſſe permiſſa, per ea quæ ſtatim dicta ſunt.
Nec eſt veriſimile, quòd ius cum peccato præ-
dictorũ permiſerit iudicium intentari, & ipſius
iudicij validitatem donec operatur; & hoc
maximè dicẽdum videtur in aduocato, & pro-
curatore, qui ante excommunicationem locaſ-
ſet operas ſuas ad patrocinandum, vel procu-
randũ;

105 randū; cogitabis. Nono † fallit, ratione igno-
rantiæ. Vnde excuſatur ignoranter commu-
nicans excommunicato, vt in.c.cum deſideres.
.ſ̃. eod. ibi, dum tex. dicit ſcienter, & glo. ma-
gna ibi, & Doct. Facit.c.2.ſ̃. de conſti. & .c.
ſicut dignum. ver. illis præterea .ſ̃. de homici.
quòd procedit ſi ignorantia eſt probabilis, ſe-
cus ſi ſit craſſa, vel ſupina, vt .ſ̃. de cleri. exco.
mini. c. apoſtolicæ. Tunc enim peccat, & im-
putatur ei ſaltem, quò ad eccleſiam militan-
tem. Facit. 12. quęſt. 2. c. qui & diuinis. &.ſ̃.
de ordina. ab Epiſc. qui renunc. epiſcop. c. 2.
106 Et ſi quæritur quomodo quis † dicatur ſcire,
vel ignorare, vide quod not. Ray. in ſum. eo. tit.
ver. 44. Et Hoſti. in ſumma eod. tit. §. fin. ver.
res ignorata. vbi volunt, quòd quis dicitur ſci-
re aliquem excommunicatum, cum viderit il-
lum verberare clericum in caſu non conceſſo.
Vnde ſecundum Innocen. in.c. inquiſitioni. ĩ.
eod. talis debet vitari, & in publico, & in priua
to, ſi publica fuit verberatio. Et potius debet
quis excommunicationem ſuſtinere, quàm ei
communicare. Sed ſi neſcit pro certo percuſ-
ſionem iniuſtam; ſed ſic credit probabiliter, &
diſcrete, non debet illi voluntariè communica-
re, ſed ad petitionem percuſſoris communi-
cantis non vitabit eum etiam in priuato; ra-
tio diuerſitatis eſt, quia communio prima eſt
voluntaria, redditio debiti eſt neceſſaria. Si au-
tem credit percuſſionem iuſtam, nedum ad pe-
titionem illius; ſed etiam voluntariè poterit il-
li communicare. Refert tamen Inno. in .d. c.
inquiſitioni, quoſdam dicere, quòd quamuis,
107 qui publicè percutiat † clericum, etiam ab ijs,
qui viderunt vitari non debet, quia licet verè ſit
excommunicatus, non tamen nominatim, niſi
per iudicis ſententiam excommunicatur, non
vitatur. 2. q. 1. c. multi. Sed ipſe Inno. dicit, ꝙ
etiam aliter, quam per ipſam ſententiam excō-
municatio poteſt eſſe notoria, ſicut de fornica-
tione dicitur, in .c. veſtra .ſ̃. de cohabi. cleri. &
mulie. Non obſtat. c. multi, quia loquitur qñ
excommunicatio non erat notoria, quamuis eſ-
ſet talis, quæ probari poterat; puta, quia facta
percuſſio iniuſta multis videntibus. Nam tunc
non vitabitur, niſi primo condemnetur, vt ibi.
Et ſequitur Ioan. And. & .D. Anto. in .d. c. in-
quiſitioni; quod vltimum ego intelligo reſpectu
eorum, qui non viderunt; ſecus reſpectu eorū,
qui viderunt. Et ſic patet ex prædictis, quali-
ter, quis ex percuſſione clerici ſciat aliquem ex-
communicatum. Inſuper etiam poteſt quis
ſcire aliquem excommunicatum, ſi erat præ-
ſens, quando lata erat ſententia excommunica-
tionis, vel facta publica denunciatio excommu-
nicationis, vel ſi excommunicatus hoc aſſerit,
vel Prælatus ipſius excommunicati, maximè ſi
ſuus Epiſcopus hoc eidem dixit, vel ſi auditur
ab eo, cui fidem neceſſariò adhibere debebat,
vel ſi eſt publica fama ipſum eſſe excommuni-
108 catum. Nam, † & publica fama ad inducen-
dam ſcientiam videtur ſufficere, per tex. iun-
cta glo. in verbo publica fama. in dicto. c. cum
deſideres. ſ̃. eod. & ibi tenet .D. Anto. & Doc.
Facit .c. illud. ſ̃. de cleri. excō. mi. & ibi glo. in
ver. in hoc & .D. m. ibi, & in .c. 1. ſ̃. de poſtu.
p̄la. Ad ꝙ vide, quæ dixi de effectu famæ in .c.
qualiter. 2. ſ̃. de accu. in nono principali articu-
lo .q. 45. Et hæc procedunt quò ad vitandam
voluntariam communionem excommunicati.
Sed quò ad excludendum eum à potentia agē-
109 di, arbitror, ꝙ † non ſufficiat probatio per ſo-
lam famam, per ea quæ dixi latè in .c. ſacris. in
decimonono principali articulo, in ſexta quæſt.
principali. Qualiter autem quis inquirere de-
100 beat † ad vitandum eum, de cuius excommuni-
catione eſt publica fama. Dic, quòd aut quæri-
tur, vtrum debeat ipſum vitare poſt quā in pur-
gatione defecerit, & dicendum eſt quòd ſic, ſe-
cundum Innocen. in .d. c. cum deſideres. Aut
antequàm defecerit, & tunc aut diſtulit præſta-
re purgationē, & eſt vitandum, vt ſup̄ de apo-
ſta. c. tuæ. ſecundum Inno. Aut non defe-
cit in purgatione, nec eam diſtulit præſtare. Et
tunc dicit Inno. quòd vitari non debet. Sed
Bern. & Hoſtien. innuunt contrarium, pro qui-
bus facit tex. in .d. c. cum deſideres. cum tex. ibi
dicat, nec ipſe, nec alius ſibi communicare de-
bet, niſi ad arbitriū Epiſcopi. Et hoc tenet Ray.
in ſum. in ver. 43. Sed ad concordandas ipſas
opi. contrarias, poteſt ſic probabiliter diſtin-
gui, prout videtur diſtinguere Glo. ſuper Ber.
& Frat. Ioan. in ſumma, quos ſequitur Henri.
in .d. c cum deſideres. Quòd aut fama publica
eſt aliquem eſſe excommunicatum, & tunc vi-
tandus eſt; & non ſolum hoc caſu, ſed etiam ſi
audiuerit quis à fide dignis, ꝙ audiuerunt eum
excommunicari, aut denunciari excommunica
tum in eccleſia, vel viderūt eum feciſſe aliquid,
propter quod incidit in excommunicationem.
vt ſupra dixi. Nam tunc debet quis illum vita-
re, tàm in publico, quàm in occulto, donec ſu-
per hoc inquiſiuerit veritatem, & hoc caſu po-
teſt intelligi ſecunda opi. Ber. & Hoſtien. Aut
fama eſt aliter eum eſſe excommunicatum ex
facto occulto, cōtra quem adhuc non eſt publi
ce lata ſententia, & non debet vitari, niſi tunc
demum cum ſe ſuper hoc purgare recuſauerit,
vel in purgatione defecerit. Et ita poteſt intel-
111 ligi tex. † in .d .c. cum deſideres. ver. ſecunda
quæſt. Facit ad hoc .c. ſi verò aliquis. ſ̃. eod. &
.c. excōmunicamus. §. qui autem. ſ̃. de hæreti.
Et hoc caſu poteſt intelligi opi. Innocen. pro
quo facit, quia fama excommunicationis occul
tæ non poteſt plus operari, quam ſcientia, & ta-
men ſciens aliquem occultè excōicatū, non tene
tur illum vitare ſaltem in publico, vt ſtatim dicā.
Sed tu aduerte, quia hæc, & prædicta de recu-
ſante ſe purgare, vel deficiente in purgatione
ſunt intelligenda, ſm ea, quę latè dixi in. c. fin.
de purga. cano. in decimoquinto principali
articulo in quæſt. ſecunda principali. Item di-
112 cunt præfati Doct. quòd ſi audiui ab † aliqui-
bus etiam fide dignis aliquem eſſe excommu-
nicatum ex facto occulto abſq; publicatione
ſententiæ, quòd non teneor ab alijs inquirere,
nec



nec etiam ab ipſo de excōmunicatione ſua, niſi
ſit talis perſona, de qua fortè præſumptio ſit ꝙ
ignoret pctm̄ eſſe, ꝙ excōicatus ſe ingerat con-
munioni hominum; patet ergo ex prædictis
qualis debeat eſſe fama, vt vitetur excōicatus,
quia non debet eſſe leuis. Nam propter leuem
famam non debet vitari, vt ſi aliquis audiuit ab
aduerſario ipſius excōicati. Nam ex hoc non
debet ſibi formare conſcientiam. 22. q. 5. c. hoc
videtur. &. 11. q. 3. c. non ſolum. vbi dicitur, ꝙ
reus eſt, qui aurē criminibus citò prębet. Vnde
glo. fra. Ray. in ſum. eod. tit. ver. 61. quid ſi ali-
quis. Et ēt frater Io. in ſum. dicit, ꝙ nō eſt pro.
113 babilis ignorantia, ſi ignoratur, † ꝙ ſcitur à vi-
cinis, aut in parrochia, in qua quis habitabat
eo tempore, quo quis publicè fuit denunciatus
excōicatus, aut ſi dicit ſe ignoraſſe ſñīam pro-
prij Epi, vel ꝙ publicè factum eſt in prouincia,
argu. 16. diſt. c. ꝙ dicitis. ſ̃. de p̄ſumpto. c. quoſ-
dam. 12. q. 2. c. qui & diuinis. niſi quis eſſet val-
de remotus à ſuo Epiſcopo, vel à loco publica-
tionis ſententiæ, vel cū recens eſſet publicatio,
ꝙ probabiliter poſſet eſſe in ignorātia. Credūt
etiam pręfati Doct. ꝙ iudex qui iudicat ex pre-
ſumptionibus, quandoq; poteſt iudicare ali-
quā eſſe craſſam ignorantiā, & per conſequēs
communicantem non excuſari, quem tamen
Deus qui nouit veritatem, iudicauit illum non
eſſe excōicatum propter probabilem ignoran-
tiam. Et ad id quod dixi de credulitate adhi-
benda prælato, vel ſimilibus, vide quod dixi in
clem. 1. de proba. Et aduerte circa prædicta,
114 quia ſi aliquis ſolus † ſcit aliquem eſſe excōica-
tum non debet illum publicè vitare, ſed in ſe-
creto, de quo dic, vt latius dixi in primo mem-
bro principali. ver. Quintadecima declaratio
eſt; Quod tamen limito, ſi hoc ſcit vt homo;
115 ſecus ſi hoc ſciret, vt Deus; † quia vt ſacerdos
audiuit in confeſſione, nam tunc non debet ſa-
cerdos illum vitare, nec in publico, nec in ſecre
to; quia nec verbo, nec ſigno debet illum pro-
dere, vt legit, & not. in .c. ſi ſacerdos. ſ̃. de offi.
ordi. & in. c. omnis. ſ̃. de pœni. & remiſ. & in. c.
dilectus filius. ſ̃. de exceſ. præla. Neq; enim
propriè dicitur ſcire, quod nouit tanquā Deus,
ſm Hoſti in. c. porrò. & in .c. cum deſideres. ſ̃.
eod. & ſm quod dixi in. c. ſi ſacerdos. tenet glo.
Guil. ſuper Ray. in ſum. eod. tit. in .d. ver. 41.
Et etiam frater Ioā. in ſum. Et eſt ratio ſecun-
dum eos, ne confeſſio reddatur odioſa, ſi taliter
vitetur etiam in occulto, ſiue in potu, ſiue in ci-
bo, ſiue in reliquis. Et adde ad declarationem
prædictorum, quæ dicam in tribus ſequētibus
quæſtionibus. Sed quæritur circa prædicta,
116 quid ſi aliquis † audiuit aliquem publicè ex-
communicatum, vel vidit eum incidere in cano
nem. Sed poſtea nō videt eum, vſq; ad annum,
vel biennium, vtrum talis teneatur eum vitare,
donec ſibi conſtet de abſolutione. Sol. dicen-
dum eſt, quòd ſi ille ſit, vel creditur homo ti-
moratæ conſcientiæ, nec immemor ſuę ſalutis,
quòd videtur poſſe ei communicari, maximè ſi
eo tempore quo conſtitit de excōmunicatio-
ne ſeruabat excommunicationem. Nunc au-
tē illam nō ſeruat, nam poſſum probabiliter cre
dere, quòd ſit abſolutus. Secus ſi non erat ho-
mo timoratus, nec tūc temporis ſeruabat ſen-
tētiam. Nam tunc vitandus eſt, cum præſum-
ptio ſit illius excōmunicationem durare. Facit
.c. ſicut. ĩ. eod. Et hoc tenet Guil. ſuper Ray. in
ſum. eo. tit. & frater Io. in ſum. & Henri. in. d. c.
117 cum deſideres. ſ̃. eod. Sed † pone, quòd quis
erat præſens qñ .P. per ſententiam fuit publi-
cè excommunicatus, vel denunciatus, & ipſum
.P. poſtea inuenit in. remotis, vtrum teneatur
eum vitare etiam in publico. Sol. dicit Inno.
& ſequitur Ioan. Andr. in .c. inquiſitioni. ĩ. eo.
quòd tenetur illum vitare, quia ridiculoſum eſ-
ſet dicere quòd nō deberet vitare, niſi habens
probationes paratas; quia imò debet illum vi-
tare, etiam ſi omnes mortui ſunt qui interfue-
runt ſententiæ. Nec obſt. 6. q. 2. c. 2. & 3. quia
loquuntur quando excommunicatio nunquā
fuit notoria; hic loquimur, quādo fuit notoria
per ſententiam, vel facti euidentiam indubita-
tam; ſufficit enim factum aliquando, & alicubi
fuiſſe notoriū licet probationes perierint. Sub-
dit tamen Inno. quod aliqui voluerunt, quòd
talis non ſit vitandus publicè, ſed occultè ex
quo alij ignorāt. Facit quod not. glo. & Hug.
. 5. q. 1. c. quidam. quod tamē admittunt niſi ha-
berent teſtes, & inſtrumenta ad probandum il-
lum excommunicatum; quia tunc debet eum
vitare etiam in publico; & hoc intellige ſecun-
dum deciſionē præcedentis quæſtionis. Et ſub-
118 dit etiam Inno. & poſt eum Ioan. And. † ꝙ
ſi Prælatus præcipiat ſubdito, quòd celebret il-
lo præſente quem ſubditus ſcit taliter excom-
municatum, quem tamen Prælatus, & alij igno
rant excommunicatum, quòd ipſe ſubditus pa
rere debebit, ſed proteſtabitur ſaltem illi ex-
comnicato, quòd non intendit orare, nec cele-
brare cum eo, ſed cum alijs. Vnde infert, ꝙ ſi
Prælatus præciperet, quòd corā illo ſolo cele-
braret, non debet ei obedire; etiam ſi eſſet mo-
nachus cui Abbas, hoc p̄ciperet. Et ratio eſt,
quia nō debet obedire p̄cepto pctm̄ inducēti,
per not. in. c. ſacris. ſ̃. ꝙ me. cau. ſm Inno. & Io.
And. Sed q̄ro, quid ſi dicat ille ſe abſolutū ab illa
119 excōicatione, licet inſtrumentū, vel teſtes † nō
habeat paratos. Sol. vr̄, ꝙ non ſit ei credendū,
niſi habeat aliqua argumenta ſuæ abſolutionis,
argu. de cleri. percuſ. c. 1. & . 2. Sed videtur, ꝙ
ſi ipſius excōicatio nulli eſt præiudicialis, ꝙ ei
cōicare poſſit, ſi alias eſt perſona timorata, &
bonæ vitæ, & maximè ſi hoc iurat, ſm Inno. &
Io. And. in .d. c. inquiſitioni. Et ad p̄dicta vide
omnino, quæ dixi in. c. ſacris. ſ̃. eo. in. 19. prin.
artic. in. 2. q. prin. ver. Circa. 17. dubium. & ꝙ
dixi ſup̄ in primo mēbro principali, iſtius. 20.
articuli. ver. decimaquinta declaratio eſt. Quid
aūt iuris ſi excōicatio probata ſit per viam ex-
120 ceptionis cōtra aliquē. An ille ſit † vitandus, la
tè tradit. D. m. in. c. 2. ſ̃. de ordi cog. tu. dic, vt la-
tius dixi in .c. ſacris. in decimonono principali
artic. in. 6. quæſt. prin. & in. 8. mēbro princi.

Decimoſeptimo fallit in caſu ſpeciali .c. præſi-
121 dentes.† de hæreti.lib.ſexto. vbi ordinarij de-
legati, vel inquiſitores hæreticę prauitatis non
valentes ſine moræ diſpendio, vel negotij peri-
culo ad ſuperiores recurſum habere, qui legiti-
mè, in locis ipſis poſſunt iuſtitiā exequi, ꝙ ſi
pro ipſius iuſtitię executione fienda cōtra hære
ticos, credentes, fautores, receptatores, & defen
ſores requirunt præſidentes, & alios officiales
tēporales, quòd quanuis tales officiales requi-
ſitu ſint excommunicati, & ſit notoria excom-
municatio, quòd requirentes non proptetea
aliquā excommunicationis ſententiam incur-
runt, quòd quidem inductum fuit fauore fidei,
& in odium ipſorum hæreticorū. Et ideò pro
alijs cauſis hoc non permittitur, quanuis res vi-
deatur exigere celeritatem, vt ſentire vidētur
Doct. in .d. c. præſidentes. quod intellige, ni-
ſi adeſſet fortè alia cauſa ex ſupra narratis. Vn-
122 decimo † fallit in bello iuſto, in quo excommu-
nicatus licitè poteſt pugnando communica-
re, vt not. in .c. ſacris.ſ̃.eo. Ad quod etiam vi-
de, quod dixi.ſ̃.in ſexta fallentia in ſecūdo ca-
ſu in ver. prædicta dicit eſſe vera. Quid autem
123 ſi appellatum ſit, † vtrum ratione appellatio-
nis interpoſitæ excuſetur, dixi ſupra in primo
mēbro.ver.decimaſexta declaratio. Et ad decla
rationem etiam iſtius vltimi, vide declaratio-
nes poſitas in dicto primo mēbro. Poſtremo
circa prædictum membrum tolle iſtas regulas,
124 & † limitationes. Prima, quòd in omnibus ca
ſibus in quibus dixi aliquem excuſari, vel pro-
pter priuilegium perſonæ, vel propter priui-
legium cauſæ nunquam talis excuſatur parti-
cipando in crimine. Ad quod vide, quod dixi
ſupra in tertia fallentia, & tolle declarationem,
quam dixi ſupra in quinta fallentia. Secunda
125 regula eſt, quòd prædictæ † perſonæ quæ ex-
cuſantur, vel priuilegio perſonæ, vel cauſæ; ex-
cuſantur etiam ſi participāt cum eo, qui eſt ex-
communicatus cum participibus ſuis, quod ē̃t
intellige, & declara, vt dixi in tertia fallentia.
Tertia, & vltima regula ſit, quod etiam in caſi-
bus permiſſis communicare excommunicato,
126 vel ex priuilegio perſonæ, vel ex cauſa † debet
quis quantum fieri poteſt abſtinere à commu-
nione, vt in .c. ſi verè. & ibi not.ſ̃. eod. Et ex his
Deo duce habes notabiliter expeditum vigeſi-
mum principalem articulum. Vnde nunc re-
deamus, ad .c. ſicut nobis.

## Cap. XXXIX. Sicut nobis.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicato, qui ſe dicit abſolutum, non credere debemus niſi, hoc probet.*

2 *Literis pœnitentiariorum, ſeu delegatorum ſedis Apoſtolicæ videtur eſſe credendum.*

3 *Qualitas ſemel poſita, quæ non variatur ex tempore, præſumitur durare, niſi in contrarium probetur ſublata.*

4 *Abſolutio ab excōcatione eſt probanda, vel per teſtes, vel per alias legitimas probationes.*

5 *Excommunicatum vitari facere pertinet ad officium Epiſcopi.*

6 *Legato etiam Cardinali non creditur in præiudicium alterius.*

SICVT NOBIS. Sūmatur, † excō-
1 municato, qui dicit ſe abſolutū
non creditur niſi hoc probet .h.d.
Vel dic, ſemel excommunicatus
præſumitur excommunicatus, & ſemper vi-
tandus eſt, niſi probet ſe abſolutū, hoc dicit, &
declara hoc, vt clarè dictū fuit in. c. inter aliàs,
.ſ̃.in vigeſimo principali articulo in decimano-
na fallentia, maximè in quatuor vltimis quæ-
ſtionibus. Primo ponit̃ deciſa cōſultatio. Se-
cundo reſponſio, ibi, fraternitati. Primo not.
2 quòd literis † pœnitentiariorum, ſeu delegato-
rum ſedis apoſtolicæ videtur eſſe credendum,
de qua materia dic, vt latè dixi in clemen. 1. de
proba. Secundo not. vtrunq; ſummarium, &
maximè ſecundum, ex quo, & tex. ſequitur,
3 quod † qualitas ſemel poſita, quæ non varia-
tur ex tempore præſumitur durare, niſi in con-
trarium probetur ſublata; de qua materia in re-
gula, ſemel malus ſemper præſumitur malus,
4 de regū. iur. lib. 6. Tertio not. † quòd ab-
ſolutio ab excommunicatione probanda eſt
vel per teſtes, vel per alias legitimas proba-
tiones, aliàs aſſerenti ſe abſolutum non cre-
ditur. Et ideò obtinens abſolutionem de-
bet eſſe cautus, vt adhibeat cautelam, quòd
poſſit illam probare. Facit .c. propoſuit .ſ̃.
de cleri. excom. mini. de qua materia latius
videbimus in .c. venerabili. infra eod. in vi-
geſimo quinto principali articulo. Vltimo
5 not. † quòd ad officium Epiſcopi pertinet fa-
cere vitari excommunicatum, de quo latius di-
cetur infra .c. ſeq. in vigeſimo primo principali
articulo. Glo. ibi ſentit contrarium, & ſoluit in
fin. glo. huius, vel ſolue ſecundum Doct. quòd
non creditur in foro contentioſo, quia in hoc
quilibet communiter eſt immemor proprię ſa-
lutis. Contraria verò procedunt in foro pœni-
tentiali, in quo ſecus eſt, quia in eo ſolum agi-
tur de proprio præiudicio ipſius confitentis, vt
in .c. ſignificaſti, & quod ibi not. de homici.
Glo. fin. format tres quæſtiones ſub compen-
dio, & ſoluit. In fin. glo. dic, not. ex hac glo.
6 quòd † legato etiam Cardinali, non creditur
in p̃iudicium alterius, de qua materia latè per
.D. m. in .c. poſt ceſſionem. ſ̃ .de proba. & per
glo. ibi, & latiſſimè dixi in clemen. 1. de proba.
in ſecundo principali articulo.

## Capitulum XL. Per Tuas.

### *SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus, ſi ab Epiſcopo appellat, poteſt ab eo abſolui. Metropolitanus tamen volēs poteſt illum remittere ſuffraganeo; quin & tenetur quando pro manifeſto exceſſu fuit excōicatus. Et probare volens ſe iniuſtè excomunicatū*



*communicatū, non auditur ante abſolutionē.*

2 *Separatus ab eccleſia non videtur poſſe ab ea auxilium obtinere.*

3 *Appellatio interpoſita ab excommunicatione, licet non ſuſpendat, tamen deuoluit.*

4 *Metropolitanus nō habet iuriſdictionē in ſubditos ſui ſuffraganei, niſi per viam appellationis.*

5 *Fine permiſſo, omnia videntur permiſſa, quæ ad illum finem tendunt.*

6 *Legis tenorē ſufficit allegare, licet nō allegetur lex*

7 *Appellabatur olim à ſn̄ia Ep̄i ad finitimos Ep̄os.*

8 *Emendare quot modis ſumatur.*

9 *Iuramentum non videtur de ſubſtantia abſolutionis, quia ſola conſuetudine præſtatur.*

10 *Excōicatus conquerens de nullitate excommunicationis eſt vitandus in cæteris, præterquam in articulo excommunicationis proſequendæ.*

11 *Excommunicatus videtur cōtemnere excommunicationē non petendo ipſius abſolutionem.*

12 *Archiepiſcopus qualiter circa abſolutionem excomunicati à ſuffraganeo ſuo verſari debeat.*

13 *Excommunicationis comminatione, ſi præcipiatur aliquid alicui, qui eam contemnat, quomodo debeat puniri.*

14 *Excommunicationis ſententia, vtrum aliquo modo ſit contemnenda.*

15 *Excommunicationem, quis dicatur contemnere.*

16 *Excōcatio quot modis dicatur contemni.*

17 *Excommunicationem, ſi tertius non excommunicatus contemnat, quid dicendum.*

18 *Excommunicati pœna quando contemnit ipſam, quia nullam.*

*Et quia inducit eum ad peccandum. nu. 19.*

*Et quia ſcit eam iniuſtam; Sed tamen non eſt talis quæ inducat eum ad peccandum. nu. 20.*

*Et quid ſi contemnat excommunicationem, quā ſit eſſe iuſtam. nu. 21.*

*Aut excercendo actus prohibitos exeommunicato. num. 22.*

*Aut ſi communicat, vel participat cum alijs, cum quibus non poteſt participare. nu. 23.*

*Aut ſi perſeuerat in excommunicatione. nu. 24.*

*Et tunc aut de pœna arbitrio iudicis imponēda. nu. 25.*

*Aut de pœna, quæ à iure, vel iuris diſpoſitione imponitur. num. 26.*

*Et tunc aut ratione ſimplicis cōtumaciæ. nu. 27.*

*Aut ratiōe delicti. nu. 28. Et hinc. nu. 29. tradit̃ Intellectus. c. quicunq; .11. q. 3.*

*Et .c. rurſus. eadem. 11. q. 3.*

*Et .c. cum contumacia. de hæret. in .6.*

*Et in delicto diſtinguitur de cauſa propter quā quis priuandus eſt beneficio, ac alio iure ſuo, ſiue non. num. 30.*

31 *Perſeuerans in excommunicatione per lapſum anni, perdit ius ſuum, quando agitur merè criminaliter, vel ciuiliter de crimine. non autē quando agitur merè ciuiliter.*

32 *Excommunicatus durans per annum in excommunicationē, quæ fuit lata propter libertatem eccleſiæ eſt in banno imperiali.*

33 *Excommunicatio, vt ſeruetur, & vt vitetur excommunicatus, ad cuius officium ſpectet.*

PER TVAS. Summatur, ſi excōica-
1 tus † ab Ep̄o appellat ad Metropo-
litanum, poteſt ab eo abſolui. Me-
tropolitanus tn̄ volens ſuo Suffra-
ganeo deferre poteſt illum remittere ſibi abſol-
uendū, & tenetur remittere, quādo pro mani-
feſto exceſſu fuit excōicatus; & an̄ abſolutionē
non auditur volens probare ſe iniuſtè excōica-
tum. Secus ſi vult probare ſn̄iam excōicationis
nullam .h. d. Diuidit̃ in quatuor partes prin-
cipales. In prima narratur falſa opi. quæ indu-
cebatur ad deciſionē propoſiti. In ſecūda po-
nitur allegatio pro Archiepiſcopo. In tertia
ponitur allegatio contra Archiepiſcopum. In
quarta ponitur diſtinguēs deciſio. Secunda, ibi,
vtrum. Tertia, ibi, in Sardicen. Quarta, ibi,
nos igitur. Ad introductionem poſitionis ca-
ſus, vide glo. fin. & quod ibi ponitur, conti-
tinebatur vt arbitror ſūb iſta deciſa, infra poſi-
ta hic in principio. Primo not. ibi, ab eccleſia
2 ſeparatus, argu. ꝙ † ſeparatus ab eccleſia, non
videtur poſſe ab ea auxilium obtinere; quia ex-
cluſus ab eccleſia, videt̃ excluſus à remedio ab
eccleſia conceſſo; ſicut excluſus à corpore, vi-
detur excluſus ab omni corporis priuilegio, &
ideò hoc allegabatur ad effectū, vt excōicatus
non poſſet appellare. Sed dic, ꝙ auxilium ap-
pellandi reſpicit defenſionē, quæ eſt de iure na
turali, vt in .l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. & ideò
nulli denegatur, vt in .c. intelleximus. ſ̃ .de iudi.
Vnde allegatio prędicta procedere vr̃ in reme-
dio impugnatiuo, à ſola eccleſia conceſſo. Se-
cus videtur, qn̄ eſſet remedium defenſiuū. Et ex
prædictis infert Do. Anto. quòd licet banni-
tus ſit excluſus à remedio iuris communis &c.
Sed vide de hoc articulo, quia non eſt mate-
ria noſtra, per Bar. in quæſtione, quæ incipit ſta
tuto ciuitatis Lucanæ, & per Bal. in .l. 1. C. de
hære. inſti. & per .D. Nellum in tractatu ban-
nitorum in prima parte ſecundi temporis. q. 5.
3 Secūdo not. ibi, ei non debet, ꝙ nō valet † hoc
argumentum, ſ̃m quod ibi fiebat, quod eſt tale,
videlicet nulla cauſa ſubditorū ſuffraganei de-
fertur ad Archiepiſcopum, niſi per appellatio-
nem. Sed cuilibet excōicato interdicta eſt ap-
pellatio, ergo non ſubditus ſuffraganei, à ſuffra
ganeo excōicatus poteſt abſolui à Metropoli-
tano, maior enim eſt vera ſimpliciter, ſ̃m ea quę
tradunt̃ in .c. paſtoralis. ſ̃ . de offi. dele. & minor
omnino eſt falſa, vt patet ex his, quæ ſtatim di-
xi in p̃cedenti notabili, & ex not. in .c. dilectę. &
in .c. ſignificauerunt. ſ̃ . de excep. de quo latius
dixi in .c. ſacris in decimonono principali artic.
in. 5 .q. prin. in ſecūdo mēbro principali. q. 24.
Et ideò conſequentia non eſt bona, ſ̃m Hoſti.
Et aduerte, quia illi qui conabātur tenere hāc
primam opinionē cōtra Archiepiſcopum, po-
terant melius arguere ſ̃m Abbatē ſub hac for-
ma, videlicet nullus excōicatur ab homine niſi
pro contumacia. 11. q. 3. in .c. nemo. et dixi. ſ̃ .
in .c. nulli, in octauo principali articulo. Sed
contumax non auditur appellans. 2. q. 6. c. ſunt
quorum. ergo excōicatus appellare nō poteſt,

Sed dicit Abbas hoc argumentum ſoluendum
vt not. in.c.ad reprimendam. ſupra de offi.ordi.
Sed tu dic, vt latius dixi, in c.ſacro. in decimo-
tertio principali articulo, in materia remedij
appellationis, in ver. circa ſecundum membrũ,
quando præceſſit excõmunicatio. Tertio not.
3 quòd licet † appellatio interpoſita ab excom-
municatione, non ſuſpendat excõmunicatio-
nem, vt hic, & in.c.paſtoralis. ſ. de app. tamen
talis appellatio operatur effectum deuolutiuũ,
licet non operetur ſuſpenſiuum. de quo latius
dixi in .d.c.ſacro, in artic. & ver. pͣlleg. Quarto
nota bonum modum arguendi à dictione, & a
4 ſufficienti † partiũ enumeratione facit.c.cũ di-
lectus. de iure pat. &.c.fin.de inſtit.&.c.2.ſ.de,
cogna. ſpiri. & not. inſtitu. de ijs qui ſunt ſui,
vel alie. iur. in princ. & in .l. patre furioſo. ff.
eod.tit.tex. & Bart. in.l. 1.ff. vſufruc.le.& in.l.
ex maleficijs. §. hæres, & in .l. obligationum
ferè, §. placet .ff. de act. & obli. Quinto,
5 not. regulam, quòd † Metropolitanus non ha-
bet iuriſdictionem in ſubditos ſui Suffraganei;
niſi per viam appellationis. de quo dic, vt late
dixi, in.c. paſtoralis. ſupra de offic. ordi. Sex-
6 to, not. ex ver. verum, quòd † permiſſo fine
omnia videntur permiſſa, per quæ deuenitur,
ad illum. Facit. c. præterea. ſupra de offic.de-
le.& tex. in.l. ad legatum. & in .l. ad rem mo-
bilem .ff. de procur. Vtrum autem antece-
dentia ad illum finem contingenter, ſeu poſſi-
biliter, licet non neceſſariò, videãtur permiſſa,
vt puta, permittit ſtatutum interfectionem ban
niti, ad ipſius interfectionem ſunt neceſſaria
arma, vel ꝙ intretur per muros Ciuitatis, vel
quid ſimile, vtrum videantur hæc permiſſa.
De armis, diſputauit quidam Do. Thomas de
Aroguidis de Bononia; & dicit, quòd ſic. cu-
ius diſputationem, & deciſionem refert, &
ſequitur Do. Nellus de Sancto Gemi. in tra-
ctatu bannitorum, in ſecunda parte. 2. tem-
poris quæſtio. 48. de vno ſcilicet, intrante
per muros. vide per eundem .D. Nellum in ſe-
cunda parte ſecundi temporis quæſtio. 15. vbi
arguit pro, & contra. Et decidit, quòd talis
ſit arbitrio Iudicis puniendus, tanquam culpo-
ſus, non tanquam doloſus. Septimo, not. ꝙ
7 ſufficit † allegare tenorem legis, licet non alle-
getur lex, ſeu vbi ſit, vel quota. Octauo not,
8 in ver. in Sardicẽſi, quòd olim † à ſententia Epi-
ſcopi appellabatur ad finitimos Epiſcopos, &
ſic ad conſilium prouinciale, de quo hic in glo.
in verbo in Sardicenſi. Nono not. de verbo
9 emendare, quod ponitur † hic pro correctio-
ne iniquitatis ſententiæ, aut opinionis non ve-
re. Quandoq; ponit pro correctione, ſeu ca-
ſtigatione corporali, vt in rubro, & nigro .C.
10 de emen. pro. Decimo † not. quòd iura-
mentum non videtur de ſubſtantia abſolutio-
nis; quia ſola conſuetudine videtur præſta-
ri. de quo dicam. in.c. venerabili. ĩ. eod. in de-
cimoſeptimo principali articulo. Vndeci-
mo not. duas regulas, ad quas quotidie alle-
gatur iſte tex. Prima, quòd dicens excommu-
nicationem nullam, auditur licet non petat ab-
ſolutionem purè, vel ad cautelam. quamuis
ſi velit excommunicatus poſſit petere abſolu-
tionem ad cautelam. Secunda regula eſt, quòd
dicens excommunicationem iniuſtam, non
auditur volens probare eius iniuſtitiam; niſi
ante omnia petat ipſius abſolutionem. Et ra-
tio eſt, quia excõmunicatio, etiam iniuſta, li-
gat quò ad eccleſiam militantem, vt dixi in. c.
ſacris. in decimonono principali articulo in
princip. Et cum ſit in omnem euentum neceſ-
ſaria abſolutio, vt non fruſtra ſpectetur euen-
tus nihil operaturus, iuxta not. in .l. ſi quis ita
ſcripſerit hæredi. inſtitu. de peti. hære. & in .l.
aliquando. §. fin. ff. ad Velle. meritò ante om-
nia debet peti abſolutio. de qua materia la-
tius dicemus. in. c. ſuper eo. ĩ. eod. in vige-
ſimo principali articulo. Et aduerte, quòd
non ſolum in duobus caſibus hic expreſſis au-
ditur volens probare excommunicationem
nullam abſque petitione abſolutionis, ſed
etiam in omnibus caſibus, in quibus allegare-
tur nullitas, de quibus dixi in.c. perpendimus.
ſupra eod. in. 10. principali articulo quæſt. 19.
Iſti enim duo caſus hic ponuntur exempli gra-
tia. ad quod vide, quod dixi in .d.c. ſacro. in de-
cimotertio principali articulo. Duodecimo
11 not. quod excommunicatus conquerens † de
nullitate excommunicationis, eſt vitandus in
cæteris, præterquã in articulo excõmunicatio-
nis proſequendæ. Quod qualiter intelligi de-
beat hodie, declaratum eſt in, c. ſolet. eo. tit. lib.
6. Ad quod vide quod dixi in .c. inter alias.
ſupra eo. in vigeſimo membro, ver. decimaſex-
12 ta declaratio eſt. Decimotertio not. † quòd
excommunicatus videtur cõtemnere excom-
municationem non petẽdo ipſius abſolutionẽ,
quamuis proponat illam iniuſtam. Et ad hoc
allegatur iſte tex. quòd cõtemnens excõicatio-
nem, etiam iniuſtam, ligatur tamẽ ex ſuo con-
temptu. de quo latius dicam ſtatim poſt glo. in
13 vigeſimoprimo princ. artic. Vltimo not. † qua-
liter Archiepiſcopus circa abſolutionem excõ-
municati à Suffraganeo ſuo debet verſari; nã
ſi ſit excõicatus, non pro manifeſta offenſa, ſi ve
lit deferre excõicatori, pôt; ſed non tenetur re
mittere excõicatum abſoluendum ab excõica-
tione. Si verò excõicatio ſit lata pro manifeſta
offenſa, tenetur remittere excõicatũ ad excõi-
catorem; nec poteſt illum abſoluere, niſi ex-
communicatus requiſitus malitioſè denegaret
beneficium abſolutionis. de qua materia, dic,
vt latè dicam in.c. officij. ĩ. eo. in vigeſimoter-
tio principali articulo. Glo. 1. poteſt expediri
per contrarium, & per quæſt. In fi. glo. vel dic
melius, quòd aut excommunicatio fuit lata per
Epiſcopum ad inſtantiam alterius ſubditi, &
non poteſt Archiepiſcopus ſe impedire; niſi de
feretur ad eum per appellationem; quia non eſt
iudex ſubditorũ Epiſcopo, niſi per appellatio-
nem, vt in .c. paſtoralis. ſ. de offi. ordi. Aut
Eṗus excõicauit ex officio ſuo, & tunc pôt. ita
diſtinguit tex. in.c. venerabilis. eo. tit. lib. 6. Ad
quod



quod vide quæ dixi in .c. ſacro. ſupra eod. in
decimotertio principali articulo, & quod dicã
in .c. officij. ĩ. eo. in. 23. artic. Glo. ſecunda
quærit de intellectu iſtius allegationis; & ſoluit
ſoluendo per actũ contrarium, quod fieri poſ-
ſet. In fine glo. dic quòd qualitercunque alle-
gatio hic poſita in principio intelligatur, quòd
excommunicatus non poteſt appellare; quia
præciſus ab eccleſia, falſum eſt, vt. ſ. dixi. Si ve-
ro intelligatur, quòd non poteſt appellare, quia
appellatio non operatur effectũ, vt in .c. paſto-
ralis. ſ. de appel. adhuc eſt falſum, quia licet nõ
operetur effectum ſuſpenſiuũ, operatur tamen
effectum deuolutiuũ, vt hic, & in. c. venerabili-
bus. eo. tit. lib. 6. dixi in.c. ſacro. in decimoter-
tio principali articulo. Glo. ſuper ver. remitten-
di. ſentit contrarium, quòd quis non ſit remittẽ
dus ad Iudicem à quo. & ſoluit, quòd illud eſt
regulare. Fallit in tribus caſibus hic expreſſis
in glo. In fine glo. dic, ſecundum Do. Anto. ꝙ
in his quæ ſunt de iuſtitia proceſſus, iudex ad
quem nõ facit remiſſionem ad Iudicem a quo.
Et ſic procedit regula poſita hic. in fi. glo. In ijs
verò quę facit de gratia ex iuris poteſtate, pôt
deferendo Iudici a quo, remittere appellantem
ad ipſum. Nam iſta abſolutio, ab excommuni-
catione, nõ deberet fieri antequã conſtaret de
cauſa abſolutionis. Sed ius de gratia concedit,
vt antea poſſit abſolui. & ideò poteſt remittere.
de quo latius dicam in.c. officij. in vigeſimoter
tio princip. artic. Glo. ſuper verbo Sardicenſi,
primo narrat, quid iuris eſſet olim ſecũdũ anti-
quos canones in materia noſtra, quando ex-
communicatio diceretur iniuſta. deinde narrat,
quid iuris ſit hodie ſecundum nouas conſtitu-
tiones. In eadem ibi, niſi in is duobus caſibus,
dic, imo idem dicendum eſt in omnibus caſi-
bus, in quibus excommunicatio eſſet nulla, ſe-
cundum quod dixi. ſ. in nono notabili. & in.c.
ſacro. in decimotertio principali articulo. In
fine glo. dic, ſimilẽ glo. habes. 11. quæſt. 3. in.c.
Epiſcopus fortè. Et pro iſtius, & illius glo. de-
claratione, vide quod dixi in .d.c. ſacro. in de-
cimotertio princ. artic. iunctis ijs quæ dicã in
.c. officij. ĩ. eo. in vigeſimotertio principali ar-
ticulo. Glo. ſuper verbo intollerabilem er-
rorem, quærit, quid ſit error intollerabilis, &
ſoluit. deinde arguit in contrarium. & dein-
de ponit opin. Vinc. diſtinguentis, & interſe-
rit quædam contraria, interponẽdo opin. Ioan.
& tandem ponit ſuam opin. In eadem ibi,
aliquid impoſſibile, vel turpe. dic de hoc, vt
late dixi in.c. perpendimus. ſupra eod. in deci-
mo principali articulo. In eadem glo. ibi, ex-
preſſè pronuntiat contra ius ſcriptum, dic de
hac materia, vt latè dixi in .c. 1. ſupra de re
iud. In eadem glo. ibi, & idem dicendum
vbicunque iuncto illo verbo; niſi velit quis ad
cautelam. dic, vt in .c. ſacro. in decimotertio
principali articulo, iunctis ijs quæ dicam in.c.
venerabili. in vigeſimoquinto principali articu-
lo. In fi. glo. dic; de hoc, vt dixi in dicto .c. per-
pendimus. in. 10. articulo, quæſtio. 16. Glo.
ſuper verbo, in quibus caſibus, quærit de in-
tellectu literæ, & ſoluit. In eadem ibi, ſcilicet
præmiſſis. dic, idem eſt in omnibus caſibus, in
quibus ſententia excommunicationis dicere-
tur nulla, vt dixi ſupra in decimo notabili, &
in glo. ſuper verbo in Sardicenſi. Glo. ſuper
verbo, ad cautelam, allegat concordantia, & de-
clarat qualiter concedatur abſolutio ad caute-
lam. In fine glo. dic vt melius dicã, in. c. venera-
bili, in vigeſimoquinto principali artic. Glo.
ſuper verbo, in alijs euitari, quærit de intellectu
litteræ, & ſoluit. In eadem glo. ibi, ſed extra
Iudicium non debet vitari, dic, de hoc, vt late
dixi in.c. inter. ſupra eod. in. 20. principali ar-
ticulo, ver. 17. declaratio eſt & .c. ſacro. in de-
cimotertio principali articulo, in principio.
Glo. ſuper verbo verum in alijs, ſimiliter quæ-
rit de intellectu litteræ, & ſoluit; & in fine ſen-
tit contrarium, & ſoluit. In eadem glo. ibi,
niſi gratiam petat, dic de hoc etiam, vt latius
dicã in .d.c. venerabili. in vigeſimoquinto prĩ
cipali artic. &. in .c. ſuper eo. in vigeſimoquar-
to principali articulo. Glo. penult. colligit
not. ex tex. In fi. glo. dic de hoc, vt ſtatim di-
cam in. 21. articulo in .7. quæſtio. Glo. fin.
in princip. quærit de intellectu litteræ. deinde
quærit de dubitatione iſtius diuerſitatis. &
ſoluit, adaptando caſum litteralem, & vnde ha-
buit ortum dubitatio, & altercatio de qua hic.
Poſtremo iuxta præmiſſum ordinem in rubr.
ſupereſt, vt hic examinemus vigeſimum pri-
mum principalem articulum, videlicet, de pę-
na contemnentis excommunicationem. Pro
cuius articuli clariori declaratione proſequar
infraſcripta membra Primum, de eo qui con-
temnit agere id, quod ſibi præcipitur, non cu-
rãns excommunicationem, ſeu adimplere prę-
ceptum quod factum eſt ſub pœna excommu-
nicationis. Secundum, de eo qui poſtquam
incidit in excõmunicationem, cõtemnit ipſam
excommunicationem. Circa quod ſecundum
membrum proſequar infraſcriptas quæſtio-
nes principales. Prima, an excommunicatio
ſit aliquo modo contemnenda. Secunda, quis
dicatur illam contemnere. Tertia, quot modis
dicatur contemni. Quarta, quando illam con-
temnit tertius non excommunicatus. Quin-
ta, quando eam contemnit excommunicatus,
quia nullam. Sexta, ſi contemnit eo, quòd in-
ducit ad peccatum. Septima, ſi contemnit eam,
quia iniuſtam; ſed non inducit ad peccandum.
Octaua, ſi contemnit eam quamuis iuſtam.
Nona, quando contemnit excommunicatio-
nem, eo, quòd facit actus prohibitos excom-
municatis, attentando ea quæ excommunica-
tus exercere non poteſt. Decima, quid iuris, ſi
participando contemnit. Vndecima, quid
iuris, ſi contemnit perſeuerando, nec curan-
do de abſolutione. Duodecima, ad cu-
ius officium pertineat facere ſeruari excom-
municationem. Circa primum membrum,
de eo qui contemnit adimplere id, quod ſi-
bi præcipitur ſub excommunicationis pœna.

die, quòd aut contemnit; quia aſſerit talem ex-
communicationem non ligare tanquam eccle-
ſia non habeat ad hoc poteſtatem, & talis pu-
nitur, vt hæreticus. Facit quod not. glo. in.c.ge
nerali, de elec. lib.6. & quod not. 19. diſt. c.
nulli fas. Aut contemnit, quia nō vult adimple-
re id, quod ſibi præcipitur, & hoc caſu, ſi non
excuſatur aliqua iuſta cauſa incidit in excom-
municationem, cum ipſi contumaci pro pœna
contumaciæ ſit adiecta excōmunicatio, de qua
materia dicendum eſt, vt latiſſimè dictum fuit
in .c.nulli.ſ̃. eod. in octauo principali articulo,
Secus ſi contemneret eam, quia nullam, vel in-
duceret ad peccandum, vt ſtatim dicam in ſe-
cundo membro, in quinta quæſt, & ſeq. Circa
ſecundum principale membrum pro exami-
natione quæſtionum propoſitarum, Quæro
primo, vtrum aliquo modo ſententia excom-
14 municationis † ſit contemnenda. Sol. dic. ꝙ
data ipſius validitate, quanuis etiam eſſet iniu-
ſta, nō eſt contemnēda, ſed ſeruāda. 11, q, 3.c.1.
Et idem eſt dicendum in qualibet alia ſpecie
cenſuræ eccleſiaſticæ, vt in .c. fin. ſ̃. de exceſ.
præla. Item non eſt vilipendenda, vt ſupra de
priuile.c.vt priuilegia. in fin. Item nec fran-
genda, vt ſupra de conſuetu.c. cum inter. nec
etiam negligenda, vt in .c. cum illarum.ſ̃.eod.
vbi hæc ponunt Hoſti. & Io. And. Et de hoc
vltimo dicetur .j̃. in vndecima quæſt. Secūdo
15 quæro, quis dicatur † illam contemnere. Sol.
dic breuiter, quòd ille dicitur contemnere ex-
communicationem, qui ſcienter, & caſibus à
iure non permiſſis potens illam ſeruare, nō ſer-
uat, ſi teneat, licet etiam ſit iniuſta, ſiue loqua-
mur de exommunicato, ſiue de tertio. Ex præ
dictis primo infertur. In quātum dixi ſcienter,
quòd ille non dicitur contemnere, qui illam nō
ſeruat propter probabilem ignorantiam, nam
talis excuſatur. Et ideò qui in abſentia fuit ex-
cōmunicatus, non punitur pœna contemptus,
nec efficirur irregularis, ſi celebrat ſicut prius,
ſecundum Io. And. & Lapū in .c. 1. de conceſ.
p̄ben. lib.6. per not. in .c. penul. & quod ibi
not. glo. ſ̃. de cle. exco. mi. quia ignorans non
dicitur contemnere, vt ibi not. & in. l. ſi quis in
graui. §. ſi quis ignorans. ff. ad ſcilla. cum ſimil.
quod procedit, ſi ignorantia ſit probabilis; ſe-
cus ſi ſit craſſa, vel ſupina; vt puta, quia fuit per-
emptoriè citatus, nec iuit, nec miſit, propter qđ
fuit excommunicatus, & ſic exiſtens excommu
nicatus celebrat. Nam ex quo ſciebat, ſe tali-
ter citatum, debuit credere, quòd procedere-
tur contra eum ad excommunicationem. Et
ideo fit irregularis; & debet per Papam cum eo
diſpenſari, vt tradit Spec. in tit. de lega. §. iuſta.
ver. vt autē, & Lapꝰ. & D. Domi. in. d. c. 1. de cō
ce. preben. lib.6. Et vide ad prædicta, quæ dixi
in c. inter alia.ſ̃. eod. in vigeſimo principali arti
culo, in quarto membro principali in nona fal-
lentia. Et quod dixi in c. perpendimus ſupra
in decimo principali articulo, quæſt. nona. Se-
cundo ſequitur ex predictis in quantum dixi in
caſibus à iure non permiſis, ꝙ ille non dicitur
contemnere, qui ex priuilegio perſonæ in caſi-
bus à iure permiſis, nō ſeruat excōmunicatio-
nem, etiam iuſtam, ſiue loquamur in ipſo excō-
municato, ſiue in tertio. Ad quod vide quod
latius dixi in .d. c. inter. in quarto mēbro prin-
cipali, quaſi per totum. Tertio ſequitur ex præ
dictis inquantum ſupra dixi ſi poteſt illam ſer-
uare, quòd non dicitur ille contemnere, qui ꝑ-
pter aliquam neceſſitatem, vel propter aliquod
iuſtum impedimentum non ſeruat excōicatio-
nem etiam iuſtam. Ad quod vide, quod dixi in
dicto quarto membro. Quarto ſequitur ex pre
miſſis dum dixi. ſup̄ ſi teneat licet iniuſta; quia
non dicitur ille contemnere qui non ſeruat ex-
communicationem ſi eſt nulla, nec etiam ſi in-
ducit ad peccandum, vt ſtatim dicam in. 5. & .6.
16 quæſt. Tertio quæritur † quot modis dicatur
excommunicatio contemni. Sol. dicit Io. An.
in.c. dilecto. eo tit. lib.6. in nouella, quòd mul
tis modis dicitur contemni. Primo, quādo ex-
communicatus accumulat culpam culpæ. Se-
cundo quando ex certa ſcientia intrat eccleſiam
quando non dicitur officium. 24. quæſtio. 3.c.
clericus. 25. diſt. c. 1. circa prin. niſi cauſa prę-
dicationis. Ad quòd vide quæ dixi in.c. ſacris.
ſup̄ eo. in. 19. princi. articu. in quæſt. 2. prin.
in. 17. dubio, & duobus ſequentibus. Tertio
dicitur etiam contemnere qui non intrat eccle-
ſiam; ſed ad valuas audit officium, quòd eſt
contra iura, vt in .c. quod in te. ſupra de pęni.
& remiſ. de quo dic, vt dixi in.d.c. ſacris. in. 19.
principali articulo in. 2. quæſtio. in. 17. dubio,
& duobus ſequentibus. Quarto dicitur, con-
temnere; quia communioni catholicorū quos
vitare poteſt, ſe ingerit, de cle. excom. mi.
c. illud. §. illud. de quo late dictū fuit in. c. inter,
in. 15. arti. Quinto quia nimis dormit in ſen-
tentia excommunicationis, vt hic de quo ſta-
tius dicam in, 11. quęſt. Sed tu breuiter potes
concludere, quòd totiens quis dicitur con-
temnere, & tot modis; quotiens, & quot mo-
dis agit illud, quod ſibi prohibetur, ſiue loqua-
mur reſpectu tertij agentis eſſe ſibi prohibitam
cum excommunicato, ſiue loquamur de ex-
comnicato qui actum ſibi prohibitum attentet
de quo late dictum fuit, in.d. c. ſacris. in. 19.
principali articulo, & in.c. inter. in. 20. prin-
cipali articulo. Sed omnes modi videntur poſſe
reduci ad tres, vel quia contemnit authoritatē
ſecundum quā dixi ſupra in primo mēbro. Vel
quia contemnit exercendo actus prohibitos de
quibus in. 19. & .20. articulis. Vel contemnit
perſeuerādo, in eo de quo ſtatim, in. 11. quęſt.
Quarto quęritur, qn̄ non excōicatus; ſed ter-
17 tius cōtemnit † excōicationē. Sol. breuiter dic,
quia aut contemnit quia diceret apud eccleſiā
nō eſſe hanc potētiā, & dic, vt dixi. ſ̃. in primo
mēbro. Si verò cōtemneret aliter puta cōican-
do ipſi excōicato, diſtingue, vtrū cōicetur in cri
mine, vel extra crimē, ſm̄ ea quę latiꝰ dixi ſupra
eo. in. c. inter. in. 20. prin. artic. in tertio mēbro
prin. Aduerte tū, quia ꝑpter talē cōtemptum
participās excōicato etiā aliter quā in crimine
puta



puta locutione, cibo, & potu, &c. poſſunt ag-
grauari, & maiori excommunicatione excōmu
nicari, vt in.c. 3. eod. titu. lib.6. Notat Archid.
11.q. 3.c. 3. Et qualiter talis fieri debeat, dixi
in.c. perpendimus.ſ̃. eod. in decimo prin. artic.
q. 28. Quinto quæritur de pœna ipſiuſmet
excommunicati contemnentis ipſam excom-
18 municationem. Et primo, † quando ipſam con-
temnit, quia nullā. Sol. dic, ꝙ talis nulla pœna
punitur. Talis enim excommunicatio nec ti-
menda, nec tenenda eſt, ſecundum Hoſtien. in
ſumma. eod. titu. §. quis ſit effectus. ver. quòd
qualiter quis. dicitur non ſeruare. Excommu-
nicationis enim nullæ, nullus eſt effectus, vt di-
xi in.c. ſacris.ſ̃. eod. in decimonono prin. artic.
in princ. vbi vide. Aduerte tamen, quia in du-
bio quis debet potius putare ſe excommunica
tum, & excommunicationem valere. Ad quod
vide qđ dixi in dicto decimonono artic. in de-
19 cimaſeptima. q. prin. Quæritur ſexto, † quid
ſi ipſemet excommunicatus contemnit præce-
ptum excommunicationis, & ſententiam, eo ꝙ
induceret eum ad peccandum. Sol. dic, quòd
talis nulla pœna punitur, immò debet illā con-
temnere, vt in.c. inquiſitioni. j̃. eo. Facit quod
not. in.c. ſacris.ſ̃. quod met. cau. & quod dixi
in.c. perpendimus.ſ̃. in decimo princ. articulo.
20 q. 16. Septimo quæritur, quid † ſi excommu
nicatus contemnit excommunicationem, quia
ſcit eam iniuſtam; ſed tamen non eſt talis, quæ
inducit ad peccādum. Sol. arbitror diſtinguen
dum, ꝙ aut quæritur qua pœna iſte ſit punien-
dus quò ad homines, & dic, ꝙ ſi contemnit,
quia dicit eccleſiam non ligare propter defectū
clauium, & fortè punietur vt hæreticus, vt dixi
ſupra in prin. iſtius articuli. Sed ſi diceret eam
non ligare quò ad Deum, non punietur tali pœ
na, quia non ligat, vt ſtatim dicam. Si verò ex-
communicatus aliter contemnit excommuni-
cationem iniuſtam, illam non ſeruando; ſed im
miſcendo ſe de actibus prohibitis, dic, quòd ta
lis punitur quò ad homines, & eccleſiam mili-
tantem, ac ſi contemneret excommunicationē
iuſtam. Sed quò ad Deum talis ſententia in ſe
non ligat, vt dixi in.c. ſacris.ſ̃. in decimonono
prin. artic. in prin. in ver. circa ſecundum mem
brum. Et ideò ſi iniuſtè excommunicatus dice-
ret excommunicationem, vel eccleſiam non li-
gare quò ad Deum, propter hoc non punire-
tur vt hereticus, eo ꝙ verum diceret, & eo quia
illud dictum Math. apoſt. c. 16. Quodcunq; li-
gaueris, &c. & tranſumptiuè. 24. q. 1.c. quod-
cunq;. intelligitur, quòd ligatus per eccleſiam
militantem, intelligitur ligatus quò ad Deum,
quando eſſet ligatus claue non errante, vt dixi
in dicto decimonono artic. ver. circa ſecundum
membrum. in princ. articuli. Sed tamen ſi talis
excommunicatus aliàs ex facilitate, non ex cō-
temptu communicaret, aut alios actus excom-
municato prohibitos attentaret; tunc aliter nō
punitur. Si verò facit ex contemptu, niſi quan
tum effectus excommunicationis habet ex iu-
ris diſpoſitione, vt actus ille non valeat, vel ab
ipſo repellatur, ſecundum ea, quæ latè dicta fue
runt in.d.c. ſacris. in decimonono princ. artic.
per totum. Sed ſi ex contemptu, credens tamen
eccleſiam militantem ligare etiam per iniuſtam
excommunicationem, non ſeruaret, dicendum
eſt, quòd etiam quò ad Deum talis incidit in
peccatum mortale, & excluditur à regno cœlo-
rum. 11. quæſt. 3.c. nemo. Vnde propter con-
temptum ſententiæ excommunicationis, ſen-
tentia ipſa iniuſta, efficitur iuſta quò ad prædi-
ctum effectum, vt probatur hic in tex. noſtro in
ver. verum ibi, ne ſententiam eccleſiaſticam. &
11, q. 3. §. cum ergo. & . §. hæc. & ſimil. & . 24.
quæſt. 3.c. notandum. in fi. Vnde licet quò ad
Deum prius non ligaretur, nunc ligatur, vt dixi
in dicto ver. circa ſecundum membrum. in præ
dicto decimonono artic. Septimo quæritur
21 de excommunicato contemnente † excommu-
nicationem iuſtam. Sol. dic, ꝙ aut contemnit,
quia dicit eccleſiam non habere poteſtatem li-
gandi, & dic, vt dixi in princ. Aut contemnit
ex alia temeritate, & dic, ꝙ aut contemnit fa-
ciendo actus prohibitos, & dic, vt dicam in ſeq.
quæſt. Aut contemnit communicando, ſeu
participando, & dic vt dicam in decima quæſt.
Aut contemnit perſeuerando in excommuni-
catione, & dic vt dicam in vndecima quæſt.
Octauo quęritur de pœna excommunicati, qui
contemnit excommunicationem faciendo, ſeu
22 exercendo actus ſibi prohibitos, † vt puta, exer
cendo ſpiritualia, exercendo iudiciaria, vel ſimi
lia. Sol. qualiter talis puniatur, reſpectu inuali-
ditatis geſtorum per eum latiſſimè actum fuit
in.d.c. ſacris. in decimonono princ. artic. per to
tum. Sed reſpectu diuinorum officiorum, aut
ordinum ſi ſit regularis excommunicatus, qui
faciat ſe promoueri, eſt ſuſpenſus; ſi ſecularis
deponendus eſt; vt in.c. cum illorum. ſupra eo.
& ibi per. d. Anto. & . D. m. & Doct. Nec poteſt
ſecundum Io. And. & Doct. ibi diſpenſari cum
tali, niſi per ſolum Papam, non ſolum ſi excom
municatio erat talis, cuius abſolutio reſeruaba-
tur Papæ, prout loquitur tex. in. d. c. cum illorū.
Sed etiam ſi erat talis excommunicatio, à qua
Epiſcopus poterat abſoluere; nam per hoc
non potuit Epiſcopus cum tali diſpenſare; quia
effectus eſt regularis, cum quo nullus extra Pa-
pam poteſt diſpenſare, vt in.c. 2. & . 3. ſupra de
cler. excom. miniſt. vt dixi poſt Doct. & in.c. 1.
& . 2. ſupra de eo qui fur. ordi. rece. vbi patet, ꝙ
cum recipiente ordinem poſt excommunica-
tionem ſolus Papa diſpenſat. Et ſequitur. D. m.
in. d. c. cum illorum. Et ſic patet ex prædictis,
ꝙ poteſtas diſpenſandi eſt maior, durior, ſeu
difficilior vt concedatur, quàm poteſtas abſol-
uendi. de quo dicam in. c. officij. j̃. eod. in vige-
ſimotertio princ. artic. Et adde ad hanc mate-
riam quod dixi in.c. illud. de cler. excom. mini.
& quæ remittendo dixi in. d. c. ſacris. in decimo
nono prin. artic. in ſecunda quæſt. princ. de pœ
na excommunicati attentantis ſpiritualia. & ibi
etiam in tertio membro, remittendo dixi, an
cum eo valeat diſpenſari, & quis poſſit diſpen-
ſare.

ſare. Et vide, quòd excommunicatus celebrãs,
ſi monitus non deſiſtat ad requiſitionem iudi-
cis eccleſiaſtici, poteſt per ſæcularem iudicem
damnari exilio, vt in.c.2.§.de cle.excom.mini.
& vide quod ibi dixi. Decimo quæritur, quid
23 iuris, † ſi excommunicatus contemnit excom-
municationem, eo ꝙ communicat, vel partici-
pat cum alijs, cum quibus non poteſt partici-
pare. Sol.circa hoc, dic vt latius dictum fuit in
.c.inter.§.eod.in vigeſimo princ. artic. per to-
tum. Aduerte tamen, ꝙ ratione contemptus
iſtius excommunicati propter talem participa-
tionem, & ex quo excommunicatus indureſcit
propter illam, poteſt iudex in maiorem pęnam
ipſius, præmiſſa monitione maioris excommu
nicationis, ſentẽtiam proferre in omnes ſecum
participantes, vt in.c.3.in fi.eod.titu.lib.6. dixi
in.d.c.perpẽdimus.in decimo prin.artic.q.28.
Poſſet etiam iudex contra talem ratione con-
temptus procedere ad aggrauationem, adiun-
gendo aliam excommunicationem, vel pœnam
ipſi excommunicato præſumptuosè, & in con-
temptum immiſcentis ſe communioni homi-
num; nam ratione nouæ contumaciæ, & inobe
dientiæ, poteſt, licet ſit excommunicatu , iterũ
excommunicari, vt dixi in.c.nulli.§.eo.in octa-
uo princ.artic.& ſpecialius in.c.cum pro cauſa.
§.eod.in vndecimo princ.artic. Et adde quæ ſta
tim dicam in ſequenti quæſtione. Vndecimo
quæritur de pœna excommunicati, qui contẽ-
24 nit † excommunicationem, perſeuerando in ea,
nec curando petere abſolutionem. Solu. ego
arbitror diſtinguendum, ꝙ aut quæritur de pœ
na arbitrio iudicis imponenda, aut quæritur de
pœna, quæ à iure imponitur, vel de iuris diſpoſi
tione imponenda eſt ratione talis perſeueran-
25 tiæ. Primo caſu dic, † ꝙ iudex ex arbitrio ſuo,
ſi viderit expedire, poteſt, vt arbitror talem ag-
grauare, vel ſimilem infra annum imponendo
pœnam, vel mulctam pecuniariam. Item ſu-
ſpendendo eum, & priuando à beneficio, &
officio; poterit enim iudex præcipere tali perſe-
ueranti in contumacia, & excommunicatione,
ꝙ debeat obedire ſub tali pœna pecuniaria, vel
adiecta pœna alterius excommunicationis, vel
ſimili pœna ſuſpenſionis, vel priuationis bene-
ficij, vel officij, vt dixi in.d.c.perpendimus. in
decimo princ.artic.quæſt.30. Hoc tamen, vt
arbitror, fortè procedit, quando quis fuiſſet
excommunicatus ratione ſimplicis contuma-
ciæ. Secus ſi ratione delicti; quia tunc fortè non
poſſet aliter aggrauari, ex quo ius operatur pœ
nam iſtius contumaciæ, & perſeuerantiæ; quia
ſi perſeuerat in excommunicatione per annũ,
habetur pro cõfeſſo; & poteſt puniri, ac ſi con-
feſſus eſſet illud delictum, per quod fuit excom
municatus, per ea, quæ ſtatim dicam. Secundo
26 caſu, † de pœna, quæ imponitur à iure ratione
perſeuerantiæ diſtingue, ꝙ aut quis fuit excom
27 municatus ratione † ſimplicis contumaciæ. aut
ratione delicti, de quo quis eſt accuſatus, vel in-
quiſitus per contumaciam ſuam, excommuni-
catur. Primo caſu non reperio, ꝙ talis perſeue-
rãs in excommunicatione, puniatur aliqua ſpe
ciali pœna. ĩ.annum, vel poſt annum. Nam.c.cũ
bonæ.ſupra de æta.& qualita.&.c.rurſus. &.c.
quicunque. 11.q.3. &.c.cum contumacia. de
hæreti.lib.6. quæ imponunt certas pœnas rõne
contumaciæ, loquuntur in excommunicatione,
vel ſuſpenſione ratione delicti. Vnde arbitror
ꝙ ſolus iudex arbitrio ſuo poterit talem puni-
re alia pœna, tàm.ĩ.annum, quàm poſt annum,
vt ſupra dixi. Secundo verò caſu, quando quis
28 fuit excommunicatus ratione delicti, † tex.lo-
quuntur variè, & variæ ſunt Docto.opin. Tex.
enim in.d.c.rurſus.& in.c.quicunque. videntur
requirere annum reſpectu pœnæ à iure impo-
ſitæ. Et ad idem.c.cũ contumacia.eod.tit.lib.6.
&.c.excommunicamus. 1.§.ſi verò.ſupra de hę
reti. Sed tex.in.c.cum bonæ. videtur exigere,
ꝙ per triennium debeat perſeueraſſe. Tex.verò
in.c.ex tuæ.de cler.non reſid.videtur ſolum exi
gere ſex menſes, ita quòd ſolum per ſex mẽſes
debeat expectari. Doct.etiam in hac materia va
riè loquuntur. Glo.enim in.d.c.cum bonæ. &
glo.fi.in.c.1.ſupra de iudi.& communiter* te- Côm.opi.
nent, quòd ſufficiat annus. Et idem Innocen.&
Hoſt.in.d.c.cum bonæ. Et ad illum tex.qui lo-
quitur de crimine, reſpõdet, quòd narrat factũ,
non iuris miniſterium. Vel ſecundum Innoc.
dicendum eſt, ꝙ illud.c.cum bonæ. mitigat ri-
gorẽ antiquorum canonum, dicentium, quòd
excommunicatus ſtatim poſt excommunica-
tionem poterat deponi à beneficio; niſi diceret
de iniuſtitia excommunicationis. 11.q.3.c.ſi
quis pręsbiter. ſed illud intelligitur in eo, qui
poſtea celebrauit. Item dicit Innoc. hoc caſu,
quãdo ſtetit in excommunicatione per annum
locus eſſet excommunicationi per ſententiam;
& talem ſic priuatum beneficijs hac cauſa vlte-
rius non audiri pro illis lapſo anno; ſed ſolum
poterit audiri ſuper crimine, pro quo fuit ex-
communicatus. arg.l.2.C.de requi.re. vel ſaltẽ
ſolus lapſus anni abſque alia monitione, vel ſen-
tentia ſufficit, ne vlterius audiatur ſuper iſtis be
neficijs. Hoſti.verò in.d.c.cum bonæ, remittit
ad not.in.c.quęrenti.de off.dele. & in.c.excom
municamus.§.1.de hæreti.& in.c.fi. de pœn.
Non obſtat.c.ex tuæ.de cle. non reſid. quia lo-
quitur ſolum de latitante; diſponens quanto
tempore debet expectari, ad hoc, vt debeat pri-
uari beneficio. Sed nos loquimur de præſente
contumace, & excommunicato; nam non quæ-
rimus de priuatione beneficij ꝑpter abſentiã,
de quo in.d.c.ex tuę.& in.c.quoniam. §. ſi ve-
rò.ſupra vt lit.nõ conteſt. Sed agimus de priua-
tione fienda propter perſeuerantiam in excom
municatione; & ſic ſolum venit diſcutiẽdus in-
tellectus.d.c.rurſus. &.c.quicunque. & ſimil.
29 Pro quorum † intellectu.D.m.in.c.1. ſupra de
iudi.in glo.fi.dicit aduertendum eſſe, quòd plu-
res opiniones illorum capitulorum reperiun-
tur. Spec.in tit.de accuſa.§.ſequitur. in princ.
tenet, quòd excommunicatus poſt lapſum anni
amplius ſuper beneficio non audiatur; ſed ex
tanta contumacia habeatur pro confeſſo. Et ſen
tit, ꝙ



tit, ꝙ non ſit priuatus ipſo facto beneficio. Di-
cit enim, quòd poſt annum ſententiæ excom-
municationis poterit aggrauari, procedendo
ad ſuſpenſionem, vel priuationem. Et idem ſen-
tit glo.fina.in.d.c.1.de iudi. Glo. verò in.d.c.
rurſus. dicit, ꝙ auditur ſuper crimine, ſed nõ au
ditur ſuper beneficio. Quod etiam ſentire vi-
detur glo. in.d.c.1. & Collect. in.c.contingit.
ſupra de dol. & contuma. vbi ſentit, ꝙ ſolo ex
tranſcurſu anni priuetur beneficio. & clarius
tenet Inno.in.d.c.cum bonæ. vt ſupra dixi. &
ſequitur Archid.in.d.c.rurſus, quanuis Hug.ibi
videatur tenere opin.Specu.quam ſupra retuli.
D.Anto. fuit ſibi contrarius; nam in prædicto
.c.1.de iudi.dicit, ꝙ ſuper alijs beneficijs audi-
tur. Sed in.c.veritatis.§.de do.& contu.dicit, ꝙ
non auditur; ſed per omnia habetur pro con-
feſſo. D.m.in.d.c.1. dicit conſiderandum eſſe,
ꝙ.d.c.rurſus. &.c.quicunque. nullam faciunt
mentionem de beneficijs; ſed ſolum dicunt, ꝙ
nulla vox eorũ, qui ſtant in excommunicatione
per annum, audiatur. Et ſic apertè volunt, quòd
ſuper crimine non ſint audiendi; quaſi iuris in-
terpretatione habeantur pro confeſſis. & ſic in-
fertur, ꝙ non debet quis priuari beneficio in-
differenter propter perſeuerantiam in excom-
municatione prolata ratione delicti; quia non
debet plus operari ficta confeſſio, quàm vera.
Nam ſi quis verè confeſſus eſſet paruum deli-
ctum, non priuaretur beneficio. 16.q.7.c.inuen
tum. ergo longè minus debet priuari ꝑpter fi-
ctam confeſſionem, quæ inſurgit ex tali perſe-
uerantia in excommunicatione per annum.
Diſtinguit igitur.D.m.ſic, ꝙ aut tota cauſa pro-
30 pter quam quis excommunicatur, eſt † digna pri
uatione beneficij, ſeu iuris. Et tũc propter per-
ſeuerantiam in excommunicatione per annum
erit priuatus ipſo iure, ſed opus eſt ſententia.
Et ſic reducuntur ad concordiam prædictæ opi
niones contrariæ. Aut illud delictum, propter
quod fuit excommunicatus, non inducit pri-
uationem ipſo facto, nec etiam dat facultatem
priuandi, quia eſt paruum, nec eſt dignum pri-
uatione beneficij; & tunc per lapſum anni nec
erit priuatus, nec priuari debebit; ſed impone-
tur pœna arbitraria, ac ſi verè fuiſſet confeſſus
illud delictum. ſi modo pro tali delicto certa pę
na non ſit iure expreſſa. Secus ſi certa pœna
eſſet expreſſa. Ad quod vide quod in ſimili dixi
in.c.fin.ſupra de purga.cano. in decimoquarto
princ. artic. vbi tractaui de pœna deficientis in
purgatione. Nec obſtat ſi diceretur, ꝙ ex eo ꝙ
ipſe perſeuerauit in excommunicatione per an-
num, & ſic ex hoc nouo delicto debet priuari
beneficio; quia reſpondeo, ꝙ ſufficit, ꝙ propter
hoc delictum habeatur pro confeſſo. neque.n.
debet publica pœna affici. ſupra de iudi.c.at ſi
clerici.in fi. Nec pœna ex pœna procedere, vt
ſupra de conceſſ.præben.c.quia diuerſitatem.
not. glo. in reg.imputari.de reg.iur.lib.6. Fa-
tetur tamen.D.m. ꝙ ſi talis adhuc perſeuerat in
excommunicatione indurato corde poſt lapsũ
anni, ꝙ ex hoc nouo delicto contracto, poſtquã
habitus fuit pro confeſſo, cum ex tanta perſeuẽ
rantia non videatur carere ſcrupulo hæreticæ
prauitatis, poterit priuari beneficijs. Et ſic alio
modo poteſt intelligi.d.c.cum bonæ. vbi pon-
deratur, quòd per triennium ſteterat in ſuſpen
ſione; non enim ſufficiebat alius annus, ſecundũ
plurium Docto.opin. Et ad prædicta vide bo-
nam glo.in.c.cum contumacia.de hæreti.lib.6.
Et dicit, ꝙ etiam in alijs criminibus ab hæreſi,
ſtans in excommunicatione per annum, habe-
tur ꝓ conuicto de illo crimine. Pro quo facit
optime tex.ille. Item quia ſi propter talem per-
ſeuerantiam in crimine hæreſis, quod eſt maxi-
mum, & grauiſſimum, habetur ꝓ conuicto, for-
tius hoc debet teneri in reliquis delictis, non ita
grauibus. Et ſi tu quæreres, vnde inſurgit ta-
lis confeſſio, & conuictio, Reſpondeo, quòd in-
ſurgit ex his, quæ not.in.c.nullus. ſupra de præ-
ſump.& in.d c.cum contumacia. Nam ex ſola
contumacia, eo ꝙ contumax ſubterfugit iudi-
cium, præſumitur nocens, & confiteri. Et quan-
uis talis confeſſio non ſufficiat ad condemnatio
nem, vt.d.c.nullus. tamen ſecuta poſtea con-
demnatione excommunicationis, & data perſe
uerantia per annum, augetur illa præſumptio,
& efficitur vehemens, vt.d.c.cum contumacia.
ita quòd tunc ſufficit ad condemnationem,
arg.c.afferte. ſupra de præſumpt. Ex his dicit
D.m.apparere verum intellectum dictorum.c.
rurſus. &.c.quicunque. & ſimil. & ſuper qua ra
tione fundatur eorum deciſio. Et ad prædicta
adde, & not. quod dicit glo.in.c.contingit. ſuꝑ
de dol.& contu. quæ ſingulariter vult, quòd il-
la cap.non habeant locum, quando agitur merè
31 ciuiliter. Quo caſu † excommunicatus per la-
pſum anni non perdit ius ſuum, ſed ſolum ven-
dicat ſibi locum, quando agitur merè criminali-
ter, vel ciuiliter de crimine; nam tunc in odium
criminis contra contumacem, & tanto tempo-
re perſeuerantem in excommunicatione, inſur-
git maxima præſumptio criminis. Qualiter au-
tem interea pendente excommunicatione, etiã
infra annum, debeãt fructus beneficiorum ſub-
trahi beneficiato, latiſſimè dixi in.c.ſacris. ſuꝑ
eod.in decimonono prin.artic. in ſecunda quę-
ſtione prin.in decimoquarto dubio. Item ad-
uerte etiam circa prædicta, quòd durans in ex-
32 communicatione per annum, quæ fuit lata ꝓ-
pter libertatem eccleſiæ, eſt in banno imperiali,
vt not. in auth. item quęcunque. C.de epiſc.&
cleri. Duodecimo principaliter quęritur, ad
33 cuius officium † pertineat facere ſeruare excom
municationem, & vitare excommunicatum.
Sol.dic, quòd tàm ipſe excommunicatus, quàm
etiam quilibet tertius, debet eſſe ſibi in hoc of-
ficioſus, vt ſeruet, & ſeruari faciat excommuni-
cationem. Sed per viam iuriſdictionis, & pote-
ſtatis compulſiuæ, tex. in.c.præcedenti vult, ꝙ
ad officium Epiſcopi pertineat ſeruare excom-
municationem, & excommunicatum vitari. Et
idem ego arbitror de quolibet ordinario iuriſ-
dictionem habente, qui ex officio ſuo, & etiam
ad requiſitionem excommunicatoris, debeat
facere

facere illam ſeruari. Facit quod traditur in.c.ad reprimendam.ſupra de off.ord.iuncto.c.pia. in fi.de excep.lib.6.Et idem dicerem de delegato, donec durat eius poteſtas, & reſpectu iuriſdictionis delegatę,& in eorum quos poteſt exercere iuriſdictionem. Et ſic ex prędictis habes expeditum vigeſimumprimum articulum.

## Cap. XLI. Si Aliquando.

*SVMMARIVM.*

1 *Papa ſi in literis ſuis ſalutet excommunicatum, propter hoc non intelligitur illum abſoluere.*

2 *Excommunicatus non eſt ſalutandus etiam per literas.*

3 *Ignorantia præſumitur ob negligentiam, multiplicem occupationem agendorum, & ſurreptionem.*

4 *Excommunicatio qualiter tollatur quò ad Deum; & eccleſiam triumphantem.*

1 SI ALIQVANDO. Licet†Papa in ſuis literis ſalutat excommunicatum, propter hoc tamen non intelligitur illum abſoluere. h. d. Primo ponit dictum. Secundo cauſam aſſignat ibi,cum per ignorantiam. Primo not. argu-
2 mentum, quòd excommunicatus†non eſt ſalutandus, etiam per literas; de quo dic,vt dixi in.c.inter.ſupra eod. in vigeſimo princ. artic. in ſecundo membro prin. Secundo not.ſummarium, quod procedit non ſolum in excommunicato à Papa, prout hic loquitur tex. ſed etiam in excommunicato ab inferiore, cum de illis minor eſſet dubitatio, eo quòd in facto alieno ignorantia præſumitur, & hic dixit de excommunicato ab Apoſtolica ſede, quia maius erat dubium de ipſis, & potuit eſſe duplex ratio dubitandi. Prima,quia ex quo Papa communicat, & communicare non debet niſi præcedente abſolutione, per conſequens videtur velle neceſſarium antecedens. Item quia ex quo ſalutat eum, & ipſi non poteſt eſſe ſalus ſine abſolutione,& per hoc videbatur ipſum velle abſoluere. Rationes autem decidendi in cõtrarium ponuntur hic in tex. Item procedit ſummarium,ſiue ſalutat ſimpliciter, ſiue ſolito morę; vt puta,ſi diceret ſalutem in domino,& apoſtolicam benedictionem,vel per ſimilia verba,ſecundum Io.And. Et hæc procedunt, niſi Papa ex certa ſcientia ſalutaret illum quem ſciret excommunicatum, & hoc conſtaret;quod conſtare dicitur,ſi exprimat, de quo hic in glo. Sed materiam hanc latius examinabo in.c.venerabili.j̃.eod.in vigeſimoquinto princ. artic. Vltimo not.tria, quæ excludunt certam ſcientiam in actu,ſeu ex quibus probatur, ſeu præ-
3 ſumitur ignorantia;†videlicet negligentia,multiplex occupatio agendorum, & ſurreptio. Glo.1. colligit qualiter non debemus ſalutare excommunicatum,& aſſignat duplicẽ cauſam, limitando tamen quod ſupra dixit. Deinde quærit, & arguit pro vtraque parte, & recitat opin.& ſoluit. & in fine decidit aliam quæſtionem. In eadem glo.ibi, ſalutandi non ſunt. de hoc dic, vt dixi in.c.inter. ſupra in vigeſimo prin.artic.in ſecundo membro. In eadem glo. ibi,quæ pertinẽt ad eorum ſalutem, dic de hoc vt dixi in.d.c.inter. ſupra eo. in vigeſimo artic. in tertio membro,in ſeptima fallentia. In eadẽ glo.ibi,ſed pone quòd Papa; Dic de hac materia vt latè dicam in.c.venerabili.j̃.eod.in vigeſimoquinto princ. artic. In ea. glo. in fi. dic de hoc, vt dixi in.d.c.inter. ſupra eo. in vigeſimo prin.artic.in quarto membro,in quinta fallen. Poſtremo ſupereſt, vt iuxta præmiſſum ordinẽ in rub. examinemus hic vigeſimumſecundum
4 articulum,in quo tractandum eſt,†qualiter excommunicatio tollatur. Circa quem articulũ breuiter dic, quòd excommunicatio tollitur per abſolutionem quò ad eccleſiam militãtem, & quò ad Deum per ſolam cõtritionem, vt hæc ꝓbantur in.c.cum deſideres. & in.c.à nobis.2. ſupra eod.in.c.ſacro.j̃.eod. & in infinitis alijs iuribus allegandis in tribus princ. articulis ſeq. declarandis,& examinandis in gloſis ſuis. Debet autem fieri abſolutio ab eo,qui poteſtatem habet abſoluendi, vt dicam in.c.ſeq. in vigeſimotertio prin.artic. Et de excommunicato qui meretur abſolutionem, de quo dicam in.c.ſuper eo.j̃.eod.in vigeſimoquarto princ.artic. & ſub debita forma,de quo dicam in.c.venerabili. j̃.eod. in vigeſimoquinto princ. artic. quibus concurrẽtibus, qualiter abſolutus effectum abſolutionis, & alios effectus conſequatur, videbimus in.d.c.venerabili.j̃.eod. in vigeſimoſexto principali articulo.

## Capitulum. XLII. Officij.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus à pluribus prælatis, non eſt communioni reſtituendus, ſi ab vno tantum abſoluitur,vel ſi abſoluatur de vna cauſa tantum,quando ob plures fuit excommunicatus.*

2 *Delictorum multiplicationem ſequi debet multiplicatio pœnarum.*

3 *Excommunicandi poteſtas eſt iuriſdictionis.*

4 *Prælati plures poſſunt habere iuriſdictionem in perſonam vnius clerici.*

5 *Cauſatum vt remoueatur, neceſſarium eſt vt remoueatur omnis radix cauſæ. Intelligendo tamen vt ibi,remiſſiuè.*

6 *Abſolutio ab excommunicatione, obtẽta per ſurreptionem non valet.*

7 *Peccatis multis irretitus ſi de vno confiteatur omiſſis alijs, non prodeſt ei hæc confeſſio quò ad vitam æternam.*

8 *Abſoluere ab excommunicatione quis poſſit quò ad Deum.*

9 *Abſoluere ab excommunicatione quis poſſit quò ad homines reſpectu excommunicationis minoris.*

10 *Archiepiſcopus non eſt iudex ſubditorum ſuffraganei etiam in foro pœnitentiali, niſi quando viſitat.*



11 *Abſoluere ab excommunicatione maiori inflicta à canone ſeculares clericos, vel laicos, quis poſſit.*

12 *Inferior à ſummo Pontifice vtrum poſſit interdicere poteſtatem excommunicandi ipſis inferioribus.*

13 *Archiepiſcopus quò ad totam prouinciam non poteſt ſine ſuffraganeis ſuis ſtatuta condere.*

14 *Ius interpretandi canonem ad eum ſpectat,ad quẽ ſpectat eum condere.*

15 *Abſolutio excommunicatorum per canonem eſt delegabilis.*

16 *Sacerdos ſimplex in caſu neceſſitatis poteſt abſoluere ab excommunicatione.*
*Et an ĩ caſu obſidionis,vel alio ſimili caſu.nu.19*
*Et an mulierem prægnantem. nu.20.*
*Et an laicus.nu.17.*

18 *Laico quis poteſt confiteri in neceſſitate; ſed laicus non poteſt illum abſoluere,vel ligare. Confitens tamen propter dictam contritionem efficitur dignus venia.*

21 *Epiſcopus proprius non poteſt abſoluere eum, qui communicauit in crimine cum excommunicato, ſed debet is abſolui ab Epiſcopo, qui excommunicauit eum, cum quo communicauit.*
*Neque reges,ac Principes,qui agentes prohibita in.c.quicũque.de ſen.excom.incidũt in excommunicationem ipſo facto; Et non impetrant abſolutionem à ſuo Epiſcopo infra duos menſes.nu.22.*

23 *Scholaris an poſſit abſolui ab Epiſcopo loci,in quo ſtudet.*

24 *Archiepiſcopus poteſt abſoluere ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, ſi ſuffraganei ſunt negligentes in hoc.*

25 *Epiſcopus proprius nõ poteſt abſoluere in caſibus reſeruatis ſedi apoſtolicæ. De quibus ibi latiſſimè.*

26 *Offenſa eſt maior in perſona, quàm in rebus.*

27 *Extenſio non fit in exorbitantibus de ſimilibus ad ſimilia,etiam ex maioritate rationis.*

28 *Legatus etiam de latere non poteſt abſoluere in caſibus reſeruatis ſedi apoſtolicæ, niſi ex ſpeciali commiſſione.*

29 *Cardinalium collegium vtrum ſede vacante poſſit abſoluere.*

30 *Abſoluere clericum ſolus Papa poteſt, qui ꝓpter violentam manuum iniectionem in alium clericum,incidit in canonem. Et quomodo hoc declarandum ſit.nu.31.32.&.33.*
*Fallit tamen in legato de latere. nu.34.&.72.*
*Et in alio legato, ſed duntaxat intra prouinciã ſuam, & non reſpectu venientium aliunde. num.35.&.73.*
*Et in habentibus commiſſionem ſpecialem à ſummo Pont.nu.36.&.74.*
*Et reſpectu Monachorum.nu.37.&.75.*
*Et propter periculum mortis.nu.38.&.76.*
*Et reſpectu infirmorum.nu.39.&.77.*
*Et reſpectu ſeniorum.nu.40.&.77.*
*Et ratione inopiæ.nu.41.&.78.*
*Et reſpectu mulierum.nu.42.&.79.*
*Et propter pupillarem ætatem. nu.43.&.80.*
*Et reſpectu perſonarum magnæ potentiæ,& delicatarum.nu.44.&.81.*
*Et reſpectu habentium capitales inimicitias. nume.45.&.82.*
*Et reſpectu habentium quãlibet corporis impotentiam.nu.46.&.82.*
*Et reſpectu habentium quodlibet aliud impedimentum.nu.47.&.82.*
*Et in perſonis ſubiectis dominicæ poteſtati. nume.48.&.83.*
*Et in filijsfam. nu.49.&.84.*
*Et in marito, qui in fraudem vxoris percutit clericum,vt mittatur Romam.nu.50.&.85.*
*Et in hoſtiario qui prætextu officij percutit clericum,non tamen grauiter.nu.51.&.86.*
*Et in officiali qui arcendo turbam aliquam, non ex propoſito, ſed caſu quodammodo ex aliquali negligentia clericum percuſſit. nu.52. &.87.*
*Et in his, qui communiter viuunt, & dormiunt in eadem domo,etiam ſi ſint ſeculares.nu.53. &.88.*
*Et in monialibus.nu.54.&.89.*
*Et in hoſpitalarijs ſancti Ioannis Hieroſolymitani.nu.55.&.89.*
*Et in eo qui percutit clericum, qui venit armatus ad bellum.nu.56.&.90.*
*Et quando percuſſio, ſeu læſio, ac iniuria eſſet leuis.nu.57.&.91.*
*Et quòd datur grauis,leuis,leuiſſima, ac mediocris iniuria.nu.58.*
*Et quid in omnibus iſtis ſpeciebus iniuriarum ſit agendum.ibidem.*

59 *Iniuria grauis,atrox, ſeu enormis,quæ dicatur.*
*Et quæ dicatur leuis iniuria. nu.60.*
*Et quæ leuiſſima.nu.61.*
*Et quæ mediocris.nu.62.*

63 *Ad grauitatem, ſeu leuitatem iniuriæ debet conſiderari cauſa.*
*Perſona tàm offenſi,quàm offendentis. nu.64.*
*Tempus.nu.65.*
*Locus.nu.66.*
*Qualitas.nu.67.*
*Quantitas percuſſionis.nu.68.*
*Euentus.nu.69.*

70 *Abſolutus ab Epiſcopo qui non poterat abſoluere, ſi celebret, vtrum efficiatur irregularis.*

71 *Epiſcopus an poſſit abſoluere à leui iniuria priuilegiatos propter cauſam, & propter perſonã. & nu.93.*

92 *Inferiores ab Epiſcopo,an poſſint abſoluere in prædictis caſibus priuilegiatis.*

93 *Epiſcopus ſicut in caſibus prædictarũ fallẽtiarum poteſt abſoluere pro violenta manuum iniectione,an poſſit etiam abſoluere propter prædicta priuilegia cauſarum,ac perſonarum.*

94 *Epiſcopus an poſſit abſoluere exemptos in caſibus non reſeruatis Papæ.*

95 *Excommunicati qui erant abſoluendi à ſede apoſtolica, ſi propter inſtans impedimentum, vel neceſſitatem abſoluti ſunt ab Epiſcopo, vel alio*

*alio inferiore, vtrum ceſſante impedimento, vel neceſſitate, teneantur ire ad ſedem apoſtolicam.*
*Et qui ſint iſti qui ſe debeant præſentare ſedi apoſtolicæ.nu.*96.
97 *Puer ſi in puerili ætate etiam pro enormi læſione abſoluatur, vtrum adueniente pubertate debeat ire ad ſedem apoſtolicam.*
98 *Senes, vtrum ſi ſint abſoluti, teneantur poſtea ire ad ſedem apoſtolicam.*
99 *Abſolutus in articulo mortis, vel in alio caſu ſimili ab inferiore ab Ep̃o, an teneatur poſtea ire ad Epiſcopum, ſi ad eum ſpectabat dicta abſolutio, ſicuti abſolutus ab Epiſcopo tenetur ire ad ſedem apoſtolicã ceſſante impedimẽto.*
100 *Præſentare ſe quamprimum ceſſante impedimento ſummo Pontifici poſt abſolutionem ab inferiore factam, quomodo intelligatur.*
*Et cur quamprimum debeat accedere. nu.*101.
*Et an in propria perſona.nu.*102.
*Et quando iſte dicatur contemnere. nu.*103.
*Et an ſi quamprimum ſe non præſentet, reincidat in excommunicationem. nu.*104.
*Et quid ſi ille coram quo ſe præſentat, dicat eum ſe quamprimum non præſentaſſe. nu.*105.
*Et quid ſi taliter abſolutus petatur denunciari reincidiſſe in priſtinam excommunicationem, vtrum iudex debeat eũ prius citare.nu.*106.
*Et an accedens ad ſedem apoſtolicam, debeat denuò accipere abſolutionem, an mandatum apoſtolicum.nu.*107.
108 *Impeditus ire ad ſedem apoſtolicam, an poſſit mittere procuratorem, qui ipſius nomine abſolutionem petat.*
109 *Abſoluere quis poſſit regulares, ſeu monachos ab excommunicatione maiori inflicta à canone.*
110 *Monialis monaſterij vnius diœceſis, ſi percutiat monialem alterius diœceſis, à quo Epiſcopo debeat abſolui.*
111 *Epiſcopus abſoluit moniales etiam exemptas.*
112 *Abbatiſſa cur non poſſit abſoluere moniales, ſicuti Abbas monachos.*
113 *Abbas in quibus caſibus poſſit abſoluere monachos.*
*Et an hoc procedat in quibuſcunque religioſis, dummodo clauſtralibus.nu.*114.
*Et an in monachis, qui ſunt intra annum probationis.nu.*115.
*Et an in illo, qui poſteaquàm incidit in excommunicationem, ingreditur religionem. nu.*116.
*Et an in monachis, & religioſis tàm exemptis, quàm non exemptis.nu.*117.
*Et an in percuſſionibus factis tàm in clauſtro, quàm extra clauſtrum. nu.*118.
*Hoſpitalarios, ſeu Hieroſolymitanos fratres, an Prior eorum poſſit abſoluere. nu.*119.
*Et an quilibet prior talium fratrum poſſit abſoluere.nu.*120.
*Et an requiratur quod prædictus Prior ſit præſbyter.nu.*121.
*Et an poſſit ipſos vndecunque venientes abſoluere.nu.*122.
*Et an ipſos vbique percutientes.nu.*123.
*Et an hoc procedat in templarijs.nu.*124.
*Abſoluere ſicuti poteſt Abbas, an poſſit etiam quilibet inferior deficiente Abbate.nu.*125.
*Et quòd Abbas debeat eſſe ſacerdos.nu.*126.
*Et quòd in monachis eiuſdem monaſterij, & non diuerſorum monaſteriorum. nu.*127.
*Et in monacho, ſeu clauſtrali percutiente monachum, ſeu alium clauſtralem, & non clericum ſecularem.nu.*128.
*Et quid ſi monachus percutiat Abbatẽ.nu.*129.
*Et quid ſi percutit Epiſcopum.nu.*130.
*Et quid ſi iniuria illata ſit enormis.nu.*131.
*Et quid ſi inde prouenerit ſcandalum. nu.*132.
133 *Excommunicatus excommunicatione maiori ab homine, regulariter abſoluitur ab excommunicatore.*
*Siue ſit vnus, ſiue ſint plures.nu.*134.
*Siue ſit ordinarius, ſiue ſit delegatus. nu.*135.
*Quin & de ſtilo curiæ, Papa etiam remittit abſoluendum ad excommunicatorem. nu.*136.
*Et hoc procedit etiam in iniuſtè excommunicato.nu.*137.
*Et procedit etiam licet fuerit appellatum ab excommunicatione.nu.*138.
*Et procedit etiam ſi per viam indirectam quis inciderit in excommunicationẽ. nu.*139.
*Fallit in ſucceſſore excommunicatoris.nu.*140.
*Fallit ſi eſſet alius qui haberet eandem, ſeu maiorem dignitatem, ac iuriſdictionem.nu.*141.
*Fallit in capitulo ſede vacante, quod poteſt abſoluere excommunicatum à ſuo Epiſcopo. num.*142.
*Fallit in caſu periculi mortis.nu.*143.
*Fallit quando Epiſcopus qui excommunicauit, eſſet negligens in abſoluendo, vel reſiſteret ne excommunicatus abſolueretur. nu.*144.
*Fallit quando per viam querelæ peteretur abſolutio ab excommunicatione à ſuperiore excommunicatoris.nu.*145.
*Fallit ſi per viam appellationis cauſa eſt deducta ad Metropolitanum, vel ad alium ſuperiorẽ. num.*146.
*Fallit ſi aliquis fuit excommunicatus à ſubditis ſui ſuffraganei, & conſuetudo eſt, quod poſſit abſolui ab Archiepiſcopo.nu.*147.
*Fallit ſi alius citra excommunicatorẽ puta Archiepiſcopus, vel ſimilis haberet priuilegium abſoluẽdi excommunicatum ab alio.nu.*148.
*Fallit ſi excõicator non eſt ſacerdos.nu.*149.
*Fallit in abſolutione ad cautelã, quam licet q̃nq; excommunicator faciat, tamen communiter, & regulariter illam facit alius. nu.*150.
*Fallit ſi Papa confirmat ſententiam excommunicationis.nu.*151.
*Fallit ſi eſſet ſententia generalis excommunicationis.nu.*152.
*Fallit in Papa, qui quemlibet abſoluere poteſt. num.*153.
*Fallit ex delegatione Papæ. nu.*154.
*Fallit in eo qui excommunicatur ab aliquo ex mandato Papæ.nu.*155.
156 *Abſoluere ab excommunicatione vtrum poſſit electus, & confirmatus.*





*Et vtrum poſſit ſuſpenſus. nu.*157.
*Et an poſſit excommunicatus.nu.*158.
*Et an in abſoluente requiratur ordo ſacerdotalis. nume.*159. *Et quæ ſit auctoris opinio. num.*162.
160 *In excommunicatione duo ſunt vincula, alterum iudiciale, alterum pænitentiale.*
*Quin & triplici vinculo ligatur, vt nu.*161.
163 *Abſoluere qui poteſt, non poteſt abſoluere extra diœceſim ſuam, territorium, ſeu iuriſdictionem.*
*Fallit in Epiſcopo expulſo à ſede ſua. nu.*164.
*Fallit etiam in iuriſdictione voluntaria. nu.*165
*Fallit niſi accederet conſenſus iudicis territorij, & partis. nu.*166.
167 *Abſoluere mortuum, vtrum quis poſſit.*
168 *Excommunicandi poteſtas, an ſit delegabilis.*
169 *Epiſcopus vtrum poſſit delegare poteſtatem abſoluendi.*
170 *Excommunicationem quis poſſit reuocare, vel relaxare.*
171 *Excommunicatio an poſſit tolli per diſpenſationem.*
*Et vtrum ſaltem cum ipſo poſſit ſuper irregularitate diſpenſari poſt abſolutionem. nume.*172.
173 *Abſolutio, reuocatio, ſeu relaxatio, quomodo inter ſe differant.*

OFFICII. Excommunicatus
à pluribus prælatis non eſt com-
munioni reſtituendus, ſi † ab vno
1 tantum abſoluitur. h.d. Vel ſic,
& melius, Excommunicatus à pluribus præla-
tis ob plures cauſas, non eſt communioni reſti-
tuẽdus, licet de vna cauſa velit ſatisfacere. Et ta
citis alijs cauſis impetrata abſolutio non valet.
h.d. Et quod dixi de excommunicato à plurib⁹
prælatis, idem dic de excommunicato ab vno
prælato propter plures cauſas, ſecundum Ioan.
And. & Doct. hic, & bene. Communis diuiſio.
ſecunda ibi, ſuper hoc. Primo not. ibi, propter
plures proceſſus, quòd quis poteſt excommu-
nicari ab homine ratione exceſſus, ſeu propter
delictum. Quod not. contra id quod not. glo.
11. quæſt. 3. c. epiſcopi. quæ dicit excommuni-
cationem non eſſe ferẽdam ab homine ratione
contumaciæ. & probatur in. c. ſacro. j̃. eod. Sed
potes dicere ad tex. noſtrum, quòd poteſt ex-
communicari propter exceſſum, hoc eſt, ꝑpter
contumaciam inſurgentem ex exceſſu, ſeu deli-
cto, ſi negligit ſatisfacere, vt not. in. c. ex parte.
j̃. de verbo. ſignific. de quo dic, vt latius dixi in
c. nulli. ſupra in octauo princ. articulo. Secun
2 do not. quòd † ad multiplicationem delictorum
datur multiplicatio pœnarum, de quo latiſſimè
dixi in. c. 1. ſupra de pœn. Nam ad multiplica-
tionem cauſarum datur multiplicatio cauſati.
Vnde propter pluralitatem cauſarum, quę ſunt
dignæ excommunicatione, excommunicatio
pariter eſt multiplicabilis in perſona eiuſdem,
de quo dic, vt latè dixi in. c. cum pro cauſa. ſ̃.
eod. in vndecimo princ. articulo. Tertio not.
3 quòd † poteſtas excommunicandi eſt iuriſdi-
ctionis. de quo dic vt dixi in. c. 1. ſ̃. eod. in quin
4 to princ. articulo. Quarto not. quòd † plures
prælati poſſunt habere iuriſdictionem in perſo-
nam vnius clerici, & eum excommunicare. Fin
ge enim, quòd clericus ex plurimis cauſis in di-
uerſis locis ſortiatur domicilium; puta, propter
plura beneficia, aut ratione alterius rei, vel pro-
pter delictum, vel contractum, vel alias ſimiles
cauſas, de quibus latè dixi in rubr. & in. c. 2. &
in. c. ex tranſmiſſa. & in. c. dilecti. ſ̃. de fo. com-
5 peten. Quinto not. quòd ad hoc, vt † cauſatũ
remoueatur, neceſſarium eſt, quòd omnis radix
cauſæ radicitus tollatur. alias remanet cauſa-
tum. quod tamen regulari oportet ſecundum
ea, quæ latè dixi in. c. cum ceſſante. in princ. ſu-
6 pra de appella. Vltimo not. quòd † abſolutio
ab excommunicatione obtenta per ſurreptio-
nem, non valet. de quo dicam in vigeſimoquin
to prin. articulo. in. c. venerabili. j̃. eo. Glo. 1.
colligit notabile, & ſentit contrarium, & ſoluit.
deinde quærit, & tripliciter ſoluit, & intertrudit
ſolutionem alterius quæſtionis. In ea. glo. ibi,
iterum poteſt excommunicari, Dic de hoc, vt
latius dixi in. c. cum pro cauſa. ſupra eod. in vn-
decimo princ. artic. In ea. ibi, ſed qualiter ta-
lis abſoluitur, dic de hoc, vt latè dicam in. c. ve-
nerabili. in vigeſimoquinto principali articulo.
In ea. ibi, ſed qui primo abſoluit, Dic, ſẽtit ergo
glo. quòd excommunicatus pluribus excom-
municationibus propter plures cauſas, per vni-
cam abſolutionem non plenè reintegratur com
munioni hominum, nec potentiæ agendorum
actuum, qui ſint prohibiti excommunicato. de
quo latè dicam in. c. venerabili. j̃. eod. in vigeſi-
mo prin. articulo. Glo. 2. ſentit contrarium,
7 & ſoluit. In fi. glo. † dic, not. ex hac glo. ſingu-
lariter, quòd irretitus pluribus peccatis, ſi con-
fiteatur de vno ſolo, vel de pluribus, aliquo pec-
cato omiſſo, non prodeſt ei confeſſio quò ad vi
tam ęternam; Sed quò ad quędam alia prodeſt.
Ad quod vide quæ dixi in. c. quod quidam. ſu-
pra de pœniten. & remiſſ. Glo. fina. format
contrarium, & ſoluit. de quo dic, vt dixi in glo.
præcedenti. Poſtremo iuxta præmiſſum or-
dinem in rubrica, ſupereſt, vt examinemus vi-
geſimumtertium principalem articulum, vide-
licet quis poſſit abſoluere ab excommunica-
tione. Circa quem articulum in primis ad-
uerte, quòd excommunicatio poteſt tolli du-
pliciter. Vno modo per abſolutionem, alio
modo per diſpenſationem. Et de hoc aliquid
tangemus infra in fine iſtius articuli.
Quò ad primum modum de abſolutione, pro
clariori examinatione, & vt longam, & intrica-
tam fugiamus diſtinctionem, proſequar infra-
ſcriptas quæſtiones principales. Prima erit
de abſolutione quò ad Deum, quis poſſit il-
lam facere. Secunda, de abſolutione quò ad
homines reſpectu excommunicationis maio-
ris, & eccleſiam militantem reſpectu excom-
municationis minoris. Tertia, de abſolutio-
ne quò ad homines reſpectu excommunica-

tionis maioris inflictæ à canone. Quarta, de abſolutione quò ad homines reſpectu excom municationis maioris inflictæ ab homine. Quinta, vtrum electus, & confirmatus poſſit abſoluere. Sexta, vtrum ſuſpenſus poſſit abſoluere. Septima, vtrum excommunicatus poſſit abſoluere. Octaua, vtrum ad hoc, quòd quis poſſit abſoluere ab excõmunicatione, exigatur ꝙ ſit ſacerdos. Nona, vtrum Epiſcopus, vel ſimilis poſſit abſoluere extra diœceſim ſuã, vel extra territorium, vel ſuam iuriſdictionem. Decima, quis poſſit abſoluere excommunicatũ mortuum. Vndecima, vtrum poteſtas ab-
8 ſoluendi ſit delegabilis. Quò † ad primam quæſtionem quis poſſit abſoluere excommunicatum quò ad Deum, dic breuiter, quòd ipſe Deus abſoluit, apud quem ſufficit ſola contritio. Vnde non ſolum Epiſcopus, aut ſuperior, vel proprius ſacerdos, vel quilibet alius laicus inſtante contritione, & neceſſitate; ſed ipſemet excommunicatus per ſuam ſolam contritionem ſe abſoluit de quacunque excommunicatione, etiam reſeruata ſoli Papæ, vt in.c.à nobis, 2. ſupra eod. Et hoc propter inſtantem neceſſitatem, quia aliàs ſi contẽneret abſolutionem eccleſiæ, nõ eſſet verè contritus, immò adderet culpam culpæ, ſm ea quæ dixi, in .c. per tuas. ſupra eod. in decimoſexto artic. Iſta tamen abſolutio licet operetur quò ad Deum, antequàm eccleſia abſoluat talem in debita forma, ſicut dicemus de excommunicatione mortui. in.c. venerabili. j. eod. in vigeſimoquinto prin. artic. de effectu excommunicationis factæ ab eo qui aliàs non habebat abſoluendi poteſtatem, ſed abſoluit propter inſtantem neceſſitatẽ, non tñ operatur quò ad eccleſiam militantem.
9 Secũdo principaliter quæritur, † quis poſſit abſoluere ab excommunicatione quantum ad homines, & eccleſiam militantem reſpectu tamẽ excommunicationis minoris. Sol. glo. 3. in.c. penul. j. eod. dicit, ꝙ talis poteſt abſolui à ſimplici ſacerdote. tenet etiam Hoſt. in ſumma. eo. tit. §. quis poſſit ab hac abſoluere. probatur in .c. nuper. ſupra eo. facit. c. ſi. ſupra de temp. ord. Et proprius ſacerdos dicitur ꝓprius curatus, & ſic ille qui poteſt eum abſoluere à peccatis ſm formam. c. omnis. ſ. de pœnit. & remiſſ. Et ſic patet, ꝙ talis multo fortius poteſt abſolui à ꝓprio Epiſcopo, vt. d. c. nuper. ver. in ſecundo. & ibi tenent Doct. Sed ab alio abſolui non põt, ſecundum Hoſt. Io. An. & Doct. in. d. c. nuper. Quod intellige, niſi inſtante neceſſitate, per ea quæ ſtatim dicam in tertia queſtione princip. in prima fallentia. Vnde talis regulariter etiam ab Archiepiſcopo non poteſt abſolui, licet ſit ſubditus ſuffraganei ſui, per tex. in. d. c. nuper. quia ibi fuit quæſitum de tribus; videlicet, de proprio Sacerdote, Epiſcopo, & Archiepiſcopo. Et Papa de duobus reſpondet, videlicet, de ſacerdote, & Epiſcopo. De tertio verò. ſ. de Archiepiſcopo, cum ſubtrahat, videtur ipſum tacitè excluſiſſe; aliàs autem ita reſpondiſſet de Archiepiſcopo, ſicut de proprio ſacerdote, & Epiſcopo, argumen. ſupra de decim. c. ad audientiam. ſecundum Hoſtien. Io. An. & d. Ant. & Docto. in. d. c. nuper. not. Archidia. 11. q. 3.
10 c. 2. quia Archiepiſcopus non † eſt iudex ſubditorum ſuffraganei etiam in foro pœnitentiali, niſi quando viſitat, vt. d. c. 2. Sed quando viſitat, bene poteſt ea quæ ſunt fori pœnitentialis, vt in.c. fina. de cenſi. ſecundum Hoſti. Ioan. And. & Docto. in. d. c. nuper. Et aduerte, quia talis excommunicatus minori excommunicatione poteſt abſolui ab Epiſcopo, & proprio ſacerdote, quanuis tales ſint excommunicati; de quo tamen dic, vt dicam in ſeptima quæſtione princ. Quinimo Epiſcopus qui eſſet excommunicatus minori, videtur poſſe dare hanc poteſtatem abſoluendi, de quo dic, vt dicam in dicta ſeptima quæſt. princ. Tertio principaliter quæritur, quis poſſit abſoluere quò ad homines excommunicatum excommunicatione maiori inflicta à canone. Sol. pro clariori examinatione iſtius quæſtionis, diuidam hanc queſtionem in duo membra principalia. Primum erit de ſecularibus clericis, vel laicis. Secundum erit de regularibus, & monachis. Quò ad
11 primum tolle hanc regulam, quòd talem † excommunicatum abſoluit Epiſcopus, vt probatur in.c. nuper. ſupra eod. & etiam optimè probatur, in.c. mulieres. ſupra eo. & ibi not. D. m. tenet glo. 3. in.c. penult. j. eod. Ioan. And. in.c. nouerit. j. eod. vbi concludit, quòd omnes illi qui ſunt excommunicati à canone ſecundum diſpoſitionem illius decret. nouerit, poſſunt abſolui à proprio Epiſcopo, eo quòd conditor canonis non reſeruauit ſibi abſolutionem. Et ita dicit Gui. diſputando fuiſſe Padue determinatum, vt refert Ioan. And. in dicto. c. nouerit. & ſequitur ibi do. Anto. tenet etiam Hoſtien. in ſumma, eod. titu. §. quis poſſit abſoluere. & Io. And. in.c. eos. eod. titu. lib. 6. glo. in.c. vni. de maio. & obedien. & glo. fina. in.c. ſciant cuncti. de electio. lib. 6. Et quod dixi de Epiſcopo, intellige etiam de Archiepiſcopo reſpectu ſubditi proprij, & etiam de primate reſpectu ſui ſubditi. Inferior verò Epiſcopo regulariter non poteſt abſoluere excommunicatum à canone excommunicatione maiori, etiam ſi ſit Abbas. Vnde dicit. D. m. in.c. 2. ſupra eod. quia licet multi prælati regulares generaliter abſoluant monachos ſuos ab excommunicatione inflicta à canone; tamen hoc non poſſunt, niſi in caſibus à canone ſpecialiter ſibi permiſſis, vt ſtatim dicam in ſecundo membro princip. iſtius tertiæ quæſtionis, vbi tractabo de regularibus. Adde tñ, quia quod dixi de Abbate, & inferiore, ꝙ non poſſunt abſoluere, procedit niſi eſſet talis Abbas, vel inferior qui haberet iura Epiſcopalia, nam tunc poſſet, argumen. notatorum per glo. in clemen. 1. de reb. eccle. non alien. & eorum quæ not. Innocen. in.c. ſtatuimus. de maio. & obedien. Conſuluit Fede. de Senis conſilio. 14. Et idem etiam Capitulum ſede vacante poteſt abſoluere à tali excommunicatione, vt eſt tex. apertus in.c. vnico. de maio. & obed.



obedien. lib. 6. vbi tex. etiam dicit, quòd non ſolum Capitulum poteſt abſoluere, ſed etiam is ad quem tunc temporis iuriſdictio noſcitur pertinere. Et quòd dicit ille tex. de Capitulo ſede vacante. Idem dicit ibi glo. ſi Epiſcopus à paganis, vel à ſchiſmaticis fuerit captus, argumen. c. penult. de ſupp. negligen. prælato. lib. 6. Eſt ergo concluſio, quòd omnis ille ad quem iuriſdictio Epiſcopalis noſcitur pertinere, poteſt abſoluere à ſententia canonis, ſiue ſit Abbas, ſiue Capitulum, ſiue quilibet alius prælatus inferior, niſi tali fuerit à ſede Apoſtolica abſoluendi interdicta poteſtas.
12 Vtrum autem inferior † à ſummo Pontifice poſſit interdicere hanc poteſtatem ipſis inferioribus. Glo. fina. in dicto. c. vnico. de maio. & obedien. tenet quòd non, per nota. in. c. fina. de ſupple. negligen. prælato. lib. 6. & in authen. de defend. ciui. §. interim. colla. 3. Et quod not. Ioan. in.c. fina. de offic. ordi. lib. 6. tenet etiam Archidiaco. in dicto. c. vnico. qui allegat. l. omni. C. de ſacroſan. eccl. & ſequitur Ioan. And. ibi in nouella. Et not. quòd prædicta regula procedit etiam in excommunicato per canonem archiepiſcopalem, quia talis poteſt abſolui ab Epiſcopo, dummodo Archiepiſcopus non reſeruauerit ſibi abſolutionem, ſecundum Ioan. Andr. in.c. graue. ſupra de præben. Sed Hoſtien. ibi aliter diſtinguit, dicens, quòd aut ſtatutum formatur in perſona concilij prouincialis; vt puta, ſi dicatur, nos Conſilium, ſiue nos Archiepiſcopus de conſenſu ſuffraganeorum noſtrorum in conſilio colligatorum ſtatuimus &c. Et hoc caſu dicit, quòd ſine conſenſu ſuffraganeorum, nec abſolutio, nec relaxatio fieri poterit, argumen. ſupra de tempo. ordi. c. ſi archiepiſcopus. & c. ſequen. de maio. & obedien. c. fina. de offic. delega. c. cauſam que. Niſi fortè ipſi ſuffraganeo hoc ſuperior conceſſerit. Vel ipſe Archiepiſcopus ſuper hoc ſit cõſuetudine, vel priuilegio ſpeciali ſuffultus. ſ. de offic. ordi. c. duo ſimul. & ſupra de priuileg. c. accedentibus. in ſi. Aut tale ſtatutum editum in concilio prouinciali formatur in perſona Archiepiſcopi; vt puta, ſi dicat, Nos Archiepiſcopus de conſilio fratrum noſtrorum &c. Et hoc caſu, per ſeipſum Archiepiſcopus ſolum poterit abſoluere, ſatisfactione præmiſſa, argumen. c. ex frequentibus. ſupra de inſtitut. Nam licet dicat de conſilio fratrum &c. tamen ſecundum Hoſtien. tale conſilium non importat neceſſitatem, nec multum operatur, vt ſupra de arbitr. c. cum olim. Hoc tamen procedit ſecundum Hoſtien. niſi eſſet anathema ſolemne, quo caſu non poſſet ſolus abſoluere. 11. quæſtio. 3. c. debent. & c. cum aliquis. vbi dicitur, quòd illud debet diſſolui eadem ſolemnitate, qua contrahitur. Quidam tamen tenent indiſtinctè, quòd ſolus Archiepiſcopus non poſſit abſoluere, vel relaxare. Nam cum
13 ſolus † Archiepiſcopus quò ad totam prouinciam non poſſit ſine ſuffraganeis ſuis ſtatuta condere, vt probatur. 18. diſtinct. c. epiſcopus ad ſynodum. ad finem. & 9. quæſtio. 3. c. nullus primas. & ſupra de accuſa. c. ſicut olim. Sic nec debet poſſe ſolus ſine conſilio, ſeu ſuffraganeis pœnam tollere, quia per quaſcunque cauſa res ineſſe deducitur &c. vt in.c. 1. infra de regu. iur. Et quia ad eum ſpectat ius interpre-
14 tandi † canonem, qui poteſtatem habet condendi, vt in.c. inter alia. ſupra eod. cum ſimilibus. Ad quod etiam adducunt, quòd ſtatim dictum fuit de anathemate, cum ratio diuerſitatis non reddatur, vt in dicto. c. fina. ſupra de offic. delega. Nec obſtat. c. graue. ſupra de præben. quia quòd ibi dicitur de relaxatione ſententiæ, non denotat, quòd illud poſſit Archiepiſcopus ſolus. Sed, vt ſupra dixi in principio iſtius declarationis, Ioan. And. in dicto. c. graue. ſimpliciter tenet, quòd ſolus Archiepiſcopus poſſit abſoluere, ſiue dicat, Nos concilium, ſiue dicat, Nos Archiepiſcopus, ſiue dicat, de conſenſu, ſiue de conſilio, & non ſolum ipſe Archiepiſcopus poterit abſoluere excommunicatum proprium ſubditum à tali canone ꝓuinciali; quinimo quilibet ſuffraganeus poterit talem abſolutionem impendere ſubdito ꝓprio, cum talis ſit ſententia canonis, ſiue iuris, & non hominis. & probatur in dicto. c. nuper. Et hoc idem tenet Ioan. And. in.c. romana. eo. titu. lib. 6. quod probatur argumento inconuincibili. Nam conſtitutio Papæ, vel concilij generalis maioris eſt potentiæ, quàm ſtatutum concilij prouincialis, vt de ſe patet; ſed ab excommunicatione inflicta per conſtitutionem Papæ, vel concilij generalis poteſt proprius Epiſcopus abſoluere, ergo fortius debet poſſe abſoluere ab excommunicatione inflicta per ſtatutum concilij prouincialis. Et ſic patet non obſtare argumenta ſupra in contrarium formata pro opinione illorum, qui ſimpliciter tenuerunt Archiepiſcopum ſolum non poſſe abſoluere. Et hæc opinio plus mihi placet, quam tenet Henric. in dicto. c. graue. & c. à nobis. 1. ſupra eod. & in.c. nuper. ſupra eod. vbi dicit hoc procedere, ſiue talis Epiſcopus ſit ſubditus, ſiue ſuffraganeus conditoris canonis, ſiue non, ſecundum glo. ſuper Rayn. in ſumma. eod. titu. ver. quinquageſimonono. & fratrem Ioan. in ſumma. eod. titu. quæſtio. 87. Et ſatis hoc innuit hic Hoſtien. ſecundum eum in dicto .c. nuper. verbum alijs, ibi poſitum in proprijs ordinarijs. Et not. etiam, quòd non ſolum Epiſcopus poteſt abſoluere ſubditum proprium excommunicatum per canonem Archiepiſcopalem ſimpliciter editum; ſed etiam ſi talis canon Archiepiſcopalis eſſet confirmatus per Papam, vt not. Ioan. And. in dicto. c. graue. & Henric. in dicto. c. à nobis. 1. Ad quod vide quod dixi in.c. perpendimus. ſupra eod. in decimo principali articulo, poſt principium. in ver. quarta differentia eſt. Et poteſt Epiſcopus abſoluere tales excommunicatos per canonem, non ſolum per ſe, ſed etiam per Delegatos per ſe. Talis enim abſoluendi pote-
15 ſtas † eſt delegabilis, vt dicam. j. in vndecima

quæſtione princ. iſtius articuli. quod tamen li-
mita, vt ibi dicam. Habes igitur ex prædictis
regulam, & declarationes neceſſarias, qualiter
à ſententia excommunicationis cuiuſcunq; ca-
nonis poteſt proprius Epiſcopus abſoluere.
Hæc tamen regula fallit in multis caſibus. Pri-
mo fallit propter inſtantem neceſſitatem; pu-
ta periculo mortis, vel ſimilis, propter quòd
excommunicatus non poteſt ire pro abſolu-
tione ad proprium Epiſcopum, ſeu proprium
ſuperiorem epiſcopalem iuriſdictionem haben
16 tem; nam † tunc ſimplex ſacerdos poteſt ipſum
abſoluere, ſi illius copia poteſt haberi, vt not.
glo. in verbo non poterit, in. c. à nobis. 2. ſ. eo.
arg. c. non dubium. &. c. quòd de his. ſ. eod. &
c. quanuis. ĩ. eod. Quinimo in mortis articu-
lo videtur poſſe abſolui etiam à laico, argumen.
de pœniten. diſtin. 1. c. quem pœnitet. & de cō-
ſec. diſt. 4. c. ſanctum. vbi dicitur, quòd propter
17 extremam neceſſitatem † laicus poteſt abſolue-
re illum, quem Epiſcopus abſoluere debet. 50.
diſt. c. in capite. Not. glo. prædicta in verbo non
potuerit, in. d. c. à nobis. Et eandem ſententiā
videtur tenere glo. in verbo præterquā in mor
tis, in. c. paſtoralis. de off. ordi. quæ dicit, quòd
in caſu mortis, à qualibet ſpecie excommunica
tionis poteſt quis à quolibet etiam laico abſol-
ui, arg. prædictorum iurium. &. 17. quęſt. 4. c. ſi
quis. Subdit tamen glo. prædicta, ꝙ quidam
dicunt, quòd nunquàm laico licet abſoluere à
tali excommunicatione; quia poteſt ei ſuccurri
poſt mortem, quando conſtabit per aliquem
de contritione, per euidentia ſigna, vt. d. c. à no-
bis. 2. dicam in. c. ſuper eo. ĩ. eod. in vigeſimo
quarto princ. artic. & etiam in. c. venerabili. ĩ.
eod. in vigeſimoquinto princ. artic. vbi tracta-
bo de abſolutione mortui in excommunicatio-
ne. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd fortè
non poterit cōſtare, & melius eſt ante tempus
occurrere &c. Vnde videtur, quòd laicus poſſit
abſoluere, quia ſicut poteſt in neceſſitate pœni-
tentiam iniungere, & abſolutionem ab alijs pec
catis mortalibus quando recipit illum ad con-
feſſionem, eodem modo videtur, quòd pari ra-
tione poſſit abſoluere ab excommunicatione.
18 Concludit tādem glo. prædicta, quòd † laico po
teſt quis confiteri in neceſſitate; ſed laicus non
poteſt illum abſoluere, vel ligare, quia nō habet
clauem. Ita concludunt Docto. in. d. c. à nobis.
dicentes, quòd etiam in neceſſitate laicus verè
abſoluere non poteſt, quia non habet claues ec
cleſiæ. Sed confitens laico efficitur dignus venia
propter contritionem, & deuotionem, ex quo
facit quantum poteſt, vt in tex. in. d. c. quem pœ
nitet. Et quanuis ille tex. non loquitur de ex-
communicatione; ſed de alijs peccatis. tamen
glo. communiter,* & Docto. exponunt illum
Com. opi. tex. de abſolutione ab excommunicatione. Et
adde quod dicam. ĩ. in octaua quæſtione princ.
& etiam in hac eadem quæſtione, in quinta fal-
lentia. Et not. quòd talis abſolutio eſt magni
effectus, quia vt dicit. D. m. in. d. c. à nobis. 2.
vbi excommunicatus prius erat obligatus ire, ꝑ
abſolutione ad Papam, vel Epiſcopum; hæres
ipſius non tenetur amplius ire. De excommuni
cato tamen qui reconualeſceret, nihil dicit; ſed
dic latius de vtroque, vt dicam. ĩ. in quinta fal-
lentia. Et ſi tu diceres quare poſt mortem non
poteſt fieri abſolutio à ſimplici ſacerdote, ſicut
poteſt fieri in articulo mortis, poteſt reſponde-
ri, ꝙ poſt mortem nō imminet periculum, ſicut
imminebat in articulo mortis. Et ideò abſolu-
tio reſeruatur ei qui viuentem abſoluere pote-
rat, vt dicam. ĩ. in decima quæſtio. princ. iſtius
articuli. Sed quæritur circa prędicta, quid iu-
19 ris de eo qui poſitus eſt † in obſidione, vel in eo
qui vult nauigare, an ſimplex ſacerdos poſſit il-
lum abſoluere. Vinc. vt refert glo. in verbo præ-
terquam mortis tēpore, in. c. paſtoralis. de off.
ord. tenet ꝙ ſic, quia iam imminet periculū mor
tis; & ideò ſimplex ſacerdos poteſt talem excō-
municatum abſoluere. Et hanc opinio. fuerunt
ſequuti Tancr. & Phil. Sed dicit glo. prædicta, ꝙ
hic vidēdum eſt, vtrum immineat naufragium,
vel mortis periculum. Neque enim in transfre-
tando ſemper imminet periculum, aliàs naufra-
gium, quia ſi hoc eſſet nullus nauigaret; ſed qñ
ſunt in naufragio in periculo mortis, tunc ſatis
dici pōt, ꝙ licet non ſolū ſimplici ſacerdoti; ſed
etiam laico, per ea quæ. ſ. dixi. Et idem dicit, ſi
excommunicatus intraret bellum campeſtre
contra Sarracenos, vel alios quoſcunque & iu-
ſtum ſit bellum, ita ꝙ veriſimiliter, & manifeſtè
appareat periculum mortis, argu. d. c. ſanctum.
de conſec. diſtin. 4. Hoſt. verò in. d. c. paſtoralis.
dicit, ꝙ licet aliàs fuerit ſecutus pręfatos Doct.
quos etiam ſequitur in transfretatione. In ob-
ſeſſo tamen dicit ponderandum eſſe modum
obſeſſionis, & qualitatem perſonæ an. ſ. ſit bel-
lator. Si enim locus obſeſſus non expugnaretur,
ſed eſt ibi exercitus à longe, & tam obſidentes,
quàm obſeſſi quietem ducunt, nec periculum
imminet, non habet locum prædicta opin. Sed
ſi locus ille machinis expugnaretur, quia hic eſt
commune periculum omnibus obſeſſis, eo ꝙ
lapis, ſeu machina poſſet quemlibet offendere,
videtur procedere opinio prædicta. Sed ſi bali-
ſtis, catocutis, aut ſimili armorum genere, dicit
ipſe Hoſtien. quòd hoc caſu abſolui poterunt
pugnatores, alij non. argumen. notatorum in
c. 1. ſupra de fer. non ordi. cum concord. ſuis.
& in. l. 1. C. quando lic. ſi. iud. vindi. Neq; enim
expectandum eſt vulnus, quia ſi expectaretur,
mors ſimul cum vulnere poſſet contingere; vn-
de poſt mortem ridiculum, & fatuum eſſet ad
medicum recurrere. Sicut & aliàs in ſimili dicūt
Doct. quòd etiam in defenſione cum modera-
mine inculpatæ tutelæ, non eſt expectandus pri
mus ictus, vt not. in. l. ſed & ſi quemcunque.
primo reſpon. ff. ad leg. aquil. tradit Bal. in. l. 1.
C. vnde vi. Et idem etiam dicit Hoſtiē. de in-
grediente bellum campeſtre. Intelligit tamen
omnia prædicta, quando obſeſſi iuſtam aſſu-
munt defenſionem, & etiam bellum huiuſmo-
di ſit iuſtum ex parte excommunicati. Secus
ſi iniuſtè defenderent, aut bellarent, ſeu præ-
liaren-



liarentur; quia tunc non poſſent abſolui, eo
quòd in peccato perſiſtens, ſeu perſeuerans
abſolui non debet, vt in. c. quòd quidam. ſu-
pra de pœniten. & remiſſ. Si tamen iuſtè ob-
ſeſſum pœnitet, ſed ſecurè non poteſt exire, di-
cit Hoſtien. quòd talem abſolueret, argumen.
prędictorum, cum ſibi periculum immineat,
dummodo tantum faciat, quòd ſibi nihil poſſit
imputari. Dicit tamen præcauendum eſſe à
ficta pœnitentia, remittēs ad not. ſupra de re-
gula. in. c. ſicut nobis. & ſupra de appel. c. quę-
ſtioni. Et ſubdit, quòd in omnibus iſtis caſi-
bus, ſi abſolutus ipſe euadat; ſi verò moriatur
eius hæres tenetur ire ad eius excommunica-
torem, & ei humiliter obedire, argumen. c. de
cętero. &. c. ea noſcitur. in ſi. &. c. à nobis. 2. in
ſi. ſupra eod. Cuius contrarium videtur te-
nuiſſe. D. m. vt ſupra dixi. & ſic videtur ſenti-
re Hoſtien. in his verbis vltimis, quòd hęc pro-
cedunt in ſententia excommunicationis prola-
tæ ab homine. Sed tamen rationes prædictæ
concludunt idem dicendum in ſententia cano-
nis, à qua inferior aliàs niſi inſtante neceſſitate
non poteſt abſoluere. Item circa prędicta quę-
20 ri poſſet, quid † de muliere prægnante, quæ eſt
proxima partui, & longinqua à proprio Epi-
ſcopo, vtrum poſſit abſolui à proprio ſacerdo-
te abſolutione pertinente ad Epiſcopum. Sol.
dic, vt dicam. ĩ. in ſexta fallentia. Secundo
21 principaliter fallit, † in eo qui communicat ex-
communicato in crimine; quia licet talis inci-
dat in ſententiam excommunicationis ex iuris
diſpoſitione, non tamen poteſt abſolui niſi ab
eo qui illum excommunicauit, cui communi-
cauit in crimine. Et hoc eſt propter iniuriam,
quæ fit ſententiæ ipſius excommunicatoris, vt
in. c. nuper. ver. in ſecundo. in fine. iuncto ver.
quanuis enim & tunc. ſupra eod. ſecundum In-
nocen. Hoſtien. Boa. & Ioan. And. Licet glo.
magna in princ. in. d. c. nuper. teneat, quòd ta-
lis ligetur ſententia hominis, & non canonis;
ſed communiter* reprobatur; de quo tamen
dic, vt ibi latius dixi. Tertio fallit in caſu. c.
22 quicunque. eod. tit. lib. 6. videlicet, † in Regi-
bus, Principibus, Baronibus, Nobilibus, &
alijs de quibus ibi, qui agentes ibi prohibita
incidunt in excommunicationem ipſo facto
ex iuris diſpoſitione, & infra duorum menſium
ſpacium poſſunt à ſuo proprio Epiſcopo ab-
ſolui; ſed poſt duos menſes non poſſunt; quia
Papa reſeruauit ſibi poſt illud tempus abſolu-
tionem; & ſic reſpectu iſtius reſeruationis ca-
dit hæc fallentia ſub ſeptima fallentia. Quar-
23 to fallit, in quantum dixi quòd † proprius Epi-
ſcopus poteſt abſoluere. Nam hoc fallit ſi ſe-
des vacaret Epiſcopi, aut Epiſcopus eſſet ca-
ptus à Sarracenis, vel ſchiſmaticis, ſecundum
quod ſupra dixi in prin. iſtius tertię quęſtionis,
24 de quo dic, vt ibi. Quinto fallit, † in eo qui
cauſa ſtudij degit in alio loco; quia tunc Eṗs
alterius loci poteſt illum abſoluere ab excom-
municatione, à qua debebat abſolui à proprio
Epiſcopo, hoc tenet glo. Guil. ſuper Rayn. in
ſumma. eod. tit. §. regulariter. & frater Ioan. in
ſumma. eod. titu. quæſtio. 98. Facit quod not.
Hoſtien. in ſumma. in titu. de parroch. §. quis
intelligatur. ver. quid ſcholaribus. & quòd
not. in. l. ſi longius. §. 1. & in. l. hæres abſens. ff.
de iudi. & in. c. relatum. de cler. non reſid. &
Guil. de monte Lau. in. c. 2. de ſepul. Sed con-
trarium videtur tenere Cardi. in. c. eos. eod. tit.
lib. 6. Ego diſtinguerem, quòd aut loquimur
de ſententia canonis, in quam quis incidit ex
aliquo facto, ſeu delicto commiſſo in propria
diœceſi. Et hoc caſu, Epiſcopus loci ſtudij vbi
talis exceſſus non eſt commiſſus, non poteſt
illum abſoluere niſi in caſu neceſſitatis, quia
non ſortitur ibi forum ratione delicti, ex quo
ibi non deliquit, ſecundum ea quæ dixi in. c.
poſtulaſti. ſupra de fo. competen. Nec etiam
ratione domicilij; quia ratione ſtudij ſchola-
ris in loco ſtudij regulariter non videtur con-
trahere domicilium; de quo dic, vt latè dixi in
c. fin. ſupra de fo. competen. Et quanuis ratio-
ne ſtudij quò ad peccatum videatur poſſe ab-
ſolui à proprio ſacerdote illius loci, ſecundum
ea quæ traduntur in. c. omnis. ſupra de pœnitē.
& remiſſ. tamen ſecus videtur in abſolutione
ab excommunicatione, in qua tractatur de con-
tentioſa iuriſdictione. Aut ſcholaris incidit in
ſententiam excommunicationis ratione deli-
cti commiſſi in loco ſtudij, & tunc proprius
Epiſcopus erit etiam Epiſcopus ſtudij, per ea
quæ dixi in. d. c. poſtulaſti. Sexto fallit quòd
24 dixi de † proprio Epiſcopo, ſi proprius Epiſco-
pus eſſet negligens in abſoluendo; nam tunc
Archiepiſcopus poſſet abſoluere, argumen. c.
cum ex officijs. ſupra de præſcript. Regulare
enim eſt, quòd Archiepiſcopus ſui ſuffraganei
negligentiam ſuppleat; & quilibet ſuperior ne-
gligentiam inferioris, vt ſupra de ſupp. neglig.
pręlat. per totum. Secus ſi Epiſcopus proprius
ſit excommunicatus, vel aliàs propter ſua de-
merita non poſſet abſoluere; quia tunc non
ſuccedit Archiepiſcopus in poteſtate abſoluen-
di tales excommunicatos, vt in. c. 1. de ſupp.
negli. prælat. lib. 6. Et ad prædicta facit quod
in ſimili not. in. c. quanquam. de elect. lib. 6. &
hoc tenet Spec. in titu. de ſenten. excommuni.
in ſecunda parte. ver. quid ſi epiſcopus non
vult. Et quod dixi de Epiſcopo negligente,
idem arbitror dicendum de quolibet prælato
inferiore habēte iuriſdictionem epiſcopalem,
vt data ipſius negligentia poſſit ſuperior abſol-
uere. Epiſcopo autem abſente, aut in remotis
agente non poteſt Archiepiſcopus abſoluere,
ſi Epiſcopus non eſt negligens; quia Archie-
piſcopus non poteſt abſoluere in diœceſi alte-
rius. Et Epiſcopus poteſt hoc committere ſuo
vicario, ſupra de offic. ordi. c. fina. hoc tenet
Specu. in dicto loco, in ver. quid ſi epiſcopus
abſens. Vel dic, quòd fortè tunc ſeruandum eſt
quod in ſimili dicitur in. c. 1. ne ſe. vacan. lib. 6.
Eṗo tamen ꝓpter ſua demerita aliàs abſoluere
non valēte, nec per ſe, nec per alium; dici poſſet
ꝙ ſuccedit capitulum in poteſtate abſoluendi,

arg.c.vnici.de maio.& obed. lib.6. iuncta glo.
Facit quod dixi ſupra in princ.iſtius tertiæ prin.
25 quæſt. Septimo fallit in omnibus † caſibus, in
quibus Papa ſpecialiter ſibi abſolutionem re-
ſeruauit, in quibus omnibus regulariter nullus
inferior poteſt abſoluere. Sunt autem caſus in
quibus ſpecialiter abſolutionem reſeruauit in-
fraſcripti, videlicet; Primus in incendiario eccle
ſiarum, vel piorum locorum, intelligendo vt ſta
tim dicam in ſequenti caſu. Secundus, in ef-
fractoribus, & ſpoliatoribus eccleſiarũ, vt hæc
traduntur in.c.tua.& in.c.conqueſti.ſupra eod.
in iſtis tamen duobus caſibus abſolutio reſer-
uata eſt Papæ ſolum poſt denuntiationem; ſed
ante denuntiationem abſolui poſſunt ab ordi-
nario, vt not.in dictis iuribus, & ibi latius dixi.
Tertius caſus, in eo qui ſcienter, & ſpontè par-
ticipat excommunicato à Papa in diuinis offi-
cijs, vt in.c.ſignificauit.s̃.eo. quòd qualiter in-
telligatur, dic, vt ibi dixi. Quartus caſus, in fal
ſario literarum Dñi Papæ.s̃.de cri.fal.c.dura. &
.c.ad falſariorum. Quintus caſus, in illo qui
participat excommunicato crimino ſo in crimi
ne; talis enim non poteſt abſolui niſi ab illo qui
tulit ſententiam, vt dixi ſupra in ſecunda fallen.
Et ideò ſi Papa ſentẽtiam tulerit, non poteſt ab
alio abſolui, quàm à Papa, per ea quæ dixi in ſe-
cunda fallen. Aliter non reperitur iſte caſus ſpe
cialiter reſeruatus ſedi apoſtolicæ. Sextus, in
capellano benedicente ſecundo nubentem, qui
licet excommunicatus non ſit, tñ mittendus eſt
ad ſedem apoſtolicam, ſecũdum quod traditur
in.c.1.ſupra de ſecun.nup. Iſte tamen caſus li-
cet per Hoſti.interſeratur, non conuenit mate-
riæ noſtræ, vt per ſe patet. Septimus caſus, in
excommunicato, eo quòd manus violentas inie
cit in clericum.17.q.4.c.ſi quis ſuadente. Sed
de hoc caſu latius dicam.j̃.quaſi ſpecialem tra-
ctatum faciendo in fine iſtius primi membri.
Hos ſeptem caſus ponit Hoſt.in ſumma.eo.tit.
§.quis poſſit. Tu verò adde alios caſus Papæ
reſeruatos per iura nouiſſima ſexti, clemen. &
extrauagan.quos Hoſtien. videre non potuit.
Octauus igitur caſus ponitur, in.c.fundamenta.
in.§.quòd ſi ſecus. de elect. lib.6. Nonus, in
caſu.c.clericis.§.nos igitur.de immu.ecc.lib.6.
Decimus, in caſu eiuſdem decretalis. in.§.præ-
latis.in fi. Vndecimus, in caſu.c.1. ver. omnẽ.
de ſchiſma.lib.6. Duodecimus, in caſu.c.fœ-
licis.ver.præſenti.de pœn.lib.6. Decimuster-
tius, in caſu.c.quicunque.eod.tit.lib.6.poſt ter
minum tamen duorum menſium, vt dixi ſupra
in tertia fallentia. Decimusquartus, contra
inquiſitores, vel ſubſtitutos ab eis, qui non di-
ſcretè, & promptè contra diffamatos de hæreſi
procedunt, aut aliquid falſitatis pro ipſo officio
impediendo contra aliquem imponunt, ꝓpter
quod ſunt ipſo iure excommunicati, vt in cle.1.
§.penult.de hæreti. de quo dixi in.c.contingit.
ſupra in decimooctauo princ. artic. Decimus
quintus colligitur, ſeu ponitur in caſu quem di-
xi in.d.c.cõtingit.ver.lxxix. Et etiam ex ibi di-
ctis in ver.lxxx.& ver.lxxxj. collige duos alios
alios caſus. Decimusoctauus, colligitur ex
ver.lxxix.poſito in.d.c.contingit.de quo habe-
tur in clemen.1.in princ.de pœn. Et ab illo ver.
ſeptuageſimonono, vſque ad ver. centeſimum
primum, collige alios duodecim caſus, in qui-
bus abſolutio reſeruatur Papæ, qui omnes po-
nuntur in dicta clemen. de pœn. Trigeſimus
primus, trigeſimusſecundus, & trigeſimuster-
tius colliguntur in.d.c.contingit. in ver. cente-
ſimustertius. & duobus ſequen. qui colligun-
tur ex clem.fi.de pœn. Trigeſimusquartus, tri-
geſimusquintus, trigeſimusſextus, & trigeſi-
musſeptimus, colliguntur ex his, quæ dixi in.d.
c.contingit. ver.centeſimusdecimus. & tribus
ſequen. ver. Alios etiam plurimos caſus colli-
gere potes ex pluribus extrauagantibus, quos
recitaui formaliter, in.d.c.contingit. in fi.deci-
mioctaui princ.artic. In omnibus igitur præ-
dictis caſibus, in quibus Papa ſpecialiter ſibi re-
ſeruauit abſolutionem, ſolus ipſe abſoluere po
teſt. Alius verò inferior non poteſt, & ſi ſit lega
tus de latere, vt probatur in.c.quod translatio-
nem.ſupra de off.lega. quia in generali manda-
to non veniunt reſeruata ſedi apoſtolicæ, vt
not.glo.penult. & fi. 2.q.5.c.quæ de cauſa. Et
ideò in incendiarijs eccleſiarum, vel locorum
religioſorum Legatus de latere poſt publica-
tionem abſoluere non poteſt. Ita tenet Spec.in
tit.de lega.§.nunc oſtendendum. ver. ſexageſi-
moſeptimo.& tenet Io. And.in.d.c.tua. Dicit
tamen Io. And.ibi, quòd contra Spec.facit quia
dicta decretalis tua, æquiparat incendiarijs ex-
communicatos ꝓpter manuum iniectionem,
quare vult tales manus inijcientes in clericos
poſſe Legatum de latere abſoluere, vt in.c.ad
eminentiam. ſupra eod. &.j̃.ſubijciam in ſpe-
ciali tractatu de hoc, meritò videtur Legatos
de latere abſoluere poſſe incendiarios, maximè
26 quia maior eſt offenſa † in perſona, quæ nobi-
lior eſt, quàm in rebus quibuſcunque, vt Inſtit.
de iur.natu.gen.& ciui.§.fina. & in.l.in ſeruo-
rum.§.fin.ff.de pœn.& in.l.in pecudum. ff. de
vſur. Quare ſi Legato de latere conceditur ab-
ſolutio, quando perſona offenditur, multò for-
tius debet concedi offenſione facta in rebus. Fa-
cit quod not. in.c.per venerabilem. ſupra qui
fil.ſint legit. Sed dicit Io. And. in.c.tua. quod
ſi quis vult defenſare Spec. poteſt reſpondere,
quòd dato quòd fiat æquiparatio prædicta, nõ
tamen ſequitur, quòd permiſſum in vno caſu,
extendi debet ad reliquum. Et ad ſecundum
dicit, quòd maior eſt culpa incendiarij, quàm
percuſſoris clerici; quia in primo caſu non cadit
excuſatio, ſicut in ſecundo; ita quòd res, ſeu ec-
cleſia non poteſt notari culpa; ſed clericus po-
teſt eſſe culpoſus. Facit.c.ſi verò.ſupra eod. &
hoc ſequitur. D.m. in.d.c.tua. motus quia in
iſtis exorbitantibus non proceditur de ſimilibꝰ
27 ad † ſimilia, nec ſit extenſio ex maioritate ra-
tionis, vt in reg.in argumentum. & in reg. quæ
à iure.de reg.iur. lib.6. & in.l.quod verò con-
tra.ff.de legib.cum ſimilibus.& mihi placet. Et
ſic not.ex prædictis, quòd licet duo caſus ſint
æqui-



æquiparati quò ad quid, tamen facta correctio-
ne in vno, non ſit extenſio quò ad reliquum,
quod nota ad ea quæ habentur in materia ex-
tenſionis iurium exorbitantium. Sit ergo con-
cluſio, ꝙ Legatus etiam de latere nõ poteſt ab-
ſoluere excommunicatos, quorum abſolutió
ſpecialiter apoſtolicæ ſedi ſit reſeruata, niſi po-
teſtas abſoluendi per ſedem Apoſtolicam ſpe-
cialiter demandetur. Facit quod not. Archidia.
19.diſtin.c.in memoriam. vbi dicit, ꝙ Legatus
non abſoluit excommunicatum, eo ꝙ aliquid
addit literis apoſtolicis, de quo dixi.s̃. in ver.
quartus caſus. Facit etiam quod not.Io. And.
in addi.Spec.in tit.de lega.§.nunc oſtendendũ.
in magna addit. vbi, quòd de omnibus excom-
municationibus iuris noui, quarum abſolutio-
28 nes † ſunt reſeruatæ Romano Pontifici de qui-
bus ſupra dixi, Legatus etiam de latere non po
teſt abſoluere. In nullo igitur prædictorum ca-
ſuum Papæ ſpecialiter reſeruatorum, Legatus
etiam de latere abſoluere poteſt, niſi ex ſpeciali
cõmiſſione, præterquàm in caſu iniectionis vio
lentæ manus in clericum. Sed circa prædicta
quæro de notabili quæſtione, videlicet, vtrum
29 collegium † Cardinalium vacante ſede Apoſto
lica, poſſit abſoluere in prædictis caſibus Papæ
reſeruatis. Solu. videtur dicendum ꝙ ſic, arg.
tex.c.1.de ſchiſma.lib.6. in quantum, Papa ibi,
prohibet in illo caſu, ne collegium Cardinaliũ
etiam ſede vacante poſſit abſoluere, quaſi ſen-
tiat, quod id potuiſſet ſi ſpecialiter non prohi-
buiſſet; & hoc argumẽtum colligit ibi Archid.
Sed glo. magna, ibi latè diſputat hanc quæſtio-
nem, & recitat opin. Hoſtien. tenentẽ prædictã
ſententiam per plures rationes. Sed tandem
reprobat prædictam opinio. per alias rationes,
concludendo, quòd prædictum collegium hoc
non poſſit.& hoc videtur hodie approbari per
tex.in cle.ne romani.in princ.de elect. Et hanc
Cõm. op. vltimam opinionem communiter* ſequuntur
ibi Doct.& in.c.1.de ſchiſma. Item circa præ
dicta poſſet dubitari, vtrum in omnibus prædi
ctis caſibus, in quibus abſolutio reſeruata eſt
ſedi Apoſtolicæ, poſſint inferiores abſoluere in
his caſibus, ſeu ex illis cauſis de quibus.j̃.ſu-
bijciam in fallentijs, in quibus dicam inferiores
poſſe abſoluere incidentem in canonem ſi quis
ſuadente diabolo. Solu. dicendum eſt ꝙ non,
niſi quando ſubeſſet mortis periculum, hoc te-
net Io. And. Hoſtien. D.m. &.d.Ant. in.c.quã-
uis.j̃.eod. Et adde quod dicam.j̃.poſt prædi-
ctas fallen. & etiam in ſecundo membro princ.
Et ex prædictis habes caſus enumeratos, in qui
bus reſeruatur Apoſtolicę ſedi abſolutio ab ex-
communicatione inflicta à iure, cũ declaratio-
nibus, & extẽſionibus ſupra dictis. Verũ quia,
ſeptimus caſus ſupra relatus de excommunica-
to propter violentem manuum iniectionem in
clericum exigit altiorem indaginem; ideò ad
ipſum redeo, quaſi ſpecialem tractatum faciẽdo
de eo, prout ſupra feci ſpecialem articulum de
his qui propter prædictam cauſam incidunt in
excommunicationem, in.c.peruenit. ſupra eo.
30 in nono princ.artic. Quæro igitur † quis poſſit
abſoluere clericum, qui propter violentam ma-
nuum iniectionem in clericum incidit in cano-
nem; declarando hoc, prout latiſſimè declaraui,
in.d.c.peruenit.in nono prin.artic. Sed dic ꝓut
dixi ſupra in ver. ſeptimus caſus. quòd regula
eſt, quòd talis nõ poteſt abſolui, niſi à ſede Apo
ſtolica, quia Papa reſeruauit ſibi abſolutionem,
vt in.c.porrò. & in.c.non dubium. & in.c.ea
noſcitur. & in.c.tua nos.ſupra eod. & in.c.quã-
uis.j̃.eod. 17.q.4.in.c.ſi quis ſuadente. Præ-
dicta tamen regula recipit primò tres declara-
31 tiones. Prima declaratio eſt, † quòd locum ha-
bet ſiue talis excommunicatus ſit publicus, ſi-
ue occultus; quia clam manus violentas iniecit
in clericum, & nunc in foro pœnitentiali vellet
abſolui ab Epiſcopo, vel proprio ſacerdote; nã
hoc fieri non poteſt, vt in.c.porrò.ſupra eod. &
in hoc errant multi ſacerdotes, vt dicunt Doct.
32 Secunda declaratio eſt, † quæ deſcendit à præ-
cedenti, quòd prædicta regula procedit ſiue lo-
quamur in foro contentioſo, ſiue in foro pœni-
tentiali. Nam & in foro animæ talis non poteſt
abſolui, niſi à ſolo Papa, vt.d.c.porrò. Facit qđ
not.glo.in.c.2. de pœniten. & remiſſ. lib.6. te-
nent Docto.in dicto.c.porrò. Tertia declara-
33 tio ex † prædicta regula procedit, ſiue quis ma-
nus violentas inijciat in clericum tanquàm pri-
uatus, ſiue tanquàm officialis. Intelligendo ta-
men, quòd propter talem iniectionem incidat
in canonem, ſecundum quòd latè dixi in.c.per-
uenit. in nono principali articulo. Nam talis
officialis etiam à ſolo Papa debet abſolui, vt in
.c.3.ſupra eod. Nam vt ibi dicit.D.m.tale de-
lictum videtur non leue, cum non ſolum infe-
rat iniuriam clerico, immò per ipſum videa-
tur velle vſurpare iuriſdictione in clericos.
Inſuper prædicta regula recipit plures fallen-
tias tàm reſpectu qualitatis abſoluentis, quàm
reſpectu qualitatis cauſarum. Prima fallen-
34 tia eſt in Legato † de latere, qui tales poteſt
abſoluere, vt in .c. ad eminentiam. & in.c.ea
noſcitur. ſupra eod. & dicit ibi glo. quòd hoc
poteſt facere ex officio legationis, per not. in
.c.quod translationem.ſupra de offi.lega. Hanc
tamen fallentiam limitat Hoſtien. in.c.penult.
ſupra de offic. lega. ſi modo læſio, ſeu iniuria
non ſit enormis; quia tunc non poteſt ſine
ſpeciali mandato tales abſoluere, argumen.c.ſi
verè.1. &.c. peruenit. &.c.relatum. &.c.nu-
per. &.c.cum illorum. ſupra eod. &.c.cano-
nica.j̃.eod. Et idem tenet Hoſtien.in.c.1. ſu-
pra qui cleri. vel vouen. Voluit tamen Ho-
ſtien. quòd ſi Legatus diceret ſe habere ſpe-
cialem commiſſionem vt poſſit abſoluere ab
iniuria etiam enormi, quod ſibi credendum
eſt. Ad quod vide quod traditur in.c.cum à
nobis.de teſtib.&.97.diſt.in.c.nobiliſſimus. &
quod latè dixi in clemen.1. de probatio. in ſe-
cundo membro princ. Sed ſine ſpeciali com-
miſſione vt dixi, Legatus etiam de latere pro
enormi læſione non poteſt abſoluere ſecun-
dum Hoſti. Et eandem opinionem tenet poſt

Inno.Spec.in tit.de lega.§.nunc dicamus. ver.
circa ptãtem. & ver.quod etiam dixi per prædi
ctum.c.cum illorum. & per not.23.q.vlti.c.ſi
quis membrorum. Sed Io.And. d.Ant.D.m.
Com.opi. & Docto.communiter* tenent contrarium in
d.c.penul.ſ̃.de off.lega.volentes,ꝙ Legatus de
latere poſſit abſoluere etiam pro enormi læſio-
ne; quam etiam opin. tenuit ipſe Hoſti.in.c.ad
eminentiam.ſupra eo. quia tex.ille loquitur in-
diſtinctè,vt patet ibi,dum tex.dicit,eos habeas,
& ſic loquitur indiffinitè,& indiffinita æquipol
let vniuerſali,vt traditur in.c.vt circa. de elect.
lib.6.&.l.in vſu.ff.de verbo.ſigni. Et maximè
probat dictum.c.ad eminentiam, ſecundum
aliam literam,quæ non habet verbum eos, ſed
verbum omnes;quod quidem verbum eſt vni-
uerſale,vt in.c.omnes.& in.c.ſolitæ.ſ̃.de maio,
& obed.& in.l.à procuratore.C.mand.Et hanc
ſecundam opinionem ſequuntur ibi Ioã. And,
d.Anto.&.D.m.Et eam tenet etiam Archid,in
d.c.ſi quis ſuadente. 17.q.4. per prædictum.c.
ad eminentiam. in fi. & per alleg.c.ea noſcitur,
in ver.alios.& per.c.quanuis.j̃.eo.& per.c.qđ
translationem.de off.lega.Et eandem ſententiã
etiam tenet idem Archidiac.in.c.1.de off.lega.
lib.6.qui alleg.ad hoc.c.eos.§.fi.de ſent.excõ.
lib.6.per quem tex.dicit,hoc hodie videri qua-
ſi expeditum, in quantum ille tex. dicit à qui-
buſuis ſententijs; & ſic videtur præſupponere
ꝙ Legatus à quibuſcunque iniurijs, & percuſ-
ſionibus poſſit abſoluere. Aduerte tamen,quia
dicit ibi Io.And.in nouel.quòd licet Archidia.
exclamet illam literam pro iſta opin.& hęc opi
nio ſibi placet,tamen non concedit Ioan.And.
quòd dicta decretalis faciat pro iſta opin. cum
in nulla parte ipſius tractetur de poteſtate lega-
torum in abſoluendo,ſed ſolum de abſolutione
à ſententijs,à quibus poſſunt,quæcunq; ſint il-
læ ſententiæ. Et patet,quòd ille tex.non vide-
tur dare Legatis aliquam poteſtatem, allegat in
ſimili.c.ſi gratioſè.in fi.de reſcrip.lib.6. Et hãc
etiam opinionem Goff.in.c.1.ſupra qui ele.vel
vouen. & ibi etiam ſequitur Henric. qui etiam
ſequitur eandem opinionem in.c.quoniam.ſ̃.
de vi.& hone. cleri. & in.c.peruenit.j̃.eod. Et
hæc opinio plus mihi placet. Non obſtant iu-
ra allegata ſupra in contrarium pro prima opi.
quia illa iura in quantum excipiunt enormem
iniuriam,nõ loquuntur in legatis de latere, ſed
in inferioribus. Et aduerte,quia Legatus de la
tere tales abſoluere poteſt, non ſolum in pro-
uincia ſibi decreta,ſed etiam extra prouinciam;
quod tamen qualiter intelligendum,latius dicã
infra in decima quæſtio.princ.iſtius articuli.
Secunda fallentia eſt in Legato conſtituto, ſeu
35 miſſo non de latere,qui Legatus poteſt † abſol-
uere tales excommunicatos,ſed duntaxat infra
ꝓuinciam ſibi decretam,& non veniẽtes aliun-
de. Sed aliunde venientes etiam in prouincia
exiſtens,non poteſt abſoluere. Exiſtens verò
extra prouinciam aliunde venientes, nec etiam
prouinciales abſoluere poteſt, vt eſt tex.in.d.c.
pen.ſ̃.de off.lega. Quòd tamen limitatur, niſi
illud haberet ex ſpeciali commiſſione, vt ſtatim
dicam de legato. Item limitatur, niſi de con-
ſenſu ordinarij hoc ꝓcederet,ſecundum Vinc.
in.d.c.penul. Sed glo.2.ibi tenet contrarium.
& hoc communiter*tenent Docto. &.D.m. & Cõm.opi.
mihi placet,vt ibi dixi. Pro qua opin.ego alle-
go,quia cum ordinarius non poſſit tales abſol-
uere, ergo nõ poteſt alteri dare poteſtatem ab-
ſoluendi.1.q.7.c.daibertum.cum ſimil. Sed in
contrarium facit,quia poteſtatem hanc videtur
habere à ſede apoſtolica ex officio Legationis,
& ſibi videtur deficere ſolum territorium; vn-
de ſatis videtur eſſe, quòd poſſit ibi ſedere pro
tribunali; ſed ſedere ibi pro tribunali poteſt de
voluntate ordinarij,vt dixi in.c.nouit. ſ̃. de off.
lega.igitur &c. Sed dicit Spec.in tit.de lega.§.
nunc videamus. ver.ſed nunquid Legatus con-
ſtitutus.quòd melius faceret ſi abſtineret. Ad-
uerte quia nunc venit in mentem, quòd fortè
poſſet opin. Vinc. ſaluari, quando vellet abſol-
uere ſuos prouinciales de conſenſu eorum, &
accederet conſenſus ipſius Epi,per ea,quæ dicã
j̃.in nona quæſt.prin.iſtius articuli.& per argu-
mentum ſupra formatum. Sed vide quod ibi
dicam. Quid autem de Legato nato,qualis eſt
Reuerendiſſ.Cantuarien.& ſimiles,vtrum poſ-
ſit abſoluere excommunicatos ꝓpter cauſam
prædictam; Breuiter dic ꝙ non,etiam ſi ſint in
prouincia,& ſint ſubiecti, & in prouincia exi-
ſtentes,vt traditur in.d.c.pen.in fi. ſupra de off.
lega.Quod tamen limitatur ibi,niſi hoc habeãt
ex ſpeciali commiſſione.Facit quod ſtatim dicã
in tertia fallen. Item hoc verum,niſi in caſibus
illis,& ex illis cauſis,propter quas etiam Epi,&
inferiores prælati poſſunt abſoluere, de quibus
j̃. in ſequentibus fallen. Tertia fallentia eſt,
36 propter † ſpeciale mandatum,commiſſionem,
vel delegationem factam per ſummum Pontifi
cem inferiori,aliàs non habenti poteſtatem,per
.c.porrò. ſupra eod. & ibi not.Docto.maximè
D.m. Et idem ego intelligo de quolibet alio
inferiore à ſummo Pontifice, qui per ſeipſum
poſſet abſoluere, vt eſt Legatus de latere,vel Le
gatus conſtitutus vt ſupra dixi in duabus fal-
len.pręceden.quia in caſibus,in quibus poſſent
per ſe tales abſoluere,poſſunt etiam talem pote
ſtatem alteri delegare, eo quòd talis poteſtas
delegabilis eſt, vt dicam.j̃.in vndecima quæſt.
37 princ. iſtius artic. Quarta † fallentia eſt reſpe-
ctu monachorum,ſeu regularium,de qua fallen
tia ſtatim dicetur in quarto membro. Quin-
38 ta † fallentia eſt propter periculum mortis, vt in
.c.non dubium.& in.c.de his. ſup̃ eod. & in.c.
quanuis.j̃.eod.& ſupra de rapto.c.in literis. &
17.q.4.c.ſi quis ſuadente.Et hoc caſu,non ſolũ
Epiſcopus, ſed etiam ſimplex ſacerdos; quini-
mo etiam purus laicus videtur poſſe abſoluere,
Sed de laico eſt dubium, per ea quæ dixi ſupra
in prin. in ver. primo propter inſtantem neceſ-
ſitatem. & vide quod ibi dixi. Et ad declara-
tionem dictæ fallẽtiæ,& ſequẽtium, vide quod
dixi in quæſtionibus, quas ſubijciam poſt fal-
39 lentias. Sexta fallentia † eſt in infirmis, & va-
letudinarijs, vt in.c.noſcitur. & in .c. quod de
his.ſ̃.eo. & in .c. quãuis.j̃. eod.vbi dicit Inno.
& ſequitur Io. And. ꝙ hoc intelligendum eſt,
etiam ſi non immineret periculum mortis, vt
differat à præſenti fallentia; vt puta, quia pati-
tur quartanam, vel podagram. Et idem tenet
Ioan. And. & Inno. in .d.c.ꝙ de his. Et idem
dicendũ eſt de ſimilib⁹ infirmitatibus; vt puta,
ſi eſſet ethicus, vel tiſicus. Videtur tñ prædicta
fallentia limitari poſſe, ſi modo talis, vel tãta ſit
infirmitas, propter quam non poſſit laborem
ſubire veniendi ad eccleſiam Romanam, argu.
tex.d.c.ꝙ de his.ibi dum tex. dicit, tãta graue-
tur; dicam in ſequenti fallentia, & hoc ſentiunt
Io. And. & Hoſti. in.d.c. Circa qualitatem,ſeu
quantitatem dicerem relinquendum eſſe arbi-
trio iudicis, vt infra ſubijciam, & an tales poſ-
ſint ab inferiori Epõ, infra ſubijciam poſt fallen
tias, vbi etiam videbis aliàs declarationes.
40 Septima fallentia eſt in ſenibus, † tales enim nõ
tenentur ire ad ſedem Apoſtolicam, vt in iu-
ribus ſupra ſtatim allegatis. Et intellige de ſeni-
bus, qui tanta ſenectute grauentur, ꝙ veniendi
ad ſedem Apoſtolicam laborem ſuſciperent, vt
.d.c.quod de his. Et dicit Inno.in.d.c.quanuis.
quẽ ſequitur Io. And. quòd & ſenex, licet red-
datur fortis ad ſubineundum laborem, tamen
quia periculum eſt, abſolui poteſt ab inferiori;
Facit quia ipſa ſenectus morbus eſt. Sed an ta-
les poſſint abſolui ab inferiore ab Epiſcopo,in-
41 fra ſubijciam. Octaua fallentia, † eſt ratione
inopiæ, ſeu paupertatis, vt in .c. quod de
his.ſupra eod. & in .c. quanuis. infra eod. Fa-
cit in ſimili.ſ̃.de teſti.c.ſi qui teſtium,quòd in-
tellige de ijs, qui tanta paupertate laborant, ꝙ
ad ſedem Apoſtolicam accedere non poſſunt;
aliàs ſecus, & ita poterit intelligi.c. ea noſcit̃.
ſupra eod. vbi dicitur, quòd alij, ſiue paupe-
res, ſiue diuites tenetur ire ad ſedem Apoſto-
licam. Et ita intelligit ibi glo. ſuper verbo pau-
peres. Et dicit, ibi, Inno. quòd tex. ille debet
intelligi de illo paupere, qui habet vnde pere-
grinationem perficere poſſit. Et ſequuntur
Abba. & Ioan. And. Et idem tenet Inno. in
in.d.c.quanuis. quia nullus debet cogi mendi-
care, vt in .l.1. C. de mendi. vali.lib. 11. Dicit
etiam Ioan. And. in .d. c. ea noſcitur, quòd pu
tat, quòd pauper aliàs potens ad eundum ad ſe-
dem Apoſtolicam, ille tenetur ſi mendicando
poteſt ſibi in itinere prouidere, ſicut in loco in
quo degit. Et ſic intellige illum tex. ſecus ſi
eſt pauper non mendicans,nihil habens,ſed ar-
tificio quærit ſibi victum, quòd facere non
poſſet itinerãdo; nam tunc habet locũ fallentia
noſtra,& iura in prĩcipio allegata. Ideò dicit Io.
And.ſi ex eo quòd mendicet habet alere filios,
& vxorem maximè infirmam, vel ſi in itinere
mendicando non ſufficeret ſibi ad vitam, vel
eſt talis perſona, quam non decet mendicare.
Et ſequuntur .D. Anto. & .D.m. in .d.c.ea no-
ſcitur. Et ſic habes vnum priuilegium pauper-
tatis. Et adde quod dixi in fine præcedentium
42 fallentiarum. Nona fallentia † eſt propter ſe-
xus fragilitatem. Vnde mulieres in canonem
incidentes non tenentur ire ad ſedem Apoſto-
licam, vt in .c. mulieres .ſ̃. eod. quod procedit
in mulieribus quæ non ſunt ſui iuris, argu.tex.
.d.c.mulieres in principio, vbi tex.dicit, mulie-
res,& aliæ quæ ſui iuris non ſunt; ſed Hoſti. &
Ioan. And.ibi tenent contrarium, quia aliàs ſe-
queretur, quòd virgines, & viduæ, & aliæ non
nuptæ tenerentur ire ad ſedem Apoſtolicam,
quòd eſt incõueniens. Intelligitur ergo de om-
nibus mulierib⁹, & conſuetudo approbat hũc
intellectum, quòd Epiſcopi omnes fœminas
abſoluant, quæ conſuetudo ſeruanda eſt, quia
ipſa peregrinatio indecẽs eſt, & periculoſa. 18.
.q.2.c.pernicioſa.Facit.C.de ꝓcu.in.l.maritus.
& quod legitur, & not.ſ̃.de vi. & hone.cleri.in
.c.monaſteria. & de coha. cleri. & mulie.c. 1.
Vnde conſuetudo prædicta, tanquam genera-
lis per Papam tacitè approbata hanc iuriſdi-
ctionem dare potuit.ſ̃.de offi.leg.in .c.ꝙ tranſ-
lationem. & in .c. cũ contingat .ſ̃. de ſo. cõpe.
& quod ibi latè dixi. Et hoc tenet Io. And. D.
Anto. & .D.m. & Doct.communiter, * in.d.c. Cõm.opi.
mulieres, Nec obſtat ille tex. quia illa verba in
principio, vel aliæ perſonæ, quæ ſui iuris non
ſunt, non determinant præcedens verbum; ſed
tantum ſequentia verba; quaſi prius dicat, & ſi
ſui iuris ſint, nec non & maſculi, qui ſui iuris
non ſunt &c. Et ſic eſt ſubaudiendum,ibi,nec-
non, ad exponendum Vel, pro &, vt ſæpe acci-
dit, vt in .l.ſæpe.ff.de ver. ſig. ſecũdum Hoſti.
& Ioan. And. vel dic, vt dixi in .d .c. mulieres.
in ſecundo reſponſo; procedit ergo fallentia
noſtra, ſiue mulier ſit alieni iuris ſubiecta, ſiue
ſit ſui iuris, quia eadem eſt ratio; & quia aliàs
non erat neceſſarium exprimere de muliere.
Item procedit fallentia noſtra, ſiue mulier ſit
debilis, ſiue fortis, ſiue robuſta, ſecundũ Spe.
in tit. de ſenten. prola. §. vt autem. ver. quid
ſi mulier. Et ſequitur Ioan. And. in .d.c.mulie-
res. & mihi placet; quia licet mulier ſit robuſta,
tamen femur, ſeu ſexus eſt fragilis; propterea
volubiles, momẽtaneæ,& de facili corruptibi-
les ſunt, varia enim,& mutabilis ſemper fœmi-
na. Vide quod dixi in .c.in literis.ſ̃. de teſti.&
ventus vrẽs dicitur, vt dixi in .c.paſtoralis.ſ̃.de
iudi. Et videtur eſſe animal imperfectum. Vn-
de dicit tex. ad denotandum earum imperfe-
ctionẽ, earum nomina communiter terminan-
tur in A, quæ apud omnes nationes eſt prima
litera alphabeti, & principium imperfectionem
ſignificat. Sed nomina virorum terminantur
in O, quę eſt vltima alphabeti apud Gręcos, ad
denotandum eorum perfectionem. Ad quod
vide. 13.q.2. in.c. poſtquam. & quòd ibi tra-
ditur. Item procedit fallentia noſtra, ſiue læſio
ſit leuis, ſiue enormis, ſecundum Ioan. And.in
.d.c.mulieres per tex. in d. c. indemnitatibus.
.§. ſed cum eas. de elec. lib. 6. Sed ille. §. non
facit, quia loquitur in mulieribus religioſis, quæ
non tenẽtur perſonaliter ire ad curiam pro ne-
gotio electionis. Hic verò quæritur de reatu
enormi, qui omnem honorem excludit, vt in
.l.1.C.

.l.1.C.vbi de crimi.agi opor. Quare, videtur
quibuſdam, vt Aſcenſi. in ſum. eod. tit. quem
refert, & ſequitur Henri.in.d.c.mulieres, ꝙ pro
atroci iniuria mulieres ſunt mittendæ ad ſedem
Apoſtolicam, per tex.in.c.3.ſ̃.eod.ſed ille tex.
parum facit. Mouetur etiam per.c.relatum. &
.c.cum illorum.ſ̃.eo. ſed illi tex. etiam parum
faciunt. Pro prædicta tamen opi. facit id quod
dicam infra poſt fallentias. Sed prima opi.
videtur æquior, propter ſexus fragilitatem.
Sed circa prædicta quæro, quid de muliere præ-
gnante quæ eſt proxima partui, vtrum de-
beat mitti ad ſedem Apoſtolicam. Et ſi tu di-
ceres, hæc quæſtio non videtur habere dubita-
tionem, cum & aliæ mulieres non ſint mitten-
dæ ad ſedem Apoſtolicā, vt ſtatim dictum fuit,
dic, ad hoc vt quæſtio habeat dubitationē, de-
bet intelligi in caſu in quo aliàs mulier nō præ-
gnans eſſet mittenda ad ſedem Apoſtolicam.
Sol. Io. And. in .d.c.paſtoralis.ſ̃.de offi. ordi.
dicit, ꝙ putat diſtinguendū inter eſſe mulieris
conditionem, ſi enim eſt corpulenta, & multos
habuit filios, & facilè peperit, nō eſt abſoluēda,
niſi aliud periculum immineat. Si autem aliàs
peperit, & multum timet partum, vel aliàs eſt
difficilis in partu, & fortè debilis poſſet abſolui
ab Epiſcopo, fortius ergo, ſi nunquam peperit.
Subdit tamen Io. And. quòd quia plures mu-
lieres etiam prole ſecundæ deceſſerunt in par-
tu, vt docet experientia, quòd pium eſſet dice-
re illas non teneri ad eundum ad ſedem Apoſto
licam. Facit quod dixi.ſ̃.in principio iſtius ter
tiæ q̄ſtionis in ver. primo fallit. Et quod not.
.ſ̃. de pœni. & remiſ.c.quòd in te. & de pœni.
diſt. 1. c.quem pœnitet, & adde quod dixi in
fine præcedentium fallentiarum. Decima fal-
43 lentia eſt, propter pupillarem, † ſeu puerilem
ætatem, vt in .c.1. ſup̄ eod. & in.c. quanuis. &
.c.fin.j̃.eod. quòd intelligit glo.1. in .d. c. fin.
de pueris doli capacibus, per .c. pueris .ſ̃. de
delic. puę. quia aliàs ſi non eſſent doli capaces
non poſſent iniuriam facere. 15.q.1.c.illud. Et
vide quod dixi in .c.1.ſ̃.eod. in primo notabi-
li, & in.c. mulieres.ſ̃.eod. in ſeptimo principa
li artic.in.q.fin. & in.c.peruenit.ſ̃.eod.in nono
principali articulo, in tertio membro principali,
in quarta quæſt. Et aduerte, quia licet pupillus
doli capax incideret in canonem percutiendo
clericum infra pupillarem ætatem, quanuis in-
fra pupillarem etatem non petierit abſolutio-
nem, ſed poſtea in pubertate illam petit, nihi-
lominus abſolui poteſt ab Epiſcopo, vt eſt tex.
in .d.c.fin.j̃.eod. Facit in ſimili de reſcrip .c. ſi
eo tempore lib. 6. Allegat etiam Goff. pro ſi-
mili.ff.de bo. lib.in .l.qui cum natu; vbi ſi filius
patroni minor accuſat libertū, & poſtea factus
maior perſeuerat, non perdit bonorum poſſeſ-
ſionem ad idem etiā alle.l.eum actū.ff. de nego.
geſt.&.ff.de mino.in.l.3.§.ſcio. Et ſic ex præ-
dictis ego infero, ꝙ licet aliquis ſit minor, ſi ta-
men exceſſit pupillarem ætatē & incidit in ca-
nonem, quòd regulariter non poteſt abſolui ab
alio, quam ab Epiſcopo. Et adde, & vide prout
dixi in fin. præcedentium fallentiarum. Vnde-
44 cima fallētia eſt, † in perſonis magnę potētiæ, &
delicatis, quę laborē accedendi ad ſedē Apoſto-
licā nequeunt ſuſtinere; tales enim an ſufferre
laborē poſſunt ad arbitrium Ep̄i referēdum eſt,
& ſi videbitur Ep̄o ꝙ laborē eundi nequeant ſu
ſtinere, ꝓpter periculū moræ tales abſoluet, re
cepta cautione ꝙ parebunt conſilio, ſeu reſpon
ſo Papæ deinde conſulendo. Si verò periculum
non timeatur, conſulendus eſt Papa antequam
abſoluatur, tex. eſt in.c.mulieres. in ver. de ijs.
iuncta glo.2.ſ̃. eod. Sed dicit Hoſti. qui ponit
hunc caſum in ſum.eod.ti.§.quis poſſit excōica
care. ver. 12. in ijs qui nobiles &c. ꝙ ipſe non
notaſſet hunc caſum pro fallētia, niſi ipſum no-
taſſet Goff. in ſum. Et ſubdit, ꝙ iſta eſt veritas,
ꝙ in.d.c. potius abſoluit Ep̄s iure delegationis,
quam iure officij. Sed tu dic, ꝙ ſatis aptè cadit
pro fallentia, vt ſupra dixi, ſm̄ prædictā glo.2.
Et adde, & vide quæ dixi remittēdo in fin. quin
tæ, & ſextę fallentiæ. Decimaſecunda fallen-
45 tia eſt † in ijs qui habent capitales inimicitias,
propter quas ſine periculo non poſſunt ſe Apo
ſtolicæ ſedi præſentare, vt in.c.de cætero.ſ̃.eo.
Nec ponderatur quis fuerit cauſa inimicitiæ, vt
ibi dixi, & adde ꝙ dixi in fi. quintæ, & ſextæ
46 fallentiæ. Decimatertia fallentia eſt † magis
generalis, videlicet, ꝙ propter aliam quālibet
corporis impotētiam excuſat quis, vt non mit
tatur ad ſedem Apoſtolicā, vt in.c. quanuis.j̃.
eo. vt puta, ſi ſit mutilatus pede, vel multū clau-
dus, aut contractus, vt dicit ibi glo. & idem de
quibuſcunq; alijs, qui eſſent mēbris deſtituti,
vel cæci, & alijs multiuarijs impedimentis in
membris detenti, vt dicit .D.m. in.c. ea noſci-
tur.ſ̃.eod. Et adde, & vide in fin. quintæ, & ſex
47 tę fallentię. Decimaquarta fallentia † etiā ma-
gis generalis eſt, videlicet, propter aliud quod-
cunq; impedimentū, propter ꝙ excōicatus nō
poſſet ire ad ſedem Apoſtolicā, vt eſt tex. in .c.
ꝙ de his.ſ̃.eod. ibi, ꝙ vel alio impedimento, &
in.c.quāuis.j̃.eo.ibi, ſiue quolibet impedimēto
canonico. Facit tex.in ſimili.in.c.nuper.ſ̃.eo.
ibi, iuſta cauſa &c. tenet ibi .D. Anto. poſt Io.
And. & ēt eſt bonus tex. in.c.de cætero .ſ̃. eo.
ibi iuſtas excuſatiōes, & in varijs cauſis impedi
menti, quę nō ſunt ſpecificatę in iure nō haben
tes certā determinationē; dicerem, ad conſide
randum impedimentū iudicis arbitrio relin-
quendum, argu.l. continuus.§.cū ita.ff.de ver.
obli. Et quod not.in.c.de cauſis.ſ̃.de offi. dele.
Nam & quia plura ſunt negocia, quā vocabula,
vt in.l.3.ff.de præſcrip.verb.meritò poſt cauſas
expreſſas ſubijciuntur iſte duę fallentiæ magis
generales. Vnde cauſę expreſſę, videntur ex-
preſſę exempli gratia. Et ideò idem videt̄ di-
cendum in omnibus ſimilibus cauſis, propter
has duas fallentias generales, ꝓpter quas dicit
Io. Andr. poſt Inno. & Hoſti.in.d.c.ꝙ de his.
ꝙ ſi taliter excōicatus ſit obſeſſus, vel in mani-
bus tiranni, vel prędonum, vel nauigaturus per
loca periculoſa, quòd in his, & ſimilibus cau-
ſis non eſſet quis compellendus ire ad ſedem
Apoſto-



Apoſtolicē. Subdit tn̄ Io. And. ꝙ in ijs cauſis
arbitrandis, non ſunt laxandę habenę. Nam ſi
hoc fieret de facili, poſſent homines abſolui ab
ordinario. Et ſit edictum eſſet ludibrio poſi-
tum. Facit cōtra id, quod not.in.c.1.ſ̃.de alie.
iudi.mu.ca.fac. Et quia non debet dari via fi-
nientis .ſ̃. de diuor.c.quanto.dicit Io. And. ꝙ
poſſet exemplificari in capto ab officiali, qui
creditur condemnandus ad mortem. Adde, &
vide, quod remittendo dixi in quinta, & ſexta
48 fallentia. Decimaquinta fallentia, eſt † in per-
ſonis ſubiectis dominicæ poteſtati, vt in .c. rela
tum.ſ̃. eod. vbi licet regulariter cogantur ire
ad ſedem apoſtolicam, tamen ſecus eſt ſi cleri-
cum percuſſerint in fraudem aliorū, vt ab ipſo
dominorum obſequio ſe ſubtraherent. Aut
ſi propter hoc, ipſi domini ſine culpa ſua graue
damnum incurrant, cum nimis ſint à ſede Apo
ſtolica remoti, nam tunc non debēt mitti ad ſe-
dem apoſtolicam, ſi modo exceſſus non ſit gra
uis, ſeu enormis. Et ſic patet à contrario illius
.c.relatū. Primo, quòd ſi modicū eſſet damnū
domino ſerui, quòd tunc teneretur accedere ad
ſedem apoſtolicam, quia dominus tenetur mo
dicum damnum ſufferre, argu. c. inter alia. ad
fin.ſ̃. eod. ſecundum Hoſti. ſecundum quem,
hoc erit iudicis arbitrio relinquendum; & ſe-
quuntur Io. And. & .D. Anto. facit quod ſta-
tim dicam in ſequenti illatione. Secundo, vi-
detur inferri à contrario illius tex. quod ſecus
eſt, ſi tales ſerui ſint propinqui ſedi Apoſtolicę;
quòd ſimiliter iudicantis arbitrio relinquendū
eſt, argu.c.de cauſis.ſ̃.de offi.deleg. ſecundum
Hoſti. Io. And. & .D. Anto. Conſiderari enim
oportet, quæ ſit conditio domini; pone enim
quòd propter paupertatem, vel infirmitatem
dominus non poteſt carere ſeruo etiam vno
die. Tali enim prouidendum eſt.ff. ad ſylla. in
.l.ſi quis in graui.primo reſponſo. Facit etiam,
quòd not. in .c.2.§.penul.de tēpo. ordi.lib.6.
ſecundum Ioan. And. in .d.c. relatum. Tertio
infertur à contrario, quòd licet fraus interueni
ret, aduerſaretur tamen domino, & ſi eſſet lon-
ginquus, nihilominus ſi iniuria eſſet atrox gra-
uis, ſeu enormis mittendus eſſet ad ſedē Apo
ſtolicam. Et adde, & vide quòd remittendo di-
xi in quinta, & ſexta fallentia ſupra. Decima-
49 ſexta fallentia † eſt, in filijsfamilias, quia & ipſi
non ſui iuris, ſed ſub patria ſunt poteſtate, vt
inſti. de pa. pot. in prin. & ideò poſſunt abſol-
ui, ſicut ſerui, vt in .d.c.mulieres.in princ.ſ̃.eo.
Quod intelligunt ibi glo. Lau. & Inno. ſi tales
ſint infra pubertatem, ſeu in pupillari ætate, per
tex. in .c. quanuis. & .c. fin. j̃. eod. aliàs de-
bent mitti ad curiam. Et idem tenet Specu. in
tit. de ſenten. prola.§.vt autē. ver. illud quoq;.
& ver. quid de filiofamilias. ſub rubricella de
forma ſententiæ excommunicationis. Hoſti.
verò tenet contrarium, concludens, quòd tex.
.d.c.mulieres. non dicit, quòd filij puberes mit
tantur; & ſicut per ſeruos noſtros nobis acqui-
ritur; ita, & per filiosfamilias, vt inſti. per quas
perſo. nobis acqui. in prin. Et quia eadem ra-
tio eſt in filijs, quæ in ſeruis. Ioan. And. diſtin-
guit, quòd aut filius exiſtens in patria poteſta-
te tenet familiam ſeparatam, & tunc habet lo-
cum prima opin. Aut habitat cū familia pater-
na, & habet locum ſecunda opi. Hoſti. quia
propter ſactum filij, non debet patri iniqua cō-
ditio inferri. Do. Anto. in .d. c. mulieres. di-
ſtinguit, ꝙ aut filiusfamil. non habet quid ex-
pendere in itinere, quod eſt regulare; quia quic
quid quærit filius, quærit patri, vt ſupra dixi,
quod intellige, quò ad proprietatem in profe-
ctitijs, vt .l. placet.ff. de acquiren. hæredi. Vel
ſaltem, quò ad vſumfructum in aduenticijs, vt
.C.de bo. mater. & in tit. de bo. quę liber. per
totum, licet ſecus ſit in caſtrenſi, vel quaſi pe-
culio. & hoc caſu habet locum ſecunda opi.
Aut filius habet quid expendere, & habet locū
prima opi. Sed hæc opinio non placet domi-
no meo, in .d.c. mulieres. quia in filio qui non
habet quid expendere, nulla eſt dubitatio, & in
eo non poteſt eſſe differentia inter cōſtitutum
in poteſtate, & non conſtitutum. Nam, idem
eſſet in alio quocunq; ſui iuris nō habente quid
expēdere, vt in.c.quāuis.j̃.c. Ad quod vide.ſ̃.
in ver. nona fallenta. Et tamen tex. in.d.c.mu-
lieres voluit denotare quandam ſpecialitatē in
hominibus ſuppoſitis alienę poteſtati. Itē nec
placet .D. m. indiſtinctè opi. Ioan. And. quia
licet filius ſit extra familiam, tamē ex quo non
eſt ſui iuris tenetur aſſiſtere patri, & eidem com
moda patriæ poteſtatis exhibere. Et ideò idem
putat in filio, quod in ſeruo ex benigna interpre
tatione. Et per hoc dicit ſolui, quòd poſſet op-
poni. de.l. tàm ex contractibus.ff. de iudi. vbi
patet, quòd filijfamilias obligant̄ ex delictis, &
contractibus, ſicut patresfamilias; præterquam
in mutuo, & voto; licet in voto ſecus ſit de iu-
re canonico, quia patet reſpōſio ex ſupradictis.
Et quòd etiam poteſt reſpōderi, quòd hoc con
ceſſum fuit ex benigna interpretatione, & con-
ceſſione Papæ. De iure enim omnes perſonæ te
nentur ire pro abſolutione ad ſedem Apoſtoli-
cam pro tali manuum iniectione, quia edictum
illius canonis, generaliter eſt prohibitorum, ne
tales ab inferioribus abſoluantur, vt not. glo. 1.
in.c.cum illorum.ſ̃.eod. & glo. 3. in fin.in.c.re-
latum.ſ̃.eo. Nec obſtāt alia iura ſupra allegata
quæ excuſant pueros, quia illa intelligunt̄ ēt de
ijs qui ſunt ſui iuris; & hæc opi. placet ēt Henri.
in.d.c.mulieres. & mihi, quia ille tex. loquitur
generaliter, & ſic generaliter eſt intelligēdus
vt in .l.de pretio.ff.de publi. cū ſimil. Et maxi-
mè fauore patriæ poteſtatis, cui fortè ſeruit, ſi-
cut ſeruus domino, & quia in nullius tendit
præiudicium, & ideò videtur ampliandum, vt
in reg. odia.de regu.iur. lib.6. Et ad prædicta
vide, quòd remittendo dixi in quinta, & ſexta
50 fallentia. Decimaſeptima fallentia eſt, † in ma-
rito, qui in fraudem vxoris percutit clericum,
vt ab vxore recedat pro eundo Romam, & in
ſeruo, qui in fraudem patroni percutit clericū,
quia tales non debent mitti ad ſedem Apoſto-
licam. Ita arguit glo. in .c. relatum .ſ̃. eod. &
hæc

hæc fuit opi. Inno. Vincen. & Ioan. Sed tamē
illa glo. decidit in contrarium, quia hoc non re-
peritur conceſſum, & vt ſupra dixi in præceden
ti fallentia, ius generaliter prohibet inferiori-
bus abſolutionē, & reſeruat Papæ. Sed dicit
Hoſti. quòd poſſet dici ſatis eſſe ius expreſſum
etiam in iſtis, per.d.c.mulieres, vbi excipit exi-
ſtentes nō ſui iuris, quales videntur eſſe iſti. Sed
dicit ipſe, ꝙ non ita latè intelligendum eſt il-
lud.c. quia nimis detraheretur cenſurę eccleſia-
ſticæ, & canoni, ſi quis ſuadente, ſi illa verba
ſummerentur ita latè. Vnde dicit Hoſti. quòd
opi. glo. præualet, & ſi diceretur ergo vxor pri
vabitur ſine culpa ſua, vt in reg. ſine culpa. de
51 reg. iur. lib. 6. Decimaoctaua fallentia eſt, † in
hoſtiario qui prætextu officij percutit clericū,
non tamen grauiter, vt in.c.3. primo reſponſo.
ſupra eod. Et vide quod remittēdo dixi in fin.
quintæ, & ſextæ fallentiæ. Decimanona fallen-
52 tia eſt, in officiali † qui arcendo turbam aliquā
non ex propoſito; ſed caſu quodāmodo ex ali-
quali negligentia clericum percuſſit, vt in.c.3.
ver. officialis, in fin.ſ̃.eod. quem tex. ita intelli-
git Hoſti. in ſum. eo. tit. §. quis poſſet excom-
municare ver. quartus in officiali, & vide quod
remittendo dixi in quinta, & ſexta fallentia.
53 Vigeſima fallentia † eſt, in ijs qui communiter
viuūt, & dormiunt, ſeu in eadem domo veſcun
tur etiam ſi ſint ſeculares, vt in.c. quoniam. ad
fin. ſupra de vi. & hone. cleri. Et ſecundū hoc
debet intelligi.c. ex tenore.ſ̃. eod. ibi, aut cum
ipſo in eadem eccleſia ſocius eſſe videatur, non
enim ideò ibi excipitur ille caſus in fin. vt detur
intelligi, quòd licitum ſit percutere ſocium ira-
to animo. Sed ideò, quia ſæpè accidunt con-
trouerſiæ; quia communio vt plurimum pa-
rit diſcordiam, vt in.l. cum pater.§. dulciſſi-
mis.ff de leg. 2. Et ideò ſi inter tales accidit
percuſſio, citra ſedem Apoſtolicam poteſt fieri
abſolutio, ſecundum Hoſti. in ſum. eod. tit. §.
quis poſſit excommunicare. ver. quartuſdeci-
mus. Et vide quod remittendo dixi in fin. quin
tæ, & ſextæ fallentiæ. Vigeſimaprima fallentia
54 eſt, † in monialibus de quibus dicam in ſecun-
cundo membro principali, huius tertiæ princi-
55 palis quæſtionis. Vigeſimaſecunda † fallentia
eſt, in hoſpitalarijs ſancti Ioannis Ieroſolimita-
ni, de quibus etiam dicam in ſecundo membro
principali, huius tertiæ quæſtionis principalis,
56 Vigeſimatertia fallentia † eſt, quando quis per-
cuteret, vel caperet clericum qui veniſſet arma-
tus ad bellum, licet enim talis ſit excōicatus,
tamen non debet mitti pro abſolutione ad ſe-
dem Apoſtolicam, ſecundum Innocen. in.c.3.
ſupra eod. Sed Hoſti. ibi dicit, quòd ſi fecit
cauſa defenſionis non tenetur. D.m. dicit, quòd
ibi, eſſent duo conſiderāda. Primū, vtrum cle-
ricus immiſcēdo ſe talibus perdat priuilegium
canonis, de quo dic, vt dixi in.c. peruenit. ſup̄
eod. in nono principali articulo, in ſecūdo mē
bro principali, in ſeptima fallentia. Secundo
nunquid cauſa defenſionis liceat percutere cle-
ricum abſq; metu excommunicationis, de quo
latè dixi in dicto nono articulo, in quarto mem
bro principali. ver. tertio infertur. Vigeſima
57 quarta fallentia eſt, † quādo percuſſio, læſio, ſeu
iniuria non eſt enormis, ſed leuis, aut modica, vt
in.c. peruenit. ſupra eod. vbi tex. hoc relinquit
arbitrio Epiſcopi, an mittendus ſit ad Apo-
ſtolicam ſedem, aut non. Et aduerte, licet qui-
dam voluerint quòd ille tex. contineat indul-
gentiam, tamen hoc cūmuniter * reprobatur; Cõm.opi.
quia continet ius commune. Ad quod vide,
quòd ibi latè dixi in glo. Eſt etiam aduerten-
dum, quòd Doct. in hac materia faciunt diffe-
rentiam inter iniuriam leuiſſimam, leuem, me-
diocrem, grauem, enormem, ſeu atrocem, vt
in ſimili diſtinguimus in culpa, inter leuiſſimā, le
uem, & latam, in.c.1. de cōmodato. ſupra & in
.c.2. de depoſito. in.l. quòd nerua.ff. depoſiti,
& ibi per Bar. Cum igitur quæritur de leuiſſi-
ma iniuria, vtrū Epiſcopus poſſit abſoluere, di-
cendum eſt quòd ſic, ſecundum. Hoſti. in.d.
.c. peruenit. tenet Specu. in tit. de lega.§. nunc
dicamus. ver. etiā dixi, hoc dicunt Io. And. &
Doc. in.d.c. peruenit. Et hoc potuit habere ori
ginem, ex.l. item apud labeonem.§. prætor ait
vltimo.ff. de iniur. quæ vult, quòd ſi quis ſer-
uum leuiter percuſſerit, vel leuiter maledixerit
non tenetur iniuriarum. Facit.c. cum te. ſupra
de re iudi. & quòd not. in.c. vt debitꝰ. de appel.
& in.c. cum dilecti.ſ̃. de accu. de pœniten. diſt.
.1.§. ſed hmōi. graue enim eſſet pro qualibet le
ui iniuria adire ſedem Apoſtolicam. Et dicunt
Vincen. & Ioan. And. hanc opinionē, ſeu pro-
uiſionem magis expedire clericis; quia fortè ſi
percutiens ſciret, quòd pro qualibet etiam le-
uiſſima percuſſione oporteret ire ad ſedē Apo-
ſtolicam, fortè potius, non pro leuiſſima, ſed
pro graui ad ſedem Apoſtolicam accedere vel-
let. Et ideò vbi fortè percuſſiſſet leuiter, per-
cutiet grauiter. Et pro hac opi. facit tex. in.d.
.c. peruenit. dum dicit modicā, vel leuem; quaſi
duplicando hæc duo verba, videatur ſenſiſſe de
leuiſſima, tenet Hoſti. in ſum. eod. titu.§. quis
poſſit ab hac abſoluere, ver. ſin autem iniuria
leuiſſima ſit. Vnde tex. d.c. peruenit. ſic intel-
lectus, ſecundum comunem * opi. ponit ius Cõm.opi.
commune, & non indulgentiam; & ideò dum
ille tex. dicit tuę fraternitatis arbitrio; intelligi-
gitur, licet vni Epiſcopo loquatur, de omnibus
Epiſcopis. Simile.61. diſt. c. miramur, & de
pœni. diſt. 1.§. his auctoritatibus. ver. nūc autē
ſi recorderis in fin. & quod dicit tex. d.c. perue-
nit, dum dicit diximus remittendum, intellige,
ratione ſcilicet ordinariæ poteſtatis, ſicut &
aliàs poteſt ſimile colligi.ſ̃. de offi. ordi. c. pa-
ſtoralis, & in.c. ad abolendam.§. fin.ſ̃. de hære.
& quòd ibi dixi. Facit quod ſtatim dicā in reſ-
ponſione ad.c. ex tenore.ſ̃. eod. Cū verò quæ-
ritur de ſecundo, ſcilicet de leui iniuria, vtrum
Epiſcopus poſſit abſoluere, Alan. Tan. Guil.
Naſo, Petrus de ſaxo. & Abb. in.d.c. peruenit.
& Hoſti. in ſum. eod. tit.§. quis poſſit ab hac
abſoluere ver. in leui autem iniuria, dicūt quòd
nullus abſoluere poteſt niſi Papa, & eius lega-
tus de



tus de latere, vel legatus conſtitutus ſecundum
diſtinctionem, quam ſupra poſui in ver. prima
fallentia. & ver. ſecūda fallentia. Vnde volunt
præfati Doct. ꝙ dicta decretalis peruenit in-
quantum intelligeretur de leui iniuria cōtineat
indulgentiam, vt patet ex illo tex. dum dicit, du
ximus committendam &c. Facit. c. ex teno-
re. ſupra eod. ibi, dum tex. dicit ipſum vice no-
ſtra &c. Et hoc ſecurius eſt, ſecundum glo. in
.d.c. peruenit. Et pro iſta etiam opi. allegat ēt
.c. ſi quis ſuadente. 17. q.4. inquantum loqui-
tur generaliter, &.c. ſi verò alicuius. &.c. cum
relatum. &.c. cum illorum.ſ̃. eo. Et idem vi-
videtur ſentire Hoſti. in.c. ex tenore. ſupra eo.
qui dicit, quòd ille tex. non intelligitur de inie-
ctione enormi, ſed de leui, & non de leuiſſima,
quia à leuiſſima ſolus Epiſcopus poteſt abſolue
re vt dictum eſt, quaſi ſentiat, quòd ex quo il-
le tex. vult, quòd pro illa iniectione Epiſcopus
abſoluit vice Papæ, intelligi debeat de leui per-
cuſſione, a qua ex officio proprio nō poteſt ab-
ſoluere, ſed vice Papæ ex commiſſione. Sed
Goffr. tenet contrarium, quòd Epiſcopus poſ-
ſit abſoluere à leui iniuria per illum tex. & per
tex. in.d.c. peruenit, quam opinionem tenent
etiam ibi Vincen. Phili. Ioan. And..D. Anto.
&.D. m. Et ideò etiam eam ſequutus fui, &
ipſam etiam tenet Hoſti. in ſum. in tit. quis poſ-
ſit excommunicare, ver. decimuſſeptimus.
Et glo. Guil. ſuper Ray. in ſum. eod. tit. Et fra-
ter Ioan. in ſum. eod. titu. quæſt. 37. Et glo.
.2. q. 1. in primis, & in. d. c. ſi quis ſuadente.
.17. q.4. vbi hanc opi. etiā ſequitur Archid. qui
etiā illam ſequitur in.c. vnico. de maio. & obe.
lib. 6. & tenet. Ioan. And. in.c. religioſo. eod.
tit. lib. 6. Volunt enim omnes præfati Doct.
quòd Epiſcopus pro modica, ſeu leuī iniectio-
ne poſſit abſoluere. Et dicit Abbas in.d.c. per-
uenit, quòd conſuetudo interpretatur quòd
Epiſcopus poſſit abſoluere à leui. Vnde pro
ſolutione contrariorum Ioan. And. diſtinguit
inter leuem, mediocrem, & grauem offenſam,
vt in leui Ep̄i, omnes indifferenter abſoluant.
In mediocri verò circa perſonas priuilegiatas,
vt Oſtiarios, ſeruos, & clericos, & confeſſos.
Pro enormi verò, ſeu graui læſione nullus infe-
rior abſoluit, niſi in caſibus in quibus Papa non
pōt adiri. Sed de his latius ſtatim infra ſubij-
ciam. Et hanc opi. quòd pro leui ordinarius
poſſit abſoluere; tenet etiam Henri. in.d.c. per-
uenit, per præmiſſa, & quia leuis iniuria debet
leuiter emendari, vt in.d.l. item apud Labeonē.
.§. prætor ait. & in.d.c. cum dilecti.ſ̃. de accu.
& in alijs ſimilibus iuribus.ſ̃. allegatis. Nam
& leuis iniuria non infamat, vt in.c. cum te.ſ̃.
de re iudi. quod maximè dicit procedere, ſi Ep̄i
hanc poteſtatem habeant de conſuetudine; cū
conſuetudo talem iuriſdictionem tribuere poſ-
ſit.9.q.3. cum ſimus. ſupra de offi. ordi. in.c.
duo ſimul. & ſupra de fo. compe. c. cum contin
gat, & ibi dixi. Et ſubdit Henri. quòd hanc
conſuetudinem habent Epiſcopi in regno Fran
ciæ, quam conſuetudinem Papa ſcit, & tollerat,
quòd non faceret, ſi contraria opi. eſſet vera;
quia aliàs inijceret vinculum, ſeu laqueum ani-
mabus, contra id quod legitur, & not. 27. q. 1.
.c. de viduis. Item quia conſuetudo eſt optima
legum interpres, vt in.c. cum dilectus. ſupra de
conſuetu. cum ſimil. Sed dicit Hoſti. in.d.c.
peruenit. quòd quicquid aliàs ſcripſerit, hoc to
tum arbitrio Epiſcopi committendum eſt, arg.
illius tex. debet tamen Epiſcopus diligēter ad-
uertere, vt vtatur arbitrio temperato, ne in fauo
rem abſoluendi reputet leuiſſimam iniuriam,
quæ ſit leuis, vel in odium illius illam reputet le
uem, quæ in veritate eſt leuiſſima, argu. c. cum
contingat. ſupra de reſcrip. &.c. conſuluit. ſup̄
de appel. &.c.1.d re iudi. lib. 6. Vbi verò Ep̄s
dubitaret, ſemper deberet abſtinere, vt patet in
eo quod legitur, & not. in.c. porrò in fin. ſupra
eod. Et ſic Hoſti. committit Epiſcopo arbitriū
facti, ſcilicet iniuriæ illatæ; vtrū ſit leuis, vel le-
uiſſima, non autem committit arbitrium iuris,
vtrum ſcilicet, poſſit abſoluere à leui, vel non.
Sed mihi plus placet opinio quòd poſſit abſol
uere à leui in fauorem ordinariæ iurſdictionis.
Et quia res de facili reuertitur ad naturam ſuam
.35. diſt. c. ab exordio. &.l. ſi vnus.§. pactus ne
peteret.ff. de pact. Nō obſtat tex. in.d.c. per-
uenit, in quātum intelligeretur de leui iniuria,
& loquitur per verbum duximus committen-
dū, quia poteſt intelligi, ratione ſcilicet ordi-
nariæ iuriſdictionis, vt ſupra dixi. Et ita pōt
reſponderi ad c. ex tenore. ſupra eod. inquan-
tū ille tex. dicit, vice noſtra; quia cum talis iu-
riſdictio detur per viam legis, ſeu conſtitutio-
nis, ſequitur quòd intelligitur dari ordinaria iu
riſdictio, vt not. in.c. cum ab eccleſiarū. ſupra
de offi. ordi. & in.c. ſuſpitionis. ſupra de offi.
delega. & in.l. & quia.ff. de iuriſdic. om. iu. di.
ne aliàs, decretalis illa videatur ludibrio poſita,
& de nihilo ſeruire, vt ſupra dixi, in.d.c. perue-
nit. Hoc tamen non videtur procedere, ſine
dubitatione, ex quo tex. ille dicit, vice noſtra
abſoluas. Ad quod vide, quod latè dixi in.c. ad
abolendam in glo. fi. ſupra de hæreti. Et quod
traditur in clem. 1. de ſupple. negl. præla. & in
multis iuribꝰ allegatis ibi, per glo. in verbo apo
ſtolica. Et ideò ad fugiendum illas opi. & in-
telligendo tex. in.c. ex tenore, quòd Epiſcopi
abſoluāt, in eo quòd ſunt Epiſcopi, vice Papæ
tamen, & ſic non ex ordinaria, ſed ex delegata;
poſſumus dicere, quòd ille tex. non intelliga-
tur de leui iniuria, ſed in mediocri, ſecundum
quod ſupra ſenſit Ioan. & infra ſubijciam; nec
eſt verum quòd tex. de nihilo hodie ſeruiat,
quia poteſt reſponderi, quòd imò ſeruit; quia
vigore illius tex. quilibet epiſcopus poteſt ab-
ſoluere, vice tamen Papæ ab iniuria mediocri.
Vnde attendenda eſt forma abſolutionis, & de
hoc latius infra. Cum autem quæritur tertio
de iniuria mediocri; dicendum eſt, quòd Ep̄s
non pōt abſoluere, quia iura ſolum permittunt
Ep̄is abſolutionem à leuiſſima, vel leui iniu-
ria, ſecundum varias tamen opiniones ſupra re-
latas. Vnde pro mediocri iniectione remanet
regula

regula, quæ prohibet inferioribus hanc abſolutionem, quæ tamen regula reſpectu mediocris iniuriæ videtur limitanda, vt ſtatim dixi, & infra ſubijciam. Fallit enim, maximè reſpectu quarundam perſonarum priuilegiatarum, ſecundū quod infra ſubijcitur. Cum autem quæritur, de quarto, videlicet de iniuria atroci, enormi, ſeu graui; dicendum eſt, quòd Epiſcopus non poteſt abſoluere, quia ſi non poteſt abſoluere à mediocri, vt ſtatim dixi, multo minꝰ debet abſoluere poſſe ab atroci, & enormi. Et hæc eſt

Cõm.opi.

cõmunis opinio * Doct. per .c. ſi verò alicuius &.c.ea noſcitur. & .c.cum illorum in ver. nos tamen. & in .c. relatū. ſupra eod. & ſic habes declaratam vltimam fallentiam. Sed nunc pro declaratione omnium prædictarum fallentiarū, proſequar aliquas quæſtiones. Primo igitur quæro pro declaratione prædictæ vltimæ fallen
59 tiæ, quæ iniuria † dicatur atrox, enormis, ſeu grauis. Sol. dic, quòd atrox dicitur ſi oculus percutiatur, ſi quis vulneretur, ſi fuſtibus cedatur, ſi in theatro, in foro, vel in conſpectu iudicis percutiat. Inſtitu. de iniur. §. atrox. Fortius ergo, ſecundum Hoſti. in ſum. eod. tit. §. quis poſſit ab hac abſoluere, ver. ſed quæ dicetur atrox &c. ſi in eccleſia, vel cimiterio verberetur, vt in .c. cum percuſſa .ſ̃. eod. 17.q.4. .c. quiſquis. & .§. qui autem. Item ſubdit, ꝙ decretalis atrocem reputat, ſeu grauem, ſi inferior manus inijciat in ſuperiorē, puta ſi ſubditus in dominum, vel iudicem, ſeu in prælatum: Et idem arbitror, ſi filius in patrem, vel diſcipulus in magiſtrum, vel ſi perueniatur ad effuſionem ſanguinis; quòd dicit intelligendum reſpectu illius membri, de quo facile exire nō cõſueuit. Vnde non intelligitur, ſi modica, & leuis fuit percuſſio in naſo, & ſanguis exijt, ab eo maximè, cui exire conſueuit, & maximè in æſtate, ſic intelligit Hoſti. c. cum illorum. ver. nos tamen. ſupra eod. & ibi vide glo. in verbo effuſionem. Item enormem læſionē reputat Hoſti. vbi ſcandalum eſſet, ſi percutiens abſolueretur. Et ideò non abſoluitur, ſi percutiat clericum ſecularem, vt in .c. cum illorum. ver. quod ſi clericum. ſupra eod. Nam clericus ſecularis reputatur maior, & ſuperior monacho, de hoc tamen dicam infra in ſecundo membro principali huius tertiæ principalis quæſtionis.
60 Leuis † autem iniuria dicitur, quando par parē non ſubditus non ſubditum in loco priuato, non corā iudice, pleno ictu percutit malo animo, & ex deliberatione, citra tamen ſanguinis
61 effuſionem. Leuiſſima † verò offenſa poteſt poteſt reputari, ſi quis ponat leuiter manus ſuper clericum malo animo, vel accipiat eum per veſtes, vel habenas, vel per manū, vel brachium; vel quid ſimile, & ipſum leuiter trahat; dicēdo, quòd ſi non eſſet ob reuerētiam dominicalem, & metū canonis, ſi quis ſuadente, quòd vſq; ad feces, Teutonicè verberaret eū, vel faceret verberari. Et hoc intelligi pōt, vbi ſuperior, vel etiā par ſit ille, qui talia verba protulit, & eum traxit, vel ſi inuitum detinuit, ſecundum Hoſti. in ſum. eod. titu. §. quis poſſit ab hac abſoluere. ver. leuis. & ver. leuiſſima. Et ſubdit ibi Hoſti. quòd ſi laicus percutiat clericum, non eſt iudicāda leuiſſima læſio, quia qualiſcunq; ſit iniuria etiam modica, non tñ poterit abſolui ab Epo, vt ſtatim dicam in ſequenti quæſt. Specu. verò in tit. de delegato. §. nunc Diaconus. ver. quæ autem dicatur atrox. dicit, quòd atrox, enormis, & grauis iniuria colligitur per extrauagantem perlectis, Innocentij .iiij. quam non habemus, & per .c. cum illorū. circa medium. ſ̃. eod. & per tex. Inſtit. de iniur. §. atrox. & de pœni. diſt. 1. c. aut facta. Subdit tamen, quòd in his præter homicidium, & membri mutilationem committendum eſt arbitrio iudicis. Et vide tex. in .c. fin. ſupra de exceſ. præla. qualiter appellet atrocem iniuriam. Ego in hoc articulo dicendum arbitror, quòd hæc verba, ſeu iſte
62 qualitates atrox, grauis, enormis, † mediocris, leuis, & leuiſſima iniuria, vel cauſa, vel ſimilis, accipienda ſunt, & intellectum recipiunt aliter, & aliter ſecundum ſubiectam materiam, vt patet, dum quæritur, vtrum eccleſia ſit enormiter læſa reſpectu deſtructionis ipſius, vt ſupra de conſecra. eccle. vel alta. c. ligneis. Item in eo patet, quòd dubitatur, an quis patiatur enormem defectum, vt ſupra de corp. viciat. Item inquantum dubitatur an eccleſia, vel minor ſit enormiter læſus, vt ſupra de reſtit. in integ. & ibi maximè per .D. m. & ſupra de re. eccle. nō alie. in .c. ad noſtrā. Similiter etiam magna, ſeu grauior cauſa, ſecundum accipitur pro ſubiectam materiam, habita conſideratione ad qualitatem perſonarū, & cauſæ, ſecundum quod dicit Bart. in .l. admonendi. ff. de iureiur. de qua, ego latiſſimè dixi in repe. c. fin. ſup. de iureiur. in primo principali articulo, ſeu prima princi. quæſt. ver. vlti. q. Quare ideò ad materiam noſtram redeundo, ad conſiderandum grauitatem, ſeu leuitatem iniuriæ, & læſionis, arbitror plura conſideranda; Septem principaliter, videlicet, cauſam, perſonam, tempus, locū, qualitatem, quantitatem, & euentum, ſicut in conſimili dixi in .c. licet. ſ̃. de pœnis. Primo igitur conſide-
63 randa eſt † cauſa, ipſa enim percuſſionem, ita vt læſio, quæ fortè aliter iudicanda eſſet leuis, ex cauſa fortè iudicabit grauis, vel leuiſſima. Facit. c. ex tenore in fin. ſ̃. eod. cum ſimilibus. Pone enim, quòd quis defendendo ſe aduerſus clericum exceſſit moderamen inculpatæ tutelæ; & grauiter ipſum percuſſit; ſed tamen exceſſus fuit valde modicus. Certè talis læſio, licet in ſe abſolutè ſit grauis, tamē ex cauſa iudicio meo debet leuis, aut leuiſſima reputari, argu. eorum, quę dicunt Doct. & maximè Bal. in .l. 1. c. vnde vim. vbi vult, quòd excedens modum debitę defenſionis, ſi interficit non punitur de homicidio; ſed pœna extraordinaria. Et vide ꝙ de cauſa latius dixi, in .d. c. licet. vbi poſui viginti duos modos conſiderationis, circa hanc cauſam. Nam ſecundum aliquos illorum modorum, poteris etiam regulare materiam noſtrā.
64 Secundo habetur conſideratio † perſonę, tàm reſpectu offendentis, quàm reſpectu offenſi; puta quia pupillus, argu. c. quannis. & .c. fin. ĩ. eod. Item quia eadem offenſa reputatur leuior reſpectu ſuperioris ad inferiorem, ſeu ſubditū, & grauior reſpectu inferioris ad ſuperiorem, vt patet, ex his quæ dixi ſupra in principio iſtius quæſtionis. ſecundum Hoſti. Facit quod not. glo. 2. in .c. 1. ſ̃. de calumniatoribus, & quòd latius dixi in .d. c. licet. in ver. reſpectu perſonę. Itē reſpectu clerici in clericū habetur conſideratio, & dicit Bal. quòd atrocior dicitur ēt iniuria facta à pluribus, quam ab vno, ita dicit ipſe, in .l. cū rationibus. C. qui accu. nō poſ. per .l. ſi plures. ff. de iniur. quòd dicit eſſe ſingulariter notādum. Facit id quod quotidie dicimus, quòd multis craſſantibus locus eſt exemplo, ſcilicet grauiori, vt in iuribus vulgatis. Tertio,
65 conſideratur † tempus, ad quod vide, quod in ſimili dixi, in .d. c. licet in ver. tertio tēporis ra-
66 tio. Quarto, conſideratur † locus, & iſte poteſt dupliciter conſiderari; Primo reſpectu loci delicti, quia grauior reputatur offenſa, & atrocior facta in eccleſia, in theatro, foro, vel in cõſpectu prætoris, quàm in loco priuato, vt Inſti. de iniur. §. atrox. & ſupra dixi in principio; Secundo reſpectu loci corporis illatæ offenſionis; nam grauior iudicabitur iniuria, vna maxillata in facie, quam plures pugni in ſpatulis; Et quanuis fortè loci in quibus iuuenes nutriunt comam, vt Ferrariæ; illa fortè reputaretur grauis offenſa ſi capilli offenderentur, tamen in clericis reputaretur leuis, vt in .c. clericus. ſ̃. de vi. & hone. cleri. Quinto, etiam oportet habe
67 re † qualitatis cõſiderationem, intelligendo, & aptando prout melius fieri poteſt, ſecundum ea quæ dixi, in .d. c. licet. in ver. quinto, ēt qualitatis, puta ſi exceſſus notorius, vt not. glo. in verbo membri. in .c. cum illorum. ſ̃. eod. & ſequuntur. Docto. & .D. m. ibi. Sexto etiam
68 conſideratur quantitas † percuſſionis, & offenſionis; circa quam illud indubitatum eſt, quòd occiſio, mutilatio membri, oculi effoſio, & ſimiles dicuntur graues offenſæ. Sed circa mutilationem, quærit Hoſti. in .c. cum illorum. ſup. eod. quid ſi vnguis clerici lædatur, vel abſcindatur, vtrum talis pro abſolutione debeat adire Papam, & primo ſoluit; quòd non, argu. c. fin. ſ̃. de corpo. vitia. deinde recedit ab hac ſolutione, dicendo, quòd illud .c. poteſt procedere in diſpenſatione, ſed nos loquimur in abſolutione, quæ difficilius conceditur, vt dicam in fin. iſtius articuli; finaliter tamen concludit vna cū Inno. quòd iſta ſunt relinquenda arbitrio iudicantis. Sed dicit .D. m. quòd multum miratur de dicto Hoſti. qui videtur ſentire, ꝙ vngula ſit membrū, & quòd læſio quantūcunq; modica in mēbro, appellatur mutilatio membri, & quòd magis miratur de Doctoribus ſe-

Cõ. op.

quētibus eum, qui cõmuniter* referunt Hoſti. & tranſeunt. Sed in rei veritate, non eſt tantū admittendum; quia ipſi non principaliter hoc conſiderauerunt, ſed ommittendo .D. m. proſequitur, quòd dicatur membrū. Circa quòd



tu vide quod latius, & melius dixi, in .c. ad audientiam. ſ̃. de homici. in ſeptimo articulo principali, in quarto membro princi. q. 33. Dicit tamen .D. m. quòd in materia noſtra Papa intendit aliter notare enormem exceſſum; vnde ſatis putat, ꝙ mutilatio digiti dicatur enormis offenſa, quòd mihi placet, cum non poſſit talis inciſio ſine ſanguinis effuſione, in talibus mēbris, fieri, & ideò dr̃ grauis, per tex. in .c. cum illorum. ſ̃. eod. Sed in vngue, dicit conſiderari debere modum, & qualitatem læſionis, & ſcandalum; ſecundum quæ dici poterit enormis, quod mihi placet, per id quod ſupra dixi, & per id, quod ſtatim ſequitur. Septimo, & vl-
69 timo † conſideratur euentus; vt puta propter ſcandalum, quod dupliciter intelligo, Vno modo propter ſcandalum, quod contingit reſpectu læſionis, ſecundum ea quæ dixi in .d. c. licet. Alio modo reſpectu abſolutionis; vt puta, ſi ex abſolutione ſit futurum ſcandalum, vt in .c. cum illorum. ſ̃. eod. ver. ꝙ ſi clericū. Quare nunc concludendo, cum hæc omnia veniant conſideranda, ſequitur quòd hæc, & ferè omnis materia conſiderato iudicantis arbitrio veniunt relinquenda, argu. eorum, quæ dixi in glo. in ver. effuſionem. in .d. c. cum illorum. & quod volunt Inno. & Hoſti. ibi; idem & Specu. in tit. de lega. §. nunc dicamus. ver. quæ aūt dicetur atrox. & Hoſti. in ſum. Et dicit Hoſti. ꝙ in his arbitrandis, iudex debet habere purā, ſinceram, & rectam conſcientiam, ita vt non declinet ad dexteram, vel ſiniſtram; ex affectione abſoluendo vbi non eſt abſoluendus, & ex odio nolit abſoluere abſoluendum, iudicādo iniuriā grauē, vbi eſſet leuis. Secūdo pro declaratione pdictorū, quæro quid ſi eſt laicus qui percutit clericum, an eius offenſa ſit iudicanda leuis, ſi ſit leuiſſima, vel grauis, maximè ſi ſit leuis. Sol. dicit Hoſti. in ſum. eod. tit. §. quis poſſit ab hac abſolutione, ver. quid ergo ſi laicus, & ibi concludit; quòd iudicatur leuis, vel grauis etiam ſi ſolum clericum inuitum retineret, quanuis detinens eſſet potens, vel nobilis, vel delicatus, ita, quòd abſolui non poteſt ab Epiſcopo, arg. .c. mulieres. ver. de his. & .c. nuper. ſupra eod. Vnde dic, quòd abſolutionis priuilegium non extenditur ad laicos; quia nulli laico ſuper clericum datur tanta authoritas, vt in .c. 3. §. officialis. ſ̃. eod. Et quia in odium laicorū, & clericorum fauorem talis immunitas fuit conceſſa, vt in .c. contingit. ĩ. eod. Ideoq; in quantum fauorabilis eſt abſolutio reſpectu clericorum debet ampliari; ſed inquātum odioſa reſpectu laicorū debet reſtringi, arg. regu. odia. de reg. iur. lib. 6. Facit .c. ꝙ de his. & .c. vniuerſitatis. ſupra eod. & .c. quantæ. ĩ. eod. & .2. q. 7. c. laicos. & .c. laici. Item, quia clericus maior eſt laico. 21. diſt. c. cleros. ſ̃. de maio. & obe. c. ſolitæ. .96. diſt. c. duo ſunt. Cum ergo ſcandalū immineat ſi talis abſoluatur, non debet abſolui, ſm quod ſupra dixi, ſecūdum Hoſti. & ſic videtur ipſe ſentire, quòd vix poteſt contingere quòd laicus percutiat clericū tali percuſſione, quòd abſol-

abſoluendus ſit ab Epiſcopo. Quod mihi nõ
placet. Pone enim, quòd laicus percutit con-
uerſum,clericum primę tonſuræ,vel nouitium,
vel alium abiectum clericũ, quibus caſibus nõ
eſt dubium percutientem incidere in canonẽ
ſi quis ſuadente. ſecundum quod latè dixi in.c.
peruenit. in nono principali articulo in ſecũdo
mẽbro princ. in principio. Quare placet, ꝙ
ipſe etiã abſolui poſſit à proprio Epiſcopo ha-
bita conſideratione grauis, vel leuis, ſeu leuiſſi-
mę iniuriæ, ſecũdum ea, quæ ſupra dicta ſunt.
Et hoc etiam videtur tenuiſſe idem Hoſti. in .c.
peruenit.ſupra eod. Intelligẽdo tex. illum tàm
in laico, quàm in clerico,ex quo loquitur gene
raliter, & indiſtinctè, per.l. de ꝓtio.ff. de publi.
cum ſimil. Et idem tenent ibi, Ioan. Andr. D.
Com. opi. Anto. D. m. Henri. Boich, & * communiter
Doct. Tertio quæritur circa prædicta; poſita
opi. quòd pro leui percuſſione Epiſcopus non
poſſit abſoluere, ſecundũ quod ſupra dixi poſt
principium vigeſimaquarta fallen. quanuis cõ-
70 trarium ibi tenuerim; vtrum ſi † talis abſolutus
ab Epiſcopo celebret, ſit irregularis. Sol. dic vt
dicam in .c. venerabili .ĩ. eod. in vigeſimoſex-
to principali articulo. Quarto quæritur ad de-
clarationem prædictarum fallentiarum; quia in
eis dictum eſt, quòd Epiſcopus poteſt abſolue
re, in caſu iniectionis leuiſſimæ, vel leuis of-
fenſæ, vtrum, poſita prædicta opi. pro vera,
quam ſupra tenui quòd Epiſcopus pro leui in
iuria poſſit abſoluere, in prædictis caſibus fal-
71 lentiarum, ſi ſunt priuilegiati † vel propter cau-
ſam, vel propter perſonam, poſſit Epiſcopus
ſolus abſolnere, etiam à leui iniuria. Et qui-
dim tenuerunt, quòd ſic. ſm quorum opi. ta-
lia priuilegia, cum ſolum intelligantur de leui
percuſſione, & non de atroci, enormi, ſeu gra-
ui, quæ regulariter ſedi Apoſtolicæ reſeruãtur,
vt in.c.cum illorum. & in .c. relatum.ſ. eod.&
in.c.canonica.infra eod. Meritò videtur dicen-
dum, quòd illa quæ olim erant priuilegia reſpe
ctu fauoris cauſarum, & perſonarũ, hodie ſint
ius commune; ita vt ſolum conſideremus gra-
uitatẽ, vel leuitatem offenſæ. Nec eſt inconue-
niens, quòd certa priuilegia certarum perſona-
rum fiant ius cõmune, & extendantur ad om-
nes alios, vt in.c. quod nonnullis .ſ. de priuile.
cuius dectetalis priuilegium eſt hodie ius com
mune, vt in .c. alma. de ſenten. excom. lib. 6.
Et idem poteſt dici de .c. quod in te. ver. & in
couentualibus .ſ. de pœni. & remiſ. cum con-
cordantijs. Sed iſtud videtur ſatis durũ, & gra
ue, dicere, quòd qualitates prædictæ, quæ olim
erant piuilegiatę, ita vt priuilegio reperiretur
abſolutio conceſſa Epiſcopis, hodie nõ ſint pri-
uilegia. Et ideò prædicta opinio mihi non pla-
cet. Ad quod maximè dicẽdum moueor, quia
vltima decretalis iſtius tituli priuilegio perſonę
concedit abſolutionem Epiſcopo. Vnde cum
præcedant multæ decretales loquẽtes de abſo
lutione conceſſa Epiſcopo reſpectu quantitatis
offenſæ, ſi talis cõceſſio militaret pariter in per-
ſonis, & cauſis priuilegiatis, & non priuilegia-
tis; ita quòd pari iure eſſent abſoluendi, fruſtra
legilator poſuiſſet illam decretalem, & fruſtra
etiam poſuiſſet decretalem, quãuis .ĩ. eod. quę
eſt antepenul. quæ tamen enumerat plures ca-
ſus priuilegiatos reſpectu cauſæ, & perſonæ.
Quare iudicio meo, melius dicendum eſt, ꝙ
etiam hodie illa priuilegia locum habeant in gra
ui iniuria. Et hoc innuit Hoſti. in .c. ꝙ de his.
ſuƥ eod. ſuper verbo incidiſſe, dum tex. dicit
ibi, is qui aſſerit ſe in canonem latæ ſententiæ
incidiſſe, ſcilicet grauem, vel leuẽ iniuriam irro
gãdo. & ſic ſequitur, quòd ver. niſi fortè. qui ve
nit exceptiuè, excipiendo quoſdam priuilegia-
tos fauore cauſarum, & perſonarum, a diſpo-
ſitione præcedente, & ſic de leui, & graui in-
iuria, vt exceptio ſit de regu. iuxta not. in
regu. prima. de reg. iur. lib. 6. maximè cum de
caſibus exceptis textus ille loquat̃ indiſtinctè,
& ſic indiſtinctè intelligendus ſit, vt in .c. quia
circa. de priuile. Nã ſi papa aliud voluiſſet, illud
expreſſiſſet.ſ. de deci. c. ad audientiam. Præte-
rea etiam tex. in.d.c. quanuis. loquitur indiſtin-
ctè. Et hoc maximè videtur dicendum in his ca
ſibus, in quibus ceſſante cauſa, tenentur ire ad
ſedem Apoſtolicam, ſecundum quod ſtatim
ſubijciam in alia quæſtione. Vel dici poteſt, ꝙ
hodie locum habent illa iura in mediocri iniu-
ria. Et hoc etiam ſentire videtur Ioan. And. in
.d.c. peruenit. Et iſtud videtur eſſe ſatis ratio-
nabile, vt eligamus quãdam mediam viam; ſed
hoc ſtatim infra melius declarabo. Vnde li-
cet Henri. in .d. c. peruenit. teneat ꝙ id quod
prædictum eſt, ꝙ prædictæ fallentiæ, ſeu præ-
dicta priuilegia intelligantur etiam reſpectu gra
uis iniurię; tñ non eſt ita tutũ tenere, niſi in ca-
ſu periculi mortis. Sed tutius eſſet in prædictis
conſulere Papam, argu. c. mulieres.ſ. eod. Ad
quod etiam facit, quia grauis, & enormis iniu-
ria ſemper videtur excepta, vt in.c. 3. & in.c.cũ
illorum, & in.c.relatum. ſuƥ eod. & in .c. cano-
nica.ĩ. eod. Verum quia vtraq; opinio, tàm
de graui, quàm de mediocri, iudicio meo po-
teſt ſaluari ſecũdum varias cõſiderationes præ-
dictorum priuilegiorum, & fallentiarum, Ideò
vt magis ſpecificè declaremus hanc materiam,
proſequor ſingulos caſus prædictarum fallen-
tiarum, ſecundum præmiſſum ordinem ipſarũ.
72 Circa primam igitur fallentiam † de Legato de
latere, ſatis dictũ fuit in ea, quia in illa ſunt duæ
opi. ſecundum quod ibi dixi. Circa ſecundam
73 fallẽtiam † de Legato cõſtituto, tex. in.c. penul.
de offi. lega. ſuper quo fũdatur dicta fallentia,
nihil exprimit de enormi læſione, eam reſeruan
do ſedi Apoſtolicæ. Sed ego idem arbitror in
eo, quod in, Legato de latere, reſpectu ꝓuincia
lium, & infra prouinciam ſibi decretam. Facit
.c. ea noſcitur. in fi. ſ. eod. quod ſimpliciter lo-
quitur de Legato. Et melius facit. c. ꝙ de his.
ſuƥ eod. quod etiam ſimpliciter de Legato, ma
ximè intelligendo, vt infra dicam, quòd caſus
excepti intelligantur de leui læſione, & vide
quod dixi ſupra in ver. ſecunda fallentia. Cir-
74 ca tertiam fallentiam † non eſt inſiſtendum,
quia



quia illa ſumat vires à virtute, & forma man-
75 dati. Circa quartam fallentiam ſimiliter † non
eſt inſiſtendum, quia de illa dicetur in ſecun-
do membro principali iſtius quæſtionis. Cir-
76 ca quintam † fallentiam non eſt dubium, quòd
ab illa quantumcunque enormi, etiam ſim-
plex ſacerdos, & laicus poſſunt abſoluere, in-
telligendo tamen, vt dixi in dicta quinta fallen-
77 tia. Circa ſextam, † & ſeptimam fallentias
de infirmis, & ſenibus, iura nihil diſtinguunt
inter enormem, grauem, ſeu leuem; & ideò
maior videtur eſſe dubitatio. Sed tamen idem
arbitror, poſtquam iura non diſtinguunt, &
quia eadem videtur eſſe ratio in enormi, vt
Epiſcopus poſſit abſoluere reſpectu ipſorum,
quæ eſt etiam in eo, exiſtente in periculo mor-
tis, maximè per ea, quæ infra dicam.
78 Circa octauam fallentiam de paupertate, † ma-
ius etiam videtur eſſe dubium, maximè cum
in ea non videatur tanta ratio, quanta in dua-
bus, ſeu tribus præcedentibus. Sed tamen
videtur idem attentari poſſe data extrema pau-
pertate, & mendicandi poſſibilitate. Nam .c.
quanuis. indiſtinctè loquitur. Facit etiam,
quod ſtatim dicam. cap. autẽ, ea noſcitur, quod
videtur aliqualiter contrariari, non loquitur de
extrema paupertate. Circa nonam fallentiam
79 de † mulieribus, eadem videtur eſſe dubitatio
ſed tamen idem dicerem, quòd in præcedenti-
bus fallentijs. Nam & .c. mulieres. in princi-
pio loquitur indiſtinctè, plus tamen dubitatio-
nis videtur eſſe in hac fallentia; quia dictum .c.
mulieres. in principio, idem diſponit de mulie-
ribus, & de alijs qui non ſunt ſui iuris. Vnde
cum in.c. relatum. ſupra eod. vbi tex. loquitur
de ſeruis, & ſic de alijs qui non ſunt ſui iuris,
excipiat enormem læſionem, meritò etiam vi-
detur excipiendum hoc in mulieribus. Nam
& .c. mulieres. in his qui non ſunt ſui iuris lo-
quitur indiſtinctè. Et ideò in hac fallentia,
maior videtur eſſe dubitatio. Sed tamen peri-
culum ſexus muliebris, reſpectu vagationis
ſatis iuſta diſcretione, & æquitate, videtur
ſuadere, vt idem etiam dicamus in hac fallentia.
80 Circa decimam fallentiam de pupillo, † vide-
tur mihi ſatis expeditum, quòd etiam ab enor-
mi poſſit Epiſcopus abſoluere, argu. tex. in fin.
infra eod. & quod infra ſtatim latius ſubijciam.
Circa vndecimam fallentiam de perſonis po-
81 tentibus, † & delicatis; Ius dat certam formã
in ipſis abſoluendis; quia non ſimpliciter vult,
quòd poſſint abſolui ab Epiſcopo, ſed conſi-
derato periculo moræ abſoluantur, vel mit-
tantur, aut ſedes Apoſtolica conſulatur.
Circa decimamſecundam fallentiam, & deci-
mamtertiam, & decimamquartam fallentias,
82 cum † in ipſis præſupponatur impedimentum
eundi ad ſedem Apoſtolicam in propria perſo-
na, meritò videtur dicendum, quòd abſolu-
tio procedat etiam pro graui læſione.
Circa decimãquintam fallentiam de perſonis
83 ſubiectis † dominicæ poteſtati, res eſt expe-
dita, quòd pro graui, & enormi Epiſcopus
non poteſt abſoluere, vt eſt tex. in .c. rela-
84 tum. ſupra eod. Circa decimamſextam † fal-
lentiam de filijs patriæ poteſtati ſuppoſitis.
Idem arbitror dicendum, quòd in ſeruis, quia
eadem eſt ratio, & hoc inquantum intellige-
remus de filijs puberibus. Secus de filijs im-
puberibus, per ea, quæ ſtatim dixi in ver. cir-
ca decimam fallentiam. Circa decimamſepti-
85 mã fallentiam † quæſtio non procedit poſito,
quòd illa ſit falſa, de marito videlicet, & liber-
to. Sed poſita contraria opinione pro vera,
quæ tamen non eſt; idem dicendum eſſet,
quòd in duabus proximis fallentijs. Circa de-
cimamoctauam fallentiam, de habente offi-
86 cium † in eccleſia percutiente Oſtiarium, non
procedat quæſtio; quia tex. in .c. ex tenore,
dat certam formam abſolutionis, ponendo,
quòd id fiat vice Papæ. Vnde intelligendo,
quòd id faciat tanquam delegatus Papæ, du-
bitatio non procedit. Secus ſi intelligere-
mus, quòd faceret ex officio, & tunc videtur
in eo dicendum, vt dicetur in ſequenti fallen-
tia; niſi in ipſo percutiente Oſtiarium graui-
ter, notaretur non ſolum culpa, ſed dolus;
quia tunc, cum nullum in tali ſit impedimen-
tum, & officium propter coniunctum non
attenuet enormem lęſionem, meritò videtur
dicendum, quòd teneatur ire ad ſedem Apo-
ſtolicam, per ea quæ ſtatim dicam. Circa de-
87 cimam nonam fallentiam † de officiali, vide-
tur eſſe ſatis dubium; tum quia tex. in .d. c.
ſi verò. in .§. 1. loquitur indiſtinctè; tum quia
caſus ille procedit, quando officialis exercen-
do officium percuſſit ſine dolo, & ſolum
cum aliquali culpa. Vnde læſio, licet enormis
fuerit, videtur attenuari ratione cauſæ, & qua-
litatis percutiendi, per ea quę dixi ſupra in
ver. quinto etiam oportet. Facit quod de pue-
ro doli capace dicimus, cuius lęſio attenuatur
ratione perſonæ, propter priuilegium ætatis,
quia non habet plenum ſenſum. Circa vige-
ſimam fallentiam de his qui communiter
88 viuunt, † quęſtio non procedit, quia tex.
apertè excipit enormem lęſionem, vt in .c.
quoniam. in fin. ſupra de vi. & hone. cleri.
Circa vigeſimamprimam, & vigeſimamſecun-
89 dam † fallentias non eſt inſiſtendum, quia de
his latius dicetur in ſecundo membro princi-
pali iſtius tertię quęſtionis, vbi tractabitur de-
monachis, & religioſis. Circa vigeſimam ter-
90 tiam fallentiam, de † percutiente clericum in
bello, quęſtio habet maiores dubitationes, &
altiores indagines, ſecundum quòd in ea dixi;
Quare omnibus penſatis, & diligenter conſi-
deratis, cum vigeſimaquarta fallentia fuerit,
91 quòd regulariter † Epiſcopus abſoluit, quan-
do iniuria non eſt enormis, vel grauis, ſed
modica, vel leuis. Et prædicta fallentia pro-
cedat generaliter in quibuſcunq; perſonis, ſeu
caſibus etiam non priuilegiatis ratione per-
ſonæ, vel cauſæ; meritò videtur dicendum,
SSS qnòd

quòd priuilegiatæ debent aliquid plus iuris conſequi, quàm non priuilegiatæ. Maximè quia poſt prædictam generalem diſpoſitionem, quòd poſſint Epiſcopi abſoluere pro modica, & leui percuſſione de qua in .c. peruenit. fuerunt etiam poſtea edita capitula priuilegiantia dictas perſonas, & cauſas, videlicet .c. quod de his. ſupra eod. &.c. antepenul. & fi. infra eod. Quare ſi illa iura in dictis caſibus priuilegiatis intelligerentur de modico, & leui ludibrio, & fruſtra viderentur poſita. Maximè quia videò, quòd quando iura voluerunt excipere enormẽ læſionem illam expreſſè exceperunt; vt patet ex his, quæ dixi ſupra in ver. circa vigeſimam tertiam fallentiam, & in quibuſdam alijs ſequentibus ver. Et ſi fortè diceres, quòd etiam in prædictis fallentijs, in quibus enormis, ſeu grauis læſio eſt excepta, videatur dicendum, quòd cum in ipſis ex quodam priuilegio Epiſcopo videatur conceſſa abſolutio, præterquam ab enormi, & graui læſione, plus tamen potentiæ circa abſolutionem videtur concedi Epiſcopo, quàm in his perſonis, in quibus nullum adeſt priuilegium perſonæ, vel cauſæ. Ad tollẽdum ſcrupulum, & hanc dubitationem, & pro quadam æquitatæ, ac prouidentia rationabili, & diſcretione, poſſemus ita magiſtraliter diſtinguere; quòd aut loquimur in his caſibus, in quibus nullum adeſt priuilegium, vel ratione perſonæ, vel cauſæ; & in iſtis Epiſcopus ſolum poſſit abſoluere pro leuiſſima iniuria, ſm vnam opinionem; Vel pro leui, ſecundum aliam opinionem, quæ mihi placet. Aut loquimur in his caſibus, qui ratione cauſæ, vel perſonæ ſunt priuilegiati, vt Epiſcopus in illis poſſit abſoluere, & in quibus iura nullam faciunt diſtinctionem inter enormem, grauem, ſeu leuem, ſeu modicam iniuriam, & in his dicamus, quòd Epiſcopus poſſit etiam pro graui iniuria abſoluere; maximè cum omnes prædicti caſus loquantur, vel de impedimento canonico contingente in perſona propria ipſius excommunicati abſoluendi, propter quod impediatur ire ad ſedem Apoſtolicam; vel ratione infirmitatis, vel ſenectutis, vel alterius periculi perſonalis, aut honeſtatis. Et pondero, quòd in iſtis iura ſemper loquuntur indiſtinctè, vt Epiſcopus poſſit abſoluere, vt patet ex ſuperioribus. Aut loquimur in caſibus priuilegiatis, non ratione proprij impedimenti in perſona, ſed propter aliam extriſecam cauſam, qualis eſt dominicæ, & patriæ poteſtatis, reſpectu ſeruorum, & filiorum familias propter quas cauſas iura priuilegiauerunt Epiſcopos, vt poſſent abſoluere; ſpecifice tamen excipiendo enormem, & grauem iniuriam. Et ad hoc, vt iſtis caſibus, qui priuilegiati ſunt Epiſcopi aliquid plus iuris conſequantur, quàm in cæteris caſibus nullum priuilegium habentibus, dicamus, quòd cum in caſibus nullum priuilegium habentibus Epi ſuo iure abſoluere poſſint; tenendo ꝙ poſſint abſoluere pro leuiſſima iniectione, vt ſupra dixi in vigeſima quarta fallentia, in prima opinione. Poſſumus dicere, quòd in iſtis caſibus poterit abſoluere Epiſcopus pro leui læſione, abſque eo, quòd dicatur id facere ex delegatione Apoſtolica. Sed tenendo aliam opinionem, quòd in caſibus non priuilegiatis Epiſcopus ex ſuo officio poſſit abſoluere pro leui iniectione, vt dixi in prædicta vigeſimaquarta fallentia, in ſecunda opinione, quæ mihi placuit, Dicemus quòd in dictis caſibus priuilegiatis in quibus prohibitum eſt Epiſcopis, ne abſoluãt pro graui, & enormi leſione, abſoluere poſſint, propter dictũ impedimentum. Hoc tñ potius videtur probari ex quadam æquitate, ac ratione, & diſcretione naturali, quàm aliquo ſpecifico iure. Facit tamen in ſimili regula illa quæ habet, quòd ea, quę ſunt in conſideratione per modum gradus, vt plus in vno quàm in alio concedatur debent pariformiter conſiderari ſecundum plus, & minus. quod not. glo. in .l. illud. C. de ſacroſan. eccle. Et quod latè diſputat glo. 1. in princ. in clemen. fin. de æta. & quali. Item iuuatur prędicta diſtinctio, quia pondero, quòd vbi Papa in caſibus priuilegiatis non excipit grauem, aut enormem iniuriam, ſemper in fine dicit, quòd ceſſante impedimento, abſolutus debet ire ad ſedem Apoſtolicam, vt apparebit ex his quę ſtatim dicam infra in ſeptima quęſtione, iſtius tertiæ quęſtionis. Sed vbi iura excipiunt enormem lęſionem, nunquam reperio, quòd voluerint, ſeu iniungant, ꝙ abſolutus teneatur ire ad ſedem Apoſtolicam. Quare ſi eodem modo in iſtis caſibus intelligeremus, quòd Epiſcopus non poſſet abſoluere pro enormi, ſeu graui lęſione, ſed ſolum pro leui; diceremus, quòd ceſſante impedimento deberent ire ad ſedem Apoſtolicam. Nam hoc videtur pluſquam ridiculum dicere, quòd illi qui nullum habent priuilegium, poſſint abſolui ab Epiſcopo, & nunquam teneantur ire ad ſedem Apoſtolicam; Et ille qui habet aliquod priuilegium, teneatur ire; licet abſolueretur pro eadem ſpecię percuſſionis, & iniurię. Ad quod vide, quod ſtatim dicam in prędicta octaua quęſtione. Et prędictas conſiderationes perpetuo notabis; quia nullibi habentur, quod viderim. Et Doct. adeò confuſè, & truncatè, & imperfectè in hac materia loquuntur, vt vix poſſit quiſpiam deligere, quid tenẽdum, ſeruandumve ſit. Quinto quęritur, vidimus
92 ex prędictis, † quòd in prædictis caſibus priuilegiatis poteſt Epiſcopus abſoluere. Quæro vtrum inferiores ab Epiſcopo poſſint abſoluere; vt puta, inferior Prælatus, vel proprius ſacerdos. Sol. dic, quòd non. Niſi in his caſibus in quibus timetur periculum mortis; quia iura ſimpiciter prohibuerunt abſolutionẽ inferiori, & reſeruauerũt ſummo Põtifici. Et ideò cum ſolis Epis ſpeciali priuilegio indulſerint, & in

& in cęteris non reperitur hoc immutatũ, meritò pari iure ſtare cenſetur, vt in .l. præcipimus. C. de appella. Vnde nec proprius ſacerdos, nec alius inferior prælatus poteſt abſoluere, niſi propter mortis periculum; propter quod, non ſolum proprio ſacerdoti, ſed etiam laico conceditur abſolutio, ſecundum tamen quod dixi ſupra in ver. quinta fallentia eſt, & ſupra poſt principium iſtius vigeſimitertij principalis articuli in ver. primo fallit. Quod autẽ inferioribus Epiſcopo non liceat abſoluere, probatur in. c. decętero iuncta ſupraſcriptione. s̃. eod. Et ideò hoc tenet glo. 2. & ſequitur .D. Anto. Et idem probatur in .c. ea noſcitur. ſupra eod. ibi, dum tex. dicit, ab Epiſcopis, & ſolum exceptuatur periculum mortis, probatur etiam in .c. 3. s̃. eod. ibi, ab Epiſcopo &c. & ibi tenent hoc Ioan. Andr. & .D. m. Et idẽ etiam probat. c. peruenit. s̃. eod. quia, dum ille tex. dicit, tuæ fraternitati. Intelligitur de Epiſcopo, quia inferioribus non loquitur per verbum fraternitatis; ſed filiationis, vt in .c. quam graui. s̃. de crimine fal. probatur etiam in. c. relatum. s̃. eod. iuncta ſupraſcriptione. Prædicta tamen intelligo, niſi abſolutio fieret per Capitulum ſede vacante, vel aliàs Epiſcopo capto &c. ſm ea, quæ dixi ſupra poſt principiũ iſtius vigeſimi tertij articuli, in ver. primo fallit propter inſtãtem neceſſitatem. Vel niſi loqueremur in inferiori prælato, qui haberet iuriſdictionem epiſcopalem, vt ibi dixi. Et quòd ſi ipſemet Epiſcopus incidiſſet in canonem propter violentam manuum iniectionem &c. Et eſſet ſenex, vel debilis, vel talis qui ſi eſſet inferior Epiſcopo deberet petere abſolutionem ab Epiſcopo, vt ſupra dixi in fallentijs ſuprapoſitis, quòd talis Epiſcopus poterit abſolui à ſuo Archiepiſcopo, vel vacante ſede Archiepiſcopali à Capitulo ipſius, ſecundum Specu. in titu. de ſenten. §. vt autem. ver. quid ſi Epiſcopus, ſub rubricella de forma ſententiæ excõmunicationis. Sexto quæritur iuxta prædicta, vtrum ſi-
93 cut † in caſibus prædictarum fallentiarum Epiſcopus poteſt abſoluere pro violenta manuum iniectione, poſſit etiam abſoluere propter prædicta priuilegia perſonarum, vel cauſarum, in alijs caſibus reſeruatis Papę, quos ſupra enumeraui. Sol. Ioan. And. in .c. quanuis. j̃. eod. tenet, quòd non. Vnde dicit, quòd excommunicatus à iure, cuius abſolutio eſt reſeruata Papæ, vel excommunicatus ab homine non poteſt ab alio, quam à delegato, aut ab eius excommunicatore abſolui, præterquam in mortis articulo, vt in. c. à nobis. 2. ſupra eod. Et ſequitur .D. Anto. in .d. c. quanuis. per .c. nuper. ſupra eod. Sed .D. m. in .c. decætero. videtur ſentire contrarium, vbi dicit, quòd ille tex. habet locum in excommunicatione lata etiam ob aliam cauſam, quam propter manus iniectionem. Et dicit, quòd talis non valens accedere ad Papam, poteſt abſolui ab Epiſcopo, & dicit, ꝙ hoc tenet Inno. ibi. Sed tu dic, ꝙ imò hoc ibi non tenet ſimpliciter, ſed loquitur in caſu mortis, vt ſtatim dixi. Et ita etiam loquitur ibi, Hoſti. & Ioan. Andr. Sed ipſe Inno. in .c. quanuis. in ver. excuſentur, hoc ſentit; dum reſtringit permiſſionem illius abſolutionis ſolum ad excommunicatos propter manus iniectionem. Et dicit Ioan. And. in. c. èos. eòd. ti. lib. 6. quòd ibi, eſt tex. expreſſus contra Inno. & ſic recedit Ioan. And. à prima opi. quam. s̃. retuli. Et quanuis vtraq; opi. poſſit argumentis iuuari, tamen mihi plus placet hæc vltima opi. argu. d. c. eos. qui ſimpliciter dicit à ſententia canonis, vel hominis; nec aliquid dicit de manus iniectione. Item quia dato impedimento in perſona abſoluendi, licet non ſit periculum mortis, nihilominus propter eandem rationem ex quo impeditur ire ad ſedem Apoſtolicam, debet poſſe abſolui ab Epiſcopo. Facit .l. illud. ff. ad .l. aquil. cum ſimil. Procedet igitur prædicta opinio ſecunda, in fallentijs, in quibus datur impedimentũ neceſſarium eundi ad ſedem Apoſtolicam; in alijs poterit procedere prima opinio. Septimo quæritur, vtrum
94 in caſibus † non reſeruatis Papæ, Epiſcopus poſſit abſoluere exemptos. Sol. Fede. conſ. 14. tenet quòd ſic. Et ſequitur Ioan. de Ligna. Sed Ioan. And. in regu. ſcienti. de reg. iur. lib. 6. tenet contrarium. Et hanc quæſtionem latè diſputat D. m. in .q. quæ incipit, duo clericali ordine, vbi, latè vide per eum. Ego verò hanc quæſtionem ſub cõpendio tractaui, in. c. ſignificaſti. s̃. de fo. compe. in ſexto principali articulo, in ſeptima quæſtione principali iſtius articuli. ver. quid ſi dubium de poteſtãte abſoluendi exemptos, & ibi vide, quia etiam ibi congruè
95 adaptatur. Octauo quæritur, vtrũ † illi qui abſoluendi erant à ſede Apoſtolica, & propter inſtans impedimentum, vel neceſſitatem abſoluti ſunt ab Epiſcopo, vel ab alio inferiore, ceſſante impedimẽto, vel neceſſitate teneantur ire ad ſedem Apoſtolicam. Sol. dic, quòd ſic, vt apertè videtur ſentire, tex. in. c. decætero, & in. c. ea noſcitur in fin. & in .c. quòd de his. in fin. ſup. eod. & in. c. quanuis in fin. j̃. eod. In eo, quòd prædicta iura exigunt, quòd ab eo, qui in caſiſibus prædictis ab inferiore abſoluitur, exigitur iuramentum, vt captata oportunitate quam citò poterunt, debent Romanum Pontificem adire, ipſius mãdatum recepturi. Circa quam quæſtionem plurimæ oriuntur dubitationes, quæ etiam commodè, imò aliquæ ex ipſis magis congruè adaptari debuiſſent ad vigeſimum quintum articulum, ſed hic ſubijciam, vt iſta materia in vno loco magis perfecta habeatur, & quòd etiam non inconuenienter hic adaptari poſſunt. Cæterum in dicto vigeſimoquinto articulo principali, in. c. venerabili. infra eod. ego tangam remittendo me ad hic dicta &c.
96 Nono † igitur quæritur, pro declaratione præcedentis quæſtionis, qui ſint iſti, qui ſe debeant præſentare Apoſtolicę ſedi. Hoc autem dico, quia quæſtio fuit formata generaliter de omnibus excommunicatis, qui abſoluti ſunt ab Epiſcopo propter inſtans impedimentum,

ſeu conceſſum priuilegium; quibus ceſſan-
tibus, aliàs abſoluendi erant per ſedem Apo-
ſtolicam. Sol. Doct. non tangunt hanc quæ-
ſtionem; ſed ego arbitror, quòd ſolum il-
li ſe debeant præſentare, qui abſoluuntur pro
enormi, ſeu graui iniectione. Neq; enim re-
perio tex. dicentem, quòd abſolutus pro leui,
ſeu modica iniuria, debeat ire ad ſedem Apoſto
licam. Quinimò iudicio meò ridiculum, & fa-
tuum eſſet hoc dicere; quia cum in pluribus ca-
ſibus prædictaũ fallentiarum loquamur de his,
qui non ſunt impediti impedimento propriæ
perſonæ, ſed propter aliam cauſam abſoluun-
tur ab Epiſcopo; meritò, cum ab ipſo prin-
cipio, cum abſoluuntur, non mittantur ad ſedẽ
Apoſtolicam, non video quare poſtea debeãt
accedere. Nam ab ipſo principio debet Epi-
ſcopus conſiderare, vtrum mittendi ſint ad ſe-
dem Apoſtolicam, & ad illam accedere poſſint
ex quo non ſubeſt aliquod impedimentũ. Et
ſi Epiſcopus arbitrabitur illos non eſſe mitten-
dos, non mittentur etiam poſtea. Et ideò .c.
peruenit.ſ̃.eod. ab ipſo initio relinquit hoc ar-
bitrio Epiſcopi. Si ergo tales non mittũtur ad
ſedem Apoſtolicam, non video quare mit-
ti debeant, qui propter mortis periculum, aut
infirmitatem, vel aliud inſtans impedimen-
tum ab Epiſcopo fuerunt abſoluti; eo ſcilicet
caſu, quo aliàs iſti non infirmi, ſed ſani, fuiſſent
abſoluti ab Epiſcopo; vel quia iniuria non fuit
enormis, vel grauis; ſed leuis, vel pro leui habi-
ta, & reputata ex aliqua cauſa; ſecundum quod
ſupra dixi in conſideratione ad arbitrandum,
an iniuria eſſet reputãda grauis, vel leuis. Neq;
enim cauſa impedimenti, quæ addit priuilegiũ
priuilegio, debet cauſare odium, vt in regula,
quod ob gratiam. de regu. iur. lib. 6. cum ſua
materia. Et quia inducta ad vnum finem non
debent operari contrarium, vt in iuribus vul-
gatis. Item ceſſante impedimento, remanet
alia ratio, & cauſa abſolutionis factę ab Epiſco-
po; qua mediante non tenetur ire ad ſedem
Apoſtolicam; quia ſcilicet iniuria non eſt enor
mis, ſed leuis. ſolum enim iura prædicta, quan-
do loquuntur, quòd ceſſante impedimento de-
bet abſolutus ire ad ſedem Apoſtolicam, intel-
ligi debent, quando pro enormi, ſeu graui in-
iectione fuiſſet excommunicatus abſolutus.
Et ad declarationem prædictorum, vide quæ
dixi ſupra in fin. quartæ quæſtionis. Et præ-
dicta notabis, quia vt dixi non tanguntur per
97 Doct. Decimo pro declaratione † dictę octa-
uæ quæſt. & præcedentis, quæro ſi abſoluatur
puer in puerili ætate, etiam pro enormi læſio-
ne, vtrum adueniente pubertate, debeat ire
ad ſedem Apoſtolicam. Sol. dic quòd non,
vt eſt tex. expreſſus in .d.c. quanuis. infra eod.
vbi tex. dicit exceptis pueris. Et hoc etiam
probat neceſſario tex. in .c. fin. infra eod. vbi
tex. vult, quòd talis poſſit abſolui ab Epiſcopo,
etiam poſt aduentum pubertatis. Et hoc ar-
bitror proceſſiſſe ea ratione; quia licet per pue-
rum ſit illata enormis iniuria, tamen attenta
ipſius ætate, talis iniuria iudicatur leuis, per ea
quæ dixi ſupra in ſecunda quæſtione, ver. ſe-
cundo conſideratur perſona. Et ideò nunquã
eſt mittendus ad ſedem Apoſtolicam, per ea
quæ dixi in præcedenti quæſtione. Vndeci-
98 mo † quæritur pro declaratione quæſtio-
nis, quid de Senibus, vtrum teneantur ire ad
ſedem Apoſtolicam, licet ſint abſoluti. Sol.
videtur dicendum, quòd non; quia iſtud im-
pedimentum ſenectutis non eſt ceſſabile, quia
continuè creſcit, vt de ſe patet. Niſi in Ioanne
Botadeo, ſequendo cõem errorem, ꝙ reiuue-
neſcat. quæ opinio potius debet eſſe apud mu-
lierculas, quàm apud viros. Videtur ergo, ꝙ
abſoluti ex cauſa ſenectutis nunquam teneãtur
ire ad ſedem Apoſtolicam. Sed tu dic, quòd li-
cet naturaliter poſſibilitas directò non poſſit
adeſſe, tamen accidentaliter poſſet continge-
re, quòd ceſſet tale impedimentum; vt puta,
ſi illuc vbi ſenex eſt, accedat Legatus, vel curia
Romana, vel etiam ad locum propinquum,
ad quem de facili ſenex poſſit accedere. Et ideò
dicit Hoſti. quem ſequitur Ioan. And. quòd
propter cauſas prædictas impedimentum ſe-
nectutis dicitur anormalum. Et idem tenet
.D. Anto. in.c. decætero.ſ̃.eod. Sit ergo con-
cluſio, quòd vbi quis abſoluitur propter impe-
dimentum, ſi impedimẽtum eſt perpetuum in
abſolutione, aliud non eſt ſibi iniungẽdum. Si
temporale, iniũgat ſibi, vt quã cito poterit &c.
Si verò anormalum, eſt ſibi iniungẽdum, quòd
quãdocunq; poterit data oportunitate, debeat
Apoſtolicę ſedi, vel eius Legato ſe pſentare &c.
Duodecimo quæritur, ſimiliter † ad declaratio-
nem prædictæ quæſtionis octauæ, & ſequen-
tium; quia vidimus ſupra, quòd ratione impe-
dimenti, periculi mortis, ſenectutis, infirmi-
tatis, &c. aut alterius ſimilis impedimenti, ab-
ſolutus ab Epiſcopo debet quamprimum po-
terit accedere ad ſedem Apoſtolicam &c. quid
ſi propter impedimentum periculi mortis
duntaxat, fuit quis abſolutus à proprio ſa-
cerdote, vel ab alio inferiore ab Epiſcopo. Et
99 ideò † dixi de periculo mortis duntaxat, per
ea, quę dixi ſupra in ſexta quæſtione. Vtrum ſi-
cut abſolutus ab Epiſcopo, tenetur ire ad ſe-
dem Apoſtolicam ceſſante impedimento; Ita
etiam teneatur ipſe abſolutus ab inferiore Epi-
ſcopo ire ad Epiſcopum, ſi ab Epiſcopo talis
excommunicatus poterit abſolui ex officio, &
iuriſdictione propria; ita ꝙ ab eo abſolutus in
illo caſu non tenebatur ire ad ſedem Apoſtoli-
cam; Sed tamen, vt dixi, ab inferiore Epiſcopo
non poterat abſolui. Sol. Doct. non tãgunt
hanc quæſtionem. Sed tamen mihi videtur de
hoc hodie tex. quòd ire teneatur, in.c.eos, eod.
tit. lib. 6. Ibi, dum tex. dicit, à quo, vel de iure
fuerant abſoluendi. Et ibi, dum tex. dicit, ſi il-
li, à quo iſtis ceſſantibus abſolui debebant &c.
Et ſic ego arbitror, ꝙ ꝓprius ſacerdos abſoluẽs
in periculo mortis excommunicatũ, debet ſibi
iniungere, vt recuperata ſanitate quam pri-
mũ citò poterit, debet adire Epiſcopum illius
manda-



mandatum recepturus. Quod debent dili-
genter notare curati, quia fortè non faciunt. ta-
100 men non tangitur per Doct. † Decimotertio
quæritur, ſimiliter ad declarationem prædictæ
.q.8. & ſequentium, quia ſupra vidimus, quòd
tales abſoluti ab Archiepiſcopo ratione impe-
dimenti, qui aliàs debebant abſolui à ſede Apo
ſtolica, debent ſe quàm citò, ſeu vt primo co-
modè poſſunt, Romano Põtifici pſentare; qua-
liter debeat intelligi iſtud quàmprimum, vel
quàm citò. Sol. Hoſti. in .c. decætero.ſ̃. eod.
vbi dicit tex. quàm citius, exponit, ideſt ceſſan-
te impedimento, & aliquo, ſcilicet modico tẽ-
poris indulto, quo taliter abſolutus de neceſſa-
rijs valeat ſibi prouidere, arg.l. ab hoſtibus .§.
fin.ff. ex qui.ca. ma. Pro qua ſolutione ſatis be-
ne facit tex. in .c. ea noſcitur. in fin. ſupra eod.
dum dicit, poſtquã ſanitati reſtituti fuerint. Et
melius facit.c. quod de his. in fin.ſ̃.eod. vbi tex.
dicit, reaſumptis viribus, & opportunitate cõ-
ceſſa. Et tex.c. quãuis. in fin.ĩ.eod. vbi dicitur,
impedimẽto ceſſante. Sed melius facit tex. in
.c.eos.eod. tit. lib. 6. qui dicit, ſi ceſſante poſtea
periculo, & impedimento, quàm citò commo-
dè &c. Et tex. in clem. 1. in fin. de pœn. qu
dicit, niſi poſtquam reſtitutus fuerit ſanitati,
quàm citò commodè poterir &c. Et ſic licet
tex. prædicti varijs verbis loquãtur, tamen ea-
dem eſt mẽs. Debet igitur ceſſante impedimen
to aliquod tempus commodum indulgeri, vt
poſſit ſuis neceſſarijs rebus prouidere. Et etiã
ſequitur glo. antepenult. in .d.clem. 1.
101 Decimoquarto † quæritur, ſimiliter ad declara-
tionem prædictæ quæſtionis octauæ, & præce-
dentium, quare tex. prædicti, de quibus in præ-
cedenti quæſtionæ dicũt, ꝙ citius, ſeu quàm ci-
tò poſſunt, debent ſe præſentare &c. Sol. di-
cit Ioan. mona. in .d.c. eos. eod. tit. lib. 6. ꝙ
cum abſolutus teneatur per iuramentum in ab-
ſolutione præſtitum, ad factum ſibi iniunctum;
meritò illud factum, ad quod obligatus eſt, te-
netur adimplere quàm citò commodè poteſt;
quia talis eſt natura in obligationibus facti,
vt in .l. continuus. § .cum ita. & .l. interdum .ff.
de verb. obli. & in .l. ſi libertus .ff. de ope. lib,
Et ideò talis iuſtè reincidit in excommunica-
tionem, ſi non adimplet illam obligationem
in facto conſiſtentem. Et ſequitur Ioan. And.
in .d. c. eos. in nouel. & ibi .D. Domi. Deci-
cimoquinto quæritur, vtrum talis abſolutus
102 debeat † ſe præſentare in propria perſona, an
verò poſſit id agere per procuratorem. Sol. tex.
videtur requirere, quòd in propria perſo-
na. Et vide quod dicam in .d. c. ſuper eo. in
vigeſimoquarto principali articulo. Et adde
etiam quod ſtatim dicam in fin. iſtius mem-
bri in ver. poſtremo. Decimoſexto quæritur,
quando iſte dicatur contemnere præſentare ſe
103 quàm † citò, ſeu quamprimum &c. Sol. dic,
quòd eo ipſo, quo iuſta cauſa ceſſante nõ præ-
ſentat ſe illi, à quo fuerit abſoluendus, dicitur
contemnere. Facit quod not. 2. q. 7. c. metro-
politanum. Nam verbum contempſerint, po-
ſitum in .c. eos. eod. titu. lib. 6. denotat vitium.
.10. diſtin. c. quis autem. 81. diſt. c. quicunq;.
& in .c. cum parati. ſupra de appel. Ita tenet
Archid. in .d.c. eos. & ſequitur Ioan. Andr. in
nouel. & .D. Domi. hic. Decimoſeptimo quę-
ritur, Vidimus ſupra quòd iſte abſolutus † de-
104 bet † quàm citius poteſt ſe pręſentare &c.
Quęro quid ſi iſte quamprimum poteſt ſe cõ-
modè pręſentare, non pręſentet ſe, vtrum rein-
cidat in eandem excommunicationem. Sol.
glo. fin. Alan. Goff. & Hoſti. in .c. decętero.
ſupra eod. tenet quòd non; quia res ſemel ex-
tincta non reuiuiſcit, vt in .l. qui res. §. aream.
.ff. de ſolu. Et allegationes alias vide in glo. fin.
Et idem tenuit Hoſti. in ſum. eod. titu. §. &
qualiter abſolutio, ver. quòd ſi nõ ſeruat. Qui-
dam tamen tenuerunt contrarium, vt refert
glo. fin. quia hoc pretextu multi deludę-
bant cenſuram eccleſiaſticam, eo quòd non
reincidebant in excommunicationem. Dice-
bat Hoſti. quòd aliter fuiſſet prouidendum,
& ita hodie prouiſum fuit, & approbata eſt
ſecunda opi. reprobata prima opi. glo. & alio-
rum per tex. in .c. eos. eod tit. lib. 6. vbi vult
tex. quòd talis, qui non ſe pręſentat quampri-
mum &c. ipſo facto reincidit in eandem ex-
communicationem. Nec obſtat, quòd res ſe-
mel extincta &c. quia iſta excommunicatio
non eſt eadem in indiuiduo, ſeu in ſpecie; ca-
piendo ſpeciem ſecundum legiſtas. Sed eſt
eadem in genere, ſeu eadem in ſpecie, capiendo
ſpeciem ſecundum dialecticos. Nec obſtat ꝙ
in ſimili dicitur in .c. ſacro .§. verum. ĩ. eod.
vbi tex. dicit, in priſtinam excõmunicationem;
quia poteſt reſponderi ſecundum Ioan. Mona.
in .c. eos. quòd incidit, ſeu reducitur ibi in pri-
ſtinam excommunicationẽ, hoc eſt, priſtinę ſi-
milem. Vnde vult dicta decretalis eos. quòd
ſicut olim abſolutus non petens abſolutionem
reducebatur per hominem in priſtinam excõi-
cationẽ; Sic hodie in his caſibus ſine hominis
miniſterio, reincidit ipſo iure. Et hoc ideò
fuit ſancitum, quia ſi ad hominis miniſterium
recurrendum eſſet, neceſſaria eſſet hominis co-
gnitio, & longus tractatus. Quod videbãt ce-
dere in diſpendium aliorũ ad vilipendium cen-
ſurę eccleſiaſticę. Et ſequitur Ioan. And. in no
uel. in.d.c.eos. Decimooctauo quęritur, quid
ſi taliter abſolutus repræſentat ſe illi à quo de-
bebat abſolui, & opponitur ſibi, quòd non pręſ-
ſentauit ſe quã citius cõmodè facere potuit &c.
Vel quid ſi pars aduerſa petat denũtiari ipſum
reincidiſſe in excõmunicationem; qualiter ab-
ſolutus ꝓbabit, ꝙ ipſe quàm citius potuit &c.
Sol. videtur dicendum, quòd ſtari debeat pro-
prio ſacramẽto ipſius; cum agatur de re occul-
ta, & de animę periculo tractetur, arg. c. ſi verò.
.2.ſ̃.eo. & .c. ſignificaſti. 2. de homici. Sed con-
trariũ determinat glo. antepe. in cle. 1. de pœn.
vbi cõcludit arg. illius tex. & eorũ quę dicit illa
glo. in princi. quòd non creditur abſoluto. Sed
ꝙ iudex habebit hoc arbitrari, arg. c. quam
ſit. de elect. lib. 6. & quod ibi not. & .c. cupien-

tes.§.ceterum eod.tit. Alias ipſe abolutus ex
friuolis excuſationibus frigoris, caloris, & ſi-
milibus, de facili poſſet cõſtitutionem.d.c.eos.
deludere. Facit de do.& contu.c.cum olim. &
ſupra de accu.c.veniens. Non obſt. contrariũ
ſupra formatum, quia ſecundum glo. illam fa-
tendum eſt, quòd quantum ad forum pœni-
tentialem, & quantum ad vinculum occul-
tè contrahendum, credendum eſſet ſibi, arg.c.
tua. de ſponſa. Secus quò ad forum contentio-
ſum, & iudicialem. & idem tenet Paulus, & ſe-
quitur Zabarel. dicens, quòd etiam in foro iu-
diciali, quandoq; ſtatur ſacramẽto alicuius; qñ
ſcilicet aliter de conſcientia alicuius probari
non poteſt.s̃.de teſti.c. præſentium.in glo. iu-
ramentum. Sed in terminis noſtris poteſt pro-
batio aliter fieri, ſaltem per coniecturas. De-
cimonono quæritur, quid ſi taliter abſolutus pe
tatur denuntiari incidiſſe in priſtinam excom-
municationem, vtrũ Iudex debeat ipſum prius
citare. Sol. prædicta glo. antepenul. in clem. 1.
de pœni. tenet quòd ſic. dicẽs, quòd Iudex nõ
denuntiabit talem incidiſſe, niſi prius eo voca-
to videat per coniecturas eum eſſe moroſum,
ſummaria cognitione ſuper hoc premiſſa, argu.
cle. 2.in fi.de penis. Et idem tenet Lau. Zenzel.
Pau. & Zabarel. in .d.c.1.in fi. Vigeſimo quæ-
107 ritur, quia tex.in.c.de cætero. † in fin.s̃.eo.di-
cit, ꝙ iſte abſolutus quàm citius poteſt, accede
re debet ad ſedem Apoſtolicam, mandatũ illius
recepturus; vnde quæro, ſi iſte vadat ad ſedẽ
Apoſtolicam, ad hoc, vt iterum recipiat ab ea
abſolutionem. Sol. dic, quòd non. ſed ſolum,
vt recipiat mandatum apoſtolicum, vt .d.c. de
cætero. in fin. Et idem dic, vt recipiat manda-
tum ab eo qui alias debeat abſoluere; quia
ſi taliter abſolutus, quàm citius poteſt capta
oportunitate accedit ad illum, qui debeat abſol
uere, non indiget alia abſolutione. Secus ſi con-
tempſiſſet ire; quia ex quo reincidit propter
hoc in excõmunicationem, vt dixi in. 17.q.me
ritò neceſſaria eſt abſolutio. Poſtremo pro cõ-
plemento iſtius primi membri principalis ter-
tię quæſtionis principalis huius vigeſimi octa-
ui principalis articuli, & pro declaratione di-
ctorũ, Oppono ſupra dictũ fuit in plurimis ex
vigintiquatuor fallatijs, quas ſupra poſui, ꝙ ab-
ſoluendus à ſede Apoſtolica, quia caſus ſit re-
ſeruatus ſedi Apoſtolicæ, quandoq; abſoluitur
ab Epiſcopo, vel inferiore, propter inſtans im-
pedimentum in perſona abſoluendi, vt infirmi-
tatis, ſenectutis, inimicitiæ, &c. Sed cõtra hoc
fortiter videtur obſtare, quia ſi non imminet
periculum mortis, licet excommunicatus ſit
impeditus ire ad ſedem Apoſtolicam, tamen
poterit mittere procuratorem, qui ipſius nomi
108 ne petat † abſolutionẽ à ſede Apoſtolica; quod
videtur fieri poſſe per procuratorẽ, per ea, quę
latius dicam in. c. ſuper eo. j̃. eod. in vigeſimo
quarto princ.artic.& ſic tale impedimentũ non
videtur excuſare. Sol.tex. in.c. quòd de his. in
fin. ſupra eod. vult, quòd talis etiam poſt ab-
ſolutionem Epiſcopi, debeat comparere co-
ram Papa in propria perſona. ergo videtur,
quòd etiamt antea ceſſante impedimento de-
buerit comparere in propria perſona; quia nõ
eſt maior ratio, quare potius poſtea, quam
antea. Et ideò videtur, quòd non ſit ſufficiens
mittere procuratorem; & per conſequens non
obſtat contrarium. Præterea cum ad plenè tol-
lendum vinculum excommunicationis requi-
ratur forus iudicialis, & pœnitentialis; ſed
pœnitentialis non poteſt fieri per procurato-
rem, ergo &c. Ad quod vide, quod latius di-
cam in dicto. vigeſimoquarto principli articu-
lo. Et ex his Deo duce habes notabiliter exa
peditum hoc primum membrum, videlicet
de abſolutione excõmunicationis maioris in-
flictę à canone reſpectu ſecularium. Vnde
nunc ſequitur videre de ſecundo mẽbro prin-
cipali, ſcilicet de abſolutione Regularium.
Circa igiur prædictum ſecundum membrum
principale, quis poſſit abſoluere regulares,
109 ſeu † monachos ab excommunicatione ma-
iori inflicta à canone; In primis facio hanc regu
lam, quòd talis abſolutio regulariter permitti-
tur Epis; Niſi in caſibus ſummo Põtifici reſer-
uatis. Intelligendo tñ, & declarando, ſm quod
dixi ſupra in principio iſtius tertiæ quæſtionis,
& ẽt poſtea in proſecutione ꝓcedentis mẽbri.
Abbas ergo regulariter non poteſt abſoluere
monachos ab excommunicatione maiori à ca-
none inflicta; quanuis multi religioſi obſer-
uent contrarium; & male; quoniam ab excom
municatione à canone inflicta, nullus præ-
latus inferior abſoluit; niſi in caſibus à iure
permiſſis. & hoc videtur probari in clem. 1. de
priuile. & in .c.religioſo.eod tit.lib.6. vbi reli-
gioſus percutiens clericum ſecularem non ab-
ſoluitur ab Abbate, vt infra ſubijciam, quia
ſumus extra caſus expreſſè à iure permiſſos Ab
bati, de quibus ſtatim dicam infra in ver. hæc ta
men regula fallit, & in declarationibus, & ex-
tenſionibus ſecundæ fallentiæ. Et ideò caſus
prædicti non ſunt trahendi ad conſequentiam,
vt in regu.in argumentũ.& in regu.quæ à iure.
de regu.iur. lib.6. & in. l.quod verò. ff. de legi.
Niſi eſſet talis Abbas, qui haberet iura epiſco-
palia, vt ibi ſubijciam. Et hoc tenet .D.m.in.c.
.2. ſupra eod. & in.c.mulieres. & in .c. cum il-
lorum.s̃. eod. quia cum habeamus regulam,
quòd Epiſcopus abſoluit à tali excommunica-
tione, vt ſupra ſtatim dixi, & ſupra in princi-
pio iſtius tertiæ quæſtionis; meritò, licet in cer
tis caſibus talis regula reperiatur vitiata, ſeu mu
tata, tamen in ceteris remanet firma, vt in.l.1.
ff.de reg.iur. & in .l.præcipimus .C. de Appel.
& in.c.ſtatutum. & in .c. conſtitutio. de elec.
lib. 6. Item probatur, quia Epiſcopus abſoluit
moniales, quę ſe ad inuicem percuſſerunt; vel
etiam ſi percuſſerunt conuerſos, aut conuerſas
ſuas, vel etiam clericos ſeculares, vt in.c.de mo-
nialibus.s̃.eod. Et aduerte, quia Eṗs põt tales
moniales abſoluere, non ſolum ſi iniuria ſit le-
uis; ſed etiam ſi ſit enormis; cum propter cau-
ſam enormitatis, Papa non reſeuauit ſibi ab-
ſolutionẽ



ſolutionem. Et hoc ideò, nè moniales habeant
materiam vagandi, & inuerecundè ſe immi-
ſcendi cœtibus virorum. Vnde non debent
exire clauſtrum monaſterij, vt in.c.vnico. de ſta
tu regu.lib.6. Et ideò Papa in monialibus non
excipit caſum enormis læſionis, ſicut fecit in
monachis, vt in.c.cum illorum.s̃.eo.ſecundum
.D. m. in.d.c.monialium. Quod mihi placet;
quia ſi hoc procedit in cæteris mulieribus, vt
dixi in præcedenti membro in nona fallen. iun
ctis his, quæ dixi in fine vigeſimæquartæ fallẽ.
quanto magis debet hoc procedere in moniali-
bus. Et prędicta procedunt, etiam ſi moniales
percuterent non ſolum clericos, qui cum eis
morantur, ſed etiam extraneos, ſecundum Ho-
ſtien. Io. And. & do. Anto. in.d.c.de moniali-
110 bus. † Sed ſi monaſteria eſſent in diuerſis epiſco
patibus, & vna monialis percuteret monialem
alterius epiſcopatus, conuenire debent vterque
Epiſcopus. Vel alter delegabit alteri vices ſuas,
vt dicit glo. in.d.c.de monialibus. & .j̃.ſubij-
ciam. Item procedunt prædicta, etiam ſi præ-
dictæ moniales ſint exemptæ, vt not.glo. in di-
cto.c.de monialibus. Quod quidam dicunt ꝓ-
cedere, tenendo illud quod tenet illa glo. quòd
Epiſcopus abſoluere poſſit tanquam Delegatus
Papæ, & ſic vice Papæ. Sed tenẽdo quòd faciat
illud authoritate ordinaria indulta à dicta de-
cret.maius eſt dubium, per ea quæ.j̃.ſubijciam
de monachis exemptis. Vincen.tamen in.c.ca-
nonica.j̃.eod. indiſtinctè tenet, quòd ordina-
rius abſoluit etiam exemptos. Et idem tenet
Inno. Io.And,d. Anto. &.D.m. in.d.c.de mo-
nialibus. volentes, quòd Epiſcopus hoc faciat
authoritate illius.c.& eo iure quo abſoluit alias
mulieres; vt finaliter videtur etiam ſentire glo.
in.d.c.de monialibus. Et aduerte, quia glo. ibi,
primo poſuit prædictam opinionem, quòd vi-
ce Papæ, quia illa litera antiqua ita dicebat. Sed
poſtea illa verba vice Papæ fuerunt remota. Et
quanuis fuerint remota, tamen Bernar.recitauit
illam glo.antiquam, prout erat antequàm dicta
verba fuiſſent remota. Sit ergo concluſio, quòd
111 Epiſcopus † ſuo iure abſoluit moniales etiam
exemptas. Pro quo etiam facit ille tex. qui di-
cit, quòd abſolutio poſſit fieri per Epiſcopum,
in cuius diœceſi eſt monaſterium. Sed mona-
ſterium quantumcunque exemptum dicitur in
diœceſi, vt in.c.graue. ſupra de offic. ordi. igi-
tur &c. Non obſtat.c.1.in fi. de ſta. regu. lib.6.
& clemen.fi.in princ.de ſta.monac.quia illa iu-
ra loquuntur in alijs caſibus. Sed quæro pro
declaratione prædictorum, quare Abbatiſſa nõ
112 abſoluit moniales, † ſicut abbas abſoluit mo-
nachos propter manuum iniectionem, vt ſta-
tim dicam. Sol.dicit glo.in.d.c.de monialibus.
quòd hoc eſt, quia ſexus muliebris impedit. Et
ibi abbatiſſa non benedicit, nec euangelium le-
git, nec audit confeſſiones. Eſt enim incapax
poteſtatis clauium, vt in.c.dilecta. ſupra de ma.
& obedi. & in.c.noua.s̃.de pœniten. & remiſſ.
& ibi dixi. Sed dubium imminet quid in iſtis
ſororibus ſancti Franciſci, vel aliorum mendi-
cantium; nam cum habeant generalem præla-
tum habentem iuriſdictionem quaſi epiſcopa-
lem ſuper eas, dubitatur, vtrum poſſint abſolui
à dicto generali. D. Anto. tenet quòd non, in
dicto.c.de monialibus, per illum tex. per quem
patet, quòd hoc ſolum fuit conceſſum Epiſco-
pis ob reuerentiam ordinis epiſcopalis; & per
conſequens inferioribus fuit hoc interdictum.
Dicit tamen, quòd hoc eſt dubium. Ego arbi-
tror, quòd ſi ſint tales generales, qui ſuper ſub-
ditos ſuos habent iuriſdictionem epiſcopalem,
quòd poſſent illas abſoluere, per ea quæ dixi
poſt principium iſtius tertiæ quæſtionis prin-
cipalis, & quod ſtatim ſubijciam in prima fallẽ.
Patet igitur ex prædictis, quòd regula eſt, quòd
Epiſcopus abſoluit monachos, & religioſos
quoſcunque à maiori excommunicatione in-
flicta à canone; in his tamen caſibus duntaxat,
in quibus dixi Epiſcopum poſſe abſoluere cle-
ricum ſecularem. Et ſic in omnibus caſibus Pa-
pæ non reſeruatis. Intelligendo tamen, & decla
rando ſecundum ea quæ latè fuerunt dicta in
primo præcedenti membro princ. Hæc tamen
regula recipit alias plures fallentias. Primo
113 igitur fallit † in Abbate, qui haberet iuriſdictio-
nem epiſcopalem; quia talis non ſolum poteſt
abſoluere pro iniectione manus in caſibus ſta-
tim dicendis; ſed etiam in omnibus caſibus, ꝓ
quibus poſſunt abſoluere Epiſcopi, per ea quæ
dixi ſupra poſt principium iſtius tertiæ quæ-
ſtionis principalis. Secundo fallit in mona-
chis, & canonicis regularibus, ſi in excommuni
cationem incidiſſent, quia in clauſtro ſe percuſ-
ſiſſent; tales enim per proprium Abbatem poſ-
ſunt abſolui, vt in.c.2.& in.c.cum illorum, ver.
quod ſi clauſtrales.s̃.eo. Sed aduerte, quia hæc
fallentia plures recipit declarationes, extenſio-
nes, & limitationes. Prima declaratio exten
114 ſiua eſt, quòd † prædicta fallentia non ſolum ha-
bet locum in monachis, & canonicis regulari-
bus, ſed etiam in omnibus religioſis; dummo-
do ſint clauſtrales, per tex. in.d.c.cum illorum.
in dicto ver.quòd ſi clauſtrales. maxime ibi, dũ
tex.dicit, in religionis fauorem.& ibi, dum tex.
dicit, & eorum prælatis. Et ſic ſentit, quòd non
ſolum habeat locum in religioſis, qui reguntur
per ſe, ſed etiam in his, qui reguntur per alios
prælatos, vt infra ſubijciam. Et hoc tenet Hoſt.
in ſum.eo.tit. §.quis poſſit ab hac. ver.ſed quis
abſoluet. Secunda declaratio eſt, quòd pręe-
dicta fallentia ſecunda habet locum non ſolum
in monachis profeſſis, ſed in Nouitijs; dum-
modo ſint.j̃.annum probationis, vt not.Inno.
115 Hoſti.& Io.And.in.c.2.s̃.eod. † quod abſque
dubitatione procedit, ſi talis monachus manus
iniecіſſet in monachum, dum eſſet infra annum
probationis. Nec mirum, quia & clerici ſecula-
res ſub eodem tecto in ſocietate viuentes, poſ-
ſunt abſolui à proprio Epiſcopo, vbi aliàs non
videbantur abſoluendi, vt in.c.quoniam. ſupra
de vi.& honeſt.cler. de quo dixi ſupra in vigeſi-
ma fallen. Vnde potius videtur hoc conceden-
dum in perſonis ſolum monachorum, qui viden
tur

tur habere maius priuilegium circa facultatem
abſolutionis. Sed maius dubium eſt; vtrum
Abbas poſſit abſoluere illum qui incidit in ca-
116 nonem, ſi poſtea ingreditur religionem; & † ſit
infra annum probationis. dixi enim, ꝙ excom-
municatus poteſt ingredi religionem; & tenet
ingreſſus, vt in.c.ſacris.ſ.eod. in decimonono
prin.artic. in ſecunda quæſtione princ. in deci-
motertio dubio. Inno.tenet, quòd Abbas non
poſſit iſtum abſoluere. Quam etiam opi.tenuit
Abb. antiquus in.d.c.cum illorum. quia cum
ante profeſſionem, ille nec ratione criminis, nec
alia ratione eſſet de foro Abbatis, dicunt ipſi, ꝙ
non vident qua ratione Abbas poſſet eum ab-
ſoluere. Et hoc etiam tenet Spec. in titu. de re-
gula. quaſi in fi. ver. & not. quòd monachatio.
Quod etiam placet Ioan. And.in.d.c.cum illo-
rum. Mouetur quia aliàs de facili quilibet ex-
cõmunicatus propter cauſam prædictam poſ-
ſet deludere iter ad curiam. Et idem etiam vi-
detur ſentire in.c.religioſo. eod.tit.lib.6. Et ſe-
quitur.d. Anto.in.d.c.cum illorum. Et dicit Io.
And.in.d.c.religioſo.in nouel. quòd Epiſcopus
poterit talem Nouitium abſoluere, ex quo priꝰ
illum abſoluere poterat. Ray. verò in ſum.eo.
titu. tenet prædictam opinionem; ſi modo talis
ſit ita aſtrictus religioni, quòd non poſſit redire
ad ſeculum; quo caſu vult, quòd poſſit abſolui
per Abbatem, poſtquàm ibi ſub eo reperitur.
Sicut in ſimili dicimus de vagabundo, qui illum
iudicem debet habere, apud quem inuenitur, vt
ff. de iudi.in.l.hæres abſens. Conſulit tamen
Ray. quòd poſt profeſſionẽ, ad omne dubium
tollendum, faciat ſe abſolui. Et hoc maximè di-
cit locum habere in illis monaſterijs, in quibus
obtinuit de longa conſuetudine, Papa hoc ſcien
te, & non contradicẽte; quia conſuetudo in ta-
libus dat iuriſdictionem. 9.q.3.c.conqueſtus.
ſupra de off. lega.c.quod translationem. & ſu-
pra ſæpius dictum eſt. Aliqui verò volue-
runt, quòd prælatus, cuius religionem talis
Nouitius intendit profiteri, poſſit ipſum ab-
ſoluere, ſi ibi permanſerit. aliàs eo recedente in
eandem reincidat excommunicationem. Hoſt.
verò in.c.cum illorum. ſimpliciter tenet, quòd
Abbas poſſit illum abſoluere; dicens, ꝙ mens
prædictæ decret. contradicit prædictis opinio-
nibus. Vult ergo, quòd prælatus poſſit iſtum
abſoluere, purè, & ſine aliqua conditione, per
not.ibidem.& in.c.ſtatuimus.de regula. Quan-
uis dici poſſit, quòd ipſo iure hæc inſit condi-
tio, videlicet ſi in eadem religione perſeuerauе-
rit; Sicut & aliæ quandoq; in his, quæ aguntur,
inſunt conditiones, ſecundum quod latè tradi-
tur, in.c.quemadmodum. ſupra de iureiuran. Et
eandem ſententiam tenet Hoſti. in ſum. eo.tit.
§.ſi quis poſſit ab hac abſoluere, in fi. Facit qđ
dixi ſupra in primo membro quæſtione deci-
maſeptima. Et prædictam opinionem ſentit
glo.in verbo non poſſit, in dicto.c.religioſo. Et
tenet glo.ſuper Ray. in ſumma. in ver. decimo-
ſeptimo item ſi aliquis. Et frater Ioan. in ſum.
eod.titu. quæſt.45. Et Innocen.& Hoſtien.in
.c.2.ſupra eod. Licet Io. And. in dicto.c.cum
illorum. dicat, quòd illud dictum Inno. poteſt
intelligi in Nouitijs, qui dum ſunt infra annum
probationis, incurrunt hanc excommunicatio-
nem, vt ſupra dixi in principio illius declaratio-
nis. Opinio verò Abba. quam ſupra primo
recitaui, & ipſius Innocen. procedat in his, qui
prius incurrerunt excommunicationem. Et
prædictam etiam opin. Hoſtien. tenet Archid.
in dicto.c.cum illorum. per tex. ibi, dum dicit
in ver.& alibi. ibi, qui religionis habitũ in mo-
naſterio receperunt. per qđ innuitur, ꝙ poſſint
abſolui per ſuos prælatos, aſſumpto poſtmodũ
habitu; maximè quia poſtea ſubditur in tex. &
inter cætera poſtmodum confitentur tale com-
miſiſſe delictum &c. Et hæc allegatio procedit
intelligendo, quòd dictio poſtmodum, deter-
minetur à verbo confitentur, vt poſtmodum.i.
poſt aſſumptum habitum hanc faciat confeſ-
ſionem. Secus ſi dictio poſtmodum determi-
naretur à verbo commiſiſſe poſtmodum, hoc
eſt, poſt ingreſſum religionis. Nam ſic intelli-
gendo facit pro intellectu Io. And. quem dat ad
opin. Inno. Sed opinio, ꝙ Abbas poſſit, plus
mihi placet; quia videtur eſſe magis æqua, licet
vtraque opinio ſit ſuſtentabilis. Nõ obſtat, quia
cum iſte non ſit profeſſus, poterit cras ad ſe-
culum redire, & exire religionem; quia vt di-
cit glo. in verbo non poſſit, in.d.c.religioſo.
idem dicendum eſſet in clerico ſeculari in mi-
noribus conſtituto; quod tamen eſt falſum. Et
ſic videtur, ꝙ valeat abſolutio, etiam ſi poſt ha
bitam abſolutionem infra annum probationis
egrederetur religionem. Quanuis Hoſti. videa-
tur aliter ſentire, vt ſupra dixi, propter tacitam
conditionem ſubintellectam. Sed opin. Hoſt.
poſſet habere locum in caſu fraudulento, quan
do excommunicatus intraſſet pro abſolutione
facilius acquirenda, ita quòd aliàs non intraſſet
religionem. & de hoc conſtaret, vel eſſet præ-
ſumptio violenta; vt quia ſatis cito poſt obten-
tam abſolutionem exiret. argumen. c.officij. ſu-
pra de elect. & quod ibi not. in princ. in glo. vbi
vide. Eſſet tamen bonum conſilium ad fugien
dum omne periculum, vt Abbas abſolueret etiã
ex commiſſione Epiſcopi, vt ſtatim dicam in
quarta declaratione. Et prædicta notabis, quia
de facili contingere poſſunt. Tertia declara-
117 tio eſt, † quòd prædicta ſecunda fallentia pro-
cedit tàm in monachis, & religioſis exemptis,
quàm non exemptis. Et hoc per rationem poſi-
tam in.c.religioſo.eod.tit.lib.6. vt ſcilicet tol-
latur vagandi materia, quæ animabus ipſorum
periculoſa eſſet. Facit.c.fina.ſupra de regula. &
.c.2.ne cler.vel mona.lib.6.& probatur in.d.c.
cum illorum. ver. nos tamen. Cum igitur iſta
ratio ſit communis, etiam quò ad exemptos.
pro quo facit.c.1.de priuileg.lib.6. ergo præla-
tus exemptorum poterit eos abſoluere. Facit
quod. ĩ. ſubijciam. & quod not. Io. And.in di-
cto.c.religioſo.in nouella. & do. Domi. ibi.
Quarta declaratio eſt, quòd prædicta ſecunda
118 fallentia locum habet, ſiue tales religioſi per-
cuſſerint



cuſſerint ſe in clauſtro, ſiue extra clauſtrum, ſe-
Cõm. op. cundum Abba. & Doct. communiter* in.d.c.
cum illorum. in ver. ſi verò. ibi, dum tex. dicit,
manus iniecit violentas. nec ſit ibi aliqua men-
tio de clauſtro. Item quia licet monaſterium
non ſit exemptum à iuriſdictione Epiſcopi, ta-
men Abbas abſoluit pro percuſſione ibi facta.
Tertio probatur, & fortius; nam Abbas abſol-
uit excommunicatum pro tali iniectione ante
ingreſſum religionis, vt dixi ſupra in ſecunda
declaratione, ſecundum vltimam opinionem.
Ergo fortius debet poſſe abſoluere religioſum,
quanuis extra clauſtrum percuſſerit. Quarto
etiam probatur, quia quando duo monachi
duorum monaſteriorum ad inuicem ſe percu-
tiunt, ad abſolutionem talium concurrit Abbas
vtriuſque monaſterij, vt ſtatim ſubijciam in ſe-
cunda limitatione. Sed de facto impoſſibile eſt,
ꝙ monachus vno ictu fuerit in duobꝰ clauſtris
percuſſus; igitur reſpectu illius, in cuiꝰ clauſtro
non fuit facta percuſſio, abſoluit percutientem
extra clauſtrum ſuum; Spec. in tit. de ſenten. §.
vt autem. ver. quid ſi monachi. ſub rubricella de
forma ſen. excom. dicit, quòd religioſi ſe percu-
tientes extra clauſtrum, abſoluuntur à Papa.
Hoſtien. verò in.c.cum illorum. ſupra eod. &
in.c.canonica. ĩ. eod. tenet, quòd in caſu præ-
dicto Epiſcopus debet abſoluere, ad quem
ſemper in defectum Abbatis dicit recurren-
dum, ſecundum quod. ĩ. ſubijciam. Et quòd
Abbas non poſſit, inducit. 69. diſtinct.c.quo-
niam. & ſupra de æta. & quali.c.cum contingat.
& ſupra de priuileg.c.cum capella. Et eandem
opinionem tenet Hoſtien. in ſum. in ver. quid
ſi religioſus, per iura præallegata. Pro qua alle-
gatur etiam ratio; ne ſcilicet cõfundatur iuriſ-
dictio eccleſiaſtica. Et ideò ex quo in territo-
rio ſuo commiſſum eſt delictum, videtur quòd
ad ipſum Epiſcopum pertineat abſolutio. Et
pro hac opin. facit tex. in.c.2. ſupra eod. dum
tex. ibi dicit, in clauſtro; quaſi innuat, quòd ſecꝰ
Cõm.opi. ſit, ſi extra clauſtrum. Sed communis* opin. eſt
in contrarium, quòd proprius prælatus poſſit
abſoluere, vt dixi in principio. Quam etiam te-
nent. d. Anto. & D.m.in.d.c.cum illorum. &
D.m. & d. Ant. in.c.canonica. ĩ. eod. Pro qua
etiam facit, quia iſtud eſt priuilegium Abba-
tis, & fauorabile, & non ampliandum. Nec
obſtat prædictum.c.2. dum dicit, in clauſtro,
quia debet ſubaudiri, maximè. Nõ obſtat, ꝙ iu
riſdictio eccleſiaſtica confunditur, ſi cuiq; Epi-
ſcopo &c. Nam ſecundum prædictum argu-
mentum Epiſcopus debet abſoluere, etiam ſi in
clauſtro fieret percuſſio; cum etiam ipſum clau
ſtrum ſit in territorio, & diœceſi Epiſcopi. Et
hæc opinio mihi placet. per tex. etiam in.d.c.ca
nonica. vbi tex. refert diſpoſitionem dicti.c.2.
& nihil dicit de clauſtro, ſed ſimpliciter loqui-
tur. Et huic opinioni videtur tandem adhærere
Io. And. Subdit tamen, quòd cum hoc dubium
occurreret, conſuluit, ꝙ Epiſcopus committe-
ret Abbati abſolutionem. quod conſilium mihi
placet. Facit ad id quod dixi in fi. ſecundæ de-
clarationis. Et intelligo, quòd Abbas abſoluat
ſuo iure, & iure delegato, vel & altero tantum
iure, ſecundum quod melius fieri poteſt. arg.
eorum quæ dixi in.c.cum ſuper Abbatia. ſupra
de off. delega. Quinta declaratio eſt, ꝙ prædi
119 cta ſecunda † fallentia habet locum etiam in ho-
ſpitalarijs, ſeu fratribus Hieroſolymitanis, vt
ipſorum Prior eos abſoluat, vt in.c.canonica. ĩ.
eo. Sed circa hanc declarationem plures oriun
tur dubitationes. Pro quarum declaratione
120 primo quæro, vtrum † quilibet Prior, vel Præce
ptor talium poſſit abſoluere ipſos Hieroſoly-
mitanos ſe inuicem percutientes. Sol: Hoſt. in
dicto.c.canonica. tenet quòd non, per tex. illũ,
dum loquitur per verbum ſingularis numeri,
dum dicit, per Priorẽ veſtrum; & etiam ex ſupra
ſcriptione illius decret. Vnde concludit, quòd
ſolus Prior vltramontanus, cui prędicta decret.
dirigitur, poteſt abſoluere Hieroſolymitanos.
Et ſic quãtum ad hoc prædicta decretalis con-
tinet gratiam ſpecialem. Et ſic patet, ꝙ Prio-
res, vel Præceptores, etiam eiuſdẽ ordinis, alio-
rum locorum non poſſunt abſoluere. Alioquin
tex. ille non dixiſſet per Priorem veſtrum, ſed
per Priores veſtros. Et ſi tu diceres, quid ergo
fiet in alijs locis in huiuſmodi religioſis, quis
eos abſoluet? Reſpondet Hoſt. quòd ſi non ha-
bẽt aliud priuilegium, eos abſoluet Epiſcopus.
arg.c.de monialibus. ſupra eod. & d.c.cum il-
lorum. in ver. ſi verò. ſupra eod. & ibi per glo. &
ſequuntur Io. And. & d. Anto. Et mihi placet;
quia in non diſpoſitis &c. Et regula quam ſupra
poſui, ꝙ Epiſcopus abſoluat, remanet firma.
121 Secundo quæritur, vtrum † exigatur, quòd præ
dictus Prior ſit prębiter. Sol. tex. videtur vel-
le quòd ſic, in.d.c.canonica. ibi, dum tex. dicit
præsbiter eſſe debet. Sed tu dic contrarium, ꝙ
videtur ſufficere, quòd ſit clericus, vt ibi dicit
glo.penul. de quo dic, vt latius dicam in octaua
quæſtione principali iſtius artic. Tertio quę-
122 ritur, vtrum † Hieroſolymitanus poſſet indiffe-
renter abſoluere omnes fratres excommunica-
tos pro dicta iniectione vndecunq; venientes.
Sol. videtur dicendum quòd non, per ea, quæ
ſtatim dicã in ſequenti quæſtione, in opi. Hoſt.
Ego arbitror hoc verum, quando non eſſent
fratres dicti ordinis Hieroſolymitani. Secus ſi
eſſent fratres dicti ordinis, per tex.d.c.canoni-
ca. ibi, dum dicit, fratribus veſtris, & iuncta ſu-
praſcriptione, in qua dicitur magiſtro, & fratri-
bus &c. Et per illam ſupraſcriptionem videtur
inferendum, quòd dictus Prior non ſolum po-
teſt abſoluere ſuos ſubditos; ſed etiam genera-
lem magiſtrum ſuum, & ipſius ordinis; ſi magi-
ſter ordinis ſit laicus, & ſic ſuperior, & Prior in-
ferior; quia dicta ſupraſcriptio dicit, magiſtro,
& fratribus &c. & poſtea in tex. dicitur, quòd
abſolui poſſunt à Priore. Hoc tenet Io. And. in
d.c.canonica. & tenet Spec. in tit. de ſenten. §. vt
autem. ver. quid ſi prior vel magiſter. ſub rubr.
de forma ſenten. excom. Nec obſtat, quòd cum
talis Prior non poſſit magiſtrum ſuum tanquã
ſuperiorem ligare, pari ratione videtur, quòd
non

non debeat poſſe illum abſoluere; Quia reſpon
detur, quòd primum non poteſt, quia eſt con-
tentioſæ iuriſdictionis. Secundum verò poteſt,
quia eſt voluntariȩ iuriſdictionis; ſimile in Le-
gato de latere, qui non ſubiectos nõ poteſt ex-
communicare, & tamen poteſt abſoluere, vt in
c. penult. s̃. de off. lega. Item quia canon ligat
pro tali excommunicatione, & de abſolutione
ita diſponit. Item quia odia ſunt reſtringenda,
& fauores ampliandi, vt in reg. odia. de reg. iur.
lib. *6*. Quarto quæritur, vtrum p̄dictus Prior
123 abſoluere poſſit tales hoſpitalarios † vbicunque
ſe percutientes. Sol. dic, quòd non, ſed ſolum ſi
ſe percutiunt in clauſtro, ſeu intra ſepta mona-
ſterij, & clauſtra; quia tota domus ſumitur pro
clauſtro, quando aliud clauſtrum non habet.
Et ideò ſi tales verberarẽt ſe extra talia loca, eos
abſolueret Epiſcopus, ſecundum Hoſt. quanuis
Spec. in. d. §. vt autem. ver. quid ſi monachi. ve-
lit quòd ſint abſoluendi à Papa. Sed. D. m.
in. d. c. canonica. tenet, quòd abſolui poſſunt per
eorum Priorem. & mihi placet, per ea quæ dixi
ſupra in ver. quarta declaratio. maximè quia
tex. in. d. c. canonica. ſimpliciter loquitur, nec ali
quid dicit de clauſtro. Et ſic habes expeditam
prædictam quintam declarationem ſecundæ fal
lentiæ. Sexta declaratio eſt, quòd prædicta
124 ſecunda fallentia locum etiam habet in † tem-
plarijs, vt ſcilicet etiam tales poſſint abſolui per
proprium Priorem, ſeu Præceptorem, ſeu pro-
prium prælatum, hoc tenet glo. in verbo ab-
batem. in. c. cum illorum. s̃. eod. quæ extra il-
lam decretalem ad omnes clauſtrales extendit.
Hoſti. verò in. d. c. canonica. tenet contrarium,
niſi tales habeant ſpeciale priuilegium, quod ha
bent Hieroſolymitani. Licet enim vbi eadem
eſt ratio, debet eſſe idem ius; tamẽ illud verum,
cum agitur de extenſione iuris; ſecus ſi de pro-
rogatione priuilegij. & ita reſidet Io. And. & ſe-
quitur. d. Anto. Septima declaratio prædictȩ
125 differentiæ eſt, vt † clauſtrales prædicti abſolui
debeant pro tali excommunicatione à proprio
Abbate; & ſi forte non habent Abbatem, ab-
ſoluuntur per Priorem, vt not. glo. in verbo
abbatem. in. d. c. cum illorum. s̃. eod. Ex quo
infert, quòd benedictio non eſt illa quæ opere-
tur hoc, quòd Abbas poſſit abſoluere, cum
Priores non benedicantur; vt in. c. indemnitati-
bus. de elect. lib. *6*. ſecundum Io. And. & d. An.
in. d. c. cum illorum. Et quòd poſſint clauſtra-
les abſolui per Priorem eorum in caſibus, in
quibus poteſt Abbas, tenet etiam Io. And. &
Hoſtien. in. c. canonica. j̃. eod. & latius Hoſt. in
ſum. eod. tit. §. quis poſſit ab hac abſoluere. ver.
ſed quis abſoluit regulares, per tex. in. d. c. cum
illorum. dum dicit eorum prælatis. Vnde dicit
notandum eſſe, quòd tex. ille non dicit de Ab-
batibus, ſicut dixerat Alexan. in. c. 2. ſupra eod.
Sed loquitur per verbum prælatis, quod eſt
magis latum; quia aliqui etiam ſunt religioſi,
qui non habent, nec reguntur per prælatos, ſed
per præpóſitos, vel Priores, vt patet ſupra de
maio. & obediẽ. c. cum in eccleſijs. & hoc mihi
placet. Et idem dicendum quocunque alio
nomine nuncupentur. Tamen procedit ius
iſtud in Prioribus, qui non habent Abbatem
ſupra ſe in eodem monaſterio; aliàs ſecus, quia
illi non poſſunt abſoluere; ſed pro abſolutione
recurrendum eſt ad Abbatem, vt. d. c. 2. & d. c.
cum illorum. vbi hoc etiam tenet. D. m. De-
ficiente autem vel Priore, aut qui ſimilem locũ
habeat, recurrendum eſt ad Epiſcopum pro-
prium, vt. d. c. 2. & in. c. canonica. j̃. eod. ſecun-
dum Doct. communiter*. Et idem dicendum Cõm. opi.
ſi haberent prælatum, vel Priorem, & diſcretio,
vel prudẽtia Abbatis, vel Prioris non ſufficiat,
vt dicto. c. 2. Quod etiam procedere arbitror
in hoſpitalarijs Hieroſolymitanis, ſi diſcretio
non ſufficit. Et ſic ex prædictis habes declara-
tiones, & extenſiones dictæ ſecundæ fallentiæ.
Cæterùm prædicta ſecunda fallentia recipit etiã
126 plures limitationes. Prima limitatio eſt, † ſi
modo talis Abbas ſit ſacerdos, quia ſi non eſſet
ſacerdos, non poſſet abſoluere monachos ſuos,
arg. d. c. canonica. hæc tamen limitatio non eſt
ſimpliciter vera, vt latius dicam in octaua quæ-
ſtione princ. iſtius vigeſimitertij articuli princ.
127 Secundo limitatur † prȩdicta ſecunda fallentia;
ſi modo loquamur de monachis eiuſdem mo-
naſterij; Secus de monachis duorum monaſte-
riorum, quia non abſoluit ſolus Abbas percu-
tientis; ſed ad concedendam abſolutionem re-
quiritur conſenſus Abbatum vtriuſque mona-
ſterij ad inuicem. Quod procedit non ſolum ſi
tales monachi ſe ad inuicem mutuo percutiunt,
quod videtur eſſe minus dubium; ſed etiam ſi
tales clauſtrales in religioſam alterius clauſtri
perſonam manus iniecerunt violentas. In quo
caſu per Abbatem proprium, & eius qui paſſus
eſt iniuriam, abſolui debent, vt eſt tex. in. c. cum
illorum. in ver. ſi verò clauſtrales. s̃. eod. Sed cõ-
tra hoc fortiter opponitur. Videtur enim, quòd
ſufficiat ſolus Abbas rei, & ſic percutientis. arg.
c. 1. 3. q. *6*. & c. placuit. *6*. q. 3. Sol. dicit glo. in
verbo paſſus, in. d. c. cum illorum. quòd non eſt
verũ, quòd hoc caſu ſufficiat talis Abbas, quia
ſatis eſt ita cautum, & ſcriptum eſſe. *6*. quæſt. 3.
c. ſcriptum. & in. l. proſpexit. ff. qui. & à quib.
Item glo. prædicta in principio ſui conatur aſſi-
gnare rationem; videlicet, quòd Abbas verbe-
rati monachi videtur iniuriam paſſus in perſo-
nam illius monachi, qui verberatus eſt. Et ideò
debet agere, quia ad ipſum ſpectat remiſſio in-
iuriæ, quam ſentit, ſi ad ipſum ſpectat agere, &
remittere; ergo etiam ſpectat abſoluere. Sed
dicit Hoſti. quòd prædicta non eſt ſufficiens ad
contrarium, cum per eã non reddatur ſufficiẽs
ratio. Et ideò dicit, quòd ratio eſt, quia cum
ſatisfaciendum eſſet Abbati in pecunia de iniu-
ria illata in monacho, vt in. c. parrochianos. &
in. c. ea noſcitur. ſupra eod. & vt dicam. j̃. in vi-
geſimoquinto articulo. ſequitur, quòd cum
percuſſor ſit monachus profeſſus, & per conſe-
quens careat proprio, vt in. c. cum ad monaſte-
rium. s̃. de ſta. monac. & 12. q. 1. c. non dicatur.
Et tamen monaſterium pro illo non teneatur,
quia



quia delictum ipſius non debet monaſterio no-
cere, vt in reg. delictum perſonæ. de regu. iur.
lib. *6*. Et de iniuria ſatisfieri oporteat, vt in. c. cũ
deſideres. ſupra eod. & ſtatim dixi. Meritò cum
Papa non poſſet aliter prouidere ſatisfactioni
fiendȩ, prouidit vt potuit, ſcilicet vt Abbas ꝓ-
prius percutientis abſolueret, & Abbas offenſi
verberaret. Dicit enim, ſicut vnus eſt Deus, vnꝰ
baptizans, vnus ordinans, vnus celebrans, vnus
confeſſionem audiens, quorum omnium illa eſt
ratio, quoniam vnitas ſacramentorum ſcindi,
vel diuidi non debet. 24. quæſtio. c. loquitur. de
conſec. diſt. 2. c. quia paſſus. Ita dicit in termi-
nis noſtris, quia vnus erit abſoluens. ſ. Abbas
iniuriantem, qui iuramentum recipiet, & abſol-
uet, & ſaltem ſemel percutiet ipſum monachũ.
Abbas verò percuſſi egregiè verberabit, cum
talis ictus ſuccedat loco ſatisfactionis. Eſt enim
regulare, qui non poteſt luere in ære, luat in cor
pore, in. c. finem. in fi. s̃. de dol. & contuma. c. 2.
ſupra de maled. & in. c. ad liberandum. ſupra de
iudæ. vbi de hoc latiſſimè dixi. Vnde Hoſtien.
exponit dictum tex. in. c. cum illorum. dum di-
cit, per Abbatem proprium. ſ. abſoluentem, &
eius qui paſſus eſt, ſcilicet verberantem. Fate-
tur tamen, quòd congruentius eſſet, quòd alter
alteri committeret. D. Anto. in. d. c. cum illo-
rum. dicit, quòd quicquid dicat Hoſt. Vterque
Abbas hoc caſu vocatur ad abſoluẽdum. Et bñ
dicit ſecundum. D. m. Et ideò oportet, quòd
abſolutio fiat per vtrunque Abbatem, ſeu præ-
latum; ſeu quòd vnus alteri committat vices
ſuas. Subdit tamen, quòd ratio Hoſti. ſibi pla-
cet, quia non videt aliam rationem, quare alie-
nus Abbas vocari debeat ad abſolutionem non
ſubiecti ipſi vocando. Et ex prædicta ratione
Hoſti. quam ſequitur. D. m. ego infero, quòd ſi
monachus infra annum probationis, percuſſit
monachum alterius monaſterij, & percutiens
habeat vnde ſatisfacere poſſit; quia infra annũ
probationis ante profeſſionem bona non quæ-
runtur monaſterio, vt traditur in auth. ingreſſi.
C. de ſacroſan. eccle. quòd hoc caſu videretur
ſufficere abſolutio Abbatis monachi percuſſo-
ris. Et hoc ſentit Hoſtien. dum poſtea ſubdit ar-
guendo, quòd vbi vnus clericus Epiſcopi, aut
Legati eo caſu, quo Epiſcopis conceditur abſo
lutio, debebit fieri ab vtroque Epiſcopo. Sed
quanuis ita arguat, tamen concludit, quòd hoc
caſu aliud videtur dicendum, cum deficiat ratio
prædicta, eo quòd clericus ſecularis non caret
proprio. Et ſic ex prædicta ratione ſequitur id
quod dixi de monacho infra annum probatio-
nis, habente proprium, vt abſoluatur à proprio
Abbate. Et adde prædicta ad id quod dixi. s̃. in
primo membro principali in prima quæſtione
poſt caſus enumeratos, in quibus abſolutio re-
ſeruatur Apoſtolicæ ſedi. Et vide quod dicam
infra in nona quæſtione princip. iſtius vigeſimi
tertij articuli. Et vide etiam quod dicam in. c. ve
nerabili. j̃. eod. in vigeſimoquinto princ. artic.
128 Tertio limitatur prædicta † ſecunda fallentia,
quando loqueremur de monacho, vel clauſtrali
percutiente monachum, vel clauſtralem; Secus
ſi percuteret clericum ſecularem, vt eſt tex. in
d. c. cum illorum. ver. quod ſi clericum. Et ad-
uerte, quia videtur hoc mirum, quòd Abbas,
vel ſaltem Epiſcopus nõ poſſit abſoluere, vt tol-
latur vagãdi materia; cum Ep̃s poſſit monachos
abſoluere in cæteris caſibꝰ nõ reſeruatis Papæ,
vt dictum fuit in principio huius ſecundi mem
bri principalis. Vnde cum prædictus caſus non
intelligatur de enormi læſione, de qua non eſſet
dubium, ꝙ nec Abbas, nec Epiſcopus poſſit ab-
ſoluere. Sed ſolum meritò videbatur, ꝙ ſaltem
Epiſcopus poſſet abſoluere. Sed tex. ibi aſſi-
gnat rationem propter ſcandalum euitandum,
quæ qualitas videtur facere iniuriam, aliàs leuẽ,
grauem, ſeu enormem, vt dixi ſupra in conſide-
rationibus enormis lȩſionis, in ver. ſeptimo etiã
conſideratur. Et maximè clericus ſecularis vide
tur eſſe ſuperior monacho, quia vt dicit tex. 16.
q. 1. c. legi. vix bonus monachus facit bonum
clericum. Vnde cum cœtus clericorum vi-
deatur eſſe dignior cœtu monachorum, ideò ta
lis percuſſio facta in clericum ſecularem, vide-
tur aggrauari ratione illius qualitatis, vt dixi in
dictis conſiderationibus enormis, & leuis iniu
riæ in ver. ſecundo conſideratur ratione perſo-
næ. Nec obſtat, quòd Abbas poſſit abſoluere
monachum percutiẽtem clericum ante ingreſ-
ſum, vt ſupra dixi in ſecunda fallentia iſtius ſe-
cundi membri in princ. quia reſpondeo, vt dicit
glo. in verbo promereri, in. d. c. cum illorum.
quòd eſt, ideò quia facilius tollitur obligatio
ante ingreſſum contracta, quàm ſi poſtea con-
trahatur. 19. q. 3. c. non liceat. Quare videtur
concludẽdum, quòd nec Abbas, nec Epiſcopus
poſſit abſoluere. quod olim limitabat Hoſtien.
niſi talis clericus ſecularis eſſet ſocius in eodem
clauſtro, & iniuria eſſet leuiſſima, & occulta, ita
quòd non immineret ſcandalum, quibus con-
currentibus dicebat talem abſolui poſſe à pro-
prio Epiſcopo. argu. c. quoniam. ſupra de vi. &
hone. cler. & in. c. ex tenore. in fi. j̃. eo. Sed ad-
uerte, quia hodie circa dictam tertiam limita-
tionem aliter diſpoſitum eſt, forte ea ratione,
quia prædictæ rationes non videntur multum
concludere. Neque enim videtur verum, ꝙ cle
ricus ſecularis ſit ſuperior monacho; quia mo-
nachorum conditio non debet eſſe deterior cle
ricorum. 16. q. 1. c. nonnulli. Non obſtat. c. le-
gi. & ratio ſuperius allegata, quia illa ratio vi-
debatur olim procedere, quando monachi non
erant clerici. Et alia ratio ſuperius allegata. ſ. de
ſcandalo non videtur præponderare vtilitati ꝓ-
hibitæ vagationis. Et ideò vt ego arbitror ius
nouum. lib. *6*. elegit mediam viam ad tollẽdum
ſcandalum, quod poſſet cõtingere ſi monachus
hoc caſu abſolueretur à proprio Abbate, & ad
tollendam vagationis materiam, quæ contin-
gere poſſet ex acceſſu ad ſedem Apoſtolicam
ſtatuit, quòd Epiſcopus in prædicto caſu poſſet
abſoluere, vt eſt tex. apertus in. c. religioſo. eod.
titu. lib. *6*. Et ex prædicta decretali, coniuncta
opin. Hoſtiẽ. de qua ſupra dixi, videtur inferen-
dum,

dum, quòd ſi claustralis percuteret clericum
etiam cum monachis in eodē monaſterio com
morantem, ꝙ abſoluendus ſit ab Epiſcopo. Et
prędicta procedunt, etiam ſi religioſus clauſtra-
lis percutiens clericum ſecularem eſſet exēptus,
quia ratio vagationis poſita in.d.c.religioſo. q̄
ipſorum animabus periculoſa eſt, vt in.c.fin. de
regula. & in.c.2.ne cle.vel mon. eſt communis
etiam quò ad exemptos. Pro quo facit qđ not.
in.c.1.de priuileg.lib.6. & ita tenet Ioan. And.
in.d.c.religioſo.in nouel. & ſequitur do.Domi.
Quod autem de alijs caſibus Papæ non reſerua
tis, vtrum Epiſcopus poſſit exemptos abſolue-
re, vide quod remittendo dixi ſupra in primo
membro iſtius tertiæ quæſt.princ.ver.quæritur
129 vtrum in caſibus. Quarto limitatur † prædi-
cta ſecunda fallentia, ſi modo monachus percu-
tiat monachum; ſecus ſi percutiat Abbatem, vt
in.d.c.cum illorum.ibi, aut Abbatem. Talem.n.
neque Abbas, neque Ep̄s abſoluere poteſt, ſed
ſolus Papa, vt eſt tex.ibi. Et ratio aſſignatur ibi
in glo.in verbo epiſcopum, quia delictum auge
tur ex qualitate perſonæ percuſſi, vt ſuperiꝰ dixi
in præcedenti membro, in ver.ſecundo conſide
ratur reſpectu perſonæ. Et quod dixi de percu
tiente Abbatem, idem teneas de percutiente
Priorem, vel alium proprium prælatum, qui lo-
cum Abbatis teneat, vt in.d.c.cum illorum.
ibi, eorum prælatos. & arg.c.cum in eccleſijs.ſu
pra de maio. & obedien. Et dicit Hoſtien.idem
intelligendum eſſe, quotiens monachus infe-
rior, & ſubditus in ſuperiorem ſuum manus
inijcit violentas, per tex. in.d.c.cum illorum.
dum tex.dicit, cū exceſſus tales, & ſimiles, &c.
Facit etiā quod ibi not.glo.in verbo aut Abba-
tem. Et per hoc dicit Io.And.ſolui quęſtionem
de monacho, qui abſente Abbate percuſſit Vi-
carium, quem Abbas miſit in clauſtro. Nam
ſecundum prædicta talis non poteſt abſolui à
ſuo Abbate, ſed à ſede Apoſtolica. Quod tamē
vltimum limitat Io. And. dummodo Vicarius
quē miſit eſſet clauſtralis. Et hoc dicit, vt arbi-
tror, propter ea quæ dixi ſupra in ver. tertio li-
mitatur. Hoc tamen non videtur mihi ita ſim-
pliciter procedere, nam licet talis Vicarius non
eſſet clauſtralis; tamen propter hoc non poſſet
Abbas abſoluere monachum, immò longe mi-
nus debet poſſe abſoluere, per ea quę dixi in ter
tia limitatione. Vnde ſi Vicarius non eſſet clau-
ſtralis, & iniuria in ſe non eſſet enormis, quo ca-
ſu deberet abſolui à Papa, vtrum hoc caſu ſaltē
ab Epiſcopo poſſet abſolui, recurrendum eſt ad
id, quod ſtatim dixi in dicta tertia limitatione.
Nā poſſet, vt arbitror, niſi qualitas ipſius perſo
næ Vicarij, vel ſcandalum commiſſum in per-
cuſſione, vel ꝙ poſſet inſurgere ex abſolutione,
quæ fieret per Epiſcopum, operaretur ita, quòd
talis eſſet abſoluendus à Papa. Quod tamen di-
xi in hac limitatione, ꝙ Epiſcopus non poteſt
abſoluere etiam ꝓ enormi percuſſione; de qui-
bus dixi in præced.membro, & ſtatim ſubijciā
in ſexta limitatione. Quinto limitatur, ſi mo-
130 do iniectio manus † facta per monachum, non
ſit facta in Epiſcopum; Secus ſi in Ep̄m, quia ta-
lem non abſoluit Abbas, ſed abſoluitur à ſede
Apoſtolica, vt.d.c.cum illorū. Et ratio triplex
poteſt aſſignari. Prima, licet talis iniuria in ſe
ſit leuis, tamen propter qualitatem percuſſi, qui
eſt Epiſcopus, iudicatur enormis. Secunda, ꝓ-
pter ſcandalum. Tertia, per ea quæ dixi in ter-
131 tia limitatione. Sexto limitatur, ſi † modo in-
iuria illata per clauſtralem clauſtrali ſit leuis; Se-
cus ſi ſit enormis, vt.d.c.cum illorum. ver.niſi
exceſſus ipſorum &c. Et ad idem.c.2.ſupra eo.
& ibi glo.1. Et aduerte, quia in caſu prædicto
abſolutio videtur reſeruata Apoſtolicæ ſedi. Et
ſic infertur, ꝙ etiam Epiſcopus non poteſt ab-
ſoluere. Quod ego limito, niſi in caſibus, in qui
bus dixi Epiſcopum poſſe abſoluere alios pro
enormi iniectione, vt latè dixi in vigeſimater-
tia fallentia, & ibi poſui, capiendo eos caſus,
qui ad hanc materiam noſtram pro limitatione
poſſunt adaptari. Septimo limitatur, niſi inie
132 ctio † per monachum illata peperiſſet ſcanda-
lum.argumen.d.c.cum illorum.ſupra eod. ibi,
nequeat ſine ſcandalo præteriri, &c. Et ratio
eſt, quia qualitas ſcandali aggrauat iniuriam, vt
quæ alias leuis, propter ſcandalum grauis repu-
tetur. Et idem arbitror, ſi propter abſolutionē
ſcandalum eſſet futurum. argu.prædicti.c.cum
illorum.ver.ſi verò clauſtralis.in fi. Et ſic habes
notabiliter expeditam ſecundā principalem fal
lentiam. Tertio, & vltimo pro dicta regula,
quam ſupra poſui in principio iſtius ſecundi
membri, vbi dixi Epiſcopum regulariter poſſe
abſoluere monachos, ſicut ſeculares, fallit in ca-
ſu, quo Abbas incideret in canonem, per tex.in
.c.vniuerſitatis.in fi.ſupra eod. Sed contra hoc,
& præfatum.c.fortiter opponitur. Videtur.n.
quòd hoc caſu Abbas poſſit abſolui per Epi-
ſcopum, per.c.2.ſupra eod. & per ea quæ dixi
ſupra in ſecunda fallen. in princ. quia cum ipſe
Epiſcopus poſſit abſoluere monachos; quos
Abbas nō poteſt abſoluere, vt ſupra dixi in ver.
ſeptima declaratio. & appellatione monachorū
veniat Abbas in materia fauorabili, vt in.c.fin.
ſupra de regula. Ergo cum abſolutio ſit mate-
ria fauorabilis, vt de ſe patet, videtur quòd Epi
ſcopus poſſit abſoluere. Et idem tenet Spec.
in tit.de ſent.§.vt autem. ver.ſed cum clauſtra-
lis.ſub rubricella de forma ſententiæ excommu
nicationis. Sed Io. And. in.d.c.vniuerſitatis. di-
cit, quòd præfati Docto.non bene aduerterunt
illud.c.vbi abſolutio reſeruatur Papę. Et ad cō-
trarium reſpondet, quòd vbi monachus proui-
detur per manum Abbatis, appellatione mo-
nachorum non venit Abbas. & ita loquitur.c.
vniuerſitatis.iuncto.c.2.ſupra eod. Sed vbi ꝓ-
uideretur per manum tertij, vt in caſu.c.fina.
ſupra de ſimo.quaſi ſentiat Io. And. quòd quan
do eſt talis percuſſio, & abſolutio concedatur
Abbati, appellatione monachorum non venit
Abbas. Sed quando eſt talis læſio, propter quā
non Abbas, ſed Epiſcopus poſſit ſoluere, tunc
appellatione monachorum venit etiam Abbas.
Ex quo infertur ſecundum Ioan. And. quòd in
caſu



caſu.c.religioſo.eod.tit.lib.6. Epiſcopus pote-
rit abſoluere etiam Abbatē. Vnde dicit.D.m.
diligenter notandam eſſe hanc theoricam Io.
And.quam ſequuntur Pau. & Io.de Lig.in cle.
attendentes.de ſtatu mona. Sed tamen non pla
cet.D.m.in terminis dicti.c.vniuerſitatis. Nam
c.2.ſupra eod. dicit, quòd vbi diſcretio Abba-
tis non ſufficit, recurrēdum eſt ad Epiſcopum;
& ſic prouidetur per manum Epiſcopi ceſſante
diſcretione Abbatis, quare ſi ipſe Abbas fuerit
percutiens, cum in hoc ipſius diſcretio ceſſet;
quia non poteſt ſeipſum abſoluere, meritò po-
terit abſolui per Epiſcopū. Et appellatione mo-
nachorum venit Abbas. Et ipſemet Io. And. fa
tetur hanc opin.magis honeſtam. Sed.D.m.po
tius adhæret opin. Vinc. & Spec. quæ mihi plus
placet. Nec obſtat tex.in.c.vniuerſitatis.quia
poteſt reſponderi, quòd ille tex.procedit, quan
do percuſſio eſt enormis, ita quòd alius Epiſco-
pus etiam monachum non poſſet abſoluere. Et
ſatis videtur eſſe enormis ſecundum Ioā. And.
qñ ipſe Abbas iniuriam fecit per medium lai-
ci, & cum multis verberibus. Vel poſſumus di-
cere ſecundum eum, quòd ſit ibi ſpeciale, pro-
pter mixturam laici; vt ſicut laicus tenetur ire
pro abſolutione ad ſedem Apoſtolicam, ita &
Abbas. Hæc tamen ſolutio non placet.D.m.
quia Abbas eſt priuilegiatus, vt.d.c.2. ſed lai-
cus non. Nec eſt inconueniēs, quòd pro delicto
eodem, vnus teneatur ire, & alter non; cum cō-
tingens ſit, ꝙ pro eodem facto vnus ſit excom-
municatus, & alter non, vt in exemplo, quando
ludēs ad Azardum, vel quid ſimile faciens, cum
Epiſcopo incidit in excommunicationem pro-
pter ſtatutum Ep̄i, id prohibentis ſub pœna ex-
communicationis; & tñ ipſe Ep̄s non incidit in
excommunicationem, vt tradit Io. And. in mer
cur.cui licet.de reg.iur.lib.6. Et aliud ſimile ha-
bes.34.q.2.c.in lectum. Et ex his habes nota-
biliter expeditam tertiam quæſtionem princi-
palem iſtius vigeſimitertij princ. artic. quis ab-
ſoluat excommunicatum excommunicatione
maiori inflicta à canone. Circa quartā quæ-
ſtionem principalem iſtius vigeſimitertij artic.
in qua examinandum eſt, quis poſſit abſoluere
excōmunicatum excommunicatione maiori,
inflicta ab homine. In primis, facio hanc regulā;
videlicet, ꝙ excōmunicatus ab homine debet
133 regulariter abſolui † ab excōmunicatore, vt in
.c.per tuas.ſ.eod. Et hanc regulam ponit glo.
fin.in fi.in.c.quanuis.j.eod. & ſequuntur com
muniter* Doct. Probatur etiam in.c.paſtora- Cōm. op.
lis.§.pen. & in.c.ad reprimendam. ſupra de off.
ord. & in.c.ab excommunicato.ſupra de reſcr.
& in.c.ſacro.j.eod. Hæc tamen regula recipit
plures declarationes, & fallentias. Prima decla
ratio eſt, ꝙ prædicta regula procedit, ſiue vnus
134 ſolus fuerit † excommunicator, ſiue plures fue-
rint excommunicatores. Nam cum plures fue-
rint, à pluribus eſt abſoluēdus. Nec ſufficit ab-
ſolutio vnius, vt eſt tex.hic. Tenet Spec. in tit.de
ſen.§.vt autem ver. & not. ꝙ vbi à pluribus. Et
ſi plures ſimul excommunicauerunt, ſufficit, ꝙ
plures conueniant, ꝓ vna abſolutione. Vel ſatis
eſt, ꝙ oēs alij cōmittant vni, vt iſte nomine om-
nium abſoluat, vel ſi ſeparatim quilibet excom
municauit, ſimiliter quilibet ſeparatim abſolue-
re debet à ſua excōmunicatione, vt hic; per Io.
And.d.Ant. & .D.m. de quo etiam dicam, in.c.
venerabili.j.eod.in vigeſimoquinto artic.prin.
135 Secūda declaratio eſt, † quòd prædicta regula
procedit, ſiue loquamur in excommunicatore
ordinario, ſiue Delegato; etiam ſi ſit Delegatus
à Papa, dummodo ſit delegatus cum cauſæ co-
gnitione; vt puta, quando Papa mandat alicui, ꝙ
aliquem excommunicet, committēdo cauſæ co
gnitionem, vel per ſimilem modum.arg.21.di-
ſtin.c.inferior. ff.de regu.iur.in.l.nemo. Nam
excommunicatio, & abſolutio pari iure cenſen
tur.de pœniten.diſt.1.c.verbum. Secus ſi Papa
diffiniuit negotium, & mādet excommunicari
rebellem, vel notorium peccatorem. Talis enim
non poteſt abſoluere, ſed tantum excommuni-
care, prout ei committitur; quia nō iuriſdictio,
ſed ſolum nudum, & purum miniſterium ei cō-
mittitur, vt in.c.fi.ſupra de off.del. Tenet Hoſt.
in ſum.eod.titu.§.quis poſſit ab hac abſoluere.
ver.ſed quid ſi Papa. Et iſto modo poteſt intel
ligi.c.ad hæc. ſupra eod. in quantum innuit, ꝙ
Delegatus Papę qui excommunicauit, nō poſſit
abſoluere ſine nouo mandato Papæ, ſm vnum
intellectum. Nam poteſt intelligi modo ꝓdicto,
videlicet, quando mādatum fuit excōicationis
nudum miniſterium. Vel poteſt ſecundo modo
intelligi, qñ Delegatus qui excōicauerat, erat
mortuus, vel erat reuocatus, vel excōicauerat
poſt ſententiam diffinitiuā, & annus erat lapſus;
quibus caſibus oportet ꝓ abſolutione ad alium
recurrere. Aliàs autem iſtemet Delegatus qui
ante ſñiam diffinitiuā excōicaſſet, vel poſt ſen-
tentiam, poſſet abſoluere.j.annum, vt hæc tra-
duntur, in.c.q̄renti.ſ.de off.deleg. Et ita etiam
dicūt Io.An.D. Ant. & .D.m.d.c.ad hæc. Licet
de primo modo ſoluendi, nihil dicant. Tertia
declaratio eſt, ꝙ prædicta regula procedit, non
ſolū qñ alius inferior, excōicatum ab alio vellet
abſoluere, ſed etiam in Papa, & in Legato; quia
ipſi abſoluunt à ſñia excōicationis ab alio ꝓla-
136 ta. Sed de ſtilo curiæ, remittunt † abſoluendum
ad excōicatorem, ſm Io.Mo.in.c.eos.eod.tit.
lib.6. & ibi ſequitur Io. And.in nouel. & do.Do
mi.poſt eum. Quanuis tñ hoc de neceſſitate, ho
neſtate, ſeu benignitate, ſeu ſtilo procedat; ab-
ſolutio tamen facta à Papa, indubitanter tenet,
vt ſtatim dicam in ſecunda fallen. Et quod dixi
de Delegato; intellige, de habente poteſtatem
abſoluendi etiam excommunicatum ab homi-
ne; quia etiam eo caſu, de ſtilo remittit abſoluen
dum ad excommunicatorem, ſi tamen abſolue-
ret, teneret abſolutio, in quantum poteſtas ſua
extenderetur. Sed ſi Legatus non haberet ſpe-
ciale mandatum, non poſſet abſoluere excom-
municatos à Papa, vel etiam à Delegatis Papæ;
vt ſupra de off.lega.c.ſtuduiſti. & ſupra de off.
ordi. c.paſtoralis. Oportet ergo, quòd ipſe
habeat ſpeciale mandatum, ſine quo ſibi non

ereditur, niſi illum oſtendat, vt.C.de manda.
princip.in.l.1. ſupra de priuileg. c. porrò. in fi.
Sed ſi literas perdidiſſet, poſſet probare amiſ-
ſionem,& tenorem.argumē.c.cum olim. ſupra
de priuileg.&.c.2.ſupra de cler.pereg. Sufficit
etiam, quòd mandatum ſemel fuerit publica-
tum, vt in authen. vt fratrum filij.§.illud.& in
.c.fin.ſupra de fid. inſtrum. & quod not.in.l.pu
blicati.C.de teſta. ſecundum Archid. in.c.eos.
eod.tit.lib.6. qui etiam allegat ad hæc not. per
Vin.in.c.venerabilem.ſupra de elect.& ſequun
tur Io.And.& do.Domi.in dicto.c.eos. Et ad-
uerte, quia etiam Epiſcopus non debet ſen-
tentiam latam à ſuo inferiore ſine illius con-
ſcientia relaxare. Si tamen hoc fecerit, tenet
abſolutio,vt ſtatim dicam in ſecunda fallentia.
137 Quarta declaratio eſt,† quòd prædicta regula
procedit, non ſolum ſi aliquis iuſtè excommu-
nicatus,ſed & ſi iniuſtè eſſet excommunicatus.
Nam & iniuſtè excommunicatus à proprio ex-
communicatore poteſt abſolui,vt in.c.ſacro.j̃-
eod. Nec obſtat, quòd iudex non poteſt reuo
care propriam ſententiam validam,quamuis in-
iuſtam,vt in.l.2.C.ſenten.reſcin.non poſſ. & in
.l.iudex poſtea.ff.de re iudic.cum ſimil. quia il-
lud intelligitur in ſententia diffinitiua,& perpe-
tua. Sed nos loquimur in ſententia interlocu-
toria,& non perpetua, q̄ non trāſit in rem iudi
catam. Et hoc ſentit glo. in verbo non defe-
rat. in.d.c.ſacro.quæ vult, quòd iudex poteſt
illam reuocare,quia interlocutoria. de quo latè
dixi in.c.à nobis.ſupra eo.in duodecimo princ.
articulo. Item non obſtat, quòd iniuſtus ex-
communicator nō debet poſſe abſoluere, cum
ipſe in pœnam iniuſtæ excommunicationis ca-
reat ingreſſu eccleſiæ,vt dicto.c.ſacro.& ibi latè
dixi in decimoquarto principali articulo. Et
per conſequens videtur, quòd alium non poſ-
ſit reconciliare; Quia ad hoc poteſt dupliciter
reſponderi. Primo, ꝙ hoc intelligatur, quan-
do ſententia fuiſſet iniuſta ex cauſa; quo caſu
non eſt ſuſpēſus ab ingreſſu eccleſiæ, ſecundum
aliquos. Secus ſi ex ordine. Sed tu dic melius
ſecundum glo.in verbo interdictum,in dicto.c.
ſacro. & ſequuntur Docto. quòd non ſequi-
tur, eſt ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ, ergo
eſt priuatus iuriſdictione, vt ſtatim dicam in
ſexta,& ſeptima principalibus quæſtionibus hu
ius articuli. Dicit tamen Innocē. in.d.c.ſacro.
quòd iſte excommunicatus, ſeu ſuſpenſus ab-
ſoluet per ſeipſum, & per alium introducetur
in eccleſiam.arg.c.ſuffraganeos. ſupra de elect.
Sed tu vide ad hanc declarationem quæ latius
dixi in dicto.c.ſacro. in decimotertio principali
articulo. Quinta declaratio eſt, quòd prædi-
cta regula procedit, etiam ſi ab excommunica-
138 tore fuerit appellatum† ad ſuperiorem; quia &
iudex ad quem talem abſoluendum remittit ad
ſuum excommunicatorem. Et hoc clarum eſt,ſi
ſententia excommunicationis manifeſtè appa-
ret iuſta; quia tunc omnino tenetur remittere;
niſi periculum eſſet in mora. argu.d.c.ſacro.&
quod.j̃.ſubijciam. Secus ſi clarum ſit, quòd
ſnīa excommunicationis ſit iniuſta; Vel etiam ſi
ſit lata contra formam.c.1.eod.tit. lib.6.Nam
tunc non remittitur ad excommunicatorem,vt
d.c.ſacro.Sed ſuperior abſoluit,vt.d.c.1.dixi in
d.c.ſacro. in decimotertio articulo. Sed ſi du-
bium eſſet, vtrum talis ſententia ſit iuſta, vel in-
iuſta,poteſt ſuperior remittere,& non remitte-
re ad excommunicatorem,prout ſibi placuit,vt
in.c.tua.ſupra eod. Honeſtius tamen facere vi-
detur,ſi remittit,vt eſt tex. & ibi Ioā.And.in.c.
venerabilibus.§.ſanè.eod.titu. lib.6. Aduerte
tamen, quia in caſu quo deberet remittere, ſi
non remittit, ſed abſoluit, tenet abſolutio; ex
quo iudex eſt,ſecundum Innocen. & do.Anto.
in.d.c.venerabilibus.§.vbi autem. & ſequitur
139 ibi Ioan. And. Sexta declaratio eſt, † quòd
prædicta regula procedit, etiam ſi per viam in-
directam quis in excommunicationem incidit
propter ſententiā hominis;puta in eo,qui com
municat excommunicato in crimine. Ad quod
vide quod dixi ſupra in tertia quæſtione princ.
propè principium.ver.ſecundo principaliter fal
lit. Sed nunc prædicta regula recipit plures
140 fallentias. Primo igitur fallit in † ſucceſſore
excommunicatoris, qui poteſt abſoluere excō-
municatum à ſuo prædeceſſore,ſecundum ma-
giſtrum Richardum ſuper quarto ſentētiarum.
Et mihi placet; quia ſucceſſor in iuriſdictione
cenſetur eadem perſona cum prædeceſſore, vt
in in.l.1. ff. qui & à quib. & not. in.c.quoniam
abbas.ſupra de off.deleg. Et hoc procedit,non
ſolum ſi loquamur in ſucceſſore ordinarij, ſed
etiam in ſucceſſore delegati in delegatione, vt
not.Io.And.& do.Domi.poſt eum in.d.c.eos.
eod.tit.lib.6. in nouel. & vide glo.in ver.imper
tiri.in.c.1.de maio.& obed. lib.6. Facit quod
ſtatim dicam in fine ſequentis fallen.ver.quinto
141 infertur. Secundo fallit,ſi eſſet†alius, qui ha-
beret eandem plenam, ſeu pleniorem dignita-
tem,ſeu iuriſdictionem,ſicut ille qui excommu
nicauit ratione eiuſdem iuriſdictionis, & ma-
ioris eandem tamen iuriſdictionem continētis,
quia poteſt quis abſoluere excōicatum ab alio.
Hinc primo infertur, ꝙ Papa poteſt abſoluere
à quibuſcunque ſententijs inferiorum prælato-
rum. Licet de ſtilo curię ſit,vt remittat ad excō-
municatorem, vt dixi in tertia declaratione.
Secundo infertur, ꝙ Epiſcopus poteſt relaxare
ſnīam excommunicationis latam à ſuo Archi-
diacono, Decano, Preſbytero, vel alio ſub eo
iuriſdictionē habente,ſine conſcientia illius qui
excommunicauit; nā hoc caſu tenet abſolutio.
arg.11.q.1.c.de perſona. Nam & defenſor ciui
tatis,cui Epiſcopus cōparatur, poteſt adhibere
cognitionem de cauſis inferiorum municipa-
lium,permiſſis alijs inferioribus magiſtratibus,
vt in auth.de defen.ciui.in prin. Aduerte tamē
ꝙ licet teneat abſolutio Epi, Eps tamē non de-
beret hæc facere ſine excommunicatoris con-
ſcientia.arg.c.cum ab eccleſiarum. ſupra de off.
ord. & hoc tenet Hoſti.in ſum.eod.titu. §.quis
poſſit ab hac abſoluere. ver. ſed q̄ritur an Eps.
Item aduerte, quòd quamuis hoc procedat in
Epo



Epiſcopo reſpectu ſuorum ſubditorum præla-
torum,tamen non ſeruatur idem in Metropo-
litano reſpectu ſuorum ſubditorum Suffraga-
neorum, quorum ſententiam Archiepiſcopus
non poteſt reuocare; niſi excommunicationis
cauſa per appellationem ſaltem, aut per quere-
lam ad eum fuerit deuoluta, vt in.c.per tuas.ſ̃.
eo. & in.c.ad reprimendam.ſ̃.de off.ordi. & in
.c.venerabilibus.eod.tit. lib.6. Ad quod vide
quod dixi ſupra in quinta declaratione. & qđ
latius dixi in.d.c.ſacro. in decimotertio princ.
artic.Et ratio differentiæ,quare aliud in Metro-
politano reſpectu Suffraganeorum ſuorum, &
aliud in Epo reſpectu ſubditorum prælatorum
eſt, qui à Metropolitanus in ſuffraganeis ſuis
iuriſdictionē nō habet,niſi in caſib⁹ exp̄ſſis à iu
re,vt in.c.paſtoralis.& ibi dixi.ſ̃.de off.ord. Et
ideò nō dicit habere eandē iuriſdictionē in ſub-
ditos Suffraganeorum,quam habet Epiſcopus.
Sed Epiſcopus in ſubditos prælatorum ſibi ſu-
biectorum habet ordinariam iuriſdictionem,
& eandem quam habent Epiſcopi ſubditi præ-
lati.10.q.1.in.c. regenda.16.q.7.c. omnes ba-
ſilicæ.& in.c.cum ab eccleſiarum. ſupra de offi.
ordi.Et hoc tenet Hoſt.in ſum.eod.titu.§.quis
poſſit ab hac abſoluere.& in dicto ver.ſed quę-
ritur an Epiſcopus. Tertio infertur,ꝙ idem
dicendum eſt reſpectu generalium prædicato-
rum minorum, & ſimilium; excommunicatus
enim à Prouinciali,Miniſtro,Priore,cuſtode,&
ſimilibus,abſolui poterit à ſuo generali; eo ꝙ
generalis ipſe eandem,& longe maiorem habet
iuriſdictionem ſuper omnes ſubditos illius or-
dinis.arg.prædictorum. Quarto infertur, ꝙ
cum Delegatus fungatur vice Delegantis,vt in
.c.ſanè. & in.c.cū olim magiſter.ſ̃.de off. dele.
& in.l.1.in fi.ff.de off.eius cui man.eſt iuriſd.ꝙ
Delegans poſſit abſoluere excommunicatum à
ſuo Delegato;ſi reuocauit ad ſe cauſam;Qđ fa
cere poteſt, ſi in totum non ſubdelegauit iuriſ-
dictionem,vt in.l.iudicium ſoluitur. ff.de iudi.
Talis enim ſubdelegans poteſt abſoluere excō-
municatum à ſubdelegato; cum ipſe Delegatus
vices ſubdelegantis vtatur.& ſicut ipſe ſubdele-
gatus potuiſſet abſoluere excommunicatum à
ſe,ſi ab eo petitum eſſet,vt in.c.ex parte.de ver.
ſignifica. ſecundum Pet. & Io. And. in.c.ſuper
quæſtionum. ſupra de off. delega. Et hoc tenet
Spec.in tit.de ſenten.§.vt autem. ver.ſed pone
iudex delegatus.ſub rubricella de forma ſentē.
excommunica. Tertio fallit in Capitulo ſede
142 vacāte,†ꝙ poteſt abſoluere excommunicatum
ab Epiſcopo ſuo,vt dixi ſupra in tertia queſtio.
prin.poſt prin.& declara vt ibi dixi. Et pro hoc
facit quod ſtatim dixi ſupra in ver. primo fallit
in ſucceſſore.nam Capitulum ſuccedit Epiſco-
po in iuriſdictionalibus,vt ſupra dixi. Quinto
143 fallit in†caſu periculi mortis; quia ille caſus in-
telligitur ſemper exceptus, vt dixi ſupra in ter-
tia quæſtione princip. in primo membro prin.
ver.primo fallit. Sed vtrum in alijs caſibus ibi
poſitis in fallentijs, cōprehendentibus aliquod
impedimentum canonicum infirmitatis, liono
ſtatis,aut periculi, ſi excommunicatus non po-
teſt ire ad excommunicatorem, poſſit abſol-
ui ab alio, vide quod dixi in tertia quæſtione
principali. ver. quinto quæro vidimus quòd in
144 prædictis. Quinto fallit, † quando Epiſco-
pus qui excommunicauit eſſet negligēs in ab-
ſoluendo, vel reſiſtit, ne excommunicatus ab-
ſoluatur, vt in.c.ſacro.j̃.eod. & in.c.pruden-
tiam.§.ſexta. ſupra de off.delega. & in.c.ad re-
primendam.&.c.paſtoralis.de off.ordi. de quo
dixi in dicto.c.ſacro. in decimotertio articulo
principali.& vide quod dixi ſupra in tertia quę-
ſtione princip. ver. ſexto etiam fallit. Sexto
145 fallit,quando†per viam querelæ peteretur ab-
ſolutio à ſuperiore ipſius excommunicatoris.
Quod qualiter intelligatur, vide quod dixi in
dicto.c.ſacro. in decimotertio princ. articulo,
in membro remedij per viam quærelæ.& quod
tetigi ſupra in ver. quinta declaratio eſt. Se-
146 ptimo fallit,ſi per viam†appellationis cauſa eſt
deducta ad Metropolitanum, vel ad alium ſu-
periorem; quo caſu quid agendum ſit, dixi in
dicto octauo articulo, in membro remedij per
viam appellationis. & in dicto ver. quinta de-
147 claratio. Octauo fallit, † ſi aliquis fuit ex-
communicatus à ſubditis ſui ſuffraganei, &
conſuetudo habeat,quòd poſſit abſolui ab Ar-
chiepiſcopo,per tex.in.c.romana. in princ. eo.
titu.lib.6. & ibi hoc not. glo. ſuper verbo con-
ſuetudine. Ad quod etiam allegat.c.romana.
de off. ordi.lib.6.&.c.romana.§.1. de fo.com-
peten.lib.6.& ſequitur Io.Mona.qui allegat ſu-
pra de no.oper.nuntia. c.ſignificantibus. Sed
dicit Ioan.And. in nouella. quòd magis pro-
priè facit.c.referente. ſupra de præben. No-
148 no fallit,ſi†alius citra excommunicatorem, pu
ta Archiepiſcopus, vel ſimilis,haberet priuile-
gium poſſendi abſoluere excommunicatum ab
alio,vt not. in verbo conſuetudine. in.c.roma-
na. primo reſpon. eod.titu. lib.6. Facit quod
conſuetudo,& priuilegium in hoc iudicantur à
pari.9.quæſt.3.c.conqueſtus. Decimo fallit,
149 ſi†excommunicator non eſſet ſacerdos.Quod
qualiter intelligatur,dicam infra in octaua quę-
ſtione principali. Vndecimo fallit in abſolu-
150 tione † ad cautelam, quam licet quandoq; ex-
communicator faciat, tamen communiter, &
regulariter illam facit alius, vt dicam in.c.vene-
rabili.j̃.eod. in vigeſimoquinto principali ar-
ticulo, in materia abſolutionis ad cautelam.
151 Duodecimo fallit,†ſi Papa confirmat ſenten-
tiam excommunicationis latam per alium;quia
tunc etiam excommunicator non poteſt ab-
ſoluere; ſed ad ſolum Papam pertinet abſolu-
tio,vt not.glo.fina. in.c.3. ſupra de inſtitut. ar-
gumen.c.1.&.2. ſupra de confir. vti. & inuti.
& de conſecra. diſtinct.2.c.fina. ſupra de tem-
po.ordi.c.cum in diſtribuendis. Sed Specu. in
titu.de ſenten.excommunica.§.vt autem. ver.
quid ſi Papa. ſub rubrica de ſenten.excommu-
nicatio. tenet, quòd non obſtante confirma-
tione Papæ, poſſit excommunicator abſol-
uere. Et idem tenet Goffre. in dicto.c.3.&

TTT ij in ſum.

in ſum.in titu.de confir.inuti.in fi. & Dama.in
.c.2.de confir.inuti.& Vinc.in.c.3.eod.titu. &
Bartho.Brix.in quæſtione venereali.q.56. Sed
Io.And.in.d.c.3.diſtinguit,quòd aut ſententia
emanauit per modum conſtitutionis, & tunc
licet confirmetur per Papam, poteſt nihilomi-
nus ipſe conſtituens,vel alius abſoluere. arg.c.
nuper,s̃.eod. Ad quod vide quæ dixi ſupra in
tertia quęſtione princ. Et hoc caſu poteſt pro-
cedere opi.Spec.& aliorum. Aut ſententia ema
nauit ab homine per modum ſententię,non ſta
tuti; & tunc,ſi non eſt confirmata per Papam,
regulariter non poteſt alius abſoluere, vt ſupra
dixi. Si verò ſit per Papam confirmata, tunc
non poteſt abſolutio fieri,etiam per ipſum ex-
communicatorem;niſi Papa hoc concederet,vt
dicto.c.3,in fi.cum glo.fina. Fortè tamen hoc
limitandum eſt, ſi modo conſtitutio ſit facta à
Papa ex certa ſcientia. Secus ſi ſit facta ſine cau-
ſæ cognitione in forma communi, per ea quæ
not.in.d.c.1.&.2. de confir. inuti. Decimo-
152 tertio fallit,ſi eſſet ſententia generalis lata à prę
lato;vt puta,ſi per excommunicationem gene-
ralem excomumnicaret ludentes ad Azardum;
quia tunc poſſet alius abſoluere; quia talis ex-
communicatio videtur ſimilis excommunica-
tioni à ſtatuto inferiori, à qua etiam alius po-
teſt abſoluere, vt dixi ſupra in tertia quæſtione
principali.in princ. Facit pro hoc quod not.
Dama.in.c.graue.ſupra de præben. Et hoc te-
Io.de Imo.in.c.fin.in fi. de inſtitut. Decimo
153 quarto fallit † in Papa, qui pōt abſoluere quēli-
bet ab alio excommunicatum, eo quòd ſupre-
mam habet poteſtatem.9.quęſt.3.c.cuncta per
mundum. Quanuis de ſtilo curiæ ſolitus ſit re-
mittere,vt dixi ſupra in hac quæſtione.ver.ter-
tia declaratio. & ibi vide quid de Delegato.
154 Decimoquinto fallit † ex delegatione Papæ;
quia hæc poteſtas abſoluendi eſt delegabilis,vt
dicam in vndecima quæſtione prin. & vide qđ
dixi ſupra in ſecūda fallen. ver. quarto infertur.
Decimoſexto fallit in eo qui excōicatur ab ali-
155 quo † ex mandato Papę, ſi hoc fuit mandatum
poſt diffinitum ab eo negotium;quia talis non
poteſt abſolui ab excommunicatore;ſed à man
dante. Ad quod vide quod dixi ſupra in ver.
quarta declaratio. Circa quintam quæſtionē
principalem,vtrū electus, & confirmatus poſſit
156 abſoluere, † Videtur dicendum ꝙ ſic,quia ſicut
excōicatio eſt iuriſdictionis, vt dictum fuit in
.c.2.ſupra eod.in ſexto prin.articulo. ita & ab-
ſolutio videtur eſſe iuriſdictionis. Sed electus,
& confirmatus poteſt ea,quæ ſunt iuriſdictio-
nis, vt in.c.tranſmiſſa. ſupra de elect. Et hanc
opinionem tenet ibi.D.m.quia eadem eſt ratio
in abſoluendo,quæ eſt in ligando. de pœniten.
diſtin.1.c.verbum. Quod not. & limitatur. ſi
modo talis electus,& confirmatus ſit ſacerdos.
Aliàs ſecus,ſecūdum Hoſt.in.c.quoniam.ſupra
de vita & hone.& cler.vbi dicit,quòd non ſacer
dotes non abſoluunt ab excommunicatione.
Sed illud debet intelligi quò ad abſolutionem
fiendam in foro pœnitentiali;Secus quò ad ec-
cleſiam militantem. & adde quod dicam.j̃.in
nona quæſtione princ. Aduerte tamen, quia
quod dixi,quòd electus, & confirmatus poteſt
abſoluere quò ad forum contentioſum,& eccle
ſiam militantem, non videtur procedere,quan-
do Papa abſolutionem reſeruauit ſibi,aut Epi-
ſcopis; Ita tamen quòd Epiſcopi in abſolu-
tione beneficium impertiendo authoritate A-
poſtolica fungantur. Nam electi, & confir-
mati non poſſunt in caſu prædicto abſoluere,
ſecundum Pau. in clemen.1.eod. titu. Con-
trarium tamen tenet do. Zabarel. per not. per
glo.in verbo epiſcopis, in cle. vni. de fo.com-
peten. vbi licet tex. loquatur de epiſcopis, ta-
men habet locum in electis, & confirmatis. Et
facit qđ not.Zenze.& poſt eum Zaba.in.d.cle-
men.vni.dum dicit,quòd licet in ſimili materia
Papa loquatur per verbum Epiſcopis, tū po-
tius videtur Papa concedere hoc dignitati Epi-
ſcopali,quā ordini. arg.c.tranſmiſſa.s̃.de ele.&
ele.pot. Facit,quia abſolutio cū ſit fauorabilis,
& nulli ꝑiudicialis debet extendi, vt in.l.benefi
cium.de conſtitut.princ.& in.l.ſi quando.C.de
bon.vacan.lib.10. Item aduerte, quòd in caſu
prædicto, quando Papa reſeruat ſibi abſolutio-
nem, & eam concedit Epiſcopis,authoritate
ſua Legatus de latere non poteſt abſoluere. &
hoc tenet Lap.in cle.penul.eo.tit.quia cum Epi
ſcopus in hoc ſit Delegatus Papæ,cenſetur ma-
ior quàm Legatus.c.penult.& vlti.de off.lega.
lib.6. Circa ſextam quæſtionem principalē
157 qua quæritur, † vtrum ſuſpēſus poſſit abſolue-
re excommunicatum. glo.in verbo interdictū,
in.c.ſacro.j̃.eod.arguit primo,quòd nō poſſit.
deinde concludit in contrarium per illum tex.
Et hæc opin.communiter* tenetur ibi, per In- Com. op.
no.Io.And.&.d.Anto.&.D.m.& Docto. quia
licet quis ſit priuatus, non tamen perdit iuriſ-
dictionem. Ad quod vide,quod ibi dixi,ſuper
illa glo.& in.d.c.ſacro. in decimoquarto princ.
artic. in ver.tertio dubitatur. Circa ſeptimā
158 quęſtionem principalem † qua quęritur,vtrum
excommunicatus poſſit abſoluere excommuni
catum, Breuiter dic,ꝙ aut quis eſt excommuni
catus minori excommunicatione, & poteſt ab-
ſoluere,per ea quæ ſtatim dicta ſunt in præced.
quæſtione. Aut loquimur de excommunicato
excommunicatione maiori. Et ſubdiſtingue,ꝙ
aut talis excommunicatus eſt publicus,& noto
rius,& non poteſt abſoluere; quia cum talis nō
poſſit excommunicare, longe minus poteſt ab-
ſoluere; cum hæc procedant à pari. de pęniten.
diſt.1.c.verbum.& ſupra ſępius dictum eſt. Sed
publicus excommunicatus non poteſt alium
excommunicare, vt latè dictum fuit in.c.1.s̃.
eod. in quinto princ. artic. in ſexta quæſtione.
ergo &c. Et hanc opin.tenet Hoſti.in ſum.eo.
tit.§.quis poſſit ab hac abſoluere. ver.ſecundo
fallit. Et expreſsè probatur in.c.ad probādum.
ſupra de re iudi. Et ex his,quæ dixi in.c.ſacris.
ſupra eod.in decimonono princ.artic.in quinta
quæſt.princ.in primo membro,in prima quęſt.
illius membri. Aut excommunicatio non eſt pu
blica



blica,ſed occulta, & idem dicendum eſt ſecun-
dum Io.And.in.c.pia.de excep.lib.6. Inno.ve-
rò in.c.ſi vera.ſupra eo.tenet contrarium. Vult
enim,quòd tam ſententia excommunicationis,
quàm electionis,quàm collationis, quàm abſo
lutionis teneat. Et hæc opin.plus placet.D.m.
in.d.c.ad probādum. Mouetur,quia excommu
nicatio,& abſolutio ſunt iuriſdictionis, & parū
operātur quò ad Deum,ſed ſolum videntur ope
rari quò ad eccleſiam militantem,vt tractat glo.
24.q.2.c.legatur. Sed aduerte,quia pro prima
opin.faciunt authoritates,quas retuli in.c.1.s̃.
eod.in quinta quæſtione princ.in quinto princ.
artic.ver.ſexto quæro. ſecundum quas tenui,ꝙ
excōicatus, etiam occultus, non poſſit excom
municare. Pro ſecunda verò opinione faciunt
authoritates ibidem poſitæ pro contraria opin.
propter quas ego arbitror contrariam ſenten-
tiam fore veram. Limitando tamen ſecundum
Io.Calda. niſi talis qui abſolueretur,ſciret illum
excōmunicatum;quia tunc non valeret in odiū
ipſius ſcienter recipientis abſolutionem ab ex-
communicato, prout etiam dixi in.c.ſacris. in
decimonono princ.artic.in pluribus locis, ma-
ximè in ſecunda quæſt.prin.in primo mēbro.
Circa octauam quæſtionem principalem, qua
159 quæritur, † vtrum ad hoc,ꝙ quis poſſit abſolue
re ab excommunicatione, exigatur ꝙ ſit ſacer-
dos. Glo.in.c.canonica.j̃.eod.videtur velle ꝙ
ſic,inquātum dicit,ꝙ vbi nō eſſet pręsbyter,nō
ita de facili alicui concederetur abſolutio;ſentit
tamen,ꝙ quis poſſit abſoluere, licet non ſit præ
sbyter. Et idem ſentit ibi.d.Anto. vbi dicit, ꝙ
poteſtas abſoluendi debet dari ſacerdotibus.
Sed & idem tenet Hoſt.in.c.ab excommunica-
to.de reſcrip. Sed plenius hanc quæſtionē exa-
minat Io.And.poſt Hoſt.in.c.à nobis.2.s̃.eod.
vbi dicit, ꝙ in excommunicatione duplex eſt
160 peccatum,ſeu vinculum, † Alterum iudiciale.&
ab hoc regulariter ſoluit qui ligat. 21.diſt.c.in-
ferior. Aliud pœnitentiale, & hoc non poteſt
aliquis ſoluere, niſi ſit ſacerdos, vt ſupra titu.
proximo.c.omnis.&.j̃.c.canonica. quāuis ne-
ceſſitas immineat,vt.d.c.à nobis. & de hoc de
off.ordi.c.paſtoralis. & hæc duo concurrunt in
excommunicationis ſentētia. Vnde ſecundum
Hoſt.eſt aduertendum, ꝙ cū quicunque iudex
regulariter excommunicando inijciat vtrunq;
vinculum,tali excommunicato non eſt commu
nicandum,etiam poſt abſolutionem iudicialem
factam per iudicem; niſi ſit facta per ſacerdotē
in foro pœnitentiali;vel per alium eius manda-
to.& hoc dicit probari in.d.c.à nobis. & per ea
quæ leguntur, & notantur in.c.cum deſideres.
s̃.eod.&.j̃.c.proximo. ad fin. &.c.canonica.in
fi. Et per rationem talem;certum eſt, ꝙ à mor-
tali peccato, propter quod ſolum ferri debet
hæc ſententia. 11.quæſt.3.nemo epiſcoporum.
nullus poteſt abſoluere, niſi ſit ſacerdos.s̃.tit.
proximo.c.omnis. Cum ergo ſententia iudicia-
lis excommunicationis cauſetur à peccato,non
eſt mirum ſi ſapit naturā ſuæ cauſæ, cui & quo-
dammodo ſuccedit, de vot.c.magnæ.§.cum
igitur. Et ſicut mixto foro, eccleſiaſticum, vt di
gnius,trahit ad ſe ſeculare.de ordi.cogni.c.tuā.
ſic pœnitentiale trahit ad ſe contentioſum.arg.
de conſe.eccl.vel alta. c.qđ in dubijs.non tū ita
quin iudiciale ſuum iudicem requirat. Item
mouetur alia rōne, quia Deus videtur dediſſe
hanc ſententiam per hominem, cui hanc pote-
ſtatem dedit. 11.q.3.c.nemo.1. Iuſtum ergo
eſt,ꝙ ab eo alius nō abſoluat, quàm ipſe Deus,
vel eius vicarius.i.ſacerdos,qui ſolus habet cla-
uium poteſtatem.ſupra tit.1.c.noua. Dicit ergo
hic Hoſti. in.d.c.à nobis. præciſè tenendum,ꝙ
excommunicatus de neceſſitate eſt abſoluēdus
per iudicem ſuum,qui ſacerdos ſit, vel per aliū
de ipſius mandato. Et ſic dicit intelligendum
ſupra de ſimo.c.ad aures. Dicit tamen, ꝙ his
obſtāt de reſcrip.c.ab excommunicato.de elec.
c.dudum.2.§.tandem.de off.deleg.&.§.fin.ad
quæ dicit reſpondendum,vt in eis not. Inducit
etiam pro hoc dicto quod not. Innoc. ſupra de
conſuet.c.quanto.primo reſpon. Spec.de ſen.
prola.§.vt autem.ver.item ſcias. ſub rubricel.
de forma ſen.excommu.vbi dicit ſe hoc ſerua-
re. Dicit Io. And.ꝙ vidit Archidiaconum Bo-
nonien. aliquando hoc ſeruantem, ſed raro.
Communiter tamen Iudices eccleſiaſtici,Dele-
gati,& Ordinarij,qui quos excommunicāt ab-
ſoluunt;licet pręsbyteri non ſint. Sed ſubdit Io.
And.quòd non; & multum ponderat hāc ſub-
tilitatem,quia ſatis eſt abſoluto, ꝙ purè recon-
ciliatus ſit communioni hominum. Item & ſa-
cramentorum,in quātum priuatus erat per ſen
tētiā. & ſi fortè adhuc remanet ille priuatus,ꝑ-
pter culpam,ab illa ſacerdos abſoluat;ſed de il-
la non poſſet excipi in iudicio. Et per hoc dicit
breuiter eſſe reſponſum rationibus Hoſt. Idem
tenet etiam Hoſt.in ſum. eod.titu.§.quis poſſit
ab hac abſoluere.ver.ſed nunquid ſi clericus nō
eſſet,vbi recitat opi.primo arguendo,ꝙ etiā nō
ſacerdos poſſit abſoluere, ex quo poteſt ligare.
Deinde arguit in contrarium. & deinde ſubdit,
dici poſſe, ꝙ quādo aliquis excommunicatur,
161 intelligitur † triplici vinculo excommunicatus
eſſe,ſeu ligatus. Vno, quò ad Deum, rōne pec-
cati,propter quod excommunicatur, & ligatus
eſt quò ad Deum;quàm citò illud commiſit. Et
hoc per ſolam contritionem aboletur. Secun-
do quò ad ſponſam Dei,videlicet,quò ad eccle-
ſiam,quam offendit; Et à tali nō poteſt quis ab-
ſolui,niſi per ſacerdotē,vt ſupra titu.1.c.omnis.
Tertio quò ad ſententiam eccleſiæ in ipſum la-
tam,in qua Deus ligat, & quam eccleſiæ tene-
tur ſeruare quouſque relaxata ſit,& ſequatur ſo
lemnis reconciliatio, & quantum ad hanc re-
conciliationem intelligi poteſt illud, quòd qui-
cunque ligare poteſt, & etiam abſoluere. Et
deinde ſubdit, quòd quando non ſacerdos ab-
ſoluit, debet dicere abſoluto, vt ſe oſtendat ſa-
cerdoti; qui licet non poſſit ipſum abſoluere à
ſententia iudiciali regulariter, tamen poteſt
ipſum abſoluere, & excommunicare ratione
correctionis facti, & quò ad poteſtatem cla-
uis fori pœnitentialis, & quò ad reconcilia-
 tionem

tionem ſolemnem, & quò ad eccleſiæ ſatisfa-
ctionem. Hæc enim in abſolutione excom-
municati requiruntur. ſ. de vi. & honeſt. cleri.
c. quoniam. in fi. de quibus dicam in. c. venera-
rabili. j. eod. & in vigeſimoquinto princ. artic.
Vnde videtur ſentire, quòd non ſacerdos poſſit
ſimpliciter abſoluere, ita vt poſſit huic cõmuni
care abſq; abſolutione ſacerdotis. Et hoc dicit
ſatis innui in. d. c. à nobis. & de pœnit. diſtin. 1.
c. quãtuslibet. Et in hoc dicit, quòd fallit illa na
turalis ratio, ſcilicet, quòd qui poteſt excom-
municare, poteſt etiam abſoluere; & ſic dicit
poſſe intelligi. ſ. de ſimo. c. ad aures. ibi, dum
tex. dicit, faciatis abſolui, ſubauditur, ſcilicet per
aliquem preſbyterum, & dum poſtea ſubditur,
& excommunicatores id non fecerint, ſubau-
ditur ibi, ſi non abſoluerint ſi preſbyteri erant,
vel ſi ipſum abſolui non fecerint per preſbyte-
rum, hoc eſt reconciliari, vbi preſbyteri non
erant. Io. Cald. in. c. ab excommunicato. ſupra
de reſcript. tenet, quòd in omni caſu iudex po-
teſt abſoluere ab omni excommunicatione,
etiam ſi excommunicatio ſit iuſta, licet non ſit
ſacerdos; quia excommunicatio, & abſolutio
eſt iuriſdictionis. Et ſic infert, quòd vicarius Epi
ſcopi licet non ſit ſacerdos, poteſt excõicare,
& abſoluere. Et idem in Delegato, qui nõ eſſet
ſacerdos. Et hanc opinionem ſequitur. D. m.
ibi, & in. d. c. tranſmiſſam. Quod tamen dicit ve
rum eſſe reſpectu pœnæ, non reſpectu culpæ.
Nam reſpectu culpæ abſoluens non debet eſſe
ſacerdos, vt. d. c. omnis. & c. noua. ſupra tit. ꝑ-
xi. Et hanc etiam opinionem tenet Henric. in
c. cum deſideres. & in. c. cum illorum. ſupra eo.
162 Ego arbitror ex omnibus † ꝑdictis diſtinguen-
dum eſſe, quòd aut excommunicatio eſt iniu-
ſta, aut eſt iuſta. Primo caſu, quia talis excom-
municatio non ligat quò ad Deum, vt latè dixi
in. c. ſacris. ſupra eod. in decimonono princ. ar-
tic. iuxta principium. meritò ſufficit abſolu-
tio facta etiam à non ſacerdote. Aut ſententia
excõmunicationis fuit iuſta, & hoc caſu, ſi ab-
ſolutio fuit facta à nõ ſacerdote, quò ad Deum
iſte indubitanter non eſt abſolutus; niſi ſoluens
fuerit ſacerdos, niſi eſſemus in caſibus neceſſita-
tis, vt ſæpius dictum eſt. Sed quò ad eccleſiam
militantẽ taliter reputabitur, & ei poterit com
municari, licet fuerit abſolutus à non ſacerdo-
te. Licet Hoſti. aliter ſenſerit, quia ſola excom-
municatio eccleſiæ militantis priuat illum par-
ticipatione hominum, & aliorum effectuum,
qui ab ipſa excommunicatione inducuntur.
Vnde ſicut effectus operatur excommunicatio
prolata à iudice non ſacerdote, quia excom-
municatio eſt iuriſdictionis, & nõ ordinis quò
ad eccleſiam militantem, ita reſtituit prædictos
effectus. Cautum tñ, honeſtum, & catholicum
eſſet ſeruare opin. Hoſti. & cautelam ſupra nar-
ratam, ꝙ iudex non ſacerdos qui abſoluit, quan
do nouit excommunicationẽ iuſtam, dicat abſo
luto vt vadat ad proprium ſacerdotem pro reci
pienda abſolutione in foro pñiali, ad hoc vt ple-
nam conſequatur abſolutionem; vt iudex ſic ſer

uando imitetur Chriſtum ſaluatorem noſtrum,
qui non curauit aliquem pro parte. Vnde vel
abſoluat ipſe, & dicat, ꝙ vadat ad ſacerdotẽ, vel
committat ſacerdoti, vt abſoluat à culpa, & à pę
na. Et ſic habes expeditam hanc quæſtionem.
163 Circa nonam principalem quæſtionem, † qua
quæritur, vtrum Eps, vel ſimilis qui poteſt ab-
ſoluere, poſſit abſoluere extra ſuam diœceſim,
territorium, vel iuriſdictionẽ. Et videtur dicen-
dum ꝙ non, eo ꝙ non poteſt ibi ſedere, & iuriſ-
dictionem exercere. Nam ſicut extra territoriũ
exiſtens non poteſt excommunicare, vt in. c. 2.
de conſtit. lib. 6. Facit. l. fi. de iuriſd. om. iud. Ad
quod etiam vide quod dixi in. c. à nobis. 1. ſuꝑ
eo. & quod dixi in. c. mulieres. ſupra eo. in ſexta
quæſt. princ. Et hoc mihi placet, quia vt ſæpius
dictum eſt, poteſtas excommunicandi, & abſol
uendi procedit à pari. Hoc tamen arbitror li-
164 mitandum, Primo † in Epiſcopo expulſo à ſede
ſua, qui inter ſubditos ſuos in proxima diœceſi
poteſt iuriſdictionem etiam contẽtioſam exer-
cere, ſeruata forma clem. vnicæ. de ſen. excom.
Secundo, limito in voluntaria, nam regula ꝓce
165 dit in iuriſdictione † contẽtioſa, quia cum talis
iuriſdictio non poſſit exerceri, niſi à iudice ſe-
dente pro tribunali, ſequitur ꝙ non poteſt exer
ceri extra prouinciam, vt in. l. fi. ff. de off. præfe.
vr. & 9. q. 2. quaſi per totum. Et ego arbitror, ꝙ
ratio ſit; nam talis iuriſdictio non ſimpliciter
cohæret perſonæ, ſed territorio; & ideò extra
territorium non poteſt exerceri, vt. d. q. 2. & in
d. l. fin. Vnde dicit glo. in. c. nouit. de iudi. quòd
cum excommunicatio, & abſolutio requirant
cauſæ cognitionem, vt dictum fuit de excom-
municatione in. c. perpẽdimus. ſupra eo. in deci
mo princ. artic. & de abſolutione latè dicetur in
c. venerabili. j. eo. in vigeſimoquinto princ. ar-
tic. & per conſequens expediãtur, vt dictum eſt
à iudice ſedente pro tribunali. 2. q. 3. § notan-
dum. & 3. quæſt. 3. §. ſpacium. ver. à iudice. Me-
ritò nec excõmunicatio poteſt ferri ab exiſtẽte
extra territorium, ſecundum quòd dixi in. c. 1.
ſupra eo. in ſexto. prin. artic. in fi. Secus ſi loqua-
mur in abſolutione voluntaria, quia illa poteſt
exerceri ab eo qui eſt extra iuriſdictionem. Et
ratio eſt, quia huiuſmodi iuriſdictio voluntaria
per quam poteſt quis abſoluere excõicatum,
cohęret perſonæ, & nõ territorio; & ideò ſe-
quitur perſonam quocunque vadat. Ad quod
vide qđ dixi in. c. nouit. & d. c. pen. ſupra de of.
lega. Et ex hoc infertur, quòd ſi aduerſarius ex-
communicati compareret, & diceret iudici exi-
ſtenti. j. prouinciam ꝙ non deberet abſoluere
excommunicatum, niſi prius ſatisfaceret de in-
iuria, ſecundũ not. in. c. ea noſcitur. & in. c. par-
rochianos. ſupra eod. & ſm quod latè dicam in
c. venerabili. j. eod. in vigeſimoquinto artic. ꝙ
hoc caſu non poſſit abſoluere, cũ ammodò ab-
ſolutio eſſet contẽtioſę iuriſdictionis. Sed ſi eſſet
Legatus exiſtẽs extra ꝓuinciam, ſcribat ordina
rio vt audiat, & diffiniat, & ipsũ vice ipſiꝰ Lega-
ti abſoluat. Et ſi eẽt ordinariꝰ exiſtẽs extra diœce
ſim, ſcribat vicario, vel alteri delegato, qui cãm
audiat



audiat, diffiniat, & abſoluat vice ipſius ſcriben-
tis. Et ita tenet Specu. in titu. de lega. §. nunc
dicamus. ver. quid ſi leſus. Et ex prędictis
etiam ſequitur, quòd legatus de latere, excom-
municatum per ordinarium non poteſt abſol-
uere extra prouinciam ſibi decretam, tamen in
tali abſolutione requiritur cauſę cognitio. c.
per tuas. ſupra eod. titu. & in. c. ad reprimen-
dam. de offi. ordi. tenet Specu. in tit. delega. §.
nunc dicamus. ver. quod autem dicitur. Quod
ego limito, niſi talis eſſet excommunicatus per
ordinarium, per viam ſtatuti editi ab ordinario,
quia ſicut talis Legatus poteſt reuocare ſtatu-
tum, vt in. c. fin. de offi. lega. ita, & tali ex-
communicatione abſoluere. Faciunt quæ di-
xi ſupra in tertia quæſtione principali in prin-
cipio. Item ex præctis infertur, quòd ſi Lega-
tus qui excommunicauit in prouincia, nouit
ſe erraſſe, poteſt abſoluere licet exiſtat extra
prouinciam, quia talis abſolutio poteſt per eum
fieri ſine cauſæ cognitione. Ad quod vide
omnino, quod dixi in. c. 1. ſupra eod. in quin-
to principali articulo in fine quæſtionis. Et
prædicta procedunt, niſi periculum ſit in mo-
ra, vt ſæpius dictum fuit. Tertio limitatur, ni-
166 ſi † accederet cõſenſus iudicis territorij, & par-
tis, quia tali conſenſu accedente poſſet ordina-
rius exiſtens extra prouinciam abſoluere ſub-
ditos, etiam per viam contentioſæ iuriſdictio-
nis, vt not. glo. in. c. litigantes. de offi. ordi. lib.
6. & 8. q. 2. c. 3. Et quod dixi in. c. penul. &
glo. ſ. de offi. lega. Aduerte tamen, quòd hoc
procedit in ordinario, qui abſoluit ſubditum
ſuum in diœceſi aliena. Sed magis dubium eſt,
in Legato exiſtente extra prouinciam ſibi de-
cretam, an poſſit abſoluere ſubditos, de cõn-
ſenſu ordinarij. Vincen. in. d. c. penul. tenet
quòd ſic. Sed glo. ibi, ſentit contrarium, &
Cõm. op. hoc communiter * tenent hic Doct. & D. m.
Pro qua autem opinio. ego ibi allegaui, quia
cum ordinarius hic non poſſit facere; ergo nõ
poteſt dare licẽtiam alteri hoc faciendi. 1. q. 7.
Daibertum. cum ſimilibus. Sed in contrarium
facit, quòd ſatis videtur eſſe, quòd poſſit ibi
ſedere pro tribunali, ſed ſedere ibi poteſt de vo
luntate ordinarij, vt dixi in. c. nouit. ſ. de offi.
lega. Specu. in titu. de lega. §. nunc dicamus.
ver. ſed nunquid Legatus conſtitutus dicit, ꝙ
melius facit ſi abſtineat, per. c. peregrina. 3. q. 6.
Et quod not. in. c. 1. de ſepul. Et prædicta in-
tellige, de Legato conſtituto non de latere;
quia Legatus de latere extra prouinciam exi-
ſtens poteſt abſoluere, ſicut ordinarius exiſtens
extra prouinciam, per viam voluntariæ iuriſdi-
ctionis, vel accedente conſenſu ordinarij, &
partis, vel ex cauſa notoria, vt ſtatim dicã. Sed
Legatus conſtitutus, non poteſt extra prouin-
ciam abſoluere, vt in. d. c. penul. Et vide, quod
dixi ſupra in tertia quæſtione principali iſtius
articuli, in ſecundo membro principali, in fin.
ſecundæ limitationis ſecundæ fallentiæ. Sed
hic occurrit mihi maius dubium in Legato cõ-
ſtituto, quid ſi accedit conſenſus tàm Epiſco-

pi in cuius diœceſi vult abſoluere, quàm Epi-
ſcopi, in prouincia ſibi decreta exiſtentis, cuius
Epiſcopi ſubditũ vult abſoluere, & accedente
etiam conſenſu partium poſſit abſoluere per
viam contentioſæ iuriſdictionis, & dicerem ꝙ
non, quia nullus prædictorum Epiſcoporum
huic Legato conſtituto poteſt dare hanc pote-
ſtatem, & quia extra prouinciam ſibi decre-
tam, Legatus conſtitutus non videtur habere
aliquam iuriſdictionem cohærentem perſonæ,
quia iuriſdictio cohærens perſonę videtur
duntaxat perſonæ cohærere, quando eſt in ter-
ritorio, argu. d. c. penul. de offi. lega. Et ex hoc,
ego infero, quòd per viam voluntariæ iuriſdi-
ctionis Legatus conſtitutus nõ poſſet talem ab-
ſoluere, argu. prædictorum; cogitabis tamen,
quia non procedit ſine dubitatione. Circa de-
cimam quæſtionem qua quæritur, vtrum quis
167 poſſit † abſoluere mortuum; breuiter dic, ꝙ
in caſibus, in quibus mortuus poſſit abſolui,
de quibus dicam in. c. ſuper eo. infra eod. in vi-
vigeſimoquarto principali articulo, ille de-
mum poteſt abſoluere mortuum, qui regulari-
ter poterat ipſum viuum abſoluere, nulla ſub-
ſiſtente cauſa, propter quam alius poſſet ipſum
abſoluere, vt probatur in. c. à nobis. ſupra eod.
& ibi dixi in ſexto notabili. Et ſi diceres, quare
prius ſubſiſtente periculo poterat abſoluere, &
tunc non poteſt. Vide quod dixi ſupra in ter-
tia principali quæſtione, in ver. primo fallit. in
decimo notab. in fin. Circa decimamprimam
168 quæſtionem † principalem, qua quæritur, vtrũ
poteſtas excommunicandi ſit delegabilis bre-
uiter dic quòd ſic, vt not. in. c. ſacro. infra eod.
dum tex. dicit ibi per ſe, vel per alium, & ibi
hoc not. D. Anto. quòd ille tex. facit pro cõ-
muni practica, ſecundum quam Epiſcopi com-
mittunt abſolutionem inferioribus, & eſt tex.
expreſſus in. c. fi. de offi. ordi. vbi tex. vult, ꝙ
habens poteſtatem abſoluendi, poteſt illam al-
teri committere, cum viderint hoc expediri.
Et quãuis ille tex. loquatur in abſolutione pro-
pter violentam manuum iniectionem in cleri-
cum, tamen idem eſt in alijs abſolutionibus;
quia eadem eſt ratio, & exempla non reſtrin-
gunt regulam. Facit quod in ſimili dicimus,
quòd rector parrochialis eccleſiæ poteſt com-
mittere alteri ſacerdoti, vt audiat confeſſionem
ſui parrochiani, & illum abſoluat, vt dixi in. c.
omnis. ſupra titu. proximo. Et ſic ſequitur, ꝙ
nudum miniſterium eſt delegabile. Prædicta ta
men intelligit Hoſti. quando delegatio fieret
per iudicem ordinarium, & ita dicit intelligen-
dum tex. c. fin. ſupra de offi. ordi. dum dicit ex
officio, quia debet intelligi. ſ. ordinario, vt cõ-
ueniat titulo, ſecus ergo ſi competeret ex priui-
legio, ſecũdum Hoſti. quia priuilegium eſt per-
ſonale, & ideò perſonam egredi non debet, vt
in reg. priuilegium. de regu. iur. lib. 6. Sed glo.
in. d. c. fin. & Docto. communiter * ibi tenent Cõm. opi.
contrarium, dicentes, quòd ideò tex. loquitur
per verbum officio, vt excludat eos, quibus
cõpetit ex delegatione. Nec obſtat, quòd pri-
uilegium

uilegium perſonale non debet egredi perſo-
nam; quia per delegationem non dicitur egre-
di perſonam; eo quòd Delegatus repreſentat
perſonam delegantis, vt in .c. ſanè. ſupra de
offi. delega. Nec etiam obſt. c. fin. ſupra de
offi. lega. quia loquitur in Delegato ad nudum
miniſterium, qui non pôt ſubdelegare. Secus ſi
competeret alicui principaliter ex officio. Et
ita dicit Ioan. Andr. ſeruandum eſſe in practi-
ca. Et idem ego dicerem, ſi hoc competeret ex
præſcriptione, vel alio iure ſpeciali principali-
ter; & non per viam delegationis; & eſſet dele-
gata nuda poteſtas abſoluẽdi duntaxat; nã talis
delegatus non poſſet alteri delegare, vt. d. c. fin.
ſupra de offi. delega. Secus ſi aliquis eſſet de-
legatus ad iuriſdictionem exercendam; Nam
tunc ſicut poteſt excommunicare, ita poteſt
etiam abſoluere, & alteri committere, & hoc
voluit glo. 2. in fin. in .d. c. fin. de offi. deleg.
& .D. m. ibi. Quanuis .D. Anto. dicat, quòd
talis poteſtas abſoluendi, non poteſt dele-
gari, niſi ſacerdotibus, vt ipſe not. in .c. duo-
bus. infra eod. Quod tamen intellige, reſpe-
ctu abſolutionis, & in foro pœnitentiali. Secus
quò ad abſolutionem duntaxat in foro, etiam
pœnitentiali; quia tunc etiam nõ ſacerdoti poſ-
ſet fieri talis delegatio. Ad quod vide, quod
latè dixi ſupra in vndecimo principali articulo.
Ed aduerte, quia quidam volunt, quòd ſi Epi-
ſcopus committit alicui generalem poteſtatem
abſoluendi ab omni excommunicatione, quòd
propter hoc non poterit abſoluere illum excõ-
municatum, cuius abſolutionem veriſimiliter
ſpecialiter non commiſiſſet; fortè quia erat ex-
communicatus propter damnũ illatum Epiſco-
po, vel aliquid huiuſmodi ſimile, argu. regu. in
generali. de reg. iur. lib. 6. Et ſatis placet, per ea
quæ not. in ſimil. in .l. obligatione generali. ff.
169 de pignori. Vtrum autem † excomunicatus
Epiſcopus poſſit alij delegare poteſtatem ab-
ſoluendi ipſum, tex. facit quòd ſic, in. d. c. duo-
bus. Et ad idem facit, quod not. glo. 2. ſ̃. de
offi. delega. in. c. ſanè. 2. Sed in contrariũ facit,
quod not. Guil. de Mon. Lau. in clemen. 1. de
reli. do. ſuper verbo fortius. vbi dicit, quòd hoc
non poteſt. Sicut nec excommunicatus quan-
tumcunq; occultus, poteſt alium per ſe, vel per
alium excommunicare, vt not. glo. 24. q. 1. in
ſum. De quo dic, vt dixi in .c. 1. ſupra eod. in
quinto principali articulo, in ſexta quæſtione
principali. Vnde cum talis excommunicatus
non habeat exercitium iuriſdictionis, ſequitur,
ꝙ illam non poteſt in alium transferre. 37. diſt.
ad hoc. in fin. 1. q. 7. c. Daibertum. cum ſimil.
Alij dicunt, ꝙ cũ talis Epiſcopus poſſit ſibi eli-
gere confeſſorem, vt in .c. fin. ſupra tit. proxi.
quòd tunc talis confeſſor poterit eum abſolue-
re, etiam ab excommunicatione; quia hoc
caſu videtur abſoluere auctoritate Papæ, & Ca-
nonis, non auctoritate Epiſcopi. Et ſic reſidet
Henri. in. d. c. duobus. Item. not. circa pręditcta,
ꝙ ſi de facto aliquis abſolueret aliquem ab ex-
cõicatione, & propter aliquã cauſam non poſſet
illum abſoluere; debet illum abſolutum certifi-
care de errore ſuo; eidem intimando, & notifi-
cando, qualiter non potuit illum abſoluere, &
quòd debeat abſolutionem petere ab alio ha-
bente poteſtatẽ abſoluendi, ita tenet Guil.
de Mon. Lau. ſed nunc non memini, vbi illud
teneat. ſed eſt dictum iuſtum, & rationabile, vt
de ſe patet. Et ex prædictis Deo duce, habes ſo
lemniter expeditum hunc vigeſimumtertium
articulum, circa poteſtatem abſoluendi excom
municatos, quis poſſit illos abſoluere. Circa
170 Duodecimam † quæſtionem, qua quæritur,
quis poſſit reuocare, vel relaxare excommuni-
cationem, & quibus remedijs ſuccurratur, dixi
latè in .c. ſacro. ſ̃. eod. in in decimotertio prin-
cipali articulo. Cæterum quia, ſupra in prin-
cipio iſtius articuli, dixi, quòd excommunica-
tio nõ ſolum tolli poteſt per abſolutionem, ſed
etiam per diſpenſationem; & de abſolutione ſa-
tis dictum fuit ſupra quis poſſet illam tollere.
Ideò nunc videndum eſt ex ordine, de excom-
municatione, quæ tolli poteſt per diſpenſatio-
171 nem. Circa † quod aduertendum eſt, quòd aut
quæritur, vtrum cum excommunicato poſſit
diſpenſari, ita quòd abſq; aliqua abſolutione
poſſit diſpenſari cum eo, vt poſſit nõ obſtante
excommunicatione actus gerere, ac ſi non eſſet
excommunicatus. & hanc quæſtionem non
memini tactam. Arbitror tamen dicendum, ꝙ
ſtante excommunicatione, nullus inferior à Pa-
pa poſſit ad hunc effectum cum eo diſpenſare;
quia vellet vnum, quod videtur impoſſibile de
iure; videlicet, quòd exiſtens talis qualitatis, cui
per conſtitutionem ſuperioris quædam ſunt
prohibita attentari, poſſet illa attentare; quod
fieri non poteſt, per not. in .c. cum inferior. de
ma. & obe. Et quod not. in clemen. ne romani.
de elec. Item quia talis videtur conſentire, ꝙ
iſte perſiſteret in peccato, & in contemptum,
eccleſiæ. & ideò non poteſt hoc cõcedere, arg.
.l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pac. cum
ſua materia. & in regu. non eſt obligatorium.
de regu. iur. lib. 6. Item quia non reperij ad
hunc effectum aliquo caſu à iure permiſſam di-
penſationem, ita vt dicamus, propter hanc
cauſam, illam eſſe permiſſam Epiſcopis. Ad
quod vide, quod dixi in .c. at ſi clerici. ſupra
de iudi. Arbitror tamẽ attentari poſſe, quòd
ſi aliquis actus eſſet excommunicato prohibi-
tus ex conſtitutione epiſcopali, quòd poſſet
Epiſcopus cum ipſo diſpenſare, vt poſſit non
obſtante tali ſtatuto illum actum gerere; ex quo
talis actus erat ſibi permiſſus à iure communi,
quia cõtra ſtatutum proprium poteſt ſtatuens
diſpenſare, tex. & Docto. in .c. cum noſtris. de
conceſ. præben. tenet Inno. in .c. cum ad mo-
naſterium. ſupra de ſtatu mona. & .c. dilectus. ſ̃.
de tempo. ordi. & per Ioan. Andr. in .c. cui li-
cet. de regu. iur. lib. 6. Licet aliqui contra. Et
ex his videtur dicendum, quòd Papa pôt di-
ſpenſare cum tali excõicato, vt non obſtante
excommunicatione, poſſit actus exercere à iu-
re prohibitos. Quod ego intelligerem duobus
concur-



concurrẽtibus. Primo, ſi modo prohibito illius
actus deſcendat à iure poſitiuo, probatur in .c.
pia. de excep. lib. 6. vbi Papa per conſtitutio-
nẽ ſuam relaxauit, vt ibi proceſſus agitatus pro
actore excommunicato qui erat nullus, hodie
teneat, vt dixi latè in .c. ſacris. ſupra in decimo-
nono principali articulo, quinta quæſt. princi-
pali, ſecundo mẽbro principali. Secus ſi actus
ille eſſet prohibitus à iure diuino, vel propter
peccatum. Item arbitror, quòd ſit neceſſariũ,
ꝙ ex cauſa faciat talem diſpenſationẽ. 1. q. 7. c.
& ſi illa. Aliàs autem eſſet diſpẽſatio, & diſpen-
ſator peccaret, not. Inno. in. d. c. cum ad mona-
ſterium. In his tamen, quæ ſunt de iure poſiti-
uo, in principe ſufficit ſola voluntas, & ipſa ha-
betur pro cauſa, cum ipſe ſit ſupra ius, vt dixi in
.d. c. at ſi clerici. ſupra de iudi. Et aduerte, quia
dicit ſingulariter Bal. in addi. Specu. in ſecun-
da addit. ꝙ diſpenſatio propriè loquẽdo, eſt in
libero arbitrio ſuperioris; Et ſi diſpenſat cauſa
ſuadente, eſt gratia gratis facta; ſi non, eſt iniu-
ria; tñ nulli querelę locus eſt. ff. de aqua quotid.
& æſti. in. l. 1. §. permittitur. Nulla enim di-
ſpenſatio gratioſa habet cauſam finalem neceſ-
ſitãtem; ſed fundatur in cauſa impulſiua. Lar-
gè tamen diſpenſatio, quæ eſt neceſſaria, & de-
bita, dicitur diſpẽſatio, quę eſt neceſſaria, vt ęta-
tis miſeratio, vt in. l. auxilium. §. ſi. ff. de mino.
& in .l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infami.
& de inoffi. teſt. in .l. papinianus. §. fin. ſecun-
dum Bal. in prædicta additio. Aut nos quæri-
172 mus, vtrum † quis cum excõmunicato poſſit
diſpenſare poſt abſolutionem; vt puta, quia
poſt abſolutionem remanſit irregularis, eo ꝙ
exiſtens excommunicatus immiſcuit ſe diuinis.
Et hoc caſu, licet talem ante contractam irregu
laritatem poſſet Epiſcopus diſpenſare, tamen
ex quo factus eſt irregularis, nullus citra
Papam poteſt cum tali diſpenſare. Ad quod
vide, quod dixi in. c. per tuas. ſ̃. eod. in vigeſi-
mo principali articulo. Et hinc eſt, quod di-
cimus, quòd poteſtas diſpenſandi difficilius
conceditur, quàm poteſtas abſoluendi, vt ibi di-
xi. tradunt Ioan. And. & D. m. hic, & Docto.
173 in .d. c. per tuas. Poſtremo † circa hunc arti-
culum, not. quòd differẽtia eſt inter abſolutio-
nem, & reuocationem, ſeu relaxationem. Ab-
ſolutio competit in dubio, & fit cum iuramen-
to, & debita ſolemnitate. Relaxatio, vel reuo-
catio fit cum de iniuſtitia conſtat. & iſta fit ab
excommunicatore, non a ſuperiore; quia ſupe-
rior abſoluit, non autem relaxat, vt dicit Ioan.
Andr. in. c. 1. eod. titu. lib. 6. & vide quod dicã
in .c. venerabili. infra eod. in vigeſimoquinto
principali articulo. Et ex his Deo duce, habes
notabiliter expeditum hunc vigeſimumquar-
tum articulum principalem.

## Capitulum .XLIII. Reſponſo.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatis, & interdictis poteſt prædicari verbum Dei, non tamen poſſunt ipſi audire diuina. nu. 3.*
2 *Excommunicatis licitè communicatur, ad finem, vt conuertantur.*
4 *Sacramenta quæ concedantur tempore generalis interdicti.*
5 *Dictio præter, ſequens orationem negatiuam, ſtat incluſiuè.*
6 *Chriſmandi poteſtas eſt permiſſa ſolis Epiſcopis.*

RESPONSO NOSTRO. Excom-
1 municatis, † & interdictis poteſt
prædicari verbum Dei. Et tem-
pore generalis interdicti conce-
ditur baptiſmus, chriſmatio in fronte, & pœ-
nitentia morientium .h. d. Et ſunt duæ par-
tes principales, ſicut ſunt duo dicta. ſecunda
ibi, præterea. Et quælibet pars ſubdiuiditur
in conſultationem, & reſponſionem. Primo
not. quòd ſententia excommunicationis vide-
tur poſſe ferri in vniuerſitatem. De quo dic vt
dixi in. c. mulieres. ſ̃. eod. in ſeptimo principali
articulo, quæſtione ſecunda, vbi dixi qualiter
2 tex. noſter intelligatur. Secundo † not. quòd
excommunicatis licitè cõmunicatur, ad finem,
vt conuertantur. Et ideò licitè eis prædicatur
verbum Dei, & alia huiuſmodi, quæ tendunt
ad eorum ſalutem. c. cum voluntate. infra eod.
De quo dic, vt latè dixi in .c. inter alia. ſupra
eod. in vigeſimo principali articulo, in ſeptima
fallentia. Tertio not. ibi, quatenus videris ex-
pedire, vt dixi in .d. ſeptima fallentia. Quarto
nota. quòd excommunicatis non eſt prohibi-
3 tus ingreſſus eccęſiæ; niſi cauſa † audiendi diui-
na; dixi in. c. ſacris. in nono principali articulo,
in ſecunda quæſtione principali. Quinto not.
ex ſecunda parte, tria ſacramenta conceſſa tem-
4 pore generalis interdicti. † Primũ baptiſmus.
Et licet tex. loquatur de paruulis, idem eſt de
adultis, vt. d. c. De matrimonio, & ordinibus
dic, vt in .c. non eſt. de ſpon. Ego aũt latè di-
cam de materia interdicti in fin. huius tituli.
4 Sexto not. quòd dictio præter, † ſequens ora-
tionem negatiuam, ſtat incluſiuè, vt dixi de di-
ctione, niſi, in .c. inter alia. ſupra. eod. Septi-
6 mo † not. ꝙ poteſtas chriſmandi eſt permiſ-
ſa ſolis Epiſcopis, & non inferioribus. de quo
in. c. quanto. ſ̃. de conſue. Glo. 2. oppo. & ſol-
uit. In ea glo. ibi. 24. q. 3. dic de hac materia, vt
ibi, in glo. ſummę, &. 3. q. 4. in ſum. & . d. c. non
eſt. Tu dic de materia, vt latè dixi in .c. penul.
de pœnis. & ibi vide omnino. In fin. glo. dic, vt
dicam in fin. tituli.

## Cap. XLIIII. Inquiſitioni.

*SVMMARIVM.*

1 *Coniunx ſi pro certo ſcit impedimentum matrimonij, non debet reddere debitum; ſed potius pati excommunicationem.*
2 *Scire, & credere differunt.*
3 *Credulitatis varij ſunt gradus.*

4 *Dei iudicium, & eccleſiæ differunt.*
5 *Ius canonicum expedit ſecundum opin. quæ non poteſt expedire ſecundum veritatem.*
6 *Conſcientiæ iudicium eſt ſequendum, quando eſt ex probabili cauſa.*
7 *Euidens, & manifeſtum, quomodo inter ſe differat.*
8 *Excōmunicatio, licet continens aliquod iniuſtum, valet.*
9 *Prælatus quando præcipit coniugibus, vt ſimul habitent, an ſit ei obediendum.*

1 INQVISITIONI. Si coniux † ſcit pro certo impedimentum matrimonij, non debet reddere debitum; ſed potius pati excommunicationem. Si autem hoc credit ex cauſa probabili, & diſcreta, tunc poteſt reddere debitum; non autem exigere. Sed ſi ex leui, & temeraria cauſa, depoſita conſcientia debitum reddere, & exigere poteſt. h. d. Diuiditur, quia primo diſtinguit caſum, de quo queritur, & ſecundum membrum proſequitur, ibi, in ſecundo. & tertium ſubdiſtinctionis membrum proſequitur ibi, verū. Primo not. quòd aliud eſt ſcire, aliud credere. † Nam ſciētia habet ſe in certum. Ad quod vide, quod not. in .c. cum cauſam. ſupra de teſti. in tertio principali articulo, in prima quæſt. Credulitas verò ſe habet in incertum, & quandoq; poteſt eſſe falſa. Ad quod vide, quod dixi in .c. fin. ſupra de iureiur. Secundo
3 not. quòd ad credulitatē quis deducitur † per varios gradus; quandoq; ex probabili coniectura; quandoq; ex temeraria præſumptione. Ad quod vide, quod dixi in. d. c. fin. de iureiur. Et ex prædictis infert .D. m. quòd ſi teſtis dicat ſe credere, quòd per hoc non facit plenam fidem. Ad quod vide, quod dixi in .d. c. cū cauſam .ſ. de teſti. in tertio princi. articulo. q. 16.
4 Tertio not. quòd iudicium † Dei, ſeu eccleſiæ triumphantis, vel fori pœnitentialis diſcrepat à iudicio eccleſiæ militantis, ſeu fori contentioſi; & dimittendum eſt iudicium fori, & ſequendum iudicium Dei, & fori pœnitentialis. Et ſic patet, quòd finis iuris canonici, non ſemper innititur veritati, & in patriam directiuo. Nā reſpectu fori contentioſi, quandoq; decipitur. Sed finis fori pœnitentialis ſemper innititur veritati; & ſemper eſt in patriā directiuus, ſecūdum .D. Anto. hic. Sed ego arbitror, quòd finis iuris canonici ſit ſemper in patriam directiuus, vt dixi in materia vſurarum in quarto principali articulo in quinta quæſtione. Sed propter malignitates hominum, & ignorantiam, quandoq; eccleſia fallitur quò ad forum contentioſum, cum credit eſſe vnum, & eſt contra-
5 rium, vt hic. Quarto † not. quòd illa, quæ nō poteſt ius canonicum expedire, ſecundum ſuas traditiones, & regulas, vt innitens veritati, illas expedit innitens opinioni. Nec per hoc impedit, nec impedire poteſt, quominus quis poſſit recurrere ad forum pœnitentialem, & illum conſequi ſecundum veritatem, quam nouit.

Et ex prædictis infertur ad vnum not. hic, quòd licet ſententia, quæ innititur opinioni, faciat de indebito debitum, illud vt debitum ſeruari faciens, vt .l. Iulianus verum debitorem. ff. de condi. inde. tamen per hoc non facit, inſpecto more fori pœnitentialis, quominus ille reperta veritate debeat illud debitū reſtituere. Et idem ſentit Inno. in .c. quia pleriq;. de immu. eccle. &. D. m. in. c. cum inter. de re iudi. in not. Et ideò obtinens ex ſententia, quam ſcit iniuſtam, non agit ſalua conſcientia; quia ex ea nō eſt orta vera naturalis obligatio; ſed ficta. pro qua ficta non agitur, ſalua cōſcientia. Ad quod vide Docto. in .d. l. iulianus. Prædicta tamen videntur limitanda, niſi ante veram conſcientiā iniuſtæ ſententiæ, tantū tēporis curreret, quòd eſſet præſcriptum; quia tunc ſaltem videtur eſſe tutus vigore præſcriptionis. De quo tamen vide quod dixi in. c. vigilanti. de præſcrip. Quin-
6 to not. quòd iudicium † conſcientiæ eſt ſequendum, quando conſcientia inducitur ex diſcreta, & probabili cauſa. Non tñ debet quis ꝓpterea aliquid ꝓpria auctoritate agere cōtra conſcientiam; ſed illam ponere ad conſilium ſuperioris, cuius cōſilio illam deponere debet. Ad quod vide, quod dixi in .c. accuſaſti .ſ. de accu. dixi etiam in. c. & ſi quæſtiones. de ſymo. Et dicit hic .D. Anto. quòd conſcientia eſt quædam impulſio animi, ad credendum id, de quo nō eſt bene certus; inclinat enim, vel pungit animū ad illud, vel illud credendum. Sexto not. ibi, euidenti, & manifeſta, propter copulā, quæ ſolita eſt coniungere diuerſa; quòd aliud
7 videtur importare euidens, † & aliud verbum manifeſtum. Euidens dicitur, quod clarum, vel apertum eſt, Sed manifeſtum dicitur id, quod eſt manifeſtiſſimum. Facit .l. ſi verò. §. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. Vltimo colligitur hic, quòd excommunicatio contines aliquid iniuſtum,
8 vel † lata ex falſa cauſa, valet; Et licet in ſe in veritate contineat peccatū, tamē quia hoc non cōſtat eccleſiæ, quę in foro contentioſo non iudicat de occultis, ideò tenet. Quod eſt verum, quando iniuſtitia eſt occulta; Secus ſi manifeſta; quia tunc eſſet nulla, vt dixi ſupra in .c. nulli. in octauo principali articulo, quæſtione decimaſeptima. Et etiam circa materiam excommunicationis tractant hic Inno. & Docto. quando quis dubitat, an aliquis ſit excommunicatus, vel non, an poſſit illi communicare. Et quid de eo, qui eſt excommunicatus in vno loco, & poſtea reperitur in alio loco. Et quid ſi talis dicat ſe abſolutū. De quibus ego latè dixi in .c. inter alias. ſupra eod. in vigeſimo principali articulo, & in nona fallentia principali. Glo. 1. fortificat tex. & allegat multa iura. In fin. glo. Inno. & Docto. hic tractant, vtrum Papæ, vel ſuperiori aliquid iniuſtè mandanti ſit obediendum. Et idem dicit Innocen. ſi præceptum eſſet iniuſtum, licet non contineat peccatum; puta, quòd dem libros meos alicui. Sed Papæ in ſpiritualibus, & eccleſiaſticis eſt obediendum, licet præceptū



ſit iniuſtum; dummodo nō cōtineat peccatum, vt. 19. diſt. c. in memoriam. Et ſic in eccleſiaſticis perſonis; dummodo ex præcepto non præſumatur vehemēter perturbari vniuerſalis ſtatus eccleſiæ, aut futura ſcandala, vel mala oriri ſecundum Innocen. Ioan. And. & Docto. hic. Sed tu aduerte, quia iſta non eſt principalis materia; ſed materia tituli. de ma. & obe. & conuenit .c. ſecundo illius tituli. Et ideò hic omittam, & fortè ibi plenè examinabo hunc articulum. hic enim ſolum remiſi examinandum iuxta materiā tituli pro cōſuetudine mea, id quod dixi in vltimo notabili. Glo. 2. q̄rit, quę dicatur leuis, & quæ temeraria credulitas; dic, vt in ea.
9 Poſtremo † quia tex. hic circa iſtum articulum, quando Prælatus præcipit marito, vel vxori, vt iuxta legē cōiugij debeant ſimul habitare &c. vtrum ſit ei obediendum, Tex. diſtinguit, vt in eo habetur. Doct. hic tractant, ꝙ ſi vir cui hoc præcipitur, pōt illi cōmiſceri, vxor tñ non pōt ab illo petere debitum. Sol. dicit Io. Andr. ꝙ ad mandatum eccleſiæ poteſt illi reddere debitum. Nec fit illi per hoc p̄iudicium, vt per hoc videatur accuſationi adulterij renunciaſſe; quia ſi aliud diceretur, eſſet lex, vel præceptū iudicis iniquum, & illum illaqueans. 27. q. 1. c. de viduis. de reſti. ſpo. c. literas. Sed nec per hoc incurrit irregularitatē, de qua. 34. diſt. c. ſi cuius. Exigere aūt non debet. Et hoc, quod dixi, ꝙ tenetur reddere debitum, limitatur, niſi factum ſit adeò notorium, quod non ſit locus inficiaitoni; tunc enim ſua auctoritate poſſet dimittere illam, de diuor. c. ſignificaſti. Et per conſequens fortius illi debitum denegare; nam hoc caſu, ſi ſponte redderet debitū, præiudicaret ſibi, quò ad accuſationem adulterij, & quò ad illam ſpeciem irregularitatis. Sed ſi ante ſeparationem, iudice, cui de adulterio non conſtat, præcipiente, reddatur debitum, nō fit ſibi præiudicium, nec in accuſatione adulterij, nec quò ad illam irregularitatem, ſecundum Innocen, qui dicit, quòd aliqui contra. Sed Hoſtien. remittit ad ſum. in titu. de biga. §. quaſi bigamus. Et bene feciſſent omnes ommittere; quia non eſt materia principalis tituli, quia quò ad redditionem debiti, & accuſationem adulterij, conuenit titu. de adulte. quò ad ſeparationem, titu. de diuor. quò ad irregularitatem ratione bigamiæ, ad titulum de bigam.

## Capitulum. XLV. Contingit.

### SVMMARIVM.

1 *Clericus ſi à prælato ſuo tertio monitus non reaſſumit habitum, & tōſuram, perdit priuilegium clericale.*
2 *Clerici ex pluribus debent diſcerni à laicis.*
3 *Exterior habitus indicat aliquem.*
4 *Factis quando opus eſt, verba non ſufficiunt.*
5 *Clericus ex ſolo delicto apoſtaſiæ, etiam in minoribus conſtitutus, non perdit priuilegium clericale.*
6 *Priuilegium meretur amittere, qui priuilegio abutitur.*
7 *Priuilegia clericorum, quare inſtituta ſunt.*

CONTINGIT. Clericus ſi à prelato ſuo tertio monitus non reaſ-
1 ſumit habitum, & tonſuram, perdit priuilegium clericale. h. d. Sed vt expreſſius cōueniat ti. ego ſummoſic. Quāuis clericus dimittat habitū, & tonſurā, & negocijs clericis non cōuenientibus ſe immiſceat, non perdit tñ priuilegiū canonis, niſi tertio monitus noluerit ſe emendare. h. d. Primo ponitur Comitis querela. Secundo prouiſio, ibi, vtrum. Primo nota, quòd clerici ex plurimis di-
2 ſcerni † debent à laicis. Primo, in modo tonſuræ. Et de tonſura, & quali vide . 12. q. 2. c. duo ſunt genera, & bonam glo. in cle. 1. de vi. & hone. cleri. Secundo, reſpectu habitus; quia clerici non debent vti eiſdem veſtimentis, quēadmodum & laici. Vide tex. in. c. clerici. de vi. & hone. cleri, vbi certi colores veſtimentorum, & certa qualitas, prohibentur. Sed non eſt determinatū ſpecificè, quales debeant eſſe veſtes eorum, & qualitates habitus. & quid oſtendat, vel ſignificet, vide quod latè dixi in clem. 1. de elec. Tertio debēt differre in qualitate negotiorū, quia clerici non debent attētare negocia eis non conuenientia .c. 1. & .2. ne cleri. vel mo. .c. fin. de vi. & hone. cleri. tex. cū glo. 86. diſt. .c. peruenit. Secundo not. quòd ex qualitate
3 habitus exterioris † præſumitur de aliquo, de quo vide quod latè dixi in .d. clemen. 1. de elec. Tertio not. quòd bona operatio non debet à labijs declarari; ſed facto, & opere. Nec mirū;
4 quia † vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt. .ſ. de offi ordi. c. paſtoralis. in fin. & de eo, qui mit. in poſ. in. c. 1. Quarto not. quòd ex ſolo † delicto apoſtaſiæ clericus, etiam in minoribus conſtitutus non perdit priuilegium clericale, & ſi deprehenditur in delicto corrigetur, vt hic, & expreſſius in. c. ſi iudex laicus. eod. tit. lib. 6. Tenet ergo priuilegium canonis, ſi quis ſuadente. niſi fuerit tertio monitus, & non reſipuerit; quia tunc amittit ipſum priuilegium. dummodo fuerit monitus à prælato habente in eum iuriſdictionē. Et requiritur tertia monitio ſeparata; nec ſufficit vna peremptoria pro omnibus. Ad quod vide quæ latè dixi in. c. peruenit. ſupra eod. in decimoquinto pricipali articulo, in ſecundo membro principali, in ver. tertio fallit. Quinto not. illud vulgatum, quòd
6 priuilegium meretur amittere, qui † permiſſa abutitur poteſtate ac fruſtra legis auxilium implorat, qui committit in legem. Ad quod vi-
7 de iura allegata hic in glo. Vltimo † not. duo propter quæ fuit inſtitutum priuilegium clericorum; videlicet, quò ad coercendum violentiam laicorum; & pro ipſorum clericorum tutela. Glo. 1. eſt ſatis clara. Et in fin. vide quod tradit glo. in. c. dilecti. de appel. Glo. 4. in prin. ad trinam monitionē, allegat tria concordantia, deinde opponit, quòd clericus incedēs ſine habitu

habitu clericali abſq; alia monitione perdat pri-
uilegiũ. Et ad hoc allegat duo iura, & ſoluit.
Deinde glo. ſecũdo loco opponit, ꝙ ẽt clericus
omittens habitũ abſq; monitione perdit priui-
legium clericale, & allegat duo iura, & ſoluit. In
ea. glo. ibi, ſed non in cõtrarijs; ſentit ergo glo.
quòd aut clericus ſe immiſcet exceſſibus graui-
bus, & amittit priuilegium clericale abſque mo
nitione, aut leuibus, & non amittit; niſi dimiſ-
ſerit habitum, & fuerit tertio monitus. Alij
tamẽ aliter dicunt. Ad quod vide, quod latè di-
xi in .c. peruenit. ſ. eod. in nono principali ar-
ticulo, in tertia quæſtione principali, in ver.
duodecimo infertur, & .in .c. perpendimus .ſ.
eod. in intellectu illius capituli. In fin. glo. dic
de hoc, vt habetur hodie in .c. vni. de cleri.
cõiug. lib. 6. Glo. finalis eſt clara, dic vt in ea.

## Cap. XLVI. In Præſentia.

*SVMMARIVM.*

1 *Ab excommunicati denuntiatione repellitur, qui non præmonuit, & ei communicauit.*
*Cap. iſtius intellectus primus. num. 2. Secundus nu. 3. Tertius, nu. 4. Quartus, nu. 5.*

1 IN PRAESENTIA. Ab excom-
municati denũciatione repellitur,
qui non præmonuit, & illi com-
municauit. h.d. Secundum vnum
intellectum. Primo, ponit dictum. Secando,
ſubijcit rationem, ibi, cum ſuper hoc. Primo
not. ſummarium, de quo latè dices in glo. Poſ-
ſent etiam alia notabilia colligi, ſecundum va-
rios intellectus, de quibus dicetur in glo.
Glo. prima format contrarium, & ſoluit; & ſo-
lutionem latè examinat. Deinde in verbo item
poteſt, colligit argu. ex tex. & illum reprobat,
ponens quid iuris olim eſſet, & quid hodie. In
eadem glo. ibi debuit illum primo præmonuiſ-
ſe; dic, ſed charitatiuè vt ſe corrigeret, & abſo-
lutionẽ peteret. Non autem debuit contrariũ
agere, eidem communicãdo, & per cõſequens,
tacitè ipſius excommunicationem approban-
do, quòd hoc caſu non admittitur talis, qui nõ
præmonuit ad denunciandum, vt in .c. cum di-
lectus. de accuſa. Nam talem denunciationem
debet præcedere charitatiua admonitio, vt ibi
dicitur. Et tradit Ioan. Andr. & Doct. in .c. in-
quiſitionis. in prin. de accu. Et Ang. in repe.
.l. ſi certis annis .C. de pactis. Ad quæ vide,
quæ latè dixi in materia illius denunciationis,
in .c. nouit. ſupra de iudic. Talis enim, qui
cum excommunicato communicauit, & ſine
monitione ipſius denunciat, & ſic improperat,
quod ſemel approbauit, quod facere non po-
teſt. 32. q. 2. horrendus. præſumitur venire ad
denunciandum, non ex charitate; ſed ex malo
2 zelo, & ideò repellitur. Et iſte eſt† vnus intel-
lectus iſtius capituli, ſecundũ Domi. quicquid
dixerit Vincen. dic, vt ſtatim dicam, & vide ad
prædicta, ea quæ dixi in .c. perpendimus. ſ. eod.
in fi. Et adde quod ſtatim dicam in exceptio-
ne excommunicationis; Quia licet quis com-
municauerit excõmunicato, etiam ſi ipſum
non præmonuerit, poteſt tamen contra ipſum
agentem excipere de excommunicatione, vt
in .d. c. à nobis præallegato. hic in prin. glo.
pro ſol. not. & ſequuntur Docto. quia ex
quo talis moleſtatur, poteſt ſe defendere quo-
cunq; modo, vt in .c. cum inter. ſupra de excep.
& in reg. nullus pluribus. de regu. iur. lib. 6.
Ad quod vide, quod latè dixi in .c. ſacris. ſupra
eod. in decimonono principali articulo, in ſex-
ta quæſtione principali, in primo mẽbro prin-
cipali, ver. quinta declaratio eſt. Quinimo li-
cet quis communicauerit cum excommunica-
to; tamen non propterea, debet amplius com
municare, vt hic dicunt Io. And. & .D. Anto.
de quo dixi in .c. inter alia. ſupra eo. in vigeſi-
mo principali articulo, in ver. nona declara-
tio eſt. Et pro hoc, ego arbitror certificari poſ
ſe, quòd quando quis communicauerit excom
municato, quòd ſi ipſum poſtea pœnituit, &
præmonuit charitatiuè, ꝙ poterit illum denun-
ciare, non obſtante præcedenti cauſa, quia præ-
cedẽs mora videtur purgata. Sicut in ſimili di-
cimus de mora præcedenti, quæ per ſequentẽ
obligationem purgatur, vt traditur in .l. ac-
ceptam. C. de vſu. cum ſua materia, & per Bar.
& Doct. in .l. ſi inſulam. ff. de ver. obli. Et hanc
opinionem poſtea reperi tenere hic Vincen. &
ſequitur Ioan. And. Loquitur ergo iſte tex. vt
ſupra dixi ſecũdum communem* intellectum, Com. op.
in denunciatione quam non poteſt facere, qui
non præmonuit, & qui communicauit excom-
3 municato. † Secundum intellectum ponit hic
Vincen. videlicet, quòd tex. loquatur in eo,
qui communicauit excõmunicato, & vult age-
re, & repellitur, eo quòd communicando in
diuinis, pro vt hic dicit tex. incidit in maiorẽ;
intelligendo hic, de excommunicato à Papa. Et
ita videtur intelligere glo. fin. allegando .c. ſigni-
ficauit. ſupra eod. Ad quod vide, quod ibi di-
xi, & in .c. inter alia. ſupra eod. in vigeſimo
principali articulo, in tertio membro principa-
li, ver. in ſecundo caſu principali in principio.
4 Tertius † intellectus, ſecundum Vincen. eſt, ꝙ
tex. noſter loquitur, quando excommunicatus
producitur in teſtem, vt talis non repellatur à
teſtimonio, excommunicationis prætextu, ex
quo volens illum repellere eidem prius com-
municauerat. Vnde obſtat ſibi exceptio prio-
ris communionis, quòd tamen poteſt tolerari,
ſecundum Vincen. in ciuili, vel cum producı-
tur teſtis in cauſa denunciationis. Sed dicit Io.
Andr. quod hoc eſt falſum, quia replicatio cõ-
munionis, non tollit talem exceptionem, per
decretalem à nobis .ſ. de excep. Et ita com-
5 muniter* tenẽt Doc. Quartus† intellectus eſt, Cõm. opi.
ſecundum Vincen. quòd iſte tex. noſter intelli-
gi poteſt, quando decanus, dicebat ſe abſolu-
tum, ad quod probandum inducebatur hoc in-
ditium, videlicet, quòd Epiſcopus, & canonici
communicauerant ei, de quo remittit Io. And,
ad ea



ad ea quæ traduntur per Doct. in .c. propoſuit.
ſ. de cle. excõ. min. ſuper fi. vlti. glo. Sed tu vide
quod latè dicam in .c. venerabili. ỹ. eo. in vigeſi-
moquinto princ. artic. vbi tractabo de materia
ꝓbationis, & abſolutionis. In ea. gl. ibi, de accu
ſationibus nulli, dic de hoc artic. vt ibi latè dixi.
In ea. glo. ibi, item poteſt hic ſumi argumẽtum,
dic de hac materia, vt latè dixi in .c. ſacris. ſ. eo.
in decimonono princ. artic. in ſexta quæſtione
principali, in quarto membro principali.

## Capitulum. XLVII. Quantæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus eſt quilibet permittens clericum percuti, ſi prohibere poteſt.*
2 *Opinio, quæ in iure eſt euidenter falſa, eſt præſumptio, ſeu temeritas.*
3 *Conſentiens faciẽti, pari pœna punitur, etiam quando pœna ipſo iure imponitur.*
4 *Delicto obuiare qui poteſt, & non vult, præſumitur fauere delinquenti. & vſque ad fi.*
*Cap. iſtud legitur tribus modis. Primo modo, nume. 5. Secundo, nu. 6. Tertio, nu. 7.*
8 *Dolum allegans debet illum probare.*

1 QVANTAE Præſumptionis. Legi-
tur duobus modis in glo. & vno
modo extra glo. Et ſecundum pri
mum modum. h.d. Excõicatus eſt
quilibet permittens clericum percuti, ſi prohi-
bere poteſt. h.d. Vel aliter, ſm ſecundum intel-
lectum, & lecturam. Excõicatus eſt ille, qui per-
mittit clericum percuti, ſi ratione officij pote-
rat prohibere, & non prohibuit. h.d. Vel aliter,
ſecundum tertiam lecturam, excõicatus eſt, do-
losè permittens clericum percuti, ex quo pote-
rat ꝓhibere. h.d. Primo pręmittit culpã. Quã
ſecundo aggrauat ibi, ne autem. Tertio aggraua
tionem declarat, ibi, eos delinquẽtibus. Primo
not. ibi, aliquorum præſumptio &c. quòd opin.
2 quæ eſt † in iure euidenter falſa, poteſt appellari
præſumptio, vel temeritas. Secundo not. ꝙ ẽt
3 vbi imponitur † pœna ipſo iure, faciens, & con-
ſentiens pari pœna puniuntur. quod tñ potius
ꝓcedit per quãdã fictã interpretationem, quã
propriè. Et ideò non haberet locum in ſtatutis,
quæ requiruntur, quòd verba ꝓpriè intelligan-
tur, vt in .l. 3. §. hęc verba. ff. de nego. geſt. Et de
materia, vide per glo. & Doct. in .c. 1. ſ. de offic.
deleg. & ibi dixi. Et vide, hic alia iura allegata in
glo. 1. Et ex prædictis, & etiam ex tex. not. ꝙ
appellatione facientis non cõprehenditur fieri
faciẽs in materia ſtricta, niſi ex interpretatione
extenſiua. Ad quod vide qđ dixi in .c. vt famæ.
4 ſ. eo. Vltimo not. ꝙ volens obuiare † delicto,
& non obuians, pręſumitur fauere delinquenti,
hoc tamen procedit ex interpretatione. Et ita
etiam concludit Azo. in brocar. ſuis. Ad quod
vide quod tradit Bar. in .l. is qui opem. ff. de fur.
& in .l. non ſolum. §. ſi mandatu. ff. de iniur. Et
vide qđ dixi, in .c. dilecti. ſ. de priuileg. Glo. 1.
eſt ſatis clara. Glo. 2. in princ. allegat iura con-
cordantia. & infert decidendo vnam q̃ſtionem.
Deinde glo. in verbo ſed non videtur, opponit,
& ꝓ ſolutione ponit duplicẽ opin. & rñſionem
Io. & aliorum. Contra ſecundã allegat canones,
& rñdit dupliciter. In fi. glo. dic, Ex hac glo. col
5 igũtur duæ lecturæ. Prima eſt, † ꝙ quilibet qui
põt obuiare ne clericus percutiatur, & non ob-
6 uiat, incurrit excõicationẽ. † Secunda lect. po-
nitur per alios, quos ſequitur glo. noſtra, vt intel
ligatur in hñte iuriſdictionẽ, ſeu ptãtem in ver-
berãte, quia iſte poteſt, & debet obuiare; Secus
in alio, vt puta ſocio non habente hanc ptãtem.
7 Extra glo. Inno. hic, † ponit vnam tertiã lecturã,
quam etiam ſequuntur Doct. vt litera intelligat
gñaliter, etiã in habẽte ptãtem, ſeu iuriſdictio-
nem, dummodo dolosè patiatur; ſecus ſi nõ do
losè, ſed ex negligentia. Vel quia non vult ſe im
miſcere rumoribus aliorum, & tunc non incidit
in excõicationem; quia ad incurrẽdam excom-
municationem, cano. ſi quis ſuadente. exigitur
dolus, vt patet ex tex. in . d. c. ſi quis ſuadente.
17. q. 4. dixi latius in. c. peruenit. ſ. eod. in nono
princ. artic. in quarto membro princ. in princ.
Et ſic patet, ꝙ vbi ceſſat dolus, nõ habet locum
diſpoſitio tex. noſtri, vt in ſimili in .l. 1. C. de ſic.
& in .l. pen. ff. de adult. & hoc tenet hic. D.m.
Mouetur per tex. ibi, fauere interpretans &c.
quaſi velit tex. illaqueare non ſimpliciter negli-
gentem, vel pro ſuo cõmodo ſe retrahẽtem, ſed
pro tacito ſuo fauore. Et mihi etiam placet, ꝙ
nullus incidit in iſtum, vel illum canonem ſine
dolo, vt dixi in .d. c. peruenit. in nono prin. artic.
in quarto membro. in princ. Et ſecundum prę
dictas opin. debet intelligi glo. magna in fi. in .c.
mulieres. ſ. eod. Et Tancre. Goffre. & Inno. ibi,
& glo. 2. 17. q. 4. c. omnes. & Archid. & Lau. in
.d. c. ſi quis ſuadente diabolo. Sed quærit. D.m.
hic, vtrum eo quòd quis fuit præſens, & potuit
obuiare, & non obuiauit, præſumatur in dolo.
8 Et arguit primo quòd non, quia qui † dolum al-
legat, probare debet, per not. in .l. quoties. §. qui
dolo. ff. de ꝓbat. & in .c. 2. de renun. lib. 6. In cõ
trarium allegat tex. noſtrum, qui videtur inter-
pretari dolum, & fauorem, eo ipſo quòd poteſt
obuiare, & non obuiat. & hanc vltimam partẽ
ſequitur. Mouetur, quia præſumptio eſt con-
tra non obuiantem, & dolus probatur ex con-
iecturis, vt dictis iuribus. Et ideò oportet, ꝙ
talis purget illas coniecturas. Et ſupra dicta no
tantur ex canone ſi quis ſuadente.

SACRO. Hoc capitulum, vt ſer
uarem ordinem articulorum, ple-
nè tibi expediui. ſ. poſt. c. nuper.
& ideò require hoc, poſt illud.

## Capitulum .XLIX. Nouerit.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæretici, & eis quomodocunq; participantes, ſunt excommunicati.*

2 *Perſonarum ſpecies quinque, quæ ipſo iure incurrunt excommunicationem.*
3 *Statuta laicorum, an quando ligent clericos: remiſſiuè.*
4 *Statuta quæ dicuntur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam.*
5 *Excommunicationẽ ipſo facto vt incurramus, quæ ſtatuta contra libertatẽ eccleſiaſticam requirãtur: Et quæ violatio eccleſiaſticæ libertatis.*
6 *Excommunicationem ipſo iurẽ qui incurrant ob violationem eccleſiaſticæ libertatis.*
*Et an hoc indiſtinctè procedat tàm in clericis, quàm in laicis. nu. 7.*
*Et quid de priuilegijs conceſſis à lege diuina. num. 8.*
*Et an vniuerſitas ſit excommunicata, quæ talia ſtatuta facit. nu. 10.*
*Et an mandantes. nu. 11.*
*Et an dictantes, conſulentes, & ſcribẽtes. nu. 12.*
*Et quid ſi dominus, vel decuriones mandarunt aliquibus quod facerẽt ſtatuta, & illi fecerũt aliqua contra libertatem eccleſiaſticam, vtrũ mandatores ſint excommunicati ipſo facto. num. 13.*
*Et quid ſi poſt talia ſtatuta ponatur ſtatutum generale caſſans ea, an euitetur pœna excommunicationis. nu. 14.*
9 *Statuens an ligetur proprio ſtatuto.*
15 *Amouere plus eſt, quàm abolere, caßare, & cancellare.*
16 *Qualiter, & quibus ex cauſis facientes talia ſtatuta, excuſentur.*
17 *Statuta talia an valeant.*

1 NOVERIT. Excommunicat † hæreticos, & quoſdam violatores eccleſiaſticę libertatis, h. d. Secunda principalis ibi, nec non, & qui decætero. Primo not. ex prima parte, quòd omnes hæretici, tàm maſculi, quàm fœminæ, & eorum defenſores, receptores & fautores ipſo iure ſunt excommunicati. Vide in. c. contingit. 1. ſ. in decimotertio principali articulo,
2 ver. decimoquarto. Secũdo not. † quinq; ſpecies perſonarum, quæ ipſo iure incurrunt excommunicationem. Prima, quicunq; ſeruari fecerint ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatẽ. Secunda, ſtatutarij, & ſuperiores ſtatutorum contra eccleſiaſticam libertatem. Tertia, Poteſtas, conſules, & conſiliarij locorum, vbi hæc ſtatuta fuerint edita, aut ſeruata. Quarta, quicunq; iudicans ſuper talia ſtatuta, & conſuetudines. Quinta, qui talia ſtatuta. j. duos menſes poſt publicationem iſtius decretalis, non fecerint remoueri. Cæterum, vt præſens materia plenè habeatur, ad clariorem intellectum tex. & glo. proſequor principaliter quinq; membra. Primum erit, quæ ſtatuta dicantur eſſe contra eccleſiaſticam libertatem. Secundum, propter quæ ſtatuta, & propter quã violationẽ eccleſiaſticæ libertatis, quis incurrat excõicationẽ. Tertium, qui ſint illi, qui propter cauſam prædictam excõicationem incurrant. Quartum, qualiter, & quibus cauſis excuſent. Quintum, vtrum talia ſtatuta valeant. Et eſt aduertendum, quòd ego non intendo hic tractare, aut examinare; vtrum, & quãdo ſtatuta lai-
3 corum ligent clericos, † ſeu eccleſiaſticas perſonas, & quomodo; quia non eſt materia noſtra. Sed videas de hoc latè, per Pe. de Ancha. in repe. c. 1. de conſti. in. 11. q. principali, per Bart. & Bal. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. latè per. D. m. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſ. de conſtitu. Et latè in repe. Ioan. Calda. quę incipit Statutum. Cyn. in. l. ſecunda. C. quæ ſit longa conſue. cum ſimil. Quò ad primũ mem-
4 brum, quæ ſtatuta † dicantur eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, vno modo cõtra eccleſiaſticam libertatem generalem, per quam electi, & eccleſiaſticæ res ſunt priuilegiatæ, vel à Papa, vel ab Imperatore. Debes enim ſcire, quòd perſonis, & rebus eccleſiaſticis, varia reperiuntur conceſſa priuilegia generalia, tàm à Deo, quàm ab hominibus. Inno. Hoſti. & Abba. & D. Anto. & Doc. hic. A Deo plurima ſunt priuilegia eccleſiæ conceſſa. Primum, illud nolite tangere Chriſtos meos. Secundũ, illud quodcunq; ligaueris ſuper terrã &c. 25. q. 1. quodcunq;. Quod, quantum ad perſonam Papæ, extenditur ad interpretationem omnium dubiorum. ſ. qui fil. ſint legiti. c. per venerabilẽ. §. rationibus. Tertium priuilegium, eſt id, de quo habetur in. 16. q. 1. reuertimini. Quod tamẽ qualiter intelligatur, not. ſ. de deci. in. c. à nobis. & in. c. tua. 1. Quartum, à Deo cõceſſum eſt illud, quòd ſola eccleſia res eccleſiaſticas miniſtrare debet, 16. diſt. c. ſi imperator. & ſ. de re. eccle. non alie. in. c. cum laicis. Et quòd de ſpiritualibus, ſola ius ſtatuere, & iudicare põt. 96. diſt. c. cum ad verum. & c. deniq;. Et hæc ſufficiant exempli gratia; Nam & alia plurima priuilegia, conceſſa à Deo ſunt clericis, quæ continentur in veteri teſtamẽto, & nouo. A Papa enim multa priuilegia reperiuntur conceſſa quorum vnum eſt illud, quòd qui in perſonam eccleſiaſticam manus iniecerit violentas ſit excommunicatus. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Et ꝙ in legatis ad pias cauſas ſufficiunt duo teſtes, vt in. c. relatũ. ſ. de teſta. ſm Inno. de quo tñ dic, vt vbi traditur. Alia etiam plurima priuilegia à ſummo Pontifice Ieſu Chriſti, ſparſim in iure canonico reperiuntur conceſſa, quæ ſatis latè reperiri poſſunt. Ab Imperatore etiam multa priuilegia reperiuntur conceſſa, vt. C. de ſacroſan. eccle. per totum, & de epiſc. & cleri. per totũ. & C. de ijs qui ad eccle confu. in. l. 1. & 2. & in authen. vt eccl. Ro. c. anno. gau. præſcri. colla. 2. & in auth. vt differ. iudi. & in auth. de eccle. titu. & in auth. de non alie. & in authen. cleri. apud proprios epi. Item & alia plurima reperiuntur ecceſſa ab Imperatore, & Regibus, ac Principibus ſecularibus. Nã multa varia, & ſpecialia priuilegia reperiuntur conceſſa. Nã & tales prĩcipes ſeculares, in his q̃ ad ipſos ſpectant, poſſunt priuilegia cõcedere, vt patet in eo, quod legitur, & notatur. ſ. de reſti. in inte.





in c. auditis. ſ. de fide inſtr. in c. inter dilectos. ſup. de præſcr. c. auditis. ſ. de deci. c. dudum. Si quis igitur tacitè, & expreſsè, vel per indirectũ, in ſpiritualibus, vel tẽporalibus ſtatuat cõtra talia priuilegia generalia Papæ, dicitur ſtatuere contra eccleſiaſticam libertatem. Et ex prædictis ſequitur, quęcunque ſtatuta per quæ clerici efficiuntur timidiores, & laici audaciores ad nocendũ; vel ẽt per quæ res eccleſiarum efficiuntur deteriores, & laicorũ meliores in præiudicium eccleſiarum, talia ſtatuta dicuntur cõtra libertatẽ eccleſiaſticam, vt ſentit Bar. in auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccle. & ẽt Bal. & Doct. ibi. Et ex prædictis infertur, ꝙ ſtatutũ, per quod interficiens clericum punitur pœna leui, puta, decem florenis, & interficiens laicum punitur grauiori; vel per quod clericus nõ poſsit declinare forum poteſtatis iudicis ſecularis, vel ꝙ cõſanguinei clerici declinantes forum iudicis ſecularis certa pœna puniantur, dicitur cõtra eccleſiaſticam libertatẽ, vt traditur in d. auth. caſſa, & hic, & in c. grauẽ. j. eo. Facit quod no. in l. 1. §. quæ onerandę. ff. quarum rer. act. nõ datur. Si quis verò ſtatuit contra priuilegia ſpecialiter conceſſa aliquibus eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis, non dr̃ propriè contra libertatẽ perſonæ eccleſiaſticæ ſtatuere; ſed contra illius eccleſiæ libertatẽ. Circa ſecundum principale mẽbrum, videlicet, propter quæ ſtatuta cõtra eccleſiaſticã libertatẽ, & propter quam violatio-
5 nẽ eccleſiaſticæ libertatis, quis incurrat † excõicationẽ ipſo facto? Breuiter dic, ſecundũ Inno. Io. And. Abb. & Doc. hic, ꝙ propter illa ſtatuta duntaxat, quæ ſunt directè, tacitè, vel expreſsè, in ſpiritualibus, vel tẽporalibus contra vniuerſalem, vel generalem libertatẽ, vel priuilegia ipſius eccleſię vniuerſalis cõceſſa vel à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore eccleſię, locus eſt diſpoſitioni tex. noſtri, vt quis propter illã incidat in excõicationem ipſo facto, vt hic, & in c. grauem. j. eo. Ex prædictis infertur, ꝙ ſtatuentes, & ſeruantes ẽt ſtatuta, per quæ clerici, vel eccleſię, aut res eccleſiarũ efficiuntur deterioris cõditionis, ſunt excõicati ipſo facto; quia contra libertatẽ eccleſiaſticam, vt ſupra dixi. Et ex prędictis habes ẽt, ꝙ meritò illi, qui eccleſiaſticas perſonas, per ſtatuta, vel cõſuetudines ipſorũ, compellunt ſoluere pedagia, guidagia, & cætera ſimilia, de quibus in c. de cenſi. li. 6. ſunt excõicati ipſo facto. Et ſimiles caſus habentur ẽt olim, in c. aduerſus. ſ. de immun. eccle. Et ſimiliter illi qui excedunt formã c. 3. de immu. eccl. lib. 6. ipſo facto excõicantur. Et ſimiliter illi, qui impediunt ſuper cauſis eccleſiaſticis, quæ de iure, vel cõſuetudine ad forũ eccleſiaſticũ pertinẽt, literas à ſede Apoſtolica impetrari, vel ſuper ipſis corã ordinarijs, vel delegatis eccleſiaſticis agitari, de quibus in c. pen. de immu. eccl. lib. 6. Et ſimiliter illi, qui per ſtatuta, vel cõſuetudines, vel ſimiles modos ſubditis ſuis interdicunt, ne prælatis, aut perſonis eccleſiaſticis aliquid vendant, aut ab eis emant, vel molant, coquant, vel alia ſimilia officia præſtẽt, vt in c. ſi. de immu. eccl. lib. 6. de quib. caſibus dixi in c. contingit. ſ. eo. in 18. prin. art. ver. decimus, cũ ſeq. & ver. quadrageſimus, & quatuor alijs ſequentib. Et hæc procedunt in ſtatutis, vel conſuetudinibus, quæ eſſent contra libertatem, vel priuilegium aliquibus perſonis eccleſiaſticis conceſſum, quibus non incidit quis in excõicationem ipſo facto, ſecundum Inno. Ioan. And. & Abb. Et quorum ẽt opi. ſentit glo. & Archid. in c. 1. de iur. cal. lib. 6. & Guil. de monte Lau. in cle. vnica, de reſt. in integ. Et ex prædictis infertur, ꝙ violans immunitatẽ alicuius eccleſiæ; vt puta, quia extrahit aliquẽ de eccleſia, vel trahit de clauſtro, vel quid ſimile facit, non eſt excõicatus ipſo facto; ſed excõicandus, & hoc tenet gl. 1. in c. cũ pro cauſa. ſ. eo. Sed Hoſt. ibi tenet contrariũ. Mouetur, quia ſi aliquis eſt excõicatus, quia vim inferat eccleſiæ, vel rebus ipſius; fortius debet eſſe excõicatus, ſi vis inferatur perſonæ in eccleſia; cũ corpora ſint precioſiora omnibus rebus. 12. q. 1. præcipimus. Facit l. in ſeruorũ. ff. de pœnis. Sed Io. Andr. & Inno. ſequuntur primam opinionem, nec eſt verum, ſecundum Io. And. dictum Hoſt. quia ex ſola ſpoliatione rerũ eccleſiaſticarũ, quis non incurrit excõicationem ipſo facto, quando ſine fractione, vel incendio ipſius eccleſiæ hoc contingit. Et hæc placet D. m. per tex. in c. ſi. de confir. vti. vel inuti. vbi rapiens etiam ſacra vaſa non eſt excõicatus. Et ideo D. m. tenet prædictam opin. ꝙ ex violatione ſola immunitatis eccleſiæ, non incurrat quis excõicationem ipſo facto, per tex. in d. c. cum pro cauſa. vbi Papa mandat inquiri, vtrum fuerit excõicatus ob duplicem cauſam. Nunc autem ſimpliciter mãdat, vtrum percuſſerit ſimpliciter in clauſtro. Nam vt dicit Innoc. ibi, ille Archidiaconus excommunicauit illum pro violatione clauſtri; ſecus ſi violaretur incendio, &c. Ad quod vide cap. tua nos. & c. conqueſti. ſup. eo. & quod ibi dixi. Et vide quod dicit D. m. in cap. conque-
6 ſtus. in ſi. ſup. de fo. comp. Circa tertium † mẽbrum, qui ſunt illi, qui propter ſtatuta, vel cõſuetudines contra libertatem eccleſiaſticam incurrant excõicationẽ ipſo facto. habes hic in primis, ꝙ omnes talia ſtatuta faciẽtes, per quæ dixi, pœnã excõicationis incurri ipſo fa-
7 cto. Sed circa hoc dubitatur, vtrũ † hoc procedat, ſiue tales ſtatuentes ſint laici, ſiue ſint clerici. Sol. hanc q. nõ memini tactã per Doc. Sed tñ in ea videtur prius dicendũ, ꝙ ſolũ laici incurrant hanc pęnã, per tex. in c. 3. pen. & ſin. de immu. eccl. lib. 6. qui tex. ſolum loquũtur de laicis. Primo, laici ſic ſtatuentes videntur longè plus delinquere, quàm clerici, tũ quia attentãt ea, quę ad ipſorũ iuriſdictionẽ nõ pertinent, mittẽtes falcem in alienã meſſem; tũ quia agunt contra libertatẽ eccleſiaſticam. In contrariũ facit tex. nr̃, qui loquitur ſimpliciter, & indiſtinctè, nullam faciens mentionẽ de laicis, vel clericis. Quæſtio præ-

dicta videtur mihi ſatis dubia; In ea tamẽ ſic
dicerem, ꝙ prædicta procedunt in laicis qua
cunque præfulgeant dignitate; In clericis aũt
arbitror diſtinguendum, ꝙ aut loquimur in
Papa, & in his priuilegijs, quæ ſunt cõceſſa à
ſummo Pontifice, vel ẽt eſſent cõceſſa ab Im
peratore, non eſt dubium, ꝙ cum Papa ſit ſu
pra talia iura, ꝙ contrafaciens in nullam excõ
municationem incurrat. Sed vnum remanet,
8 quid de priuilegijs † conceſsis à lege diuina.
Et in his quæ licet Papa non poſsit tollere, po
teſt tamen moderare; vt in decimis. Et hoc
caſu idem, ſi moderatio aliquid diſponeret,
quia vteretur iure ſuo. Sed ſi per ſtatuta ſua
in totum tollit, vel in partem, vbi non poſſet
etiam in partem tollere, vtrũ incidat in hunc
canonem? Aduerte, ꝙ quis ſtatuendo cõtra
libertatem eccleſiaſticam incidit in excõica-
tionem, ſtatutum eſt poſitum à ſede Apoſto
lica, non diminutiuum. Et ideò deciſio quæ-
ſtionis depẽdet ab alia quæſtione, videlicet,
9 vtrum ſtatuens † ligetur proprio ſtatuto, quã
tenuit Archid. in c. 2. de conſt. lib. 6. Attenta
ri poſſet, ꝙ Papa propter talia ſtatuta eſſet ex
cõicatus; ſed tenent contrariam opinionem,
Cõm. op. quæ videtur eſſe * cõis; per ea quæ dixi in c. à
nobis. 1. ſ. eo. in 4. membro princ. Et tunc di-
cendum eſſet contrarium, & hoc plus placet.
Fouet quod dixi. ſ. e. ti. c. peruenit. in 9. prin.
art. in principio; Sed de alijs prælatis inferio-
ribus arbitrarer, ꝙ propter talia ſtatuta ab eis
edita tales eſſent excommunicati; quia tex.
noſter loquitur indiſtinctè; Et licet laici plus
excedant, in quantum ponunt falcem in alie-
nam meſſem, tamen clerici plus excedunt in
quantum agunt contra propriã charitatem.
Et ideò cum charitas ſit excellentiſsima virtu
tum, vt habetur prima ad Cor. c. 13. horum
maior eſt charitas; meritò peccatum, quod
opponitur huic, videtur grauius; quia quod
optimo opponitur, peſsimum eſt, ſecundum
Philoſ. 8. Ethic. Et hoc arbitror verum, niſi eſ
ſet tale priuilegium, ſuper quo talibus præla-
tis reperitur conceſſa poteſtas diſpenſandi, &
ipſi tali poteſtate in ſuis ſtatutis vtũtur. Item
10 dubitari poteſt circa prædicta, vtrum † vni-
uerſitas, quæ talia ſtatuta facit, ſit excommu-
nicata? & videtur dicendum quòd non, per
tex. in c. grauem. j. eo. vbi in conſiliarios, qui
talia ſtatuta fecerunt, mandatur promulgari
ſententia excõmunicationis, ergo non viden
tur eſſe excommunicati. Sed aduerte, quia,
vt ibi dicit gl. pen. in fi. dum tex. ibi dicit, pro
mulgare procures; exponitur, ideſt promul-
gatam eſſe oſtendes, vt iterum excommuni-
centur à iudice. Vel ſecundum aliam opin.
11 glo. ille tex. non intelligitur † de conſiliarijs,
qui talia ſtatuta fecerunt; ſed de his, qui ſim
pliciter mãdauerunt ſtatuta fieri, in quo mã-
dato generali non venit ſtatutum iniquum,
vt in c. 1. de iureiur. lib. 6. Vnde, licet tales mã
datarij fecerunt aliud ſtatutum contra liber-
tatem eccleſiaſticam; tamen mandatores ex
ſolo mandato non ſunt excõicati, de quo ta-
men intellectu latè ibi dicam, & ſic ſecun-
dum prædictos intellectus, text. ille videtur
probare, ꝙ vniuerſitas quæ faceret ſtatutum
eſſet excõicata. Sed aduerte, quia cõtra hoc
videtur eſſe tex. in c. Romana. §. in vniuerſita
tem. eo. tit. lib. 6. de quo dic, vt latè dixi in c.
mulieres. ſ. eo. in 7. prin. art. in 2. queſt. princ.
Et ex ibi no. arbitror dicendum, ꝙ vniuerſi-
tas nõ ſit excommunicata, ſed ſit interdicta.
Ad quod ẽt allego tex. in c. clericis, de immu
nita. eccl. lib. 6. vbi per illum tex. ipſo facto ex
communicantur ſingulares perſonæ, attẽtan
tes ea, quæ ibi diſponuntur cõtra libertatem
eccleſiaſticam; vniuerſitates verò interdicũ
12 tur. Secundo loco dicit hic, dictantes † talia
ſtatuta, conſulentes, & ſcribentes talia ſtatu-
ta fore excõicatos; Quod arbitror intelligen
dum de his qui dederunt conſilium, vt talia
ſtatuta fierẽt, aut vt talia ſtatuta ſeruarentur,
ſcribunt ſciẽter, intelligentesq; id quod ſcri-
bunt eſſe contra eccleſiaſticam libertatem.
Item excõicantur hic omnes ſeruantes talia
ſtatuta, & tales conſuetudines. Item ẽt excõi-
cantur hic, qui talia ſtatuta, & conſuetudines
ſeruari fecerint, & qui ſecundum ea ſtatuta,
ſeu conſuetudines præſumpſerint iudicare,
aut in publicam formã iudicata redigere, &
ſic reſpectu iſtius vltimi. Secus ſi quis in pri-
uatã ſcripturam redigeret, ſecundũ Io. And.
Inſuper etiam, tempore edicti iſtius decreta-
lis excõicantur omnes, qui poſt hanc conſti-
tutionem editam talia ſtatuta, & conſuetudi-
nes ſeruari fecerint, & omnes, qui eadem ſta-
tuta de capitularibus ſuis infra duos menſes
poſt publicationem iſtius decretalis nõ feciſ-
ſent amoueri. Et ſic patet ex prædictis, quòd
ante hanc decretalem, tales non erant excõ-
municati, licet ſeruari facerent talia ſtatuta,
vel cõſuetudines, & hoc probatur per vnum
verbum, poſitum in tex. ſ. decætero, de cuius
natura eſt, prouidere futuris, & excutere præ
terita, vt no. glo. in ver. decętero in procemio
ſexti. Et vide concordantias, quas allegaui in
c. cum Chriſtus. ſ. de hæret. Et quamuis olim
iſtud eſſet prohibitum ſub grauiſsimis pęnis,
maximè laicis, vt in auth. caſſa. C. de ſacroſan.
eccle. & latè in corpore vnde ſumitur, & ſta-
tim ſubijciam: tamẽ iſta pœna excõicationis,
non erat adiecta ipſo facto, & ideò reſpicit
duntaxat futura, vt no. glo. in cle. 2. de hæret.
Facit etiam, ꝙ no. gl. in cle. 1. de reb. eccl. non
alie. in ver. decætero, & in clem. 1. de vſur. Et
per Io. And. in c. 2. de conſue. lib. 6. notaui in
c. quoniã. ſ. de ſimo. Et hoc facit ad id quod
no. in c. non minus. ſ. de immu. eccle. iũcta
gl. fin. Et ſic etiam ex prædictis, ſecundo in-
fertur, quòd quantum ad hoc, ꝙ tex. iſte di-
cit de duobus menſibus, hæc conſtitutio ho
die nihil videtur operari, cum à tempore
iſtius decretalis, vſque ad hodiernam diem
tot tempora fluxerunt. Et ſic patet ex tex. &
ex glo. in ver. duos menſes, quod hodie non
ſpectatur lapſus duorum menſium. Et quã-
uis quidam dicerent, quòd iſti duo menſes
currebant



currebant à tempore publicationis ſpecialiter
factæ in qualibet prouincia. Quinimo dicunt,
ꝙ frequenter eſſet publicãda, ne poſſet allegari
ignorantia. ſ. de iudæ. c. ita quorundam. & c. ad
liberãdam. Ignorans enim hoc ſtatutũ, non in-
curreret excommunicationem, quia ignorans
non eſt contumax, & perſeuerans, & ideò talis
nõ incideret in excõicationem. 11. q. 3. c. nemo
Epſcoporũ. Et hoc dicit Hoſti. æquũ eſſe. Sed
dictũ glo. placet Io. And. & D. m. quia conſti-
tutionẽ Papæ, non eſt neceſſarium publicare in
qualibet prouincia, ſed ſatis eſt, ꝙ publicet in
curia Romana, vt patet in data Sexti, & ibi per
Io. And. in nouella. Et hoc maximè procedit in
terminis noſtris, in corpore iuris, & per conſe-
quens nemo præſumitur illam ignorare. Sed
quæritur, quid ſi aliquis dominus, vel cõſiliarij,
vel decuriones, vel populus mandauit aliqui-
13 bus, ꝙ † deberent facere ſtatuta, & mandatarij
fecerunt, & aliqua fecerunt contra libertatem
eccleſiaſticam; vtrum mandatores ſint excom-
municati ipſo facto; Vel quãdo dicãtur excõ
municati. Sol. dic, quòd tales non ſunt excõ-
municati, vt ſupra dixi; Sed tales, & ſimiles qui
habent poteſtatem talia ſtatuta delendi, & illa
non fecerint, nec conſuluerunt vt fierent, nec
dictauerunt, nec ſeruauerunt, aut ſeruari fece-
runt, ſed ſolum reprehenduntur, ꝙ nõ fecerint
illa deleri. Et hoc caſu, ſi tales ſunt ignorantes
non incidunt in excõicationẽ; quia ignorãs non
dicit cõtemnere, vt in. l. ſi quis in graui. §. ſi quis
ignorãs. ff. ad ſilla. Sed ex quo certificati ſunt,
& negligunt talia ſtatuta delere, cõſtitutio ligat
ipſos; Debet tñ dari eis aliquod tempus ad de-
lendum, quia non tenentur ſtatim poſt ſenten-
tiam currere, arg. l. ratum. & l. quod dicimus.
ff. de ſolut. Hoc enim quàm citò ſciunt, debẽt
delere, aut deleri facere; ꝙ ad ſanum intellectũ,
& arbitrium boni viri referendum eſt. Quid
enim ſi hoc primo ſciuit de nocte, vel in feſto
tam ſolemni, vel erat tunc infirmus, ita quòd
non potuit tunc cum ſciuit delere, aut deleri fa
cere; boni igitur iudicis arbitrio relinquendum
eſt. Facit. ſ. de dona. c. Apoſtolicæ, ſm Inno. Io.
Cõm. op. And. & Doc. cõiter * hic. Nec obſt. tex. in. c.
grauem. j. eod. vbi tex. videtur requirere ad-
monitionem, ad hoc, vt quis iſto caſu incur-
rat excommunicationem, quia debet intelligi,
quò ad ſententiam excõicationis ferendam per
iudicem, vt ibi dicam. Sed circa pdicta quæri-
14 tur de notabili quæſtione. Pone † ſtatuẽtes in fi-
ne ſtatutorũ faciunt vnum ſtatutũ generale, ꝙ
ſi in ſtatutis per eos editis eſſent aliqua, quę di-
rectè, vel indirectè, tacitè, vel expreſſè, in to-
tum, vel in partem eſſent contra libertatem ec-
cleſiaſticam, quòd ex nunc ſtatuta talia caſſant,
irritant, & annullant, & pro caſſis irritis, & an-
nullatis illa volunt haberi; Vtrum vigore iſtius
ſtatuti, ſtatuentes euitent pœnam excõmunica
tionis; ſi in ſtatutis per eos editis, ẽrat aliquod
ſtatutum contra eccleſiaſticam libertatem.
Sol. Bar. in authen. caſſa. C. de ſacroſan. eccle.
format ſimilem quæſtionem, vtrum per tale ſta
tutũ, quis euitet pœnã, de qua in dicta authen.
caſſa; & ſoluit ipſe ꝙ non; quia dicta authen.
iubet de facto aboleri, & cancellari de volu-
mine ſtatutorũ, & non ſolum verbo. Sed ſi ſta
tutum, quod eſt contra eccleſiaſticam liberta-
tem poteſt legi, penitus non eſt abolitum, li-
cet verbo ſit annullatum, ergo &c. Et ſic de fa-
cili poſſet contingere, poſtquam non eſt aboli-
tum, quòd de facto ſeruaretur. Et idem tenet
ibi Bal. per . l. huiuſmodi . §. ſi ita . ff. de lega. 1.
Et tenet Pe. de Ancha. in repeti. c. 1. ſ. de cõſti.
in vndecima quæſt. principali propè finem. Et
ita communiter * tenent Legiſtæ. Et ſic à ſimi- Cõm. opi.
li, idem videtur dicendum in terminis noſtris,
eo quòd tex. noſter requirit, quòd tales faciãt
talia ſtatuta amoueri, quod verbum plus impor
15 tat, quàm verbum abolitio. † Nam licet abole-
re, ſit idem, quòd caſſare, vel cancellare, vt not.
Ioan. mo. in extrauagan. Benedicti vndecimi
quæ incipit, dudum. in glo. fin. & glo. in verbo
aboletur in . l. libellorum . §. quod ſi libelli . ff.
de accuſa. Tamen abolitio accuſatoris dicitur
etiam, non ſolum per naturalem caſſationem,
ſed etiam quando iudex pronuntiat in accuſa-
tione non eſſe procedendum. Ad quod vide,
quod dixi in. c. 1. ſ. de collu. detegẽ. quaſi in fi.
Et ſic hoc videtur facere, ꝙ tale ſtatutũ videa-
tur excuſare, maximè cum ſimus in pœnalibus
Quòd ego arbitror verum, quando ſtatutum,
vel illi ad quos pertinebat delere, ſeu amoue-
re adhibuerint omnem diligentiam. Sed ta-
men erat vnum ſtatutum, quod in rei verita-
te non poterat comprehendi niſi à ſubtiliſſi-
mus Doctoribus, & ex euentu certi caſus, ꝙ
eſſet contra eccleſiaſticam libertatem. Nam
hoc caſu, ſatis neceſſe eſt, quòd ſtatutarij tunc
excuſentur vigore prædicti vltimi ſtatuti; cum
ignorantia ſit iuſta, ſecus quãdo ignorantia eſ-
ſet craſſa. Circa quartum membrum principa
16 le quæritur, † qualiter, & quibus caſibus pdicti
excuſentur propter iuſtam ignorantiam; dic, vt
ſupra dictum fuit. Circa quintum membrum,
17 vtrum † talia ſtatuta valeant, breuiter dic,
quòd non; ſed ſunt ipſo iure nulla, vt dicta
authen. caſſa. Et hoc non ſolum fuit indu-
ctum per illam authen. ſed etiam olim, ante il-
lam authen. ita erat diſpoſitum, per legem pri-
uilegia. C. de ſacroſan. eccle. Sed illa authen.
addit pœnam, & plenius etiam prouidet in cor
pore. Vnde ſumitur dicta authen. Et ita dicit
Bal. in dicta authen. caſſa. Glo. 1. eſt clara. Glo.
2. in principio opponit, & pro ſolutione re-
mittit. In fi. glo. dic, vt ibi per eam. Glo. 3. eſt
expoſitiua. Glo. ſuper verbo infra duos men-
ſes, allegat. deinde fortificat textum. Aliæ
autem glo. ſunt ſatis claræ. Et ſunt clarius ex-
peditæ ſuperius.

## Capitulum .L. Canonica.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum de regularibus excommunicatis pro in-*

*iectione manuum per ſuos prælatos abſoluendis, extenditur ad Hieroſolymitanos.*
2 *Monachorum appellatione canonici regulares non comprehenduntur.*
3 *Ius priuilegiatum non debet extendi per ſimilitudinem rationis, niſi extenſio fiat per habentē poteſtatem.*

CANONICA. Statutum de regularibus excommunicatis, pro inie-
1 ctione manuum per ſuos † Prælatos abſoluendis, ad Hieroſolimitanos extenditur; vt ipſorum Prior eos abſoluat, niſi exceſſus fuerit difficilis, & notorius. Primo ponit antiquum canonem, quem ſecundo prorogat, ibi, nos ergo. Et hanc decretalem declara, vt latè dixi in .c. officij. ſupra eod. in vigeſimotertio principali articulo, in tertia quæſtione principali, in ſecundo membro principali, vbi tractaui de omnibus religioſis abſoluendis, ſed maximè vide in verſ. quinta declaratio eſt, cum quatuor ſequentibus quæſtionibus, vbi tractaui de iſtis Hieroſolimitanis, an poſſint abſolui à quolibet Priore, vel Præceptore, an exigatur, quòd talis Prior, ſit presbyter. Et an talis Prior poſſit indifferenter abſoluere omnes fratres. Et an poſſit abſoluere tales hoſpitalarios, vbiq; ſe percutientes, vide quæ tanguntur hic per Docto. Primo not. ibi, monachi, & canonici, quòd appellatione mo-
2 nachorum, nō includunt̄ † canonici regulares. Secundo not. caſum in quo inferior pōt abſoluere excommunicatum pro violenta manuum iniectione, dixi in dicto ſecundo membro.
Tertio not. in corrigēdis exceſſibus monachorum ſupplet indiſtinctè Abbas; vnde ad Epiſcopum nō immediatè, ſed in defectum Abbatis, pertinet abſolutio monachorum; de quo, dic, vt dixi latè in.d.c.officij. in vigeſimotertio articulo principali, tertia quæſtione principali, ſecūdo mēbro principali, ver. ſeptima declaratio. Vltimo not. quòd ius priuilegiatum, non de-
3 bet extendi † per ſimilitudinem rationis, niſi extenſio fiat per habentē poteſtatē. Facit reg. in argumentum. de reg. iur. lib. 6. cum ſua materia, & .l. quòd verò contra. ff. de legibus. cum ſimil. Licet ſecus ſit, iure communi, vt in .l. illud. ff. ad.l. aquil. cum ſimil. Glo. ſuper ver. duximus in principio. declarat tex. & declarationem probat per quatuor ſimilia, dic, vt in ea. In glo. ſuper verbo maioris in fin. declara hanc glo. vt dixi in .c. officij.§. eod. in vigeſimo tertio principali articulo, in tertia quæſtione principali, in primo membro principali, in ver. vigeſimoquarto fallit, quaſi in ſeptima, vel octaua col. Glo. penul. quærit, quare hic exigatur, quòd iſte Prior ſit presbyter, & ſoluit. In fin. glo. dic, de hoc, vt latè dixi in.d.c. officij. in vigeſimotertio principali articulo, in ſecundo membro principali, in ſeptima quæſtione principali. Glo. fin. primo, colligit argumentum ad contrarium. Deinde extendit, & fortificat argumentum. In fin. glo. dic, vt dixi in dicto vigeſimotertio articulo, in tertia quæſt. in ſecundo membro, ver. ſecunda declaratio eſt.

## Capitulum .LI. Super Eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus, vel ſuſpenſus abſolui non debet, niſi prius iuramento præſtito; ſi tamen ſine ſcandalo iuramentum haberi non poteſt, poteſt fieri abſolutio per manualem promiſſionem.*
2 *Rigori iuris quandoq; detrahitur, locorum, & temporum conſideratis qualitatibus.*
3 *Abſolutionem an debeat quis petere, ad hoc vt poſſit abſolui.*
*Et an petens eam debeat eſſe pœnitens. nu. 4.*
*Et an inuitus poſſit abſolui. nu. 5.*
*Et an mortuus. nu. 6.*
*Et an per procuratorem. nu. 7. Et primo, quando, eſt iniuſta excommunicatio, nu. 8. Secundo quando iuſta, nu. 9.*
10 *Abſolutionem ad cautelam quis petere poſſit.*
11 *Abſolutionem petens, an videatur fateri ſe excommunicatum.*
12 *Reuocare, relaxare, & abſoluere ab excommunicatione, an inter ſe differant.*
13 *Abſolutionem petenti, an obſtet exceptio præſcriptionis.*

SVPER EO. Excommunicatus,
1 vel † ſuſpenſus abſolui non debet, niſi prius iuramento præſtito, ſi tamen ſine ſcandalo iuramentum haberi poteſt, poterit fieri abſolutio per manualem promiſſionem; Hæc cōmunis diuiſio, ſecunda, ibi, hoc tibi. Primo, not. argumentū pro, & contra, quòd iuramentum eſt de ſubſtantia abſolutionis ab excommunicatione. Nam pro vt hic requiritur, regulariter probat quòd ſit de ſubſtantia. Sed prout abſoluitur quis, quandoq; abſq; iuramento probatur, ꝙ non ſit de ſubſtātia, de quo dic, vt dicam latius in fin. tituli, in materia ſuſpenſionis. Vltimo
2 not. † quòd iuris rigori, ſeu ſeueritati, quandoq; detrahitur propter locorum, & temporū qualitatem. Et adde alias quinq; cauſas cum dictis duabus cauſis, quas plenè proſequere, vt latè dixi in .c. licet. ſupra de pœnis. Glo. 1. ibi, format queſtionem, & ſoluit; In fin. glo. dic, vt dicam in hac materia in.c.ſeq. in vigeſimoquinto principali articulo. Glo. 2. arguit, quòd iuramentum non ſit de ſubſtantia, & remittit. In glo. fin. dic, vt dicam in ſequenti .c. in vigeſimoquinto principali articulo. Sed quæro pro declaratione literæ, quia tex. dicit hac vice, vtrum hoc capitulum ponat ius cōmune. Sol. Hoſti. dicit, quòd ponit ius commune ſumendo contrarium ſenſum, quaſi ſentiat, quòd à contrario ſenſu iſtius decretalis, non debet fieri abſolutio ſine iuramento; ſed quo ad caſum ſolutionis hac vice continet gratiā. Dicit Do. Anto. quòd de iure communi, quò ad abſolutionem concedendam, non ſufficit manualis promiſſio. Fallit in caſu iſto, vbi gratia fuit per Papam facta. Vel eſt dicendum, ſecundum Do. Anto. quòd vbi ſcandalum imminet, vel aliter quis non poſſit induci ad pœnitentiam, niſi per manualem obedientiam, ꝙ tunc habet locum diſpoſitio huius capituli, & ſic in hoc cōtinet ius cōmune. Et hoc ideò, quia ſi cōtineret gratiam, fruſtra occuparet mēbranas, & bene; quia de nihilo ſeruiret, contra ea quæ traduntur ſupra in procemio. Et hoc ſequitur hic .D.m. & placet mihi, quia tex. loquitur per verbum reſpondendum, quod verbum denotat ius commune, vt not. ibi in verbo reſpondemus, in.c.fina. de verbo. ſignifi. lib. 6. Facit etiam quod not. in.c.penult. ſupra de tempo. ordi. vbi dicitur, quòd cum Papa reſpondet ad conſultationem, reſponſio continet ius commune. Item facit pro hoc intellectu ſecundum .D.m. verbum poteris, poſitum in tex. quod de ſui natura etiam videtur hoc importare. Nam illud dicimus poſſe, quod de iure poſſumus. 22. quæſtio. 2. in.c. faciat homo, & in.l. nepos proculo. ff. de verbo. ſignifica.
Quod enim fieri poteſt per remedium extraordinarium, non dicitur propriè fieri poſſe, vt not. Innocen. in.c. paſtoralis. de cau. poſſeſſ. & proprie. Facit quod not. in.l. apud iulianū. in fi. ff. de lega. 1. Poſtremo, iuxta præmiſſum ordinem in rubrica, ſupereſt vt examinemus vigeſimumquartum principalem articulum, vtrum quis poſſit, & debeat abſolui ab excommunicatione. Circa quem articulum proſequar infraſcriptas quæſtiones. Prima erit, vtrum quis debeat illam poſtulare, ad hoc, vt poſſit abſolui. Secunda, an debeat eſſe pœnitens. Tertia, vtrum inuitus poſſit abſolui. Quarta, vtrum mortuus poſſit abſolui. Quinta, vtrum quis poſſit abſolutionem petere per procuratorem. Sexta, vtrum quis petat abſolutionem ad cautelam. Septima, vtrum petens abſolutionem ab excommunicatione, videatur fateri ſe excommunicatum eſſe. Octaua, de differentia inter reuocationem, & abſolutionem, & relaxationem excommunicationis. Quo ad primam quæſtionem, an quis
3 debeat † abſolutionem poſtulare, ad hoc, vt poſſit abſolui, tex. videtur ſentire quòd ſic, in .c. fina. infra eod. in verbo poſtulent. Et hoc ibi tenet Ioan. An. quòd excommunicatus aliter non eſt abſoluendus, in.c. ſignificaſti. ſupra de eo qui dux. in mat. quam poll. per adult. vbi tex. videtur hoc probare, dum dicit, ſi petierit, &c. Et ibi hanc opinionem tenuit Tancre. Vincen. Philip. & Goffred. Facit etiam, quia impœnitenti remiſſio non datur. 24. quæſt. 2. c. legatur. & 23. quæſtio. 7. c. quemadmodum. Quidam tenent contrarium, quòd tales compellendi ſint ad petendum abſolutionem, per tex. 22. quæſtio. 1. c. prædicandum. Et quidam, in.c. diaconi. 93. diſtinct. quæ iura videtur contrariari ſupradictis. Sed dicit glo. fina. in fi. in dicto.c. ſignificaſti. quòd hæc non eſt contrarietas, quia vtrunque fieri poteſt, vt ille indirectè compellatur, & ſic indirectè petat abſolui, & ſatisfaciat. Et dicit ibi Hoſtien. quòd etiam ſi expediet, impetrabitur brachium ſeculare, argumē. c. 2. §. per temporalem. ſupra de maledi. Sed tu aduerte, cum excommunicatio ſit medicinalis, vt in.c. 1, eod. titu. lib. 6. & actiuè, & paſſiuè, tàm reſpectu proferentis, quàm reſpectu videntis, & debentis abſoluere. Vnde ſicut medicus debet rectè mederi, & infirmus obedire, non autem contemnere. Et ſic dicitur medicinalis, quando hæc obſeruantur. Et per contrarium diceretur mortalis tàm in excommunicante, quàm in excommunicato, ſe non legitimè, ac non rectè habentibus, vt latè dixi in.c. ſacris. ſupra eod. in decimonono principali articulo. quaſi in principio. in ver. quinta concluſio. Et facit id quod ſtatim dixi ſupra. Et latè tenet beatus Tho. in quarto ſententiarum. diſtinct. 18. articulo fina. quòd prælatus medicus qui videt hanc medicinam excommunicationis etiam iuſtæ non proficere debet illam diſcretè tollere, & poteſt etiam durante contumacia; ex quo videt, illius ſaluti ſic expedire. Facit. 23. quæſt. 5. c. ꝓdeſt, vt etiam in quantum eſt pœna, ſicut fertur in inuitum, ſic auferri poſſit etiam ab inuito, vt. ȷ̃. de regu. iur. c. 1. Hoc tñ non haberet locum in culpa, quia ſicut illa ſola voluntate contrahitur, ſine illa non remittitur. Et per hoc non obſtat qd' dicimus, ꝙ contumacia propter quam fertur excommunicatio, aggrauatur per contemptum, vt in.c. per tuas. ſupra eod. quia licet iſte abſoluatur à pœna contumaciæ, non tamen ſoluitur à culpa, de qua intelligitur dictum. c. legatur. 24. quæſt. 2. Et ſic ex prædictis poteſt colligi iſta concluſio, quòd cum excommunicatio liget non ſolum corpus, ſed etiam animam, vt dictum fuit in dicto.c. ſacris. in decimonono principali articulo, iuxta principium. quo ad corpus poteſt quis abſolui, licet non petat; ſecus quò ad animam. Et hoc eſt verum, dum excommunicatus viuit; ſed poſt mortem abſolui poteſt quò ad vtrunque forum, data qualitate. de qua dicam infra in quarta quæſtione principali. Hæc faciunt ad ea, quæ. ȷ̃. ſubijciam in quinta quæſtione princ. & etiam ad ea, quæ ibi dicta fuerunt ad hanc quæſtionem. Et ex prædictis etiam, infertur ſolutio ſecundæ, & tertiæ queſtionis princ.
Circa ſecundam principalem quæſtionem,
4 qua quæritur, † vtrum petens abſolutionem debeat eſſe pœnitens, ſatis clara offertur ſolutio, ex his quæ dicta ſunt in præcedentibus quæſtionibus, & in quinta. Nam licet ſit impœnitens quò ad pœnam fori contentioſi poteſt abſolui; ſecus autem, quo ad pœnam fori pœnitentialis, quia in tali foro non fit remiſſio niſi pœnitenti, vt patet ſupra de pœniten. & remiſ. per totum. & maximè in.c. omnis. & ibi dixi.
Circa tertiam principalem quæſtionē, vtrum
5 quis † inuitus poſſit abſolui, ſatis clara patet deciſio-

ciſio, ex his quæ ſupra dixi in ſecunda quæſtio-
ne; quia quò ad eccleſiam militantem, & forum
contentioſum inuitus, & impœnitens, & ſic du-
rante contumacia poteſt abſolui. Quinimo ſi
indureſcit, poteſt abſolui ſine ſolemnitate præ-
ſtitæ cautionis, vt dicam in.c.ſequen. in vigeſi-
moquinto principali articulo. Secus quò ad
forum pœnitentialem, quia inuitus non poteſt
abſolui à peccato, vt ſæpius dictum eſt. Et pro-
batur in.c.ab excommunicato. de reſcript. Et
hoc tenet Ioan. And. in dicto.c.1.eod.tit.lib.6.
D.m.in.c.tranſmiſſam.ſupra de elect. & in.c.ve
niens. ſupra de teſtib. Circa quartam quæ-
ſtionem principalem, qua queritur, vtrum mor
6 tuus†poſſit abſolui ab excommunicatione; Bre
uiter, dicendum eſt quòd ſic, dummodo in eo
apparuerint debita ſigna pœnitentiæ, vt eſt tex.
expreſſus in.c.à nobis.2. ſupra eod. & ibi dixi.
Poſſunt etiam poſt mortem reconciliari, dum-
modo in eis apparuerit ſigna pœnitentiæ. 24.
quæſt.2.c.ſanè. Et tenent Vincen. & Hoſtien.
& Io. And. & Docto. in.d.c.à nobis. Nec ob-
ſtat, quòd ſicut poſt mortem quis non poteſt
baptizari, licet in eo apparuerint ſigna quòd
vellet baptizari, vt in.c.debitum.ſ.de baptiſ.&
in.c.2.de preſbit.non bapti. Ita poſt mortem
non debet poſſe abſolui ab excommunicatio-
ne. Quia reſpondetur, quòd inter hæc eſt bona
ratio differentiæ; quia ſententia excommunica-
tionis ligat corpus, & animam, vt dixi in.c.ſa-
cris.ſ.eod.in decimonono princ. articulo. in ſe-
cunda quæſtione principali. in ver. circa vigeſi-
mumquartum dubium. Vnde cum poſt mor-
tem remaneat corpus, & regulariter omnia ſi-
gna contritionis ſint ſufficientia; meritò cor-
pus illud poteſt abſolui, vt tradatur eccleſiaſti-
cæ ſepulturæ. Sed baptiſmus eſt character ſo-
lius animæ, vnde poſt mortem non reperitur
quòd valeat baptizari. arg. 32.quæſt.7.c.licitè.
Et hoc tenent Tancre. & Inno. & Doct. in.d.c.à
nobis. Dicentes etiam, quòd poteſt eſſe, quòd
excommunicatus nõ eſt excommunicatus quò
ad Deum, & animam; ſed ſolum quò ad eccle-
ſiam, & corpus, vt ſupra dixi in dicto.c.ſacris.in
decimonono principali articulo, propè princ.
in ver. circa ſecundum membrum. & in ſecun-
da quæſtione princ. ver. circa vigeſimumprimũ
dubium. vbi tractaui, an licitum ſit pro excom-
municato orare. Et idem tenet Archid. 2.q.5.
c.quanto. in glo. antep. licet etiam hoc voluerit
quòd excommunicatio nũquam ligat corpus,
ſed animam; quod reprobaui in dicto decimo-
nono articulo princ. quaſi in princ. in ver. ſexta
concluſio. Sed ſecundum prædictam ſenten-
tiam, Hoſtiẽ. dicit idem, quòd ratio diuerſitatis
poteſt aſſignari; quia ſi talis non baptizatur nul
lum periculum, vel ſcandalum imminet, cum
iam baptizatus ſit apud Deum, vt.d.c.2. Immò
ſi baptizaretur, errorem induceret, & ſcanda-
lum, ſecundum Hoſtien. quæ ratio ſatis placet,
Quanuis non placeat, quòd excommunicatio
liget ſolum animam, vt ſupra dixi. Et aduerte,
quia ſigna contritionis poſſunt probari etiam
per vnum teſtem, ex quo alteri non ſit præiudi-
cium, ſecundum Hoſt. Io. And. d. Anto. & Do-
cto. in.d.c.à nobis. Facit.ſ.de conſecr. diſt.4.
c.cum itaq;.&.c.paruuli. Et quis poſſit excom-
municatum abſoluere poſt mortem, dixi in.c.
officij. ſupra eod. in vigeſimotertio princ. artic.
in decima quæſtione principali. Circa quin-
tam quæſtionem principalem, vtrum quis poſ-
7 ſit petere†abſolutionem per procuratorem, In-
nocen. in.c.cum deſideres. ſ. eod. tenet quòd
non; quia oportet abſoluendum eſſe præſentẽ,
cum ad abſolutionem requiratur, quòd intro-
ducatur in eccleſia cum pſalmo pœnitentiali, &
oratione Dñica, vt in.c.à nobis.2.ſ.eod. & ibi
dixi in prima quæſtio. princ. in vigeſimaoctaua
fallen. & maximè in vigeſimatertia, & vigeſima-
quarta. Dicit tamen finaliter Innocẽ. quòd vbi
iuſta cauſa ſubeſſet, pro tunc, poſſet. arg.2.q.5.
c.quanto. Hoſt. verò dicit, in.d.c.cum deſide-
res. indiſtinctè, quòd non poteſt abſolui per ꝓ-
curatorem; Cum abſolutio, & confeſſio excõ-
municati etiam contritionem requirat, vt in.c.
cum aliquis. 11.quæſt.3. & certam formam, ac
ſolemnitatem ſeruare, vt.d.c.cum deſideres. &
manus impoſitionem, & reconciliationem, vt
ſupra de vi. & hone. cler. in.c.quoniam.§.fi. Et
ante impoſitionem, & recõciliationem non eſt
ei communicãdum. Et ideò per inferiorem pre
sbytero, non poſſunt hæc expediri, vt.ſ.eod.c.
nuper.§.licet.cũ ſimil. Vnde ſicut nec per pro-
curatorem poteſt peccata confiteri, nec per aliũ
quàm per ſacerdotem abſolui, vt ſupra tit. 1.c.
omnis. ſic in excommunicati abſolutione. Et
hoc dicit Hoſt. defendendum eſſe vſque ad ſan-
guinis effuſionem. Sed Io. And. in.d.c.quanto.
ſuper ver. epiſtolam. tenet indiſtinctè, ꝙ quis
poteſt abſolui, & excommunicari per literas,
vt ſupra de ſimo.c.accuſatum. &.2.queſt.1.c.de
manifeſta. vbi glo. Hoc idem tenet Spec. in tit.
de procuratore.§.ratione igitur ſui. in ver. item
opponitur quòd licet habeat. & ver. decimo-
ſexto. Et eandem opinionem tenet Zabarel. in
dicto.c.quanto. in glo. penult. vbi dicit, quòd
etiam antequàm literæ abſolutionis perueniãt
ad excommunicatum, & licet ignoret abſolu-
tionem, abſolutus tamen eſt. argumen. ff. de te-
ſtamen.l.qui teſtamento. Et idem tenet in.d.c.
cum aliquis. Guil. voluit, quòd abſolutio fieri
poſſit abſente excommunicato; ſed reconcilia-
tio, de qua loquitur illud.c.quanto. non poteſt
fieri. Nam in ſolemni reconciliatione ad ec-
cleſiam, requiritur certa forma, de qua ibi. &
24.quæſtio.3.c.notandum. quæ non poſſet ſer
uari in abſentia. Vnde dici poteſt, quòd fieri
non debet, ſed tamen facta tenet. ſupra de elec.
c.venerabilem. & remittit tandem ad nota. per
Spec. in dicto ver. vbi traditur, qualiter intelli-
gitur ſententia Innocẽ. & quid ſeruet Romana
eccleſia. Nam ibi dicitur, quòd procurator cõ-
ſtitutus ſpecialiter ad petendum abſolutionem
poteſt petere eam, & quòd ſic ſeruat curia. Et
idem



idem tenet Card. in c.eos. in glo. ſuper verbo
preſentare, eod. ti. lib.6. vbi dicit, quòd etiam
ad hoc facit, quod quis dicitur ſe idoneè præ
ſentare, ſi preſentat ſe in propria perſona; aut
per procuratorem, vt in c.cum parati. in fi. ſu
pra de appel. 18.diſt. c.epiſcopus ad ſynodũ,
ff. de ſta. hom. in l. Arethuſa. de do. & cõtum.
c.venerabilis. Et hoc etiã tangitur in c.vt cir-
ca. in gl. pen. de elect. lib.6. Vnde dicit, quòd
ſententia Inno. non ſeruatur in curia, & cre-
dit, quod adhuc minus ſeruetur ſentẽtia Ho
ſtien. Ego verò in hoc articulo ita diſtinguen
dum arbitror, quòd aut nos loquimur de ab
ſolutione petenda à Papa in caſibus ſibi re-
ſeruatis, de quibus dixi in c.officij. ſupra eo.
in 23.prin. artic. in 3.quæſt. princ. Et hoc ca-
ſu videtur quòd non ſufficiat mittere procu
ratorem; quia tex. videtur requirere pro for-
ma ſubſtantiali, quòd talis abſoluendus præ-
ſentet ſe perſonaliter, vt dixi in dicto 23. ar-
tic. in dicta quæſt.3. in primo membro prin.
ver. decimoquinto quæro. quaſi in fi. mem-
bri. & in ver. poſtremo. qui eſt in fi. dicti mẽ-
bri. Arbitror tamen, quòd ſi talis per procu
ratorem abſoluatur à ſummo Pontifice, indu
bitanter eſſet abſolutus quò ad forum con-
tentioſum, cum ipſe Papa ſit ſupra ius poſi-
tiuum, & eo ipſo quòd facit actum in contra
rium iuri poſitiuo, videtur diſpenſare, vt in iu
ribus vulgatis. Aut loquimur in petitione
abſolutionis fienda ab inferiore; & hoc ca-
8 ſu † ſubdiſtinguerem, quòd aut excommuni
catio eſt iniuſta, aut eſt iuſta. Primo caſu
arbitror quòd poſsit peti abſolutio per pro-
curatorem; quia talis excommunicatio non
ligauit quò ad forum cõtentioſum, nec quò
ad Deum, ſed ſolum quo ad forũ iudicialem,
vt dixi in c.ſacris.ſ.eod. in 19.princ. articu. in
princ. ver. circa ſecũdum membrum. Et ideò
ſufficit abſolutio recepta per procuratorem,
ſecundum quod etiam ſtatim dicam. Secun
9 do verò caſu † ſi loquimur de excommuni-
catione iuſta, dico, quòd cum quis ſit duplici
vinculo ligatus, ſcilicet quò ad Deum, vt di-
xi in dicto 19. princ. articu. in princ. meritò
ſubdiſtinguendum arbitror ex mente Do-
cto. quòd aut loquimur reſpectu vinculi iu-
dicialis, & talis abſolutio poteſt peti per pro-
curatorem; quia ſicut quis abſens, & per li-
teras poteſt excommunicari, vt dixi in c.per-
pendimus. ſupra eod. in 10.princ. articu. in
9. & 11.quæſtio. ita debet poſſe peti abſolu-
tio per procuratorem. Et ita procedit opin.
Specu. & ſequacium, dummodo procurator
habeat ad hoc ſpeciale mandatum. Facit c.
quod de his. in fi. ſupra eod. Et ita etiam no.
Bald. in l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum eius. ff.
de acquir. hæred. vbi plus dicit per illum tex.
quòd non ſufficit mandatum ad petendum
abſolutionem à quacunque excommunica-
tione, ſed requiritur mandatum ſpeciale, re-
ſpectu certæ excommunicationis, allegat no.
in c.venerabilem. ſupra de elect. vbi tex. vide
tur probare, quòd poteſt peti per procurato-
rem ſpecialem. Dicit tamen Bal. hoc eſſe re
linquendum Canoniſtis. Aut loquimur de
abſolutione petenda in foro pœnitentiali; &
talis nõ poteſt peti per procuratorem. & ita
procedat opinio Innoc. & Hoſt. per rationes
quas ſupra aſsignaui. Et hanc vltimam diſt.
tenet do. Domi. in d.cap.eos. eod. titu. lib.6.
10 Sexto quæro, quis petat † abſolutionem ad
cautelam. Sol. dic, vt dicam in ſequen. cap.
in 25.princ. articu. quæſt.55. Septimo quæ-
11 ro, vtrum petens abſolutionem † videatur fa
teri ſe excommunicatum, ita quòd per ip-
ſam petitionem probetur exceptio. Sol. dic
de hoc, vt latius dixi in cap. de monialibus,
ſupra eod. in 17. princip. articu. quæſtio. 3.
12 Octauo quæro, vtrum † ſit aliqua differen-
tia inter reuocationem, relaxationem, & ab
ſolutionem ab excommunicatione. Sol. dic,
vt dixi in cap. officij. ſupra eodem, in 23.prin
13 cip. articu. in fi. Nono quæritur, vtrum † pe-
tenti abſolutionem obſtet exceptio præſcri-
ptionis. dic, quòd non, vt dixi in cap. quod
in dubijs. ſupra eod. in decimoſexto princ.
articulo. Et ex his, Deo duce, habes ex-
peditum vigeſimum quartum principalem
articulum.

LAVS DEO.